NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
2 F
2

Digitized by Google

D. D. IOANNIS ESCOBAR A CORRO

TRACTATVS

DE PVRITATE, ET NOBILITATE PROBANDA.

Ex legato Jo:mi Cocini

Digitized by Google

TRACTATVS BIPARTITVS
DE PVRITATE, ET NOBILITATE PROBANDA,

SECVNDVM STATVTA S. OFFICII INQVISITIONIS
Regij Ordinum Senatus, ſanctæ Eccleſiæ Toletanæ, Collegiorum, aliarúmque communitatum Hiſpaniæ.

AD EXPLICATIONEM

Regiæ Pragmaticæ Sanctionis § 20. incipit, *Y por que el odio*, à Domino noſtro Rege PHILIPPO IV. latæ Matriti 10. Februarij Anno Domini 1623.

IN CVIVS PARTE

I. *Agitur de natura, vtilitate, fine & intelligentia ſtatutorum puritatis: recenſentúrque omnes ſpecies probationum, ex quibus prædicta qualitates poſſunt & debent probari, ex mente ipſorum ſtatutorum, ſecundùm ius commune.*

II. *Explicatur prædicta Pragmatica per ſingulos §§. in calcéque adduntur vtiliſſimæ quæſtiones de officio Promotoris Fiſcalis, & de officio Iudicum circa iudicandas puritatis & nobilitatis probationes. Et tandem Inſtructio ſermone vulgari edita, miniſtris, qui intelligunt, in conficiendo informationes puritatis, & nobilitatis, vtiliſſima.*

DICATVS

Cum cæteris ſuis laboribus Deiparæ Virgini MARIÆ de IESV, cui omnis honor, & laus tota debetur, & quidquid vtile, & fructuoſum huic operi tribui poteſt.

A D. D. IOANNE ESÇOBAR à CORRO. *Fidei cauſarum Cenſore, tunc in Llerenenſi Prætorio, nunc in Cordubenſi, ac quondam apud Hiſpalenſes* S. MARIÆ *de* IESV *maximi Collegij togato, & in eius Vniuerſitate Decreti Cathedræ Anteceſſore.*

Opus quidem, & res difficillima. in qua, velut magna, voluiſſe ſat eſt, vt dixit Propertius, vtiliſſimáque tam vtriuſque Iuris Cæſarei, & Pontificij Profeſſoribus, Iudicibus, cauſidicis, & cæteris in foro verſantibus, quàm Theologis, quibus plura, præcipuè in re morali, nouiter explanata, atque enodata traduntur.



TVRNONI,
Sumptibus LAVRENTII DVRAND.

M. DC. XXXVII.

CVM PRIVILEGIO.

Ic. 2. F. 2

Digitized by Google

CHRISTIANÆ
MINERVÆ,

Semper Virgini Puræ, Immaculatæ,
Nullo vnquam hæreditario næuo,
Aut auiti ſanguinis infectæ labecula,
Mulieri amictæ ſole, coronatæ ſtellis, calceatæ Luna.

NONDVM opus conceperam mente (ô Tutelaris Diua, ſacra Minerua, & puritatis ſingulare Prodigium) cùm iam tuis, vel ipſa operis cogente materie, ſacraueram aris; Tuis fortunandum commendaueram auſpiciis; Tuo protegendum patrocinio commiſeram. Nec quidem mente dubia, nec ancipiti conſilij lance ad tuos ſtiteram, ſicut ſiſto prouolutus pedes iure deuotionis: ad aras tutelæ tuæ opella hæc, *De puritate ſanguinis, nobilitatéque generis,* etſi craſſa, vel pingui elaborata Minerua, at non inuita Minerua lubens occurrit. Duo me ad hoc impulerunt; tua in me tam magnifica manu effuſa beneficia: Nobilitas tua, munditiéſque nulla vnquam vel primæuæ labis, vel leuiſſimæ alterius maculæ fæce obſcurata. Tuæ, inquam, hoc opus dicatur puritati, nobilitati ſacratur. Ad quod enim aliud aſylum conuolet liber in quo *de puritate & nobilitate probanda* agitur, quàm ad puriſſimum totius nobilitatis fontem? ad primam perfectiſſimæ puritatis originem? ad pulcherrimam Dei Genitricem, quam ex omni parte puriſſimam, ab omníque labe ſoſpitem ſemper extitiſſe, non mendaci Apollinis tripode, ſed non ſolùm ſanctis, verùm & diuinis paſſim vulgatur Oraculis. Diuinis, inquam, iuxta illam cœleſtis tædæ ſponſalem vocem, *Tota pulchra es, & macula non eſt in te.* Sanctis etiam, ex pluribus vnum ſeligo Hieronymi re, & nomine Doctoris maximi, *Quidquid*, inquit, *in Maria geſtum eſt, totum puritas, totum veritas, totum gratia fuit.* Aliud enim vel leuiter excogitare nefas autumo, cùm tuam puritatem, munditiem, ac ſplendorem Deo quàm ſimillimum, Diuinitati affinem, ac vicinum Eccleſiæ, Patres, ac Proceres paſſim euulgare magis, ac magis non ſinant, vt Hieronymi veſtigiis

Lib. de Concept. Virg. & peccato orig. c. 18.

inhærendo Anſelmus promulgauit ita, *Decens erat, vt ea puritate, qua maior ſub Deo nequit intelligi, Virgo niteret.* Hæc ille. Hæc enim tanta teſtimonia mihi animum fecerunt, vt hunc qualemcumque libellum ſub tuo nomine in lucem ederem: certúmque me reddiderunt, in te ipſum librum patrocinium, & nobilitatem inuenturum: tum quia purus eſt, de puritate agens; tum quia nulla me intemperies animi agit, vt cum illò alios læderem. Ad te it, Alma Parens, *puritatis* ſingulare portentum, in qua totum veritas eſt, veretur enim liber veritatis author, & ſectator, ſe in nullo alio aſylum reperturum, quàm in te, quæ ſumma poſt Deum veritas es. Si igitur totum in te *puritas* eſt, cui alij dicetur opus, quàm tantæ *puritati?* Si enim grauia infimum terræ locum amant, leuiora ſublimiorem; quem alium centrum *de puritate* liber expectat, quàm integerrimam *puritatem?* In illam natiuo pondere opus inclinat, quod ſi retardetur, & contra naturæ propenſionis impetum retrahatur: obſtacula nitetur vincere, & in tuum auxilium conuolare. Aſt non ſolùm, quia *de puritate* liber agit, ſed etiam quia *de nobilitate* diſputat, te Patronam deſiderat, *Alma Parens*; ſub tanto ſidere in lucem editus nobilior micaturus, (ſub micantibus enim ſideribus natam ſobolem, nobilem eſſe, ſub obſcuris ignobilem, Firmicus autumat.) Quòd ſi de aliis ſideribus hoc aſſeritur, quàm meritò ſub te, *ô fulgentiſſimum Sidus*, natus hic liber nobilitetur? Omnes enim nobilitatem à tua præclara nobilitate mutuantur; non tam ex proauorum ſplendore deſumpta, quàm ex proprij animi dotibus orta; & ex tuarum virtutum ſcaturiente fonte dimanante. Quem eximium virtutum ſplendorem vel ex eo in te colligi licet, quòd æternam ſummi Numinis ſapientiam è cœlo in terram deſcendiſſe coëgerit. Si enim virtutibus parta nobilitas vel immortalem attrahit Deum; Nobilitas tua, qua Deo ſimillima es effecta, æternam allexit ſapientiam, allectam nobis in terras attraxit. His ergo ad operis huiuſce mei nomen adludens, cauſam alteram dedicationis addam, antiquitatis amans, vetuſtioríſque æui tempora ſpectans. Enimvero primitias rerum dicatas olim Mineruæ vulgare eſt, vel ipſis ſellulariis, ac in triuiis ſæpiùs à pueris decantatum. Quòd ſi aues veritatis teſtem, appello Euripidem, verſúſque latinitati reddo.

Ego quod annus optimum produxerit
Voui immolare lucifera certè Deæ.

Quare primogenium ingenij fœtum Mineruæ meæ non ementitæ, aut laruatæ iure deuoueo: Deæ lucenti, ſiue luciferæ ſacrum appendo. Sed ô vox fauſta, & opportunus ſermo, qui aurem mihi vellicans ob oculos proponit, & in memoriam reuocat ſymbolicum inuentum ſatis inſtituto, & argumento appoſitum. Inter Cæſarea igitur honoris gentilitij numiſmata, auitæque gloriæ emblemata, fœmina

mina quædam, aut Dea formoſiſſima annulo aureo graphicè excuſâ (fides ſit apud Æneam Vicum) reperta olim fuit habitu, ac vultu adeò præfulgido, ac nitenti, vt ſolaris Phari radios penè pulchritudine,& ſplendore vinceret: magnis voluminibus libríſque circumſepta, ac dextra clypeum inſertans corpus protegebat, trunco ad pedes Dracone; quod venuſtum Emblema alij ad victorias Cæſaris: alij,& quidem non ineptè, ad Mineruæ referunt ſimulacrum ægide peltatum ſua Gorgone interempto, libríſque velut ſapientiæ indicinis circumexpoſitis, aut explicatis. Ego quidem maius quid ſubodorans, id eſſe typum arbitror veræ, ac ſacræ Mineruæ, illius ſcilicet ſpecioſæ Virginis, cuius pulchritudinem admirans Ioannes in ſermonis commendatitij vocem prorumpit: *Signum magnum apparuit in cœlo. Mulier amicta Sole & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim.* Cui ex aduerſo, ſiue aduersùs, aderat *Draco* ille *magnus, & rufus, habens capita ſeptem, & cornua decem.* Sed ſingula ſingulis componamus, & coaptemus. Quid, Sodes, orbis iſte ſolaris præ ſe fert? cuius character, & ſignum? Sanè ſplendentis, ac bene læuigatæ peltæ, qua veluti peltebatur Mulier, eiúſque fulgoribus, aut radiis Draconis oculos perſtringens euirabat, eneruabat, elidebat. Quid, obſecro, præfulgentes, ac coruſcantes ſtellæ coronantes verticem? Quid lima ad plantas obuoluta? niſi volumina, libri, lucubrationes; quibus Tu, ô Diua D. O. M. Parens ſplendorem concilias, patrocinio protegis defendíſque ab irruente Dracone, mordente Critico, carpente Momo, obiurgante Ariſtarcho. Iis coronam capiti texis, calceamenta pedibus conflas. Sed ne è cerebro ficta iſthæc videantur, de aſtris ita loquitur Daniel, *Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.* Ergo liber hic meus ſtellæ nomen ſibi vindicat? virgineam frontem ornat? tempora cingit? capútve coronat? Abſit tale cogitatum, non enim adeò gloriæ arrogans, & appetens ſum, adeò tumidus, & elatus; vt mî videar Diadema fronti, aut tiaram capiti Mineruæ meæ elaboraſſe, dum opus hocce *de puritate ſanguinis* illi quàm ſacrum offero. Licèt enim libros, lucubrationéſque Doctorum tanti Dea hæc, Virgóque faciat, vt eas ſupra caput attollat. *Nec purus Deus* (verbis vtor Nazianzeni) *tanto in pretio quidquam habeat, quàm puritatem.* Puritatíſque adeò amicus ſit, vt actus puri nomenclatura gaudeat, & à cœleſtibus Empyrei mentibus nunquam interrupta, aut intermiſſa voce, *Sanctus, Sanctus, Sanctus* appellitetur, ſeu, quod in idem recidit (Dionyſio interprete) *purus ab omni contagione*; tamen opus ex ſe tam exile, tam ſubleſte, & obſcurum vix, aut ne vix quidem, ad pedes deuolui, ne dum præcingere, dignum exiſtet. Quare coronent alia opera & ſcripta virgineam frontem, cingant regale caput ſtellato Diademate; meæ autem opellæ

Apocal. 12.

Cap. 12. 13.

opellæ huic ſatis ſupérque felicitatis erit, ſi vel ſupplex pertingat tantæ Virginis plantas, & inſtar Lunæ deoſculetur pedes, opúſque *de puritate ſanguinis, & ſplendore* ſuſpiciat cum Bernardo ſidereum illud Diadema. *Quid*, inquit, *ſidereum micat in generatione Mariæ? Planè quod ex Regibus orta, quod ex ſemine Abrahæ, quod generoſa ex ſtirpe Dauid.* Iure ergo ex his ſub tuo nomine liber hic lucem videat, quæ tota puritas, & nobilitas eſt. Tibi debetur, tibi dicatur, tuo fidens patrocinio non timebit obtrectatorum linguas; rigidum ridebit cenſorem: ex tuíſque auſpiciis liber eam felicitatem & nobilitatem capiet, quam nec ab authoris ingenio, nec ab vllo alio protectore poterit ſperare.

Hæ cauſæ dedicationis meæ; ſed communes. Priuatam adhibeo, ea ſit, tua in me materna pietas, & clementia; ſint magnifica manu data munera, & auxilia; quæ tacitus premere conſultum habui, ne iis potius tenebras adferam, quàm lucem, ea tamen grata in mente ſemper fixa hærebunt. O quidem beatiſſima, ac piiſſima Mater! quibus referre poſſem verbis à te recepta beneficia, quo calamo adſcribere? qua lingua palàm facere? tu me in periculis auxilium, in tenebris lucem, in lapſibus protectionem, in omnibúſque piiſſimæ Matris viſcera oſtendiſti. Tu denique (cuſtodia puritatis; ſic enim apud Leonem verè re, & nomenclatura Magnum appellaris) hunc de puritate, & nobilitate libellum cuſtodi, authorémque libri, tibi ſummè addictum clientem refoue, faue.

AD

AD LECTOREM.

VIx apud ſacrum Fidei Tribunal Quæſitoris munus non paucis abhinc annis obieram (LECTOR BENEVOLE) quando magiſtra didici experientia plures paſſim, nec leuioris armaturæ difficultates, nec è media plebe dubia ſuboriri in probanda defæcatæ ſtirpis, puraq́; propaginis integritate, tam ex ipſamet grauium negotiorum dignitate, & varietate, quàm ex oppoſitis ad arbitrium opinantium placitis, quæ ſententiarum diſcordia inde præcipuè ducebat ortum, quòd nullus huc vſque (quod mirabere in tam fœcunda Scriptorum ætate) diligenti examine, meditatóque iudicio huic operi manum admouerit, nec qui primus in hac ſemita (vt arduum ipſum opus, ardua ipſa ſibi exigebat materies) veſtigia preſſerit, aut regiam monſtrârit viam inoffenſo pede percurrendam; nullus præuiam miniſtrârit facem, qua natura, & proprietates generoſi, ac puri ſanguinis iudiciaria trutina probè agnoſceretur; cuius præambula notitia controuerſiarum denſus turbo euaneſceret. Hæc igitur diu apud me tacitè verſans, ne ſuſcepto deeſſem officio rem è veſtigio enucleatè tradere decreui: implexos quæſtionum nodos Iuriſprudentia duce, comite ratione diſſolui, & per otium domeſticis ſcriptis explicatè mandaui, quorum tam Superioribus, & Collegis, quàm amicis, periculi faciendi cauſa, copiam feci, attentè legêre illi, perlegêre iſti, cúmque in meis aduerſariis plura vtilia, alia ſcitu digna obuiam facerent, emeritam prælo operam iudicârunt; méque ſuaſione, conſilio, prece, communi commodo propoſito tandem impulere, vt hunc tractatum nouiſſima cura concinnarem, publicaq́; luci exponerem, omnium emolumento publico communibus annui deſideriis, & tibi (mi Lector) iam diu non vno voto ſperatum opus adfero, offero. Hæc tractatus ſcribendi cauſa, hoc operis argumentum. Nec diu te morabor; opus enim non tam mole, quàm re magnum excudere impensè ſtudui. Legas, obſecro, qualecumque illud ſit, lectionis enim labori ſuus erit vſus, ſuus fructus, & (fidenter quidem id affirmem) ſua delectatio, offendes crebrò tam Phyſiologiæ, & Theologiæ, præſertim qua parte mores inſtruit, quàm vtriuſque iuris decerptos flores, rerum cohæſione & ſerie miro ordine intermixtos. Diſputationes aliquot modò ad iuris ſacrarium, modò ad ſecretum conſcientiæ tribunal ſpectantes exactè, & nouiter diſcuſſas reperies; vbi quid præter alios nos adiecerimus penes tuum erit arbitrium, nec ideò vulgaria rationum momenta in omiſſis habeam, addam tamen alia ex arcano iuris theſauro prælibata libero

** ingenij

ingenij delector. Idem enim omnibus non congruit; ſcriptio autem cibo perſimilis. Ego verò hunc meum tractatum omnibus velut in guſtum do, vt ſic vulgare, & delicatius palatum proprium habeat alimentum. Communes ergo diſceptationes de teſtibus, de fama, de inimicitia, de conſanguinitate, de inſtrumentis, & id genus aliis, leui, vt aiunt, brachio, leui calamo ediſſeram; quin tamen arctata breuitas officiat plenitudini, aut diffuſa tractatio confuſionem pariat. Nihil mutilum, nihil ſuperfluum, quoad potuero ſcribam. Hæc erit ſtyli facies, & forma. Erunt ſanè (ſic enim infelix fert noſtri æui conditio) ſuperciliosi, qui legant, & negligant, rodant, & rideant, qui nec de ſalebris, aut tenebris cogitant, vbi via ſit ſtrata, & veritatis lux manifeſtata; alij tamen legent, & in tam nouo operis argumento, vtilique materia plura ſelegent, quæ commendent, quæ extollant. Faſtidient, & carpent illi inuido oculo, mordaci dente; eleuabunt iſti nati ad laudes, quibus cum Hieronymo præfatione in Eſdram, & Nehemiam in fine, præfari liceat, Itaque licèt Hydria ſibilet, victórque Sinon incendia iactet, nunquam meum, iuuante Chriſto, ſilebit eloquium, etiam præciſa lingua balbutiet, legant qui volunt, qui nolunt abiiciant. Euentilent apices, literas calumnientur, magis veſtra charitate prouocatur ad ſtudium, quàm illorum detractione, & odio deterrebor. Vale.

Cenſura Licentiati Blaſij Dorantes de Salaçar, Regij Senatus Pintiani, pauperúmque ſanctæ Inquiſitionis Aduocati, & in Mantuano Prætorio Quæſtoris candidati.

EX commiſſione D. Lic. D. Ioannis de Velaſco Açebedo, Prioris de Ronces-valles, huius Regalis Curiæ Vicarij generalis, qua potui diligentia vidi, & perlegi tractatum *de Puritate, & Nobilitate probanda D. D. Ioannis de Eſcobar à Corro*; in quo nihil Catholicæ Eccleſiæ dogmatibus, aut bonis moribus aduerſum inueni; immò plurimas, difficiléſque quæſtiones acutè diſputatas, verè reſolutas, & omnia, quæ ad eius materiam (ſcitu quidem dignam, vniuersóque Regno vtiliſſimam) pertinent, tot voluminibus diſperſa, & ab aliis incidenter dicta, ex profeſſo tractata, in vnúmque redacta: ideircò authoris ingenium, eximiam eruditionem, & litterarum peritiam non mediocriter oſtendere, dignúmque laude, & quòd typis excudatur, ſi quid iudico, cenſeo, Matriti XVII. Septembris M. DC. XXXII.

Lic. Dorantes de Salaçar.

LICENCIA DEL ORDINARIO.

EVisto eſte libro intitulado *de Puritate, & Nobilitate probanda*, y por lo que a mi toca doi licencia para que ſe pueda imprimir e imprima. En Madrid diez y ſiete de Septiembre de ſeiſcientos y treinta y dos años.

Licenciado Velaſco y Açebedo.

Approbatio Doctoris Gundiſalui à Ribero, Conſultoris S. Officij, Regalibus in Conſiliis Aduocati Sereniſſimi Infantis Cardinalis Domini Ferdinandi; pauperum, carceratorúmque ſanctæ Generalis Inquiſitionis.

MAGNI Conſilij iuſſu hunc à Doctore D. Ioanne Eſcobar à Corro contra hæreticam prauitatem Apoſtolico Inquiſitore in Llerenenſi Prætorio *de Puritate, & Nobilitate probanda ex ſtatutis ſancti Officij Inquiſitionis, Regij Ordinum Senatus, ſanctæ Eccleſiæ Toletanæ, Collegiorum aliarúmque communitatum*, librum conditum vidi, legi, ac iterum totum legi, acutè, & vtiliter perſulutum; nihil tamen contra bonos mores noſtræque fidei puritatem inueni. Datum Mantuæ Carpentanæ primo Kalend. Iulij anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo ſecundo.

ALIA EIVSDEM.

LA diuerſidad de flores ygualmente por naturaleça matiçadas, y en vltimo ſer, y perfeccion vnidas priuan la eleccion de alauar eſta, ſin agrauio a las demas: aſſi me ſucede en la copia, y compoſicion de eſte libro, que por eſtar todo tan lleno de buenas letras, erudicion, leyes, Canones, Philoſophia, Theologia, y tambien tratado todo, que ſin agrauio de las partes, no ſe puede en eſpecial alauar ninguna; y ſu abundancia para eſte fin embaraça, *vt dixit Ouidius* en ſus Faſtos.

Vt ſtat in certo, qua ſit ſibi neſcit eundum
Cùm vidit, & omni parte viator iter.
Sic quia poſſe datur diuerſas reddere cauſas
Quô ferar ignoro, copiáque ipſa nocet.

Obra en fin digna de todo agradecimiento; ſin que reparar en las coſtumbres: conforme a los dictamenes irrefragables de nueſtra Fee; con integridad en el ſtatuto; ſingular en ſu aſſumpto; vniforme en todo; y aſſi juzgo por conuiniente, que la Eſtampa le haga participe del goço vniuerſal deſta Monarquia, que poſſea V. A. ſiglos largos, con los aumentos que promete el cielo. En Madrid, &c.

El Licenciado Gonçalez de Ribero.

EL REY.

POR quanto por parte de vos el Doctor D. Iuan Eſcobar del Corro Inquiſidor de Llerena nos a ſido fecha relacion auiades compueſto vn libro intitulado, *De Puritate & Nobilitate probanda*, en que auiades pueſto mucha occupacion, eſtudio, y rrabaxo, de que haҫiades preſentacion; y porque le queriades imprimir: nos pediſtes, y ſuplicaſtes os mandaſſemos dar licencia para lo haҫer, y priuilegio por veinre años, o como la nueſtra merced fueſſe; lo qual viſto por los del nueſtro Conſejo, por quanto en el dicho libro ſe hiҫieron las diligencias, que la Premarica por nos vlrimamenre fecha ſobre la impreſſion de los libros diſpone, fue acordado, que deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula para vos en la dicha raҫon, y nos ruuimos lo por bien, por la qual, por vos haҫer bien, y merced, os damos licencia, y facultad, para que por tiempo de diez años primeros ſiguientes, que corran, y ſe quenren deſde el dia de la dara della en adelante, vos, o la perſona, que vueſtro poder ouiere; y no otra alguna, podais imprimir, y vender el dicho libro, que de ſuſo ſe haҫe mencion, por el original, que va rubricado, y firmado al fin de Marcos de Prado y Velaſco nueſtro Eſcriuano de Camara, de los que en nueſtro Conſejo reſiden, en eſtos nueſtros Reynos de Caſtilla: con que anres que ſe venda lo rraygais ante ellos juntamenre con el original. para que ſe vea ſi la dicha impreſſion eſta conforme a el, o traygais fee en publica forma, de como por corrector por nos nombrado ſe vio, y corrigio la dicha impreſſion por el original. Mandamos al dicho impreſſor, que anſi imprimiere el dicho libro, no imprima el principio, ni primer pliego, ni entregue mas que vn ſolo libro con el original al auctor, o perſona a cuya coſta lo imprimiere, y no a otro alguno, para efero de la dicha correccion, y taſſa, haſta que primero el dicho libro eſtè corregido, y raſſado por los del nueſtro Conſejo, y eſtando aſſi y no de otra manera pueda imprimir el dicho libro y principio, y en el ſeguidamente ponga eſta nueſtra licencia, y la aprobacion, taſſa, y correccion: ſo pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la nueſtra Prematica, y leyes de nueſtros Reynos, que cerca de ello diſponen. Y mandamos que duranre el dicho riempo perſona alguna ſin vueſtra licencia no pueda imprimir el dicho libro, ni venderlo, ſo pena de cinquenra mill marauedis por cada vez que lo contrario hiҫiere, laqual pena ſea la tercia parte para la nueſtra Camara, y la orra para el juez que lo ſenrenciare, y la otra para que la lleue el que lo denunciare. Y mandamos a los del nueſtro Conſejo, Preſidente, y Oydores de las nueſtras Audiencias, Alcaldes, Alguaciles de la nueſtra caſa y Corte, y Chancellerias, y a todos los Corregidores, Aſſiſtenres, Gouernadores, Alcaldes mayores, y ordinarios, y orros juezes, y juſticias qualesquier de rodas las Ciudades, villas, y lugares de los nueſtros Reynos y ſeñorios; anſi a los que agora ſon, como a los que ſeran de aqui adelanre, que vos guarden, y cumplan eſta nueſtra cedula, y merced, que anſi vos haҫemos, y contra ello no vayan ni paſſen en manera alguna ſo pena de la nueſtra merced, y de veinre mill marauedis para la nueſtra Camara, dada en Madrid a doҫe dias del mes de Octubre do mill y ſeiſcientos y treinra y dos años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nueſtro Señor.

Iuan Laſſo de la Vega.

ELENCHVS

Omnium Quæſtionum, & Paragraphorum qui continentur in prima & ſecunda parte huius tractatus de puritate & nobilitate probanda.

PRIMÆ PARTIS

QVÆSTIO I.

Proœmialis, & de cauſa huius Pragmaticæ. fol.1

§.1. De mali nominis, & infamiæ incommodis, & opprobrio. 2
2. De boni nominis, & famæ commodis & vtilitate. 5
3. De bono nomine, & proprio honore curando, atque tuendo. 7
4. De ſanguinis puritate, ſeu infectione ſanguinis in particulari, de qua principaliter noſtra eſt inſtituenda tractatio. 9
5. Quatenus quilibet nobilitatem, & ſanguinis appetat puritatem. 12
6. De calumniis, & conuitiis ſolitis aduerſus nobiles, & puros ſanguine inferri. 13
7. De calumniis iniuſtè illatis patienter ferendis 14
8. De iniuriis aduerſus ſanguinis qualitates illatis vlciſcendis, & quomodo. 15
9. Infertur ex præcedentibus cauſa, & finis noſtræ pragmaticæ. 17

QVÆSTIO II.

De ſtatutis nobilitatis, & puritatis qualitates requirentibus. 19

QVÆSTIO III.

Vtrùm ſtatuta, quæ puritatis & nobilitatis qualitates expoſcunt, odioſa ſint, an verò fauorabilia. 25

§.1. Quid circa propoſitum dubium vſque adhuc ſenſerint noſtrates. ibid.
2. Nouè oſtenditur, quando puritatis ſtatuta fauorabilia, quando verò odioſa reputari valeant. 28
3. Dicta magis explicantur, & ex eis plura vtilia in materia inferuntur. 33

QVÆSTIO IV.

De verbis, quibus hoc in tractatu agendum eſt: tam quæ ad familias pertinent, quàm ad ſanguinem; quando puritas, & macula contrahantur, & vnde oriantur, & de pœnitentiis in ſancto Inquiſitionis Officio impoſitis, quæ ſint, & quando deſcendentibus obſtent, quando verò non, noua quidem, diligens, & perutilis in materia explanatio, & pertractatio. 43

§.1. De nominibus, quæ ad familias, & genera pertinent. 45
2. De nominibus, quæ ad purum, aut maculatum ſanguinem pertinent. 49
3. De pœnitentiis viuis, & præſentibus in ſancto Inquiſitionis Officio impoſitis, & quatenus filiis, & deſcendentibus noceant. 56
4. De pœnitentiis defunctis, & abſentibus impoſitis, & quatenus noceant filiis ante patris delictum natis. 63
5. De nobilitate, & eius ſpeciebus, & quæ ex noſtris ſtatutis requiratur. 82
6. De filiis illegitimis excluſis in aliquibus ſtatutis. 89
7. De conditionibus in hominum diſpoſitionibus appoſitis, ex quibus requiruntur qualitates puritatis & nobilitatis. 92

QVÆSTIO V.

De natura, & eſſentia iudicij, quo de probanda nobilitate, & ſanguinis agitur puritate. 107

QVÆSTIO VI.

De ingreſſu in his informationibus puritatis, & de modo, & forma in eis ſeruanda à Commiſſario. 112

§.1. De Commiſſarij informantis electione. ib.

2. De eis,quæ ſemper præ oculis electi Commiſſarij habere debent, & à quibus ſe cauere oportet, vt munus ſuum ritè perficiant. 115
3. De aliquibus ſeruandis à Commiſſario ante acceſſum ad teſtium examen. 119
4. De forma, & modo ſeruando in examine teſtium,& dirigendo informatatio. 125
5. De fide promiſſa,& ſecreto ſeruando. 130
6. De recuſatione Commiſſarij, Notarij, & Nuncij, qui in informationibus puritatis intendunt. 141
7. De relatione actorum à Commiſſario facienda, & qua forma. 143

QVÆSTIO VII.
De iure quæſito, quotuplex ſit, quando adquiratur, amitatúrve. 145

QVÆSTIO VIII.
De probationibus, & præſumptionibus puritatis & nobilitatis, & infectionis ſanguinis. 158

§.1. De probationibus, & præſumptionibus in genere. 159
2. De præſumptione puritatis, & an detur præſumpta puritas? an quæ reſpectu ſtatutorum puritatis ſufficiat. 162
3. Proponuntur perutiles quædam illationes ex præcedentibus deductæ. 170

QVÆSTIO IX.
De teſtibus, quando in cauſis puritatis ad teſtimonium ferendum teneantur, & ex quibus puritas ſufficiat. 178

§ 1. De obligatione teſtium ad ferenda teſtimonia in cauſis puritatis. ibid.
2. An generis macula per teſtes de viſu probari valeat, & quomodo. 187
3. Vtrùm puritas, & macula per teſtes ſingulares probari valeant,& quomodo. 192
4. De teſtibus de auditu, quatenus regulariter probent;& quid in puritate,& nobilitate probanda ſit ſeruandum. 201

QVÆSTIO X.
Quatenus puritas, & nobilitas per famam, & communem reputationem probentur. 212

§.1. De vi famæ, quanta iure ſit, & quatenus probet. 214
2. Vtrùm puritas & nobilitas per famam, & communem reputationem probentur, & quomodo. 216
3. Quomodo ſecerni valeat fama,quæ fidem meretur ab ea quæ infirma, & debilis eſt. 221
4. De his, quæ famam ſociare debent, & in eius probationem concurrere, vt plenè probet. 224
5. De praxi iudicandi per famas cõtrarias. 231
6. An vno eodémque tempore circa eandem rem, & in eodem loco concurrere valeant duæ contrariæ famæ, quæ verè tales dici valeant. 235

QVÆSTIO XI.
Quatenus conſanguinei in puritatis, & nobilitatis cauſis ad teſtimonium admittantur, quomodo, & ad quid. 237

§.1. Ex quibus cauſis ad examen conſanguineorum accedere non liceat in puritatis, & nobilitatis probatione. ibid.
2. An in puritatis, & nobilitatis cauſis teſtimonia conſanguineorum prodeſſe ad aliquid valeant? produci, & examinari per Commiſſarium? 243

QVÆSTIO XII.
De teſtibus inimicis in puritatis, & nobilitatis probatione admittendis, & quatenus probent. 248

§.1. Qui dicantur,ſeu dici valeant inimici in puritatis, & nobilitatis cauſis vt teſtimonio repellantur,& non probent. ib.
2. Quatenus inimici à teſtimonio reiiciantur,& admiſſi fidem efficiant. 252
3. An ſint cauſæ peculiares,ex quibus inimici admitti valeant in puritatis cauſis ad aliquos vtiles effectus. 253

QVÆSTIO XIII.
D. teſtibus in aliis iudiciis productis, & examinatis, quatenus probent in his. 259

§.1. Proponuntur præmiſſa neceſſaria ad intelligentiam quæſtionis. ibid.
2. De fide teſtium, & probationum, ſuper quibus nulla fuit lata ſententia, aut ſi fuerit lata, eſt in earum fauorem, quatenus aduerſus alios probent. 262
3. De fide teſtium enervatorum, & reprobatorum per ſententiam. 271
4. De aliquibus vtilibus illationibus in materia huius quæſtionis ex præcedentibus deductis. 280

QVÆSTIO XIV.
De teſtibus ad perpetuam rei memoriam circa puritatem, & deſcendentiam coram iudicibus ordinariis examinatis, & à partibus productis in iudiciis puritatis; & de eorum fide, & effectu. 292

§.1. Quo iure examen ad perpetuam rei memoriam introductum fuerit. ibid.
2. De forma, & ſolemnitatibus requiſitis in examine teſtium ad perpetuam rei memoriam. 294

3. De

3. De fide teſtibus ad perpetuam rei memoriam examinatis præſtanda. 297
4. De fide, quæ ſpecialiter in cauſis puritatis, & nobilitatis ſecundùm rigoroſa ſtatuta oritur ex teſtibus ad perpetuam memoriam examinatis. 298

QVÆSTIO XV.

Quomodo puritas, deſcendentia & parentela per inſtrumenta, & eorum verba enunciatiua probentur. 304

§.1. De inſtrumentis, & eorum fide, & de eis, quæ interueníre debent, vt probent. 305
2. Vtrùm puritas, & nobilitas per inſtrumenta directè probari poſſint. 308
3. Vtrùm puritas & macula, nobilitas, deſcendentia, & parentela indirectè ſaltim per inſtrumenta poſſint probari. 310

QVÆSTIO XVI.

De identitate familiæ, perſonarum & matrimonij probanda. 317

§.1. Quis teneatur ad idẽtitatis probationẽ. 318
2. De forma probandi identitatem. Et primò quo pacto familiæ probetur identitas. 322
3. De identitate perſonæ probanda. 325
4. De identitate matrimonij probanda. 331
5. Quædam breuiter proponuntur ad perfectiorem prædictorum explicationem. 334

QVÆSTIO XVII.

De ſententia circa puritatem, & nobilitatem; quatenus noceat in vna cauſa, quæ lata fuit in alia. 335

§. vnic. Proponuntur declarationes vtiles ad omnia præcedentia. 341

SECVNDÆ PARTIS

Tractatus de puritate, & nobilitate probanda; ad ſpecialem explicationem noſtræ Pragmaticæ ſigillatim per ſingulos §§.

QVÆSTIO I.

De præmiſſis, & rationibus decidendi huius Pragmaticæ; ad interpretationem §.20. in principio, incipit, Y por que el odio, malicia y otros reſpetos. 347

GLOSS. I. De odiis, & malitiis introductis in puritatis, & nobilitatis probationibus. 348
2. De vtilitate Regni in conſeruatione familiarum nobilium. 350
3. De pace, & concordia Reipublicæ ſeruanda. 353
4. De vtilitate diuitiarum, & ciuium in Republica. 355
5. De anima, & conſcientia illæſis ſeruandis; & de obligatione Regum remouendi cauſas ruinæ ſubditorum ſuorum. 358
6. De fine legum, & ſpecialiter noſtræ Pragmaticæ. 363
7. De ſtatutorum obſeruantia, & vtilitate. 364
8. De iniquitate, & abſurditate legum, & ſtatutorum vitandis. 365

QVÆSTIO II.

De ſchedulis, ſeu libellis ſecretis, vulgò dictis, memoriales ſin firma, *in cauſis puritatis, & nobilitatis oblatis ad explicationem huius Pragmaticæ in* §. Ordenamos y mandamos que de aqui adelante ninguna perſona, &c. 368

QVÆSTIO III.

De verbis iniurioſis contra puritatem, & nobilitatem prolatis in rixis, conuenticulis, & priuatis loquutionibus: an quid probent, & aliquam mereantur fidem? ad interpretationem §. Otro ſi que las palabras. 379

QVÆSTIO IV.

De re iudicata, ſeu de tribus ſententiis in cauſis puritatis, & nobilitatis latis: quatenus proſint deſcendentibus, & vniuerſo generi, & familiæ: ad interpretationem §. Ytem por que auiendo en todas las materias limite, *huius Pragmaticæ.* 388

ARTIC. I. De auctoritate rei iudicatæ, & ratione decidendi noſtræ conſtitutionis, quæ continetur à principio huius §. vſque ad verba, *apenas hallaron entrada las leyes.* ibid.
2. De tribus ſententiis latis circa puritatem, nobilitatem eiuſdem ſtirpis, & familiæ, quatenus & quibus caſibus efficere valeant rem iudicatam, iuſque generi acquirant reale: ad interpretationem huius §. in verſ. *Ordenamos y mandamos que en quarto o quartos*, &c. 390
3. De tribunalibus, & communitatibus, ex quibus actus poſitiui oriri debent, vt

efficere valeant rem iudicatam, iúſque reale generi acquirant: ad intelligentiam §. *Y por que auiendo de obrar los tres actos*, &c. 402

4. De non retractandis tribus ſententiis, ſeu actibus poſitiuis per inſtrumenta de nouo reperta, nec annullandis per falſa: ad interpretationem §. *Y por que conforme a derecho.* 405

§. 1. An iure communi dentur cauſæ, ex quibus res iudicata infringi valeat? & quæ ſint. 406

2. An iure aſſignari poſſint cauſæ, ex quibus etiam extante deciſione generali huius Pragmaticæ tres actus poſitiui ſubuerti, víſque amittere valeant. 414

QVÆSTIO V.

De catalogis, ſeu regiſtris deſcendentium à Iudæis, Mauris, ſeu aliàs maculatis, libros verdes, o del beçerro *appellatis; ad interpretationem* §. Otro ſi por que muchas perſonas con malicia. 419

QVÆSTIO VI.

De confeſſionibus, ſeu genealogiis in ſancto Inquiſitionis Officio acceptis, in quibus deſcendentiam maculatam fatentur aſcendentes, quatenus noceant tam confitentibus ipſis, quàm eorum deſcendentibus. Et de adminiculis, quibus oportet eſſe roboratas, vt plenè probent: ad interpretationem §. Ytem por que en algunos conſejos y tribunales, *&c.* 424

§. 1. Proponuntur iuris rationes, quæ partem affirmatiuam propoſitæ quæſtionis ſuadent. 425

2. Contrariæ ſententiæ rationes proponuntur. 429

3. Conciliantur, & intelliguntur prædictæ contrariæ rationes ſecundùm ius commune. 432

4. De vero intellectu, & ratione noſtri textus. 437

5. De adminiculis, quid ſint, & qualia debeant eſſe, vt alias coadiuuare valeant probationes. 442

6. De aliquibus adminiculis in ſpecie, quæ in præſenti adduci, & conſiderari poſſunt. 444

QVÆSTIO VII.

De obligatione, & effectu huius Pragmaticæ quatenus obliget omnia tribunalia, communitates & collegia ad eius obſeruationem: ad explicationem §. Ytem por que en algunos de los tribunales, *&c.* 447

QVÆSTIO VIII.

De officio promotoris fiſcalis in his puritatis informationibus. 452

QVÆSTIO IX.

De iudicum officio in puritatis informationibus, & de forma, quam ſeruare debent in earum diiudicatione. 461

§. 1. De arbitrio iudicum in puritatis informationibus dirigendo, & ex quibus regulando. ibid.

2. De his, quæ ſeruare iudices debent in ferenda ſententia in puritatis cauſis. 465

3. De teſtium numero, an minor circa maculam præferatur maiori aſſerentium puritatem? ad verum intellectum trium præcedentium regularum, & conciliationem oppoſitarum opinionum Laræ, & Zaballos. 469

4. Proſequuntur regulæ ad inſtructionem iudicum circa puritatis cauſas diiudicandas. 480

Inſtrucion breve, y ſummaria, vtil y neceſſaria para los Commiſſarios, y Notarios de las informaciones de limpieça, y ſu buen acierto direccion. 485

TRACTA

TRACTATVS
DE PVRITATE, ET NOBILITATE PROBANDA EX STATVTIS
SANCTI OFFICII INQVISITIONIS
Regij Ordinum Senatus, ſanctæ Eccleſiæ Toletanæ, Collegiorum, aliarúmque Communitatum.

PRIMA PARS.

Ad explicationem Regiæ Pragmaticæ ſanctionis §. 20. incipit y porque el odio *à Domino noſtro Rege Philippo IIII. latæ Matriti 10. Februarij, anno Domini, 1623.*

QVÆSTIO PRIMA.

Proœmialis & de cauſa huius Pragmaticæ.

SVMMARIVM.

1 *Secundùm ordinem omnia fieri debent. Ordo difficillimis intellectum præbet, & inordinata confuſionem pariant*, ibid.

2 *Diuiſio cum ordine charitatem parit, & tres notabiles effectus producit.* num.4.

3 *Diuiſa, & ordinatim diſtincta meliùs intelliguntur.*

5 *In tractatus progreſſu ordinem & diſtinctionem promittimus.*

6 *Diuiſio huius quæſtionis.*

1 OMNIA decenter, & ſecundùm Ordinem fieri debere docet Apoſt. 1. *ad Corinth. c. 14. in fine*, quia ordo difficillimis intellectum præbet; & inordinata confuſionem pariunt, Auth. de Hered. *& falcid. §. His igitur, verſ. Inordinatum, vbi gloſ. verb. confuſum*, Laurent. Syluan. *de feud. recognit. quæſt. 1. num. 2.* Nicol. Euerard. *in Topicis loco, Ab ordine, 1. num. 1.* Aym. Crauet. *in repetit. Rubricæ, de leg. 1. Prima Pars. num. 2.* Io. Neuizan, *in ſylua nuptiali in princip. num. 9.* Io. Montan. *de Auctoritat. magni Conſilij, num. 38.* Pet. Greg. *in ſyntaxi artis mirabilis tom. 2. lib. 4. cap. 41. n. 18.* Acebed. *in curia Piſana lib. 2. cap. 2. num. 11.* plures nouiſſimè apud Hermoſill. ad prolog. *gloſ. 2. num. 130. partita. 5.* & concinit illud Horatij in arte Poëtica.

Singula quæque locum teneant ſortita decenter.

Et alibi Poëta dixit.

Omnis res floret, quam iuſtus dirigit ordo:
Omne ſed euertit reprobus ordo bonum.

Conuenit quæ text. *in cap. cum dilecta. 22. de reſcript.* cum ſimilibus adductis per Nicol. Euerard. *d. loco. Ab ordine, per totum.* † Et ſi ordini congruo di- 2
uiſionem adiiciamus, cum debita procedere charitate promittimus, ſecundùm text. *in cap. ſuper litteris, 20. de reſcript.* Abb. *Conſil. 96. lib. 1.* † quia diuiſa & 3
ordinatim diſtincta meliùs intelliguntur, *l. 1. in princ. iuncta gloſ. de doli except. §. ſed non vſque, Inſt. de leg.* Iaſ. *Conſil. 24. lib. 1.* † Et tres notabiles, & vtiles effectus 4
ex diuiſione pronenientes ſignat gloſ. verb. *eaſdem Inſtitutiones, in proœmio. Inſt. §. igitur.* † Quare non ſo- 5
lùm in tractatus progreſſu, ſed in ſingulis quæſtionibus ordinem & diſtinctionem adiiciemus, & ſeruabimus; & cum plura nunc ad explicationem noſtri tractatus, & Pragmaticæ, eiúſque, & huius quæſtionis veram oſtendendam cauſam ſint præhabenda, in

nouem omnia diuidemus partes per totidem §§. & in calce quæſtionis vniuerſi tractatus diuiſioné accingemus; † præsétis igitur quæſtionis partes hæ sũt. 6

1 De mali nominis & infamiæ incõmodis.
2 De boni nominis, & famæ commodis & vtilitate.
3 De bono nomine, & proprio honore curando, atque tuendo.
4 De ſanguinis puritate, & macula in ſpeciali.
5 Quatenus quilibet nobilitatem, & prioritatem nanciſci appetat.
6 De calumniis, & conuitiis ſolitis aduerſus puritatem & nobilitatem.
7 De calumniis iniuſtè illatis patienter ferendis.
8 De iniuriis aduerſus ſanguinis qualitates prolatis vlciſcẽdis, quo animo, & modo.
9 Ex omnibus dictis infertur cauſa, & finis noſtræ Pragmaticæ, & tractatus.

§. I.

De mali nominis, & infamiæ commodis, & opprobrio.

SVMMARIVM.

1 *Mors potiùs eligenda quàm infamia, &* num. 7.
2 *Metus infamia maior quàm mortis.*
3 *Mors & infamia in multis æquiparantur, &* ſup. num. 29.
4 *Infamia plus fugienda, quàm cætera pernicioſa.*
5 *Mors naturalis honorifica, infamia verò ignominioſa dicitur.*
6 *Infamia notati diuerſis iure nuncupantur nominibus.*
8 *Ignominia ingentiora affert mala, quàm hoſtium & inimicorum inſidia.*
9 *Infamia ſemel accepta cicatrix nunquam deletur.*
10 *Plus hominibus malum plaudet proximi, quàm bonum.*
11 *Iniuriá famoſa dupliciter ferit, & triplex producit damnum,* & n. 12.
Audiens infamiam, & incautè eam veram iudicans, non minus lædit, quàm calumniator, ibidem n. 12.
Lingua ſine auditoribus nihil operatur, n. 12.
13 *Auditus voluntarius detractionis peccatum producit lethale, & obligationem reſtitutionis, maximè in eo, qui ad eam incitat,* n. 14.
15 *Qui gratam ſibi fore aliorum detractionem oſtendit, peccat mortaliter.*
16 *Delectatio detractionis aliquando non eſt peccatum, maximè ſi fraterna non omittitur correctio.*
17 *Quilibet tenetur detractorem corrigere niſi iuſta eum excuſet cauſa, & qualis ſit. Ad correctionem qui teneantur, & qui non, ibidem.*
18 *Interrogans infamiam proximi ſine iuſta cauſa, peccat, & qualis dicatur iuſta cauſa.*
19 *Referens ab aliis audita multiformiter peccatum committere poteſt, & quæ conditiones requirantur, vt peccatum euitetur.*
20 *Tutius eſt abſtinere à detrahendo proximum & ab audiendo aliorum infamiam.*
21 *Infamia proximi publica licitè detegitur non ſolùm vbi publica eſt, ſed etiam vbi ignoratur.*
Infamatus publicè ius bonæ famæ vndique amiſit, ibid.
22 *Olim publicè infamatus, qui bonam poſtea aſſequutus fuit famam, & extat emendatus, infamis pro illo tempore dici poteſt, cum expreſſione emendæ, dummodo de alio delicto diuerſo non infametur,* num. 23.
24 *Aures ſunt pennæ quibus infamia ad omnium euolat notitiam.*
25 *Verbum iniurioſum ſicut ſagitta, leuiter volat, & grauiter vulnerat.*
26 *Lingua tenerum membrum, eſt tamen in efficacia magnum.*
27 *Verborum ictus, etſi videtur leuis, alio quolibet atrocior cenſetur.*
28 *Parua verba magnos ſolent creare tumultus,*
29 *Vulnera verborum tanto difficilius curantur, quanto facilius proferuntur.*
30 *Qui proximum indebitè infamat grauiter peccat.*
31 *Sicut honor cæteris eſt precioſior rebus ita eius amiſsio maior eſt omnium bonorum.*
32 *Ardua ſunt cauſa dedecoris, & debent mitiſſimè tractari,* n. 33.
33 *Tractatio circa probandam puritatem & nobilitatem grauiſſima eſt.*

EX Indis (vt refert Anonymus) quemdam ſagittandi arte cum primis celebrem, adeò vt etiam per annulum ſagittã mittere diceretur, quem in bello cùm cepiſſet Alexander iuſſit artis ſuæ ſpecimen edere: recuſantem iratus Rex necari iuſſit: cùm duceretur homo, dixit his, à quibus ducebatur, ſe multis diebus non exercuiſſe artem, eò quòd timuiſſet ne aberraret, id vbi denunciatum eſt Alexandro, quòd non contumacia, ſed ignominiæ metu recuſaſſet, admiratus ingenium gloriæ ſtudioſum, dimiſit illum donatum, † eò quòd mortem appetere maluiſſet, quàm fama ſua videri indignus, cuius veſtigia non deſunt in Iure, nam in *l. 2. §. & cum placuiſſet; 24. verſ. initium fuiſſe de Orig. Iuris,* refertur de quodam Virginio qui cùm Appium Claudium incenſum, ac captum Virginis filiæ ſuæ amore, omnéque fas, ac nefas miſcuiſſe, animaduerteret, & caſtitatem filiæ vitæ quoque eius præferendam putaret, arrepto cultro de taberna Lanionis filiam interfecit; in hoc ſcilicet, vt morte virginis contumeliam ſtupri arceret. † Atque ideò infamiæ metum metu mortis maiorem eſſe, docuit Paulus *I.C. in l. Si quidem. 8. quod metus*

1

2

metus cauſa, & ex aliis exornat Pelaez de Meres *de*
3 *maiorat. 1. part. qu. 51. n. 8. & 9.* † Alias quidem æqui-
parantur infamia & mors, vt in *l. iuſta cauſa, 9. de ma-*
num. vindicta, cui conuenit, l. 1. ibi, a ſu ſeñor de muerte,
4 *o de mala fama, tit. 22. part. 4.* † Et plus cæteris perni-
cioſis rebus infamiam fugiendam conſtitutum ha-
bemus in *l. Iulianus. 26. in fin. principij, ſi quis omiſſa*
cauſa teſtam. l. reprehendenda. 5. C. de inſtit. & ſubſtit. l.
quiſquis. 6. §. 1. C. de Poſtuland. exornant Perez de La-
ra *lib. 2. de anniuerſ. & capellan. cap. 4. num. 58.* Tapia
in l. fin. 2. part. cap. 9. num. 83. de conſtitut. Princip. Plura
Medicis *tom. 2. Opuſculor. fol. 310.* Menoch. *de arbitr.*
caſu, 177. num. 19. Farinac. *in praxi crim. 1. part. q. 15.*
5 *num. 6.* Pet. Surd. *conſil. 426. num. 57.* † Ratio eſt, quia
naturaliter mortuus honorificè, infamia verò no-
tatus cum dedecore & ignominia mortuus cenſetur,
vt in *l. 1. §. filium habuit. 8. de bon. poſſ. contra tab. l. actio-*
ne. 65. §. Publicatione quoque, pro ſocio, l. quotiens. 14.
6 *in fin. de Nouat. §. Publicatione. 8. Inſt. de ſociet.* † Quo
dedecore notatos, iam infamia inuſtos appellat
text. in *l. omnes 33. C. de decurion. lib. 10. cap. cum in Iu-*
uentute, 12. de purgat. canon. Iam homines non integros
vocat I.C. in *l. Pupillaris. 14. de Popul. act.* Iam decolo-
ratos videri oſtendit text. in *l. eum qui. 19. C. de Epiſc.*
& Cleric. aliàs verò infamia obſtrictos afflictos no-
minat, elegans tex. in *l. & ſi libid. 25. C. Ad l. Iul. de adul-*
7 *ter.* † Quibus etiam conuenit noſter Hiſpaniarum
Rex Alphonſus in ſuis ſeptem partitarum legibus,
qui in *l. 55. tit. 5. p. 1.* loquitur ita, *Tal ferida como eſta*
es peligroſa, ca nunca puede ſanar. & in l. 4. ibi, *Tal po-*
dria ſer el en famamiento, que mexor le ſeria la muerte
que la vida, & in l. fin. ibi *eporende los antigos puſie-*
ron eſta ferida por mas eſtraña, que la de la muerte, por
que eſa non es mas de vna vez, e eſta es de cada dia, tit.
13. part. 2. conſonat etiam l. 3. ibi, *que llegaria a peligro*
de muerte, o de deshonrra del Rei, e todos los omes bue-
nos e honrrados, tit. 16. part. 2. Quibus etiam adſtipu-
latur Philoſophus quidam cùm dixit, *viro forti igno-*
minia triſtior eſt morte, quæ cum gloria, & ſpe publicæ ſa-
lutis ſine longo cruciatu additur. Et conuenit illud
Xenophon. lib. 2. de inſtitut. Cyrr. *non eſt res magis*
8 *moleſta, quàm vita ſine honore.* † Quia nec ſunt cru-
deliores hoſtium impetus, nec laceratio ſanguinea
triſtior, nec ſagitta mortifera acerbior, vt elegantibus
plenè verbis ſignificauit Rheginius de amicitia, in-
quiens, *Multi hactenus plus mali per calumnias, quàm*
per hoſtes acceperunt, & multis iam iniuria maior facta
eſt propter aurium informitatem, quàm inimicorum inſi-
dias, quorum rationem traditam inuenies apud
9 Thriuerum Apoph. 61. dum dixit, † *vulnus quidem*
curare, ſed nunquam potes eius cicatricem omnino exte-
rere, multo eſt operoſius ignominiam ſemel acceptam omnem
10 *delere.* † Quod ſicut graue ita & frequens; nam plau-
det hominum auribus vicini malum, & malum no-
men plus bono arridet, & eſt quaſi venenum, quod
ex minimo carpere totum hominem ſolet. Et cùm
malitia hominum maximam partem veneni ſui bi-
bat, ac velut ſerpentes, quod in alienam perniciem
perferunt, ſine ſua continent, non eſt huic ſimile,
hoc habentibus peſſimum eſt, vt ſignificauit Seneca
11 Epiſt. 82. † Et aptè, veréque, quia famoſa iniuria
dupliciter ferit, ferit & dictum, ferit & auditum, nam
res eſt grauiſſima, in qua duo ſunt, qui iniuriam fa-
ciunt, vnus qui afficitur, calumniator enim iniuriam
facit, non præſentem lacerans, & ſimiliter qui ei fi-
dem præſtat, antequam verè rem agnoſcat; qui autem
abeſt iniuriam patitur, tum à calumniatore, tum
ab eo, qui ipſum aures calumniantis præbens pro ma-
lo reputat, vt totidem verbis Herodotus dixit lib. 7.
Immò triplex malum quidam incognitus ex ſimili
exhaurit, *contumelia (inquit) famoſa tribus perſonis ea-*
dem opera nocet, nam declarantem iniuria afficit, & audi-
tores veritate priuat, & conſcientiam ſuam atrociter ſau-
ciat, † non certè minus audientium aures cauſa ſunt 12
iniuriæ, detractionis, & infamiæ, quam lacerans ob-
iurgantis lingua, quæ niſi audientibus, aut non lo-
quitur, aut nullam nullo audiente effectu ſaltem pa-
traret loquendo iniuriam. *Quoſdam enim comperi (vt*
Luciani verbis vtar) *ſtudio calumniæ adeò ſuauiter titil-*
lari auriculas, vt ſi pennis confrices, proinde talibus aditui
ſociis calumniatores cum irruerint, cuncta pro viribus
euertunt: nec magna emitur victoria, vbi nemo repugnat,
nemo vim tormentorum ſubſtinet, aut iacula iaculis mu-
tat, quare qui auſcultat ipſe ſuis auribus iniurias. Vnde
Anonymus ſapienti cuidam, cùm aliquis ei diceret,
me præſente tibi à certo quodam conuitium factum
eſt, dixit, *Niſi tu libenter audiuiſſes, nunquam ille mihi*
eſſet conuiciatus.

Quæ eſt ratio illius tam communiter à DD rece- 13
ptæ, quàm veræ opinionis, quod videlicet non minus
lethali afficiat peccato auditus voluntarius detra-
ctionis, quàm ipſamet detractio, immò grauiori, &
aliquando cum obligatione reſtitutionis, vt commu-
niter probant DD. ex Nauarro *in Manuali cap. 18.*
num. 37. & Pet. Nauarra *de reſtitut. lib. 2. cap. 4. dubit.*
11. à num. 335. Arag. *2. 2. quæſt. 72. art. 2.* Salon *ibidem*
q. 73. art. 4. concluſ. 2. Soto *de iuſt. & Iure lib. 5. q. 10. art.*
4. Paul. Layman. *lib. 3. ſect. 5. tract. 3. p. 2. c. 3. num. 14.*
Filliuc. *tract. 32. n. 241. & ſeq. & tract. 40. num. 121. &*
ſeqq. P. Th. Sanc. *conſ. moral. 1. to. c. 3. dub. 7. lib. 1.* Sayr.
Claui. reg. lib. 11. cap. 9. num. 38. Rebello *de obligat. In-*
ſtitia. 1. part. lib. 4. q. 6. n. 2. Mol. *de iuſt. tract. 4. diſp. 34.*
Azor. *inſtit. moral. 3. part. lib. 13. cap. 7. dub. 10.* Valer.
Reginal. *in praxi fori pœnitent. lib. 24. num. 95.* Leo-
nard. Leſſi. *de iuſt. lib. 2. cap. 11. dub. 1.* Mart. Bonacin.
de reſtitut. diſp. 2. q. 4. punct. 11. n. 1. † quod maximè lo- 14
cum obtinet, in eo, qui alium incitat ad detrahen-
dum in re graui, text. *in l. non ſolum 11. & §. 1.* vbi ele-
gantiſſimè Bart. & *in §. Atilicinus. 6. de iniuriis, §. non*
ſolum. 12. ibi, *vel qui procurauit, inſt. eod. facit text. in c.*
fin. vbi gloſſ. verb. tuliſti extra, eod. plura apud Farin. *3.*
tom. praxis crim. q. 105. num. 90. & ſeq. † Immò qui 15
ſibi gratam fore aliorum detractionem oſtendit,
mortaliter peccat, ſicut qui delectatur de proximi
infamia audita à detractore, licet tunc ad reſtitutio-
nem non teneatur vt rectè volunt præcitati. † Siqui- 16
dem delectatio non ſit de malo proximi, ſed tantùm
de auditu rei nouæ, aut de eloquentia detractoris, de
ſimili ve circunſtantia, nec fuerit detractionis cauſa,
nec ad eam incitauerit, deficiet etiam peccatum
mortale, dummodò non defecerit correctio, cum
obligatio corrigendi adeſt, vt volunt Rebell. *n. 6.* Re-
ginal. 96. Leſſio. 20. Filliuc. *d. tract. 40. num. 123.* Paul.
Laym. & P. Th. Sanc. Bonacina. 5. in locis citatis, &
Nauarr. *in man. cap. 13. num. 26.* † Quia quilibet tene- 17
tor detractorem corrigere, niſi veriſimile ſit, non
profuturam correctionem, aut ſi timeatur graue
damnum ex correctione proуenturum, ſiue audiens
ſit inferior perſona, cui ex correctione verecundia
poſſit euenire, ſiue res, de qua detrahitur, notoria &
publica fuerit, quia his & ſimilibus caſibus corrigē-
di deficit obligatio, vt præcitati omnes animaduer-
tunt, & alij plures penes Dianā *reſol. moral. 2. par. tract.*
3. miſcel. reſol. 24. pag. 109. Vnde rarò perſonæ priuatæ
mortale non corrigendo percipient peccatum. Sæpe
verò Prælati, parentes, Domini & ſimiles non cor-
rigendo peccatum & obligationem reſtitutionis
ſui muneris ratione obtinebunt, vt communiter te-
nent DD. citati præcitatis in locis. † Et de iniuria 18
proximi alium interrogans lethaliter peccat, cum re-
ſtitutionis obligatione, niſi iuſta eum excuſet cauſa,
ſecundùm Nauarr. *d. c. 18. n. 26.* & alios citatos, vt ſi

agatur de ineundo matrimonio, aut de electione ad
officium requirens certas generis, & virtutis qua-
litates, aut de ingreſſu Collegij, alteriúſve Commu-
nitatis, quia tunc ratione vitandi proximi damnum,
& interrogatio, & reſponſio defectuum iuſtè proce-
dit, quia iuſta cauſa adeſt, & deficit iniuriandi ani-
mus, *l. 3. §. 1. de iniur. l. qui ſeruum*, 34. de Act. *l.* 1. *§. ſi
omnes* 8. *de inſpic. ventre.* Idem Nauarr. *in man. c.* 23. *n.*
26. & Reginald. *lib.* 24. *n.* 96. & dicam infra. 2. *p. q.* 1.
19 *gloſ.* 5. *n.* 20. *&* 21. † Similiter etiam, qui ab aliis audi-
ta refert multiformiter lethaliter peccat velut aſ-
ſeuerando proximi auditam infamiam, defectúmve,
quia tunc eſt idem, ac ſi ipſe per ſe infamaret pro-
ximum. Aut ſi deficiat conditio aliqua ex quinque à
DD. requiſitis, vt referens auditum infamiæ proxi-
mi abſque aſſeueratione lethaliter non peccet, quas
nunc non refero, tum quia noſtrum non eſt in hac
re plurimùm vagari, & quia videri poſſunt penes
DD. ſtatim citandos, tum etiam quia rarò interue-
niunt omnes prædictæ conditiones, & quaſi ſemper
referre audita de proximi graui infamia lethale
gignit peccatum, quare tutius eſt, non ſolùm abſtine-
20 re a ſimilibus relationibus, † ſed etiam ab audiendis
proximorum defectibus, & infamiis ex ſupradictis,
circa quæ videantur Nauarr. *in man. cap.* 18. *num.* 50.
Pet. Nauarr. *de reſtitut. lib.* 2. *cap.* 4. *part.* 2. *num.* 330.
Arag. 2. 2. *quæſt.* 62. *art.* 2. *dub.* 6. vbi etiam Salon *con-
trouerſ.* 21. *concl.* 4 Valent. *tom.* 1. *diſp.* 5. *q.* 6 *punct.* 5. P.
Mol. *de iuſt. tract.* 4. *diſp.* 30 Filliuc. *tract.* 40. *c.* 4. *ex num.*
94. *cum ſeqq.* Paul. Layman. *d. n.* 14. Val. Regin. *lib.* 24.
dicùs tenent ieiunium.Cum vellet illos victimas offerre,ad
ſimulachra properabant , cum non vult illos celebrare fe-
ſtum diem, ſtudio feſtum diem agunt.* Et paulò inferius
ait.*In hoc ſolum incubuiſtis , vt quæcúmque Deus præce-
perat,iis contraria faciatis.* Et in idem conuenit Men-
doça lib.1.Reg.cap.2.num.36.annotat.24.circa litteram
19 ſect.4.§.22.fol.mihi 1018.† Et licèt opera Chriſti ma-
nifeſta eſſent, ita , vt Dæmones illa agnoſcerent,Iu-
dæi noſcere noluerunt, vt dixit D.Ambroſ.Lucæ.4.
41.ibi,*Populus negat,quem dæmones confitentur , ô peior
Magiſtro diſcipulorum hæreditas*;idem Mendoça lib.1.
reg.c.8.n.22.annotat.36.§.8.fol.1096.col. 3. & in lib.2.
cap.2.n.36.§.34.fol. 1034. Scaccia de re iudicata cap.1.
gloſſa.1.n.240. cum ſeq. Et plura damna à Iudæis orta
referunt Zuriſa Annal.lib.6.cap.38.tom. 20. fol. 41.&
lib.8.cap.26.fol. 220. Damian. de Goës in Chronica
Regis Manuelis 1.part.cap.102. & 103. P. Mariana
Hiſtoria Hiſpan.lib.6.cap.18.vbi de eorum proditio-
ne aduerſus noſtram Hiſpaniam,& in lib.15. cap.19.
& lib.22.c.8.& lib.23.cap.15.& 19.Io.Baſſeus Chro-
20 nicor.Hiſpaniæ to.1.anno.649.fol. 111.†Et plures me-
dicos ex his,qui loco medicinæ mortẽ ægris affere-
bant , refert Doctor Io.Socapan *en ſu medicina Eſpa-
ñola* 1.part.Refran.25.pag.229.verſ.ſobretodo. & alios
refert Ignac.del Villar in d. reſponſ. 12. num. 51. vbi
exempla quorundam Iudæorum refert,quibus ab eis
21 cauere docemur.† Maximè quia ſub pelle ouina , &
Chriſtianæ humilitatis tegmine , quam fingere ple-
rúmque ſolent, vt venenum interius melius coope-
riant ad decipiendum nos , ſecundùm Io.à Roxas 1.
part.de hæreticis num.352.& ſeq.Peña.3.part.director.
comment.22.verſ.decimus modus,magis fugiendi ſunt,
ſimul cum eorum operibus,ſecundùm Domini con-
ſilium apud Matth.23. 3. *ſecundùm opera vero eorum
nolite facere,dicũt enim & nõ faciunt*,& paulo inferius,
*væ vobis Scribæ , & Phariſæi hypocritæ quia mundatis
quod foris eſt calicis,& paropſidis:intus autem pleni eſtis
rapina & immunditia,ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis,
22 quæ à foris parent hominibus ſpecioſa , intus verò plena
ſunt oſſibus mortuorum , & omni ſpurcitia , ſic & vos à
foris quidem paretis hominibus Iuſti : intus autem pleni
eſtis hypocriſi,& iniquitate* , & Apoſtol. 2. ad Timoth.
3. 5. *habentes ſpeciem quidem pietatis virtutem autem
23 eius abnegãtes*:†ita vt in multis facile & vitæ & ſaluti
hominum officere,& inſidiari valeant,quod & ſem-
per appetunt,& damna inferre paſſim intuentur , &
ſi poſſunt , vt multoties euenit , executioni tradunt
cum Reipublicæ , communitatum & ſociorum in-
commodis,ſeditionibus,rixis, & magnis ruinis , ita
vt cum D.Paulo 2.ad Timoth.cap. 3. 6. dici poteſt,
*Ex his enim ſunt qui penetrant domos, communitates ſe-
ducunt,ſocios peruertunt, diſcordias ſeminant , & omnia
perturbant*;vt ſæpe ſæpius expertus ſum , & probant
Io.à Roxas in d.ſing.104.num.11.& 12. & Ignac. del
Villar.in d.reſponſ.12.num.47.& 51. vbi plura exem-
pla adducit , & ego plurima in præſenti cumulare
poſſem, ſed non libuit quia trita & cognita ab om-
nibus ſunt , & ex allegatis & aliis facilè colligi poſ-
ſunt:& ne eis valde odioſus , & moleſtus videar , ad
quod maiorum , & conſanguineorũ meorũ aduerſus
eos infeſtationes & inimicitiæ me cõpellere poſsẽt,
à quo valde alienus sũ,Deũ teſtor,tantùm enim pu-
blicæ vtilitati cõſulere intendo, vt & de ſe fuit pro-
teſtatus Ignatius del Villar.in d.reſp.12.n.52.† Vnde 24
sũmo Iure ex pluribus regnis & prouinciis fuerunt
expulſi , vt refert Vicente de Acoſta Matos in ſuo
diſcurſu contra Iudæos cap. 11. per totum, Camill.
Borell.de præſtantia Regum Hiſpaniæ cap.69. num. 51.
Paſchal.de virib.patriæ poteſt.1. part. cap. 7. num. 15.
Villadiego in l.5.gloſſ.3.per text.ibi,tit. 2. lib. 12.fori,
Pineda Monarch.Eccleſiaſt.lib.20.§.1.& lib.22.c.4.
Sigiſm.Scaccia de re Iudic.cap.1.gloſſ.1.quæſt.1. n. 202.
fol.43.Gracian.diſcept.for.tom.4.cap.658.n.51.& ſeqq.
& plures cauſas ad hoc nouiſſimè refert Ricciol.
de iure perſon.extra gremium Eccl.exiſt.lib.2.c.51.n.11.

Quare Hebræi , & Agareni , eorúmque deſcen- 25
dentes ſunt apud omnes habiti infames, abiecti , ir-
riſi,oppreſſi , & viliſſimæ conditionis , vt inquit Si-
manch.de Catholic.inſtit.tit.35.num. 5. factique abo-
minabiles in conſpectu Dei , & hominum,vt multis
probat Acebed.in l.2.num.38.tit.2.lib.8.recop.& quod
viles exiſtant in vulgi ſaltem opinione , dicunt Al-
phonſus à Caſtro de iuſta hæret.punit.lib.1.cap.7. verſ.
Fateor tamen.Auendano de mandatis reg.lib.1. cap.19.
num.10.Ignac.del Villar.in Sylua d.reſp.12. ſub n. 35.
verſ.Intellige.Fontanella de pact.nupt.clauſ.5.gl.1.p.1.
ex n.103.& ſeqq. vbi plura de his & plura de Marra-
nis ſcribit Straca de mercatura 2.part.n. 37.pag. 77.
Vnde rectè voluit Bart.in l.omnes, C.de decurion.lib.1.
† quod deſcendentes ex Iudæis Iure communi at- 26
tento non poſſint habere officia publica , quem ſe-
quuntur Romanus ſing. 107. & Acebed. in curia Pi-
ſana 2.part.c.12.n.13.Maſtrillo. 2. de magiſtrat. c. 12.
n.50.& 51.& 64.

Quæ omnes qualitates , & praui mores Hæbreo- 27
rum , & Agarenorum facilè in eorum progeniem
tranſeunt,cùm paterni mores filij mores arguant,ſe-
cundùm Ariſtot.de generat.animal.lib.1.cap. 19. Alc.
reg.1.præſump.24.Maſch.de probat.concl.1072.num.12.
Tiraq.in l.7.connubial.num.1.cum ſeqq. Neuizan.in ſua
ſylua nuptiali,lib.2.num.114.& 125.Chaſan.in Catalo-
go gloriæ mundi 3.1.part. conſid. 25. † Immò experien- 28
tia docuit quòd horum progenies facilè ad vomi-
tum prædeceſſorum redit , vt conſiderant plurimi
apud Marianam.Hiſtori Hiſpan.lib. 26. cap. 1. in fin.
Ignac.del Villar.d.reſp.12.n.27.& Vincẽt.Acoſta Diſ-
curſu contra Iudæos cap. 24. & ideò eſt præſumptio
legalis, quòd filij hæredes ſunt criminum,& morum
parentum, ſecundùm Gregor.in l. 7. verb. non venga
de linage,tit.18.part.2. & alios apud Perez de Lara in
compend.vitæ homin.cap.1.ſub num. 53.ſub num. 53. in
fin.& n.54.& apud Maſtrill. d.n. 51. † Ex quibus pa- 29
rentum prauis moribus inſolitis , & nociuis, ſeu ex
nota publicæ pœnitentiæ à ſancto Inquiſitionis of-
ficio impoſitæ prouenit hæc,quam nos impuritatem
vocamus,quaſi ex his maculatis parentum moribus
in filiis gignatur quædam inuiſibilis macula , ſeu
qualitas ad praua,& peruerſa , deteſtabiliáque incli-
nãs, ſeu tacitè incitãs,qua ad ſimila flagitia,& mores
propenſi eſſe præſumuntur, ſecundùm ſupra relatos,
pro quo facit illud Greg.in Lucæ cap.3. Homil. 20.
ante medium illis in verbis. *Et notandum, quòd mala
ſoboles malorũ parentum actiones imitantes genimina vi-
perarum vocantur,quia per hoc quod bonis inuident , eóſ-
que perſequuntur,quod quibuſdam mala retribuunt,quod
læſiones proximis exquirunt:quoniam in his omnibus pa-
trum ſuorum carnalium vias ſequuntur , quaſi venenati
filij,de venenatis parentibus nati ſunt* , & legitur ab Ec-
cleſia

Digitized by Google

cleſia in Dominica 4. Aduentus, 7. lectione Homiliæ.
30 † Et velut paterna labe notari eiiciuntur è commu-
nitatibus, dignitatibus & officiis, quæ à puris & bo-
nis præditis moribus haberi, & exerceri maximè
oportet, *ex l. 1. §. pen. de ventre inſpic.* Guil. Benedic. *in
cap. Raynucius in princip. n. 57. de teſtam. & traditis
31 ſupra, & infra q. 1. §. 2. poſt. princip.* † Et ideò macula
Moſayca, ſeu Mahumetana conſiderarunt velut quæ-
dam infamiæ nota, qua deſcendentes apud omnes
notantur & denigrantur, vt latiùs dicam infrà quæſt.
4. §. 2. per totum, & ex qua effectus, de quibus infra
in quæſtionibus ſeqq. & per totum tractatum agen-
dum eſt, prouenire dicuntur.

---

§. V.

Quatenus quilibet nobilitatem, & ſanguinis appetat puritatem.

SVMMARIVM.

1 *Puritas & nobilitas ab omnibus appetuntur, & macula reiicitur.*
Homines quod melius eſt appetunt, ibid.
2 *Puri & nobiles iniuſtè aliquando calumniantur à maleuolis. Hiſpani honoris magis auidi quàm exteri*, ibid.
3 *Honores augent qualitates poſſidentis.*
4 *Fama dicitur æſtimatio dignitatis, quia valde æſtimatur ab omnibus.*
5 *Famæ damna maiora ſunt, quàm poſſunt æſtimari.*
6 *Theſauri magni & diuitiæ, nihil reſpectu bonæ famæ.*
7 *Theſaurus eſt magnus ortum eſſe ex parentibus bonis.*
Præſumptio eſt quòd quilibet intendit incrementum honoris ſuæ agnationis, ibid.
Homines immodici honoris appetentiores ſũt, & optant nominis ſui odorem bonum poſteris relinquere, etiam poſt mortem, ibid.
8 *Honores puris & nobilibus libenter tribui debent.*
9 *Ignobiles nobilitari deſiderant, & purificari maculati, & aliquando obliquè & fallaciter*, n. 10. & 11.
Puniri debebant velut falſi, ſub eod. n. 9
Mali quod recta via aſſequi non valent, fallaciis intendunt, ibid. ſub n. 9.
Indigni quoad honores in conſideratione non ſunt, ibid.
Falſi pœna puniuntur qui falſo honore vtuntur, ibid.
12 *Lucrum ex malè partis prouenire non poteſt.*
13 *Honor malis exhibitus in eorum commutatur ruinam.*

1 EX DICTIS duo notabilia maximè ſequun-
tur. Primum quòd cùm à natura ſit inſitum
hominibus amare, & ſibi velle, quæ meliora & vti-
lia ſunt, vt docet I. Gutier. *lib. 4. pract. q. 8. num. 45. &*
46. oſtenditur quantum puritas, & nobilitas ab om-
nibus licèt immeriti, improbi, & impuri ſint, appe-
tantur, & econtra quãtum impuritas ab ipſiſmet ma-
culatis reiiciatur & improbetur, velut iniurioſa &
deteſtabilis res, † Alterum, quod etiam nobiles, & 2
puri iniuſtè à maleuolis extent calumniati, per fal-
ſam contumeliam, & imaginariæ labis impoſitio-
nem, in vulgum fallaciter ſparſam. Quorum primum
maximè probatur ex dictis ſupra in §. 2. & 3. vbi latè
diximus quanti apud omnes bonum nomen, & pu-
ritas, & ſanguinis nobilitas habeatur, & ex his quæ
docet Ariſt. *lib. 7. politic.* & M. Tullius *lib. 1. de offic.* Si-
manc. *de repub. c.* 20. maximè nos Hiſpani, qui magis
quam exteri ſumus honoris & reputationis auidi, vt
bene conſiderauit Chriſtoph. Pelagius *lib. 4. de regis
inſtitut.* & Io. Saliſber in Pulicrat. *de Curial. nugis cap.*
2. Pacatus Drepan. *in panegyric. ad* Imp. Theodoſ.
Aniles *c. 6. præt.* Pet. Martyr *lib. de inſulis nuper inuentis*
ita vt rectè I. C. Vlpian. dixerit *in l. ſi longius*, 18. §.
fin. in fin. de Iudic. † quod per dignitates, & honores, 3
qui ex qualitatibus prædictis maximè proueniunt
vtilitas poſſidentis augetur, in tantum, vt numma-
rio pretio æſtimari haud valeat, vt dixit Bal. *in cap.
ex tenore*, 2. *col. de appellat. & in cap. 1. de vita & honeſt.
cleric.* refert, & ſequitur Bart. Chaſſan. *in Catalog.
gloriæ mundi lib. 1. conſid. 2. num. 1.* † Quare Adrianus 4
quod lib. 11. in. 1. ſuppoſito, nuncupauit famam æſtima-
tionem dignitatis, quia valde ab omnibus commu-
niter æſtimatur, atque ideò dixit Liuius *lib. 3. dec. 1.* † 5
Famæ damna maiora eſſe, quàm vt æſtimari poſſint,
faciũt tradita per Iaſ. *in l. reprehendendã, notab. 3. C. de
inſtitut. & ſubſtitut.* Curt. Iun. *conſ. 79. num. 3.* Burſat.
conſ. 191. n. 13. tom. 2. Phil. Corn. *conſ. 162. n. 8. vol. 1.*
Zephal. *conſ. 615. n. 89.* Aym. Craueta *conſid. 795. n. 5.
& conſ. 830. n. 8.* † Nec enim in harũ rerum compa- 6
ratione pro aliquo reputantur diuitiæ & Theſauri
ponderis magni, vt ex Sacræ Scripturæ locis proba-
uî ſuprà §. 2. *in princ.* & probant de Iure text. *in cap.
ex merito, 13. 6. quæſt. 1. cap. licet in beato, 14. in fin. de
accuſat.* Cobb. *in Reg. Peccatum, 1. part. relect. num.*
6. P. Mol. *de iuſt. & Iure tom. 4. diſputation.*
37. *num.* 24. Oldrad. *d. conſ. 93. in princ. & n. 3. & ſeqq.*
Burſat. *conſid. 373. num. 16. lib. 3.* † Et ideò Iure ad- 7
miſſum quod eſt magnus Theſaurus aliquem eſſe
ortum ex bonis parentibus, vt ex multis probat Si-
manch. *de Catholic. inſtitut. tit. 50. n. 8. cum ſeqq.* Rela-
tus à Pelaez de Meres *de Maiorat. 1. part. q. 31. n. 40.*
Et præſumitur, quod quilibet intendit augmentum
honoris & dignitatis ſuæ agnationis; ex Manrica *de
coniectur. vlt. volunt. lib. 6. tit. 15. num. 1. & 2.* & Nicol.
Boetio. *decis.* 204. *n.* 3. docet idem Pelaez *de maiorat.
2. p. q. 6. n. 445.* quia homines honoris immodici ap-
petentiores ſunt, vt tradit Ægidius *lib. 1. de regim.
Princip. 3. part.* Gulliérm. Benedict. *in c. Raynucius,
gloſſ. 1. n. 16.* & ante eos Ariſt. *lib. 2.* Rhetoric. ad Theo-
dectem cap. 15. relati per And. Tiraq. *de nobilit. cap.
23. n. 1. pag.* 196. & ſecundùm aliam impreſſionem
pag. 141. & his tacitis Acebed. *in l. 1. n. 56. tit. 6. lib. 6.
recop.* & poſt omnes refert Pelaez de Meres *de maio-
rat. 1. part. quæſt. 51. n. 182.* maximè cum ex naturali
inclinatione optent nominis ſui odorem bonum.
poſteris relinquere etiam poſt mortem, vt benè con-
ſiderant Pet. Nauarr. *de reſtitut. lib. 2. c. 4. ex n. 351.* Re-
ginald. *lib. 24. ſub. n. 86. paulo ante fin.* Sayr. *claui Reg.
lib. 1. c. 7. n. 31. cum ſeqq.* Filliuc. 2. *tom. tract. 40. n. 134.*
Mul. *de iuſt. tract. 4. diſp. 28. n. 1.* † Vnde neceſſe eſt tan- 8
ti ponderis & vtilitatis res ab omnibus appeti, & ſi-
quidem à puris & nobilibus deſiderentur, iuſtè eis
tribui, & piè honores impertiri debent, *arg. l. ab ea, 5.
de probat. l. huiuſmodi, 84. §. legatum,* 10. vbi Iaſõ. *de l. 1.*
Bart. *in l. ſi quæramus, de teſtam.* † ſed quidem ſunt 9
ignobiles,

ignobiles,qui nobilitari, & ſanguine impuro infecti,qui maximè purificari appetunt, ſed hi in conſideratione non ſunt quoad noſtros honores habendi, tex.eſt *in l.vt gradatim.11.§.3.ibi,ſi idonei ſunt,de muner,& honor.l.2.ibi,ſeyendo ome parcello,tit.15, part.2.* Immò pro mortuis habendi,*cap.1.§.Vaſſallus.* Quæ fuerit prima cauſa benef. amit. Quintil. Mandoſ. *ad Reg.20. Cancellar.quaſt.7.n.6.fol.*151. Io. Lopez *ad Rub.§.27.num.*8.vbi, Barahona ; de Donat. inter virum & vxor. Et præterquam quod grauiſſimis puniri debebant pœnis, maximè dum honorem ſibi indebitum vſurpant, & quidem velut falſi ex text. *in l.3.§.fin. Ad leg. Iul. maieſt. & in l.eos 27 §.fin. Ad leg.Corn.de falſ.& in l.1.*vbi Bart.*C.vt dig.ord.ſeruetur.lib.12.*cum latè cumulatis per And.Tiraq. *de nobilit. cap.13.per totum,*Pet.Greg.*ſyntagm.Iur. lib.36.cap.2. num.1.in fin.*Menoch.*de Arbitr.lib.2.caſu.*318.*num.*25. & 32.Farin.*de falſit.& ſimulac.q.*150.*n.*82.& 86. cum prædicti exoptant, quòd ſanguis maiorum, & veritas ipſa,quæ immutabiles ſunt, in eis repugnat,quòd recta via conſequi non valent,obliquè fallaciis, periuriis,& falſitatibus expoſcunt,vt docet Diuus Greg. in Moralib.*dum mali* (inquit) *Præpoſiti ſuum contra veritatem honorem exigunt, ab omni rectitudine ſequen-*
10 *tium corda ſubuertunt.* † Subuertunt quidem rectitudine rectiſſimos,& integerrimos Iudices, ſubuertunt & teſtes,dum fortè hi blanditiis, precibus, & pecuniis inducti falſo falſam ſicut vêtam ſanguinis nobilitatẽ & puritatẽ iureiurando aſſeruut:illi verò dũ veris probationibus, ſed fallacibus, quæ tamen veræ apparẽt(aliud enim excogitari à tantis vitiis nõ valet) aliiſque humanis indumentis nixi nobilem, & purum ſententia efficiunt, quem impurum, & ignobilem,ſui reliquerunt maiores, vt valde rei huic accõmodatè oſtendit Saluſtius in Catilinam cum di-
11 xit.† *Gloriam & honorem, & imperium bonus, & ignauus æquè ſibi exoptant, ſi bonus vera via nititur:ſed ignauus,quia bonæ artes deſunt, dolis & fallaciis conten-*
12 *dit.*† Atque ideò cùm ex malè partis lucrum vtile prouenire non valeat; euenit, quod idem Gregor. in 7.Moralium dixit.† *Honor malis exhibitus in eorum*
13 *commutatur ruinam,*quia citò honor iniuſtus maliciis & machinationibus partus exareſcit, ſeu excæcatur cum maiori anhelantium opprobrio, & ambitioſorum ruina, atque ignominioſiori infamia.

---

§. VI.

De calumniis, & conuitiis ſolitis aduerſus nobiles,& puros ſanguine inferri.

S V M M A R I V M.

1 *Maleuoli puros & nobiles maculare intendunt.*
2 *Viles alterius vituperatione ſe laudare putant.*
3 *Calumniator famam maculare conatur, licèt plurimum habeat ſplendoris.*
4 *Inimici famam non ita vt nota eſt ferunt, facilè mentiuntur, omniáque mala cogitant vt damna inferant inimico*, & n. 5.
6 *Inuidi nobiliores infamare intendunt.*
*Honor nimius per inuidiam nobiliores euertit,*ibid.
7 *Hominibus commune eſt de aliis malè loqui. Calumnia iniuſta ſolatium ſecum affert,* ibid.
8 *Nihil ridiculoſius; quàm contemni ſapientem ab inſanis, puros à maculatis, nobilem à plebeio.*
9 *Opinia praua cura hominum qualitates oriri ab iniquis ſolêt, cupientibus, quod oriatur fama mala.*
10 *Iudices non cuique dicto credere debent.*

SECVNDVM verò,quod ex præcedentibus deduci,dixi,circa calumnias & conuitia quæ 1
bonis & puris inferuntur à maleuolis; qui illorum nobilitatem,& puritatem obſcœnis maculis, & falſis infectionibus ſuffocare intendunt, & fortè eadem fæce coinquinati ſe honorare & purificare putant cum aliorum infamia,& falſa macula, vt aliàs conſiderauit D. Hieronymus in Epiſtola ad Nepotem in
hæc verba,† *Vilium ſatis hominum eſt, & ſuam laudem* 2
quærentium,alios viles facere, quia alterius vituperatione ſe laudare putant, & qui ſuo merito placere non poſſunt,placere volunt in comparatione malorum. Satis quidem hoc idem eleganter conſideratur in noſtra Pragmatica in hoc §.20.incipit *Y porque el odio, malicia y otros reſpectos, &c.* Et optimè prius dixerat Lipſius
in Orat.de Caluminat. dum inquit.†.*Famam vnicum* 3
ſapientium theſaurum,puriſſimam vitæ gemmam; appetit calumniator aſſiduè, & ſubtrahere, aut maculare conatur omni fraude;& Caſſianus itidem lib.6.epiſt.12. *Interdum*(ait)*aſſidui labores, & ipſas ingratas faciunt dignitates,graue pondus inuidiæ eſt ſplendere, ſingulari claritate, & morum lampade non lucere.* Licèt claritas morum,ſanguinis, & nobilium parentum maximè fulgeat,& omnibus ſplendeſcat,venit acutus, ac vlceratus inuidi ac venenoſi ſerpentis obiurgantis morſus, quo pulchritudo famæ citò marceſcit, inuidia, ſeu
morbo quodam, vt Stobæus ſerm.18. dixit. † Sunt 4
enim hi praui homines ac non conſcientiæ tutæ, ac inimici,vt dixit Plautus,

Inimici famam non ita,vt nota eſt,ferunt.

Qui facilè aduerſus inimicos mentiuntur, vt conſi- 5
derauit Vlpianus I.C.*in l.1.§. Præterea inimicorum, 24.de quæſtion.*& omnia mala cogitant, vt damnum inferant inimico, tam in facultatibus, quàm in ſuo honore,& fama,vt in *l.1.§.9.23.verſ.Præterea,eod.tit. de quæſt.& in cap.repellantur,7.de Accuſat.*Philip.Dec. *conſ.64.col.4.verſ.Propter,*Ludou.Roman.*conſ.7. viſis neceſſariis,col.1.*Tiber.Decian.*reſponſ.51.num.128.*& Surd.*conſ.477.n.2.*& poſt omnes Valençuela *conſ.92,*
num.129.& alij relati *infra,q.12.§.2.num.11.& 12.*† 6
Sunt etiam valde inuidi, quia appetunt, vt dixi, ab aliis tollendo, quod ipſis deeſt ab origine ſuorum, & fortè, immò & frequentiùs euenit in nobilioribus,& clarioribus, quos nimius honor per inuidiam euertit, vt Plutarchus in moralibus probauit. Ætas enim noſtra mirificam quamdam extulit vim hominum improborum, qui magnam laudem in obtrectatione poſitam putant,nec quidquam cupidiùs faciunt,quàm vt quidquid poſſunt,ex aliena gloria deterant,credúntque ita ſe demum emerſuros, ſi eos, qui extant, depreſſerint, quam rationem graſſandi ad famam,cùm nemo vnquam approbauerit, nulla eſt eorum habenda ratio, illiſque reſpondeat D. Hieron. in prœm. Paralipom. verba ſunt Stephan. Gratiani,*in præfat.1.tom.diſcept.for. num. 94. in fin. &*
n.95.† Commune enim hominibus eſt de aliis malè 7
loqui, ex Seneca libro de moribus. *Malè de te* (inquit) *opinantur homines,bene autem loqui neſciunt, fa-*

ciunt,non quod merearis, ſed quod ſ lent ipſi homines, de
malis loqui moleſtum, ſi quid m ntiuntur, ſic immerito
minimæ innocentiæ, nunc maxime gaude : apparet enim
illos vera ob eſturos, ſi poſſent. Et Epiſtola 77. dixit,
malè de me loquuntur homines, quia bene loqui neſciunt:
faciunt non quod merear, ſed quod ſolent, cui etiam con-
uenit Franc. Petrarcha Dialogo 36. vbi. *Sed contem-*
nor? Reſp. ſi iniuſtè quidem eſt, non inficior, quod doleas,
8 *feras tam , alioqui eſt quod rideas.* † *Nihil eſt enim ridi-*
culoſius; ſed nihil crebrius, quam contemni ſapientem ab
inſanis. Igitur ſimiliter ridiculoſius nihil, & nihil
crebrius, quam ab ignobilibus & impuris, purùm &
9 nobilem contemni. † Et ideò plerumque praua com-
munis opinio de qualitatibus nobilium, & puri ſan-
guinis enaſci ſolet ab eis, qui iniquo animo affecti,
cupientes quod oriatur, & inſurgat mala fama, eam
fingere, & ſimulare procurant, vt aliàs dixit Pariſ. de
Puteo *de ſyndicatu part. Quidam latro famoſus, n.* 5. Ad-
ditio ad Martin. Vranum *in cap. cum literis, num. 6. de*
10 *teſtib.* † Quare iudices non cuique dicto, & opinio-
ni, ſeu vagæ famæ aduerſus puritatem fidem adhi-
bere debent, vt ſuo loco latiùs probabimus, de qui-
bus videndi ſunt Fabius Quintilian. *lib. 5. inſtitut.*
Orator. cap. 3. declamat. 11. *&* 18. D. Iſidorus *lib. 5.*
Etymolog. cap. 27. & ex D. Hieronymo ad Rufin. tra-
dit Tertulianus *in Apologet. cap.* 8. Cenedo *in colle-*
ctan. ad 6. Decretal. collect. 6. poſt Seguram Daualos
Allegat. direc. iudic. Eccleſiaſt. 1. *p. c.* 14. *n.* 18. quos &
alios plena manu congerit Io. Baptiſt. Valençuela
conſ. 90. *n.* 184. *& ſeq.* & quæ dicemus infra *quæſt.* 10.
§. 4. *num.* 40. *& ſeqq. & quæſt.* 12. §. 3. *ex num.* 34. *cum*
ſeqq.

---

§. VII.

De calumniis iniuſtè illatis patienter ferendis.

SVMMARIVM.

1 *Solatium eſt maculator vocari ab eis, qui ſimili laborant morbo, potius quàm ab aliis.*

2 *Virtus & fama velut odoriferus flos, cùm plus teritur plus olfacit.*

Fama latiùs ſpargitur, cùm exercetur negotiis & rebus aduerſis, ibid.

3 *Sicut Lux in obſcuris magis luceſcit, ita & honor cùm malicioſis circumducitur tenebris.*

4 *Proprium eſt honoris non ſine æmulis, & calumniatoribus eſſe.*

Nec flamma ſine fumo, nec ſine calumnia fama, ibid.

5 *Contraria contrariis opponuntur, ita ignobilibus ignobiles, & maculati puris.*

6 *Veritas dum magis oppugnatur, magis progreditur in lucem.*

7 *Victoria magis glorioſa, vbi fuère laborioſa certamina.*

8 *Honor & fama in rebus aduerſis plenior gloria euadit*, & n. 9.

1 QVÆ verò omnia vſque adhuc allata maxi-
mum his, qui calumniis, & fallacibus impoſi-
tionibus ab inimicis in ſua fulgida, & decora oppri-
muntur qualitate, & aliquando miſerè & rigidè con-
quaſſantur, ſolatium (ſi aliquod eſſe poteſt in ſimili
honoris afflictu) afferre poſſunt, cùm plerumque ab
his afferatur malum, & ſpargatur in omnes infamia,
& macula, qui ſimili laborant morbo. † Et quia vir- 2
tus & fama velut odoriferus flos, cùm plus teritur, &
æmulationibus tetrahitur, vehementiùs odorem
euehit, vt Anonymus dixit, *vt aromata tum vehe-*
mentius fragrant, cùm mouentur, aut teruntur, franguntur-
ve, ita virtus & fama, latius ſpargitur, cùm exercetur ne-
gotiis, & rebus aduerſis Et velut clara lux in obſcuris
magis, ac magis luceſcit, ita honor, cum malitioſis
tenebris circuducitur, plus ſplendeſcit. † *Bona enim* 3
opinio hominum tutior eſt pecunia, bonum quod eſt, ſup-
primitur, nequaquam extinguitur, bona fama in tenebris
proprium ſplendorem tenet, dixit Seneca de remed. for-
micar. cui etiam conuenit Lipſius Epiſt. 11. *Vt ſtellæ*
(inquit) *in cælo per ipſas tenebras fulgent, ſic bonorum*
fama per obſtantium calumniarum nubes. † Immò 4
proprium eſt honoris, & exiſtimationis magnæ non
ſine æmulis, & calumniatoribus eſſe; *Quia vt flamma*
firmior non ſurrexit vnquam ſine fumo, ſic nec fama ſine
nube aliqua liuoris, verba ſunt ipſius Lipſij ad Belg.
Epiſt. 14. & alibi lib. nempe. 1. eadem Epiſt. 14. etiam
dixit, *Nec flamma vlla magna ſine fumo ſolet ſurgere:*
nec ſine calumnia fama. † Contraria enim contrariis 5
opponuntur, nobilibus ignobiles, & ſanguine puro
præditis qui impuri ſunt, & maculati, contrariantúrq;
adinuicem ſibimet aliquando, *l. mentiris* 30. *Pro ſocio.*
Bald. *in l. 1. de his qui ſunt ſui, & in l. eam quam, col. 6. C.*
de fideicom. † Vnde prouenit, quod ſicut veritas ma- 6
gis, ac magis oppugnata, & contrita calumniis tan-
to clarior nebulis expulſis progreditur in lucem, vt
ſatis ſignificauit D. Ambroſ. lib. 1. offic. cap. 15. hiſce
verbis. † *Nam & ea eſt magis glorioſa victoria, vbi* 7
fuère laborioſa certamina, & docuit Innocent. Epiſc.
Epiſt. 7. prout refertur *in cap. graue,* 7. 25. *q.* 9. *& in c.*
inter dilectos 6. de fide inſtrum. & voluit gloſſ. *in c. cum*
Ioannes, verbo. Poſtquam, illo eod. tit. Flamin. Pariſ. *de*
reſigna. benef. lib. 11. *q.* 11. *n.* 3. Bobadilla in politica
lib. 1. *c.* 10. *n.* 1. plures apud Auguſt. Barboſam *Axioma*
224. *num.* 1. *pag.* 139. & pluribus exornat Io. Neuizan.
in ſua ſylua nuptiali in princ. num. 4. & ſeqq. Rolan. à
Valle *conſ. 6. in num. 1. & concl. 70. num. 2. lib. 1. & conſ.*
66. *n.* 1. *lib.* 2. Ludouic. Zuntus *in reſponſo pro vxore n.*
2. Marcus Ant. de Amata *deciſ. Marchia* 41. *num.* 6.
Aym. Craueta *conſ.* 135. *n.* 18. † Ita etiam & honor & 8
pulchra fama quando rebus aduerſis, & æmulationi-
bus teritur, & falſo contrariatur, tanto magis fol-
gentior, & plenior gloria euadit, vt optimè docuit
Caſſiodorus. *Etiamſi* (inquit) *copia plurimum ſoleat*
habere faſtidium, bonum tamen nomen conquaſſatum ſem-
per efficitur glorioſius. quibus eleganter conueniunt
verba Steph. Gracia. *diſcept. for. 4. tom. c.* 800. *circa fin.*
Conuitia non attigimus, quia ſcimus iſtum theſaurum
ſtultis in lingua ſitum, vt quæſtui habeant malè loqui me-
lioribus, & æquo animo audienda ſunt imperitorum con-
uicia, & ad honeſta vadenti contemnendus eſt iſte contem-
ptus. † Ex quibus duo manẽt plane cõſtituta, & quòd 9
his, qui nobiles, & puros fallaci calumnia, & infa-
mia vulgo afficiunt, ideò maximè hoc exagitant, quia
ſimilem maculam, quam in ſemetipſis imbutam
agnoſcunt, reiicere intendunt per aliorum oppro-
brium, & dehoneſtationem. Et etiam quòd gloria &
puritas maiorum, ideò pulchrior, & fulgentior effi-
citur, quòd contrariis æmulationibus, & calumniis
teratur, & nebularum conflictu oppugnetur, & deni-
que quod vtrúmq; afferre poteſt ſolatiũ magnum eis,
qui calumnioſis dehoneſtationibus in ſua pulchra &
decora fama laborãt, vt cõſtitutũ & probatũ manet.

§. 8.

Digitized by Google

§. VIII.

De Iniuriis aduerſus ſanguinis qualitates illatis vlciſcendis, & quo modo.

SVMMARIVM.

1. *Iniuriam relinquere inultam vilis animi eſt.*
2 *Veterem ferendo iniuriam inuitas nouam.*
3 *Calumnia eſt res incurabilis, cuius vulnus, ſi relinquatur, acerbius fit.*
4 *Fama, ſicut ignis, facilè tueri poteſt, extincta verò non facilè reaccenditur.*
5 *De honore cura maxima eſſe debet.*
Honorem tuentes plurimùm laudantur, ibidem.
6 *Honorem ſpernere vilis animi eſt.*
7 *Verecundum eſt honorem inultũ relinquere.*
8 *Iniuria familia tangens renunciari non poteſt, neque condonari*, num. 20.
9 *Vindictam non eſſe ſumendam ſuadetur ex pluribus ſacra Scriptura locis, & quomodo intelligi debeant explicatur*, num. ſeqq.
Nihil tam Chriſtianum quàm iniurias remittere, ibid.
10 *Perfectiùs operatur iniurias remittendo, & parando cor ad ferendum alias pro Deo.*
11 *Quilibet poteſt in iudicio ſequi iniurias abſque peccato. Et extra reſiſtere inferentem iniuriam*, n. 12. *Et eum occidere, ſi aliter ſe, & ſuum honorem defendere non poſſit*, n. 13 *Quod declaratur*, n. 14. *Et etiam poteſt occidere iniuriantem fugientem, ita vt nec irregularitatem incurrat*, ſub d. num. 14. *Et quid in Clericis*, ibid.
Odium remittere tenemur, non ſatisfactionem, ſub d. n. 11.
15 *Vindicta iniuſta, & authoritate propria ſumpta non licet: ſecus legitimis directa modis. Imò aliquando expedit, vt ſumatur, ne detur accaſio malis peius agendi: etiamſi offenſor dignam offerat ſatisfactionem*, n. 16.
Lex humana iuſtè cogit hæredem vindicare necem defuncti, ibi ſub n. 16.
Iniuria particulari remiſſa non cenſetur ſublata publica ſatisfactio, ibid.
17 *Deſerere proprium honorem aliquando inducit peccatum lethale*, & n. 21.
18 *Dũ peccatũ eſt remittere famã, erit etiã peccatum non curare de reſtauratione fama.*
19 *Honorem totius generis amiſſum relinquere mortale conſtituit peccatum.*
20 *Infamator non liberatur à reſtitutione per condonationẽ iniuria cõmunis pluribus, ſi ab vno tantũ fiat. Infamãs ſe nõ tenetur ad reſtitut. niſi in alios infamia vertatur.* ibid.
22 *Patientia in ferendis iniuriis maius meritum conſtituit, quàm vindicta.*
23 *Præcepta patientia expectant ad præparationem animi eam exercendi, non ad verum præceptum conſtituendum.*
24 *Negligentia proprij honoris non cõmendatur in ſacra pagina, ſed tãtũ vt vindicta ita nõ ſumatur, vt proximum lædamus*, & n. 25.
26 *Modi, quibus inſequi honorem iniuriatus licitè poſſit, quales?* & n. ſeq.
27 *Vindicta iudicialis in honoris cauſis an expediat?*
29 *Maculati caueant à prætenſione honoris puritatem requirentis, & quare.*

NEc quidem ideò, qui ſimili iniuſtè opprimuntur 1
fæce, & à ſua fulgida opinione machinis
æmulantium dehoneſtantur, debent aduerſarium
contemnere, immò iniuriam ferre inultam, dummodò
vindicta, & odium abeant, vilis animi eſt, nec
prætermittendam docet D. Baſilius Epiſt. 65. *Ad calumnias* (inquit) *tacendum non eſt, non vt contradicendo
nos vlciſcamur, ſed ne mendacio inoffenſum progreſſum
permittamus, aut eos, qui ſeducti ſunt, damno inhærere ſinamus*, quia, vt inquit Aul. Gellius lib. 8. noct. Attic.
Veterem ferendo iniuriam inuitas nouam. † Et ideò Phi- 2
loſophus ita conſulit, *Neminem vnquam veſtrûm fortaſſe vipera momordit, neque phalãgium, & abſit, vt mordeat vnquam, ſed tamen omnia huiuſmodi animalia vbi conſpexeritis, mox interficitis, itidem & cùm delatorem, & crudelem hominem videritis viperinam habere naturam, ne expectate donec aliquem veſtrûm mordeat, ſed cùm primùm occurrerit moriatur*, non quidẽ (vt Chriſtianus quilibet accipere id debet) homo, ſed iniuria, eam, ſi poſſit, veritatis cultello interficiendo, niſi concurrentibus requiſitis à Doctoribus, vt nos iniuriantem occidere iuſtè poſſimus, de quibus infrà aliquid dicemus. Ratio horum eſt ex D. Athanaſio Apo-
log. 1. † *Quia calumnia eſt claua & gladius, & iaculum* 3
incurabile, vt ait Salomon, ſed his veritas mederi poteſt, qua vbi negligitur, vulnera acerbiora fiunt: quia, vt in-
quit Lucianus in Moral. † *Fama eſt ſicut ignis, qui ſe-* 4
mel accenſus facilè ſeruatur, extinctus haud facilè reaccenditur: ita famam tueri facile eſt, extinctam non facile eſt reſtituere, cui etiam adſtipulatur Plutarchus in libello, quo quærit, an ſeni gerenda ſit reſpublica? vbi ita eleganter prorumpit. *Vt flamma, ita etiam honor non difficulter conſeruatur, ſed alimentum, ſeu fomitem haud magnum requirit, extinctam neutram facilè & ſine
labore rurſum incẽderis, atque excitaueris.* † Et ideò cura 5
maxima de honore debet eſſe, & plurimùm eũ tuentes laudantur à Menoch. *conſi.* 302. *num.* 1. *lib.* 4. & à Valençuela *conſ.* 92. *à num.* 1. Quibus fauet Philoſophus quidam dicendo: *Honoris & gloria cupiditas digna laude eſt, & in ſocietate hac humana vtiliſſima; ea enim ad cogitationes, atque actiones generoſas & excelſas
ſtimulat.* † Spernere enim famam & honorem vilis 6
hominis eſt, vt Cicero in Piſonem docet, ibi. *Vt leuitas eſt inanẽ aucupare rumorem, & omnes vmbras etiam falſa gloria conſectari: ſic leuis eſt animi, lucem, ſplendorémque fugientis inſtatus famam, qua eſt fructus vera
gloria, honeſtiſſimas repudiare.* † Quare verecundum 7
eſſe honorem ſuum multùm relinquere docet text. aureus *in l. miles*, 11. §. *Socer.* 3. *ibi. Quare non iniquè repelletur, qui commodum dotis vindicta domus ſua præponere non erubuit, Ad legem Iul. de adulter.* & probat Bartol. Chaſſan. *in Catalogo Gloria mundi*,
1. *p. conſid.* 2. *n.* 3. † Quod præcipuè locum obtinet in 8
iniuriis, & calumniis totam domum, progeniem, ſeu familiam tangentibus, quæ cùm non tam proprium honorem, quàm totius generis reſpiciant, defenſionem eius renunciare non expediet, vt ex multis

probant Pet. Nauarra *de reſtitut. lib. 2. cap. 4. nume-
ro* 128. & Rebel. *de obligat. inſtit. lib. 4. de reſtitut.
queſt. 1. numer. 4.* & Io. Sancius Abulenſ. *in ſelect.
diſputatio. 46. ſub numer. 9. verſ. quod tamen falſum.*
Mart. Bonacina *de reſtitut. diſput. 2. quaeſt. 4. punct. 10.
ſub num. 2. verſ. Dixi ex ſuo genere.* de quo latiùs in-
feriùs hoc eodem §. num. 15. *& 2. part. quaeſt. 6. §.
3. illat. 4.*

9 At his grauiter obſtare videtur illud ad Roman.
12. 19. *Mihi vindictam, & ego retribuam.* & iterum
ibi. *Non vos vlciſcentes:* & ſecundùm aliam tranſla-
tionem, *Non vos defendentes*, vt Gracian. *in ſum.* 23.
qu. 1. Deut. 33. 35. & Ezech. 25. 12. *Mea eſt vltio,
& ego retribuam.* & Luc. 6. 28. *Benedicite maledicen-
tibus vobis, & orate pro calumniantibus vos.* Matth. 5.
39. *Et qui te percutit in maxillam vnam, prabe illi &
alteram. Et ei, qui vult tecum iudicio contendere, & tu-
nicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.* & alia Sacræ
paginæ, vt patet ex Dauid Pſalm. 37. & Petro Epi-
ſtol. 1. cap. 2. quæ probant quòd vindicta non eſt
ſumenda, ſed humiliter tacendo iniuriæ ferendæ;
quibus velut à Domino traditis præceptis obedien-
dum omnino quilibet non inficiabitur. Mol. *de iu-
ſtit. & iure, 5. tom. tract. 4. diſp.* 20. Nauarr. *c. inter
verba, concl. 2. n. 11. cauſa. 11. q. 3.* atque ſimilia, pro-
fana tamen, refert Cabreros *de metu, 2. c. 47. ex n. 4.*
& ideò dicitur, nihil tam Chriſtianum, quàm iniu-
rias remittere, vt per rationem text. *in l. ſi venditor,
6. §. 1. de ſeruis exportand.* dixit eleganter. Ant. Fab.
in C. lib. 9. tit. 20. defin. 12. n. 1.

10 Sed primò dico, prædicta non ita eſſe accipienda,
vt præcepta conſtituant, ſed tantùm conſilia, ad hoc
vt perfectiùs operetur iniurias remittendo, & ex cor-
de parato ad alias pro Deo ferendas calumnias, &
contumelias, vt ea accipiunt Bañez, Salon, & Aragon
ex Caietano 2. 2. *q.* 68. & Sayr. *Claui Reg. lib. 12. cap.* 14
num. 1. & 2. Valenc. *tom. 3. diſp. 5. punct. 3.* Filliuc. *tra.
40. c. 3. queſit. 10. n.* 86. Mart. Bonac. 2. *tom. de reſtit.
diſp. 2. q. 4. punct. vlt. n. 4. verſ. Obijcies. in vlt. impreſſio-
11 ne.* † aliàs nemo iuſtè abſq; crimine lethali proprias
iudicio inſequi poſſet iniurias, quod verum non eſt,
tam ex communi Iuriſtarum, quam Theologorum
recepta ſententia, cum S. Thoma 2. 2. *queſt.* 68 *art.* 1.
Nauarro *in Man. cap. 25. num.* 13. Tolet. *lib. 5. cap.* 5.
Sayr. *Claui Reg. lib. 14. cap. 16. n.* 6. Valencia 2. 2. *to.* 3.
diſp. 5. queſt. 12. punct. 1. Pet. Nauarra *de reſtit. lib. 2. cap.
4. num. 100. verſ. Octaua. & in duobus num ſeqq.* Cùm
etſi odium remittere teneamur, non tamen iniuriæ
ſatisfactionem, *c. ſi quis contriſtatus. 90. diſt.* nouiſſi-
mè D. Franc. de Amaya *obſeruat. lib. 3. c. 8. n. 7. in vlt.
impreſſ.* pro quo eſt bonus text. *in. d. l. ſi venditor. 6. §.
1. de ſeruis exportand.* idem tenet Zerola *praxi Epi-
ſcop. charitas. fol. mihi.* 44. Mol. 1. *de primog. c. 5. n.* 12.
Maſtrillo ad Indultum generale Siciliæ, *c. 24. ſub n.
12 37. in fin.* † Sequeretur etiam non poſſe virum hono-
ratum, qui aliter honorem ſuum tueri non valet,
ignominiam inferenti reſiſtere, vt verè ac ſecurè po-
teſt, ex P. Mol. *de iuſt. & iur. tract. 2. diſp. 715. tract. 3.
diſp. 17. & tract. 4. diſp. 20. n.* 3. Leonard. Leſſio *lib. 2. de
13 iuſt. cap. 9. dub. 12. a nu.* 77. † Immò afficientem con-
tumeliis atrocibus, ſi aliter honor defendi non va-
leat, iure occidere poſſumus, vt recepta & verior eſt
ſententia, ex Ant. Gom. 3. *var. c. 3. n.* 23. Clar. *lib. 5. ſent.
§. homicidium, n. 21. verſ. Idcirque & multo magis*, plures
allegati à Pelaez *de maior. 1. p. q. 51. n.* 53. Diana *reſol.
mor. 3. p. tract. 5. miſcel. reſol. 15. pag.* 211. Becan. 64. *de
iuſt. & iur. q. 8. n.* 2. & alij apud Farin. 3. *to. lib. 4. de ho-
mic. q. 121. n. 116. & q. 125. n.* 41. quod temperat *n.* 42.
ſed intelligendus eſt de iniuriis minoribus, quibus
aliter reſiſti valet, quia tūc & nos aſſerimus per occi-
14 ſionē nō licere. † Quod & clariùs exponit ibid. *n.* 100
in nobili iniuriato a vili & plebeio, qui ſuū honorē
tueri non valet, ni maiorē illi reddendo iniuriā, qua
fuit conuiciatus, quia tūc ei licet eo modo ſe defende-
re, quo proprio conſular honori, quod & velle vide-
tur P. Nauarra *de reſtit. lib. 2. c. 3. n. 375. & ſeqq.* & P.
Mol. loco citato, & *tr. 4. diſp. 10. n.* 3. & adducti per
Mart. Bonacin. *de reſt. diſp. 2. q. vlt. ſect. 1. pun. 10. à n. 5.
cū ſeqq.* etiam iniuriantē fugientē occidendo, dum ho-
nor iniuriati læſus manet, ex Nauar. *in man. c. 15. n.* 4.
Pet. Nauarr. *de reſt. lib. 2. c. 3. n.* 383. Henriq. *in ſum. lib.
14. c. 10. n. 3. lit. T.* Ferdin. *in exam. mor. p. 1. c. 9. §. 1. n.* 16
Zabal. *com. contra com. q.* 551. Diana *reſol. mor. 2. p. tract.
1. miſc. reſol. 15. pag.* 46. vbi *reſol.* 16. ait, homicidā qui
fugere poterat, & vitā euadere, non tamen ſine hono-
ris detrimēto, irregularitatē non incurrere, quia iuſtè
occidit, ex Suarez *3. p. to. 5. de cenſur. diſp. 7. q. 4. pun. 6. n.*
4. Coinch. *de ſacram. diſp. 17. dub. 9. n.* 90. cōtra Farin. 2.
par. frag. n. 490. & contra alios, quos ibi Diana refert,
maximè cū honor ſibi, & ſuis neceſſarius erat, vt cō-
cludit Laymā, *lib. 3. ſect. 5. tra. 3. p. 3. c. 9. n. 3. in fine*, qui
aliàs cōtrarius exiſtit, conuenit aliis citatis Graciā. 5.
diſcept. 857. *n.* 5. vbi n. ſeq. ampliat, vt abſque incurſu
cenſuræ poſſit quis præuenire clerici percuſſionem,
dū probabiliter timet recipere ab eo læſionē in cor-
pore, bonis aut honore, ex gloſ. *in c. ſi perſod. v. ſecular.
& in c. ſuſcep. de homic.* & ex Vgolino *de cenſ. Pōt. 2. p.
§. 2. n.* 2. quāuis in clericis loquendo contrariū teneat
Sa, v. Homic. n. 5. v. cleric. volens, quòd teneantur fuge-
re, potius quā occidere, imò quòd eis occidere nō li-
ceat indiſtinctè, nec pro defenſione honoris, nec fa-
cultatū, ſed intelligēdus venit, dū hoc poſſunt omit-
tere abſq; ſui incōmodo, aliter ſecus, vt cū multis ex-
plicat Bonacina *2. de reſtit. q. vlt. ſect. 1. punct.* 10. *n.* 11.
Dico ſecūdò, prædicta ſacr. pag. documēta intelli- 15
gēda de iniuſta vindicta & authoritate propria ſūpta
quæ nūquā licet, nō verò intelligi valēt de iuſta & le-
gitimis directa modis, oā eis ſeruatis vnuſquiſq; po-
teſt tuta cōſciētia ſuā proſequi iniuriā, ex Nauar. *in c.
cōtrar. n. 12. de pœnit. diſt. 5.* Suar. *de fide, tr. de bello, diſ.* 13
n. 1. Maldonat. *in Matt. 5. n.* 39. † Imò aliquādo expe- 16
dit iuſtā vindictā à calūniatoribus ſumere, ſiue verbis
innocentiā oſtēdendo ob ſcandalū proximi vitādū, ſi-
ue facto reſiſtēdo, aut in iudicio accuſando, ne detur
occaſio malis peius agendi, vt rectè ex Lyra. *ſup. Ioan.
c.* 18. & ex Bañez 2. 2. *q. 62. ar. 2. dub.* 2. docet Io. Sanc.
Abul. *ſelect. & pra. diſp. 46. n. 6. 7. &* 31. Caſtro Palao *in
opuſc. mor. tr. 6. de charit. diſp. 1. punct. 6. n. 8. & 9.* vbi ait,
etiā procedere dū offēſor cōdignā offert ſatisfactio-
nē, cū aliquādo expediat reip. ne offenſus ab accuſa-
tione deſiſtat, pro quo adducit Suar. *de char. diſp. 5. ſect.
5. fin.* Coinch. *de char. diſp. 14. dub. 6. n.* 103. Lorca *eod.
tr. ſect. 3. diſp. 25. n.* 3. Bonac. 2. *to. de char. diſ. 3. q. 4. pun.* 3.
n. 5. idē Io. Sanc. *diſp. 2. n.* 11. qui infinitos quaſi refert,
& fatetur D. Greg. 8. *ep.* 45. ibi. *Līguas detrahētiū opor-
tet aliquādo cōpeſcere*, refert Nauar. *in c. inter verba, cōc.
2. n. 10. 11. q.* 3. fateturq; Sum. Pont. *in c. 2. de hom. in* 6.
P. Greg. 38 *ſint. 1. n. 16. & ſeq.* & alij apud D. Fran. de A-
maya *d. c. 8. ſub n.* 7. nec aliàs quidem iuſtè cogere lex
poſſet humana, hæredē vindicare teſtatoris necē ſub
pœna amittēdi hæreditatē, vt *in l. 3. §. 18. l. 8. §. fin. l. 9.
l. 22. pen. & fin.* Ad Sylan. *l. 17. de his quib. vt indig. l. 16.
& ſeq. C. eod. l. 1. C. vbi cauſa fiſc. l. 12. t. 7. p. 6.* Gom. 3. *va.
c. 3. n.* 53. Pichar. *de vulg. c. 16. n. 24. li. 18. obſer. 6.* & ad
reſp. Pap. *lib. 6. in l. 4. & 21 ad Syl. & li. 16. reſp. Pauli, in
d. l. 22.* Oſuald. *lib. 6. com. c. 24. li. M.* & alij apud Amay.
n. 3. citato loco, hoc quidē obediēdo legi præcipiēti,
nō verò odio occiſorē habēdo, vt *in c. & qui emendat,
45. diſt. c. ſi quis cōtriſt. 90. diſt. c. de occidēd. 21. q.* 5. cū ſu-
per. adductis. Atq; exinde etiā prouenit, quòd remit-
tēdo propriā iniuriā non cēſetur remiſſa publica ſa-
tisfactio, ſecundū Bar. *in l. 1. §. ſi ea, de vētre in poſſ. mit.*
Mant. *de tac. & amb. 2. to. li. 27. ti. 3. n.* 33. † Quod maxi- 17
mè in eo videri locū habebit in cōtumeliis, & iniu-
riis nō ſolū propriā iniuriati perſonā reſpiciētib ſed
etiā totius generis, & ipſius progeniei dehoneſtatio-
nem

Digitized by Google

nē. quia tunc honorē tāgentē plures deſerere nō iu-
ſte poterit. Imò dicerę audeo, quòd ſi ex deſertione
proprij honoris notabile dānū cognationi obueniat,
prout in publicis iniuriis ſanguinē tāgētibus plerūq;
euenit, a lethali nō excuſatur peccato, qui tueri potuit
& deſeruit, pro quo faciūt Banez, & Saucius *n. 6. locis*
18 *citatis*, vbi aiūt, † quòd in caſibus, quibus eſt mortale
remittere famam, erit etiam mortale, non curare de
eius reſtauratione per media conuenientia, & ordi-
19 naria. † Et cùm amiſſum relinquere honorem to-
tius generis, graue pondus, & damnum conſangui-
neis ingerat, ex iam ſuperiùs dictis peccatum mor-
tale gignet, vt concludit ex omnium mente, Matt.
Bonac. *d. diſp. 2. de reſtitut. 94. punct.* 10 *n.* 1. *verſ. dixi*
ex ſuo genere, & ipſe Io. Abulenſ. hoc idem aſſerere
videtur in præcitata *diſp. 46. ſub n. 9. verſ. Quod tamen*
falſum, & expreſſiùs Pet. Nauarr. *de reſtit. lib.* 1. *cap.* 4.
20 *n.* 128. *& alibi.* † Atque ideò licèt condonare quis
valeat iniuriam receptam, contra ſuum honorem &
famam, ex omnium communi opinione; tamen dum
poſitiuè in alium redundat iniuria, velut in mona-
ſterium, patrem, & genus condonari non valet, vt
communis omnium ſententia fert, & patet ex Salon.
controu. 13. & Arag. *dub.* 5. *verſ. dico tertio, in* 2. 2. *q.* 62.
art. 2. Pet. Nauarr *d. c.* 4. *n.* 385. & expreſſiùs *n.* 393. *&*
394. Leſſio *de iuſt.* 2. *c.* 11. *dub.* 24. *n.* 129. Sayr. *Claui*
Reg. lib. 11. *c.* 6. *n.* 16. Reginald. *lib.* 10. *n.* 338. Emm. Sa,
verb. infamare, n. 3. Becan. *de iuſt. & iure q.* 62. *c.* 16. *per*
totum, & tunc quāuis condonetur recepta iniuria ab
vno, infamator non liberatur à reſtitutione cæteris
facienda, ex Arag. Salo. & Pet. Nauar. Reginal. *n.* 338.
verſ. aduerte, & n. 339. Sa. *n.* 3. *locis citatis*. Fillinc. *tract.*
40. *c.* 3. *q.* 10. *n.* 85. *verſ. recenſeri* Paul. Laym. *ſum. Theol.*
lib. 3. *p.* 2. *c.* 7. *n.* 5. Sayr. *claui reg.* 11. *c.* 6. *n.* 16. & Bonac.
d. q. 4. *punct. vlt. n.* 5. maximè cùm fama non à condo-
nante, ſed ab alio prouenieba t, ex Reginald. *d. num.*
339. *verſ. cùm verò cæteri*, & ſimiliter licèt ſe infa-
mans ad reſtitutionem non teneatur, quia non
facit contra iuſtitiam, quæ eſt ad alterum, non ad
ſe ipſum, ex Petr. Nauarr. *n.* 367. Reginald. 336. *locis*
citatis, ſecus autem erit, ſi infamia communis ſit aliis,
quorum ratione, ex iuſtitia tenetur ad reſtitutionem,
& ad communem famam tuendum, ex ſupradictis.
21 † Igitur ſimilitèr peccatum oritur ex omiſſione cu-
randi reſtitutionem famæ, quæ tangit deſcendentes
& familiam, ſeu poteſt tangere. quod ex prædicta ra-
tione nullum dubium continet, niſi fortè puritas,
aut qualitates familiæ, tam notæ, & omnibus conſcię
fuerint, vt in mente omnium radicata ſit opinio bo-
na, quæ ſubuerti ex illata iniuria timeri non poſſit,
velut ſi plures actus poſitiuos fuerint conſanguinei
conſequuti, quia tunc poterit iniuriam peres eam
ſpernere, & iuridicam reſtitutionem omittere, ſicuti
tenet idem Io. Sanc. Abulenſ. *in d. diſp.* 46. *n.* 34. & alij
ex relatis, quia tunc ceſſat ratio damni accepti, de
qua ſupra egimus.

22 Dico tertiò, ſacrā ſcripturam in dictis locis tantùm
agere de animæ interioribus in maius meritum, &
perfectionem dirigendis, nempe commendando vir-
tutem patientiæ in factis, & dictis contra nos, ita vt
paratum animum ad ſimiles ſemper ferendas habea-
23 mus contumelias, ſi expediens fuerit, † quia præce-
pta patientiæ magis expectant ad præparationem
animi, eam exercendi in factis, & dictis contumelio-
ſis ferendis, quàm vt obligationem pariant exercen-
di æque in omnibus actus patientiæ, vt explicuit D.
Aug. in Serm. Domini in monte, & refert Io. Sanc.
Abulenſ. *d. diſp.* 46. *n.* 7. exemplo Domini noſtri Ieſu
Chriſti hoc cōprobans, qui videndus eſt pro huiuſce
rei ampliori explicatione, & alij ex n. 10. allegati.

24 Dico quartò, quòd eiſdem in locis non commen-
dantur famæ & honoris proprij negligentia, nec quod
paruipendantur bonum nomen, & pulchra apud

Prima Pars.

omnes exiſtimatio, quia oppoſitum aliis in locis plu-
ribus, de quibus in §. 2. egimus, ſtrictè valde commē-
datur, ſed id ſuadetur, vt vindicta, & defenſio non
ita ſumantur, vt animo, nec verbis, nec cordis odio
proximū lædamus, vt oſtēdūt verba Pet. 1. c. 2. ibi, *Nec*
inuētus eſt dolus in ore eius, qui cū malediceretur, non ma-
ledicebat, cùm pateretur, non comminabatur: † quia & ſi 25
à proximo lædamur, nō nobis licet vindictam ab eo
ita ſumere, vt ipſum iniuriemus ſeu dehoneſtemus,
ſed tantùm licebit, vti bonis, & licitis artibus ad
propij amiſſi honoris reſtaurationem & hoc prin-
cipaliter per ſe, licèt ſecundariò in proximi damnum
vertatur, quod expetendum non eſt, velut cauſa dam-
ni proximo euenientis, ſed tantum velut reſtauratio
noſtræ periclitantis exiſtimationis, & famæ. † Ad 16
quam ergo conſequendam non deſint in honoris
cauſis modi, præter propriam vindictam, quibus re-
cuperari valet amiſſus honor, vt eſt iudicialis, qui
omnibus licet, vt Theologi omnes fatētur, cū D. Th.
2. 2. *q.* 68. Sayt. *Claui reg.* 12. *c.* 14. *n.* 1. *&* 2. & eo vti oēs
tuta anima valebūt, dūmodò odiū & vindicta abſint.
† Sed ab aliquibus in puritatis cauſis non iudicatur 27
hæc iudicialis ſalutaris medela, quia videtur ex pu-
blica omniū ſcientia magis macula augeri, & ex re-
ductione ad publicā ſcripturā, & proceſſū, quaſi per-
petuari nota, & cōmunior oriri infamia; quod fateor
ſaltim, vt ſemper non liceat, ſi alij ſint modi, quibus
perſequi & tueri valeat percuſſus honor, vel ſi non
adeò tutus ſit, vt contrariā maculā ab inimicis aſſer-
tā nō omnino falsā probari ſperetur: tūc enim in iudi-
cio propriū ſanguinē vindicare, nō erit expediēs; at ſi
honor & puritas certa ſit, & conuitiū aſſeri ū omnino
falsū apparebit, & deſunt alij modi, nullū erit incon-
ueniēs reſtitutionē corā iudice poſtulare, & ab iniu-
riante eā expetere, quod à fulgidis, & decoris fami-
liis fuiſſe factū, notū eſt, nec ideò eatū fulgor minu-
tus fuit. † Eſt & alius modus, quo aſſerta macula tol- 28
li, & honor reaſſumi valet, vt eſt poſtulatio officij, ſeu
præbēdæ, ad quā ſtricta informatio qualitatū præce-
dere eſt opus, ex quorū aſſecutione maximè redinte-
gratur honor ab inimicis cōquaſſatus, vt fieri quoti-
die vidimus; ſed hoc tutū eſt vera ſanguinis puritate
præditis, licèt falsò infamatis; maculati verò caueāt,
aut aliter verè diffamati, nā aliquādo hac via macula
iā oblita, ſeu quaſi mortua iterū ſuſcitatur cū maiori
ſuorū infamia & ruina, vt paulò ſuperiùs dixi. Manet
igitur ex dictis, quòd debet quilibet ſibi, & ſuis in fa-
ma licitis modis proſpicere, eamq; à qualibet iniuria
propulſare, quæ ita propulſata a malignātiū ſcorpio-
nū morſu illuſtrior atq; ſplēdidior manebit, licèt quę
ſēper ab iniuria cōuiciali intacta manet aliquib. po-
tior & fulgentior videatur. Dū enim à potentioribus
& improbis ſemel inuaſa, intacta & illæſa euadit,
pulcherrima & ſplēdidiſſima redditur: eſt enim certū
quòd ſi vera aliqua adeſſet macula, eā inimici propa-
larent, nec latere ſinerent, quod ſi non fecerunt, ideò
fuit, quia veram nullam notæ cauſam inuenerunt.

§ IX.

Infertur ex præcedentibus cauſa & finis noſtræ Pragmaticæ.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa noſtræ Pragmaticæ qualis*, & num. 9.
2 *Modus oībus in rebus ſeruādus. Et quid ſit.* n. 3
3 *Iuſtitia temperantiam ſequi debet, aliàs in crudelitatem cadit.*
5 *Mediocritas optima in omnibus rebus.*
6 *Medium eſt inter extrema deambulare.*
Iudices mediū iuſtū & æquabile ferre debēt. ib.
Iuſtitia in medio, iniuſtitia in extremis con-

ſiſtit, ibid.

8 *Iuſtitia, & lex in extremis magnas afferunt calamitates & miſerias.*

9 *Intentum auctoris in cōpoſitione huius operis.*

10 *Diuiſio totius operis.*

1 NVNC deniq, ex tam latè actis apparebit cauſa,
qua noſter inuictus Rex Philippus IV. hanc
noſtram ediderit Pragmaticam. Quia videlicet, cùm
exiſtimatio, honor inæſtimabiles rès, & nobilitas sā-
guinis tanti apud nos ſint. Ex aduerſóq; macula ge-
neris quaſi infamiā generet, arceátq; ſuos velut indi-
gnos à tot honoribus & dignitatibus ſanguinis cla-
ritatem & nobilitatem expoſcentibus, exindèque, &
ex aſcendendi ad altiora hominum ſtudio, & cupidi-
tate generentur in hoc noſtro Regno tot dāna, quot
recenſet noſtra Pragmatica *in d.* §.10. & nos in eius
explicatione exornabimus infrà 2. *par. q.* 1. Dum ca-
lumniantium detractio nobiles & puros arcere cum
fallaciis, & prauis cauillationibus maximoperè ſtu-
det ab honoribos, puritatis officiis, & dignitatibus, vt
ſuprà oſtendimus §.4.5. *&* 6. & noſtra hæc inſinuat
Pragmatica *in d.* §.20. ibi. *Y porque el odio malicia, y o-
tros reſpetos, y accidentes particulares ſe an hecho tanto lu-
gar en el modo de la calificacun de la nobleça y limpieça,
en los actos que ſe requieren*, &c. Econtra verò alij indi-
gni, impuri, & ignobiles aduerſus ſtatuta & cōmuni-
tatum conſtitutiones cum periuriis execrabilibus,
improbitatibus, & falſis aſſertionibus in eis admiſce-
ri procaciter appetunt cū magno ipſarum cōmunita-
tum incōmodo & detrimento, atq; ſtatutorū, & con-
ſtitutionum abuſu, & tranſgreſſione, vt in d.§.5. teti-
gi, & oſtendit noſtra hæc eadem Pragmatica hiſce in
verbis, *Porque ſe conſeruen en ſu primitiua calidad, &
inſtitucion los ſantos ſtatutos, y los vtiles, y loables fines del
beneficio comun, aque ſe encaminaron, y que de ſu buen v-
ſò ſe an ſperimentado*. Inter hæc duo extrema, vnum dū
nobiles & puri iniuſte à dignitatum conſequutione
torbantur. Alterum cùm ignobiles & maculati appe-
tunt nanciſci, quæ eis non aptantur, nec conueniunt:
à Philippo noſtro in hac ſua Pragmatica ſanctione
eligitur modus, quo vtriq; deinceps medeatur dam-
no, & digni ſuam non amittant honorem, nec infecti
conſequantur, quod eis non fuit paratum, nec eſt de-
bitum, vt apertè oſtenditur illis in verbis, *Y porque
ſiendo tan conuiniente en la ſubſtancia, no ſepongan en e-
ſtado de pernicio por los accidentes en el modo. Ordena-*
2 *mos y mandamos*, &c. † Quia in omnibus rebus mo-
dus eſt ſeruandus, non cuiuſq; immoderata luxuria,
3 text. eſt *in l. ex damni*, 40. *in princ. de damno infecto.* † *Eſt
quidem modus* (ſecundùm Ariſtot.) *Rectitudo rerum, ſe-
déſq; virtutum.* ſeu ex Luca de Peña, *in l. precepis* 3. *v.
item nota quod modus eſt, C. de Canone largitional. tit. lib.*
10. & Per. Rebuſ. *in l. maiore*, 156. *col. mihi*, 754. *verſ.
Modus eſt, de verb. ſign. Eſt medium conſeruatiuum in
eſſe, limes iuſtitiæ, ornamentum ordinis, & via morū*, quia
4 vt inquit D. Gregor. Homil. 3. ſuper Ezech. † *Iuſtitia
temperantiam ſequi debet, quia plerumq; iuſtitia ſi modū
non habet, in crudelitatem cadit*: & probat per vulgare
illud Horatij Satyr. 1. & lib. 2. Ode. 10.

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,
Quos vltra, citráque nequit conſiſtere rectum
Auream quiſque mediocritatem diligit.

Et illud Plauti:
Modus omnibus in rebus ſoror eſt optima.

5 † Quia vt inquit Cicero 3. Offic. *In omnibus rebus
mediocritas eſt optima*: quem & alios refert, & cumu-
lat Io. Sancius Abulenſ. *in ſuis ſelect. & pract. diſp.*
40. *ſub num.* 9. *pag. mihi*, 327. *col.* 2. quia vt inquit
idem Cicero lib. 1. Orat. *Sit in iure ciuili finis hic legi-
timè, atque vſitatè in rebus, cauſiſque ciuium æqualitatis
conſeruatio.* † *Porrò medium quo id obtineri poteſt, eſt* 6
*inter extrema deambulare, iuſtum & iniuſtum diſcerne-
re, æquale & inæquale componere.* † Medium quidem 7
iuſtum, & æquabile ferre debent iudices, & in quan-
tum medium ad æquabilitatem pertinet: ita & iuſti-
tia in medio ipſo, iniuſtitia in extremis conſiſtit, vt
docuit Ariſtot. lib. 5. Ethicor. cap. 3. † Nam non ſo- 8
lùm ſi infra modum ſit iuſtitia, atque lex, verume-
tiam ſi modum excedat, ipſis conducere non ſolet:
imò interdum magnas illis affert calamitates, eóſ-
que in mortes miſerabiles, & lues inſanabiles conii-
cit, vt alias dixit Dionyſ. Halic. lib. 8. † Vt & rectè 9
in nobilitate, & puritate probanda noſtra conſiderat
Pragmatica, quæ inter duo prædicta extrema, me-
dium tenet, æquabilitatem eligit, iuſtum & iniu-
ſtum diſcernit, æquale & inæquale componit, ſe-
dem ſtatuit, medium conſeruatiuum docet, limen iu-
ſtitiæ terminat, ordinis ornamentum imponit, viam
ſignat morum, iuſtitiæ temperantiam oſtendit, & vt
omnia in vnum redigam, modum confert, quo vlte-
rius ſeruato, & nobilitas & puritas ita rectè proba-
buntur, vt vnicuique ſui honoris qualitas tribuatur,
& Vniuerſitatum & Tribunalium conſtitutiones, &
ſtatuta obſeruentur, intactaque cuſtodiantur, quo-
rum vtilitas tam magna eſt, vt cuique excogitare
non difficile erit. † Atque ideò oſtendere id, in quo 10
hæc æquabilitas, & mediocritas circa nobilitatem &
puritatem probandam iure conſiſtunt, & quæ Iudi-
ces obſeruare debeant, vt id adimpleant, noſtráque
Pragmatica perfectè explicata maneat, non ab re,
nec indignum eſſe, immò fortè vtile, & maximi
momenti tam Communitatibus, & Tribunalibus, &
Iudicibus, & ipſiſmet Prætenſoribus, quàm publico
totius Regni bono, iudicaui, & tractatum hunc per-
gratum omnibus fore, ipſa res, & commoditas pu-
blica ſuadere videntur, quod vt conſequar, & expe-
ditiùs, atque diſtinctiùs procedam, ſequentem ſer-
uari ordinem in vniuerſo tractatu conſtitui.

Antequam ad ſpecialem huius Pragmaticæ ex-
plicationem accedam, inprimis inueſtigare curaui,
quæ ſint ſtatuta puritatis ſanguinis, de eorum natu-
ra, & qualitatibus inquirere, & poſtea oſtendere eſ-
ſentiam iudicij, in quo agitur de puritate, & nobili-
tate probanda, de verbis puritatem, & maculam no-
tantibus, in quóque conſiſtant qualitates hæ, de ho-
rum iudiciorum & informationum ingreſſu, modó-
que à Commiſſario ſeruando deſpiciam. Deinde de
probationibus, præſumptionibus, teſtibus, fama, &
reputatione communi, de conſanguineis, & inimi-
cis examinandis, & in aliis iudiciis teſtibus iam pro-
ductis, dèque inſtrumentorum, & ſcripturarum ver-
bis enunciatiuis, identitatéque probanda agam,
quatenus in rem iudicatam tranſeant ſententiæ pu-
ritatis. Statimque & ſigillatim in ſecunda parte
per ſingulas quæſtiones ad ſingulorum paragraphos
noſtræ Pragmaticæ quæſtionem accingam; & deni-
que de his informationibus plenè confectis à Pro-
motore fiſcali videndis, eiúſque officio, & à Iudici-
bus diiudicandis quæſtiones annectam. Quibus in-
tegrè peractis, manebit plenè puritatis & nobilita-
tis probationis materia nouiter, ac perutiliter per-
tractata, atque perfecta, noſtráque Pragmatica hac
in parte plenè explicata, atque intellecta.

QVÆ

Digitized by Google

QVÆSTIO II.

De ſtatutis nobilitatis, & puritatis qualitates requirentibus.

SVMMARIVM.

1 Statutum quid? & quid puritatis, num. 8.

3 Sanctum Officium,
5 Eccleſia Toletana, & aliq.
6 Ordines militares,
7 Collegia,
Alia Communitates,
} Statutum habent puritatis.

2 Sanctum Officium erectum à Ferdinando & Eliſabeth contra Iudaos, Sarracenos, & hareticos, quis & eorum deſcendentes à tanto munere repelli inceperunt, & quare, nu. 3. Ex quo maximi fructus orti fuerunt, n. 4.

4 Inquiſitores moribus atque virtutibus alios antecellunt.

9 Statuta puritatis velut leges ſeruanda, & improbari eſt prohibitum, nu. 10. Et ſeruari honoratiſſimum eſt. Ad vnguémque ſeruãda. Et iuſta ſunt, & rationabilia, eaque plures extollunt, n. 11. In conſcientia obligãt ſub lethali, n. 12. & 13. Ciuitatis ſimiliter obligant, num. 14.

12 Argumentum de lege ad ſtatutũ validum.

15. Communitates poſſunt in ſui conſeruationem ſtatuta condere.

16 Mandatum Superioris non ſeruans lethaliter peccat.

17 Detinens officium contra prohibitionem ſtatutorum illud renunciare tenetur, aliàs mortaliter peccat. & n. 19. & ſeqq. explicatur num. 25. & 27.

Obtinens officium ſeu honorem ſibi indebitũ pœna falſi, vel ſacrilegij punitur, ibi. n. 24.

Conferens indigno officium aut dignitatem, mortaliter peccat, & iudices tenentur ex officio inquirere cauſam inhabilitatis & infamia ad repellendum eum, ſub d. n. 17.

18 Commiſſarius informans omni cura tenetur inquirere veritatem, aliàs ex culpa tenebitur.

20 Qualitate deficiente deficit ius obtinendi, & retinendi officium, dignitatémve.

21 Excluſus cenſetur, qui non habet qualitates requiſitas.

22 Cauſa finalis ſtatutorum puritatis eſt, immaculatas conſeruare communitates, & honores.

23 Accipere ſcienter contra cauſam finalem inducit peccatum, & obligationem reſtituendi.

24 Ingreſſus Collegij, & capere pium legatum ſine qualitatibus requiſitis, qua fuerunt cauſa finalis, obligat ad reſtitutionem.

Infamis acceptans munus iudicandi tacita infamia, acriter punitur. ibid.

Officia publica appetere an licitum. ibid.

25 Bona fides excuſat obtinentem officium & honorem ſine qualitatibus requiſitis.

26 Qui poſſidet ex decreto Communitatis, iuſtè poſſidet.

Nemo tenetur ſuos defectus, nec ſua familia prodere.

27 Dubius an rectè poſſideat, non tenetur dimittere poſſeſſionem, & habet locum generaliter in omnibus virtutibus, num. 28.

29 Auctores, qui agunt de puritate probanda referuntur, Et qui contradicant puritatis ſtatutis, licèt minus rectè, num. 30.

31 Vtrum ſtatuta puritatis debeant reſtringi ad certos gradus, non verò indefinitè procedere, & num. ſeq.

32 Humana fragilitas nihil ſanctum, nec vtile intactum relinquit.

33 Puros & maculatos miſceri contra bonum publicum eſt.

34 Infamia facti perpetua eſt.

35 Malum ſemen bonos ejicere fructus non poteſt.

36 Prohibitio vni impoſita ad omnes poſteros tranſit.

Inhabilitas medij influit inhabilitatem in extremis.

37 Radice excluſa excluditur quidquid prouenit ab ea. Et corrupta, corruptum eſt quidquid prouenit ab ea, num. 38.

39 Filiis indignis, adnepos dignus eſſe non poteſt.

40 Excluſio vnius gradus cæteros omnes excludit. Maculatis licèt iure communi digni reputentur, experientia indigni habiti iuſtè excluduntur, ibid.

41 Genus certum perſonarum iure admitti, & excludi poteſt.

42 Demerita & ingratitudo iuſtam excluſionis cauſam praſtant, maximè inimicitia & odia ſuperuenientia, & nulla maiora quàm Iudaorum, num. 43.

44 Indigni ad ſeruiendum in domo Principum, non poſſunt digni eſſe ad ſeruiendum in cauſa Dei, & Reipublica. Chriſtiani antiquis praferendi Neophytis & eorum deſcendentibus, ibid.

45 Iudai, nec Sarraceni, nec eorum proles non tutè fidem defendent, Nec exercebunt officium ſancta Inquiſitionis, num. 46. Nec Rempublicam, nec Regnum gubernabunt, n. 47. Communitatibus & Eccleſiis rixas portabunt, n. 48. Antiquis Chriſtianis ignominias afferent, n. 49. Ex eorum excluſione plura fuerunt ſublata damna, nu. 50.

51 Qui nouiter inſurgunt contra ſtatuta puritatis audiendi non ſunt, ſed reijciendi, & ſancta ſtatuta honoranda.

52 Proſelyti antiqua lege reyciebantur cum ſua progenie ab honoribus, cui noſtra diuina prouidentia ſimilauit ſtatuta.

53 *Statuta puritatis licèt per accidens nocina videantur, reſpectu tamen publicæ vtilitatis, quam deſeruiunt, intacta ſeruanda. Reſtricta ad certas Eccleſias, & communitates iuſta ſunt*, n. 54. *Etiamſi communia, & non particularia fuerint*, n. 55.

56 *Teſtator, fundator, ſeu Patronus Eccleſiæ, loci pij, ſiue capellaniæ apponere poſſunt in lumine fundationis quamlibet prohibitionem, ſiue generis diſtinctionem: voluntas eorum in vocationibus, & conditionibus primum locum obtinet*, n. 57.

58 *Conditiones quibus expelluntur deſcendentes Iudæorum & Maurorum iure probantur honeſtiſsima, & iuſtiſsima dicuntur.*

59 *Statuta puritatis nec odioſa nec reſtringenda veniunt.*

Et non poſſunt dici nulla nec iniuſta, n. 60

61 *Nemo vſque adhuc ex profeſſo egit de ſtatutis puritatis, nec de eius probatione.*

1 ANTEA igitur præmittendum eſt, ſtatutum nihil aliud eſſe quàm ordinationem quandam à Populo, ſeu communitate ob ipſius bonum, & vtilitatem factam, quæ à Principe confirmata vim legis in ipſa habet ciuitate, ſeu communitate, ex *l. ius ciuile 6. & leg. ſeq. l. omnes Populi 9. de inſt. & iur. l. vlt. de Colleg. & corpor. cap. ius ciuile.* 1. *diſt.* cum aliis latè congeſtis à Gregor. Lopez *in l. 12. gloſſ. 1. tit. 1. part. 1.* DD. communiter *in d. l. omnes populi*, & alij relati à Ferdin. Vaſquez *illuſtr. controuerſ. lib. 1. cap. 47. n. 9.* Burg. de Paz *in l. 1. Tauri, à num. 142.* Io. Zañez Parlador. 3 *tom. differ. 39. à num.* 10. Io. Garcia *de nobilit. in inſcript. n.* 10. & alij, quos referam Infra in ſeq. quæſt.

2 Quo ſuppoſito ſciendum eſt, quòd cùm ſanctum Officium Inquiſitionis à Catholicis Regibus Ferdinando & Eliſabeth vltimò fuiſſet reſtitutum aduerſus legem Moyſi, Iudaicámque, & Sarracenam prauitatem obſeruantes, aliósque à fide Apoſtatas, & Hæreticos, vt recenſent, & teſtantur Io. à Roxas, *ſing. fidei* 104. *n.* 8. & 11. & Ludouic. a Paramo *de orig. Inquiſit. lib. 1. tit. 2. cap. 2. num. 2. & cap. ſeq. 3. n. 2.* & alij
3 paſſim. † Quod tam præexcelſum munus cùm non rectè, nec tutè exerceri poſſet à deſcendentibus eorum, aduerſus quos ipſum erectum eſt officium ſanctum, nec à quibus agnoſcuntur prauiſſimi mores, & peſſimæ propenſiones naturales, vt ſunt Hebræi, Sarraceni, & Hæretici, eorúmq; deſcendentes, vt latè probaui ſuprà in anteced quæſt. §. 4. per totum, ſed eligi, opus eſſe, qui moribus, ſanguine, & vitæ claritate cæteros antecellant, conſtitutum fuit, quod ad tam præclarum munus, & ſanctum miniſterium, quo de fidei exaltatione, & hæreſum extirpatione agitur, Iudæi, Mauri, nec hæretici, nec deſcendentes eorum non admitterentur, ſed omnes veteres Chriſtiani cooptarentur, qui nullam etiam minimam ab eiſdem
4 maculam in infinitum trahant. † Ex quo (vt experientia docuit) & maximi, & plures boni fuerunt orti effectus, & prouenit tranquillitas, & iniuſtitia magna, qua munus hoc aduerſus hæreticos fideliter, ac recte exequitur; & quòd Inquiſitores, cæteríque huius tantæ rei Officiales & miniſtri moribus, puritate, atque virtutibus longè alios antecellant, vt animaduertit Paramus *de orig. Inquiſit. lib. 2. tit. 3. cap. 1. n. 16. & lib. 3. q. 9. à n. 23.* & ante eum Simanch. *de Cathol. inſtitut. tit. 34. n. 9. cum ſeqq.* Io. à Roxas *de Priuileg. Inquiſit. n.* 410. Sigiſm. Scaccia *de iudic. lib. 1. cap. 87. à num. 1.* Ripa *tract. de Peſte. 3. parte. n.* 140. poſt Archid. *in cap. quia plerique de offic. Ordin.* Iac. Menoch *de arbitr. lib. 2. q. 37. n. 40. & conſ. 94. n. 11. lib.* 1. Auguſt. Barboſa *de officio Epiſcopi 2. p. Alleg. 40. n. 37. col.* 374

Ex qua maxima vtilitate, & fructu motæ ſunt aliæ communitates, Tribunalia, & Collegia ad ſimile erigendum, & conſtituendum ſtatutum, vt in Eccleſia Toletana Hiſpaniarum Primatu ſumma cum laude, atque ſæculorum memoria conſtituit D. Io. Siliceus Cardinalis, & Archiepiſcopus illius ſanctæ Eccleſiæ, quod ad litteram recenſet Io. à Roxas *d. ſing.* 104. *n.* 2. & de eius iuſtificatione, & cauſa egit latè Did. Velaſquez de Simanch. in particulari tractatu de defenſione ipſius Toletani ſtatuti, de quo etiam meminit Ignac. del Villar vbi ſuprà *d. reſp. 12. num.* 43. Io. Redin. *de Imperat. Maieſt. verb. etiam per legitimas tramites, ſub num.* 201. Alphonſ. de Heredia *in libello dechado de ſueces quæſt.* 11. Salcedo *in pract. crim. canon. cap.* 23. 191. Nauarro *conſ. 7. de conſtitut.* Otalora *de nobilit. 2. part. 3. princip. cap. 7. num.* 24. Pelaez de Meres *de maiorat. 1. part. quæſt. 51. n. 22. & 25.* & in Eccleſia Cordubenſi, Gienenſi, Legionenſi, & Ouetenſi, de quibus teſtatur Aug. Barboſa *de canonic. c. 13. n.* 28. 5

Ordineſque militares idem in ſuis ſtabilimentis & conſtitutionibus ſtatuerunt, atque vtiliter ordinarunt, vt habetur in ordinat. D. Iacobi *tit. 1. de las calidades, cap.* 3. & Calatrauæ *tit. 5. c.* 1. & Alcantaræ *tit. 23. del Habito c.* 1. & in ordine D. Ioannis, vt de omnibus teſtatur Did. Velaſq. *in d. ſuo tract. de defenſione ſtatuti Toletani ca. 53. pag.* 113. & D. Chriſtop. de Paz de Tenuta 1. *part. c. 32. n.* 50. Ignac. del Villar *d. reſponſ. 13. n.* 44. Io. Redin. *citato loco n.* 199. Rota *deciſ. 176. n. 7. p. 1. diuerſor.* 6

Itidem digniſſimi fundatores conſtitutum relinquerunt in quatuor collegiis maioribus Vniuerſitatis Salmanticenſis, & ſanctæ Crucis Pinciani, & Maioris Complutenſis, & denique in collegio maiori ſanctæ Mariæ de IESV Hiſpalenſis vulgo de Maeſe Rodrigo, cuius licèt indignus habitum geſſi in 3. ſtatuto Magiſtri Nauarri Canonici Hiſpalenſis, de quibus teſtantur Alphonſus de Oieda eiuſdem mei Collegij Collega *de incompatibilit. benef. 1. p. c. 23. ex n.* 136. Roxas *d. ſing. 104. ſub n. 9. &* 10. Ignac. del Villar *d. reſponſ. 12. n.* 42. Acebed. *in l. 22. tit. 7. lib. 1. recop.* Salced. *in pract. crim. can. in d. c. 23. n.* 17. Pelaez de Meres *in d. q. 51. n.* 28. Did. Velaſq. *in d. c.* 53. Heredia loco proximè citato. Cenedo *collect. 77. ad c. cum ſit nimis, de Iudæis.* Chriſtoph. de Paz *in d. c. 32. n.* 67. Nauarr. *in d. conſ.* 7. Otalora *citato loco n.* 24. Io. Redin. *proximo verbo n.* 200. nouiſſimè D. Franc. de Amaya *obſeruat. iur. lib. 2. c. 6. n.* 32. & confirmantur prædicta collegiorum ſtatuta *per l. 22. tit. 7. lib. 1. recop.* & ſunt etiã ſimilia ſtatuta in aliis communitatibus, Collegiis, Eccleſiis, & confraternitatibus, & Religionibus quarum aliquas referunt Velaſquez & Ignatius, & alij relati in præcitatis locis, & Villadiego *in d. l. gloſſ. 3. n. 4. tit. 2. lib. 12. fori*, & ego omnia nunc non refero, quia parum vtile, & valde laborioſum eſſet. 7

Quæ videlicet ſtatuta ſecundùm dicta ſuprà n. 1. 8
nihil aliud ſunt, niſi ordinationes quædam ad communitatum conſeruationem, & tranquillitatem, quibus admittuntur tantùm ſanguine puri, & nobiles, veteres Chriſtiani, non originem trahentes à Iudæis, nec Mauris, nec hæreticis, etiam in remotiſſimo gradu, repelluntúrque horum deſcendentes, vt nunquam obtinere valeant in eis officium, inſigniam, collegiaturam, nec præbendam. † Quæ cùm 9
ſint à ſummis Pontificibus, & Regibus confirmata, debent velut leges obſeruari, de quorum validitate,

& vti

& vtilitate nunc non eſt ambigendum, nec in eorum confirmationem, & comprobationem plurimùm laborandum, cùm ita ſit in noſtra hac Pragmatica expreſſum, & declaratum in illis verbis. *Los ſanctos ſtatutos, y los vtiles, y loables fines del beneficio co-*
10 *mun a que ſe encaminaron.* †Et habemus prohibitũ illa improbari ſub Anathema à ſupremo Inquiſitionis ſenatu, vt teſtatur Acebed. *in d.l.21.n. 4.tit. 7. lib. 1 recop.* & ſtatutum Toletanum improbans concionator quidam, quam dolor hic tangebat dicens vnam hæreſim eſſe dictum ſtatutum, & qui illud confirmatum è Roma aſſerebãt, vnam hæreſim potabant, reuocauit publicè hunc errorem per latam ſententiam à Dominis Cardinalibus ſanctæ Inquiſitionis Conſiliariis Romæ 11. Nouembris anno Domini 1572. vt refert Did. Velaxquez *in ſua defenſione ſtatuti Toletani cap. 59. fin. à verſ. Cæterùm quia hi*
11 vſque in finem capitis. †Quare Ignac. del Villar *in d. reſp. 12. num. 42.* ait rem eſſe honoratiſſimam, dum debitus horum ſtatutorum rigor obſeruatur, & ad vnquam ſeruanda eſſe indubitatè proponitur à Roxas *d. ſing. 104. num. 10.* & ab Hieron. Zaballos *comm. contra comm. tom. 4. quæſt. 900. num. 133.* Perezio de Lara *de anniuerſ. & Capellan. lib. 1. cap. 4. num. 41.* Iuſta & rationabilia vocat Ignac. del Villar *in d. reſp. 12. num. 43. verſ. & profectò*, & omni laude illa extollunt Gloſſa Pariſienſis ad Decium *in cap. cum adeò, num. 4. de reſcript. & in cap. At ſi Clerici, § de adulteriis, num. 15. de iudic.* Io. Redin. de Maieſtate Principis *d. verb. ſed etiam per legitimos tramites, num. 201.* Salcedo *in pract. crimin. canon. cap. 23. num. 29.* Chriſtoph. de Paz 1. *tomo de tenuta cap. 12. num. 50. & 66.* & alij plures quos lato calamo cumulat Pelaez de Metes *de maiorat. 1. parte quæſtion. 51. à numero 22.* cum pluribus ſeqq.

12 Vnde prouenit, quòd cùm iuſta ſint prædicta ſtatuta, & à ſummis Pontificibus extent confirmata, omnino in conſcientia obligare, tranſgredientéſque lethali afficere crimine, quia velut leges ſeruanda ſunt, quæ in conſcientia obligant, ex D. Th. 1. 2. *quæſtion. 66. art. 4.* Sylueſt. *in ſumma verb. Lex. num. 8.* cum adductis à Salas de legib. *diſp. 10. ſect. 1. num. 6. & ſect. 8. num. 38.* Suarez *eod. tract. lib. 3. cap. 21. & 74. & lib. 4. cap. 17.* Valencia 2. *part. diſp. 7. quæſt. 5. punct. 6.* Bellarmin. *de ſummo Pontif. cap. 15.* cum pluribus aliis, adductis à Mart. Bonacina 2. *tom. tract. de legib. diſp. 1. quæſt. 1. punct. 7. §. 1. à num. 1.* & probant *l. 1. de legib. l. diuus 7. de iure patronat.* Felin. *in cap. 3. num. 5. de iureiur.* & generaliter in omnibus legibus, ſacris conſtitutionibus, & ſtatutis ex multis tam Theologis, quàm iuris Pontificij Profeſſoribus comprobant Io. Zañez Parlardor. *lib. 3. quotidian. different. 12. num. 1.* & Maſtrill. 3. *de magiſtr. cap. 3. num. 121.* quia generaliter argumentum de lege ad ſtatutum validum eſt, *ex cap. 1. de conſtitut. in 6.* docet Burgos de Paz
13 *in l. 1. tauri num. 586.* † Quare ſimilia ſtatuta ſeruari debere in animæ foro probant *gloſſ. 1.* & Bald. per text. ibi, dicens alibi non reperiri, *in cap qua in Eccleſiarum, 7. de conſtitut.* quem citat & ſequitur Iaſſ. *in l. ſi poſt diſcuſſionem, num. 8. de iuris & facti ignor.* & refert approbando Bart. Chaſſan. *in Conſuetud. Burgundiæ, Rub. 4. §. 1. verbo.* Ne peut faire, *num 6. verſic. videtur quod non*, probántque Bart. *in l ſi quis pro eo, num. 11. de fideiuſſor. & in Auth. Sacramenta puberum, num. 11. C ſi aduerſus vendit.* & relati per Seraphin. *in tract. de priuileg. iuramen. 1. part. quæſtion. 58. num. 106. fol. mihi, 317.* Franc. Aloyſius Bariola Mediolanenſ. Auguſtin. *in conſ. 2. verſ. cum ergo, ſtatutum & aliis ſeqq.* prout habetur in fine florum Fran-
14 ciſci Peñæ *fol. mihi, 275.* † Quod in cuiúſque ciuitatis ſtatutis ad ipſius conſeruationem creatis probat ex Nauarro. Ludouic. Lopez & Corduba, Fr. Emman. Roderic. *in ſumma cap. 45.* vbi etiam loquitur de ſtatutis puritatis ſanguinis de quibus loquimur, *& in tom. 1. regular. quæſtion. 4. art. 1.* pro quo faciunt tradita per Abb. *in cap. cum acceſſiſſent 8. de conſtitut.* & per Felin. *in cap. cum omnes, eod. tit.* Salas *de legib. diſp. 8. ſect. 17. art. 89.* & per adductos à Mart. Bonacina relato loco *punct. 3. n. 31. verſ. Dixi leges propriè acceptas.* † Quatenus communitatibus 15
& collegiis tribuunt poteſtatem ordinandi, & conſtituendi quidquid ad eorum vtilitatem pertineat, & ſubditos ſtrictè obligant ad ſeruandum ita diſpoſitum.

Quare non ſeruans ſuperioris mandatum, ſeu ſta- 16
tutum peccat mortaliter *ex cap. 1. de conſtitut. cap. fin. eod. tit. in 6. cap. qui reſiſtit. 11. quæſt. 3.* & ex Rebuff. *reſp. 11. verſ. item*, cum adductis per Henricum de Botis *in tract. de ſynodo Epiſcopi 3. part. art. 1. num. 253.* probat Valençuela *conſ. 34. num. 123.* † Et 17
quod detinens officium contra prohibitionem ſtatutorum illud renunciare teneatur, aliàs mortaliter peccabit, niſi legitima eum excuſet cauſa, tenet Fr. Emman. Roderic. 1. *tom. regular. q. 14. art. 8.* de quo latiùs ſtatim *ex num. 19. cum ſeqq.* & ideò etiam lethaliter peccabunt conferentes indignis ſanguine officia puritatis, vt ex Innocent. *in cap. qualiter & quando, de accuſ.* docet Acebed. *in l 3. nu. 44. tit. 1. lib. 8. recopil. vbi nu. ſeqq. ait*, debere iudices ex officio procedere ad probandum infamam, & inhabilitatem poſſidentis dignitatem, & ad eum repellendum, ex Bal. quem allegat. *in 1. arenam, C. de inoff. teſtam.* & facit quod dixit Ariſt 4. Polit. cap. 6. nempe, magis tractatum infamia, & macula inſigni notari dum baſtardi ad dignitates & honores admittuntur. refert Maſtrill. 2. *de magiſtr cap. 12. num. 42. & cap. 8. num. 18.* ex Bald. *in cap. per inquiſitionem, n. 5. de elect. ait* quòd ſit maxima iniuria dignitati, dum ad ea viles admittuntur. In quo ſicut in re graui deficere graue peccatum non poteſt, & quod ſpurius & lectus ad maioratus ſucceſſionem, ad quam indignus iure reputatur, acceptare nec retinere in conſcientia non poſſit tenet vterque Mol. *de maiorat. 2. c. 5. n. 77. & de iuſt. 2. diſputat. 595. in fin.* Ad quod certè multùm aſpicere debent omnes ex ipſis communitatibus, in quibus vigent ſtricta ſtatuta puritatis, & nobilitatis, aliarúmque qualitatum, ne ſuam lethaliter ligent animam, & conſcientiam ex tranſgreſſione, & admiſſione eius, qui caret requiſitis qualitatibus. † Et 18
magis hoc attendere debet commiſſarius informans, cui informatorium qualitatum conficiendum committitur, qui debet omni cura inquirere veritatem, ex culpa igitur, & negligentia tenebitur, etiam vt puto in foro animæ, *ex l. ſi procuratorem, 8. § fin. Mandati, l. 1. de tutela & ration. diſtrah. l. contractus, 23. de reg. iur. l. à Procuratore, 11. C. Mandati, l. cùm interdicta 6. l. quidquid 7. C. Arbitrium tutelæ.* caueat quidem à dolo in ſimilibus cauſis, quia iure infamat, *l. 1. de his qui not. infam.* de quo latiùs dicam infrà *quæſtione 6. §. 1. ex numero 20. cum ſeqq. & §. 5.* quaſi per totum.

Prouenit etiam, quòd obtinens officium ad quod 19
puritas requiritur ſanguinis diſſimulata certa ſui generis macula, tenetur in conſcientia dimittere officium, alias mortaliter peccabit, tum quia damnum incutit puris, & immaculatis, quibus verè illud competit officium, communitas iniuriam patitur; † 20
tum quia deficiente qualitate requiſita, deficit ius obtinendi, & retinendi officium, aut dignitatem, *leg. legata ſub conditione 41. de conditione & demonſtratione leg. Thais Ancilla 41. de fideicommiſſ. libertat. leg. legatum 4. Cod. de condition. infert. l. vn.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

l.vn.§ſin autem aliquid ſub conditione, 7.*C.de Cad.toll.*
21 Valençuela *conſ.*23.*num.* 156.*& conſ.* 53. *num.* 14.†
Tum etiam quia excluſus cenſetur, cùm non habeat
conditionem ad admiſſionem neceſſariam , *l.ſi poſt
mortẽ*,68.*§.ſi purè*,2.*de leg.*1.*l.aliquando*,107.*de cond.&
dem.*Pelaez *de maiorat.*2.*part.quæſt.*4.*illat.* 8. *num.* 18.
22 *&* 24.† Tum quia cauſa finalis huius prohibitionis
eſt,immaculatas conſeruare communitates & hono-
res,ſecundùm Bald.*in l.nec filium* , *verſ. iſtud vltimum.
C. de ſecund. nupt.* & adductos ab eodem Pelaez 1.
23 *part. quæſt.* 51. *num.* 48.† Et accipere ſcienter con-
tra cauſam finalem , inducit peccatum & obligatio-
nem reſtituendi ex communi omnium opinione,
de qua teſtantur Nauarr. *in manu.cap.* 17. *num.* 108.
Vazquez *de reſtitut. cap.* 7. *dub.* 10. *num.* 90. Leſſio
*de Iuſt.lib.*2.*cap.*17.*dub.*5.*num.* 33. Azor. *inſtitut. mo-
ral.*3.*part.lib.*4. *cap.* 21. *quæſito.* 8. † Tum quia com-
24 munis eſt opinio quòd ingreſſus collegij,aut capere
pium legatum ſine qualitatibus requiſitis , quæ
fuerunt cauſa finalis obligat ad reſtitutionem ex
eod. Nauarro *ſuprà cap.* 18. *num.* 8. Petr. Enriquez
*lib.*13.*cap.*16.*num.*1.Petr.Antonin.Ferdinand. *Inſtru-
cion de confeſſores* 2.*part. cap.* 11. *num.* 1. Martin.
Bonacina *de reſtitut.diſput.*3.*quæſtion.*1.*punct.* 2. §. 2.
num. 10. *&* 11. & magis qui ſpecificè in noſtra
ſpecie tenet Fr.Man.Roderic.*tom.*1.*regular. quæſt.* 14.
*art.*3.*verſic.Quantum ad primum* , *& art.* 8. vbi ad re-
nunciandum obligat , interueniat cauſa iuſta , ſed
qualis ſit iuſta cauſa non dubio caret , nunc tamen
illud omitto quamuis inferius aliquas cauſas pro-
ponam,& faciunt tradita per vtrumque Mol. proxi-
mè citatis locis.Et quod obtinens honorem ſeu offi-
cium ſibi indebitum, puniatur pœna falſi , vel ſacri-
legij voluit Bart.*in l.*1.*per text.ibi,C.vt dignit.ord.ſer-
uet.lib.*12.Abb.*in cap.dilecta,notab.vlt. de exceſſib.Præ-
lat.*& alij allegati ſuprà *quæſtion.* 1. §. 1. *ſub numero* 9.
vbi plures,& quod infamis qui acceptat munus iu-
dicandi tacita infamia grauiter puniatur probat
text.*in l.* 2. *C.ſi ſeruus vel liber.ad Decurion lib.* 10.vbi
notat Bart.*num.*2.Barboſa *in l.cum Prætor.*129.*§.fin. de
Iudic.* vbi tamen num. ſeqq. diſtinguit dupliciter
Acebed.*in l.*3.*n.*60.*&* 61.*tit.*3.*lib.*8.*recop.*& de mino-
noti obtinenti officium tacita minori ætate agunt
Matien.*dialog.Relat.*3.*c.*58.*n.* 13.Ceruant.*in l.*3.*tauri.*
Maſtrill.2.*de magis.tract.c.*5.*n.* 78. alias licitum eſt,
appetere officia & dignitates ſi idoneitas adſit,abſint-
que pretia & fraudes, ex Nauarr.23.*man.n.*14. Cou-
uart.1.*pract.c.*1.Menoch.2.*de arb.caſu* 401. Graff.*dec.
conſc.*1.*lib.*1.*c.*15.*n.*10.Maſtr.1.*de magis,tract.cap.*30.*ex
num.*1.

52 Dixi,*diſſimulata*,vt oſtendam , prædicta non ſim-
pliciter intelligenda, ſed dum interuenit mala fides
ab initio,& ſcientia in obtinenti officium,ſeu hono-
rem;& fraus,ex quo fuerit dignitatem conſequutus,
ſecus cùm nihil horum interuenit , quia tunc illam
retinere ſecutè poteſt,cùm ſoleat capitulum,& com-
munitas ſe informare de qualitatibus admittendi,
& ſi ex iniuria,formantis, aut alia ex cauſa, defectus
tegantur, nihil eſt,quod admiſſo imputari valeat , &
cùm habeat titulum ex approbatione ſuarum quali-
26 tatum, † & ex decreto communitatis , ſeu Capituli
fuerit nactus poſſeſſionem,iuſtè poſſidet ſecundùm
Bald.*in l.ancilla,oppoſit.*4.*C. de furtis*, & Bald.*de præſc.*
3 *p.q* 2.& ipſe non tenetur ſuos defectus,nec ſuæ fa-
miliæ detegere,*cap.quis aliquando*,87.*de pœnit. diſt.*1.
cum adducendis infra,*q.*11.*§.*1.*n.*21. *&* alibi.

27 Dixi etiam,*certa macula*,nam ſi dubius ſit, non te-
netur dimittere poſſeſſionem , cuius in cauſa dubia
melior eſt conditio,& dũ certitudo non apparet,po-
teſt credere, quod ſibi prodeſt,& omittere,quod no-
cet,*arg.l.miles*,11.*§.Quæ propter* 9.*Ad l.Iul. de adulter.*

faciunt tradita infrà 2.*part.q.*6.*§.*2.*n.*26.† Et hæc re- 28
gula generalis eſt in vtroque foro , & in omnibus
virturibus,vt in dubio poſſit quis ſe in ſua poſſeſſio-
ne tueri,& magis propitium ſumere,ni ipſa ei obſtet
poſſeſſio,quia contrariam habet,vt nouiſſimè ex plu-
ribus probant,& exornant Martin. Bonacina *de re-
ſtitut.diſp.*1.*quæſt.*2.*punct.*2.*§.Incidenti* , *per totum* , &
Io.Sancius Abulenſ.*in ſuis ſelect.& pract. diſp.* 42. *&*
43. vbi latiſſimè de materia , & ideò hanc probat
opinionem ſpecificè loquendo P. Emman. Roderic.
*tom.*1.*regular.quæſt.*14.*art.*3.*dub.*3.*& art.*4.quæ gene-
raliter loquendo in ſe vera eſt,non verò in ſpecie de
qua ibi Emmanuel loquitur circa filios natos ante
hæreſim patris, qui ſecundùm noſtram opinionem
conſtitutioni ſubiacent, vt infrà dicam *q.*4.*§.*4.*quaſi
per totum* , & tolluntur dubia , de quibus agit Ro-
dericus in dictis locis ſuſtinendo opinionem con-
trariam quæ mihi , nec aliis pluribus nullo modo
probatur , nec placet.

At de horum ſtatutorum puritatis ſanguinis iuſti- 29
tia & obſeruantia, & de qualitatibus requiſitis pro-
bandis agunt,licèt perfunctoriè Simanch. *de Cathol.
inſt.tit.*46.*de pœnitent. & conuerſ. à num.* 22. *cum ſeqq.
in* 1.*impreſſione,& in* 2.*& tit.*47.*à num.*81.Auendaño
in diction.verb. Iudic. Pelaez de Meres *de maiorat.* 1.
*pars.quæſt.*1.*num.* 48. vbi plures citat , *& quæſt.* 51. *à
num.*13.Io.Redin.*in d.tract. de Maieſt. Princip. verb.
ſed etiam per legitimos tramites* , *à num.* 197. *& ſeqq.*
Hoſeda *de incompatibilit. benef. cap.* 27.*à num.* 136.
*p.*1.Nauarr.*conſ.* 1.*à n.*1.*de conſtitut.& in manuali cap.*
27.*num.*205. Alphonſ. de Heredia *in d. libello dechado
de ſucces* , *quæſt.* 11. *ſi el iudio puede ſer iuez.* Olano *in
concordant.antinom.lit.A.num.* 70. *& ſeqq.* Otalora *de
nobilit.*3.*part.principali,part.*1.*cap.* 7. *à num.* 24. Petr.
Nauarra *de reſtitut.tom.*1.*lib.*2.*cap.*3.*num.*301. Cene-
do *in collectan.ad Decretal.in cap.cum ſit nimis* , *de Iu-
dæis collect.*77.*part.* 2. Cobbarr. *in Clem. ſi furioſus* 1.
*part.§.*2.*num.*7. Io. à Roxas *d. ſing.* 104. Salcedo *in
pract.crim.canon.cap.*23.*num.* 18. *& ſeq.* Gonçalez *ad
reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 4. *num.* 161. Ignac. del Villar *in
ſua ſylua reſp.*12.*à num.*37.*cum ſeqq.plurib.lib.*1.Chri-
ſtoph.de Paz *de tenuta.*1.*part.cap.* 32. *à num.* 28. *cum
ſeqq.*Peterius de Lara *de anniuerſ.& capellan. part.* 2.
*cap.*4.*per totum.*Hieron.Zaballos *comm. contra comm.
quæſt.* 900. *à num.* 84. *cum ſeqq.* maximè 110.*&* 133.
Io.Garcia *de nobilit.gloſſ.*7. Io. Gutierr. *in pract. quæſt.
lib.*3.*quæſt.*14.*per totam* , & de ſtirpe Moſaïca & Ma-
hometana,*num.*17.Petr.Emm.Roderic.*to.* 1.*reg. d. q.*
14.*art.*1.*vſque ad* 14.*& tom.*3.*quæſt.*11. *per totam* An-
ton.Ricciul.*de Neophyt.cap.* 6. poſt tractatum de iure
perſonarum *num* 2.*&* 28.*& cap.*7.Io.Baptiſta Valen-
çuela *conſ.* 90. *cum duobus ſeqq. conſiliis* , Io. Baptiſt.
Coccin.*deciſ.*68.*per totam,& deciſ.*215. Proſp. Fatin.
*deciſ.*167.*&* 182.*&* 196.*&* 204.*tom.*1.*part.*1.*& deciſ.*
277.*&* 335.*in* 2.*part.eiuſdem primi tomi, & deciſ.*494.
*tom.*2.1.*part. & deciſ.*71. 1. *part. in poſthum* Cabedo.
*deciſ.*73.2.*part.*Tab.de Anna *conſ.*88.*per totum* 1.*part.*
D.Franc.de Amaya *obſeruat iur.lib.*2.*cap.* 6. *num.* 52.
& 53.D.Io.del Caſtillo *lib* 5.*controuerſ.quotid. tom.*6.
*c.*123.*n.*17.vbi plures.Alex. Ludouiſio *deciſ.* 455. *&
deciſ.*498.

Ex quibus vnum nempe de horum ſtatutorum 30
iuſtitia prætermittam, quia ex relatis D D. ſatis con-
ſtat nec opus eſt,cùm nullum iam contineat dubium,
ſitque deciſum ſub anathema per ſanctum Inqui-
ſitionis ſenatum Regium vt ex Acebedo, & Didaco
Velaſquez ſuperiùs annotaui , & expreſsè à noſtra
Pragmatica eorum vtilitas & iuſtitia appareat.† Li-
cèt non defuerint qui contra eam audaciter,
ſed & iniuſtè inuexerint , plurimúmque latrauerint,
fruſtra,& inaniter,vt fuit ille tã loquax , quàm audax
Fr.

Digitized by Google

Fr. Entiquez de Montroi Franciſcanus in Apologia
pro Iudæis Chriſtianis contra Archiepiſcopum To-
letanum(quem temerarium vocat Io. à Roxas *d. ſing.*
204.*n.*3.atque vel Iudæum extitiſſe, aut ab ipſiſmet
Iudæis pecuniis, ſeu precibus ad tractatum illum
ſcribendum conductum, ſeu inductum fuiſſe, cui
adhæret Salcedo *in pract.crimin.can. num.* 19.) cuius
veſtigia antea fuerat ſequutus Turtecremata *in cap.*
conſtitut. 17. *quæſt.* 4. Toſtat. *in Leuitic. cap.* 19.
quæſt. 12. Alphonſ. Chattag. *in defenſione vnitatis*
Chriſtiana, Did. Perez *in l.9.tit.1. lib.* 1. *ord.* & Al-
phonſ. Montaluus *in l.* 2.*verb.Tornadico tit.* 1. *lib.*4.
fori, & Auendaño *lib.*1.*de exequend.mand.cap.*19.*num.*
20. (à quibus cauendum docet Pelaez de Meres *de*
*maiorat.*1.*part.quæſt.*51.*ſub num.*27. *verſic. ex quibus*)
Auguſt.Barboſ.*de offic.Epiſcop.*1.*part.tit.* 2.*gloſſ.*17.*in*
*verb.Neophitum num.*17.*aliàs* 19 *cum ſeqq.*vbi *à n.*20.
aliàs à n. 22.vtriuſque claſſis Doctores refert, tamen
*num.*22.*vſque ad* 25.in tribus ſpeciebus prædicta ap-
probat ſtatuta, quas videtur tranſcripſiſſe ex Rie-
ciolo *de Neophitis d.c.*6.*ex n.* 14.*cum ſeqq.* tacito eius
nomine, & eo allegato *in tract.de canonic.& dignit.c.*
13.*ex n.*28.*cum ſeqq.*

31 Primò dum eorum prohibitio non eſt indefinita,
ſed reſtricta ad certos gradus, veluti intra ſecundum,
vel tertium, aut ad ſummum intra quartum, intra
quos poterit eſſe ſtatutum rationabile propter pa-
rentum odium & ſuſpicionem, quæ haberi poteſt,
ne parentum crimina geniti imitentur, vt *in cap.*2.§.
credentes, & *in cap. vt commiſſi* 8.§.*priuandi*, & *in cap.*
ſtatutum 15.*de hæret.in* 6.vltra quos gradus prohibitio
generalis non poteſt eſſe rationabilis, tum quia in
vetere lege etiam Mohabitæ vltra quartum gradum
non repellebantur ad Eccleſia, *cap. ſcito.* 16.§.*Denique*
Mohabita 2.*q.* 1. tum etiam quia parentum macula
extincta præſumitur poſt illum gradum, *l. non facilè,*
4.*de Gradib.cap.non debet*, 8. *de conſang. & affinit.* tum
denique quia impoſſibilis efficeretur progenies pro-
bato *ex c.licet ex quadam* 47.*de teſtib.*

32 Heu proh dolor humanæ fragilitatis! qua his no-
ſtris calamitoſis temporibus nihil eſt tam ſanctum,
quod intactum relinquat; nec ita porum, quod ma-
culare non intendat; nec vtile, quod damni inuolu-
cro tepidè, ac verſutè damnare non audeat, nec longa
vtilitatis experientia ſufficit, nec pareæ communita-
tum tranquillitati attenditur, nec commune totius
Regni bonum, prout ius eſt, præfertur; ſed cuiuſque
vana ſophiſticandi curioſitas, ſuique & ſuorum ſan-
guinis commoditas & deſiderium, quo Chriſtianam
33 Rempublicam perturbare intendunt, † & puros &
maculatos eum publica pernicie miſcere, contra an-
tiquorum I.C.aſſenſum, vt *in l.*1.§.*ſed & ſi ſeruus*, 13.
*de ventre inſpic.l.ſuper ſtatu.*9. *C. de quæſtion.* & contra
noſtras plures Hiſpanicas conſtitutiones, quas cum
aliis pluribus refert, & exornat Pelaez de Meres *de*
*maiorat.*1.*part quæſt.*51.*num.*5.*per totum*, & *num.*19 &
30. & quod antiquiſſimas, & implacabiles vtriúſque
populi Iudaici videlicet & Gentilici inimicitias, in
eorum poſteros vſque adhuc tranſlatas, vt teſtatur
del Villar *in d. reſp.* 22. *num.* 47. nunc facilè ſedari
poſſe conentur, & audaciter aſſerant? Et quos noſtris
his temporibus cum tot inſidiis, machinationibus,
proditionibúſque inuolutos inſpicimus, fideles, par-
cos, & pacis amatores eſſe, ſuadere nos facilè profra-
gitent? Quodqoe ex natura ipſa innatam cordium
duritiem, & perpetuò doræ ceruicis progenies ſine
termino traditam Exod. 32.9.& c.33.3.& 7.& Deu-
teron. 9. 6.nunc lenem & placabilem ſociam nobis
tradere, & ſuadere audeant? Et quam ſine termino
in dies auctam in deſcendentibus poſt plures gradus
experimur pluries, ſciſſam iam, & mutilatam poſt
tantùm quatuor gradus Sophiſtæ noſtri callidè aſſe-
rere non ſinant? Quoſque olim ob exilij metum,
nunc verò ob pœnas tremendæ inquiſitionis vitan-
das Chriſticolas factos, virtutis amore orthodoxam
Religionem amplexos dicant, & nobis ſocios cum
æqualitate tradant? Intérque mites, & ſuperbos, inter
humiles, & iracundos, inter fideles & proditores,
Inter pudicos, & impudicos nollum velint hi, ſua
vtilitate ducti, diſcrimen conſtituere: Quodque apud
Hiſpanos omnes indelebili infamia notatos, & vi-
liſſimæ conditionis effectos, honore iam induere, &
dignitatibus illuſtrare velint noſtri pietatis amato-
res, ſeu, vt potios dicam, boni communis deſtructo-
res? † Et quòd immortalem totius generis notam, 34
quæ ſicut perſonalis, de facto ſaltim, perpetua eſt, *l.*
*palam.*42.*de ritu nupt.*gloſ.& DD.*in l.*3.& 4.*C.ex qui-*
bus cauſ. infam. irreg. & ſpecificè in noſtro caſu lo-
quens tener Fr. Emman.Roderic. *tom.* 1. *regul. quæſt.*
14.*art.* 3. *ſub verſic. Quantum ad tertium*, ex tempore
delere, & eius nomen manentibus effectibus è ho-
minum memoria abradere conentur? Et ſint obliti
Dicterij Placiti, *Hominum immortales eſt infamia; etiã*
tum viuit, cùm eam eſſe credas mortuam, refert Oſuald.
Illiger. ad Donel.*lib.*18.*comm.cap* 8.*ſub litera X X.pag.*
329 Acebed.*in l.*3.*n.*38.*tit.*3.*lib.* 8. *recop.*† Vidimuſ- 35
ne malum ſemen etiam pluries in fertili, & bona ſe-
minatum area bonos fructus eiicere? nequaquam, vt
pluribus probat Matth.de Afflictis ad Neapolit.con-
ſtitut.in Prœmio poſt mundi machinam *num.* 17.
& 18. & ſi aliquando hoc accidiſſe dicant, raró ta-
meo eſſe fatebuntur, quod in conſideratione nou
eſſe iura proclamant, vt bene conſiderauit Did. Ve-
lazqoez *in defenſ.ſtatuti Toletani cap.*58.† Prohibitio 36
Iure vni impoſita terminaturne poſtea quoto in gra-
du in deſcendentibus ſuis? videas quod nou *in l. fin.*
*C.de verb ſign.cap.*1.§.*hoc autem*, *notandum*, *de his qui*
feudum dare poſſunt. gloſſ.*in l. Gallus*, §. *nunc de lege*
*Velleia.de liber.& poſth.*Bart.*in l.liberorum*, *num.* 16. *de*
*verb.ſing.*maximè cùm oou eſt maior ratio excluſio-
nis vnius, quàm alterius, vel ſi ex perſona excluſi ſuc-
cedere intendatur, vt nouiſſimè probat pluribus ad-
ductis D.Io del Caſtillo *controuerſ.lib.*4.*cap.*15. *num.*
63.& *tom.*6.*lib.*5.*cap.*129.*num.*13 & *ſeqq.* Peregr. *de*
*fideicom.art.*26.*num.* 2. & *art.* 27. *num.* 18. Pet. Surd.
*conſ.*41.*num.*7.& *conſ.*85.*num.*10. *vol.* 1. & inhabili-
tas medij influit inhabilitatem in extremis *l. tria*
prædia, 31.*de ſeruit.ruſtic.*Bald.*in auth.ſi quas ruinas, ad*
*fin.C.de ſacroſ.Eccleſ.*Fulgoſ.*conſ.*86.*ex facto*, *col.* 2. † 37
Ex excluſa radice nou excluditur quidquid ab ea
prouenit; ſecundùm eumdem Bald. *in l. maximum*
vitium, *C.de liber.præterit.*Guil. Benedict. *in cap. Rai-*
nutius, verb. duas habens filias, *num.* 124. *cum ſeq. de te-*
*ſtam.*Aut.Pereg.*d.art.*27.*num.*6. & 18. Menoch. *conſ.*
172. *lib.* 2, † Et radice corrupta nónne corruptum 38
eſt quidquid prouenit ab ea? fatetur Bald. *in l. qui*
rem, *C.locati*, Mantic.*de tac & amb.lib.*22.*tit.* 10.*n.* 4.
Zaſius *conſ.*5.*num.*95.*lib.*1.& *conſ.*18.*num.*20. † Et ſi 39
filij indigni ſunt, poterit eſſe dignus adnepos? negant
cõmuniter omnes, maiori ex ratione adnepotē indi-
gnum iudicantes *in l.ſi viua matre*, 6.*de bon. maternis*,
Bald.*conſ.*34.*lib.*1.Paul.*conſ.*119.*lib.*1.& *conſ.*97.*lib.*2.
Roman.*conſ.*445. † Et excluſio vnius gradus nónne 40
extenditur ad omnes? rectè quidèm, *l. ſi quis filium*,
34.*C.de inoffic.teſtam l. fin.C.de natur.liber.l. liberorum*,
220.*de verbor.ſign.*Anth.*de hered.& falcid.*§. *reliquum*,
vbi Angel.notat, & per plures quos cumulat Pelaez
de Meres *de maiorat.*2.*part quæſt.*6. *à num.* 220. Et ſi
communi iure hi digni ad honores fuerint habiti,
tamen indigni experientia facti per noſtra ſtatuta
iuſtè omnes excluduntur, quaſi ex venenato ſemine
venenati ſemper oriantur fructus; ſicut & ſuſpicio in
capite

Digitized by Google

e apite ſuſpicionem generat in exinde prouenientibus, Bald. *in l. 1. c. 51. Rect. prou.* Crauera *de antiq. 1. p. ſect. Quarto limitatur, n.* 80. Fuſatio *de ſubſtitut. q.* 317.
41 *n. 2. 3. & 4.* † Eſt ne iniuſtum excludere, ſeu admittere certum genus perſonarum tam per legem, & ſtatutum quàm per pactum? nullibi tale ſcriprum videbis, ſed contrarium potiùs, rext. eſt *in l. codicillis, alias, l. Lucius Titius*, 88. *§. matre*, 16. *de leg. 2. l. ſi ita quis*, 135. *§ ea lege. 3. de verbor. oblig.* Bart. *in l. fin. ad Trebel.*
42 Bald. & Salicet. *in l. fin. C. de liber. prater.* † Præcipuè quando ad admiſſionem interſunt benemerita, & ad excluſionem demerita & ingratitudo, vt *in d. §. matre, l. à quibus* 27. *l. ſi pater*, 14. *de Donat.* plura And. Tiraq. *in l. vnquam, verb. Donatione largitus, num.* 19. *cum ſeqq. & à num.* 142. *cum ſeqq. C. de reuocand. Donat.* Immò ius ex præſumpta teſtatoris voluntate excluſionem vocatorum admittit ob ſuperuenientes inimicitias & odia, *l. 4. §. fin. & l. ſeq. & l. ex parte*, 22. *de adim. ſeq.* Mantica *de coniect. vlt. vol. lib.* 12. *c.* 5. Peregr. *de fideicom. art.* 19. *num.* 34. Pelaex de Meres *de maiorat.*
43 *1. part. qu.* 48. *n.* 122. *& ſeq. & n.* 141. *&* 144. *&* 148. † Ar quæ maiora demerita, quæ ingratitudo maior, quàm Iudæorum, vt pluribus probaui in anteced. quæſt. §: 4. ex quibus excludantur cum ſua progenie à quibuſdam honoribus, & dignitatibus, quas ſaluas fore antiquis Chriſtianis deſcendentibus a fidelibus, & piis parentibus, qui onera plura pro fidei defenſione, & propagatione paſſi fuerunt; maximè oportet, decens, ac vtile, & maximè eſſe iuſtum, nemo ſa-
44 næ mentis inficiabitur. † Et quidem rectum non videtur, quòd olim indigni ad ſeruiendum Regibus, & eorum domibus, vt *in l. 2. tit. 9. part. 2.* & animaduertunt Ignac. del Villar *de reſponſ.* 31. *num* 41. Villadiego *in l. 3. gloſſ. 1. tit. 1. lib. 12. fori*, Camillus Borrellus *de præſtantia Regum Hiſpan. cap.* 69. *num.* 31. nonc ad ſeruiendum in domo & cauſa Dei, & Reipublicæ digni reputentur, & ideò receptum eſt velut iuſtiſſimum, quòd deſcendentes ex antiquis Chriſtianis præferantur Neophytis & eorum deſcendentibus, vt voluit Ripa *in cap. eam te, n.* 32. *de reſcript.* Auend. *in c. Prætor.* 1. *p. c.* 9. *verſ. cæteri verò.* Aug. Caputus *de regim. reſp. cap.* 1. *num.* 73. *verſ. & nota quòd Chriſtiani antiquiores*, & poſt eos Ricciol. *de Neophyt. ca.* 5. *n.* 14.
45 poſt tractatum de iure perſonarum. † Heu! væ tibi orthodoxa fides, ſi te illi defendãt, qui ortum ducunt ab irridentibus te, à conſpuentibus te, ab ſpernentibus te; væ tibi fides, ſi à progenie eorum tuearis, qui Chriſtum tuum capeſſerunt, flagellarunt, & cruci turpiſſimè tradiderunt? Væ tibi fides, ſi tui oppugnatores, tui hoſtes, & inuaſores ab illis terreantur, & premantur, qui ortum ducunt ab eiuſdem ſectæ
64 ſectatoribus, & per eandem viam graſſantibus! † Heu! væ tibi, Sanctiſſimum Propugnaculum, ſancta inquam inquiſitio, quæ ſola in noſtra Hiſpania hæreſum extirpatrix diceris! Væ tibi, ſi tuum brachium rexerint hi, aduerſus quos erecta fuiſti! quomodo ab illis honoraberis, quos inhonoraſti? quomodo exaltaberis ab eis, quos turpiſſimè humiliaſti? quomodo diligeris ab eis, quos ſemper odio habuiſti? væ tibi Ramus viridę oliuę, quia citò areſies, & inuerteris, ſi ab eis fulciaris, quos virtute aridos, & rigore plenos ſemper cognouimus! Væ tibi gladius fulgidus, quo huius venerandi Tribunalis conſtans, & perpetua ſignificatur voluntas, cùm inconſtans, & flexibilis citò efficieris, ſi ab eis dirigaris qui nihil rectũ agnoſcunt, quomodo maiorum ſuorum facinora, aut alia eis ſimilia inquirent, & detegent? quomodo reos capient? torquebunt? & ſeuerè punient? ſi ſuimet ſanguinis veſtigia in eiſmet imbuta reſpiciunt, nónne maiorum ſuorum exempla, ſi rectè faciant, damnabunt? & ex eo verecundam ſibi, & trepidam faciem reaſſument? Quidem certè, ſi rectè faciant; ſed non ita, quia raró, aut nunquam rectitudinem inueniunt, cùm eam, & iuſtitiam odio ſemper habeant, & ſuos & eorum mores ſemper diligant, etſi praui exiſtant, & ſinuoſi, *§. fin. inſt. de noxalib.* cum ſimilibus facit, quod Plutarch. de educat. liber. & Euripid. in Hippolyto, dixerunt nempe memoriam ſcelerum paternorum, infimúmque genus deprimere animum ad bene res gerendas. † Væ inquam, noſtræ vniuerſæ Hiſpa- 47
niæ ſi imperium, & aliqualis ſit poteſtàs penes ſabbatizantes, & eorum infectam progeniem; quia nos omnes ſubiugabunt miſerè; ſi iuſtitiæ habeant exercitium, iniquitatibus, & iniuriis vniuerſam circuibunt terram, & diſſipabunt, ad honores & dignitates aſcendent, ſuperbia nos humiliabunt, & comprimẽt. † Væ Commonitatum, & Eccleſiarum, quia 48
ex eorum ſocietate pacem & tranquillitatem non agnoſcent, & abundabunt rixis, contentionibus, & ruinis; væ quidem vexillorum, & victoriarum, quibus ſemper Hiſpanica exaltata eſt militia, & ab exteris nationibus timori habita, ſi ſub ea degant timidi, & viliſſimi Hæbrei, & eorum progenies, qui proditores, & falſi ſæpè fuerunt comperti.

Væ veſtri Chriſtiani veterani, antiqui, & nobiliſ- 49
ſimi, ſi in cõmunitatibus & honoribus ſocios habeatis hos infectos ſanguine, quia honore denudabitis, & ab eis ignominias patiemini, cùm maximè ſunt elati, ſuperbi, & falſo honore cupidi, quo facilè alios ſpernunt, & irrident, & dum eos ſublimiores habent, ſe calumnioſè humiliant, & hypocritas fingunt: ſi verò nós eis ſubſimus, & ipſi poteſtate vtantur, nos vilipẽdent, & trucidabunt. † In ſtatutorũ quidẽ initio 50
plurima fuerunt experta damna ex admiſſione infectorum, quæ poſtea cum eorum excluſione ſublata fuerunt, & vſque adhuc nos à periculis præſeruarunt perplurimis, vt experientia quotidie docuit, & nunc poſt tanta beneficia, & vtilitates, nociua, & reſecanda Sophiſtæ noſtri noſtra dicũt ſtatuta. Quid magis?
† Reiiciantur quæſo ipſi, & ſua iniuſta, & periculoſa 51
petitio; honorentur & venerentur ſancta & vtilia ſtatuta, bono communi pluſquam excogitari poteſt conducibilia: reiiciantur Proſelyti Iudæi exemplo antiquæ & Diuinæ legis, † quæ Proſelytos, & ſuam 52
progeniem ab honoribus, & prærogatiuis reiiciebat, vt refert Abulenſ. *in Matth. cap.* 43. *q.* 90. *Param. de origine Inquiſit. lib. 1. tit. 3. cap. 5. num. 23. fol.* 87. Fr. Io. de la Puente in ſua conuenientia vtriuſque monarchiæ, *lib. 2. cap. 19. §. 4. fol.* 212. & puto quòd diuina prouidentia aſſimilari in hoc voluit nouam, & antiquam legem, vt ſicut olim Iudæi Proſelytos perpetuò expellebant, ita & hodie nos proteruos ipſos Iudæos à noſtris congreſſibus repellamus. † Et licèt 53
ſancta ſtatuta, & modus ſeruatus circa probandas qualitates ſanguinis aliquando nociua videantur, quod nego, parum aut minimum eſt reſpectu publicæ vtilitatis, quam ex ſtatutis auctam indies, ac magis ad oculum experientia docuit, & ſic ſumma ex ratione ſunt intacta ſeruanda, *l. proſpexis*, 12. *§.* 1. Cui & à quibus, cum ſimilibus, Iaſ. *in l. quod ſi Ephesi*, *§. interdum, in fin. de eo quod certo loco*, Card. Tuſch. *lit. E. concl.* 312. *num.* 16. *&* 17. *tom.* 3. maximè ex ipſa experientia, *§ pen. inſt. de ſatiſdat. cap. quam ſit. 6. de elect. lib.* 6. cum adductis per Aug. Barboſ. *Axiom.* 88. *pag. mihi* 55.

Secunda quidẽ ſpecies, in qua Ricciolus & Augu- 54
ſtinus Barboſa noſtra approbant ſtatuta, eſt, cùm prohibitio eſt reſtricta ad certas Eccleſias, ſeu communitates iuxta tradita per Rotam in vna Hiſpalenſ. vot. 21. April. 1597. coram Gypſio, qua ratione Eccleſiæ Toletanæ, & aliarum in Hiſpania exiſtentium ſtatuta probata, fatentur, quod repetit idem Barboſa

boſa *de canonic. c.* 13. *num.* 29. de quibus & nos loquimur, non verò de ſtatuto generali ad omnes Eccleſias, & communitates Regni, quod porius lex, quàm ſtatutum dici debebat, & diuerſum à noſtro videtur eſſe inſtituto, in locum habeat Riccioli, & Barboſæ præſuppoſitum in ſtatuto erecto circa omnes communitates vnius ciuitatis, cuius iuſtitia & & ratio magis eſſet dubitabilis attentis ipſorum rationibus.

55 Sed mihi in neutro caſu vllam gignit dubitationem noſtra opinio, & noſtrorum ſtatutorum ſumma vtilitas, & ratio, tum quia eadem verſatur abſque diſcrimine vllo in hac, ſicut in illa ſpecie: tum etiam quia ſicut fauorabilia, & vtilia prædicta ſunt ſtatuta reſpectu communitatum particularium, in quibus eriguntur, vt ſuprà eſt dictum dicemus, & probabimus in ſequenti quæſtione; ita etiã reſpectu vniuerſi Regni, aut vnius ciuitatis, & oppidi, in quo ſimilia erigerentur ſtatuta, à quorum commodis non iuſtè priuari poſſet. Tum denique quia natura & vtilitas prædictorum ſtatutorum ſumpta ab eorum fine, & damnis ab eis præcautis, mutari oon poteſt ex diuerſitate, ſeu multiplicitate communitatum, ſeu Tribunalium, à quibus propriam non ſumunt naturam, ſed ab eorum cauſa & fine, per quem regulari debent, non ex pluralitate, aut paucietate ſubiectorum, quorum maior aut minor numerus non mutat ſpeciem, ex vulgatis, quibus adde alias rationes ſuprà relatas, & referendas in ſequenti quæſtione.

56 Tertia ſpecies Riccioli, & Barboſæ eſt, cùm prohibitio, ſeu generis diſtinctio per patronum ſeu fundatorem fit in limine fundationis Eccleſiæ, ſeu loci pii, aut capellaniæ, quam iuſtam fatentur, quia quilibet in re ſua quaſcumque apponere poteſt conditiones pro ſuo libito, etiamſi contra ius fuerint, ni impoſſibiles, aut iure maneant improbatæ. Lambertin.
57 *de iure patronat.* 1.*p.q.*9.*n.*52.† & eius voluntas in vocationibus, & conditionibus primum locum obtinet, *text. in l. in conditionibus,* 19. *l. Pater Seuerinam,* 101. *de condit. & dem.* Pelaez *de maioratibus* 1.*p.q* 50.
58 *n.*1. *&* 2.*p.q.*1. *à n.* 10. *cum ſeqq.* † Et ſimiles conditiones, quæ expellunt Neophytos, & eorum deſcendentes, & tantum admittunt deſcendentes à Chriſtianis veteranis, approbant expreſse Perezius de Lara *de anniuerſ. & capellan. lib.*2.*c.*4.*n.*1.*&* 10. Otalora *de nobilit.* 2.*p.*3.*principalis, c.*7. *num.* 26. honeſtiſſimam, & iuſtiſſimam ſimilem appellat coditionem Pelaez *de maiorat.* 1.*p.q.*51.*n.*2.*&* 3.

59 Ex quibus primò infertur, quod etſi prædicta ſtatuta aduerſus ius commune eſſe videantur, *ex cap. eam te,* 7. *de reſcript.* vbi animaduertunt Abb. *num.*7. Felin. 12. Ripa. 29. *verſ. vltimo noto*, & ita pluries per Rotam iudicatum tradit idem Barboſa *in d. gloſſ.* 17. *ſub n.* 27. *aliàs n.* 20. tamen cum vtilia, & maximè neceſſaria in noſtra Hiſpania experientia pluries dixerit, & publicæ coſulant vtilitati, vt in ſeq. quæſtione latius dicam, per quam & iuri naturali derogatur, *l.* 1. *de vſucap.* Sigiſmund. Loffred. *conſ.* 14.*n.*21. nec omnino odioſa nec reſtringenda veniunt, vt dicam in ſeq. quæſtione contra Ricciol. Barboſam, & alios.

60 Secundò infertur cauendum eſſe ab eo quod iidem Ricciol. *d.c.*6.*n.*13 *&* Barboſa *in d. gloſſ.* 17.*n.*21. *aliàs num.* 13. conſtituunt quòd videlicet hæc puritatis ſtatuta, vel ſunt nulla iudicanda, aut ſaltim iniuſta, quod nullo modo ferendum eſt, quocumque loquatur ſenſu, nam vt patet, non ſolùm iuſta, & valida ſunt, ſed etiam vtilia, & maximè commoda Reipublicæ, & vniuerſo Regno, tam ex dictis, quàm ex latè dicendis in ſequenti quæſtione.

QVÆSTIO III.

Vtrum ſtatuta, quæ puritatis, & nobilitatis qualitates expoſcunt odioſa ſint, an verò fauorabilia.

Quæſtionem in tres partes diuidam, vt aptiùs explicata, ac enodata maneat.

1. De opinione vſque nunc recepta circa propoſitam quæſtionem.
2. Meam, & nouam proponam ſententiam.
3. Aliquas vtiles, & quotidianas illationes proferam ex præcedentibus deductas.

§. I.

Quid circa propoſitum dubium vſque adhuc ſenſerint Noſtrates.

SVMMARIVM.

1 *Statuta omnia ſtricti iuris ſunt, & velut odioſa ſtrictè interpretanda, maximè quæ ſunt Iuris communis correctoria. Contrarium,* num. 19. & ſeqq. *maximè*, n.25.

Puritatis ſtricti Iuris eſſe videntur veluti contra ius commune, n. 2.

Confimari debent à Summo Pontifice, ſeu à Principe. Et puritatis confirmata extant à Summo Pontifice, n. 21. & 22.

3 *Deſcendentes arceri ab honoribus propter prædeceſſorum delictum pœnale eſt, & exorbitans, & strictè venit interpretandum.*

4 *Omnia quæ feruntur contra ius commune odioſa ſunt.*

5 *Verba ſtatutorum ſtrictè accipienda, & vbi ceſſant ceſſat ſtatutum*, n. 6.

Vbi non congruunt non congruit diſpoſitio, num. 7.

Nec habcut locum in caſu omiſſo, n. 8.

Caſus omiſſus in ſtatuto pro omiſſo cenſetur, num. 9.

Statutum ſi voluiſſet caſum comprehendere illum expreßiſſet, n. 10.

Puritatis intelligendum iuxta verborum proprietatem, etiamſi latè caſum comprehendat, num. 11.

Loquens in caſu vero non extenditur ad fictum, nec præſumptum, n. 12.

In vno genere perſonarum ad aliud non extenditur, num. 15.

In vna cauſa inhabilitatis, ſeu macula C *ad*

ad aliam non adducitur, num. 16.

Excludentia à certis Officiis, & dignitatibus non extenduntur ad alias, num. 19. *vbi agitur de conſtitutione Clementis VIII. loquenti de deſcendentibus ab Hebræis in Regno Luſitania.*

13 *Interpretatio in ſtatutis fieri debet de his, quæ ſunt propriè talia, non verò ſecundùm quid.*

14 *Statutum loquens de reconciliatis & eorum deſcendentibus in certo gradu de veris intelligendum non de præſumptis.*

Et de deſcendentibus à Iudæis, & Sarracenis locum non habet in deſcendentibus à Gentilibus, num. 16.

De Pænitentia ob hæreſim locum non habet in pænitentia inflicta in ſancto Officio ob alias cauſas præter hæreſim, num. 18.

Loquens de certis dignitatibus, & Officiis ad diuerſa non extenditur, num. 19.

23 *Ratio eadem verſatur in extenſione ſtatutorum ac in extenſione legum.*

Nulla alia circa hoc conſiderari debet, ni quod ſit diſpoſitio contra ius commune, nec ne, num. 24.

1 CERTVM iure, & omnibus commune eſt, quòd ſtatuta omnia ſtricti iuris ſunt & velut odioſa ſtrictè interpretari debent ex textu *in l.* 1. *§. hoc interdictum*, 4. *de fonte*, *l. cum quidam*, 15. *de liber. & poſth. l.* 3. *§. hæc verba*, 6. *vbi DD. de neg geſt.* & aliis adductis à Burgos de Paz *in l.* 1. *tauri*, *num.* 584. tenet Bart. *in l. omnes populi*, *n.* 60. *de inſtit. & iure.* Mich. Craſſ. *comm. opin. lib.* 1. *c.* 3. *verb. ſtatutum*, *q.* 22. Albet. à Roſat. *lib.* 1. *de ſtatutis*, *quæſt.* 9. Andr. Gayl. *lib.* 2. *obſeruat.* 33. *num.* 9. Stephan. Gratian. *deciſ.* 45. *n.* 14. Petr. Surd. *deciſ.* 191. *num.* 6. Roland. à Valle. *conſil.* 95. *incipit. In hoc articulo*, *num.* 7. *lib.* 3. Cephalo. *conſil.* 126 *num.* 22. *lib.* 1. *conſ.* 210. *num.* 36. *lib.* 2. maximè in his, quæ ſunt iuris communis correctoria, *ex d. l.* 3. *§. hæc verba*, *de negot. geſt.* vbi hoc ita notat Bart. *l. conſtitutionibus*, 14. *ad municip. l. ſi verò*, 64. *§. de viro*, 9. *ſolut. matrim. l.* 1. *C. de iure dotium*, *l. præcipimus*, 32. *C. de appellat. l. ſancimus*, 27. *C. de teſtam.* Bart. *in l. ſi conſtante*, *n.* 39. 43. & 49. vbi etiam Ripa. *ſol. matrim.* Lambert. *de iure patron. lib.* 2. *p.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 19. Sarmiento *lib.* 1. *ſelectar. cap.* 12. *n.* 5. Aym. Crauet. *de antiq. tempor.* 4. *part.* *§. videamus modò de aliquibus limitationibus*, *num.* 22. & *§. abſolutis differentiis*, *n.* 38. Io. Zañez Parlador. 3. *tom. quotid. differ.* 39. *n.* 10. latè Andr. Tiraq. *in l. connubial. gloſſ.* 2. *n.* 21. & *in l. ſi vnquam*, *verb. libertis*, *n.* 73. *C. de reuocand. donat.* Menoch. *de recup. poſſeſſ. remed.* 14. *num.* 17. & *de adipiſcen. remed.* 4. *num.* 35. Villaloh. *comm. opin. lit. E. num.* 15. Viuio *eod. tract. opin.* 270. *num.* 1. Dec. *conſil.* 438. *num.* 5. & *conſ.* 587. *num.* 3. *tom.* 2. & *conſil.* 625. *num.* 4. Georg. Nata. *in tract. ſtatut. repellent. fæmin. q.* 9. 3. *quæſt princip.* Petr. Gerard. *ſing.* 7. *num.* 20. Meſſia *ad l. Toleti* 2 *part fundam.* 1. *n.* 20. & 21. Zephal. *conſ.* 178. *n.* 9. & *conſ.* 246. *n.* 12. & *conſ.* 247. *num.* 38. Aretin. *conſ.* 130. *n.* 3. Alphonſ. à Villagut. *de extenſ. leg. quæſt vn. de extenſ. l. correct. & pænal. ſimul n.* 92. 134. & 144. quam opinionem communem omnium eſſe apertè patet.

2 Quæ locum habere videntur in ſtatutis puritatis, de quibus loquimur, quæ ſunt iuris communis correctoria, tum quia habilitatem ad officia, munera, & dignitates à iure communi conceſſam, vt *in c. eam te*, 7. *de reſcr.* magna ex parte tollunt & euertunt, † tum 3
quia arcere deſcendentes à prædictis honoribus ob maiorum ſuorum delicta, aduerſus *tex. in c. non debet*, 22. vbi gloſſ. *de reg iur. in* 6. cum ſimilibus, pœnam continet, atque ideò pœnale, & exorbitans eſt, & per conſequens ſtrictè venit interpretandum ſecundùm Gloſſ. & Abb. *n.* 7 Fel. 12. Ripan. 19. *verſ. vltimo noto*, *in d. c. eam te*, 7. *de reſcr.* & per eundem text. ita tenent Lambertin. *de iure patron. lib.* 2. 1. *p. q.* 2. *art.* 19. Perezius de Lara *de capell. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 40. & 41. Valençuela *conſ.* 90. *à n.* 201. *cum ſeqq.* & *conſ.* 91. *n.* 37. & 76. & nouiſſimè Ricci. *de Neophytis c.* 7. *n.* 1. *c.* 2. & Aug. Barboſa *de off. Epiſc.* 1. *p. tit* 2. *gloſſ.* 17. *n.* 27. in aliis eſt *n.* 29. vbi pluries in Rota ita deciſum commemorat. Velaſco *de priuil. pauper.* 2. *p. q.* 65. *§.* 2. *n.* 199. Gironda *de priuil. explicant. n.* 1444. Puteus *deciſ.* 267. *n.* 2. 1. *p.* idem Barboſa, quem poſt hæc præ manibus habuimus, *de canonicis*, *c.* 13. *n.* 30. & 59.

Ratio eſt, quia omnia, quæ contra ius commune 4
feruntur, odioſa ſunt, & generaliter omnis receſſus à iure communi odioſus reputatur, ex Abb. *in c. quia* 3. *notab. de priuil.* & *in c. olim. ſupra Gl.* 1. *de verb. ſign.* Iaſ. *in l. qui except. poſt n.* 1. *de condict. indeb.* Aym. Crauet. qui plures refert, *de antiq. temp.* 4. *p. in princ. n.* 42. Iac. Menoch. *de recuper. rem.* 1. *n.* 24. Per. Fekius *de teſtam. coniug. lib.* 4 *c.* 3. *n.* 6. & ideò velut odioſus ſtrictè ſemper accipitur & interpretatur.

Quare introductum, quòd in ſimilibus & reſtrin- 5
gendis ſtatutis, ita verborum ſit proprietas attendenda, vt ad alia præter expreſſa non extendatur diſpoſitio, *ex l.* 1. *§. ſi is qui nauem*, 19. *verſ. in re igitur*, *de exercit. act.* & *in l. non aliter*. 69. *in princ. de leg* 3. Dec. *in l. factum*, *§. in pænal. n.* 10. & *in l. ſemper in obſcuris*, *n.* 3. *iuncto n.* 11. & *in l. in cõtrahenda*, *n.* 13. *de reg. iur.* Alciat. *de præſum. reg.* 3. *præſum. vlt. n.* 7. Alph. de Villag. *tract. de extenſ. l. pœn. reſpectu mera pœna*, *n.* 10. † Et vbi ver- 6
ba ſtatuti ceſſant, debet ceſſare ipſum ſtatutum, *l. illam*, 19. vbi Bald. *in princ. C. de collat.* Meſſia *in l. Toleti* 2. *p. fundam.* 1. *n.* 11. *Decio conſ.* 669. *incipit. Viſo, & perlecto*, *n.* 6. Pariſ. *conſ.* 98. *incipit. Circa præſentem conſultationem*, *n.* 30. *lib.* 1. † quia vbi verba non congruunt, 7
non congruit ſtatuti diſpoſitio, *l.* 4. *§. totiens*, 6. *de damno infecto.* Gloſſ. *in l. mancipia*, 6. *de ſeruis fugit.* Floriano de ſancto Petro *in l. Prætor ait*, *§. quod autem n.* 8. & 9. *de Aleator. deciſ. Genuæ* 176. *n.* 14. † Nec habet locum 8
in caſu omiſſo, ex Iaſ. *in l. quidquid adſtringendæ*, *de verb. deciſ. Genuæ*, 129. *n.* 5. Caualcano *deciſ.* 65. *n.* 4. *p.* 1.
† Immò caſus in verbis omiſſus pro omiſſo cenſetur 9
in diſpoſitione *l. ſi extraneus*, 6. *de condict. cauſa data*, *d. l. ſi vero*, 64. *§. de viro. ſol. matrim. vbi DD.* & *in l. apud Labeonem*, *§. hoc edictum de iniur.* Zaſ. *conſ.* 7. *n.* 19. *lib.* 1. & *conſ.* 12. *n.* 38. *lib.* 2. Dec. *conſ.* 555. *n.* 3. Burg. de Paz *conſ.* 28. *n.* 21. Crauetta *conſ.* 161. *n.* 10. Auguſt. Barboſa *Axioma* 39. *n.* 2. † Quia ſi ſtatutum voluiſſet caſum 10
comprehendere illum expreſſiſſet, Bald. *in l. Reipubl. n.* 1. *C. quib. ex cauſis maior.* & *in c. nihil* 44. *n.* 5. *de elect.* Rol. à Valle *conſ.* 29. *n.* 22. *lib.* 4. Valençuela *conſ.* 91. *n.* 18. *ex l. vn. §. ſi autem ad deficientis*, 6. *de caduc. toll.* Aug. Barboſa *Axioma* 136. *n.* 5. *vbi plures.* immò num. ſeq. ait, quod præſumendum eſt, legem noluiſſe, quod non expreſſit, ex Menoch. *conſ.* 30. *n.* 8. Armendar. *in proœm. leg. Regni Nauarræ*, *n.* 15. Ricciol. *d. c.* 7. *n.* 3. & *ſeqq.* vbi ait, non excludi illum, de cuius puritate, nec macula non conſtat vllis probationibus, quod reiicimus infrà *q.* 8. *§.* 3. *n.* 69. & 70. Ex quibus multa inferunt DD. quorum hæc ad nos tantùm còducunt.

Primum, quòd ſtatuta hæc puritatis intelligenda 11
ſunt iuxta verborum proprietatem, non verò poſſunt ad alia extendi, etiam ſi ex lata, & impropria verborum

Digitized by Google

verborum ſignificatione in eorum valeant diſpoſitione comprebendi, vt ſpeciarim probant Perezius de Lara *in d. cap. 4. num. 40. & 41.* Valençuela *conſil. 90. num. 203. & conſil. 91. a num. 4. cum ſeqq.* Aug. Barboſa *de officio Epiſcopi d. gloſſ. 17. ſub n. 27. alias 29. in fine*, vbi alios Doctores idem tenentes adducit, & in num. ſeqq. plura exempla huiuſce rei affert.

12 Secundò inferunt, quòd verba ſtatutorum loquentia in caſu realiter vero, non extenduntur ad caſum præſumptum ſeu fictum, ex Oſaſco *deciſ. Pedam. 21. num. 13.* Roland. *conſil. 27. num. 22.* & ex adductis per Farinac. 1. *part. fragment. lit. E.*
13 *num.* 215. † Quare receptum, quòd interpretatio debet in ſtatutis fieri de his, quæ ſunt propriè talia, non autem ſecundùm quid, ex *l. ſi maritus*, 15. *§. legis Iuliæ 1. Ad l. Iul. de adulter. l. mercis*, 207. *de verbor. ſignif.* defendit Franc. Conſcius *in Rub. de offic. delegat. num. 47. verſic. vndecimo accedat*, *prout eum*, & alios refert & ſequitur Narbona *in l. 2. gloſſ. 20. num. 73. tit. 1. lib. 4. recop.* in explicatione concordiæ familiarium Sanctæ Inquiſit. quæ eſt verior ſententia in ſtatutis correctoriis loquendo, quàm alia contraria relata per Farinac. *in d. lit. E. numero 214. ex clement. 2. & ibi gloſſ. verb. in eiſdem*, *propè fin. de ætate & qualit.* Anton. de Buttio *in cap. fin. fallent. 1. & 12. de conſuetud. & in cap. 1. fallent. 1. de tempor. ordin. in 6.* Iaſ. *in fin. num. 5. de in ius vocando.* Oſaſco *deciſ. Pedam. 147. num. 3.* Alphonſ. à Villagut. *de extenſ. leg. correct. & pœn. ſimul*, *ante*
14 *num. 1. & 25. vſque ad 36.* † Quod verificari poterit in noſtra puritatis materia, ſi ſtatutum repellat hæreticos Reconciliatos per ſanctum Officium, & eorum deſcendentes in certo gradu, vt adeſt in ſancta Eccleſia Hiſpalenſi, quia intelligi debet de hæreticis formalibus, & veris reconciliatis, & de eorum deſcendentibus, non verò de hæreticis præſumptis reconciliatis ob iuris præſumptionem prout colligitur ex Abb. *in cap. inter. 10. ſub num. 4. & 6. de purgat. canon.* Puteo *deciſ. 400. lib. 2.* Valençuela *conſ. 90. num. 34. & conſil. 91. num. 6.* quod an verum ſit in omnibus generaliter ſtatutis puritatis, & de eius ratione & intelligentia latiùs deſpiciam infrà quæſt. 4. §. 3. num. 25. & hac eadem quæſt. §. 3. illat. 1.

15 Tertiò inferunt, ſtatuta loquentia in vno genere perſonarum non poſſe extendi ad alias diſſimiles, ſeu diuerſi generis, ex traditis per Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. libertis, num. 30. C. de reuocand. donation.* Ignac. del Villar *in ſua ſylua reſp. 7. 4. part. num. 28.* Zephal. *conſil. 59. num. 26. tom. 1. & conſ. 114. num. 7.* Alciat. *reſponſ. 326. num. 1.* Cæpol. *conſil. ciuil. 7. n. 16.* Roman. *conſ. 92. num. 3.* Rol. à Valle *conſ. 24. num. 9.* Marc. Anton. Eugen. *conſ. 18. num. 52. conſ. 45. num.* 34. Alphonſ. à Villagut. *citato loco de extenſ. leg. exor-*
16 *bitant. num. 11.* † Velut ſi ſtatutum loquatur in deſcendentibus à Iudæis, & Mauris, non poterit intelligi, nec practicari in deſcendentibus à Gentilibus, vt cum Ricciolo *de Neophytis, cap. 7. n. 30. & 31.* defendam, contra Perezium de Lara infrà hac in quæſt. §. 3. *illat. 6.*

17 Quartò inferunt, ſtatutum loquens in vna cauſa inhabilitatis, ſeu maculæ non poſſe extendi ad aliam diuerſam, ſeu diuerſi generis, ex *d. gloſſ. verb. in eiſdem, vt per illum text. in clem. 2. de ætate & qualit.* Plaça *in epith. delict. lib. 1. c. 1. n. 15.* Ripa *in l. ſi conſtanti, num. 66. ſolut. matrim.* Nicol. Euerard. *in loco à ratione legis ſtricta, n. 7. & 10.* Alph. à Villagut. *Rub. de extenſ. legum correct. & pœn ſimul, à num. 2. cum ſeqq. pluribus*,
18 vbi multos adducit; † Veluti ſi loquatur ſtatutum de inhabilitate, ob pœnitentiam in ſancto Inquiſitionis Officio impoſitam propter hæreſis facinus, non poterit extendi ad pœnitentiam inflictam ab eodem Sancto Officio ob alias cauſas præter hæreſim, ſeu loquens in macula contracta ob cauſam reconciliationis, non poterit extendi, nec intelligi in cauſa pœnitentiæ, quia hæc non eſt eiuſdem rationis nec potentiæ, ſicut illa expreſſa, de quibus latiùs agam infrà hac in quæſt. §. 3. illat. 5, & quæſt. 4. §. 3. ex n. 21. cum ſeqq.

Inferunt quintò, quòd ſtatutum ſeu conſtitutio 19
loquens de repellendis deſcendentibus à Iudæis, & Mauris a certo genere dignitatum, ſeu officiorum, non poteſt extendi ad alias dignitates, ſeu officia, vt ex Gonçalez *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 45. in princip. à num. 39.* docet Barboſa *de Epiſcop. munere, 1. part. tit. 2. gloſſ. 17. num. 28. & 29. & in 2. edit. eſt num. 30. & 31.* exemplum conſtituens in conſtitutione Clement. VIII. qua repelluntur deſcendentes ex Hebræis vſque ad ſeptimam generationem à Canonicatibus & præbendis, ac dignitatibus cathedralium, & à principalibus dignitatibus Collegiatarum Eccleſiarum Regni Luſitaniæ, &c. nempè quod non extendatur ad præbendas portionarias, nec ad alias, quæ canonicatus non ſunt, nec vocem habent in capitulo, quod quidem verum puto, & latiùs videri poterit penes relatos. In quantum verò loquitur prædicta conſtitutio de principalibus dignitatibus in Eccleſia Collegiata intelligenda eſt de vna tantùm principali, non de cæteris, vt ex aliis probat idem Barboſa *ex num. 30. cum ſeqq. & in 2. edit. ex num. 32.* nec etiam extenditur conſtitutio ad Parochialem acceſſoriè annexam alicui dignitati, ſeu canonicatui ex ibidem non incluſis, quem habere poterit, qui non eſt præditus prædictis qualitatibus, quamuis Parochialem habere directè non poſſit ex eadem conſtitutione, vt multis probat idem Barboſa *ex num. 31. in 1. edit. in 2. verò ex num. 34. cum ſeqq. loco citato.* cui adde quòd ſtatutum loquens de adquirentibus ius ad beneficium, non debet intelligi de continuantibus ſuum ius, & ſic nec de regreſſu ad beneficium, vt dixit Rota apud Puteum, *deciſio. 267. part. 1.* de quibus vide eumdem Barboſam iterum de eiſdem agentem more ſuo, cum pluries repetat ad literam in vno tractatu ſeu quæſtione, quæ in aliis iam dixerat, & ita quotidie nouum librum facilè in publicum edit, vide inquam illum de canonic. *c. 13. ex n. 48. cum ſeqq.*

At ſtatuta ideò odioſa reputari, quia ſtricti 20
iuris eſſe iudicentur, ſuſtineri non poſſe videtur, eſto ſit aduerſus communem relatam, quia differentiam bonæ fidei, & ſtricti iuris tantùm in contractibus iure admitti, non verò in legibus, nec ſtatutis, quorum proprium eſt, de nouo aliquid ſtatuere, multis probat Franc. Duaren. *in l. 3. de acquirend. poſſeſſione*, & Alexand. Turamin. *libro ſingulari de legibus*, *tertia parte capit. 5. numero ſeptimo, & ſequentibus*, quos refert, & ſequitur Oſuald. Illiger. ad Hug. Donel. *libro 26.*
commentar. cap. 1. lit. A. pag. mihi, 1191. † Quod 21
indubitabilius eſt cùm ſtatuta prius confirmari debeant à Summo Pontifice ſeu à Rege, aut eius magno ſenatu, cui legis condendæ tantum imperium eſt *ex l. 14. tit. 6. lib. 3. & l. 8. tit. 1. lib. 7. recop.* cum adductis à Mariençó *in l. 4. gloſſ. 4. n. 2. tit. 14. lib. 5. recop.* Io. Gutier. *de iur. confirmat. 1. p. c. 38. n. 1. & lib. 3. pract. q. 23. n. 9.* Io. Garcia *de nobilit. in inſcript. num. 12. vbi num. 13.* de Collegiorum ſtatutis lo-
quitur. † Sicut noſtra puritatis ſtatuta, de qui- 22
bus loquimur confirmata extant à Summis Pontificibus, vt deciſum pluries eſt in Rota, & refert

Digitized by Google

23 Perezius de Lara *d.c.4. n.2.* † Et certè omnes ratio-
nes,& iura tam ciuilia, quàm Pontificia, ex quibus
colligitur extenſionis, ſeu reſtrictionis materia, aut
loquamur in fauorabilibus, aut in odioſis, pœnali-
bus, ſeu correctoriis, expreſsè loquuntur, & locum
habent in legibus, ex quibus trahuntur ad ſtatuta,
quia eadem ratio in eis verſatur, vt facilè quiſque
colligere valet ex ſuperiùs relatis, & congeſtis à Ni-
col. Euerard. *in locis legal.loco à Ratione legis ſtricta,&*
à Ratione legis larga,n.45.& ſeqq.& n.55.& 63. Villa-
gur. in locis ſuperiùs relatis, Aym. Crauetta *de anti-*
quit.temp.4.part.in princ.n.147.in fin. verſ. Contrarium
quod immò. & à Farinac. *in 1.part. Fragment. lit. E. à*
24 *num.* 50. vbi latiſſimè de hac materia. † Quare Sar-
miento *lib.1.ſelect.interpretat.c.12. à num. 1. cum ſeqq.*
nullam aliam inuenit rationem, qua ſtatutum exten-
datur, ſeu reſtringatur, ni quod ſit contra ius com-
mune,necne, quia leges ex hac ratione extenſionem,
ſeu reſtrictionem patiuntur, ita vt nulla ratio ſit
præcipua,quia ſtatuta dici valeant ſtricti iuris,quàm
25 cætera iura, & leges vniuerſæ. † Atque ideò veriùs
videbatur dicendum, quòd ſtatuta, ſicut leges, ſeu
canonicæ conſtitutiones, obſeruari debent, & nec
odioſæ, nec ſtrictæ interpretationis iudicari: ni
quatenus cæteræ leges, & conſtitutiones iuris ex-
tenſionem, ſeu reſtrictionem patiuntur. Quod quia
à communi abhorret, & non eſt meum hîc ex pro-
feſſo, nec largiùs de eius veritate, & certitudi-
ne agere, quid retenta communi in hac noſtra
quæſtione pro veritate ſit tenendum in ſequen-
ti §. diſpiciam.

---

§. II.

Nouè oſtenditur quando puritatis ſtatuta fa-uorabilia, quando verò odioſa reputari debeant.

SVMMARIVM.

1 *Statuta puritatis ob Republica, & totius Regni vtilitatem adinuenta,* & numero 35.

2 *Publicè intereſt dignitates & familias ita ſaluas manere; vt ſordida ſtirpes nobilibus non miſceantur.Nobilitas perit ex immixtione impurorum,* ibid.

3 *Intereſt Reipublica ſcire ſpurios & alios hominum defectus, & quòd boni cum bonis miſceantur.*

4 *Cautio ne nobiles familia impuris, & improbis miſceantur, intendit, eas ab omni labe præſeruare, quod publicè intereſt, & fauorabile eſt.*

5 *Statuta puritatis intendunt,ne ſordida, & impura familia ſplendidis, & puris miſceantur,& quod nota ſint.*

6 *Sanctum Inquiſitionis Officium inſtitutum fuit ad puniendos hæreticas fides inimicos.*

7 *Fidei propagotio in publicam vertitur vtilitatem. Et eius cauſa fauorabilis eſt,* numero 8.

9 *Ex hæreticorum punitione pax & tranquilitas Hiſpania, qua publicè intereſt, prouenit.*

10 *Deſcendentes hæreticorum non debere admitti ad tam præclarum munus ipſa dictat ratio naturalis.*

11 *Quilibet ſuos diligit,& bonum exoptat, & de facili reddit ad primæuam naturam,* numero 12.

13 *Res qualibet reuertitur facilè ad primæuam naturam.*

14 *Bonum publicum exoptat, non aliàs admitti ad ſanctum Officium Inquiſitionis, ni nati ex honeſtis & puris parentibus.*

15 *Ordines militares ad fidei hoſtes oppugnandos fuerunt adinuenti, à quibus bello debellantur: ſicut in ſancto Officio iurium deprimuntur gladio.*

16 *Senatus Regius ordinum ſtatutum puritatis rigidè obſeruat. Et ſi ex aliqua graui cauſa diſpenſatur, quod rarò ſit, à Summo Pontifice confirmatur, & in ſchedula gratia exprimitur.*

17 *Pax in Eccleſiis, & communitatibus ſeruari publicè intereſt,* & num.22.

18 *Eccleſia & communitates non parum condecorant ciuitatem & Regnum.*

19 *Propagatio communitatum ex pace conſequitur.*

20 *Concordia parua res creſcunt, diſcordia autem maxima dilabuntur.*

21 *Nihil magis ad conſeruationem decet, ſicut concordia. Nec plus tranquillitatem perturbat, quàm ſociorum ſiniſtra mores,* numero 23. *Conſortium vnius ſæpè multos corrumpit,* ibid.

24 *Tumulti & ſeditiones plerumque à maculatis oriuntur.*

25 *Ex Collegiis Hiſpania iudices integerrimi eliciuntur.*

26 *Iudices oportet clari eſſe ſanguinis.*

27 *Iniuria Regem proſequitur patrocinans maculatos ad obtinendum officia publica.*

28 *Ignobiles ſanguinis puri præferendi Neophytis, & eorum deſcendentibus in obtinendis publicis officiis.*

29 *Publicè intereſt nobiles & puros Collegiis admitti.*

30 *Origo natalium inſpicienda de iure communi in elargiendis publicis officiis.*

31 *Iudai & Mauri eorúmque deſcendentes ob prauos mores odio iuſtitiam habent, & ad omne ſunt procliues malum, & non continentur ſub ſtatuto fundato in æquitate.*

32 *Poteſtas exercendi officia publica Iudæis interdicta.*

33 *Mores parentùm cum ſemine tranſeunt.*

34 *Conuerſi, etſi nobiles, iuſtè à Collegiis repelluntur.*

36 *Facul*

36 *Facultates condendi maioratus & ſi deneganda non ſint ignobilibus & ruſticis, iuſtum tamen eſt denegari deſcendentibus à Iudæis & Mauris.*

37 *Facultas obtenta à deſcendentibus à Iudæis, vt nobiles efficiantur tacita hac macula ſubreptitia eſt, ſicut & legitimatio obtenta ab ſpurio dupliciter, tacita vna ſpuritate ordinem dignitatum ſeruari publicè intereſt, ibi. Dignitates publici ſunt iuris, & condecorant regiam magnitudinem, & Regnum. Ciuitas illa magis beata eſt, quæ maioribus fulcitur dignitatibus ad condecorationem ciuium*, ibid.

38 *Statuta & leges reſpicientes publicam vtilitatem bonæ fidei, & fauorabilia, & extendenda veniunt. Et ſi priuatim in aliquorum odium vertantur*, num. 39. *Etiam ſi pœnalia ſint*, num. 40. *Aut correctoria*, num. 41. *Aut exorbitantia.* numero 42. *Aut aliàs odioſa & reſtringenda*, numero 43.

44 *Ob publicam vtilitatim licet recedere à regulis iuris communis. Etiamſi incidenter in alterius odium vertatur*, num. 45. *Præcipuè cùm primò intenditur fauor publicus ſecundariò odium alterius*, num. 46.

47 *Vtilitas publica ſemper præferenda. Fauor & non odium conſiderandus*, ibid.

48 *Leges & ſtatuta quatenus reſpiciant bonum publicum & damnum priuatum ad conſiderationem ſarmienti*, lib. 1. ſelectar. c. 12. n. 1. *Explicatur*, num. ſeqq.

49 *Leges omnes bonum proſpiciunt commune aliàs tales deſinunt eſſe.*

51 *Statuta puritatis primariò reſpiciunt vtilitatem publicam; licèt ſecundario odium maculatis habeant*, num. 52. *Sunt fauorabili à reſpectu communitatum, reſpectu verò infectorum odioſa. Nomen accipiunt à digniori cauſa & fine, qui fauor eſt publicus, & ſic fauorabilia nuncupari debent*, num. 53.

1 AD quod conſtituo, quòd hæc puritatis ſtatuta
ob Reipublicæ immò totius Regni communem vtilitatem adinuenta fuêre; quod oſtendam
tam ex iuridica ratione, quàm ex ipſorum ſtatuto-
2 rum fine & cauſa. Iuridica enim ratio, immò naturalis penè ſuadet, quantum publicè interſit ciuium dignitates, & familiarum condecorationem ita ſaluas manere, vt ſordidæ ſtirpes nobilibus non miſceantur, vt *in l. 1. §. ſed & ſi ſeruus*, 13. ibi. *Publicè enim intereſt partus non ſubiici: vt ordinum dignitas, familiarúmque ſalua ſit*, de ventre inſpic. cuſtod. quæ partu, & *in l. ſuper ſtatu*, 9. ibi. *Ne aliena fortè ſordida ſtirpes ſplendidis & ingenuis natalibus audeant ſubrogari.* C. de quæſt. exornat Pelaez de Meres *de maiorat.* 1. *parte quæſt.* 51. *num.* 29. vbi *num.* 30. iura Regni plura adducit, quæ huc valde pertinent, & ſub *num.* 5. *verſ.*
3 *& intereſt*, † ait, intereſſe Reipublicæ ſcire ſpurios, & alios hominum defectus, conuenit Did. Velaſquez in defenſione ſtatuti Tolerani *cap.* 14. *verſ. Publicè*, *pag.* 77. ex Bartol. & Angel. *in l. eum qui notentem*, 18. *de iniuriis*, & *in l. quæ omnia*, 25. *de procurat.* Thom. Grammat. *deciſ.* 37. *num.* 1. & quis nobilis ſit, & quis ignobilis Ant. Fab. *in C. lib.* 7. *tit.* 19. *definit.* 7. *num.* 4. ne ex eorum mixtione pereat ciuium nobilitas, plurimùm iure commendata, vt *in l. ſed quæſt.* 12. *de ſponſal. l. vidua*, 18. *C. de nuptiis*, & *in l. humilem*, 7. *C. de inceſt. nuptiis*, Auth. *de defenſor. ciuitat.* §. 1. & melius *in l. honor*, 14. §. *de honoribus*, 3. *de muner. & honor.* Andr. Tiraq. *de nobilit. cap.* 20. Redin. *de maieſtate Principis verb. maieſtatem. num.* 42. *cum ſeqq.* Oſuald. Illiger. ad Donel. *lib.* 15. *comm. cap.* 24. *lit. H. in medio.* Gregor. *in l.* 1. *gloſſ.* 7. *tit.* 9. *part.* 7. & ideò etiam intereſſe Reipublicæ quòd boni cum bonis miſceantur, vt boni ex eis oriantur, ex dictis iuribus probat Gracian. *diſcept.*
for. cap. 567. *num.* 58. † Et cùm caueatur, ne nobi- 4
les familiæ impuris, & improbis miſceantur, intenditur eas intactas ab omni labe præſeruare, quod omne & publicè intereſt, & fauorabile eſt, ſecundùm tradita per Doctores *in l.* 1. *C. Ad leg. Iul. de adulter.* Io. Ande. *in addit. ad ſpeculat.* Rub. *de ſucceſſion. ab inteſt.* Roman. *conſ.* 32. *per totum*, Curtium Iunior. *conſ.* 9. *num.* 2. Zephal. *conſ.* 309. *num.* 33. *lib.* 3. Petr. Surd. *conſ.* 553. *num.* 9. Bardelonum *conſ.* 56. *num.* 12. Theſſaur. *deciſ.* 37. *num.* 6. quibus adde plura adducta infrà ex num. 35. maxi-
mè ſub num. 37. † Quod quidem omnia intenditur 5
in puritatis ſtatutis, vt videlicet ſordidæ, & impuræ familiæ ſplendidis & puris ne miſceantur, & notæ ſint, & ne alias in ſanguine polluant, nec cum ſuis prauis moribus puras ſacratum communitatum aras, quas intactas manere ab omni labe publicè intereſt, vt ſtatim ſubiiciam.

Ex fine, & cauſa cuiuſque communitatis, & Tri- 6
bunalis, in quo ſimile adeſt ſtatutum patet. Primò in ſacroſancto Inquiſitionis Officio, quod cum inſtitutum & inſtauratum fuerit ob punitionem hæreticorum, præcipuè Iudæorum, & Maurorum, noſtræ veræ & ſanctæ fidei inimicorum, præcedentibus ipſorum grauiſſimis facinoribus, vt recenſet Paramus *de origine Inquiſitionis lib.* 2. *tit.* 3. *c.* 4. *à n.* 2. & alibi pluries, ad ipſius fidei propagationem, & de-
fenſionem, † quæ in publicam omnium vtilitatem 7
vertitur, vt patet ex tit. 6. & Decretalium de ſumma Trinit. & fide Cathol. vbi communiter DD. text. *in l. inter claras* 8. *verſ. Nam pax, C. illo tit. c. quicumque* 6. §. *his ita*, *c. omnipotens*, 9. 23. *q.* 8. Doctores *in c. in fidei fauorem de Hæret. in* 6. & colligitur ex adductis à Vaſquez & ab eo allegatis *in* 3. *part. diſp.* 169. *cap.* 1. P. Th. Sanch. *in Decalog. lib.* 2. *c.* 2. Bellarm. *lib.* 1. *de pœnit. c.* 8. P. Suarez *in* 3. *part. to.* 1. *q.* 65. *art.* 4. *in comment.*
† Et quòd fidei cauſa fauorabilis ſit, probat text. *in* 8
clem. ſæpè, de verbor. ſignific. & Simanch. *de Cathol. inſtit. cap.* 40. *num.* 30. Acuna *de confeſſariis ſolicit. q.* 5. *ſub num.* 8. Paramus *de orig. Inquiſit. lib.* 3. *q.* 10. *num.* 39. Fr. Ant. de Souſſa *in opuſcul. de confeſſ. ſolicit.* 1. *part. cap.*
18. *ſub num.* 3. † Maximè cum ex hæreticorum pu- 9
nitione proueniat tranquilla hæc pax, & concordia, qua noſtra fruitur Hiſpania, quam publicè intereſſe nemo dubitabit, vt conſiderat idem Param. *d. lib.* 2.
tit. 3. *cap.* 3 *à num.* 28. & 46. † Ad cuius muneris 10
exercitium hæreticorum deſcendentes non admitti debere ipſa naturalis ratio dictat, & apertè docet: tum quia parentum moribus ſapere filios iure præſumitur, nec ab eis exerceri iuſtè, nec fideliter ſperare poſſemus, vt latè dicam inferiùs
à numero 25. cum pluribus ſequentibus. † tum 11
quia quemlibet ſuos diligere, & bonum exoptare præſumitur text. *in l. iſti quidem*, 7. *in fin. Quod met. cauſa*, *l. ſi pupillorum* 7. §. *ſi pater* 2. *de rebus eorum quæ ſub tutela*, *l. nec ei*, 17. *de adoption.* §. *fin.*

inſt.de noxalib.cap.ex literis,14.*de præſumpt*.Alc.*reg*.1.
11 *præſump*.22.*&* 23.† Et de facili reuertitur ad ſuorum
mores & naturam,vt *in cap.ſi gens*.10.56.*diſt*. Ariſtot.
de generat.lib.1.*c*.19. Ioſeph. Maſcbar. *de probat. con-*
13 *cluſ*.1073.*num*.11. † Sicut & altera quælibet res citò
in ſuam primæuam mutatur naturam, text. *in l. ſi*
vnus,27. §. *pactus ne peteret*. 2. *verſ. Quod in ſpecie,de*
pactis l.ſi tibi,20.*de reb.cred.l.filio,quem pater*,23. *de li-*
ber.& poſth.l.ſi mater,11.§. *eandem*,4. *de except. rei in-*
dic.l.qui poſſeſſionem,17.*de vi, & vi arm*. cum adductis
per Andr. Tiraquel. *de retract. municip*. §. 19.*gloſſ*.2.
n.4.*&* §.32. *gloſſ*.1. *n*. 68. & per Crauetan. *conſ*. 202.
per totum. Maſch. *de probat.concluſ*.174.*n*.16.Perezius
14 de Lara *in d.cap* 4.*n*.111.*&* 114. *verſ. Præterea*. † tum
denique, quia bonum publicum expoſtulat, tantùm
ex honeſtis parentibus natos, & in nihilo præcipuè
in ſanguinis infectione ſuſpectos ad tam ſanctum
monaſterium admitti,vt ait Param. *d.lib*.2.*tit*.3. *c*. 2.
num.16. reiicique à fidei defenſione, qui ab his pro-
ueniunt, qui ipſi fidei odium habuerunt, repellít-
que iuſtiſſimè à ſancti officij muneribus, qui ex his
nati ſunt,in quorum punitionem, & deteſtationem
ipſum ſanctum fuit erectum officium : & ſic quod
ſimilia ſtatuta fuerint erecta in fidei fauorem di-
cit Rota apud Puteum *deci*. 267. *num*. 2. *part*. 1.

15 Secundò etiam eadem ratio verſatur in his con-
decorandis ordinum militarium congreſſibus, &
honoribus,qui ad fidei hoſtes oppugnandos fuerunt
adinuenti vt Hiſpanici hiſtoriei referunt, & è noſtris
Barth.Chaſſan. *in Catalogo gloriæ mundi*,9.*part. conſi-*
derat.7.*cum duobus ſeqq. iuncta conſiderat*. 3. & ſic de-
finit Sebaſt. Cobbarr. *in Theſauro linguæ Hiſpanæ*
verb. Ordenes, 3. & ſicut legum & iurium gladio in
ſanctæ Inquiſitionis officio puniuntur, extirpantúr-
que hæretici, ſic ab ordinum militibus bellò debel-
lantur, & deprimuntur fidei Catholicæ inuaſores
inimici, quod fieri rectè ab eorum deſcendentibus
non ſecurè præſumi poteſt, quare ab his honoribus
reiici, & decet, & publicæ vtilitati maximè expedit.
16 † Quare in ſupremo Ordinum Senatu ſtatutum hoc
rigidè obſeruatur, & ſi ex aliqua graui, & vrgenti
cauſa à Rege noſtro in ſimili diſpenſatum eſt defe-
ctu, quod rarò fit, huius indulti confirmatio à Sum-
mo Pontifice aſſequitur,& in ſchedula gratię diſpen-
ſatio,& eius cauſa exprimitur,vt animaduertit Ignac.
del Villar *in d. reſp*. 12.*n*. 44. Et quod de iure com-
muni iſti milites eſſe non poſſint docent Tib. De-
cian.*crim.lib*.5.*c*.43.*n*.4. Farinac. *de hæreſ. quæſt*. 189.
§.4.*n*.53.relati per Fr.Ant.à Souſſ. *in Aphoriſm.lib*.3.
c.7.*n*.9.

17 Tertiò patet,in Sacroſancta Eccleſia Toletana, &
in cæteris Eccleſiis, & communitatibus, in quibus
pax & concordia ſeruari decet, non tantùm ipſarum
communitatum commodo, ſed etiam totius Reipu-
18 blicæ Chriſtianæ, † cùm Eccleſiæ & communitates
non parum augeant & condecorent ciuitates, & Re-
gnum. Quare ad Reges & Principes expectant Ec-
cleſiarum,& communitatum tranquillitas, & propa-
gatio, *ex c.fin*.96.*diſt.cap. ſicut excellentiam* 48.23.*q*.4.
& conſiderat Batt.Chaſſan. *citato loco*, 5. *part.conſid.*
19 17. † quæ ex earum pace & concordia conſequun-
tur, & ideò pluribus commendatur in perplurimis
ſacrarum litterarum locis, vt Prouerb.18.19. Eccle-
ſiaſt.35.2.Pſalm.133.1.Matth.5.9.Apoſt. ad Roman.
12.16.& 15.6.quia vt dixit Saluſt. de Bello Iugurti-
20 no. † *Concordia paruæ res creſcunt,diſcordia autem ma-*
ximæ dilabuntur, & ſignificauit T. Calphur. Eccl. 2.
verſibus his.

Eſto pares,& ob hoc concordes viuite; nam vos
Et decor,& cantus,& amor ſociauit,& ætas.

Quare ad conſeruationem nihil magis commenda- 21
tur quàm concordia,ex illo Poëtæ:

Viuite concordes,& noſtrum diſcite munus.

Quod igitur pax & concordia Eccleſiarum publicè 22
interſit probatur *in l.inter claras*.8.*verſ.Nam pax Ec-*
cleſiis, *C. de ſumma Trinit*. & ideò grauiter puniun-
tur, qui contra Eccleſiæ pacem euehuntur text. *in*
cap.qui contra,32.24.*q*.1. vbi ſummarium ait, *Proprio*
expolientur honore, qui contra pacem Eccleſiæ nituntur.
plura diximus infrà 2.*part.q*.1.*gloſſ*.3.*per totam*. † At 23
nihil plus tranquillam omnium communitatum
quietem, & gaudium perturbat, & omnino euellit,
quàm praui ſociorum mores, vt elegantiſſimè Sto-
bæus ſerm.78.probat hiſcemet verbis. *Muſonius di-*
cebat,nullas nuptias ſine concordia eſſe honeſtas,nec vllam
ſocietatem vtilem,improbos verò inter ſe concordiam ale-
re non poſſe, ſicut lignum rectum cum curuo, aut duo li-
gna curua inter ſe conuenire nequeunt. Et vnius mali
conſortium ſæpè bonos corrumpit, *cap. ſæpè* 12. 28.
q. 1. Andr. Tiraquel. *in l*.5.*connub*.5.*part.Gloſ*.1.*n*.29.
Camill.Borrell.*in addition.ad Bellug.in ſpeculo Princip.*
Rub 11.§.*viſo lit.C.verſ.Item hæreticus*. Et cùm Iudæi,
& Hæretici omnes eorúmque deſcendentes animi
elati; inquieti, mendaces moribúſque præditi ſint
prauis,& nihil paci magis diſſonum, quàm hi, com-
pertum, multoties ſit, vt ex allegatis ſuperiùs clarè
conſtat,& ex adductis ſuprà *quæſt*.1.§.4.*per totum*. &
ſpeciatim ad noſtrum propoſitum conſiderat Ignac.
del Villar. *d.reſp*.12.*n*.43.*verſ.Profectò*, & Did. Velaſ-
quez *in defenſ.ſtat.Tolet.cap*.52.*pag*.110. vbi ferè im-
poſſibile eſſe ait, quod hi in Collegiis, & Eccleſiis
tranquillè, ac in pace ſimul viuant. † Et ſemper tu- 24
multi & ſeditiones, & communitatum diſcordiæ ab
his infectis notæ fuerunt,vt teſtantur Concil. Tole-
tan. 7. & 8. Camill. Borrell. *de præſtantia Regum Hi-*
ſpaniæ cap.69.*n*.31. Alex.de Ales 2.*part*. *q*. 179. plura
congerit Fr. Io.Marquez *en el Gouernador Chriſtiano*,
lib.1.*c*.3.§.4.Bobadilla loco inferius citando *num*.16.
Experientiáque ipſa paſſim hanc comprobat verita-
tem: pluries enim vidi malis præditum moribus,
ſpeciatim ex ſanguine infecto,non ſolùm communi-
tatem, ſed & rempublicam integram euertere, ma-
gníſque contentionibus afficere; immò aliqua ge-
neris ſiniſtra ſuſpicione tantùm laborantes per ma-
ximè has parere diſcordias.

Quartò hoc idem etiam probatur in maioribus 25
Hiſpaniæ Collegiis, ex quibus velut literarum, vir-
tutum, & nobilitatis, puritatíſque ſeminariis in om-
ne Regnum, in ſupremóſque ſenatus, & audientias,
tam ſæculares, quàm Eccleſiaſticas integerrimi iudi-
ces eliciuntur, à Regibúſque cooptantur, † & cum 26
maximè oporteat clari, & puri ſanguinis eſſe, à qui-
bus bona & iuſtitia ſperantur, vt ait l. 18. ibi: *Pri-*
meramente ſer de buen linaje, para auer verguença de
non errar, tit.9.l.2.verſ. *e por eſto ſobre todas las coſas*,
tit.21.part.2.& in ordinat.Luſitan.lib.1.tit.1.in prin-
cip.& tit.55. in princip. ibi: *Deue ſer de boa linhagem*
de padre & madre,porque ſeo for ſempre auera vergonha
de façer couſa que lhe eſte mal. Simanch. *de Catholicis*
inſtitut. tit. 47. *de pœnitent. num*. 89. Molin. *de pri-*
mogen. lib. 10. *cap*. 5. *num*. 66. *& lib*. 2. *eodem cap*. *&*
num. & alij, quos adducit Cabedo *deciſ*. 2. 1. *parte*,
Otalora *de nobilitat*. 2. *parte* 3. *principal. cap*.7. *num.*
24. *verſic. Cæterum quod dicitur*, vbi animaduertit, † 27
quod iniuria Regem maxima proſequitur, qui taci-
ta conuerſorum macula eorum deſcendentes patro-
cinat ad officia publica obtinenda, quod & multis
probat Bobadilla in ſua politica *lib*. 1. *cap*.4. *per to-*
tum, vbi à *num*. 26. de deſcendentibus à Iudæis non
admittendis ad officia publica congerit plurima,
plura

Digitized by Google

plura etiam Ignac. del Villar *in ſua ſylua reſp.* 12.
ſub num. 38. *verſ. Ego verò conſulo.* Maſtrillo *de magiſtratib. lib.* 2. *cap.* 12 *num.* 51. *&* 64. & plura ad
hoc congerit Fr. Ioan. Marquez *en el Gouernador*
18 *Chriſtiano lib.* 1. *cap.* 4. §. 4. *per totum.* † Et quòd
ignobiles ſanguinis puri præferantur Neophytis, &
eorum deſcendentibus, dixit Ignatius in citatò loco,
ex Auendaño *lib.* 1. *de mandatis Reg. cap.* 19. *n.* 14.
Heredia *in Exemplari iudicum, in quæſt. quæ incipit,*
Que reſpueſta o ſatisfacion ſe puede dar al Concilio Toledano, fol. 58. Quibus adde Acebed. *in l.* 22. *num.* 4.
tit. 7. *lib.* 1. *recop.* Pelaez *de maiorat.* 1. *part. quæſt.*
29 51. *ſub num.* 305. *verſ. Pone etiam, & num.* 306. † Publicè intereſt nobiles & puros his collegiis admitti,
vt agnoſcantur & cooptentur ad ſimilia officia, in
quibus rectè, & iuſtè Regi & Reipublicæ inſeruiant,
vt optimè conſiderat Salced. *in pract. crim. can. cap.*
30 23. *num.* 14. † quia in officiis & dignitatibus elargiendis iure etiam ciuili omnium communi natalium origo inſpici iubetur *in l. honor.* 14. §. *de honoribus*, 3. *de muner. & honor.* Didac. Velaſq. *in defenſ.*
ſtatuti Tolet. cap. 55. & plures alij quos allegat Pelaez *de maiorat.* 1. *part. quæſt.* 51. *num.* 6. Iudæi verò & Mauri cum cæteris hæreticis prauis moribus
præditi ſunt ex Peña *in director.* 3. *part. comm.* 110.
verſ. Ad hæc ſola fama, & aliis relatis ſuprà *quæſt.* 1.
31 §. 4. † & ob cupiditatem, fraudes, & deceptiones,
quibus adundant, & paſſim vtuntur, odio iuſtitiam
habent, & ſunt procliues ad omne opus reprobum,
& facinus vt pluribus probant Otalora, & Ignac.
del Villar. *num.* 37. *& ſeq. & num.* 43. *&* 45. citatis in locis. Hoied. *de incompatibilit. benefic.* 1. *parte*
cap. 23. *num.* 74. Andr. Gayl. *lib.* 2. *obſeruat.* 33. *n.* 7.
Ioan. à Roxas *ſing.* 104. *num.* 8. *&* 11. Et ideò quia
æquitatem non agnoſcunt aliis exercendam rigidè
ipſi ſunt iudicandi, quare receptum, quod non continentur in ſtatuto fundato in æquitate, ſecundum
gloſſ. fin. in fin. in cap. 2. *de iudic.* cum pluribus allegatis à Marta *de iuriſdictione* 4. *part. caſu* 166. *num.*
10. & per Gracian. *diſcept. for.* 4. *to. cap.* 658. *num.* 4.
de quo dubio in vtramque partem agit Ricciol. *de*
iure perſon. extra grem. Eccl. lib. 2. *cap.* 20. *per totum.*
32 † Atque ideò *in Concilio Toletano* 3. *cap.* 14. fuit interdicta Iudæis poteſtas exercendi officia publica,
vt refertur in cap. cum ſit nimis 16. ibi *Prohibentes ne Iudæis publicis officiis præferantur, quoniam ſub*
tali prætextu Chriſtianis plurimum ſunt infeſti, de Iudæis & Sarracenis & in cap. conſtituit. 31. ibi. *Vt*
Iudæi, aut hi, qui ex Iudæis ſunt officia publica nullatenus appetant, quia ſub hac occaſione Chriſtianis iniuriam faciunt, 17. quæſt. 4. exornat Pelaez *in d. quæſt.*
51. *num.* 27. à quibus plurima mala, ſi imperium,
33 & poteſtatem habeant, timeri valde poſſunt, † &
cùm ſint mores, & inclinationes ab ipſa natura
illi generi hominum quaſi imbutæ, in progeniem
cum ſemine tranſeunt, vt ſignificauit Ouid. lib. 4.
Metamorph.

Qui viret in foliis venit à radicibus humor,
Et patrum in natos tranſeunt cum ſemine mores.

Et Horat. lib. 3. Oda 6.

Ætas parentum peior auis tulit
Nos nequiores mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

Idem lib. 4. Oda 4.

Fortes creantur fortibus & bonis,
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant Aquilæ columbam.

Et Seneca in Hippolyt.

Reddit ad auctores genus
Stirpémque primam degener ſanguis refert.

Cum aliis adductis à Ioſſ. Maſch. *de probat. concluſ.*
222. *à num.* 1. Farinac. *de indiciis & tortura, quæſt.* 47.
num. 179. Perezius de Lara *in d. cap.* 4. *num.* 9. Petr.
Thom. Sancius *in Decalog. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 7.
10. *&* 11. *cum duobus ſeqq.* Bart. Chaſſan. *in Catalog.*
glor. mundi lib. 11. *conſid.* 25. *per totam.* Pelaez *in d.*
quæſt. 51. *num.* 14. *&* 15. Oſuald. Illiger. ad Donel.
lib. 24. *comm. cap.* 21. *lit. R. pag. mihi* 1314. vbi
alios adducit, & probat ſatis doctè & eruditè Did.
Velaſquez *in defenſ. ſtat. Tolet. cap.* 42. *pag.* 99. Quare Ignac. del Villar. *in d. quæſt.* 51. *num.* 305. *& ſeq.*
docent † quòd etſi conuerſi, & Neophyti nobiles 34
ſint ex priuilegio, aliáve ratione iuſtè ac ſanctè à
Collegiis repelluntur, quia illa accidentalis nobilitas naturalem, & innatam qualitatem malè agendi
& operandi tollere, nec abradere non valet. Igitur
adeſt publica, & communis vtilitas ad repellendum
à Collegiis maioribus & cæteris communitatibus
deſcendentes Iudæorum Sarracenorum, & hæreticorum, à quibus timeri poſſint incommoda & plurima damna, tam in ipſis Collegiis & communitatibus, quàm poſtea in officiis publicis, ad quæ cooptati fuerint.

Ex quibus apparet quantum prædicta ſtatuta pu- 35
blicam reſpiciunt vtilitatem & quando rationes tam
vrgentes deficerent, ab omni dubio nos ſeducit noſtra Pragmatica, vbi ita, vt iam diximus, apertè probatum eſt in illis verbis d. num. 20. §. 1. *Porque ſe*
conſeruen en ſu primitiua calidad, y inſtitucian los ſanctos ſtatutos, y los vtiles y loables fines del beneficio comun
a que ſe encaminaron, y que de ſu buen vſo ſean experimentado, atque ita ante hanc Pragmaticam voluerunt Did. Velaſquez in ſua defenſ. ſtatuti Toletan.
cap. 19. In fin. ibi: *Statuta verò ſicut rectas leges decet publicam vtilitatem, & Eccleſiarum honorem, & Religionis puritatem conſiderant*, & in cap. 32. illis in verbis. *Qua ratione ſtatutum hoc magis fauorabile, quàm*
odioſum eſt, non enim tam in odium conuerſorum, quàm
in fauorem Eccleſiæ confirmatum eſſe videtur, nouiſſimè
Fr. Ant. à Souſa *in Aphoriſm. inquiſit. lib.* 3. *cap.* 23.
num. 11. & Pelaez de Meres *de maiorat.* 1. *part. quæſt.*
51. *num.* 40. *in fine*, vbi ait, quòd etſi hæc ſtatuta
probatiſſima iure non eſſent, tenerentur ea ſeruare,
qui Reipublicæ vtilitatem proſpiciunt, & faciunt
quæ idem tradit *in* 1. *part. quæſt.* 1. *num.* 48. *& ſeq.*
& ante eum Auendaño *in l.* 27. *tauri gloſſ.* 1. *n.* 2.
fol. 52. volentes, † quod etſi ignobilibus & ruſticis 36
facultates ad condendos maioratus denegandæ non
ſunt, contra Peralt. *in l.* 3. §. *qui fideicommiſſum, num.*
150. *in fin. de hæred. inſt.* & Molin. *de primogen. lib.* 1.
cap. 18. *num.* 8. Valdes *in addit. ad Suarez in l. quoniam in prioribus limitat.* 11. *num.* 1. *pag.* 87. *C. de*
inoff. teſtam. tamen fatentur, iuſtum eſſe, quòd denegentur deſcendentibus à Iudæis & Mauris, quibus ſimiles facultates ad maioratus erigendos non ſunt
dandæ, quia ex hoc damnis grauiſſimis Regnum
afficitur, cùm multæ nobiles familiæ ſint maculatæ propter matrimonia, quæ contrahunt cum
primogenitis à prædictis infectis & maculatis,
vt experientia quotidie docuit † atque his ful- 37
citur, & verificatur opinio eiuſdem Pelaez 1.
part. quæſt. 3. *num.* 13. volentis, quòd facultas nobilitatis obtenta à deſcendentibus ex Iudæis, tacita origine & hoc notabili defectu ſubreptitia eſt, cui li-

benter adhæreo, & vtinam praxi in pluribus caſibus fuiſſet ita ſeruata, ſicut & legitimatio obtenta ab ſpurio, ſub aſſertione, quòd ſpurius ſit, non valet, ſi ſit ſpurius dupliei ſpuritate, ea non expreſſa, veluti ſi ſit ex coniugato, & coniugata, ſecundùm Alex. conſ. 195. lib. 2. Card. Tuſch. pract. lit. C. concl. 342. num. 10. tom. 1 adductos ad hoc per Auguſt. Barboſ. Clauſul. 40. num. 37. Facit etiam quod dixit Imper. Theodoſ. in l. 2. C. vt dignit. ordo ſeruet. nempe quòd ordo & prærogatiua dignitatum debet ſeruari, quia hoc reſpicit ad publicam vtilitatem, l. quod bonis, 15. §. 1. in fin. ad l. falcid. Hier. Gab. conſ. 144. num. 36. vol. 2. dignitates quidem publici ſunt iuris, vt multis probat Io. Lecirier lib. 2. de primog. q. 13. n. 2. & magis condecorant regiam maieſtatem, & famam regiæ dignitatis, & vertuntur in publicam vtilitatem Regnorum, vt in l. contra publicam, 14. C. de re mil. lib. 12. & in l. 1. C. de prepoſ. agent. in reb. eod. lib. Io. Botero lib. de ratione ſtatus c de præmio Caſſiodor. lib. 3. var. cap. 6. Ideóque illa ciuitas magis beata dicitur, quæ maioribus dignitatibus fulcitur ad condecorandos honore ciues, & aliis probat Valençuela conſ. 82. n. 33. vbi alios adducit.

38 At nunc ſciendum eſt, quòd iure apud omnes velut certum manet conſtitutum, leges & ſtatuta, quæ publicam vtilitatem reſpiciunt, & concernunt, non ſtricti iuris eſſe, ſed bonæ fidei, & fauorabilia, quare ad ſimiles caſus ex eadem extendi ratione, vt apertè probatur in l. ſi quis in graui, 3. §. hi quoque, 14. Ad S. C. Sylanian per quem textum ita volunt gloſ. verb. alios in cap. ſciant cuncti, de electione in 6. & in cap. ſolita de maioritate & obed. DD. communiter in l. omnes populi, vbi Oroſcius, num. 157. verſ. Tertiò ſit. de iuſt. & iure. Nicol. Euerard. in locis legalib. loco, à ratione legis ſtricta, n. 12. verſic. Quarta limitatio, Pet. Barboſa in l. ſi conſtanti, in princ. à num. 94. maximè, 98. ſol. matrim. Sarmiento lib. 1. ſelect. interpret. lib. 1. c. 1 x. n. 2. Acebedo in l. 5. n. 4. tit. 15. lib. 5. recop. Acuña de confeſſar. ſolicit. q. 7. n. 14. vbi Additionator Fr. Seraph. de Freitas, num. 42. relati plures à Molin. de primog. lib. 1, cap. 18. & à Farin. in fragm. lit. E. num. 79 & ex Theolog. Salas de legib. q. 97. tract. 14. diſp. 21. ſect. 4. & 5. P. Suarez eod tract. lib. 6. c. 3 cum ſeqq. D. Io. Sancius Abulenſ. in ſuis nouiſſimis ſelectis & practicis diſp. 11 ſub num. 12. verſ. & licet prædicta lex, pag. mihi, 76.

39 Et ideò dum Reipublicæ fauor interuenit, & ſi in aliquorum odium verſatur ſtatutum fauorabile dicitur à præcipua, quam reſpicit, cauſa, per l. ita vulneratus 51. circa fin. Ad leg. Aquil. Bart. in l. qui exceptionem, de condict. indeb. & in l. quemadmodum, C. de Agricol. & cenſitis lib. 11. & cæteri communiter quos referunt Chriſtoph. de Paz de Tenuta, 2. part. c. 65. n. 25. & ſeq. & Pelaez de maiorat. 1. part. q. 21. n. 45. And. Tiraq. de retract. lignag. §. 30. gloſſ. 1. n. 5. P. Th. Sancius de matrim. lib. 1. diſp. 1. n. 4. Aug. Barboſa Axioma 166. n. 5. & alij inferiùs referendi, cum Mart. Bonac. de legib. diſp. 1. q. 1. punct. 8. n. 13. Menoch. de recup. rem. 1. ex n. 33. cum ſeqq.

40 Quod & procedit etiam in omnibus quæ aliàs de iure extenſionem ad ſimiles caſus non admitterent, vt patet. Primò in pœnalibus, in quibus fauor Reipublicæ extenſionem parit, ex pluribus adductis à Nicol. Euerard. in topicis legalib. loco, à ratione legis larga n. 71. Andr. Tiraq. in l. ſi vnquam verb. libertis, n. 61. C. de reuoc. and donat. Aym. Craueta de antiq. temp. 4. part. in princ n. 48. verſ. Immò iſto caſu & §. videamus modò, n. 7. verſ. Iſta prima limitatio. Ant. Corſeto, ſingul. verb. extenſio lib. 2. n. 1. Marſil. qui plura adducit, & exornat in pract. crim. §. Aggredior, n. 58. & ſeqq. Ignac. del Villar. reſp. 5. 1. part. numero 6. & 3. parte num. 6.

Secundò in correctoriis, ſi in fauorabilibus verſemur, extenſio admittitur ſecundùm Tiraq. eodem verb. libertis, n 61. Iacob. Menoch. de adipiſcenda rem. 4. n. 41. Roland. conſ 72. n. 64. lib. 1. & de communi teſtatur Franc. Viuius comm. opin. 269. Alphonſ. Narbona Toletanus in l. 59. gloſſ. 1. ſub n. 170. in fin. tit. 4. lib 2. recop. Proſp. Farin in fragm. d. lit E. n. 93. 41

Tertiò in exorbitantibus publicus fauor extenſionem admittit ex pluribus adductis ab Aym. Craueta de antiquis tempor. 4. part. in princip. n. 79. Croto in repetit. l. omnes Populi n. 189. concluſ. 12. de iuſt & iure, & ab Alphonſ. Villegut. in d. tract. de extenſ. leg. Rub. de extenſ. leg. limitatiuar. à n. 9. cum ſeqq. & in Rub. de extenſ. exorbitant. n. 3. & ſeqq. Iacob. Menoch. de recuper. rem. 15. n. 18. & ex pluribus allegatis à Farinac. citato loco num. 81. 42

Quartò locum habet propoſita regula in odioſis & reſtringendis, quæ ob bonum publicum fauorabilia efficiuntur, & patiuntur extenſionem, vt communiter firmant DD. in cap. quæ ſicut, vbi Ioan. Andr. & Abb. extra, de Diuortio, Nicol. Euerard. in locis legal. loco, A ratione legis larga n. 55. Aym. Craueta vbi ſuprà, §. videamus modò de aliquibus limitationibus n. 10. Ant. Corſet. in ſuis ſingularib. verb. extenſio el 2. ante fin. n. 23. 43

Ratio horum eſt, quia ob publicam vtilitatem licet recedere à regulis iuris communis, vt in innumerabilibus caſibus probari poſſe aſſerit I. C. in l. ita vulneratus 51. circa fin. verſ. Multa autem. Ad leg. Aquil. l. Pantonius, 85. de adquir. hered. cum pluribus aliis adductis à Pelaez de maiorat. 1. part. q. 51. n. 41. vbi in terminis noſtris loquitur, & paſſim docent 44
tam Iuriſconſulti, quàm Doctores. † Quod etiam 45
procedit ſi incidenter in alterius odium vertatur, vt communiter probant omnes ex l. qui exceptionem, 40. de condict. indeb. plura cumulat Mol. de Hiſpan. primog. lib. 1. c. 18. à n. 2. cum ſeqq. Andr. Tiraq. de retract. in præfat. n. 65. in fin. Iacob. Menoch. de recuper. rem. 1. à n. 17. Alphonſ. Villagut. citato loco, Rub de ex-
tenſione cuiuſcumque diſpoſitionis n. 119. & ſeq. † Et ſi 46
igitur in hac vltima ſpecie ſint, qui contrariam veriorem proferant ſententiam ex Tiraq. & Menoch. citatis in locis tamen dum fauor publicus principaliter & primariò conſideratur, odium verò perſonarum ſecundariò, vt loquendo in ſtatutis noſtris puritatis diximus ſuprà, & expreſsè voluit Did. Velaſq. in ſua defenſ. ſtatuti Tolet. c. 32. in princip. pag. 74. procedit hæc noſtra ſententia indubitabiliter ex eodem Tiraq. ibidem n. 56. & in §. 30. gloſſ. 1. n. 5. & in tract. Res inter alios acta paulo poſt princip. Menoch. d. rem. 1. n. 37. in fine, & n. ſeq. Nicol. Euerard. vbi proximè n. 68. Pet. Pek. de teſtam. coniug. lib. 4. c. 3. poſt n. 3. & poſt n. 6. verſ. Secundò adduco, Rom. conſ. 39. n. 2. Ioſeph. Ludouic. deciſ. lucenſ. 26. n. 23. 1. part. Zephal. conſ. 35. lib. 1. Honded. conſ. 95. num. 17. lib. 1. & poſt
omnes Farin. 1. part. fragm. d. lit. E. n. 97. † Quia ſem- 47
per vtilitas publica priuatis commodis præferri debet ex l. actione, 63. §. Labeo 5. Pro ſocio, l. vn. §. pen. C. de Caduc. toll. cap. bona, 1. vbi gloſſ. de poſtulat. Prælat. cap. licèt, 18. extra, de regular. Ariſtot. lib. 1. Ethicor. plura adducit Greg. in l. 8. per text. ibi gloſſ. a. tit. 28. part. 3. Bart. Chaſſan. in Catologo gloria mundi lib. 12. conſiderat. 24. verſ. tertio dicitur, Sfortia tract. de in integr. reſtitut. q. 18. art. 8. n. 52. Valençuela conſ. 99. n. 26. Et odium quando venit in neceſſariam conſequentiam conceſſionis fauorabilis conſiderandum non venit, l. cum ex oratione, 44. §. fin. de excuſat. tut. Bald in l. quod fauore oppoſit. 7. C. de legib. Ant. Pereg. de fideicommiſſ. art. 1. n. 25. & in dubio potius fauor, quàm odiú conſiderandus eſt, Gonçalez ad Reg. 8. Cancel. §. 6. proœm. n. 37. Aug. Barboſa Axioma, 165. n. 6. pag. mihi 105.

Nec

48 Nec tunc obſtabit Sarmienti conſideratio *lib. 1.*
ſelect. interpretat. cap. 12.n.1. cum ſeqq. aientis prædi-
ctam opinionem legibus & ſtatutis fauorabilibus
bono communi extenſionem tribuentem, & ſtrictis
quæ non ita reſpiciunt fauori publico, eam negan-
49 tem, falſam exiſtere, † quia omnes leges, & ſtatuta
bono omnium communi ita conſulunt, vt ſi aliter
facerent, tales deſinant eſſe, *l. 1. & 2. de legib.* P. Mol.
de iuſt. & iure, diſp. 2. col. 2. Fortun. Garcia *de vltimo fi-*
ne vtriuſque iuris n. 3. & 4. Marta *de iuriſdict. 4. part.*
caſu 1. n. 44. & ego latè probabo infrà 2 *part. q. 7. ex*
50 *n. 7. cum ſeqq. pluribus*, † quia & ſi id fatear, tamen
non ita confusè, & indiſtinctè conſiderandus eſt le-
gum & ſtatutorum fauor publicus, cùm aliquando
principaliter intendatur, tam in prima intentione,
quàm in ſecunda, ita vt lex, ſiue ſtatutum nihil aliud
reſpiciat, niſi bonum commune: tunc igitur lex, ſiue
ſtatutum fauorabilis dicitur, quia quod principaliter
intendit, eſt bonum commune. Aliquando verò non
ita fauor publicus intenditur, quin priuatis etiam &
primò conſulat commodis; ita vt etſi lex, aut ſtatu-
tum bonum commune reſpiciat tamen hoc eſt me-
diante priuatorum vtilitate, quam reſpicit primò, vt
exinde communitati vniuerſæ conſulat, quam ſecun-
dariò intendit, & reſpicit: tunc igitur non ita fauo-
rabile dicitur ſtatutum, vt extenſionem patiatur, ſi-
51 cut eſt dictum. † Statuta verò puritatis, & cætera,
quæ diximus poſſe velut fauorabilia extendi ex iden-
titatis ratione, primò & principaliter communem
proſpiciunt vtilitatem, & ideò extenſionem, quam
diximus, patiuntur, faciunt tradita infra, 2. *part. q. 7.*
n. 69. & ſeqq.

52 At inficias ire non poſſumus, niſi quòd hæc puri-
tatis ſtatuta reſpectu deſcendentium a Iudæis, &
Mauris, & cæteris infectis odioſa exiſtunt, velut in
eorum odium, & in deteſtationem ſuorum morum,
& naturalium inclinationum facta, & adinuenta,
qua in ſpecie loquuntur, & intelligi debent Perezius
de Lara *in d. c. 4. n. 40.* Aug. Barboſa *de officio Epiſcopi*
3. part tit. 2. gloſſ. 17. n. 21. & 27. & Deciſiones Rotæ
ibi per eum allegatæ, & à Valençuela *conſ. 90. n. 201.*
& conſil. 91. n. 57.

53 Vnde concludendo ſtatuo pro firmiſſimo, at-
que tenendo, quod hæc puritatis ſtatuta reſpe-
ctu ſancti Officij Eccleſiæ Toletanæ, ordinum
ſenatus, & collegiorum fauorabilia ſunt, quia eo-
rum, & communem reſpiciunt vtilitatem atque
ita intelligenda ſunt à nobis hoc *in* §. dicta re-
ſpectu verò infectorum & impuri ſanguinis odio-
ſa & reſtringenda, cum nullum dubium conti-
neat in eorum odium fuiſſe adinuenta, vt patet
ex ſerie ſtatuti Toletani, & aliorum, atque ita
intelligendi ſunt Doctores præallegati, & quæ
fuerunt congeſta ſupra *in* §. 1. *per totum.* Sed à
potentiori, & digniori eorum cauſa & fine, qui
fauor eſt publicus, nomen accipere debent, & ſic
fauorabilia vocari, non verò odioſa, ſecundùm
tradita per Andr. Tiraquel. *de retract. lignag.* §.
30. *gloſſ.* 1. *num.* 5. Petr. Thom. Sanc. *de matrimon.*
lib. 2. *diſputat.* 1. *num.* 4. Auguſt. Barboſa *Axioma,*
166. *num.* 6. *pag.* 105. & ex aliis docuit Rota apud
Farinac. *deciſ.* 53. *num.* 7. 1. *part. in poſthumis*, Sua-
rez 6. *de legib. cap.* 4 *num* 5. Salas *eod. diſputat.* 21.
ſect. 4. *n.* 10. Bonacin. *eod. diſp.* 2. *q.* 1. *punct.* 8. *n.* 12.
& 13. & magis in noſtra ſpecie loquendo ſic bene
conſiderauit Did. Velaſquez *in defenſ. ſtatuti Tolet.*
cap. 32. Pelaez *de maiorat.* 1. *part. quæſt.* 51. *num.* 40.
in fine, & numero 41. & faciunt tradita per Chri-
ſtophor. de Paz *de Tenuta* 2. *parte, capit.* 65. *nume-*
ro 25. *&* 26. & per allegatos ſuprà *ex numero* 44.
& num ſeqq.

§ III.

Dicta magis explicantur, & ex eis plura vtilia in materia inferuntur.

SVMMARIVM.

1 *Statuta puritatis quando fauorabilia, odioſave indicentur, vt extendantur, reſtringantúrve. An extendantur ad deſcendentes quorumcumque hæreticorum*, num. 15. & ſeqq. *Quæ repellunt reconciliatos per ſanctum Officium, an repellant præſumptos*, num 14. & ſeqq. *Loquentia de deſcendentibus hæreticorum, an comprehendant deſcendentes ab hæreticis præſumptis*, num. 26. *Diſtinguitur*, num. ſeqq. *De captis per ſanctum Officium quo modo intelligi ac interpretari debeant*, num. 34 & ſeqq. *Intelligenda de captura iuſta & valida, non de iniuſta & nulla, in qua nihil operantur*, n. 36. & 41. *Si expreſsè loquerentur de captura iniuſta ſeruari non oporteret*, num. 42. *Irrationabilia monſtruoſa ſunt*, num. 43. *Conchenſis Collegij non loquitur prout ſeruatur*, n. 46. *Repellunt deſcendentes à Iudæis, & Sarracenis ob eorũ flagitia & prauos mores*. n. 55. *Puritatem ſimpliciter requirentia nullo aſſignato gradu quomodo intelligenda*, numero 75. & ſeqq.

2 *Fauor publicus debet præferri.*

3 *Extenſio ad diuerſa non fit.*
Verba vbi ceſſant, ceſſat diſpoſitio, ibid. *Diſpoſitionis ſeu ſtatuti in primis inſpicienda ad comprehenſionem, ſeu excluſionem inducendam*, num. 14. Iudioſo, Moros, *an omnes comprehendant hæreticos*, num. 16. & 18. *Statuti inſpicienda ad ſciendum an loquantur de captis tantum, an ſimul de pœnitentiatis*, num. 47. *Illa ſtatutorum puritatis*, Chriſtianos viejos *explicantur*, nu. 69. & 71. *Generalia accipiuntur de ſimilibus expreſſis, non de diuerſis*, ibid. Chriſtianos viejos *ex communi Hiſpaniæ acceptione indefinitè accipiuntur*, num. 76. *Diſpoſitionis intelligenda ſecundum communem, & vſitatum ſignificatum*, num. 77.

4 *Extenſio in delictis fit ex publica vtilitate non verò ſi diuerſitas interueniat delicti. Vt locum habeat, quæ debeant concurrere*, n. 5. & 6. *Fit ex eadem, aut ſimili ratione, non verò ſecundùm quid etiam in materia ex ſua natura extenſibili*, num. 64.

7 *Comprehenſione generali, aut impropria ceſſante deficit diſpoſitio & eius extenſio.*

8 *Comprehenſio quid? & quid extenſio?*
Extenſio in correctoriis admittitur dum adeſt eadem ratio, ſecus dum ſimilis, ibid.

9 *Diſpoſi*

9 *Diſpoſitio partim fauorabilis, & partim odioſa an detur*, & num. ſeqq.

10 *Actus bonus & malus etiam diuerſis reſpectibus dari non poteſt.*

11 *Odium & fauor ſimul dantur ſecundum Cobbar. explicatur*, num. 13.

12 *Caſus idem ſimul fauorabilis, & odioſus eſſe non poteſt.*

Caſuum circunſtantia varia & inæquales, ibid.

13 *Diſpoſitio eadem plures habere poteſt fines, & obiecta.*

Res eadem diuerſo iure cenſetur reſpectibus diuerſis, ibid.

16 *Iudæi & Mauri hæretici niſi impropriè non dicuntur. Dicuntur Chriſtiani tranſeuntes ad ritus Iudæorum, & Maurorum*, num. 19. *Extant à Domino maledicti, & in eis adeſt ratio prauorum morum*, num. 78. & 79. *Eorum prauos mores cauſam fuiſſe impulſiuam ſtatutorum puritatis, non finalem minus bene dixit Perezius de Lara, & quare*, num. 91.

17 *Comprehenſio impropria ſufficit ad extenſionem.*

20 *Hæretici omnes iidem ſunt, conueniúntque in errore, & habent caudas alligatas. Magis ſunt deteſtabiles, quàm Iudæi, & magis nocent cum ſua bona apparientia, quàm alij peſſimi homines*, num. 22. *Præſumpti non reconciliantur*, num. 25. *ex præſumptione iuris, & de iure velut hæretici veri damnantur, nec eis prodeſt contraria directa probatio*, num. 29. *Præſumpti vehementer aut leuiter ſtatuto non comprehenduntur ſi de veris loquatur, & quare. Niſi ſtatutum ſit de pænitentiatis, quia in eo comprehenduntur præſumpti ſi fuerint pænitentiati*, n. 30. & 31. *Impropriè dicti in ſtatutis puritatis, non comprehenduntur*, num. 32.

21 *Ratio eadem inuenitur in excludendo deſcendentes hæreticorum, ac in excluſione deſcendentium Iudæorum, & Maurorum, immo & maior*, num. ſeq.

23 *Seruandum in primis eſt quod ex ſtatutis colligitur.*

25 *Reconciliatio quando locum habeat, & quando non.*

27 *Præſumptio iuris & de iure quæ? Firmum ius ſtatuit, & habetur pro omnimoda veritate*, num. 28. *remiſſiuè.*

33 *Confeſſarius ſolicitans filias ſpirituales in Sacramento pænitentiæ ad turpia, & pænitentiatus in ſancto Officio non comprehenditur in ſtatutis puritatis, nec eſt inhabilis ad beneficia niſi ſtatutum ſpeciatim repellat pænitentiatos per ſanctum Officium.*

Delictum ſuſpectum in fide, ſi infamiam producat, arcet à conſequutione dignitatum, & ponuntur exempla, ibid. ſub num. 33.

34 *Captura in cauſis fidei nocet, non verò ſi ex alia præter fidem cauſa, quæ imprimis reſpicienda eſt*, ibid. *Non leniter famam lædit*, num. 35. *Iuſta à principio & poſtea debet eſſe*, num. 36. *Reſoluta debet tanquam non facta haberi*, num. 39.

37 *Effectus vim capiunt à ſua cauſa.*

Deſtructo antecedenti deſtruitur conſequens, ibid.

40 *Actu reuocato reuocati cenſentur omnes ab eo prouenientes effectus.*

44 *Abſurdum eſſet pœnam pati ex crimine, quod commiſſum fuiſſe non conſtat.*

47 *Coniunctio ſeparationem non admittit.*

Diſiunctio verificatur in qualibet ſpecie cui adiungitur, ibid.

48 *Indi, & Aethyopes, eorúmque deſcendentes an excludantur per puritatis ſtatuta*, & n. ſeqq. *Licèt à Gentilibus deſcendant, non tamen ab Apoſtolis fidem ſumpſerunt*, num. 49. *Sed nihil hoc facit*, num. 82. *In eis deficit qualitas veteranorum Chriſtianorum*, num. 51. & 53. *Non excluduntur ex puritatis ſtatutis, vt velut verius probatur*, à num. 54. & ſeqq. *explicatur*, n. 81. *Non aſſimilantur Iudæis nec Sarracenis*, num. 55. 65. & 70. *In eis deficit rationis identitas, quæ verſatur in his*, n. 57. 64. & 65. *Poſt ſuſceptam fidem conſtanter eam amplectuntur*, n. 63. & 66. *Vbi plures boni eorum mores recenſentur. Non tranſmittunt maculam ad deſcendentes in infinitum*, num. 77. *Excluſi ſunt expreſsè in aliquibus ſtatutis*, n. 80.

50 *Locus Pauli 1. ad Timoth. c. 3. de Neophytis loquens opponitur. Explicatur*, n. 84. cum ſeqq. *Adduci non poteſt ad comprobandum ſtatuta puritatis*, n. 90.

52 *Argumentum à contrario ſenſu non admittitur in cauſa impulſiua.*

53 *Qualitas deſcendentiæ à Chriſtianis veteranis de omnibus in infinitum deſcendentibus intelligenda*, & n. 68. & 71.

56 *Diſpoſitio loquens in vno genere perſonarum ad aliud non extenditur.*

58 *Prætermiſſum in ſtatutis non dicitur comprehenſum.*

59 *Cauſa primaria & finalis ſtatutorum puritatis fuit eripere communitates à prauis Hebræorum & Sarracenorum moribus. Expreſſa in proœmio finalis dicitur*, numero 60.

61 *Excluſio ob cauſam laudabilem iniuſta eſt.*

62 *Qui fidem ſuſcipiunt non puniendi ſed fauoribus ſunt proſequendi.*

65 *Aequiparatio vniuerſalis, & in omnibus, & per omnia debet eſſe, præcipuè quæ ad caſum æquiparatum pertinent.*

66 *Aequitas magna facit pro deſcendentibus ab Indis, & ab Aethyopibus.*

67 *Ex generatione Iudaïca multa praua cognita ſunt.*

70 *Generalitas reſtringitur ſecundùm ſpecialitates additas.*

71 *Aſcendentes in odioſis terminantur in ſecundo gradu de rigore iuris, ſecus aliter*, & num. 72. *etiam ſi agatur de fidei fauore*, num. 73.

74 *Diſpoſitiones ſeruandæ prout loquuntur non in diuerſis perſonis.*

78 *Ratio prauorum morum adeſt in Iudæis, quia omnes extant maledicti à Domino*, & numero 79.

81 *Chriſtiani antiqui in obtinendis honoribus Neophytis præferendi.*

Neophyti & eorum deſcendentes non ſunt admittendi vbi interuenit bonum publicum, & vbi ita expedire videatur, ibid.

82 *Apoſtoli Officium prædicandi habuerunt, & Epiſcopos ſui loco elegerunt.*

83 *Epiſcopi loco Apoſtolorum ſucceſſerunt, & munus prædicandi habent, & illi quibus ipſi commiſerint.*

Gentiles conuerſi à Prædicatoribus noſtri temporis eſt idem ac ſi conuerterentur ab Apoſtolis, ibid.

Abſurdum eſſet dicere hodie non eſſe Chriſtianos veteranos, qui paulo poſt Apoſtolos fuerunt conuerſi, ibid.

84 *Neophyti ab Epiſcopatibus reiiciuntur. Et ab ordinibus ſacris*, num. 85. *Niſi bonæ vitæ ſpecimen dederint*, num. 86. *Vel tranſacto biennio à ſua conuerſione*, n. 87. *Hæc prohibitio vnde emanauit*, ibid. *Vel ſi à natiuitate fonte Baptiſmatis fuerint initiati*, num. 88. *Et tunc propriè non dicuntur Neophyti*, num. 89. *Quæ ad eos ordinandos Epiſcopus inquirere debeat*, ibid. *Eorum deſcendentes de iure communi non arcentur à dignitatibus, nec ab ordinibus*, num. 90.

89 *Epiſcopus multa conſiderare debet ad ordinandos Neophytos, & quæ ſint?*

91 *Cauſa finalis ſtatutorum puritatis fuerunt praui mores Iudæorum, & Maurorum, & eorum deſcendentium, contra nonnullos.*

92 *Relatiua quæ ſunt ſeparari non poſſunt.*

1 AT quid ex differentia hac fauoris, & odij deducemus? illud igitur quod ſi agatur de horum ſtatutorum extenſione facienda in terminis, & genere perſonarum, de quibus ſpeciatim loquuntur, vt in deſcendentibus ex Iudæis, & Mauris, ſiue in pœnitentiatis per ſanctum Officium inter ipſoſmet nominatos, & inter eos, in quibus adeſt eadem ratio, extenſio fiat. Sin verò extra ad alterius generis perſonas, ſeu deſcendentes nullo modo admitti valeat, quia tunc ſtricti iuris ſunt, & non extenduntur ad
2 alias perſonas, extra quas expreſsè loquuntur. † Ratio eſt, quia licèt inter ipſoſmet Iudæorum, & Maurorum deſcendentes odium verſetur, verſatur ſimul fauor publicus, qui debet præferri, *ex l. actione 65. §. labeo, 5. Pro ſocio, l. vnic. §. hac autem 14. C. de caduc. toll. l. vtilitar. 3. C. de Primipil. lib. 12. auth. de reſtitut. & ea, quæ parit in vndecimo menſe, cap. 1. incipit. Quam ob rem, verſ. ea enim quæ communiter.* Explicat ad noſtrum propoſitum Nicol. Euerard. *in locis legal. loco à ratione legis larga, n. 44. 45. & 50.* Iaſ. *in l. qui exceptionem, n. 1. notab. 1. de condict. indeb.* Sarmiento *lib. 1. ſelectar. cap. 17. n. 1.* Andr. Tiraq. *in l. ſi vnquam verb. libertis, n. 63. C. de reuocand. don.* Ant. Corſer. *in ſingular. verb. extenſio. 1. n. 2. verſ. ſi autem ſpecificè.* Barboſa *in l. ſi conſtante in princ. à n. 94. ſol. matrim.* Acebedo *in l. 5. n. 4. tit. 15. lib. 5. recop.* D. Io. Sancius Abulenſ. *in ſuis pract. & ſelect. diſp. 11. ſub n. 12. verſ. Et licèt prædicta lex.*

† Dum verò agitur de extenſione facienda ad alios 3
diuerſos caſus, ſeu perſonas de quibus non loquuntur ſtatuta; nec eadem omnino adeſt in eis ratio, non debent eis damnum afferre, cum de eis non loquantur, & eorum reſpectu ſint odioſa, dum quidem verba proprie ceſſant ſtatuti odioſi, eius etiam ceſſare debet diſpoſitio, *l. illam 19.* vbi Bald. *in princ. C. de coll. l. proſpexit, 11. Qui & à quibus manum.* And. Gail. *d. obſeruat. 33. num. 1.* Meſſia *in l. Toleti 2. part. fundam. 1. n. 11.* And. Tiraq. *de retractu lignag. §. 10. gloſſ. 14. à n. 31. & §. 2. gloſſ. 1. ſub n. 15.* Iac. Menoch. *de recuper. remed. 1. ſub n. 32.*

Sicut etiam in delictis receptum eſt, quod licèt 4
in eodem genere delicti ex identitate, ſeu maioritate rationis poſſit, vtilitate publica exiſtente, extenſio fieri ad alios præter expreſſos caſus, ſecundùm gloſſam verb. Italiæ *in cap. 1. de tempor. ordin. in 6.* & allegatos ſuprà *in §. præced. n. 40.* Non verò fieri poterit, ſi agatur de diuerſo criminis genere ex pluribus congeſtis à Nicol. Garcia *de benef. 11. part. cap. 1. n. 206.* & ex eo Io. Sanc. Abulenſ. *d. diſp. 11. n. 13.* quia tunc nulla omnino fieri poterit, nec debet extenſio ex præcitatis. Ita ſimiliter ex ratione eadem fieri extenſio poterit, dum adeſt fauor publicus, in eodem genere perſonarum ex identitate, ſeu maioritate rationis, ſecus verò, ſi ad aliud perſonarum genus extenſio dirigatur.

Quæ ratio vt radicitùs percipiatur, notandum eſt, 5
quod in correctoriis, & pœnalibus locum extenſio non habet, etiam vtilitate publica interueniente niſi duo ſimul concurrant, rationis videlicet identitas, ſiue ſimilitudo & comprehenſio perſonarum, ſeu caſuum generalis ſaltim, ſeu impropria in ſtatuto, & eius verbis, v. g. quod perſonæ, ſeu caſus, ad quos volumus extenſionem facere, habeant eandem, aut ſimilem rationem ſicut expreſſi in ſtatuto; & ſimul quod in eius verbis generaliter ſaltim ſeu impropriè
comprehendantur. † De rationis identitate, aut ſi- 6
militudine nullum eſt dubium, quia omnes Doctores relati eam expoſcunt, comprehenſio quidem ſaltim generalis etiam requiritur, vt *in l. cum lege 26. de teſtam.* Aut impropria, vt *in l. 3. §. parentem, 2. de in ius vocando, iuncto textu in l. Iuriſconſultus, 10. §. parentes, 7. de Gradibus* & quæ notant Angel. & Iaſſ. 4. *notab. in d. §. parentem*, Craueta citato loco, §. *videamus modo, num. 39. & ſeq.* † Quia ſi vtraque
comprehenſio deficiat, caſus erit omnino diuerſus, 7
nec diſpoſitioni ſubiacet, *arg. l. ſi duo 51. in fin. de admin. tutor. l. ſi Chorus, 79. de leg. 2. l. qui vſumfructum, 58. de verbor.* idem Craueta *eodem loco, 4. part. in princip. à num. 155.* And. Tiraq. *de verb. libertis num. 119. verſ. & hæ quoque, & de retract. tit. 1. §. 1. gloſſ. 14. num. 102. & d. gloſſ. 1. ſub d. n. 15.* alias igitur abſque ratione fieret extenſio, aut contra ſtatuti mentem, cùm nec expreſsè, nec tacitè caſum, nec perſonam comprehẽdat, quod admittendum non eſt, eſto ſit aduerſus eos, qui his caſibus potiùs comprehenſionem dici, quam
extenſionem malunt, † quia comprehenſio dicitur, 8
dum

Digitized by Google

dum omnino eadem eſt ratio: extenſio verò, cùm li-
cèt non eadem, ſimilis tamen adeſt, vt bene intellexit
Oſuald. Illiget. ad Donel. *lib. 1. comm. cap.* 14. *lit. A.* &
ratione ſimilitudinis eſt impropria ſaltim compre-
henſio, de qua etiam infrà *quæſt.* 9. §. 4. *num.* 44. Man-
tic. *de tac. & amb. lib.* 4. *tit.* 32. *n.* 69. Gracian. *diſcept.
for. tom.* 5. *c.* 918. *n.* 66. atque ideò dici poterit, quod
ſtatuti diſpoſitio fauorabilis ad diuerſum perſona-
rum, caſuúmve genus præter expreſſa non exten-
ditur, non tam quia reſpectu illius generis odioſum
ſtatutum iudicetur, cùm & ſi fauorabile eſſet, locum
non haberet eius extenſio ex reddita ratione, ſed
quia nec in eius ratione, nec generalitate, aut impro-
priè ſaltim tale genus in ſtatuto manet comprehen-
ſum, cuius virtute extenſio admitti poſſit, ceſſat ex-
tenſionis cauſa & ratio, & ſic vidimus quòd ſtatuta
correctoria, quæ ex communi opinione extenſionem
non patiuntur, eam admittunt, dum adeſt eadem ra-
tio, etiam impropriando verba, *ex l. filium* 14. *ad Ma-
ced. l. nominis*, 6. §. 1. *de ver. ſign. l. his ſolis*, 7. *C. de reb. don.*
& ex pluribus DD. apud Mantic. *de tac. & amb. lib.* 1.
tit. 3. *n.* 11. qui ait hoc eſſe commune dictum, quod
non eſt, dum non eadem, ſed ſimilis adeſt ratio, quia
tunc extenſio niſi in fauorabilibus non admittitur,
vt probatum relinquimus.

9 Quo ſenſu puto, ſubſtineri poſſe Sarmienti opi-
nionem, qui *lib.* 1. *ſelectar. cap.* 12. *num.* 3. putat diſpo-
ſitionem partim fauorabilem, partim odioſam etiam
10 diuerſis reſpectibus dari Iure nequaquam poſſe; † ſi-
cut nec actus, bonus & ſimul malus etiam diuerſis
reſpectibus fieri non valet, ſecundum D. Th. 2. *ſenten-
tiar. diſt.* 40. *quæſt.* 1. *art.* 4. Nauar. *in man. prælud.* 7. *n.* 17.
11 † Quamquã Cobbar. *lib.* 2. *var. cap.* 12. *num.* 5. *verſ.
ſolet etiam annotari*, arbitretur odium & fauorem ſi-
mul dari poſſe, immò aliquando ſecerni, & diſiun-
12 ctim conſiderari. † Quia intelligendus eſt Sarmien-
tus, vt loquatur in caſibus comprehenſis in diſpoſi-
tione, & qui ſunt omnino eiuſdem rationis, & natu-
ræ, hi enim omnes ſunt eiuſdem ſpeciei, aut fauora-
bilis, aut odioſæ, ſimul enim alij odioſi, alij fauoris
eſſe non poſſunt, aliàs enim eiuſdem rationis, &
comprehenſioois non eſſent, & horum reſpectu diſ-
poſitio odioſa partim, partim verò fauorabilis eſſe
non poteſt: quia ſi in omnibus eadem adeſt ratio, &
comprehenſio in ſtatuto, eius diſpoſitio, vel ſit fauo-
ris, vel odij, pariformiter omnes comprehendit, &
pariformiter omnes diſpoſitioni ſubdunt, vbi enim
adeſt eadem ratio eadémque natura diſcrimen fa-
uoris & odij dari, ipſa abhorret natura, & ratio; At
cùm caſuum & negotiorum circunſtantiæ variæ, &
inæquales ſæpius appareant, in quibus aliquid vel
plus vel minus adeſſe, & ſimul dubitari rectè valeat,
an diſpoſitioni ſubiiciant, ſi diſpoſitio odioſa eſt, ex-
tenſio ad eos coarctatur, ſin verò fauorabilis amplia-
tur, in quantum diſpoſitionis fauor patitur, quod
ſumendum eſt ex præcedenti diſtinctione & in-
13 telligentia. † Præterea vna & eadem diſpoſitio plo-
res poteſt habere fines & obiecta, quorum aliqua fa-
uorem contineant, alia odium, ſecundùm adductos
ſuprà præced. §. num. 39. ſicut vna, & eadem res di-
uerſo iure cenſeri non debet, niſi diuerſis reſpecti-
bus ex Ant. Monach. Florentin. *deciſ.* 18. *num.* 12. Aug.
Barboſ. *Axiom.* 135. *ſub num.* 7. vt in noſtra ſpecie ſta-
tuta reſpiciunt bonum, & tranquillitatem Tribuna-
lium, & communitatum, in quo fauor verſatur, & ſi-
mul reſpiciunt prauos mores Iudæorum, & Mauro-
rum, quos odio habent, quæ etſi diuerſa optimè con-
14 currunt. † Atque ita intelligendus venit Cobbar. in
loco proximè citato, & habemus illam fauoris &
odij diſtinctionem, quam ipſe proponit, & nos ſu-
mere debemus ad ſpecierum & negotiorum cauſã &
ratioõẽ, inſpectis in primis diſpoſitionis, ſeu ſtatuti
verbis, eorum natura & proprietate ſecundùm tex-
tum, *in l. labeo* 7. §. *idem Tubero. de ſup. elect. leg. l. in am-
biguo*, 3. *de reb. dub.* Bald. *in l. generaliter, notab.* 1. *C. de
non numer. pecun. & in l. tres denunciationes, n.* 5. *C. quo-
modo & quando Iud. & in cap. ſuper litteris num.* 11. *de
reſcript.* Iaſſ. *in l. neque profeſſio, num.* 6. *C. de teſtam.* Dec.
in l. ſemper in ſtipulationibus, n. 4. *de reg. Iur.* cum aliis
adductis io quæſtione ſequenti in princip. vt ſciatur,
qui caſus, & quæ perſonæ in eo comprehendantur, &
eorum rationes & circunſtantiæ melios percipian-
tur, & ponderentur, *vt in l. rectè*, 13. *ex quib. cauſ. maior.
l. ſi vero* 64. §. *de viro*, 9. *ſol. matrim.* cum ſimilibus Bald.
in Auth. ſed omnino, num. 13. *in fin. C. Ne vxor pro ma-
rito*, quod ex ſequentibus illationibus ampliùs de-
clarabitur.

Ex quibus omnibus primò infertur, quod ſi aga- 15
tur de repellendis ex prædictis puritatis ſtatutis de-
ſcendentibus aliorum hæreticorum, v. g. Lutherano-
norum, & Caluinorum cæterorúmque, extendi ad
eos poteſt ſtatutorum diſpoſitio. Tum quia expel-
luntur expreſſè in verbis, *Chriſtianos viejos*, quæ om-
nes à fide ſegregatos, præcipuè perfidos expellunt
cum vniuerſa eorum progenie. † Tum quia in ver- 16
bis, *Iudios, o Moros*, cæteri omnes hæretici compre-
henduntur generaliter ſaltim & impropriè, quia etſi
Iudæi & Mauri propriè hæretici dici non habeant
ex Io. à Roxas *ſingul.* 37 *num.* 5. Simanch. *de Catholic.
inſtit. tit.* 31. *num.* 4. & *tit.* 35 *num.* 10. Param. *de orig.
Inquiſit. lib.* 3. *quæſt.* 9. *num.* 68. Petr. Gregor. *ſyntagm.
Iuris lib.* 33 *cap.* 4. *num.* 6. & *ſeqq.* Cobbar. *lib.* 3. *var.
cap.* 1. *num.* 2. tamen impropriè ſaltim tales dicuntur
in l. Manichæi, 11. *in princip. C. de Hæretic.* gloſſ. & eius
additio, *verbo, redierint in ca. contra Chriſtianos, de Hæ-
ret. in* 6. vbi DD. Io. And. *num.* 3. Abb. 3. Butr. 6. Zaba-
rella, 5. & Socin. 6. & 8. *in cap. firmiſſimè, de Hæret.* Bel-
luga *in ſpeculo Princip. rub.* 39. *ſub num.* 1. *verſ. Primò
quia*, vbi plenè hæreticos eos vocat, & alios adducit
Camill. Borrel. *ibi lit. D.* Repert. Inquiſit. *verbo Hære-
ticus, n.* 19. Tib. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 10. *n.* 19.
Io. Lopez *in allegat. Hæret.* §. 4. *poſt medium, & verſ. &
hinc eſt*, & ſaltim generaliter & impropriè compre-
henduntur in dictis ſtatutis, † quod ſufficit ad exten- 17
ſionem faciendam in fauorabilibus ex ſuperiùs di-
ctis, & gloſſ. *in d. cap. contra Chriſtianos*, quam ad hoc
cum multis Doctoribus extollit Farinac. 1. *part. fra-
gment. lit. E. num.* 152. Mantic. *de tac. & amb. tom.* 2. *lib.*
13. *tit.* 21. *n.* 15. † Tum etiam quia in prædictis verbis 18
dici poteſt, quod hæretici omnes etiam propriè con-
tineantur, quia non tantùm ſignificant deſcendentes
à Iudæis & Mauris, qui tales ſunt à natiuitate, & pro-
ſapia: ſed etiam deſcendentes à Chriſtianis tranſeun-
tibus ad ritus Iudæorum, & Maurorum, vt & conſi-
derat Did. Velazq. *in defenſ. ſtatuti, Tolet. cap.* 38 *pag.* 94.
& *cap.* 57. *verſ. cum igitur, pag.* 120. Fr. Ant. à Souſa *in
aphoriſm. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 13. † qui etiam verè Iudæi, 19
ſeu Mauri dicuntur, quia eorum ritus & ceremonias
obſeruarunt, & verè & propriè hæretici appellantur
in d. cap. contra Chriſtianos, vbi gloſſ. & Io. And. Peña
in director. 2. *part. comm.* 69 & 70. plures cumulat Fa-
rinac. *de Hæreſi quæſt.* 183. *num.* 19. Quia etſi propriè
Apoſtatæ dicantur, tamen Hæretici propriè ſunt,
nec quidem ſpecie inter ſe differunt, ex Peña vbi
ſuprà *comm.* 74. *verſ. Qui verò tertiò*, Paramo *de orig.
Inquiſit. lib.* 1. *tit.* 1. *cap.* 6 *num* 4. P. Valencia 2. 2. *diſp.*
quæſt. 11. *pun.* 1 *diffic.* 1. & *quæſt.* 12. *punct.* 1. *notab.* 1. Ba-
ñez 2. 2. *quæſt.* 12. *art.* 1. *dub.* 1. P. Th. Sancio *in decalog.
lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 16. *verſ. & alij dicunt, & ſeqq.* Martin.
Bonacin. *de cenſur. diſp.* 2. *quæſt.* 5. *punct.* 1. *num.* 8 & Iura
omnia & pœnæ quæ locum in hæreticis habent, lo-
quuntur ſimiliter in Apoſtatis, ex Io. Roxas *de hæret.*
1 *part. num.* 489. Farinac. *d. quæſt.* 183. *num.* 15. Bonaci-
na loco citato. Quare prohibentur admitti ex his
ſtatutis

Digitized by Google

ſtatutis deſcendentes à Iudæis & Mauris, non ſolùm
quatenus ex ſtirpe ſuæ Moſaïca, aut Sarracena, & à fi-
de catholica, & ſacro Baptiſmo ſegregati, ſed etiam
quatenus deſcendunt ab Apoſtatis, ſeu Hæreticis,
qui vnum aut plures ritus Iudæorum, ſeu Mauro-
rum poſt ſuſceptam fidem prauè elegerant, in quo
omnes hæreticorum deſcendentes comprehen-
20 duntur, † quia omnes etſi diuerſæ hæreſis iidem
ſunt, in idémque quoad errorem ſaltim conue-
niunt, *ex d. cap. quidam.* 39. §. *pen. & ſimul.* 24. *quaſt.* 3.
Hoſtienſ. & communiter Doctores *in cap. excom-
municamus*, 13. *de Hæretic.* & omnes caudas ſimul
habent alligatas, vt ait textus *in d. cap. excommunica-
mus, in princip. & cap. pen. de Hæretic. cap. ſed & illud,*
9. 16. *quaſt.* 2. Locat. *in praxi Inquiſition. verb. Relapſus,
verſ. Igitur relapſus*, Ioan. à Roxas *ſingular.* 172. *nu-
mer.* 4. *& de hæretic.* 2. *part. num.* 141. quare iurè,
erectè dici poteſt, quod omnes omninò hæretici
comprehenſi manent cum ſua progenie in his pu-
21 ritatis ſtatutis. † Tum denique, quia adeſt eadem
ratio in omnibus hæreticis, ac in Hebræis & Sar-
racenis tam ex dictis, quam ex prauis omnium
moribus, qui æquè horribiles in illis inueniuntur,
ac in iſtis, vt conſiderauit Peña *in direct.* 3. *part.
commun.* 110. *verſ. Ad hæc ſama*, *fol.* 547. & conſtat
ex congeſtis à Paramo *de orig. Inquiſition. lib.* 2. *titul.*
3. *cap.* 7. *à num.* 21. *cum ſeqq. & num.* 51. *&* 62. & aliis
ibi, & *lib.* 3. *quaſtion.* 5 *à num.* 129. cum aliis pluri-
bus, & expreſſiùs loquitur Ignac. del Villar *in d.
reſponſ.* 12. *num.* 27. vbi generaliter de filiis loquitur
hæreticorum, de quibus etiam loquitur Did. Ve-
laſquez *in defenſ. ſtatuti Toletan. d. cap.* 17. *pag. mihi,*
94. & ita hoc dubium diſcutit Franc. Emman. Ro-
deric. *tom.* 1. *regular. quaſtion.* 14. §. 2. *verſic. Nec va-
let dicere*, argumento à contrario ſenſu, & conue-
niunt Menoch. *de arbitr. caſu.* 2 0 *num.* 21. *&* 22. &
Ghirland. *de pœnis omniſar. coitus*, *quaſtio.* 12. *in fin.*
ſequenti per Ricciol. *de iure perſon. extra grem. Ec-
22 cleſia exiſt. lib. . cap.* 51. *ex num.* 2. † Immò maior ra-
tio videtur eſſe in excluſione hæreticorum, & eo-
rum deſcendentium quàm in Iudæis, quia hæretici
multò magis deteſtabiles ſunt, ſecundùm Bald. *in l.*
2. *num.* 4. *Cod. de ſumma Trinit.* Felin. *in Rub. de Iu-
dæis.* Roxas *de heret.* 1. *part. num* 171. & licèt bo-
norum morum & vitæ appareant, peiores ſunt, &
magis nocent cum ſua bona vita, & apparientia,
quam alij perquam peſſimi homines, ex eodem
Roxas *d.* 1. *parte num.* 251. ex ratione tradita ab
Eymerico 3. *part. direct.* de decem modis, quibus
errores ſuos obtegere ſtudent, *verſ. decimus modus,*
vbi Peña *commun.* 21. *eodem verſicul.* Paramo *ci-
tato loco lib.* 2. *titul.* 3. *capit.* 5. *numero* 12. † quod ob-
23 ſeruandum puto, niſi ex ipſiſmet ſtatutis aliud con-
trarium colligatur, quia id ſeruari debet, cum
videam in aliquibus ſtatutis non repelli omnes
deſcendentes ab hæreticis condemnatis per ſanctũ
officium, niſi in certis gradibus vt in ordine D. Ia-
cobi intra quartum, inſtit. *de las calidades que a
de tener el caballero capit.* 4. *fol.* 47. *pag.* 1. refert
Valençuela *d. conſil.* 91. *numero* 1. idem in ordi-
ne Calatrauæ *titul.* 17. *del habito cap.* 1. vbi
deſcendentes hæretici pænitentiati expelluntur
tantùm intra gradum à iure communi ſigna-
tum, vt *in d. capit.* 1. §. 2. *fol.* 101. licèt hanc no-
ſtram opinionem ſeruare Regium ordinum Sena-
tum non ſemel intellexi.

Secundò infertur vera & perfecta illius dubij,
24 de quo ſupra hac quæſtione, §. 1. *illat.* 2. *in final.*
vbi diximus, quòd ſtatutum repellens hæreticos
reconciliatos per ſanctum Officium, & eorum
deſcendentes, intelligi debet de hæreticis forma-
libus, non verò de præſumptis, vt aiunt DD.
ibidem adducti. Quod certè, licèt ex propoſitis
rationibus ſuaderi videatur, ſi attentè perpenda-
tur, nec dubitari, ita vt propoſitum eſt, à
doctis potuit viris irreprehenſibiliter ſaltim, † quia 25
nunquam dari caſus poterit quo hæreticus præ-
ſumptus, ita vt præſumptus eſt, reconcilietur:
quia aut poſt capturam præſumptæ hæreſis cri-
men faſſus eſt, & miſericordiam, & reconci-
liationem clamat, & tunc licèt reconciliari de-
beat, non eſt velut præſumptus hæreticus, ſed
ſicut verus ſoamet confeſſione factus, & tunc lo-
cum habebit dicti ſtatuti diſpoſitio, nec de hoc du-
bitari valet. Aut delictum non eſt faſſus, & tunc aut
iuris & de iure præſũptio adeſt, & recõciliationi non
eſt locus: ſed eſt verè hæreticus vltimo plectendus
ſupplicio, ex iuribus adducẽdis infrà, & tenet Eyme-
ricus, 2. *part. Director. quaſt.* 55. *num.* 56. vbi Peña
alios adducit *lit. I.* & allegati à Farinac. *de hæreſi
quaſtion.* 187. *num.* 46. Aut adeſt præſumptio vehe-
mens, aut leuis tantùm, & non habebit locum re-
conciliatio, nec relaxatio, ſed tantùm abiuratio cum
aliqua extraordinaria pœna, ſecundùm Menoch.
de præſumpt. lib. 1 *quaſtion.* 100. *num.* 15. Cantera
in ſuis quaſtion. crimin. tit. de hæreticis, cap. 1. *num.* 56.
verſ. Quando quis eſt tantum lapſus, Tib. Decian. *tract.
crimin. lib.* 5. *cap.* 47. *num.* 2. & tenent communiter
DD. & ſeruatur quotidie in practica, ita vt reconci-
liatio cadere in præſumpto hæretico non poſſit,
& videtur parum aduertenter loquutos fuiſſe Do-
ctores allegatos *in d. illat.* 2.

Quare dubium hoc in eo conſiſtit, an in puri- 26
tatis ſtatutis, per quos deſcendentes hæreticorum
repelluntur expreſsè, ſiue tacitè prout in termi-
nis præcedentis illationis, comprehendantur etiam
deſcendentes ab hæreticis præſumptis. In quo du-
bio diſtinguendum videtur inter hæreticos præ-
ſumptos ex violenta præſumptione, quam iuris &
de iure vocamus, † quæ dicitur dum lex aliquid 27
præſumens ſuper præſumptio tanquam ſibi com-
perto ſtatuit, ſecundùm Alciat. *de præſumpt. regul.*
2. *num.* 2. Iac. Menoch. *eod tract. lib.* 1. *quaſt.* 3. *num.* 17.
& quaſt. 8. *poſt. num.* 1. *verſic & eſt diſpoſitio*, Franc.
Mantica *de coniectur. vlt. volunt. lib.* 5. *tit.* 2. *num.* 3.
Peña *in director.* 2. *parte commun.* 80. *verſ. Tertia ſu-
fficio*, † quæ præſumptio firmum ius ſtatuit, & habe- 28
tur pro omnimoda veritate, ex Bald. *in l. ſiue poſ-
ſidetis, numero* 6. *Cod. de probat.* & ex aliis probat idem
Alciat. citato loco *in prælud. num.* 3. Maſch. *de probat.
in princip. quaſtion.* 10. *num.* 48. de quo latiùs infrà
in quaſt. 8. *in princip.* & habemus exempla plura in
hæreſis crimine, de quo loquimur *in cap. ad abolen-
dam*, 9. § *qui verò de Hæretic. cap. inter ſolicitu-
dines*, 10. *de purgat. can. cap. ſiliis* 3 *cap. ſuper eo* 4. *cap.
cum contumacia*, 7. *cap. accuſatus*, 8. §. *cum vero*, *&* §.
ille quoque, *cap. contra Chriſtianos*, 12. *de hæret. in* 6.
quæ ſpeciatim refert Peña *in director. d. commun.* 80.
& in 3. *parte commun.* 24. *verſ. illa facta*, *cum ſeqq.*
& plures alij allegati à Farinac. *de hæreſi quaſtion.*
186 *à num.* 45. † Hi enim pro veris hæreticis in 29
omnibus reputantur, & damnantur in cunctis pœ-
nis iure veris hæreticis impoſitis. nec eis pro-
deſſe contraria valet directa probatio, ex Pe-
ña *dict. commun.* 80. *verſicul. Tertia ſufficio*, Si-
manch. *de Catholic. inſtitution. titul.* 50. *numero*
4. Farinac. citato loco *numero* 48. quare inter
eos nulla poteſt ſufficiens diſparitatis ratio aſſi-
gnari, vt impuritatis ſtatutis non comprehen-
dantur, ſicut alij veri hæretici, cùm ius nul-
lum ad cæterarum pœnarum incurſum conſti-
tuat. † Et inter cæteros hæreticos ex iuris præ- 30

Digitized by Google

ſumptione, vehementi, ſeu leui, ad quos ſtatuta extendi, nulla ratio patitur. Tum quia loqui ſunt intelligenda de veris hæreticis ſaltim effectu iuris, non verò de præſumptis ex præſumptionibus, quibus ius perfecte ad veram hæreſim conſtituendam non aſſiſtit. Tum quia eadem ratio in his non verſatur, ſicut in veris hæreticis, & qui iure pro talibus habentur, vt vtrumque patet ex text. *in cap. litteras*, 14. *de præſumpt. cap. accuſatus*, 8. *in princip. de hæret. in* 6. vbi gloſſa, & communiter DD. cum relatis à Farinac. *vbi ſuprà num.* 38. Et ſpecificè tenent Abb. *in cap. inter, num.* 6. *de purgat. canon.* Puteo *deciſ.* 400. *lib.* 2. Idem Farin. *deciſ.* 51. *ſub num.* 8. *lib.* 1. *poſt tom.* 1. *conſiliorum, & infra num.* 33. *referen-*
31 *di.* † Niſi fortè ſtatuta loquantur de pœnitentiatis per ſanctum Inquiſitionis Officium, & quis fuerit ob præſumptionem vehementem ſeu leuem pœnitentiatus, quia repulſam patietur cum progenie ſua intra gradus ſtatuto comprehenſos, non tam ob hæreſim commiſſam, quam ob pœnitentiam paſſam, quæ fuit præcipua cauſa, & ratio ſtatuti, & faciunt tradita per Valençuel. *conſil.* 91. *per totum*, vbi quemdam Prætenſorem defendit ex eo, quòd deſcendebat à quodam pœnitentiato per ſanctum Officium ob iniuriam cuidam Inquiſitori illatam non quia verè, nec ſuſpectè hæreſim fuerit admiſſus, atque ita ſunt intelligendi Abbas, Puteus, & idem Valençuela in locis adductis ſuprà *in* §. 1. *illat.* 2. de quo etiam latiùs infrà ſequenti quæſtione §. 3. *per totum.*

32 Tertio infertur, quòd cùm plures hæretici dicantur impropriè, qui verè tales dici non valent, nec eis ſimilantur, nec eandem continent rationem, nec quidem ſimilem, de quibus in gloſſa *in cap. firmiſſimè, verb. Hæreticum, extra, de hæretic.* Praxis Inquiſit. *verb. Hæreticus, numero* 19. *& ſequentibus.* Did. à Cantera *in ſuis quæſtione crimin. tangent. punit. delict. quæſtione* 2. *de hæreticis, numero* 2. Farinac. *in dict. quæſtione* 178. *num.* 24. *cum duobus ſequentib.* non poteſt ad eos extendi horum ſtatutorum diſpoſitio, quia deficit omnimoda ratio, de qua ſuperius, nec quidem hæretici impropriè æquiparantur hæreticis propriè ſumptis.

33 Quartò infertur, ſacerdotem confeſſarium ſolicitantem fœminas in actu pœnitentiæ ad libidinoſos actus, aut aliter de hæreſi ſuſpectum abiurantem de vehementi, aut leui, non eſſe inhabilem ad obtinendas dignitates & beneficia, vt tenet Nicol. Garcia *de benefic. tom.* 2. *part.* 11. *cap.* 10. *num.* 87. Henriquez *lib.* 13. *de excommunicat. cap.* 56. §. 1. *lit. K.* Rota apud Farinac. *lib.* 1. *deciſ.* 51. Riccio *in praxi fori Eccleſiaſt. deciſ.* 676. *à num.* 5. Nauarr. *lib.* 5. *conſil.* 5. *&* 6. *tit. de hæretic* Emman. Rodetic. *tom.* 2. *Regular. quæſt.* 82. *art.* 2. Souſſa, *de confeſſar. ſolicitant. tract.* 2. *cap.* 17. *num* 6. *&* 7. Acuna *eod. tract. quæſt.* 24. *num.* 22. vbi Freitas *num* 70. Lara *d. cap.* 4. *num.* 140. *verſ. deinde ſtatutum.* Riceiol. *de Neophyt. cap.* 7. *num.* 7. *& de iure perſon. extra Eccleſia gremium, lib.* 5. *cap.* 19. *num.* 26. *&* 27. vbi citat P. Thom. Sanchez *in decalog. lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 12. Pariſ. *de reſignat. lib.* 4. *quæſtione* 4. *num.* 17. & alij adducendi infrà *quæſt.* 9. §. 2. *num.* 43. *&* 44. quia ſtatutum loquens in delicto non loquitur in ſuſpicione delicti, ſuſpectus in fide hæreticus dici non poteſt, vt bene Puteus *deciſ.* 400. *num.* 2. *&* 3. vbi ita deciſum & practicatum fuit. Quod verum puto, etiam ſi fuerit ſtatutum, quòd puritatem poſitiuè ad dignitates, ſeu beneficia obtinenda requirat, cùm non ideò confeſſarius puritate ſtuî deſinat, quam à ſuis fuit conſequutus maioribus. Secus verò, ſi excludantur pœnitentiati per ſanctum Officium ex hæreticalibus cauſis, quo erit comprehenſus confeſſarius punitus ob ſolicitationem, aut aliam ob cauſam, quæ inducat ſuſpicionem, hæreſis, vt omnes fatentur, quos retuli *in tract. de ſolicitatione*, 1. *part. quæſt.* 1. *num.* 9. *cum ſeqq.* vel ſi delictum producens ſuſpicionem hæreſis infamiæ notam inurat, quia tunc claudit portas dignitatum, *l.* 2. *C. de dignit. lib.* 12. *cap. infamibus de reg. iur. in* 6. & ſpecificè ita docet Parlad. 3. *quotid. differ.* 108. *ex num.* 15. exemplum aſſignans in ſecundo nubente coniuge primo ſuperſtite, in ſortilego, ſodomita & publicam pœnitentiam paſſis præcipuè cum ſacris benedictis.

Quintò infertur, ſtatuta loquentia de captis per ſanctum Officium, & de eorum deſcendentibus tripliciter intelligi poſſe, & debere, vt ab eorum mente in praxi non diſcedatur. Primò vt captura ſit pro crimine hæreſis inflicta, pro aliis autem cauſis extra fidem nocere non debet, cùm cauſa præcipua ſimilis conſtitutionis fuerit delictum contra fidem patratum ab ipſo Prætenſore, ſeu à maioribus eius, itavt non tantùm captura in ſancto Officio ſit inſpicienda ad repulſam, quam eius cauſa, *arg. l. ictus*, 22. *de his qui not. infam. l. ad tempus*, 5. *l. eos qui* 12. *de decurion. l. Iuſtibus* 16. *C. ex quib. cauſ. infam. irrog.* Rebuff. *de reprob. teſt. n.* 224. *gloſſ.* 12. *verſ. Hæc verba, & gloſſ* 14. *in l.* 5. *tit.* 6. *part.* 7. illius enim cauſa hæreſis eſt, quæ famam lædit, non captura per ſe, atque ita loqui ſunt intelligendi Peña *in direct.* 2. *part. comm.* 12. *in fin.* ibi, *Propter inſigne honoris detrimentum, quod in hoc crimine ſola captura afferre dignoſcitur, &* 3. *parte comment.* 14. *verſ. Dixi verò, pag. mihi* 421. Simanch. *de Catholic. inſtitut. tit.* 17. *num.* 2. *& in Enchirid. tit.* 25. *num.* 3. Villadiego *de hæret. quæſt.* 11. Ioan. à Roxas *eod. tract.* 2. *part num.* 16. *&* 35 *in fin.* Lud. à Paramo *de origine Inquiſit. lib.* 3. *quæſtione* 10. *num.* 125. *colum.* 865. † Aio eres capturam in ſancto Officio ob 35
hæreſim non leuiter famam lædere: quare ſi aliquis capiatur ex aliis extra fidem cauſis, etiam in carceribus ſecretis ſancti Officij excludi non debet per ſimile ſtatutum, nec eius deſcendentes, vt de pœnitentiis dicam infrà quæſt. ſeq. ex num. 38. cum ſeqq.

Secundò requiritur, quòd iuſta fuerit captura in 36
principio, & poſtea etiam eius cauſa durare: quia ſi captus quis fuerit ex cauſis hæreticalibus per falſas probationes, & calumnioſos teſtes, & poſtea de ſua plenè conſtiterit innocentia, & abſolutus maneat, non debet comprehendi nec eius deſcendentes in ſtatuti prohibitione, nec à tantis honoribus ex illa arceri cauſa. Tum quia ſi illa non ſufficeret ad excluſionem, quia falſa, quare captura ob eam facta, nullatenus; † cùm effectus vim capiant à ſua cauſa 37
ex vulgatis, & adductis per Valençuel. *conſil.* 25. *num.* 19. *&* 20. & deſtructo antecedenti, deſtruitur conſequens, *l.* 1. §. *huius rei, de offic. eius, l. veteres*, 4. *de itin. act. quæ priuil.* Bald. *in l.* 1. *oppoſit.* 9. *C. de fideicommiſſ.* Craueta *conſil.* 201. *n.* 28. *& conſ.* 231. *n.* 2. Mantica *deciſ.* 15. *n.* 5. *& deciſ.* 199. *n.* 9. Anton. Monach. Florent. *deciſ.* 29. *num.* 16. † Tum 38
quia prædictum ſtatutum intelligi debet de captura iuſta & valida, non de iniuſta & nulla, ex text. *in l. non putauit*, 8. §. *non quarus* 2. *de bon. poſſ. contra tab.* Andr. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 2. *gloſſa* 2. *num.* 5. Meſſia *in l. Toleti*, 2. *part. fundam.* 1. *num.* 7. Laſſarte *de gabell. cap.* 14. *num.* 2. Acebedo *in l.* 10. *num.* 13. *tit.* 11. *lib.* 4. *recop.* Paul. Caſtrenſ. *conſil.* 74. *incipit, in cauſa mota, num.* 1. *volum.* 2. Cepola *conſil. ciuil.* 44. *incipit, Inquiſitione, num.* 3. *verſ. de prima, & ſequent.*

† Tum

39 † Tum quia captura reſoluta debet tamquam non
facta haberi, *l. nec vllam*, 11. §. 1. *de pet. hæredit.*
leg. 1. §. *ſine autem*, & *l. ſen de condict. ſine cauſa*, *l.* 2.
§. *peruenisſe*, *de hæred. vel act. vendit. l. nomen* 164.
in fin. l. aliud eſt, *capere*, 71. *de verbor. ſignificat. l.*
etiam, 27. *de ſolut. l. Iulianus*, 131. §. 1. *de verbor.*
Matth. de Afflict. *deciſ. Neapol.* 40. *numero* 4. *in fin.*
Zephal. *conſ.* 268. *incipit*, *Bona quæ*, *num.* 13. *vol.* 2.
Crauera *conſil.* 202. *incipit*, *per arbitros*, *numero* 24.
25. & 28. *part.* 2. Laſſarte *in d. cap.* 14. *numero* 29.
40 † Tum etiam quia reuocato actu reuocati cenſen-
tur omnes ab eo prouenientes effectus, *ex l. nam*
origo 8. *Quod vi aut clam. l. egi* 26. *de except. rei*
iudic. l. Antæus, 14. *in fin. cum l. ſeq. de aqua & aqua*
pluui. arcen. l. ſi extraneus, 6. *de condict. cauſa data*,
Crauera *citato loco num.* 40. Decio *conſil.* 35. *num.* 9.
41 *verſ. non obſtat* † Tum quia ſtatutum in actu in-
ualido, ſeu iniuſto nihil operatur ex text. *in l. fi-*
lium, 5. §. *ſi quis contra tabulas* 3. vbi Bartol. *de leg.*
præſtand. l. continuus, 137. §. *cum quis* 6. *de verbor.*
Bald. *in l. quid ergo*, §. *cum autem*, *ante fin. de his*
qui not. infam. & *in l.* 1. §. *fin. num.* 1. *Quod quiſque*
iuris. Iaſ. *in l.* 1. §. 1. *num.* 10. *notab* 5. *ito cit.* Felin.
in cap. cæterum. numero 19. *de iudic.* & *in cap. tua*
nos num. 6 *de iureiur.* & *in cap. ex tenore*, *num.* 4 *de*
reſcript Alexand. *conſil.* 99. *in fin. vol.* 5. faciunt plu-
ra tradita per Valeoçuel. *conſil.* 31. *à num.* 57. *cum*
pluribus ſeqq. vbi, *num.* 100. plures ad propoſitum
42 congerit. † Quare ſi ſtatutum expreſſe loqueretur
de captura iniuſta, iniuſtum redderetur, & velut
irrationabile ſeruari non oporteret, *ex cap.* 2. *de*
conſtitut. cap. mala 3. *diſtinct.* 8. Bartol. *in l. omnes*
populi, *in quæſtion. princip.* 1. *verſ iuxta prædicta de*
iuſt. & *iure.* Henrich. de Bottis *de ſynodo Epiſcopi*
3 *part. art.* 1. *concluſ.* 7 *numero* 26. & 18. vbi ait.
43 † Statuta irrationabilia eſſe monſtruoſa, & *art.* 2.
numero 87. Franc. Curt. *conſil.* 5. *Facti contingentia*,
verſ. Quarto ſuadetur, *colum.* 13. & quia ſequeretur
44 abſurdus intellectus, † cùm quis pœnam pateretur
ex crimine, quod commiſiſſe non conſtat contra
text. *in l. in ambigua* 9. *de legib. l. nam abſurdum*, 7.
de bon. liber. l. ſiue, 13. §. *aliud*, 1. *de excuſat. tut.*
Bartol. *in d. l. omnes populi*, *quæſt.* 9. *de iuſt.* Bruno
de ſtatutis, *art.* 5. *num.* 12. Alex. *conſil.* 84. *verſ. facti*
45 *num* 5 *volum* 2. † & à quolibet prudenti redargui
valeret contra *l Saluius*, 6. *de leg. præſtand.* Rol. à
Valle, *in tract. de confect. inuentar.* 9 *quæritur*, *etiam*,
num. 8. Bart. *conſil.* 8, *volum.* 3. Zephal. *conſil.* 13.
num. 11. *lib.* 1. & *conſ.* 79 *num* 89 & *conſil.* 146.
num. 10 Socin. Senior *conſil* 61. *vol.* 1. *col.* 5 cum
adductis loquendo in legibus a Pelaea de Meres *de*
46 *maiorat.* 1. *part. quæſt* 1. *num.* 298. † Vnde pater,
quid dicendum de ſtatuto Conchenſis Collegij,
ſeu potius dicam de declaratione, ſeu iniqua praxi,
& introductione eiuſdem Cœnobij contra ipſius
ſtatuti & fundatoris mentem, quo ita requiritur pu-
ritas, & eius fama, & rumor, vt contrarium neque
vero, neque falſo rumore aliquid ſit dictum, neque
auditum, de quo D. Franc. de Amaya *obſeruat. iur.*
lib 2. *cap.* 6. *num* 52. & nos infra 2. part. quæſt. 7.
num. 6. Ego verò pro nunc nihil plus audeo dicere,
cùm videam toleratum a Doctis, & a Chriſtianis
practicatum, quod niſi viderem non crederem a tan-
tis viris, qui veritatem omittunt, & ſequuntur men-
dacium, & falſitatem veritati præferunt, quid am-
plius?
47 Tertiò & vltimò inſpici debent verba ſtatuto-
rum, quorum alia loquuntur de captis per ſanctum
Officium, & ſimul de pœnitentiatis per hæc verba.
Preſſos y penitenciados por el ſancto Officio; nam tunc
non tantùm captura requiritur ad exclutionem,

ſed ſimul pœnitentia, vt demonſtrat coniunctio
illa &, quæ ita coniungit, vt ſeparationem non
admittat, nec ſingula proſint, ſed ſimul omnia
locum conſtitutioni faciunt, text. *in l. Titia*, 36.
§. *nihil*, 2. *de leg* 1. *l. triplici*, 142. *de verborum ſi-*
gnificat cum ſimilibus vulgatis. Aliquando verò
cum disiunctiua, ita, *Preſſos o penitenciados*, & tunc
captura tantùm ſufficit, ſicut & pœnitentia per
ſe ſola, ex Reg. *in alternatiuis*, *de regulis iuris*,
in 6. cum adductis à Nicol. Euerard. loco, *A*
natura alternatiuorum, *numero* 8. & 15. & ab Au-
guſtin. Barboſa *dict.* 46. *numero* 1. *cum duobus ſe-*
quentibus, *pag. mihi* 208. & magis ſpecifice in ſi-
mili ſtatuto loquendo tenent gloſſ. *in leg. man-*
cipia, *Cod. de ſeruis fug.* & Felin. *in capite non-*
nullis, *numero* 34. *de reſcript.* Gracian. *deciſione*
109. *numero* 11. & 12. Euerardo loco, *A natura*
Copulæ, *numero* 12. *verſ. Hinc eſt* qua etiam ſpecie
captura iniuſta, aut ſine cauſa nocere non debet, ex
proxime dictis.

Sextò infertur vera deciſio, & ratio illius quæ- 48
ſtionis, de qua pro vtraque parte agit Alphonſus
Pereaius de Lara *de anniuerſ.* & *capellan.* 2 *part. cap.*
4. *à num.* 100. *cum pluribus ſequentib.* Nempe, an ex
puritatis ſtatutis excludantur Indi, & Æthiopes
nouiter conuerſi, eorúmque deſcendentes? Anve
admitti ad eorum honores valeant? in qua quæ-
ſtione ipſe negatiuam eligit partem ex rationibus
de quibus a verſic. Pro parte tamen negatiua. Qua-
rum prima eſt, † quòd licèt Indi, & Æthiopes à 49
Gentilibus originem trahant, non tamen ab his, qui
ab Apoſtolis fidem acceperunt; ſed potiùs velut
pertinaces idolatræ eorum vniuerſalem fidei prædi-
cationem contempſerunt, vt ex Pſalm. 18. dedu-
citur.

Secundò adducit vulgare illud Pauli 1. ad Timoth. 50
cap. 3. *Non Neophytum, ne fortè in ſuperbiam elatus in*
iudicium incidat diaboli, vbi generaliter prohibet
Apoſtolus Neophytum in Epiſcopum eligi, quod
adducit D. Ambroſius epiſtol. 82. ad Vercelenſ. vt
refertur in cap. Neophytus 9. 61. diſt. & lateniſſi-
ſime explicat Aug. Barboſa *de offic. Epiſcopi*, 1. *part.*
tit. 2 *gloſſ* 17. *per totam* Et ſic non ſolum loquitur
Apoſtolus de Neophytis ex Iudæis, ſed etiam ex
Gentilibus, & de quibuſcumque aliis, ad quos non
tantùm, ſed etiam ad eorum deſcendentes ex vi ho-
rum ſtatutorum extendi debet prohibitio.

Tertiò probat ex aſcendentium Chriſtianorum 51
veteranorum qualitate, ab his ſtatutis requiſi-
ta, quæ ſimiliter deficit in conuerſis à Gentili-
bus, ſicut in aliis, qui, nec eorum deſcenden-
tes in hoc diſpoſitioni ſatisfaciunt, licet hi his
ſtatutis cauſam non præbuerint, ſicut deſcen-
dentes ex Iudæis, debet ad eos extenſio fieri,
quia comprehenſi manent ſub diſpoſitione, ma-
xime cum prædicta cauſa non fuerit finalis, ſed
impulſiua, *ex l.* 1. *de poſtul.* Barboſa *in l.* 1. *prima*
parte numero 84. *cum ſequentib. ſolut. matrim.* † quia 52
ob cauſam impulſiuam non admittitur argumen-
tum a contrario ſenſu *ex l. tale pactum*, 40. §. *fin.*
de pactis, tenent Villagut *de extenſ. leg. prælud.* 25.
numero 6. Cardin. Tuſch. *lit. A concluſ.* 498 *num.* 13.
tom. 1. Auguſt. Barboſ. *loco*, 17. *num.* 2. 312. ita hæc
Lara.

Et confirmatur prædicta Laræ opinio, nam 53
qualitas illa, vt Prætenſor deſcendat à Chriſtia-
nis veteranis, intelligenda venit de omnibus æquè
in infinitum aſcendentibus, & deficiente in vno
deficit in omnibus, *argum. l. ſi quis filium*, 34.
Cod. de inoffic. teſtament. Authent. de hæred. quæ
ab inteſtat. defer. §. *reliquum*, vbi notat Angel.

Digitized by Google

& Bald. *in l.fin.colum.* 1. *C. de lib. præter.* faciunt tradi-
ta à Molin. *de primogen.lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 4. Menoch.
conſil. 242. *num.* 11. & à Pelaez de Meres *de maiorat.*
2. *part. quæſtione* 1. *à num.* 81. *& quæſtione* 4. *illat.* 1.
num. 38. *& ſeq. & quæſt.* 6. *à num.* 220. *cum ſequen-
tibus.* At qualitas illa, de qua verè conſtare debebat,
l. Prætor. 4. §. *docere. de vi bon. raptor.* Iacob. Me-
noch. *lib.* 1. *præſumpt. quæſtione* 24. *numero* 13. Petr.
Surd. *de aliment. tit.* 5. *quæſtione* 7. *num.* 40. *& tit.* 9.
quæſtione 29. *num.* 11. *& deciſ.* 268. *num.* 12. 1. *part.*
Matienço *in l.* 8. *tit.* 7. *lib.* 5. *recopil. gloſſ.* 4. *num.* 1.
plures refert Alphonſ. Narbona *in l.* 20. *gloſſ.* 19.
num. 1. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* & alios Valençuel. *conſ.* 91.
num. 9. deficit omninò in deſcendentinus ab Indis,
& Æthiopibus, cùm non omnes eorum deſcenden-
tes & maiores fuerint Orthodoxi, vt patet. Igitur
in eis verificatur ſtatutorum diſpoſitio, & ex-
cluſio.

54 Ego verò licèt fatear hoc verum in ipſiſmet con-
uerſis ex Gentilibus, tum quia in tam noua, & recen-
ti eorum conuerſione non eſt multùm fidendum,
tum quia dignitates his, qui tam recenter à diabolo
receſſerunt, largiri non oportet, nec honeſtati con-
gruit; in eorum verò deſcendentibus, ſalua doctiſ-
ſimi viri pace, verius contrarium coniicio, immò
iſtorum liberis poſſe ſimilia officia & dignitates lar-
giri, dummodò bonum orthodoxæ fidei ſpecimen
præſtiterit promouendus, eiúſque vſque ad auum,
ſeu ad plus proauum parentes, ſicuti defendere vi-
detur Ricciol. *de Neophyt.c.*7.*n.*30. *&* 31. ſequutus à
Barboſa *de canonic. c.*13. *n.* 47. quod mihi ex ſequen-
tibus præter adducta ab ipſomet Perezio de Lara
pro contraria *à verſic.* Sed an Indi, quæ ſigillatim
recenſere non curo, quia per eum ibi videri poſ-
ſunt.

55 Probatur primò, ex mente tam ipſorum ſtatuto-
rum, quàm ſtatuentium repellendi tantùm ab hono-
ribus, & officiis deſcendentes à genere Iudæorum, &
Sarracenorum, aut eos, qui ſimiles illis ſunt, ob eorũ
peſſima flagitia, & deteſtabiles mores, vt ex ipſiſmet
ſtatutis ex Toletano maximè apparet, & colligitur
ex dictis à Io. Rozas *d. ſing.* 104. & ab Ignacio del
Villar *in ſua ſylua reſponſ.* 11. *à num.* 17. Bobadilla; &
aliis ſuprà relatis *in præcedenti quæſt. & in quæſt.* 1. §. 4.
quibus nec aſſimilantur gentiles, Indi, nec Æthiopes,
immò plurimùm ab eis diſtant. Igitur comprehen-
ſos in dictis ſtatutis dicere non poſſumus, *argum.
cap. intelligentia*, 6. *cap. præterea*, 8. *de verbor. ſignificat.
l. nominis*, 6. §. *verbum, ff. eod.* Alexand. *conſ.* 8. *n.* 8 *lib.* 4.
Rol. a Valle *conſ.* 61. *n.* 35. *vol.* 2. Valéçuela *conſ.* 5. *n.* 89.

56 Confirmatur; nam diſpoſitio loquens in vno ge-
nere perſonarum non poteſt extendi ad alias perſo-
nas præter nominatas, *ex l. quæ conditio*, 59. *de condi-
tion. & demonſt. l. ſi verò*, 64. §. *de viro*, 9 *ſol. matrim.* pro-
bant Acebed. *in Rub. n.* 106 *tit.* 2. *lib.* 6. *recop.* & addu-
cti in duobus præcedentibus §§. huius quæſtionis,
ſed ſtatuta puritatis tantùm loquuntur in deſcen-
dentibus à Iudæis, & Sarracenis, igitur ad diuerſos
extendi non valebunt.

57 Secundò probatur, quia in Indis, & Æthio-
pibus cæteriſque Gentilibus deficit identitas ra-
tionis; deficitque comprehenſio in ſtatutis, nec
enim adeſt ratio, nec comprehenſio expreſſa,
nec tacitè coniecturata, quibus ſpeciebus non
poſſe extendi ad eos ſtatutorum diſpoſitionem,
iam ſuperiùs pluribus probaui. Igitur nulla eſt cau-
ſa, quoad eos poſſit extenſio fieri.

Patet antecedens primò, quia peculiari motiuo,
& ratione ſtatuta noſtra repellunt Iudæos, & Mau-
ros eorúmque in infinitum deſcendentes, vt ex
58 ipſorum ſtatutorum ſerie apertè apparet, † quæ ſi
aliud vellent expreſſiſſent etiam deſcendentes à
Gentilibus, *argum. text. in cap. ad audientiam* 12
ibi, *etiamſi intelligeremus tantummodo de noualibus, vbi
ponimus de laboribus, de noualibus poneremus.* De de-
cimis, *cap. inter corporalia*, 2. §. *Sed neque iſtud*, ibi.
*Vnde ſi circa tranſlationem idem fieri voluiſſet, quod
de ceſſione dixerat, & de tranſlatione poterat ex-
preſſiſſe, & quod non eſt Sanctorum Patrum Decre-
to ſancitum ſuperſtitioſis non eſt adinuentionibus præ-
ſumendum*, *de tranſlat. Epiſcopi, leg. vnic.* §. *vbi au-
tem legatarij*, *verſic. ſin autem ad deficientis*, *Cod.
de cadat. toll. l. item apud Labeonem*, 15. §. *Hoc edi-
ctum* 26. *de iniuriis*, faciunt tradita à Narbona
in l. 25. *gloſſ.* 13. *&* 14. *tit.* 21. *lib.* 4. *recop. pag.* 666. Va-
leoçuela *conſ.* 76. *num.* 54. *& ſeqq.* Magis enim præſu-
mendum rationi conſonum venit, ideò prætermitti,
gentiles in his ſtatutis, quia eos velut diuerſæ ra-
tionis comprehendere noluerunt ſtatuentes. Igitur
comprehenſos iudicare illos in excluſiua ſtatuto-
rum, non debemus.

Antecedens ſecundò probatur, quia cauſa primæ- 59
ua, & finalis horum ſtatutorum fuit eripere
Communitates & Tribunalia à prauis & ſiniſtris
Iſraëlitarum, Sarracenorum, hæreticorum, & eorum
deſcendentium moribus, à quibus magnis dam-
nis, & præiudiciis afficiebantur quotidie, vt ex
traditis in relatis locis ſatis conſtat, & compre-
henſum habemus in procemio aliquorum ſta-
tutorum, † quòd cauſam finalem denotat, *ex* 60
leg. final. de heredib. inſtitution. Gonçalez *in regular.* 8.
Cancellariæ, §. 7. *procemij num.* 121. *&* 192. Rol. a Val-
le *conſ.* 49. *num.* 34. *&* 61. *lib.* 1. *& conſ.* 67. *num.* 72.
lib. 3. Hieron. Gratian. *reſponſ.* 44. *num.* 18. *& reſponſ.*
36. *num.* 2. *vol.* 2. latiſſimè pluribus cumulatis Au-
guſt. Barboſa *Axioma.* 192. *numer.* 1. *pag. mihi* 117.
non enim ideò ſtabilita fuerunt, quòd Iudæi &
Mauri aliquando extra Catholicam fidem in ſua-
rum legum, & ſectarum extiterint obſeruatione, &
deinde ad orthodoxam poſtea fidem fuerint redu-
cti; † nam ſi hoc ita eſſet, & Gentiles omnes, cæ- 61
terique aliquando fidem non agnouerunt, ſtatutis
ſubiacerent, & eorum diſpoſitio reproba, atque in-
iuſta maneret, cùm eos plecteret, & excluderet ex
cauſa, quæ potius laudabilis, & honorabilis eſt,
quàm punibilis, & deteſtabilis, vt expreſsè reproba-
tur à Nicolao V. in quadam ſua Bulla, de qua teſta-
tur Did. Velaſq. *in defenſ. ſtat. Toletani*, *cap.* 17. *per to-
tum, maximè in verſ. ex quibus.* † Cùm magis iuri & 62
rationi conſonum ſit, vt renatos fonte Baptiſmatis,
priſtina cæcitate dimiſſa, amplioribus fauoribus, &
gratiis proſequantur; vt ſic de ſeruitute ad liberta-
tem tranſire videantur, *vt in cap. eam te* 7. vbi gloſſ.
fin. plura iura adducit, *de reſcript. cap. ferrum*, 50. *diſt.
cap. Iudæi*, 5. *de Iudæis*, & de iure regio, *l.* 2. *tit.* 3. *lib.* 4.
fori, l. 9. *tit.* 1. *lib.* 1. *ord. l.* 2. *verſ. Y ſi hombre, tit.* 10. *lib.* 8.
recop. l. 4 *tit.* 25. *part.* 5. multis probauit Per. Nauarra
de reſtitut. lib. 2. *cap.* 4. *num.* 298. Auguſt. Barboſ. *de of-
fic. Epiſcop.* 1. *part. tit.* 2. *gloſſ.* 17. *num. cum ſeqq.* Ricciol.
de neophyt. cap. 5. *ex num.* 6. *cum ſeqq.* idem Barboſa
quem poſt hæc præ manibus habuimus *de canonicis
cap.* 13. *num.* 27. non verò decet, vt ideò ſimilibus
pœnis ab ſtatutis puniantur. † Quæ quidem ratio 63
finalis non interuenit in deſcendentibus à Gentili-
bus, Æthiopibus, & Indis, qui cùm fidem catholi-
cam ſuſcipiunt, conſtanter & intrepidè eam obſer-
uant, & ſuſtinent, vt idem fatetur Lara *in d. cap.* 4.
n. 140. *verſ. & pro parte, & verſ. Præterea*, & vt expe-
rientia docuit, ſunt bonæ indolis, ſine fraude, & ca-
uillationibus. Igitur omnino ceſſat ratio præcipua, &
finalis prædictorum ſtatutorum.

Antecedens tertiò probatur, nã ad hoc, vt diſpoſi- 64
tio

Digitized by Google

tio ſtatutorum puritatis extendi poſſet ad deſcendentes ex Gentilibus debebat adeſſe eadem, aut ſimilis ratio ſimpliciter, non verò ſecundùm quid ex DD. communiter, *in c. tranſlato, 3. de conſtitut*. Archid. Dominic. & Præpoſit. *in cap. relatum, 38. diſtinct.* Nicol. Euerard. in Topicis legal. loco, à ſimili, *num.* 4. adductis à Menoch. *de arbitr. caſu*, 84. *num.* 8. Alphonſ. à Villagut. *de extenſ. leg. pœnal. reſpectu mere pœna, ſub num.* 4. *verſ. Fallit primò*. Fulu. Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 10. Maſchard. *eod. tract. lib.* 3. *concluſ.* 1253. *num.* 5. Farinac. 1. *part. fragment. lit. E. num.* 198. & 199. Cardinal. Tuſch. *lit. A. concluſ.* 507. *num.* 29. latè Aug. Barboſa *loco*, 101. *à num.* 5. *cum pluribus ſeqq.* vbi *num.* 7. ait, quòd parua differentia deſtruit ſimilitudinem, ex Bertazol. *in repet. l. ſi quis maior, num.* 762. *C. de tranſact.* Marian. Antonin. *var. reſolut. lib.* 3. *reſol.* 39. *num.* 34. maximè in materia priuationis, etiamſi agatur de re ex ſua natura extenſibili. Honded. *conſil.* 72. *num.* 30. & 31. *tom.* 1. Barbat. *conſil.* 50. *Clementiſſimum, n.* 7. *vol.* 4. Franc. Viuius *deciſ.* 255. *num.* 3. *in med. lib.* 2. refert idem Barboſa *ſuprà num.* 12. Et licèt ſit eadem ratio in eo, quòd Gentiles ſicut Iudæi, & Mauri à cæcitate prauæ obſeruationis ad fidei claritatem eleuati fuerint: deficit tamen in principali, quod eſt in moribus, cauillationibus, & fallaciis, quibus Communitates omnes ſubuertunt Iudæi, & Mauri, & Hæretici eorúmque deſcendentes. Igitur nec eadem ſimplex ratio in gentilica adeſt progenie, nec horum ſtatutorum diſpoſitioni ſubiacet.

65 Antecedens quartò probatur, nam ſi aliqua ratione extenſio ad deſcendentes ex Gentilibus fieri poſſet, ideò eſſet, quia velut ſimiles cum Iudæis, & Mauris æquiparati exiſterent; At æquiparatio hæc vniuerſalis, & in omnibus, & per omnia debebat eſſe, gloſſ. *in verbo, Prorogamus, in cap. conſtitutus, de regularib. in* 6. adducti plures ab eodem Nicol. Euerardo *loco, à ratione legis, larga, ſub num.* 52. *verſ. ſecus ſi aliqua.* Aym. Crauetta *de antiquit. temp.* 4. *part. in princip. numero* 100. & *ſequentibus*, idem Alphonſ. à Villagut. *de extenſ. leg. corrector. & pœn. ſimul, numero* 64. *verſ. limita ſingulariter*, Cardin. Tuſch. *lit. E. concluſ.* 318. *num.* 18. & 28. *tomo* 3. Auguſt. Barboſa *Axioma*, 14. *num.* 4. vbi plures, *pag.* 15. & *loco*, 6. *num.* 2 *cum ſeqq. pag.* 306. præcipuè in his, quæ caſui cui æquiparatio fit, pertinent, ex Auguſt. Barboſa *num.* 2. Crauetta 101. *verſ. ſed contra. & num.* 135. *verſ. ſed certè iſta limitatio.* Villagut. *num.* 64. *in prima, & ſecunda ampliat. locis citatis.* Menoch. *de arbitr. caſu* 55. *n.* 4. & *de recuper. rem.* 1. *num.* 97. & *rem.* 15. *num.* 57. Et certè non conuenit in præcipua cauſa æquiparatio facta de Gentilibus ad Iudæos, & Mauros, quia plura inueniuntur in his, quæ cauſam prohibitioni dederunt, quæ in illis omninò deficiunt. Igitur nec eadem ratio, nec comprehenſio deſcendentium ex Gentilibus in his ſtatutis dari poſſunt.

66 Quibus accedit æquitas magna quæ facit pro his deſcendentibus à Gentilibus Æthiopibus, & Indis, quia cùm ex cæcitate ſua libenter ad fidei lucem peruenerint, & eam conſtanter ſubſtineant, ac obſeruent, in omnibus virtutis perfecta, & orthodoxa ſigna oſtendentes, ſintque bonis moribus, fidelitate ac cordis ſimplicitate præditi: non diſſenſionibus, nec rixis dediti, Chriſtianis veteranis diligenter, & fideliter inſeruientes, nulla eſt iuſta cauſa eos excludendi ex his puritatis ſtatutis; ſed potiùs fauoribus, & gratiis proſequendi. In quibus libenter ego admitterem ea, quæ de omnibus tam Iudæis, quàm Gentilibus ad fidem conuerſis, congerit Auguſt. Barboſa *de officio Epiſcopi* 1. *part. tit.* 2. *gloſſ.* 17. *à numero* 12. *cum ſequentib.* in Iudæis verò nullatenus: tum ex copioſè iam dictis, † tum quia multa cognita ſunt praua de generatione illa, vt cognouiſſe aſſerit Ignac. del Villar *in d. reſponſ.* 12. *numero* 37. ſed quis erit, qui maiora quotidie non cognouerit, & ſit expertus? 67

Sed maximè obſtat, quòd qualitas illa expreſsè ab his puritatis ſtatutis requiſita, quòd videlicet deſcendant admittendi à Chriſtianis veteranis, accipienda eſt de omnibus aſcendentibus in infinitum, vt ſupra dixi in præced. quæſtione ex num. 32. cum pluribus ſeqq. & infrà in ſeq. quæſt. § 2. latiùs dicam, quæ ita deficit in deſcendentibus à Gentilibus, ſicut à Iudæis, & Mauris, & videtur adeſſe rationis identitas, & ideò comprehenſio in ſtatutis. Cui dupliciter reſpondeo, † Primò verba illa ſtatutorum generalia, *Chriſtianos viejos*, exponi & terminari per ſequentia ſpecialia, videlicet, *limpios de toda macula de Iudios Moros, y penitenciados por el Sancto Officio.* Et tantùm debent accipi, & intelligi in terminis horum ſpecialium, ſeu in quibus omnino eadem adſit ratio, quia verba generalia reſtringuntur ad ea tantùm, quæ ſunt ſimilia expreſſis, non verò ad diuerſa extenduntur, ex text. *in l. fin.* § *quod ſi ita* 2. *de Tritico, vino & oleo leg. text. in cap. ſedes*, 15. *de reſcript. clem.* 1. *de prabend.* Abb. Felin. Sicul. Butr. Immol. *in d. cap. ſedes*, Cobbar. *lib.* 3. *var. cap.* 5. *numero* 5. *verſ. Tertiò vrget.* † Et generalitas reſtringitur ſecundùm ſpecialitates in diſpoſitione additas, ex Angel. poſt Iacob. de Arenis *in l. in obligatione generali, de pignor.* Pelaez *de maiorat.* 2. *part. quæſtione* 12. *num.* 62. Marta *part.* 4. *clauſula* 1. *num.* 4. Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 3. *tit.* 2. *num.* 36. Marcheſan. *de commiſſ. part.* 2. *pag.* 583. *num.* 2. *in vlt. impreſſ.* Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ.* 795. *num.* 18. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.* 4. *collect.* 1100. Rota apud Zachi. *poſt tract. de obligat. Camer. deciſ.* 111. *num.* 1. at deſcendentes ex Indis, & Æthiopibus diuerſi & diſtincti ſunt à Iudæis, & Mauris, & ab eorum deſcendentibus, à quibus in pluribus differunt, vt dictum eſt. Igitur ſub illa clauſula generali comprehendi gentiles non poſſunt, nec per conſequens in ſtatutorum prohibitione. 68 69 70

71 Secundò reſpondeo, quòd qualitas illa deſcendentiæ à Chriſtianis veteranis ex vi vocabuli verificatur in procreatis à parentibus & auis Chriſtianis, etiamſi cæteri gentiles fuerint, quia in his terminantur de rigore iuris aſcendentes in odioſis, (iam enim ſuprà dixi, quòd dum agitur de extenſione horum ſtatutorum ad aliud perſonarum genus præter expreſſa debent velut ſtricta reſtringi) vt probat apertè text. *in l. ſi quis inceſti* 6. ibi, *de aſcendentibus autem Pater, Mater, Auus, Auia. C. de inceſtis nuptiis.* † Et generaliter receptum eſt, quòd in odioſis vltra non extendatur aſcendentia, ſicut nec deſcendentia, vt probat Rebuf. *in l. liberorum*, 220. § *præter hæc, verſ. Notandum*, & aliis ibi, *de verbor. ſignificat.* quamuis regulariter in non odioſis aſcendentes in infinitum accipiantur, *l.* 4. § *parentem in fin. de in ius vocando.* Menoch. *conſil.* 333. *num.* 11. & *conſ.* 334. *num.* 16. ſicut etiam deſcendentes, *l. fin. C. de ſuis & legitim.* Auth. *de hæred. ab inteſt. in princip.* Pereg. *de fideicommiſſ. art.* 19. *num.* 11. & *art.* 22. *num.* 43. & *art.* 25. *num.* 8. & *art.* 30. *num.* 2. & 14. latè Aug. Barboſa *Appellat.* 70. *num.* 1. & *ſeqq. pag. mihi* 173. † Etiamſi agatur de fidei fauore, quia licèt ſit iure receptum, quòd infamiæ pœnas hæretici eorúmque deſcendentes patiantur, non tamen tranſgreditur ſecundam generationem, vt expreſsè iure conſtitutum habemus in text. *in capite* 2. § *hæretici*, 72 73

Digitized by Google

cap. ſtatutum, 15. *de heret. in* 6. quia velut odioſum in
nepotibus finitur, quod aliàs ad cæteros omnes nul-
lo ſecluſo gradu tranſire debebat, *l. nuptiæ* 53. *l. fin. de
ritu nupt. l. nemini*, 17. *C. de nupt. § ergo, inſt. de gradib. l.*
4. *tit.* 6. *part.* 4. & conſiderat Rebuff. citato loco, quare
autem prohibitio horum ſtatutorum omnes deſ-
cendentes Iudæorum & Maurorum indiſtinctè com-
prehendat ſtatim ſubiungam.

74 Nec facit hoc eſſe verum de iure communi, non
verò ſtatutario, quo in infinitum Chriſtiani vetera-
ni qualitas requiritur, vt ex quaſi omnibus puritatis
ſtatutis patet, quorum diſpoſitionem ſeruandam
nulli erit dubiuio. Quia reſpondeo, quòd licèt ſtatu-
torum diſpoſitiones ſeruandæ ſint, intelligendæ ta-
men ſunt, circa illa perſonarum genera tantùm de
quibus ſpeciatim loquuntur, non verò circa diuerſa:
& cùm ſuam generalem diſpoſitionem, & prohibi-
tionem dirigant expreſsè ad deſcendentes Hebræo-
rum & Sarracenorum, in eis tantùm indefinita illa
per gradus omnes accipienda eſt: non verò in aliis
ab eis diuerſis, de quibus nullibi loquuntur, & in
quibus diuerſa inuenitur ratio, & diſſimiles mores,
& inclinationes naturales, quæ cauſa fuerunt expel-
lendi deſcendentes Iudæorum & Maurorum, & qui-
dem finalis, & vt exciperent communitates à ſiniſtris
eorum moribus, & cùm hæ deficiant in gentilibus,
prædicta ſtatuta non reſpexerunt eorum deſcenden-
tes, nec ad eos direxerunt ſuam prohibitionem,
quod non inficias it Perezius de Lara *in d. cap.* 4.
num. 140. *verſ. Pro parte tamen negatiua*, & nos pluries
hac quæſtione docuimus, & dicemus in ſeq. q. §. 2.
per totum.

75 Ex quibus ſequitur, quòd in ſtatutis, quæ expreſ-
ſam in infinitum non faciant excluſionem deſcen-
dentium ex Hebræis, & Sarracenis attento iuris ri-
gore extenſio non fieret ad omnes in infinitum; ſed
intra certos gradus, quibus verificatur diſpoſitio,
tum ex *d. l. ſi quis inceſti*, & relatis rationibus. Tum
quia macula parentum poſtea extincta præſumitur,
ex cap. non debet 8. *de conſang. & affinit.* tenet Auguſt.
76 Barboſ. *in d. gloſſ.* 17. *num.* 13. † At reſpectu communis
acceptionis, quæ hodie in Hiſpania viget, accipien-
do verba, *Chriſtianos viejos*, pro deſcendentia indefi-
nita, nullo etiam vlteriori intercluſo gradu, à Chri-
ſtianis veteranis, non deſcendentibus à Iudæis, nec
Mauris, vt probabo infrà in ſeq. quæſt. §. 2. aliud di-
cendum conicio, nam ex ſimplici excluſione excluſi
77 omnes cenſerentur: † quia diſpoſitionis verba in-
telligenda ſunt ſecundùm communem & vſitatum
ſignificatum, *l. labeo*, 7. *§. Tubero, de ſupellect. leg.* 5. *cum
de lanionis*, 18. *§. Item Cacabos*, 3. *verſ. optimum ergo, de
Inſtruct. & inſtrum. leg.* cum ſimilibus adducendis in
ſeq. quæſt. in princip. & adductis per Auguſt. Barboſ.
Axioma 212. *num.* 7. ad quod eſt animaduertendum,
hanc ſignificationem tantùm receptam eſſe in deſ-
cendentibus à Moſaïcis & Sarracenis, non verò reſ-
pectu gentilium, qui nunquam in infinitum ſimilem
perpetuam maculam ad omnes poſteros tranſmit-
tunt, nec fuit vnquam in vulgo recepta tranſmiſſio:
& certè ratio diſparitatis maxima eſt, tum ex dictis,
78 † tum quia in Iudæis omnibus indiſtinctè adeſt
79 prauorum morum ratio, ex illo Deut. 32. *Generatio
peruerſa, & infideles filij*, non verò in Gentilibus, tum
quia Iudæi, & eorum generatio, & progenies abſ-
que limitatione extant maledicti à Chriſto Domi-
no noſtro, ex Matth. 11. & 17. Ioan. 8. Luc. 9. Deut. 9.
& 32. Actor. 7. quod omne deficit in deſcendenti-
bus ex Gentilibus conuerſis, inter quos interuenit
magna rationis diſparitas.

80 At ſi in aliquo horum ſtatutorum ſpecificè ex-
tent excluſi omnes ex Indis, & Æthiopiſatis, ſeu
deſcendentes ex aliis perſonarum generibus, aut ex
neophytis, præcipuè in fundationibus, & diſpoſitio-
nibus particularibus teſtatorum, qui poſſunt ſuis vl-
timis elogiis, quaſcumque adiicere conditiones &
grauamina, & quas voluerint perſonas nominare,
ſeu excludere ex Lambert. *de iure patronatus lib.* 1.
part. 1. *quæſt.* 9. *num.* 52. Otalora *de nobilit.* 2. *part.* 3.
princip. cap. 7. *num* 26. Perezio de Lara *d. cap.* 4. *num.* 1.
& 10. Barboſa *in d. gloſſ.* 17. *num.* 25. *&* 26. erit diſpo-
ſitio & excluſio valida, licèt non tam iuri & rationi
conſona, ſicut in Hæbreis, & Sarracenis, quod probat
Ricciol. *de neophyt. cap.* 7. *num.* 32. ſicut admiſſum vi-
deo in Collegio maiori ſanctæ Mariæ de I s s v ciui-
tatis Hiſpalenſis, quo excluduntur gentiles, &
Æthiopes in tertio articulo generalis interogatorij
ad informationes Collegialium, vt patet ibi, *Y que
no ſon Canarios de los Guanchos, ni Gitanos, ni negros,
ni mulatos*, quæ vt intelligo magis ex cõſuetudine, &
arbitratu Collegialium appoſita fuerunt, quàm ex
ſtatuto ipſius Collegij, nullum enim vidi, quo ſpe-
cialiter prædicti repellerentur.

Manet quidem ex dictis, quòd Indi, & Æthiopes, 81
cæteríque gentiles nouiter conuerſi, eorúmque filij
& nepotes excluſi exiſtant ex verbis generalibus,
deſcendientes de Chriſtianos viejos, in dictis exiſtenti-
bus ſtatutis, & hoc non tam ex eorum mente, & vir-
tute, ſed ſimul ex quadam honeſtatis ratione, qua
non erit expediens, quòd nouiter, & de recenti con-
uerſi, & eorum filij, & nepotes ad ſimilia euehantur
officia, dignitates & honores, ad quos tanta ſangui-
nis puritas & claritas à Chriſtianis deriuata paren-
tibus requiritur, quæ aliquo modo in prædictis defi-
cere videtur, arg. *cap. non debet*, 8. *de conſang. & affin. l.
non facilè*, 4. *in princip. de Gradibus*, Barboſa *in d. gloſſa*
57. *num.* 23. & quia oportet in ſimilibus præferri
Chriſtianos antiquos eis, qui nouiter ſunt conuerſi
ad fidem ex Ripa *in cap. eam te*, *num.* 32. *de reſcript.*
Auend. *in cap. prat.* 19. *num* 20. *verſ. cæteri verò*, 1. *part.*
Ricciol. *de Neophyt. cap.* 5. *num.* 13. *vbi*, *num.* 14. ait,
nõ admittendos, vbi interuenit bonum publicum, &
vbi expedire videatur hos non admitti, vt in ſpecie
noſtra opportuniſſimũ eſt, cũ horum qualitates dif-
ferant plurimùm à qualitatibus Chriſtianorum anti-
quorum, vt Rota *deciſ.* 149. *ſub n.* 5. *p.* 1. *recent.* Cæſ. de
Graſſis *deciſ.* 1. *ſub num.* 5. *& ſub n.* 10. Ricc. *c.* 8. *n.* 6. *loco
citato.*

Nec tunc obſtant Laræ rationes, & fundamenta. 82
Non Primum, quia nihil intereſt, quòd Gentiles
conuerſi fuerint ab Apoſtolis, aut ab eorum ſucceſ-
ſoribus, qui eorum in loco fuerunt ſubrogati, quia
etſi Apoſtoli officium prædicandi habuerint
Matth. 28. 19. Luc. 16. 15. & illi auctoritate accepta
à Chriſto Domino noſtro in ſui loco Epiſcopos ele-
gerunt, *cap. quorum vices*, 6. 68. *diſt.* † Et ideò dicatur 83
Epiſcopos loco Apoſtolorum ſucceſſiſſe, *cap. in nouo*,
n. 21. *diſt. cap. Abſit.* 14. 11. *quæſt.* 2. *cap. videntes*, 16. §.
ipſa verò, 11. *quæſt.* 1. Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.* 4. *in
medio*. Bellarmio *de controuerſiis Chriſtianæ fidei tit.* 1.
controuerſ. 1. *generali*, *lib.* 4. *de Romano Pontifice*, *cap.* 13.
P. Suarez *lib.* 4. *de pœnit.* 2. *part. diſp.* 25. *ſect.* 1. *num.* 12.
videndus latè Auguſt. Barboſ. *de offic. Epiſcopi* 1. *part.*
tit. 1. *cap.* 1. *num.* 19. *& ſeqq.* qui munus prædicandi
habent, ex Trid. *ſeſſ.* 5. *de reformat. cap.* 5. Campan. *in
diuerſorio Iuris Canon. Rub.* 12. *c.* 13. *n.* 13. & hi, quibus
illi met commiſerint, *cap. inter cætera*, 15. *de offic. Or-
din.* Syluest. *verb. Prædicatio*, *num.* 1. *verſ. Primo verò*,
Soto *in* 4. *diſt.* 4. *quæſt. vn. art.* 1. *verſ. Nota actum*, idem
Barboſa *citato loco*, 3. *part. allegat.* 75. *num.* 5. Vnde qui
à prædicatoribus noſtri temporis ab Epiſcopis ele-
ctis fuerint conuerſi, eſt idem, ac ſi ab ipſiſmet olim
conuerterentur Apoſtolis, etiam ad finem de quo
loqui

Digitized by Google

loquimur:& ſi non ex Iudæis, Mauris,nec hæreticis,
ſed ex gentilibus deſcendant , poſtnepotes admitti
poterunt ad ſanguinis puritatis munera , conducunt
tradita à Did. Velaſq.*in defenſ. ſtatuti Tolet.c.19.verſ.
Præterea noſtra ſtatuta*,quia exinde Chriſtiani vetera-
ni ex gentilibus dicuntur,maximè cùm ipſi, nec eo-
rum deſcendentes ſpecialiter non ſint ab his ſtatu-
tis prohibiti, nec reiecti ; ſequeretur enim ex Laræ
ratione, quòd gentiles conuerſi paulò poſt Apoſto-
lorum mortem , non poſſent hodie dici Chriſtiani
veterani , quia non fuerunt ab Apoſtolis conuerſi,
quod abſurdum,nec ferendum, eſt , vt rectè conſide-
rauit Did. Velaſquez in proximè citato loco.

84 Nec ſecundum obſtat ex D. Pauli loco 1. ad Ti-
moth.cap.13. quod aduerſus hanc opinionem nihil
facit,nec quidem aduerſus gentiles, nec quod magis
eſt,contra Iudæorum, nec Maurorum deſcendentes,
ſi bene inſpiciatur Apoſtoli mens. Nam ratio qua
Neophyti ab Epiſcopatus dignitate reiiciuntur,ideò
eſt,ne ex tam recenti conuerſione ad tantam aſcenſi
dignitatem , & ſuperbia elati in iudicium incidant
diaboli, vt patet ex eodem loco,*& d.cap. Neophytum*,
85 *9. 61. diſt.* † Ex qua ratione communiter receptum
eſt,quòd ad ordines ſacros non debent promoueri,
vt probant Cobb.*in Clem.ſi furioſus,1.part.§. 2. num.
7.verſ.ſecunda concluſio* , & alij plures relati à Mart.
Bonacin.*de Irregularit.diſp.7.queſt.2.punct. 5. num.* 1.
& ab Aug.Barboſ.*in d.gloſſ.17 num.6.& 2 part. Alle-*
86 *gat.10 num.* 7. † At ſi bonæ vitæ ſpecimen dederint,
ordinari ſacrè valebunt,*ex d.cap.Neophytum*,præcipuè
ſi humiles inueniantur ex Alphonſo Aluarez Guer-
87 rero *in ſpeculo Iuris Pontificij , cap.* 10. *poſt princip.* †
Immò tranſacto biennio à ſua conuerſione,poſſe or-
dines accipere ſacros,dixit Campanil,*in diuerſ. Iuris
Canon.Rub.*11.*cap.7 num.* 5. vt vtrumque refert Bar-
boſa *citato loco,num.6. in fin. & num.* 7. dicens in ſeq.
num.hanc prohibitionem non ex præcepto Chriſti
emanaſſe,ſed ſecundùm legem communem Apoſto-
lum ipſum hoc pronunciaſſe tamquam Eccleſiæ Do-
ctorem,præcipientem nomine Chriſti *ex d.cap.Neo-*
88 *phytus* , & Turrecremata , & Azorio quos citat. †
Quare ſi aliter deficiat prædicta ratio principalis,
Neophyti ſimiliter promouendi veniunt ad ſacros
ordines,velut ſi à natiuitate ſacro fonte Baptiſmatis
fuerint conſperſi;Immò Neophyti propriè tùc non
dicuntur ex Cobbar. *citato loco* , 1. *concluſ.* Nauarro,
Toleto,Filiucio , Reginald. & aliis adductis ab eod.
Mart.Bonac.*n.*5.& à Barboſ.*num.*4. *citatis in locis,&
in d.Allegat.*10.*num.* 7. vbi *num.* 8. docet, quæ ad eos
ordinandos inquirere, & perſcrutari debeat Epiſco-
pus,at in eorum deſcendentibus omnino ceſſat ra-
tio,& diſpoſitio,quia cùm non deſcendant ab hære-
ticis propriè ſumptis,& illi per ſe Chriſtiani ſint, &
89 non Neophyti, † ordinum & dignitatum ex iure
communi capaces ſunt,ex Suarez *tom.* 5. *diſput.* 41.
*ſect.3 num.*8.Filiucio *tract.20.cap.* 9. *num.* 241. docet
Bonacina *citato loco quæſt.*3.*punct.* 7. *num.* 11. quare
nullam habet vim Pauli locus in noſtro dubio , lo-
quitur enim in diuerſa ſpecie , & ratione , vt vi-
diſti , ita vt afferri hæc à viro docto non expediat.
Scio enim communiter adduci à DD. cum aliis
ſacræ paginæ locis ad horum ſtatutorum Iuſtitiam
demonſtrandam,ſed certè immeritò , quia quoad ea
parum , aut nihil conuincit , immò ad rem omnino
non pertinet , nec quid probat , vt ſatis ex dictis ap-
paret.

90 Nec tertium Laræ fundamentum deductum ex
ex illis ſtatutorum verbis,***Chriſtianos viejos***, nec qui-
dem eius confirmatio,quam adduxi ſuprà num. 53.
quicquã faciunt. Nam ſatis reſponſum manet ſupe-
riùs *in verſ.ſed maximè obſtat,n.* 68.cũ pluribus ſeqq.

Sed illud omiſſum relinquere non audeo , non 91
rectè formaſſe Perezium de Lara in citato loco , Iu-
dæos & Mauros & eorum ſiniſtros mores fuiſſe tan-
tùm cauſam impulſiuam , non finalem conſtituendi
prædicta ſtatuta , quia verius eſt finalem in ſtatuen-
tium mente fuiſſe , immò clarè conſtat ex proœmio
ſtatuti Toletani,& aliorum,in quibus Iudæi & Mau-
ri & eorum mores recenſentur , & exprimuntur ve-
lut eorum cauſæ finales, à quibus eripere voluerunt
communitates,& cauſæ adſcriptæ in proœmio fina-
les cenſentur ex text.*in l.fin.de hered. inſt.* & DD. ad-
ductis ſuperiùs *n.* 60. & licèt præcipua eorum cauſa
fuerit bonum commune Tribunalium & commu-
nitatum,tamen cùm hoc conſiſteret in eis eripiendis
à periculis & damnis , quæ quotidie eueniebant ex
receptione infectorum propter ſuos prauos mores,
& deteſtabiles inclinationes , fuerunt hæ primæuæ
cauſæ erigendi puritatis ſtatuta,quibus non egerent
communitates , ſi Neophytorum mores recti eſſent
& honeſti , & ceſſarent prædicta pericula & damna
ex eis prouenientia, † quæ in noſtra ſpecie ſeparari 92
non poterunt à communitatum damnis , ſeu vtilita-
te, cùm ſint inter ſe velut relatiua , & cohærentia,
arg.text.in l.fin. de acceptilat.l.fin. de indicta viduit.toll.
& quæ animaduertunt Io. Garcia *de nobilit. gloſſ.* 7.
*num.*23.& Valençuela *conſ.90.num.*42. *& ſeqq.*& fa-
ciunt plura tradita per Auguſt. Barboſ.*Axioma.* 61. *n.*
1.*& ſeqq.pag.mihi* 41. Quibus manet hæc ſexta illa-
tio expedita, & ſatis explicata , & vniuerſa quæſtio
perfecta & bene enodiata.

Vſque adhuc egimus de primo membro huius
primæ partis noſtri tractatus,de iuſtitia videlicet &
vtilitate ſtatutorum puritatis.De ſecundo verò circa
probandum nobilitatem & puritatem ſanguinis la-
tè in ſequentibus quæſtionibus, & per totum tracta-
tum diſcutiemus , quia à nemine quem viderimus
vſque adhuc ex profeſſo ſaltim de hac materia actum,
nec tractatum inuenietur, vt nunc erit ; citati verò
in præced.quæſt..num.29.non principaliter , ſed in-
cidenter de ea fuerunt loquuti,itaut nunc plurimùm
noui, atque vtilitatis ex hoc noſtro labore proueni-
re, Deo fauente,ſperemus.

QVÆSTIO IIII.

*De verbis quibus hoc in tractatu agendum
eſt,tam quæ ad familias pertinent , quàm
ad ſanguinem. Quando puritas ſeu ma-
cula contrahantur, & vnde oriantur. Et
de pœnitentiis in ſancto Inquiſitionis Of-
ficio impoſitis,quæ ſint,& quando deſcen-
dentibus obſtent,quando verò non. Noua
quidem diligens , & perutilis in materia
explanatio,& pertractatio.*

SVMMARIVM.

1 *Verborum ſignificatus , & definitio mate-
riam explicant, & dicendis intelligentiam
præſtant.*

2 *Nomina eo in ſignificatu accipienda , quæ
communiter accipiuntur, & ſecundùm con-
ſuetudinem Regionis.*

Appellatio

Appellatio vulgaris pro lege habetur, ibidem.
3 *Multoties dum verborum proprietas attenditur veritatis ſenſus amittitur.*
4 *Statuta de nobilitate loquentia intelligenda de nobilitate generis, quia eo in ſenſu eam vulgus accipit ſi fuerint facta à viris doctis intelligi debent de quacumque nobilitate iuridica*, num. 5. *Præſumuntur edita à viris doctis*, num. 6.
5 *Verba à Doctis prolata intelligenda ſecundùm loquendi modum peritorum.*
7 *Non eſt recedendum à propria verborum ſignificatione, ſi ea omnes vtantur, ſi verò non attendatur diſpoſitionis auctores, vt ſecundùm cuiuſque conditionem ſignificatio ſumatur. In dubio tamen recedendum non eſt à proprio ſignificatu verborum*, n. 8.

1 QVæ verborum ſignificatus, ſeu definitio rem,
de qua agitur, eiuſque naturam, & eſſentiam
explicent, & demonſtrent, plurimúmque ad materiæ
intelligentiam deſeruiant, ex pluribus adductis à D.
Io. del Caſtillo *lib. 1. quotid. controuerſ. de vſufructu cap.
4. num. 1.* & à D. Ant. Pichardo *in §. extraneis, num. 28.
inſt. de hered. qualit. & differ. & in tract. de mora, num. 3.*
plura Moneta *de diſtribut. quotid. 1. part. quæſt. 4. ex
num. 2. cum ſeqq.* neceſſarium, atque maximè expediens
mihi viſum fuit, ſpeciatim nunc agere de verbis
ad noſtrum tractatum conducentibus, in quibus
diſpoſitio ſtatutorum puritatis verificari, locúmque
habere valeat, in quibus verò non, vt quæ in vniuerſo
tractatu agenda, & adducenda ſunt, faciliùs intelligantur,
& demonſtrentur.
2 Et in primis ſciendum eſt, nomina accipienda eo
in ſignificatu, & ſenſu quo communiter & generaliter
accipi ſolent ex notis Iuribus *in l. liberorum, 51.
§. quid tamen Caſſius, 4. de leg. 3. l. cum de lanionis, 18. §.
item Caccabos, 3. verſ. optimum ergo, de Inſtruct. vel inſtrum.
leg. l. labeo 7. §. Tubero 1. de ſupellect. leg. l. cum
inte 6. C. de Donat. ante nupt.* Bald. *in auth. Quod ſine,
num. 5. C. de teſtam.* Cobb. *in cap. Alma mater. 1. part.
§. 8. n. 5. de ſent. excommunic. in 6.* Salacat *de vſu & conſuetud.
c. 1. num. 85. & 86.* cum aliis ibi Marc. Ant. Genuenſ.
pratic. eccleſiaſt. q. 216 num. 2. Pelaez *de maiorat.
1. part. quæſt. 65. num. 49.* Card. Mantica *de coniect. vlt.
vol. lib. 3. tit. 8. num. 1. & de tac. & amb. lib. 1. tit. 3. n.
10. & lib. 2. tit. 8. ex num. 1. cum ſeqq. & tom. 2. lib. 14.
tit. 40. num. 24. & lib. 24. tit. 2. num. 3.* Fr. Ant. à Souſſa
*ad Bullam in cœna Domini cap. 2. num. 4. & cap. 6. diſp.
39. num. 3. & cap. 7. num. 5.* Gonçalez *ad Reg. 8. Cancellar.
gloſſ. 11. num. 63. gloſſ. 13. num. 62.* & Surd. *conſ.
313. num. 87. & conſ. 454. num. 13.* & ſecundùm
conſuetudinem regionis, vt per Stephan. Gratian.
diſcept. forenſ. cap. 78. num. 29. Pelaez *de maiorat. 1. part.
initio num. 268.* Zaball. *comm. q. 409. per totam* quia
vulgaris appellatio pro lege habetur, ex eodem
Gonçalez *d. gloſſ. 11. num. 69.* refert Auguſt. Barboſa
Axioma 222. ſub num. 7. Io. à Roxas *de haret. 1. part.
3 num. 380.* vbi n. ſeq. ait,† quòd multoties, dum verborum
proprietas attenditur veritatis ſenſus amittitur,
ex dictis iuribus, *& cap. intelligentia 6. cap. Præterea
8. de verb. ſign. cap. Marquion. 64. 1. quæſt. 1. cap. ex
litteris, 7. de ſponſal.* Bart. Chaſſan. *in Catalogo glor. mundi,
8. part. conſid. 16. verſ. & horum, & conſid. 17. verſic.
4 & an ſtatutum,* & vtrobique ait,† ſtatuta de nobilitate
loquentia eſſe intelligenda de nobilitate generis,
quia hoc ſenſu vulgò & communiter accipitur,
ex Felin. *in cap. ſuper eo num. 4. verſ. Primò propter
ſtirpem. de teſtib.* Matth. Mattheſil. *ſing. 103. incipit. nota
quod ſi capitulum.* Paulo de Caſtro *conſ. 218.* † 5
Quamquam ſi ſtatuta fuerint facta à viris doctis &
literatis, intelligi debent de quacumque nobilitate
iuridica, eo quòd verba à doctis prolata intelligenda
ſunt ſecundùm loquendi modum peritorum, vt
ſubdit idem Chaſſaneus *d. conſid. 17. verſ. cum autem,
conſuetudines, ex gloſſa,* & Bart. *in l. quid ſi nepotes 6.*
quam legit *cum l. antecd. de teſtam. tutela & in l. omnes
populi, in 3. quæſt. 6. quæſt. princip. de iuſt. & iur.* &
Alex. Barb. & Bono de Curte in locis ibi per Chaſſaneum
allegatis. Curt. Iun. *conſ. 5.* † vbi ait, quòd ſta- 6
tuta præſumuntur edita à viris eruditis, Aym. Crauetta
in Repet. Rub. num. 13. de leg. 1. † licèt regulariter 7
loquendo à propria verborum ſignificatione non ſit
recedendum *ex l. non aliter, 69. in princip. de leg. 1. l.
ſi quis, 112. de verbor,* & ex aliis adductis a Io. à Roxas
1. part. de haret. n. 284. Pelaez *de maiorat. 1. p. q. 65. n.
57.* plures congerit Aug. Barboſa *d. Axioma. 222.
num. 4. & 5.* † ſi verò ſignificatio communis ita generalis
ſit, vt omnes ea indiſtinctè vtantur, aut ſaltim
qui verba profert, ſemper attendenda erit ex
iuribus ſupra adductis, ſi verò non ita communis,
quia vulgus aliter, aliter periti eã ſumũt, vidẽdi ſunt
diſpoſitionis auctores, an docti ſeu vulgares ignari
& ſecundùm cuiúſque intelligentiam, & qualitatem
ſignificatio ſumenda erit, ex adductis per Manticam
de coniectur. vlt. volunt. lib. 3. tit. 5. num. 70. & aliis apud
Pelaez de Mores *de maiorat. 2. partis initio num. 268.
cum ſeqq.* Ant. Peregr. *de fideicom. art. 11. num. 5. & ſeqq.*
atque ita ſunt intelligendi ſuperiùs citati. In dubio
verò intelligenda ſunt in proprio ſignificatu *l. 2. §.
25. qui nauem de exercit.* Crauet. *conſ. 288. ſub num. 3,*
Gracian. *Marchia deciſ. 43. n. 12.*

Quibus ſuppoſitis, vt ea, quæ ad noſtræ quæſtionis explicationem tradituri ſumus debito ordine, & claritate procedant, vniuerſam quæſtionem in ſeptem diuidam partes, in quibus diſſeram, quæ ſequuntur.

1 De nominibus, quæ ad familias, & genera pertinent.
2 De his quæ ad ſanguinem pertinent.
3 De pœnitentiis à ſancto Inquiſitionis officio viuis & præſentibus ante filiorum natiuitatem impoſitis.
4 De impoſitis abſentibus, & defunctis quatenus noceant filiis natis ante commiſſum crimen.
5 De nobilitate breuiter pauca proponam.
6 De filiis illegitimis, & ſpuriis excluſis in aliquibus ſtatutis.
7 De conditionibus in hominum diſpoſitionibus appoſitis, à quibus requiruntur puritatis & nobilitatis qualitates, & quo pacto intelligantur.

Digitized by Google

§. I.

De nominibus, quæ ad familias, & genera pertinent.

SVMMARIVM.

1 *Conſanguinitas*, & num. 5.
Conſanguinei, ibid. & num. 9.
2 *Coniuncti*, & n. 6.
4 *Cognati*, & n. 8.
6 *Agnati*, & n. 7.
10 *Genus.*
Familia, ibid. & n. 11. & 12.
} *Quid ſint.*

11 *Domus*,
Agnatio,
Gens,
Linaje,
13 *Conſortium*,
14 *Proſapia*,
16 *Stirps*,
17 *Fons*,
} *Quid ſint.*

Cippus, ibid.
18 *Linea*, & n. 19. & ſeqq.
28 *Poſteri*, & n. 30.
31 *Progenies*,
32 *Proles*,
33 *Soboles*,
34 *Generatio*,
35 *Deſcendentes*,
36 *Liberi*,
37 *Sanguis*,
38 *Semen*,
39 *Mei*,
51 *Gradus*,
} *Quid ſint.*

3 *Naturales continentur ſub appellatione conſanguineorum & coniunctorum, & de linea dicuntur*, n. 41.
6 *Iura ſanguinis æqualia inter maſculos & fœminas.*
Deſcendentes à fœminis cognoti dicuntur, ibid. & num. 8. & conſanguinei, num. 9.
7 *Tranſuerſales comprehenduntur ſub nomine agnatorum, niſi aliud colligatur ex mente diſponentis.*
10 *Genus aliquando ſumitur pro qualitatibus generis & ſanguinis perſonarum.*
12 *Familia nomen quos comprehendat, Domus nomen etiam*, ibid.
15 *Agnati & cognati comprehenduntur ſub appellatione familia Domus, & ſimilium.*
19 *Linea idem quod funiculum. Recta debet eſſe*, num. 20. & 21. *Quid ſit? collectiua eſt, & multorum graduum incluſiua*, n. 24. *Tripliciter conſideratur*, num. 25. *Aſcendentium vnica*, num. 26. *Deſcendentium plures*, num. 27. *Duas tantùm ab aliquibus conſiderari*, num. 44. *Contrarium verius, vt ibi*, & num. ſeqq. *Collateralis in decimo finitur gradu. Deſcendentium & aſcendentium in infinitum procedit*, num. 48. *Et quoad iura ſanguinis etiam*, n. 49.
23 *Amor & ſanguis æquiparantur.*
30 *Poſthumi & fœmina an veniant appellatione poſteri.*
40 *Fœmina comprehenduntur ſub appellatione poſteri, progenies, ſobolis, & ſimilium.*
42 *Fratres de linea dicuntur.*
43 *Statutum loquens de poſteris ſeu progenie, & de ſimilibus intelligitur de omnibus deſcendentibus in infinitum.*
45 *Differentia inter aſcendentes, & deſcendentes.*
Opinio Cujatij, Hotomani, & Pichardi circa lineas reiicitur & veram eſſe communem probatur, ibid.
46 *Correlatiua ex duobus extremis conſtituuntur, & non poteſt eſſe vnum ſine altero, niſi diuerſa vtriuſque ſit ratio*, n. 47.
47 *Aſcendentes & deſcendentes in aliquibus Iure differunt, & à Collateralibus*, n. 48.
49 *Succeſsio maioratuum in infinitum procedit.*
Gradus quoad iura ſanguinis indefinitè conſiderantur, ibid. & num. 54. *Quomodo conſiderentur, numerentúrve*, num. 50. & 52. & ſeqq. *deſeruiunt ad numerandum coniunctiones ſanguinis*, n. 51.
54 *Iura ſanguinis in infinitum procedunt & perpetua ſunt.*
Computatio graduum neceſſaria non eſt dum agitur de puritate probanda, ibidem.
55 *Macula generis meliùs probatur per aſsignationem certa perſona à qua proueniat, quàm generaliter.*

INTER ea, quæ hac in quæſtione dicenda ſunt, magis vulgaria videbuntur, quæ in hac prima parte ſunt tractanda, ſed cùm acturi ſimus in vniuerſo tractatu de puritate & nobilitate probanda inter omnes de familia ab eadem ſtirpe, ſeu radice prouenientes, qui conſanguinei, & ab eadem orti linea dicuntur, operæ pretium eſſe duxi, de his vocibus aliquid breuiter agere, licèt apud DD. earum ſignificatio nota & communis eſſe videatur.

In primis eſt ſciendum, quòd conſanguinitas di- 1
citur ſanguinis communicatio inter eos, qui ab eadem deſcendunt radice, & à ſanguine parentum, quorum commixtione generatio proceſſit, & eſt quaſi vnitas ſanguinis, & conſanguinei quaſi eodem ſanguine iuncti, vt dixit, I.C. *in l. 1. §. ſciendum 8. verſ. Conſanguineos autem, de ſuis & leg. hæred.* & aptè probatur *in l. 1. vbi Greg. in ſumma, & in gloſſ. 1. tit. 6. part.*
4. † Et ideò coniuncti etiam appellantur, & compre- 2
hēduntur omnes eodē iuncti ſanguine tam maſculi, quàm fœminæ, Rebuff. *in l. 1. verſ. Decimo tertio de verb. ſign.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 9. num.* 200. Menoch. *lib. 4. præſumpt.* 84. *num.* 31. Simon de Prætt. *de interpretat. vlt. volunt. fol.* 293. *num.* 67. *& fol.* 337. *num.* 14.

num 14, Peregr. *de fideicom. art.* 22. *num.* 32. Auguſt.
Barboſ. *Appellat.* 56. *num.* 1. vbi plures, & *in num.* 3.
3 † ait contineri etiam naturales, ex And. Tiraq. *num.*
3. *&* 4. Pereg. 83. & 89. locis citatis, & Fuſar. *de ſub-*
4 *ſtitut. quaſt.* 369. *nu.* 4. † quare qui eodem ſanguine
iunguntur cognati dicuntur, quaſi ex vno nati, ſeu
quia naſcendi initium quaſi commune habuerunt,
vt ait I.C. Vlpian. *in l.* 1. & colligitur ex *l.* 1. *Vnde co-*
gnati, *l. non facilè* 4. §. *cognati* 1. *l. Iuriſconſultus*, 10. §.
nomen, 1. *de grad. & affin. explicat.* Cobb. *in* 4. 2. *part.*
cap. 6. §. 6. *num.* 1. cum adductis à Pelaez *de maiorat.* 2.
5 *part. quaſt.* 6. *num.* 400. † Definitúrque ex his conſan-
guinitas, vt ſit vinculum perſonarum ab eadem ſtir-
pe deſcendentium carnali propagatione contractum
ex Cobbar. citato loco, P. Th. Sancio *de matrim. lib.*
7. *diſp.* 50. *à princip.* vbi latè rem explicat, Io. Gutier.
eod. tract. cap. 98. *num.* 1. Mart Bonacin. *tract. eodem*
quaſt. 3. *punct.* 5. §. 1. *num.* 3. Auguſt. Barboſ. *de officio*
Epiſcopi 3. *part. Allegat.* 51. *num.* 154. *& Appellat.* 57.
à num. 1. *cum ſeqq. pag. mihi*, 169. vbi latè numerat om-
nes, qui conſanguineorum appellatione continen-
tur.

6 Ex quibus ſequitur, quòd cùm iura ſanguinis æ-
qualia ſint inter maſculos & fœminas, eodem modo
cognatos dici deſcendentes à maſculis, ſicut à fœ-
minis, vt colligitur *ex l. fin. §. inter agnatos, de Gradib.*
& affi. quia cognatus verbum genericum eſt tam
maſculos, quàm fœminas apprehendens, licèt ite-
rum ſumatur in ſpecie pro deſcendentibus à fœmi-
nis tantùm. Et agnatus priuatim à maſculo deſcen-
tem ſignificat, ita vt cognatio in genere ſumpta con-
tineat cognationem in ſpecie & ſimul cognationem,
vt conſtat ex *d. §. inter cognatos, & ex l.* 3. *§. agnati*, *de*
ſuis & legitim. Princ. inſt. de leg. agnat. ſucceſ. Simon de
Prett. *de interpretat. vlt. vol. lib.* . *dubit.* 1. *ſolut.* 11. *n.* 10.
plures alij penes Auguſt. Barboſ. *Appellat.* 11. *num.* 1.
& explicat Io. Zañez Parlad *quotid. diff.* 90. *ſub num.*
1. & D. Ant. Ficbar. *in princip. num.* 2. *inſt. de Gradib.*
cognat.

7 Agnatorum verò nomine ſecundùm veriorem
opinionem non ſolùm comprehenduntur deſcen-
dentes, ſed etiam tranſuerſales, vt docent adducti per
Mantic. *de coniect. vlt. volunt lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 12. Me-
noch. *lib.* 4. *præſump.* 88. *num.* 19. *& conſ.* 414. *num.* 20.
& ſeq. Fuſar. *de ſubſtitutio, quaſt.* 361. *ex n.* 4. Anchar.
conſ. 152. *num.* 5. Tib. Decian. *conſ.* 86. *num.* 48. *& ſeq.*
lib. 3. Peregr. *conſ.* 149. *nu.* 6. *& ſeqq. lib.* 5. niſi aliud ex
mente diſponentis colligatur, Menoch. *num.* 19. *verſ.*
ſecundus caſus, Fuſat. *num.* 10. locis citatis. Intrigli.
de ſubſtitut. centur. 3. *quaſt.* 83. *num.* 23. Cephal. *conſ.* 510.
num. 21. *cum ſeqq.*

8 Cognatorum quidem appellatione veniunt maſ-
culi generaliter tamen, ſpecialiter verò fœminæ
tantùm, *l.* 1. *unde cognati*, *l. Inter agnatos*, 5. *vnde legitim.*
l. non facile, 4. §. *cognationis*, 1. *de Gradib.* Andr. Tiraq.
de retract. lignag. §. 1. *gloſſ.* 9. *num.* 11. Laurent. de Palat.
in tract. quod extante maſc. num. 215. Ant. Peregr. *de-*
fideicom. art. 21. *num.* 39. Fuſar *de ſubſtitut. quaſt.* 368.
num. 1. niſi aliud de mente teſtatoris colligatur, vt
ſi vocet cognatos de familia & domo, quia tunc non
fœminæ, ſed agnati comprehendontur tantùm, vt
bene explicat Fuſar. *num.* 2. citato loco, Atque etiam
naturales ſub cognatorum nomine veniunt, ex Pe-
regr. *num.* 85. *&* 89. *in fine*, & Fuſat. *n.* 4. citatis in locis,
9 † Et cognati ſub nomine conſanguineorum com-
prehenduntur ex conſuetudine aliquarum regionum
ex Tiraq *n.* 5. Pereg. 31. Fuſar. 2. citatis in locis Lu-
douic. Gom. Epiſcop. Sernenſ. *deciſ.* 102. *lib.* 1.
10 Quos omnes tam agnatos quam cognatos voca-
mus genus, ſeu familiam. Genus igitur, quia omnes
ab aliqua ſtirpe deſcendentes, etiam collaterales
comprehendit, vt docet Rebuſ. *in l. tigni*, 62. *verſ. &*
varias generis, *de verbor. ſign.* Io. Garcia *de nobilit. in*
diuiſ. num. 5. *& gloſſ.* 1. §. *num.* 37. plura Auguſt. Bar-
boſ. *Appellat.* 108. *per totam.* Genus autem aliquando
ſumitur pro qualitatibus, ſeu conditionibus perſo-
narum, vti ſumitur verbum genus *in cap.* 7. *ſeſſ.* 23. *de*
reformat, Concil. Trid. quo inquiri iubetur, an ad Or-
dines promouendus ex Catholicis ortaut parenti-
bus, an ex proditione damnatis, aut de matre ſerua
natus ſit, iuxta expoſitionem Mayoli *de irregularit.*
lib. 4. *cap.* 2. P. Henriq. *in ſumma lib.* 10. *cap.* 17. *in*
in comment. lit. C. An verò legitimus, vel liber, ſeu ex
genere Hebræorum deſcendens, prout explicat
Cenedo *ad Decretal. collect.* 77. *num.* 20. Cui conuenit
Filiucio *de ſtatu de cleric. tract.* 41. *cap.* 5. *n.* 6. *verſ. no-*
tandum ſecundo, licèt reprehetur in hoc vltimo ab
Auguſt. Barboſa *de offic. Epiſcopi*, 2. *part. Alleg.* 10. *n.* 5.
& probatur ex communi acceptione, nam cum ſcire
cupimus ſanguinis qualitates alicuius, interrogamus
ex quo ſit genere natus, quod improbatè ſumitur,
principale pro acceſſorio ſumendo.

Familia igitur eſt, quæ ex pluribus propagatis ab 11
vna ſtirpe, qui proceſſerunt ab illa conſtituitur, vt
in l. pronunciatio 195. §. *item appellatur*, vbi Rebuſſ. &
Io. Brechæus, *de verb ſignif.* Mol. *lib.* 1. *de Hiſpan. pri-*
mog. cap. 4. *num.* 40. & eſt idem ac domus, vt colligi-
tur ex illo Lucæ 2. eo quòd eſſent de domo & fami-
lia Dauid, Cobbar. *lib.* 3 *var. cap.* 5. *num.* 4. §. *ſecundum*,
verſ. Nec iure probari poteſt, vbi æquiparat has voces
familia, domus, agnatio, & Gens, *ex d. l. pronunciatio*,
§. *familia*, *verſ. communi iure*, Perezio de Lara *de anni-*
verſ. & capellan. 2. *part. cap.* 2. *num.* 25. Auguſt. Barboſ.
Appellat. 81. *num.* 1. *& Appellat.* 94. vbi latiſſimè, nam
omnes ex eo dicuntur, quod ab vno capite proce-
dant, à Iulio videlicet, qui primus eius nominis fuit,
(licet vltimò nominetur a I. C. *in d. § item appella-*
mus) prouenit vniuerſa familia, quæ Iulia poſtea di-
cta fuit, vt explicat Cobbarr. ibidem, *ver. Burſas*
idem iuriſconſultus.

Qui autem comprehendantur ſub nomine fami- 12
liæ, videndum penes Auguſt. Barboſ. *in d. appellat.* 94.
vbi plures, & qui ſub appellatione Domus, Menoch.
lib. 4. *præſumpt.* 88. *&* 89. Peregr. *de fideicom. art.* 21.
num. 27. cum pluribus congeſtis per eumdem Auguſt.
Barboſ. *Appellat.* 81. *per totam.* † Quibus etiam ſimi- 13
latur nomen conſortium, in quo veniunt omnes qui
ſunt eiuſdem familiæ ſecundùm Philip Franc *in cap.*
ſi pater, col. pen. verſic. Oſteno, *de teſtam* Mantica *de con-*
iectur. lib. 8. *tit.* 12. *n.* 18. Iac. Menoch. *lib.* 4. *d. præſump.*
88. *n.* 17. Sim. de Prettis *de interpretat. vltim. volunt.*
fol. 189. *num.* 20. Peregr. *de fideicom. d. art.* 21. *num.* 42.
Auguſt. Barboſ. *appellat.* 58. *per totam:* vbi connume-
rat omnes, qui ſub hoc nomine comprehenduntur.
† Et idem de nomine Proſapiæ, quod importat idem 14
ac Generatio, & familia *l. ne diut. m.* 21. *l. ſummſatis*, 23.
C. de Agric. & cenſit. lib. 12. gloſſa *in l. ſi quis ex corpore*,
C de muri l. g. eod. lib. Simon de Prettis *de interpretat.*
vlt. volunt fol. 292. *num.* 6. Fuſar. *de ſubſtit. quaſt.* 353.
num. 1. & ex aliis docet Auguſt. Barboſa *appellat.* 226.
per totam pag mihi, 281.

Quo ſenſu in vocibus prædictis genere videlicet, 15
familia, domo, & cæteris comprehenduntur tam
agnati, quàm cognati vt ex *l. cum pater*, 77. §. *cum in-*
ter, 28. *de leg.* 2. §. *cæterum*, *de legit. agnat. ſucceſſ l. fin. C. de*
verbor. ſign. Socin. *conſ.* 43. *num.* 10. *lib.* 3. Dec. *conſ.*
48. *num.* 11. Alc. & Rebuff. *in d. l. pronunciatio*, § *fami-*
lia, ſicut & de verbo, *linare probat*, *l. eum qui*, 3. §. *de in-*
terd. & releg. l. librorum, 20. *de verbor. ſign. l. commu-*
nium, 9. §. *ſi verò ſine liberis*, 1. *de natural. lib. l.* 2. *tit* 15.
part. 2. Dec. *in l. fœmina*, *n.* 65. *& ſeqq de reg. iuris*, And.
Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 9. *n* 23.

Quare

Digitized by Google

16 Quare licèt ſtirps propriè dicatur truncus arbo-
rum ex quo rami, germina,ferulæ, & virgulta pro-
neniunt,homorem & vitam capiunt,vt colligitur ex
l.ſeruus 28.§.ſi ſalictum,27.ibi. Ne ſtirpes laderes, ad l.
Aquil.l.1.§.ſi arbor. 2. de arbor.ced. Vnde dicitur ex
ſtirpe,ſeu ſtirpitùs , pro radicitùs, decerpere, vt in
l.3.§.quod ſi quis 4.l.furtum,7.§.ſi quis radicitùs, 2.arb.
furt.ceſſ.tamen ſumitur pro origine generis, & fami-
liæ,vt conſtat ex illo Virg.Æneid.3.

Quæ vos à ſtirpe parentum prima tulit tellus,

Ouid. 2. Metam.

Semifer interea diuinæ ſtirpis alumno,
Lætus erat,
Miſtóque oneri gaudebat honore.

Et probat text.in l.ſylua 30.verſ. ex ſtirpibus, vbi Re-
buff.vtrumque amplectitur pag.mihi,243. de verb.ſi-
gnif. quia ſicut arboris ſtirps plures producit ramos,
& ferulas,ita generis origo,& initium plures proge-
nitos,† Quare etiam dicitur fons, velut à quodam
17 memoriæ fonte decurrens,vt in l.pronunciatio, 195.
§.item appellatur, 4. vbi idem Rebuff. illo tit. de verb.
ſign.† Et etiam Cippus,ex Card.Tuſch.lit.D. concluſ.
201 num.8.tom.2.Pariſ.conſ.47.num.52.lib.3. Auguſt.
Barboſ.eos referenti Appetat.50.num 2.& num.3.ait,
quod eo nomine propriè tantùm continentur, qui
ſunt fundamentum & ſtabilimentum domus, ex
Menoch.lib.4.d.præſumpt.88.in fin.Sim. de Prettis de
interpretat.vlt.vol.fol.189.n.19.Aug.Barb.citato loco
n.3.vbi à num.1.latè de hoc verbo.

Vnde ſicut arboris ſtirps, ſeu radix plures diſtin-
ctos ramos,folia,& virgulta producit,& fons plures
riuulos eiectat, ita ſtirps generis diſtinctos ramos,&
18 virgulta eiicit,quæ lineas vocamus.† Eſt igitur linea
ſecundùm Geometros , longitudo latitudine expers,
And.Tiraq.in tract.le mort,2.part.declarat.7. num. 18.
19 pag.201.Pelaez de maiorat.2.part. quæſt. 7. num. 40. †
Vnde ſumitur pro funiculo in l.lineam.26.ad l.falcid.
& in l.inter eos,29 de Adq.re dom.l.ſi ſeruus, 27. ſi cum
maritus,Ad l.Aquil.l.ſi quis vxori 53.§.ſi linea, de furt.
20 Ant.Pichard,in princip.num. 3. inſt. de Grad. cognat. †
Et debet eſſe recta ſine confractu , nec circuitu , l.ſi
vſusfructus mihi, 9. Quemadmod.vſuſ. caueat. l. ſi quod
Dominus 64.de condit.indeb.Rebuff.in l.hac verba, 72.
21 de verbor.ſignif.pag.mihi. 489. † quare ſimpliciter de
linea mentione facta,recta intelligitur,ex Bald. conſ.
321 lib.1.Bart.Socin.conſ.63.lib. 1. & vtrumque re-
fert Pelaez citato loco num.32. & 34. & conueniunt
Ant.Peregr.de fideicomm.d.art.22.num.24.& alij plu-
res penes Auguſt.Barboſ. Appellat. 135. num. 1. & in
22 ſeqq.latè de materia. † Et in noſtro inſtituto accipi-
tur pro quadã genitorum catena proueniente ab ſtir-
pe,qua deſcendẽtes alij ab aliis geniti ſe inuicẽ quaſi
tenent, & velut alligati eodem ſunt ſanguine , velut
de amore dicitur. Vna eſt catena, quæ nos alligatos te-
23 net amor vitæ. † Amor enim & ſanguis quoad hoc
æquiparantur,Cobbar.in cap.requiſiſti, num. 7. de te-
ſtam.Tiraq.de pœn.temper.cauſa, 22. Surd. de aliment.
tit.6 quæſt.21.num.4.Menoch.lib.4.præſumpt. 89. num.
70.Morla in emporio 1.part.tit.2.in princip. num.201.
Card.Mantica de tacitis & ambig.tom.2.lib.13. tit.20.
num.2.cum ſeqq.Acebed.in l.34.num.3.tit.6.lib.3.recop.
P.Th.Sancius de matrim.lib.6.diſp.26.num.6.Stehpan.
Gratian.diſceptat.forenſ.200.num.4.Chriſtoph.de Paz
in l.63.ſtyli,num.34.Card. Tuſch. lit. A. concluſ. 326.
tom.1.plura Carol. de Graſſis de effectibus amicitiæ, ita
ex sãguinis infuſione in genitos catena velut ſpiri-
tualiter intellectu conſideratur in l.2.ibi, linea de pa-
renteſco es ayuntamiento ordenado de perſonas , que ſe
tienen vnas de otras como cadena deſcendiendo de vna
rayz:e facen entre ſi grados departidos,tit.6.part. 4.vbi
gloſſa,4. ait , † quòd linea eſt collectio perſonarum 24
ad eadem ſtirpe deſcendentium gradus continens,
& numeros diſtinguens,ex Io. And. in arbore conſan-
guinitatis in 6. col. 2. in princip. & ex aliis explicant
D. Ant.Pichard.in d.princ.num.3.inſt. de Gradib. Aug.
Barboſ.de offic.Epiſc.3.part.allegat.51.num. 155. vnde
linea collectiua,& multorum graduum incluſiua eſt,
vt DD.in l.cum ita , §. in fideicommiſſo. de leg. 2. Me-
noch.lib.4.præſumpt.187.num.38.& conſ. 585. n. 30.
lib.6.Surd.conſ.344.n.14.& 15.lib.3.Gracian. diſcept.
for.tom.4.cap.773.num.1.& 13.

Et licèt à quacumque origine , ſeu ſtirpe non tan- 25
tùm vna,ſed etiam plures(vt dixi)oriri valeant lineæ
diſtinctæ,& diuerſæ, velut ex pluribus filiis deſcen-
dentiæ plures,vt notauit Paul.in l.maritus,C.de procu-
rator.Carol.Ruin. conſ.149 num.7. lib. 2. ad hoc ad-
ducti à Pelaez de maiorat.2.part.quæſt. 7. num. 29. ta-
men omnes in tribus linearum comprehenduntur
ſpeciebus;vna ſurſum,quæ aſcendentes comprehen-
dit;altera deorſum deſcendentium ; vltima ex tranſ-
uerſo ſiue à latere,quæ tranſuerſalis appellatur , in l.
1.l.ſtemmata,9.de Gradib.& expreſſius conſtat ex l. 2.
tit.6 part.4.& ab omnibus tam iuris Cæſarei , quàm
Pontificij Doctoribus eſt receptum vt probat Aug.
Barboſ.d.Allegat.51.num. 155. & ſeqq. Pelaez citato
loco num. 37. † At linea aſcendens omnibus vni- 26
ca tantùm eſſe poteſt quia non plures patres,nec ma-
tres quis habere poteſt, & licèt poſtea in plures de-
riuetur, & ſecernatur,tamen inſpecta origine Patre,
videlicet , ſeu matre , à quibus denominatur vnica
dicitur,non plures,ex d.l.2.tit.6.part.4.ex Bart. Soci-
no conſ.33.col.5.lib.3. probat Pelaez citato loco n.29.
† Deſcendentiæ verò plures eſſe poſſunt , ſicut ex 27
pluribus filiis plures deſcendentiæ , vt paulò ſupe-
rius probaui , † quæ omnes continentur in verbis 28
Poſteri,& Progenies,quæ ſignificant vniuerſas deſ-
cendentium lineas,vt demonſtrari videtur in l. fin C.
de emendat.liber.Franch.in cap.ſi pater , num. 10. verſ.
Quarta,de teſtam.in 6.† Et omnes qui his lineis ab 29
ſtipite deriuantur dicuntur Proles,Progenies,Sobo-
les,Poſteritas,Generatio. Deſcendentes , Liberi , ſe-
men,& ſanguis, quæ ſynonima ſunt , & vnum quid
ſignificant,l.cum quis, 10.C.natur.liber.l.ne diuitus, 21.
C.de Agric.& cenſit.lib.11.Cobbat. in cap. Rainaldus,
in princ.16.de teſtam.Pelaez d.2.part.quæſt.6.num.402.
Ant.Peregr.de fideicomm.art 22.num.23. & alij quàm
plurimi. † De poſteritatis verò appellatione , & an 30
fœminæ ſub ea comprehendantur videndi Decius
in l 2.num.62.verſ.tertio reperit,de reg. iur. Tiraq. de
retract.lignag.§.1.gloſſ.9.num. 202. & 239. Ruſtic. in
l.cum auus,de cond. & dem.lib.2.cap.5.num.3.& lib. 6.
cap.9.num.11.& ſeqq.Fuſar.de ſubſtitut.quæſt.330.num.
12.Card Mantica de tacit , & ambig. conuent. lib. 24.
tit.17.num.13.Alexand.conſ.160.num.4.lib.2. Ant. de
Butr.conſ.9.viſo puncto,num.1.Anchar.conſ.339.num.
3. Ruin.conſ.99.num.4.lib.5. Alban. conſ. 85. num. 8.
Menoch.conſ.40.num.28.& conſ.190. num. 14. Card.
Tuſch.lit.D.concl.210,num.7.tom. 2. & lit. P. concluſ.
891.num.5.cum ſeqq.6.& poſt omnes Auguſt. Barbo-
ſa Appellat.208.per totam pag.mihi, 274. Et de appel-
latione poſteri,& qui ſub ea veniant, an poſthumi,&
fœminæ,loquuntur text.in l.vocatio, 13. de muner. &
hon.l.quod his verbis,83.§.idem teſtator.de leg.3.l.1. im-
munitates,4.de iure immunit. Peregr. num. 37.Ruſtic.
d.cap.9.Fuſar.num. 1. Menoch. d. n. 28. locis citatis,
Card.Tuſch.d.lit.P.concl.455.num. 1. Petra de fidei-
comm.quæſt.11.num.85.Sim.de Prett.fol.292.num. 61.
& fol.515.nu.108. & fol. 293.n. 67.& fol.337. n.10.
Menoch.de præſumpt.lib.4.præſumpt.91. in fin. & præ-
ſumpt.

ſumpt.84.num.19.& præſumpt.89.num.20.& conſil. 1.
num.184.& conſ.40.num.28.& conſ.351.num. 15.&
conſ.895.num.10.& conſ.941.num. 12.& conſ. 1012.
num.19 & conſ.1076.num. 6. Aug. Barboſa Appellat.
31 209.per totam,pag.275.† De appellatione verò Pro-
genies, an comprehendat fæminas, & deſcendentes
ab eis,& tranſuerſales, videantur Peregr. num. 21.
Fuſar.335.Card.Tuſch.lit.9.concl.891.Sim.de Prett.
d.fol.292.num.60.locis citatis, Surd. de aliment. tit. 1.
quæſt.16.num.3.Stephan.Gratian.tom.1.diſcept.forenſ.
259.num.13.Auguſt.Barboſ. Appellat. 222. per totam
32 pag.mihi,278.† Et de verbo Proles, quod accipiatur
de omnibus deſcendentibus in infinitum,etiam fœ-
minæ,& tranſuerſales impropriè ſaltim,Peregr.n.21.
cum duobus ſeqq. Fuſar. 326. num. 1. & ſeqq. Sim. de
Prett.fol.292.num. 63. locis citatis, Auguſt. Barboſ.
33 Appellat.223. pag. 278. † Et idem de verbo Sobolis
deducitur ex text.in l.1.ſolut.matrim.l.2. C. de infant.
expoſit.vbi gloſſ. etiam intelligit de naturalibus, &
non legitimis,per text.in Auth.licet,C. de natur. liber.
& l.3.eiuſd.tit. l. cum ſatis 23. in princ. & §. fin. C. de
Agric.& cenſ.lib.11.Auth.Quibus mod.natur.effic.ſui,§.
ſi quis autem defunctus,latiſſimè Ruſtic.in l.cum auus,
lib.2.cap.6.num.14.de condit.& dem. Fuſar.loco citato
quæſt.334.à num.1.Gironda de priuileg.num. 1241. &
alij penes Auguſt Barboſ. Appellat. 244. per totam
34 pag.292.†Et etiam deſcendentes omnes tam maſcu-
li, quàm fœminæ veniunt appellatione generatio-
nis,generiſve,vt in l.liberorum, 220. in fine principij,
iuncto,§.fin.ibi,idcircò filios filiáſve concepimus,de verb.
ſign.latè Rebuff.in l.ſigni,62.illo titul. & in l. 1. verſ.
Decimo tertio,eod.tit.Peregr.num.28. citato loco, Ti-
raq.de retract.in lignag.§.1.gloſſ. 9. num. 241. Burg. de
Paz in Proœm.num.117.ad leg. tauri, Menoch. de præ-
ſumpt.94.num.26.& præſumpt.88.num.8.& conſ.1127.
num.9.& 10.Mantica de coniectur.vlt.vol.lib.8.tit.12.
num.19.& de tacit.& ambig.conuent.lib.22.tit. 15.n.5.
cum ſeqq.Cald.Pereira de poteſt.eligendi cap. 15. num.
27.& 28.Fuſar.in d.tract.de ſubſtitut. quæſt. 329. num.
2.Cardin.Tuſch. lit. G. concl. 38. & 39. & alij apud
Auguſt.Barboſ.Appellat.108 per totam pag. 226. vbi
35 pro, & contra DD. refert.† Idem per conſequens di-
cendum eſt de verbo, deſcendentes, quia omnes in
infinitum maſculos,fœminas,naſcituros, & natura-
les,comprehendit, niſi aliud voluntas, & ſubiecta
ſuadeat materia,ex l.fin.C.de ſuis,& leg. Auth.de hered.
ab inteſt in princ.Cobbar.lib.3.var.cap.5. num.4.verſ.
ſecundum,& in cap.Raimutius,§. 2. in fin. de teſtam. Pe-
tra de fideicom.quæſt.11.num.85.Peregr eod. tract. art.
19.num.11.& art.22.num.43.& art.25.n.8.& art. 30.
num.2.& 24.Menoch.de præſumpt.lib.4. præſumpt.91.
in fin.& conſ.1.num.184. & in aliis perplurimis con-
ſiliis.Fuſar.d.tract.de ſubſtitut.quæſt.327. num. 1. Petra
de interpret.vlt.vol.fol.289. num. 24 Cardin. Tuſch.
lit D.concl.229.tom.2.Auguſt.Barboſ.plures alios ad-
36 ducens,Appellat.70.per totam pag.mihi, 173. † ſimi-
le etiam eſt nomen, Liberi, de quo in d. l. liberorum,
210.de verb.ſign.l.officiales,4.C.de Epiſcop. & Cler.l.1.
vbi gloſſ.C.de condit.inſert.l.vlt.C. de legit. hered. Auth.
de heret.ab inteſt.§.1.gloſſ. verb. liberi, in Clem. vn. de
Baptiſmo,Arias Pinel.in l.1.num.33.C.de bon. matern.
Peregr.d.art.21.num.41.& art.25.num.8.Coſta in c.ſi
pater,verb. Abſque liberis,num.12.de teſtam.P.Th.San-
cius in decalog.tom.1.lib.7.cap.9.num.13. Gratian tom.
1.diſcept.forenſ.120. num. 16. Fuſar. citato loco quæſt.
326.ex num 1.Cardin.Tuſch.lit. L.conc.137.per totam,
tom.5. Auguſt. Barboſ. latè Appellat. 110. per totam
37 pag.249.† Et nomen ſanguis, dum vocantur hi,qui
ſunt de ſanguine,eoſdem comprehendit, vt in l.Hac
parte,2.vnde cognati,& in l. vel ſi ſanguine, 12. de ma-
num.vindic.l.vacantia, 4.C.de vacant.lib.10.& in l.nul-
lus,24.de curion.eod.lib. Peregr.d.art 22.num.35. Fuſar.
eodem tract.quæſt.331.ex num.1.Card. Tuſch. lit. V.
concl.106.tom.8.Auguſt.Barboſ.Appellat.57.pag.169.
& Appellat.238.pag.288.† Cui etiam ſimilatur ap- 38
pellatio ſemen, vt in l.1.C. de condit. inſertis, Fuſar.
d.tract. de ſubſtitut. quæſt. 332. ex num. 1. Petr. Surd.
conſ.276.ex num.6.cum ſeqq. Cephal. conſ. 664. num.
25.Auguſt.Barboſ.Appellat.239.pag. 289. vbi ex ci-
tatis docet,quando ſub eo nomine naturales,& col-
laterales comprehendantur. † Et denique eiuſdem 39
naturæ eſt nomen Mei, ſub quo intelliguntur deſ-
cendentes omnes ſecundùm Petr. Rebuff. in l. in eo-
rum,91.verſ.Poſtremo,de verb.ſign.pag. 400. ex Guid.
Papa Delphin.deciſ.230.Petrus,& deciſ. 306. Genera-
le,refert Auguſt. Barboſ. Appellat.151. num. 3. pag.
mihi, 251. † ſub quibus tam comprehenduntur fœ- 40
minæ, quàm maſculi, vt præcitati tenent, & Bero-
ius conſ.77 num.2.lib.1.per text.in §. 5. vſque ad §. ha-
ctenus,inſt.de Gradib. iuncta l. ſtemmata, 9. eod. tit. &
Bal.conſ.321.incipit.Teſtamento cauetur, lib. 1. & alij
quos citat Corbulus tract. de iure emphit. de cauſis
priuationis ob lineam finitam, num. 40. fol. 56. † Et 41
fratres etiam dicuntur de linea, ex l. Iuriſconſultus,
10.§.Nam quoties,9.verſ. Idem faciendum, de Grad.&
affin.tenent Bald.& Socin.in l.Gallus,§. Nunc de lege,
col.2.num.3.de lib.& poſth.Burg.de Paz conſ.26 n.40.
Quod intellige reſpectu parentum, non verò reſpe-
ctu fratrum, vt ad bonum caſum conſiderant Dec.
conſil.379. Alciat.conſ.96.num.20.ſequutus à Iac. Me-
noch.conſ.326. num. 84. lib. 3. Pelaez de maiorat. 2.
part.quæſt.7. num. 51. Et quando fratres & cæteri
collaterales de linea dicantur, videndi ſunt plures
penes Auguſt.Barboſ.appellat.155.per totam pag.241.
& ſeqq. † Et naturales etiam de linea dicuntur, vt 42
tradit Dec.conſ.365.adductus à Zephalo conſ. 591. à
num.1.cum ſeqq.lib.4.vbi latè de hoc Peregr.de fideicom.
d.art.22.ſub num. 80. ante medium, & alij penes Aug.
Barboſ.d.appellat.155.num.22. † Quare ſtatutum lo- 43
quens de poſteris,ſeu progenie,intelligitur de omni-
bus deſcendentibus in infinitum, vt in ſpecie deci-
ſum fuiſſe in Rota deciſ.154. n. 7. & 8. in nouiſſimis,
recenſet ex Ricciol.de neophyt.cap.7.num.29.Auguſt.
Barboſ.de officio Epiſ.1.part.tit.2.gloſſ.17.num.37. lo-
quens in ſtatuto ſanctæ Eccleſiæ Toletanæ purita-
tem in vniuerſa progenie requirenti, quare ſufficiet
probare ſtirpem, ſeu agnationem infectam abſque
graduum præfinitione, quia verbum progenies, de
quo in d. ſtatuto, hoc ſignificat, vt ſupra diximus
num.31.

Et quamuis Iac. Cujat. & Hotom. & eis relat. D. 44
Ant.Pich.in d.princip.n.4.& 5.inſt de Grad. duas tan-
tùm conſtituant lineas,rectam videlicet,& tranſuer-
ſam in Crucis modum, ✠ exemplum conſtituentes,
quia ſicut tranſuerſales ex vtroque latere vnica am-
plectuntur linea, vt & accipitur in dictis iuribus, ita
etiã recta linea, tã ex ſuperiori aſcendentium parte,
quàm ex inferiori deſcendentiũ velut vnica conſide-
rari valet, & debet.Quod velut nouũ & à prædictis
excogitatum extra omne ius,ſequendũ non eſt, ſed
reiiciendum effectu ſaltim iuris;tum quia eſt aduer-
ſus iura prædicta clarè & ſpecificè loquentia, tum
etiam quia inter deſcendentes, & aſcendentes ma- 45
xima eſt in iure differẽtia,vt conſtat ex text. in l.nam
etſi 15.de inoff.teſtam.l.ſcripto.7.§.fin.ſi tab.teſtam. nulla
extab.& vnde liberi & ex traditis per Io. Gutierr. in 46
c.quamuis pactum,num.33. de pactis, in 6. ſunt igitur
correlatiui, qui ex duobus extremis conſtituuntur,
& licèt inter ſe habeant mutuam relationem,& non
poſſint eſſe alij ſine aliis l.fin.de acceptilat.l. fin. C. de
Iudic.

Digitized by Google

*Indic.l.*1.*C.de cupreſſis, lib.* 10. Petr. Thom. Sancius *de matrim.lib.*1.*diſput.*54.*num.*1. *& lib.* 6. *diſput.* 19. *num.* 10. Sanctar. *var. reſolut.* 31. *num.* 31 *part.* 1. Farinac. 1. *part. fragm. lit. E. num.* 255. *cum ſeqq.* Cardinal. Tuſch. *lit. C. concluſ.* 1041. *tom.* 2. tamen ita diuerſi ſunt, vt velut contrarij in aliquibus conſiderentur, habentes inter ſe quaſdam diuerſas qualitates, & notas in iure differentias, ſaltim quoad certos effectus, quæ inter collaterales non inueniuntur, ita vt rectè ſeparētur deſcendētes a deſcendentibus, & econtra, nec in vna quoad iuris conſiderationem contineri linea videant, ſed diuerſas conſtituant. Licèt igitur vno intuitu lineæ aliter conſiderari omnes ſimul poſſint, quia deſcendentes ita proueniunt ab aſcendentibus, vt ex
47 his illi veniant recta via, & ſunt geniti, † tamen quia reſpectu vnius, v. g. Petri, diuerſa cauſa eſt ſuorum aſcendentium, ac ſunt filij & cæteri eius deſcendentes, tam in honore eis exhibendo, quàm in ſucceſſionibus; vtriuſque lineæ diuerſi ſunt in iure effectus. Bal. *conſ.* 288. *num.* 2. *in fin. lib.* 1. Cardinal. Tuſch. *lit. C. dict. concluſ.* 1041. *num.* 21. *tom.* 2. quia in honore adhibendo aſcendentes præferri debent, ſicut deſcendentes præferuntur in ſucceſſionibus, nec ſimul vtrique concurrere valent: rectè diuerſas conſtituunt lineas ad diuerſos effectus, & ideò tres eorum ſpecies ex dictis iuribus, & rationibus communiter
48 bene à DD. conſiderantur. † Nec ideò quia tranſuerſalium vna ſit linea tantùm, eadem vnica debet eſſe in aſcendentibus, & deſcendentibus, quia ratio; quæ in his inuenitur ad eos ſeparandos, in illis omnino deficit. Inter collaterales igitur nulla inueniri, nec excogitari differentia valet ſicut inter aſcendentes, & deſcendentes iure conſtituitur. Fateor tamen quoad noſtrum probandæ puritatis inſtitutum ceſſare prædictas rationes, & ſubſtineri poſſe Cujatij, & ſequacium opinionē, cuius reſpectu nihil diſſonū continet, nec differētia prædicta, nec alia cōſiderari hac in ſpecie valet.
49 Et licèt linea collateralis ex iure in decimo finiatur gradu, linea verò aſcendentiū & deſcendentiū in infinitum extendatur, vt conſiderant Salicet. inter conſilia Ancharrani *conſ.*95. *num.* 9. Curt. Iun. *conſ.* 22. Pelaez *de maiorat.*42.*n.*2.*p.quæſt.*7.*n.* 30. Sim. de Pretr. *de interpret. vltim. vol. fol.* 291. *num.* 45. Auguſt. Barboſ. *Appellat.*135.*num.*12.*pag.*242. tamen in iuribus ſanguinis, quæ perpetua ſunt, indefinite omnes conſiderantur gradus, vt in maioratibus perpetuis ſeruatur, in quibus ſucceditur etiam in milleſimo gradu, ex Bal. *in cap. de feudis*, Matth. per text. ibi, Andr. Tiraq. *de vtroque retract.* §. 1 *gloſſ.* 9. *num.* 23. *pag.* 134. Gregor. *in l.* 4. *tit.* 15. *part.* 2. & relati à Cobbar. *in Epit. ſucceſſ. ab inteſt. num.* 12. Suarez *in l. quoniam in prioribus limit.* 11. *num.* 19. *pag* 102. Auend. *in l.*24. *tauri, gloſſ.* 1. *num.* 12. Mol. *de primog. lib.*1.*cap.*3.*num.*12. Ant. Peregr. *de fideicomm. art* 29. *num.*9.*&* 10. Franc. Mantica *de coniectur. lib.* 8. *tit.* 12. *n.*38. & poſt omnes Pelaez *de maiorat. d. quæ.* 7.*n.*70.
50 Sicut igitur in Catena, ad cuius ſimilitudinem lineam dici, diximus, ſuprà, annulus annulum capit, ita ſimiliter in aſcendentia, & deſcendentia, & in tranſuerſali perſona perſonæ generatione iungitur, quæ perſonarum coniunctiones gradus nuncupantur: ita vt quot generationes, ſeu coniunctiones perſonarum ſunt tot inueniantur gradus, admodum videlicet ſcalarum, in quarum gradibus de vno in alium tranſitum facimus, ſicut in ſpecie noſtra de gradu proximiori in alium remotiorem, vt colligitur ex *l. fin. §. Gradus* 10. *de Grad. & affin. l.* 3. *verſ. Grado es, tit.* 6 *p.* 4. vbi explicat Greg. *gloſ.* 2. D. Ant. Pich. *in d. princ. num.* 6. *inſtit. de Gradib.* Aug. Barboſ. *de offic. Epiſc.* 3. *part. alleg.* 51. *num.* 157. † Hi igitur gradus ad hoc 51 deſeruiunt, vt per eos cognationis, & conſanguinitatis proximitas dimentiatur, ſeu numeretur, vt animaduertit Valentia *tom.* 4. *diſp.* 10. *quæſt.* 5. *punct.* 2. *verſ. cognatio*, P. Thom. Sancius & alij ſtatim citandi.

Ad quod certa & communis perſona à qua om- 52 nes, de quorum conſanguinitate agitur, proueniunt, conſtituenda eſt, vt inde gradus numerentur, quia tot gradus inter ſe interrerunt, quot à communi ſtipite, ſeu perſona diſtant. † In quo diuerſa cauſa eſt 53 Iuris ciuilis & Pontificij, nec meum eſt hic ex profeſſo de ea agere, videndi tamen ſunt Io. Andr. in d. conſanguinit. arbore, & plures relati à Nic. Garc. *de beneſic.* 7. *part. cap.* 15. *num.* 24. *cum duobus ſeqq.* Ant. Pich. citato loco *num.* 8. *cum ſeqq. & num.* 12. *vſque in finem.* Auguſt. Barboſ. *de offic. Epiſcop.* cum ab eo allegatis *in d. alleg.* 51. *à num* 158. *cum ſeqq.* Petr. Thom. Sancius *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 50. *num.* 4. Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *num.* 141. Mart. Bonacin. & ab eo allegati *de matrim quæſt.* 2. *punct.* 5. *num.* 6. † 54 Sed in noſtra puritatis probandæ materia graduum computatione non egemus, quia puritas, & macula à certo non proueniunt gradu, nec certa præcluduntur meta, vt infrà in ſeqq. §. dicemus, & alibi paſſim per totum tractatum; ſed à quocumque gradu & generatione proueniat macula, amplius non delebitur, & nocet deſcendentibus omnibus, quare non erit neceſſe perſonam primam maculatam ſpeciatim oſtendere, ſed ſufficit probare, ex genere oriri infecto prætenſorem, & pro tali communiter habitum, & reputatum extitiſſe, abſque vlla perſonæ, maculæ, originis, nec graduum præfinitione, vt ex Io. Garcia. & Cabedo voluit Perezius de Lara *de capellan.* 2. *part. cap.* 4. *num.* 12. *&* 13. Aug. Barboſ. citato loco 1. *part tit.* 2. *gloſſ.* 17. *nu.* 37. † Licèt optimus, immò & 55 præexcellentior probandæ puritatis modus ſit aſſignatio perſonæ, in qua prima fuit macula, & ex ea per diſtinctos gradus vſque ad Prætenſorem deſcendentiam apertè probare, ex ratione text. *in cap. ſeries,* 26. *de teſtib. gloſſa pen. in cap. licet ex quadam eod. tit.* & ex pluribus cumulatis à Peregr. *de fideicom. art.* 41. *à num.* 79. *cum ſeqq. pag. mihi*, 1162. Quæ omnia ferè in omnibus tribunalibus & communitatibus in quibus puritatis vigent ſtatuta indubiè obſeruantur.

§ II.

De nominibus, quæ ad purum, ſeu maculatum ſanguinem pertinent.

SVMMARIVM.

1 *Puritas*,
21 *Impuritas*,
38 *Chriſtianus veteranus*,
42 *Pulchrum*,
43 *Liberum*,
48 *Conuerſus*, & n. 52.
Neophytus, ſub d. n. 48.
49 *Chriſtiano nueuo*, & n. 54.
53 *Confeſſus*,
56 *Maranus*,
57 *Impurus*,

Quid ſint.

2 Puritas dupliciter accipitur; de iure communi, quo certi gradus præfiniti ſunt.

Et de iure ſpeciali ſtatutorum, quo indefinitè procedit, num. 3.

Differentia inter vtrumque ius, n. 4.

Indefinitè in Hiſpania accipitur, n. 10.

Simplex dicitur, macula verò multiplex, numero 41.

Ab aſcendentibus in deſcendentes prouenit, non è contra, n. 46.

5 Statutum ſimpliciter puritatem requirens ſine certi gradus præfinitione an ſit accipiendum ſecundùm ius commune, necne? Affirmatiua proponitur, à n. 6.

Negatiua defenditur, à n. 10.

In dubio cenſetur ſe conformare cum iure communi, num. 6. & illi non derogare, n. 7.

Ab eo paſſiuam recipie interpretationem, n. 8.

Dubium ex iure interpretandum, n. 9.

Interpretandum ita vt plus operetur, quàm ductum ex iure communi, ne ſuperuacuum maneat, num. 11.

Et ius proprium eſt, aliquid de nouo inducere, num. 12.

Dum eſt contra ius commune ex eo non interpretandum ibid.

Puritatis omnes in conſcientia obligat, n. 17.

Non tam reſpicit hæreticorum crimen, quàm generationem & prauos mores eorum, n. 20.

10 Verbum, puritas, indefinitè in Hiſpania accipitur, Iudio in noſtra Hiſpania non ſimilatur verbo, Hereje, nec comprehenditur ſub diſpoſitione, l. 2 tit. 10. lib. 8. recop. num. 63 & 64.

Idem dicendum de verbo. Moro, n. 65. & 66.

Si verò probetur mentem iniuriantis fuiſſe conuiciandi alterum de actuali obſeruatione legis Moyſi, aut ſecta Mahometi, palinodiam abſque dubio recantabit, n. 67.

12 Praxi ſeruata velut lex attendenda. Statuta contra ius commune ex eo non interpretanda, ibid. Intelligenda ita vt ei aliquid addant, ibid.

13 Verba & mens ſtatutorum in primis attendenda. Neophytus, conuerſus, confeſſus, Chriſtianus nouus, ſynonima ſunt, n. 55. Chriſtianus veteranus, & conuerſus, purus & maculatus, licèt contraria relatiua ſunt, & de vno agendo inciditur in aliud, n. 58 Seruus & liber, Nobilis & plebeius, idem, n. 59.

13 Ordines D. Iacobi & Calatraua non requirunt militem eſſe Chriſtianum veteranum. Sicut collegia, & ordo Alcantara expoſcunt, & quomodo accipi debeat remiſſiuè.

14 Plurimùm intereſt ad informationes puritatis, & examen teſtium & eorum depoſitiones, an ſint ſtatuta puritatis ſtricta, an procedatur ex iure communi, & in quo conſiſtat differentia.

15 Commiſſarius nec iudex non debet interrogare teſtes de puritate indefinita deficiente ſpeciali ſtatuto. Nec teſtes etſi interrogentur hoc ſenſu reſpondere debent, ſecus ſtante puritatis ſtatuto, n. 16.

18 Prohibitio ex iure communi tantùm locum habet in hæreticis defunctis, & eorum deſcendentibus intra gradum ſignatum, non in cæteris. Secus verò de iure ſtatutario, numero 19.

22 Impuritas aliter contrahitur ex iure communi, aliter ex ſtatutis.

23 Iudæi illi ex noſtris repelluntur ſtatutis, qui fuerunt conuerſi paucis ab hinc annis. Non verò qui ab Apoſtolis, & poſt eos. Iudæi, & eorum deſcendentes hypocritæ ſunt, & virtutibus apparentibus alios decipiunt, n. 33. & 34.

24 Conuerſi ex antiquiſſimis Iudæis geniti præferendi ſunt deſcendentibus à Gentilibus.

25 Maculatus, qui perclaris moribus, & virtutibus eſt præditus, an admitti ex puritatis ſtatutis debeat. Quod ſic ex n. 26. Contrarium, ex n. 31.

26 Perſona eius cui defertur honor in primis conſideranda.

27 Nobilitas ex propria virtute dimetienda. Nobilitas virtutum, vitaque honeſtas gratum Deo faciunt, & idoneum ſeruitorem, num. 28.

Illegitimus virtuoſus, nobilis & de familia dicitur, ibid.

29 Conſuetudo non admittendi niſi nobilem ſeruari non debet in ignobile virtute claro.

30 Statuti non tanta vis ſicut conſuetudinis.

31 Statuta puritatis maculatos repellunt, quamtumuis boni & pij exiſtant. Sunt vtilia, & ſeruanda, licèt aliquos officere videantur, n. 32.

35 Iura propter bonos mores violanda non ſunt.

36 Merita perſonarum non attendenda vbi agitur de iuſtitia.

37 Exempla nociua vitanda. Statuta ob bonum publicum non reſtringenda ex habilitate perſona, ibid.

39 Bonum ex integra cauſa, malum ex quocumque defectu.

40 Purus ex omnibus, impurus ex vnica dicitur parte, & n. 44.

42 Pulchrum non dicitur, quod aliqua labe obcæcatur.

43 Liberum non eſt, quod aliquo ſeruitutis reatu obnoxium eſt.

Liber in parte, & in parte ſeruus, quis non poteſt eſſe, ibid.

Sicut nec in parte nobilis, & in parte ignobilis, ibid.

45 Modicum fermenti totam maſſam corrumpit.

Verba abſque aliqua macula, minutiam etiam reiiciunt, ibid.

Moneta

Moneta in parte falſa in totum reiicitur.
Bonum cum malo mixtum amplius bonum non dicitur, ibid.
Sapor ſolus maculæ multum operatur, ibid.
46 *Qualitates ſanguinis ab aſcendentibus in deſcendentes veniunt, non è contra.*
47 *Macula à filio de nouo acquiſita nec parentibus nec fratribus nocet.*
50 *Origo vitioſa cum vitio tranſit.*
51 *Res qualis eſt in origine talis eſt in acquiſitione.*
57 *Graduum probatio non requiritur in probanda macula.*
60 *Connexorum eadem ratio, & ſunt indiuidua.*
61 *Palinodia an recantanda dum aliquis vocatur* Iudio, o Moro, & n. ſeqq.
63 *Iniuria qua vocamus Iudæum aut Maurum quomodo in Hiſpania accipiatur*, & n. ſeqq.
68 *Diſpoſitio pœnalis etiam ad ſimilia non extenditur.*
69 *Apoſtata cõprehenduntur ſub verbo hæreticus.*

1 PVRITAS igitur (præter tradita ſuprà quæſt.
1.§.4.) dicitur qualitas è maioribus in deſcen-
dentes proueniens ex eo quòd illotum nemo, cuius
ſit memoria ex Iudæis, nec Mauris, nec Hæreticis,
conuerſiſve originem trahit, nec horum eos minima
inficiat macula. Eſtque quaſi quidam nitor ex eo pro-
ueniens, quòd maiores, & parentes omnes fidem in-
trepide & conſtanter obſeruarunt catholicam, in eo-
2 rum deſcendentes deriuatus. † Quæ dupliciter capi
poteſt, aut ex iure communi, quo habilitas ſeu purita-
tis qualitas ad officia & munera, ſacróſque ordines
obtinendos ab hæreticorum deſcendentibus certis
ſunt gradibus præfinitæ, vſque ad ſecundum videli-
cet in agnatis, in cognatis verò ad primum tantùm
gradum per lineam rectam prohibitio extenditur, vt
conſtat ex c. ſtatutum, 5. de hæret. in 6. & in c. felicis, 5.
§. quod ſi quis, de pœnis eod. lib. l. 3. vbi Acebed. n. 24. &
31 tit. 3. lib. 8. recop. adductis pluribus à Farin. de hære-
ſi, q. 191. §. 1. n. 1. & 22. & §. 2. n. 50. & 51. P. Th. San-
cio in decalog. lib. 1. c. 28 n. 1. & poſtea pluribus ex-
plicat, & de nobilitatis amiſſione ob hæreſis crimen
deſcendentibus irrogata agit in c. 9. per totum, & alij
plures Theologi adducti à Mart. Bonac. de irregular.
diſp 7. q. 3. punct. 7. n. 9. Valençuela conſ. 91. n. 75 itave
iure hoc inſpecto puritate gaudere dicantur omnes
poſt hæreticorum nepotes, & fœminarum filios, vt
ex præcitatis patet.
3 Secundò ſumitur puritas ex iure ſpeciali ſtatuto-
rum priuatorum quorumdam Tribunalium, & com-
munitatum pro deſcendentia in infinitum abſque
præfinitione aliqua ab antiquis Chriſtianis, qui ſem-
per conſtanter fidem obſeruauêre catholicam, nec
fuerunt aliqua contrariæ doctrinæ ſpurcitia coin-
quinati, nec quid in contrarium hominum notitia eſt
aſſequuta, vt ex ipſiſmet ſtatutis cõſtat, & ex Simanc.
de Cathol. inſtit. tit. 17. n. 84. in fin. Iu. à Roxas ſing. 104.
Paramo de orig. Inquiſit. lib. 2. tit. 3. c. 1. n. 16 Perexio de
Lara d. c. 4 à n. 2. Ign. del Villar in ſua ſylua reſp. 12. n. 42.
Valençuel. conſ. 90. n. 1. & 43. & relatis aliis pluribus
ſupra q. 2. verſ. At de puritatis, n. 29. & vulgo non ita
accipi ſolet puritas pro indefinita deſcendentia ab
4 antiquis orthodoxis Chriſtianis. † Vnde differentia
inter ius commune, & ſtatutarium eſt, quod iure illo
terminati ſunt gradus, in ſtatutis verò ſtrictis, & ex
communi noſtræ Hiſpaniæ acceptione non ita, ſed in
quocumque etiam remotiſſimo gradu macula ſemel
euenerit hæreticalis, ſeu alienę religionis obſeruantia,
omnibus poſtea etiam in infinitum nocet, vt teſta-
tur Ignac. del Villar citato loco, num. 42.
Ex qua differentia oritur primò, quod ſtatutum re- 5
quirens puritatem indefinitè nulla graduum præfi-
nitione adhibita expreſse ſaltim, intelligendum eſt
de puritate inducta a iure cõmuni, vt videlicet coo-
ptandi ſint omnes hæreticorum pertinacium deſcen-
dentes poſt nepotes, ſecundum diſtinctionem tradi-
tam ſuprà, & in c. ſtatutum, 15. de hæret. in 6. cum aliis
ibidem allegatis. † Quod prima facie probari vide- 6
tur ex dictis, & ex eo quod ſtatutum puritatem ſim-
pliciter requirens abſque vlla alia declaratione, nec
expreſſione cenſetur ſe conformare cum iuris com-
munis diſpoſitione, ex l. 2. C. de noxal. act. Matth. Vve-
ſembek in paratl. ad Rub. de iure dotium, ſub n. 11. verſ.
Puto tamen, paulò ante fin. tit. Ign. del Villar in ſua ſyl-
ua reſp. 5. n. 14. Aym. Crauet. de indemnit. mulier. ex ſtat.
Ferrar. n. 25. vbi citat ad hoc c. cum dilectus, 8. de con-
ſuet. c. ad audientiam, 15. vbi Abb. & DD. de cler. non
reſid. † & illi non derogare DD. in l. 4. §. Prætor ait, de 7
damno infecto. Pelaez de maiorat. 1. part. q. 58. n. 190.
Rota apud Io. Baptiſt. Coccin. deciſ. 157. n. 6. & deciſ.
488. n. 7. † ſed potiùs ab eo paſſiuam recipit inter- 8
pretationem, ex l. 1. §. lex falcid. vbi Bart. & DD. Ad l.
falcid. idem Bart. & etiam DD. in l. omnes populi, in 3.
q. 6 principalis, de iuſt. & iure. Vaſquez de ſucceſſ. creat.
lib. 3. § 22 limitat. 17. n. 85. vſque ad 91. fol. 554. Marta
de iuriſdict. 4. part. caſu 28 n. 5. & caſu 55. n. 13. & 14.
† vnde receptum, quòd dubium ſtatutum ex iure in- 9
terpretandum venit, vt in l. 2. C. de noxalib. vbi Bart.
gloſſ. fin. in l. fin. §. in computatione, vbi Bald. C. de iur. de
liber. cap. ad audientiam, 15. de cleric. non reſid. tenent
Abb. n. 5. Felin. 4. in c. ex litteris, de conſtitut. Bald. in d.
l. omnes populi, n. 35. Menoch. de adipiſc. rem. 4 n. 225.
Sed contrarium in Hiſpania noſtra verius iudico, 10
vt videlicet in dubio ſtatuto, quod puritatem indefi-
nitè requirit nulla circa gradus addita præfinitione,
debeat fieri interpretatio ſtricta puritatis omnium
aſcendentium, nulla graduum facta reſtrictione. Tum
quia hoc ſenſu communiter in Hiſpania ſumitur, &
ſenſus communis verborum ſequi ſemper ab omni-
bus debet, vt iam ſuprà in principio huius quæſtio-
nis probaui. † Tum etiam quia illa interpretatio in 11
ſtatutis ſumenda eſt, quæ vltra iuris communis regu-
las aliquid plus operetur, ne ſuperuacua ſtatuta ma-
neant vt pluribus relatis docet Ludulph. Schader. de
feud. 7. part. c. 2. n. 53 & c. 7. n. 35. Gracian. diſcept. for.
tom. 4 c. 682. num. 10. † Immò hoc proprium ſtatuto- 12
rum eſt aliquid de nouo inducere, ex adductis ab
Ignac. del Villar in d. ſylua reſp 5. num. 67. à Marta de
iuriſdict. 4. part. caſu 62 n. 15. & caſu 85. num. 30. & ab
Oſuald. Illiger. ad Donel. lib. 16. comm. c. 2 lit. A. pag.
mihi 1391. & cum ſtatuta puritatis ſint contra ius
commune, ex eo interpretanda non ſunt ex egregia
doctrina Bald. in l. maximum vitium, num. 14. C. de lib.
præter. & in c. cùm non liceat, n. 5. de præſcript. Immol.
in l. ſi verò, §. de viro, num. 10. ſolut. matrim. Tib. Decia.
conſ. 6. n. 31. volum. 1. Zephal. conſil. 536. n. 1. volum. 4.
Socino Sen. conſ. 51 n. 6. vol 3. Pariſ. conſil. 9 ex num.
12. vol. 3. Riminald. conſil 608. n. 38. vol. 6. conſ. 242. ex
num. 34. Gozald. conſil. 19. num. 18. Rota deciſ. 158.
num. 8. & 9. lib. 2. diuerſor. plures apud Martam de iu-
riſd. 4. part. caſu 85. n. 25. & apud Gracian. diſcept. fo-
renſ. tom. 2. c. 300. n. 15. & 16 & to. 4. c. 681. n. 11. & 12.
ſed etiamſi generaliter loquantur, intelligenda ſunt,
vt aliquid iuri communi addant ex Alex. conſ. 24. ani-
mad. n. 12. li. 2. Grac. Marchia dec. 188. ſub n. 9. quare ſtri-
ctã puritatẽ cõtineri in ſtatuto præſumendum eſt, non
verò generalem præfinitam à iure communi, cum

quo non conuenit communis huius vocabuli ac-
ceptio, niſi ſeruata praxis aliam interpretatio-
nem magis ſuadeat, *l. ſi de interpretatione, 37. de
legib.* cum adducendis infrà hac quæſtione, §. 4.
num. 107.

13 In quo plurimum verbis & menti ipſorum ſtatu-
torum attendi debet ex adductis ab And. Tiraquel.
de retract. lignag. §. 1. *gloſſ.* 1. *num.* 5. *&* 6. Andr.
Gayl. *lib.* 2. *obſeruat.* 79. *num.* 5. vt in ſtabilimentis
Ordinum D. Iacobi & Calatrauæ probat Valen-
çuela *conſil.* 90. *num.* 37 *verſic. quoad primam, cum
ſequentibus.* Ex eo, inquiens, quod non expoſcunt ex-
preſsè admittendum Chriſtianum veteranum eſſe
debere; provt in ſtatuto Toletano, & Collegiorum,
& Ordinis Alcantaræ ad litteram requiritur; ſed
tantùm quòd non ſit infectus macula conuerſorum,
ſeu à ſancto Officio pœnitentiatorum, non requi-
runt præcisè, quòd illa probetur ſpecificè qualitas,
ſed eo tantùm, quòd non probetur macula pœniten-
tiatorum, ſeu conuerſorum, militem admittendum
ex quadam Rotæ deciſione probat. Quod an verum
reſpectu prædictorum Ordinum, nunc non diſpu-
to, dicam tamen inferiùs in §. ſequenti, num 51.
cum ſequentibus: ſufficit enim pro nunc docere,
quòd verba ſtatutorum hac in ſpecie & ſimilibus
ſunt plurimùm attendenda, vt ſciatur, an cum iuris
communis qualitatibus ſint contenta, an verò vlte-
riùs procedant, plus aliquid requirendo ex ſupradi-
ctis, & dicendis.

14 Secundò ex eadem differentia oritur, quod pluri-
mum áttendi debet in informationibus puritatis
conficiendis, & in teſtium examine, & in eorum
depoſitionibus, an ſtatuta ſpecialia puritatis inter-
ueniant? Anque puritatem in infinitum requirant?
An verò ex iure communi tantùm informatorium
15 fiat, & teſtes interrogentur? † Quia hac in ſpecie,
nec Iudex commiſſarius tuta poterit interrogare
anima de puritate indefinita, cum cauſa, & ius in-
terrogandi deficiant; nec quidem teſtis, & ſi ita in-
terrogetur, tenebitur hoc in ſenſu reſpondere, nec
interrogatis plenè ſatisfacere, velut ſine cauſa, & in-
iuſtè interrogatus ex Nauarro *in cap humanæ aures,
quæſtione* 1. *numero* 9. 22. *quæſtione* 1. Sayro *in claui
Regia lib* 4. *cap.* 5. *num.* 4. *& lib.* 12. *cap.* 17. *nume-
ro* 29. Martin. Bonacina a *tom. de iuram. diſputat* 4.
quæſtione 1. *punct.* 7. *num.* 5. *verſic. ſecundo ſequitur.*
& ita poterit tuta conſcientia deſcendentem a Iu-
dæis & Sarracenis, & hæreticis vltra gradus prædi-
ctos à iure communi ſignatos Chriſtianum vetera-
num nuncupare, intelligendo in ſua mente, provt
ius commune requirit, & Iudex interrogare debe-
bat, vt doctè docet Petr. Thom. Sancius *in Decalogi
16 præcepta lib.* 2. *cap.* 28. *quæſtione* 2. *num.* 16. † Stante
verò puritatis rigoroſo ſtatuto aliud eſt aſſerendum,
quia tunc & Iudex poterit, & debet circa puritatem
indefinitam interrogare, & teſtis hoc in ſenſu, & ſe-
cundùm veritatem ſatisfacere, quia adeſt cauſa &
ius ſpeciale, ſtatutum videlicet, cuius virtute inter-
rogatio procedit, & per conſequens reſponſio ſe-
cundùm eam, & eius ſenſum fieri, ex Valencia 2. 2.
diſputat. 5. *quæſtione* 13. *puncto* 2. & ex ratione tra-
dita ab eodem Thom. Sancio citato loco *lib.* 3. *cap.* 6.
num. 16.

17 Et ſtatuta hæc omnes in conſcientia obligant, vt
ex cap 1. *cap. fin. de conſtitut. cap. qui reſiſtit.* 11.
quæſt. 3. Rebuff. *reſponſ.* 11. *verſ. item*, & adductis
ab Henrico de Botis *de Synodo Epiſcopi*, 3 *part.
artic.* 1. *num.* 253. relatis per Valençuel. *conſil.* 34.
num. 123. *pag.* 281. & aliis probaui ſuprà quæſt. 2.
ex numero 1. cum ſequentibus, de quo principa-
li dubio ampliùs dicam infrà quæſtione 14. §. 4.
ex numero 29. cum pluribus ſequentibus.

Eſtque altera differentia inter ius commune, & 18
ſpeciale ſtatutorum puritatis, nam prædicta prohi-
bitio ex iure communi tantùm locum habet in ve-
ris hæreticis defunctis, ſeu velut tales per ſenten-
tiam declaratis, & condemnatis, & eorum deſcen-
dentibus; non verò in deſcendentibus reconcilia-
torum, nec in Iudæis, Sarracenis, nec cæteris, qui
exiſtentes extra fidem ad eam ſacro Baptiſmate ſuſ-
cepto libenter accedunt, quia cùm non ſint verè
hæretici, non ſubiiciuntur canonum diſpoſitioni,
vt ex eodem cap. ſtatutum, cæteriſque iuribus alle-
gatis conſtat, & expreſsè tenet P. Suarez *diſput.* 43.
de irregularit. ſect. 3 *num.* 8. Filiucio *tract.* 20. *cap* 9.
quæſit. 3. *num.* 241. penes Mart. Bonacina *de irregu-
larit. diſputat.* 7. *quæſt.* 4. *punct.* 7. *num.* 11. & col-
ligitur ex allegatis ab Auguſtin. Barboſa *de Offic.
Epiſcop.* 1. *part. tit.* 2. *gloſſ.* 17. *num.* 6. *& ſequentib.*
† Statuta verò puritatis non ſolùm deſcendentes 19
à veris hæreticis, ſeu damnatis expellunt, ſed etiam
à reconciliatis, & impropriis hæreticis, qui ſe li-
benter à Moſaïcis & Sarracenis obſeruationibus ad
fidem Orthodoxam conuerſi fuêre, etiamſi nullum
aduerſus eam crimen patrauerint, nec veri hære-
tici nunquam extiterint, qui conuerſi, aut Neo-
phyti dicuntur, vt ex ipſiſmet ſtatutis patet, & lo-
quitur Salcedo *in pract. crim. canon. cap.* 23. *num.* 11.
& ſequentibus. Roxas *d. ſing.* 104. Ignac. del Villar
d. reſponſ. 12. *à num.* 32. *cum ſequentibus*, maximè
num. 40. & aliis ibi. † Quia ſtatuta non tantum cri- 20
men ſicut ius commune reſpiciunt, quantum gene-
rationem, & prauos mores, quibus omnes hi labo-
rant, & qui in omnibus, etſi non verè hæretici fue-
rint, æquè inueniuntur ex præcitatis, & congeſtis
ſuprà quæſt. 1. §. 4. per totum.

Impuritas verò è contra dicitur macula orta è 21
maiorum praua legis Moſaïcæ, ſectæve Mahome-
tanæ, & hæreticorum obſeruatione, & ad vniuerſos
omnes deſcendentes tranſmiſſa, & deriuata, qua ab
honoribus, & officiis puritatem requirentibus om-
nino arcentur, & repelluntur, velut infames, & de-
teſtabiles perſonæ, quorum progenies in infinitum
impura dicitur, vt conſtat ex Acebedo *in l.* 2. *num* 2.
tit. 7. *lib.* 1. *recop.* P. Thom. Sancio *in decalog lib.* 2.
cap. 28. *num.* 16. Perezio de Lara *in d. cap.* 4 *num.*
71. & Ignac. del Villar *in ſylua reſponſ.* 12. *num.* 40.
& ſequentib. & alij perplures in quæſtionibus præ-
cedentibus allegatis.

Et ſecundùm diſtinctionem paulò ab hinc circa 22
puritatem appoſitam, impuritas reſpectu iuris
communis contrahitur ex praua aſcendentium ob-
ſeruatione, & proteruia vſque ad mortem via
paterna vſque ad ſecundam generationem, & per
fœminei ſexus deſcendentiam ad primum tantùm
gradum, cæteri verò poſt hos gradus iure commu-
ni puri dicuntur, & reputantur; reſpectu verò ho-
rum ſtatutorum vltra eos gradus indefinitè macula
deriuatur, & cæteros omnes, atque vniuerſos appre-
hendit deſcendentes, & ſucceſſores.

Quoad verò Iudæos intelligendum eſt de illis, 23
qui paucis ab hinc annis ex perfidis Iudæis, & Apo-
ſtatis conuerſi ad fidem fuerunt, quorum conuer-
ſio provt maximè ficta fuit, & praui eorum mores
patentes, & plurimùm nociui: non verò de eis, qui
olim conuerſi fuerunt ab Apoſtolis & poſt eos, quo-
rum deſcendentes hodie vetuſtiſſimi ſunt Chriſtico-
læ habiti, vt optimè diſtinguit, ac explicat Did.
Velaſquez *in defenſ. ſtatuti Toletani, cap.* 10. *ver-
ſicul. Confundunt antiquiſſima tempora, pagina* 13. *&
cap.* 19. *verſ. Propterea noſtra ſtatuta, pag. mihi* 45.
& Auendaño, Otalora, Heredia, & Olano in locis
citatis

Digitized by Google

citatis per Fr. Emman. Roderic. *tom. 3. regul quæſt. 11.*
a. 1. poſt princip. tom. 1. & idem de eis qui conuer-
ſi fuerunt, anno 1400. deciſum refert in Barcinonæ
ſenatu Fontanella *de pact. nupt. clauſ 5. gl. 1. p. 1. n 107.*
24 † Immò conuerſos ex antiquiſſimis Iudæis geni-
tos, qui nunquam perfidi, aut infideles extiterunt,
præferendos deſcendentibus à Gentilibus, docet
idem Velaſquez *in c. 56. in princip. & deinceps*, cu-
ius rationem reddit *in cap. 41. verſic. Tum & illud*
adde pag. 98.
25 Sed cùm impuritas hæc non ſolùm ex praua
alienæ legis obſeruatione oriatur, ſed maximè ex
prauis motibus, quibus præcipuè deſcendentes
Iudæorum, & Maurorum laborant, qui præcipua
cauſa eos excludendi fuerunt, vt ſæpiùs dixi;
dubitari poteſt, an eis ceſſantibus, & Prætenſur
maculatus bonis & præclaris moribus, & ex-
cellenti virtute præditus arceatur nihilominus ve-
lut impurus à prædictis honoribus, & dignitati-
bus. Et videbatur quòd non, tum quia ratione
ceſſante, deber etiam ceſſare ſtatuti diſpoſitio.
26 † Tum etiam quia imprimis conſideranda perſo-
na eſt eius, cui defertur honor, ſiue muneris ad-
miniſtratio, text. ad propoſitum auteus *in l. honor*
27 *14. §. de honoribus, de muner. & honor.* † Tum
quia præcipua nobilitas, & animi laus ex pro-
pria virtute dimentienda eſt ex D. Hieronym. ad
Celant. *ſumma nobilitas eſt, clarum eſſe virtute.*
Ambroſ. de Nnë cap. 4. *Probati viri genus virtu-
tis proſapia eſt*, & Alexandrinus Baronio teſte
tomo 8. anno 600. dicebat. *Vera nobilitas non ex
ſanguine, aut carne; ſed ex virtute animi accipit
formam, & claritatem.* Et ſic vidimus quod ille-
gitimus licèt Nobilis eſſe non poſſit ex Baldus
in l. fin. Cod. de verbor. ſignificat. Titaquel. *de nobilit.*
cap. 15. num. 24. ſi verò ſit virtuoſus nobilis, &
de familia dicitur, & ſic Decurio eſſe poteſt,
per *l. generaliter, 3. §. ſpurios, de decurion.* Marc.
Anton. Genuenſ. *practicab. Eccleſ. quæſtione* 632.
28 *num* 3. † Tum denique, quia ſic expreſsè proba-
ri videtur *in cap. venerabilis frater, 37. de præbend.
& dignit.* vbi conſtitutum habemus, quòd virtu-
tum nobilitas, vitæque honeſtas gratum Deo fa-
29 ciunt, & idoneum ſeruiturem. † Et ideò ſi in Ec-
cleſia inueterata ſit conſuetudo non recipiendi ni
nobilem, & ex illuſtribus natum parentibus eſt
cooptandus virtute clarus, licèt generis ignobilis
ſit, & ex non claris parentibus natus, quod cùm
in conſuetudine iure admittatur, debet maiori ex
30 ratione admitti in ſtatuto, † quod non tantam ob-
tinet vim ſicut conſuetudo, arg. text. *in cap. cum
ſuper, 9. de maiorit. & obed.* iuncto text. *in cap fin de
conſuetud.* & traditis per Decium *in cap. qua in Ec-
cleſiarum, de conſtitut.* & per Crauet. *de antiq tempor.
1. part. ſect. Circa primam partem, num* 42. Ioſeph. de
Ruſticis *in l. cum anus, de condit. & demonſt. lib. 3.
cap. 12 num.* 31. Sigiſm. Scaccia *de appellat. quæſt.* 2.
num. 29. *verſ tertia.* Atque ita nobilem non virtuo-
ſum non præferendum ignobili virtuoſo tradit
Menchaca *controuerſ. illuſtr. 25. n.* 31. quem nuper
ad hoc refert Hermoſilla *ad prolog. 5. partita, gloſ.* 3.
num. 4. Quare ex his & aliis huius opinionis fue-
runt Fr. Anton. a Corduba Franciſcanus *in ſuo qua-
ſtionario, quæſt. 54. concluſ. 3. fol.* 478. Aug. Barboſa *in
ſæpe allegata gloſſ. 19. à n. 15. cum ſeqq.* refert, licèt non
ſequatur Did. Velaſq. *in defenſ. ſtatuti Tolet. c. 58. in fin.
verſ Interim verò.* Valerus *differ. vtriuſque fori, verb.
genus, diff vn. ante fin.*
31 At contraria opinio & ratione verior, & vſu &
ſtylo omnium Tribunalium, & communitatum ap-
probata ſæpè ſæpiùs extat, tum ex ipſiſmet ſtatutis ita
expreſsè decidentibus, vt ex Toletano hiſce verbis
*Etiam quamtumuis probi, & ſancti, quamtumuis ſint in
Chriſto Ieſu noſtraq; fidei articulis rectè ſapientes.* † Tum 32
quia in communi lata fuerunt ſtatuta hæc puritatis,
quod ſufficit, quamtumuis aliquibus ex poſt facto
indebitè officere videantur, *l. nam ad ea. 5. cum ſimi-
libus de legibus.* Did. Velaſquez *in d. cap.* 58. † Tum 33
quia nullatenus decet, vt tali quæſito colore ſco-
pus præbeatur ad ſanctarum ſanctionum viola-
tionem, nihil enim plus deſcendentes Iudæo-
rum, velut maximè ad ſuum commodum ſaga-
ces, & calidi, vt dixit: Ioan. à Roxas *ſecunda par-
te de hæreticis, num.* 6. optare poſſent, niſi ex ficta
ſanctitate, & probis apparentibus moribus, ſtatuta
hæc, & communitates violare, ipſi enim ex ſe hy-
pocritæ ſunt, ſanctitatem, & bonos mores fingunt,
prauóſque à natura habent, ex Eymerico *in direct.* 3
part. de modis decem hæretic. verſ. decimus modus, Io. à
Roxas *de hæret. 1. part. num. 352. & ſeqq.* † quibus non 34
ſolùm idiotas & ſimplices, ſed & doctos & literatos
decipere intendunt, & ſolent, ſecundùm Peñam
d. 3. part. Directorij commun. 22. verſ. decimus modus. † 35
Tum quia propter bonos mores cuiuſquam iura
violanda non ſunt, *ex cap.* 1. vbi Bald. *notab. vlt. vt lite
pendente*, Iaſſ. *in l. qui iuriſdictioni, column. vlt. de iu-
riſd. om. iud.* Dec. *in cap. Poſtremo, in fin. de appellat.* † & 36
vbi agitur de iuſtitia, merita perſonarum attenden-
da non ſunt, *ex l. cum pater, 77. §. rogo, 25. de leg. 2. cap.
mulier. 29. 33. diſt.* Bal. *in cap. ſedes, ante fin. de reſcript.*
plura congerit Andr. Titaq. *de pœnis temper cauſa*, 51.
& vtrumque amplectitur Salcedo *in pract. Cam. can.
cap. 23. num.* 17. † Tum denique, quia praua exempla 37
perplurimùm vitanda ſunt, ex eis enim plerumque
Iurium violationes, & tranſgreſſiones iuſtitiæ ſe-
quuntur, cum communis boni, & Tribunalium dam-
no, & detrimento, ex I. C. *in l. obſeruandum, 47. de Iu-
dic. l. 1. in princip. Ad S. C. Maced. l. diuus 33. de re iud.
l. exemplo, 7. vbi* notat Hugo Donel. *C. de probat.* Co-
ſtanus *lib. 1. quæſt. iuris cap. 16. num.* 3. præcipuè quia
ſtatuta ob bonum publicum lata reſtringi non de-
bent ex habilitate perſonæ vt per Bart. *in l. ſi quis in
graui, §. vtrum num. 4. verſ. venio ad ſecundum ad Syla-
nian* Gracian. *diſceptat. forenſ. tom. 2. cap. 209. num.* 11.
quod ita ſeruari video communiter in omnibus
communitatibus & Tribunalibus, & quidem ſummo
iure & ratione.
Vnde (vt a diuerticulo reuertamur) prouenit 38
Chriſtianum veteranum eſſe, qui per omnes in-
diſtinctè gradus ab orthodoxis deſcendit, abſque
eo quòd ſit immixtio aliqua prauitatis hæreticæ
obſeruationis, *arg. Auth. de referẽdar. ſacri Palatij circa
fin.* ibi, *& præcipuè in viris procedat ex patribus quidem
bonis*, vbi gloſſ. *verb. ex patribus*, Io. à Roxas *in d. ſing.*
104. *num.* 10. † quia ſicut bonum ex integra cauſa, 39
malúmque ex quacumque dicitur defectu, Gloſſa
verb. vita puritate, in Extrauag. execrabilis, de præbend.
† ita purus ex omni parte, impurus verò ex vnica 40
etiam linea, vel minima dicitur parte. Perezius de
Lara *in d. cap. 4. num.* 73. Valençuel. *conſ. 90. num.*
43. facit. text. *in l. 2. §. fin. C. de hæretic.* Bart. *in l. nul-
lam, 1. & 2. lect. C. ex quib. cauſ. infam.* Titaq. *in l. ſi
vnquam verb. reuertatur, num. 94. vſque ad 103. &
num. 243. C. de reuocand. donat.* Fulu. Pacian. *de probat.
lib. 1. cap. 35. num. 2. & 3. cum ſeq.* Roman. *conſ.* 199.
num. 2. † Quia puritas ſimplex, macula verò multi- 41
plex dicitur, vel à patre, vel à matre, ex vnica, vel
pluribus lineis, vel ex omnibus, ſicut de bono &
malo, dixit Ariſtotel. lib. 1. magn. moral. cap. 34. bo-
num quidem & purum pro eodem aliquando ſu-
muntur, facit à contrario ſenſu, quod docuit Pla-
to de legibus Dialogo 4. *Impurus enim* (inquit)

*mali eſt animus, boni autem purus, ab impuro autem ca-
pere munera neque bonum virum, neque Deum decet.*
42 † Atque ideò ſicut pulchrum non dicitur quod ali-
qua fœditatis labe etiam minima obcæcatur, vt
43 docuit Ariſtoteles libro 4. Metaphyſicæ cap. 3. † Nec
liberum, quod aliquo ſeruitutis reatu ohnoxium
eſt, non ſolùm liberum eſt, quod eſt præditum
omni libertate, & abſolutum omni ſeruitute, gloſſa
in l. ſi profundo, verb. liberum. C. de tranſact. Baldus
in cap. quæ in Eccleſiarum, num. 6. de conſtitut. Aym.
Craueta *conſil.* 122. *num.* 5. & 6. *volum.* 1. Beroi.
conſil. 158. *num.* 24. *lib.* 1. Pariſ. *conſil.* 81. *num.* 4. *lib.* 3.
copioſè Honded *conſil.* 52. *num.* 51. *vſque ad* 55. *vol.* 1.
Sicut nec ex parte liberum, nec ex parte ſeruum eſſe,
vt *in l. ſi pariter, 9. in fin. de liber. cauſa, & in l. Titia,*
100. *de condit. & demonſt. l. vnic. in princip. verſ. Quæ
enim patiatur, C. de lat. lib. toll.* Anton. Gomez 1. *var.
cap.* 9. *num.* 16. nec ex parte nobilis, & ex parte igno-
bilis iudicari, vt *ex d. l. ſi pariter, ex l. iudicata,* 29. *de
except. rei iud. l. vlt. C. de ſent. paſſ. & reſtit.* tenet Ant.
44 Fab. *in C. lib.* 7. *tit.* 29. *definit.* 7. *num.* 10. † ita non dici-
tur purum, niſi quod ab omni, minima etiam, ma-
cula liberum, & ſolutum eſſe appareт, alias tale di-
ci non poterit, probat Petr. Nauarra *de reſtitutione,*
45 1. *tomo lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 369. † quia modicum fer-
menti totam maſſam corrumpit, vt Apoſtol. 1. Co-
rinth. cap. 5. & ad Galat. 5. Mendoſa *lib.* 1. *Reg. cap.* 2.
num. 21. *annotat.* 20 *fol. mihi,* 802. §. 15 *tom.* 1. & *n.* 26.
§. 1. *cum duobus ſeqq* Did. Velaſquez *in defenſ. ſtatuti
Tolet. cap.* 35. & 36. Sandoual *in Chronica Caroli,* 5.
lib 29. §. 39. *fol mihi,* 65. vt denotant verba illa *abſq;
aliqua macula* poſita in quaſi omnibus ſtatutis, quæ
excludunt quamlibet etiam minimam, vt *ex l. ſi ſer-
u.* 71. §. *ait Prætor.* 7. *de adquir her. l. mulier,* 24. § *fin. de
cond. inſt.* ad noſtrum propoſitum conſiderant Steph.
Gracian. *tom.* 5. *diſcept. forenſ. c.* 554. *num.* 54. & Cæſar
de Graſſis *deciſ* 5. *num.* 5. *in fin.* Qui filij ſint legitimi,
ſicut moneta ex optimo confecta metallo, ſi tamen
aliquid falſi contineat in totum reiicitur, vt *in l.* 1.
& 2. *C. de falſa moneta, l. eleganter,* 24. §. *qui reprobatos,*
1. *de pign. act.* & bonum cum malo mixtum amplius
bonum dici non poteſt, *arg. l. adeò,* 7. §. *cum quis,* 7. *de
adquir. rer. dom.* §. *cum ex aliena materia,* 27. *inſt. de
rer. diuiſ.* vtrumque amplectitur Ricciolus *de iure
perſon. extra gremium Eccleſ. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 9. *in fin.*
& *num.* 10. & ideò huius maculæ ſolus ſapor, atque
guſtatus multa, quæ fierent, ne fiant, diuertunt, vt
dixit Fontanella *de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſſ.* 1. *p.* 1. *n.* 104.
accipit enim eandem diſtinctionem de iure commu-
ni, & ſtatutario, de qua ſuprà egi, nec enim ſæpiùs
idem reperere erit fas.

46 Ex eiſdem etiam ſeqoitur, quòd puritas ſeu ma-
cula, & cæteræ ſanguinis qualitates ex maioribus in
deſcendentes proueniunt, & deriuantur, ex quibus
ſemper dimetiuntur, & regulantur, vt optime pro-
hant Baldus *in cap. cæterùm, num.* 17. *de iudic.* Io. Garc.
de nobilit. gloſſ. 12. *num.* 48. Andr. Tiraquel. *eod. tract.
cap.* 16. *num.* 2. & *ſeq.* Io. Raynut. *tract. eod quæſtion.* 5.
princ. c. 13. Ioan Mantua *in Gloſſa iuris claſ.* 1. *dialog.*
10. adducti à Flores de Mena ad Anton. Gamm. *de-
ciſ.* 112. Farinac. *deciſ.* 71. *num* 4. & *deciſ.* 120. *num* 1.
part. 1. & *deciſ.* 575. *num.* 2. *part.* 2. *in poſthum:* num-
quam verò ex ipſa progenie in maiores deriuari va-
lent iura ſanguinis, quia etſi aliquando hoc eueniat,
vt probaui ſupra quæſtione 1. §. 3. num. 25. cum ſe-
quentibus intelligendum eſt accidentaliter, propriè
verò, & naturaliter nullo modo, vt ex prædictis pa-
47 tet. † Quare macula nouiter contracta, & à filio
acquiſita patri, nec cæteris aſcendentibus noce-
re non valet, velut ſi ex matre impura natus fue-
rit, ſeu deſeruerit Catholicam fidem, & contra-
riam ei legem, aut ſectam fuerit ſequutus, aut
pœnitentiam in ſancto Inquiſitionis Officio paſ-
ſus, nam hæc ſibi, & ſuis nocebunt deſcenden-
tibus ſecundùm in hac quæſtione dicta, ma-
ioribus verò nullo modo, nec quidem fratri-
bus, nec aliis, qui ab eo ſanguinem per gene-
rationem non receperint, quod & indubium
eſt, & paſſim ſtylo, & praxi communiter rece-
ptum.

Conuerſus igitur nominatur, noo ſolùm, qui 48
nouiter conuerſus fuit ad fidem, vt Cobbar. loqui-
tur *in Clem. ſi furioſus,* 1. *part.* §. 2. *num.* 7. Pelaez *de
maiorat.* 1. *part. quæſt.* 51. *num.* 28. *iunctis duobus num.
ſeqq.* (qui Neophytus etiam nuncupatur text. *in cap.
ſi cut* 48. *diſt.* idem Cobbar. *in d.* §. 2. *num.* 8. *verſ. Quar-
ta concluſio,* Ignac. del Villar in loco infrà citando
num. 38. Salcedo *in pract. crimin. can. cap.* 25. *num.* 2.
Auguſt. Barboſa *de offic. Epiſcop.* 1. *part. tit.* 2. *gloſſ.* 17.
num. 2. Mart. Bonacin. pluribus cumulatis *de irregul.
diſp.* 7. *quæſt.* 2. *punct.* 1. *num.* 4. & 5. Ioan. à Roxas *ſing.*
104. *num.* 6. & Farinac. *de hæreſi, quæſt.* 188. *num.* 122.)
ſed & omnes eius deſcendentes indefinitè conuerſi
etiam dicuntur, Roxas citato loco *num.* 8. *iuncto n.* 10.
Ignac. del Villar. *in ſua ſylua reſp.* 12. *num.* 42. † vbi 49
ait, quòd verbum illud, *Chriſtianos nuevos*, non tan-
tùm de recenter ad fidem, & religionem Chriſtianam
conuerſis intelligendum eſt, ex communi, & rece-
ptiſſimo idiomate Hiſpaniæ, ſed etiam de illis, qui à
Iudæis antiquam trahunt originem, & ſic vſus, &
conſuetudo receptum habet, & obſeruat, non tam
quia verè conuerſi ſint, ſed quia deſcendunt ab eis,
qui ex aliena ad veram fuerunt conuerſi fidem,
† quia cùm prima origo, per quam ſanguis ad vlte- 50
riores peruenit deſcendentes, vitioſa ſit, vitium cum
ſanguine in progeniem ſimul deriuatur, etſi ſint in
decimo, & milleſimo gradu, velut ſi quis ſemi-
net ſemen malum, quia omne quod ex eo ori-
tur infectio eſt, & eodem laborat morbo & vitio,
vt ex Matth. de Afflictis in conſtitut. Neapol. *in
proœmio poſt mundi machinam, num.* 17. & 18. totidem
dixit verbis Pelaez *de maiorat.* 2. *part. quæſtione* 2.
num. 18.

Et qualis res eſt in origine, talis eſt in acquiſi- 51
tione, *ex l. Gaius,* 16. *de manum.* Baldos *in l. bono-
rum, numero* 25. *Cod. qui admitti*, idem Pelaez
ibidem, & ſecunda parte quæſtione 4 *illat.* 1. *nume-
ro* 42. † Quare conuerſus communiter dicitur om- 52
nis, qui à Iudæis & Sarracenis prouenit, etiam
in longiſſimo gradu *ex leg.* 8. *titul.* 2. *lib.* 8. *recop.*
Cobbar. loco citato, Simanch. *de Cathol. inſtitut.
tit* 47. *num.* 8. & 82. Acebedo *in l.* 22. *numero* 1. & 2.
tit. 7. *lib.* 1. & *in Rub. num.* 17. *tit.* 2. *lib.* 8. *recop.* Ioan. à
Roxas *d. ſing.* 104. *numero* 10. fatetur Valençuela,
dict. conſil. 90. *numero* 44. † Is aliquando confeſſus 53
nominatur, quia vel recenter fidem fuit profeſ-
ſus, vel quia ab eis deſcendit, qui aliena lege,
ſectáve relicta ad Catholicam fuerunt conuer-
ſi fidem, & faſſi quamcumque ei contrariam
eſſe mendacem, & prauam. † Appellatur etiam 54
Chriſtianus nouus, non tam quia de nouo ad
fidem Chriſti ſit conuerſus, ſed quia ab his deſ-
cendit, qui de nouo legem receperunt ortho-
doxam, & per Baptiſmum fuerunt effecti Chri-
ſtiani, etiamſi Tritauus, aliúſve ſuperius aſcen-
dens quantumcumque remotus fuerit conuerſus,
ſeu confeſſus nouiter noſtram fidem, vt communiter
in noſtra Hiſpania accipitur, & dixit Ignac. del Vil-
lar in proximè citato loco, Acebed *in rub. num.* 15.
tit. 2. *lib.* 8. *recop.* Io. à Roxas *d. ſing.* 104. *num.* 10. † Ita 55
vt omnia hæc verba Neophytus, conuerſus, confeſ-
ſus, & Chriſtianus nouus, ſynonima ſint, & idem
ſigni

ſignificent ex Hiſpanica acceptione.
Vocantúrque hi etiam Marrani, cuius verbi plu-
tes denominationes Doctores afferunt, nihil certi
conſtituentes, Ignacius verò del Villar *in ſua ſylua*
56 *reſponſ.*12.*num.* 47. ait Martanos dici quaſi diuiſos,
& ſegregatos à Marranata, quod eſt diuiſio, vt *in cap.*
Guiliſſarius, 30.*in ordine*, 23.*quæſtion.* 4. ſed magis ve-
rum ſuadetur, quòd ſit nomen à noſtris noné inuen-
tum, & barbarum ad ſignificandum conuerſos, &
eorum deſcendentes, vt conſtat ex adductis à Ve-
laſquez *in defenſione ſtatuti Tolet. cap.* 37. vbi plures
etymologias & ſignificationes refert, ipſe tamen *in*
*verſ.cæterum, pag.*87. putat dictum à verbo, Marrar,
quod errare ſignificat, quaſi deuiantes, & errantes
à veritate, & ideò eſt nomen apudnos infame, &
ignominioſum, ex Acebedo *in l.* 2. *à n.* 254. *tit.* 10.
*lib.*8.*recop.*
Quare in noſtra materia impurus dicitur, qui
57 quacúmque conuerſorum, ſeu pœnitentiatorum
per ſanctum Officium macula laborat; etiamſi pro-
ueniat à gradu quamtumcúmque ſuperiori, & te-
moto, & ita loquuntur ſtatuta puritatis, quæ rigo-
roſa vocantur, vt obſeruat Acebed. *in d. num.* 2. Si-
manch. Roxas, & Ignac. del Villar citatis in locis, &
ideò in ſtatuto Toletano, eo quod vtitur verbo
progenie, comprehendi omnes deſcendentes
fallus fuit Auguſt. Barboſ. *de offic. Epiſc.* 1. *part. tit.*
2.*gloſſa* 17. *num.* 37. & Ricciol. *de Neophytis cap.* 7.
num. 27. Vnde non eſt neceſſe certorum graduum
probatio ad maculam plenè probandam, ſed ſuffi-
cit ipſum genus, & progenies infecta in abſtracto
oſtendi, vt idem Barboſ. ibidem, & Io. Garcia, & Ca-
bedo in locis adductis à Perezio de Lara *in d. cap.*
4.*n.*12.*&* 13.
Vnde prouenit, quòd verba Chriſtianus vetera-
58 nus, & conuerſus, purus, & maculatus, licèt contra-
ria ſint, habent tamen inter ſe quamdam relatio-
nem, ita vt de vno agendo, ſit neceſſe incidere in
aliud, & quæ in vno dicuntur per contrarium in-
telligi debere in alio, † ſicut de ſeruo, & libero, no-
59 bilit, & plebeio, ſeu populari, probat ex arg. text. *in*
l. ex hoc iure, 5. *de iuſt. & iure*, iuncto *cap. omnis anima*,
2.*extra de cenſib.* Io. Garcia *de nobilit. gloſſ.* 7. *num.* 23.
fol. 197.*col.* 1. ex quo & ex Bart. pluribus in locis, &
ex Butrio *in cap. fundamenta, n.* 10. *de elect. in* 6. tradit
Valençuela *d. conſ.* 90. *num.* 42. quia connexa inter ſe
60 ſunt, † quorum in iure eadem eſt ratio ex text. *in l.*
3. §. *iudicio contrario*, 8. *de contrar. tut. l.* 1. *de his, qui ſunt*
ſui, l. in fundo, 38. *de rei vendic. l. enim actum*, 17. *de ne-*
got. geſt. l. & ſi contra, 17. *de vulg. l. proinde*, 22. §. 1. *Ad*
leg. Aquil. §. 1. *inſt. de his, qui ſunt ſui, Princip. inſt. de Tu-*
tel. cap. tranſlato, 3. vbi Felin. *n.* 6. *de conſtit. cap. Prate-*
rea, 5. *de offic. deleg.* Aluar. Valas *c. tom.* 1. *conſultat.* 155.
*n.*15. Zephal. *conſ.* 74. *n.* 11. *& conſ.* 111. *num.* 24. Rol. à
Valle *conſil.* 60. *n.* 6. *&* 7. *lib.* 1. plures congetit Auguſt.
Barboſ. *Axioma*, 51. *n.* 1. *& Clauſul.* 38 *n.* 4 immò con-
nexa quaſi indiuidua iudicantur, Sigiſm. Scaccia *de*
appellat. q. 17. *limit.* 21. *ſub n.* 16. Pett. Surd. *deciſ.* 199.
*n.*13. Anchart. *conſ.* 160. *n.* 2. Crauet. *conſ.* 275. *n.* 4 *&* 5.
& conſ. 461. *n.* 50. *& conſ.* 936 *nu.* 27. *& ſeq.* ex quo
plura infert Valençuela *ibidem à numero* 43. *cum*
ſeqq.
61 Vnde etiam prouenit, quòd poſtquam Iudæi ad
fidem non conuerſi è noſtrè Hiſpania eiecti fuerunt
à Catholicis Regibus, Ferdinando & Eliſabeth, vt
alibi dixi, & in his regnis tantùm commorari per-
miſſi fuerunt, qui fidem Catholicam libenter am-
plexi fuerunt, qui & ipſorum deſcendentes licèt
iam Chriſtiani effecti nihilominus communiter
Iudæi appellati fuète, ita vt vulgò Iudæorum appel-
latione Chriſtiani conuerſi è Iudæis accipiantur,
nec iam eo nomine legis Iudaicæ ſectatores intelli-
gantur, ſed originarij ab his, qui tales fuère, ſignifi-
centur, vt optimè conſiderat Io. Zañez Parlador. *lib.*
1.*rer. quotid. c.* 17. *n.* 24. Salacar *de vſu & conſuetud. cap.*
1.*num.* 85. Io. à Vela *de pœn. delict. cap.* 17. *de iniuria-* 62
rum pœna. n. 23. † Inde inferentes hoc verbum *Iudio*
in rixa aduerſus aliquem proferentem non teneti
ad palinodiam recantandam, ſecundùm diſpoſitio-
nem *l.* 2. *tit.* 10. *lib.* 8. *recop.* vbi alterum conuicians ap-
pellando eum hæreticum illa plectitur pœna, † quia 63
dicta communis & vulgaris acceptio verbi huius
Iudio in noſtra Hiſpania non ſimilat illud cum ver-
bo *Hereje*, ſed longè illa diſtinguit, & diſcernit, tan-
tum originem à Iudæis ſignificans. † Quare in diſ- 64
poſitione d. l. 2. non ſubditur ex vi illorum verbo-
rum, *Ootros denueſtos ſemejantes.* † Et idem dicendum 65
puto de verbo, *Moro*, quod eodem in ſignificatu ac-
ceptum vidi, vt non ſignificet in Hiſpania ſectæ Ma-
bometicæ ſectatorem, ſed originem ducentem ab
eis obſeruare, maximè poſt vltimam eorum ab Hiſ-
pania expulſionem, cum nulli præter deſcendentes
aliquos Moriſcorum remanſerunt in ea, ita vt hodie
nullam videam diſcrimen inter hæc verba *Moro &*
Moriſco, idem ſignificantia, eſto ſit aduerſus Parla-
dot. ſuprà † Vtrúmque igitur conuitium maiori pœ- 66
na quam decem mille marabetinorum plectendum
non eſſe puto. Quicquid contrarium omnino voluc-
rint Cobbart. *lib.* 1. *var. cap.* 11. *n. verſ. Praxis enim*,
Placa *de delictis cap.* 1 *n* 14. Humada *in l* 35. *tit.* 18. *p.*
a *gloſſ.* 1 *à n.* 5 *cum ſeqq.* Did. Perez *in l.* 9. *tit.* 1. *lib.* 1. *&*
in l. 2. *verſ. Qui autem dicit Iudæum*, *tit.* 9. *lib.* 8. *ordin.*
Acebedo *in d. l.* 2. *n.* 42. *& n.* 87. vbi Didacum Perez
pto ſua opinione rectè affert, quicquid dicat Parla-
dor. pro ſua contraria eum adducendo, ſed hodierna
die nullo modo Acebedi & ſequacium opinio ſe-
qui, nec practicari debet ex ratione quam propoſui,
quia videlicet conuitium, quo aliquem Iudæum aut
Maurum vocamus, ſimile non eſt contentis *in d. l.* 2
nec quidem Hæretico aſſimilatur Chriſtianus à Iu-
dæis, ſeu Mauris deſcendentes, vt communiter in
Hiſpania accipitur. Et ſic licet non ex noſtra ratio-
ne abolitam eſſe palinodiæ pœnam in prouincia
Marchiæ refert Gratian. *deciſ.* 195. *n.* 3. & in Senatu
Barcinoniæ ſecundùm Fontanell. *d. pact. nuptial. clauſ.*
5. *gl.* 1. *part.* 1. *num.* 106. † Si igitur apertè probatur, 67
quod vocans aliquem Iudæum, aut Maurum ea fuit
mente loquutus, vt illum conuiciari voluerit de
actuali legis Moſaïcæ, aut Sarracenæ obſeruatione,
nullum eſt dubium ni quod palinodie pœnam pa-
tietur, quia hoc ſenſu ſumptum verbum *Iudio* o *Mo-*
ro æquiualet, & aſſimilatur verbo *Hereje*, & com-
prehenſum manet ſub *d. l.* 2. diſpoſitione, pœnis, vir-
tute clauſulæ generalis, *Ootros denueſtos ſemejantes*,
ſub qua abſque dubio comprehenditur hoc conui-
ſiũ, nõ verò ſub verbo *Hereje*, † quia cùm ſit diſpoſi- 89
tio pœnalis, non poterat extendi ad ſimilia, licèt eiuſ-
dem rationis, quia Iudæus & Maurus in quantum
tales ſunt, non propriè dicuntur hæretici, & diſpoſi-
tio pœnalis extendi non poterat ad ea, quæ impro-
pria ſunt, licèt eiuſdem rationis, vt latè probaui ſuprà
in præced. q. §. 1. † ſed quatenus ex Chriſtianis facti 69
fuerunt Iudæi, aut Mauri Apoſtatæ dicuntur, qui cõ-
prehenduntur ſub verbo, *Herejes*, ex dictis in præce-
denti quæſt. §. 3. illat. 1. n. 19. & ſic in diſpoſitione *d.*
l. 2. & quidem propriiſſime ex ibidem dictis.

Digitized by Google

§. III.

De pœnitentiis viuis, & præſentibus in Sancto Inquiſitionis officio impoſitis, & quatenus filiis & deſcendentibus noceant.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentio olim triplex, & qualis*, & num. 3. *Publica infamiam generat, & irregularitatem ſecundùm quoſdam*, & num. 10. & 11. *contrarium*, num. 6. *Solemnis irregularitatem tantùm producit*, num. 5. *Omnis, quæ infamiam generat, & irregularitatem etiam*, num. 7. *Non expreſſa in ſtatuto, quæ non habet eamdem rationem, quæ eſt in expreſſis, ſtatuto non comprehenditur*, num. 22. *Quod etiam locum habet in qualibet conſtitutione & lege*, num. 23. *Præſumitur inflicta in ſancto Officio propter hæreſim*, num. 44.

2 *Peccantes publicè palam ſunt puniendi.*

8 *Epiſcopus ordinans peragentem ſolemnem pœnitentiom per annum à celebratione ſuſpenditur.*

9 *Sanctum Officium Inquiſitionis ſolet vti pœnitentiis publicis. Quæ ſaltim ex facto infamont*, num. 10. & 11.

12 *Statuta puritatis expellunt pœnitentiam paſſos & eorum deſcendentes. Loquentia de pœnitentia, extenduntur ad maiorem, non verò ad minorem pœnitentiam in qua non adeſt eadem ratio*, & num. 27. *Exempla ponuntur*, ibid. & à num. 33.

De pœnitentia ob leuem præſumptionem extenduntur ad vehementem & ad reconciliationem ſi eodem, num. 33.

Si verò generaliter loquatur omnes ſimiliter amplectantur pœnas, nu. 34. *Proponuntur aliqua ſtatuta ita loquentia*, n. 35. *Intelligenda de publica pœnitentia non de ſecreta*, num. 37. *Nec de inflicta ex aliis cauſis præter hæreſim, aut eius ſuſpicionem*, num. 38. *Loquentia de filiis reconciliatorũ intelligenda de illis, qui inuiti fuerunt capti, non de ſponte comparentibus*, num. 46. *Sed non habet locum in noſtris ſtatutis puritatis & quare*, nu. 47. *De conuerſis, & pœnitentiatis per ſanctum Officium an requirant poſitiuè puritatem probari*, num. 51. *Negatiua proponitur*, num. ſeqq. *Affirmatiua velut verior eligitur*, à n. 54. cum ſeqq. *Requirentia puritatem expreſsè eam probare poſitiuè præcipiunt*, n. 53. *ſolùm requirentia, quod admittendum non deſcendat à pœnitentiatis, non expoſcunt hanc qualitatem poſitiuè probari, quia negatiua*, n. 59.

13 *Pœnæ hæreticorum quales*, } *Quæ ſint.*
Relaxatio, ibid.
14 *Reconciliatio*,
15 *Arbitraria ſuſpectis impoſitæ*,

Hæreticus reconciliandus impunitus non debet manere, n. 14.

16 *Ex defectu probationum, ſi tamen reus ſuſpectus, manet imponitur arbitraria pœna.*

17 *Pœna vehementis præſumptionis quæ? Et leuis*, num. 18. *Hodie ob leuem præſumptionem publica non imponitur*, num. 19. *An hæ omnes ſtotutis comprehendontur*, num. 21. & ſeqq.

20 *Capturo in crimine hæreſis non leniter honorem lædit.*

24 *Non prohibitus odmiſſus cenſetur*, num. 24. *Exemplum ponitur in ſtatuto Hiſpalenſis Eccleſiæ*, num. 25.

24 *Argumentum de minori pœna ad maiorem, & contra, quando procedat.*

28 *Argumentum de minori ad moius quàm rectè procedat.*

29 *Veriſimile non eſt ſtotutum voluiſſe reiicere deſcendentes conuerſos ad fidem, & admittere filios pertinaces.*

30 *Infidelitati non plus tribuendum quàm conuerſioni.*

31 *Extenſio ex maioritate rotionis locum habet etiam in odioſis & ſtrictis. Propter abſurdum vitandum admittitur*, n. 32.

36 *Diſpoſitio generalis generaliter intelligi debet, & tantum operatur, quantum ſingulorum expreſſio. Etiamſi maior ſit ratio in vno, quàm in olio.*

39 *Delictum non ſententio coinquinat hominem, etiamſi pœna infamatorio non ſit, ſed pecuniaria*, n. 40.

41 *Qualitas delicti probonda eſt ad incurſum infamiæ*, num. 41. *Nec prodeſt facti probatio ſine qualitate*, num. 42. *Quia ſtatutum locum non habet in prius probato qualitate quom requirit*, n. 43.

49 *Delictum graue ex leui facto deduci non poteſt.*

45 *Præſumitur quod regulare eſt.*

48 *Pœnæ graues imponebantur ob leuia delicta in initio ſancti Officij. In quibus facilè diſpenſatur per ſupremum ſenatum*, numero 50.

52 *Defectus non officit, dum exiſtentia non eſt de ſubſtantia.*

56 *Verbum* maſcula *ex Hiſpanica acceptione ex quot cauſis oriatur, & quos comprehendat*, n. 55. & 67.

56 *Fama impuritatis demonſtrat deſcendentiam à Iudæis, vel à Sarracenis, vel à conuerſis, vel à pœnitentiatis.*

Maculatum non eſſe, & non deſcendere à conuerſis nec à pœnitentiatis, idem, ibidem.

57 *Remo*

57 *Remotio certarum qualitatum contrarias admittit.*

58 *Expreſſum eſt, quod ex verbis neceſſariò infertur, & quod virtualiter ineſt, & in conſequentiam venit.*

60 *Diſcrimen non eſt inter verba, Chriſtianus veteranus, & non deſcendentes à conuerſis nec pœnitentiatis*, & n. 62.

61 *Nobilis & purus poteſt deficere in probatione ſuarum qualitatum ob defectum teſtium, vt euenit de facto.*

93 *Idem eſt quod eiuſdem eſt ſubſtantia.*

64 *Natura rei non mutatur per diuerſos modos loquendi.*

65 *Verba affirmatiua & negatiua differunt.*

Negatiua magis negat quàm affirmatiua affirmat, ibid.

66 *Negatiua aliquando reſoluitur in affirmatiua.*

Puritas conſiſtit in negatiua macula, ibidem.

1 PŒNITENTIA olim triplex extitit, Sa-
cramentalis, publica, & ſolemnis, quarũ duæ
hodie ſeruantur, tertia & vltima ab vſu receſſit; Sa-
cramentalẽ quidem quotidie experimur, ſuſcipimúſ-
que in pœnitentiæ Sacramento. De publicæ obſer-
uatione conſtat ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 8. *de re-
format. cap. ſed illud*, 45. *diſt. cap. ſi peccauerit*, *verſ. ergo
ipſa*, 2. *quæſt.* 1. cum ſecundùm Apoſtol. 1. ad Timoth.
2 cap. 5. † publicè peccantes palàm corripiendi ſint,
Salced. *in pract. crim. can. cap.* 23. *cuius titulus inſcribi-
3 tur. Poſt peractam pœnitentiam ſolemnem, verſ. Publica.* †
De omnibus quidem his, & ſimul quæ olim fuerit
ſolemnis pœnitentia videndi ſunt text. 1. *de pœnit. &
remiſſ. cap. In capite* 64. *cum duobus ſeqq.* 50. *diſt. l.* 1. 19.
tit. 6. *part.* 1. allegati ab eodem Salcedo citato loco,
lit. A. Ludou. à Param. *de orig. Inquiſ. lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 6.
num 3. Sayr. *de cenſur. lib.* 7. *cap.* 11. *num.* 19. Toledo *in
ſumma lib.* 1. *cap.* 64. & ab Auguſt Barboſ. *de offic. Epiſ.*
3. *part. allegat.* 43. *num.* 6. & 7. Mart. Bonacin. *de Irregu-
lar diſp.* 7 *quæſt.* 3. *punct.* 2. *à num.* 1. Proſp. Farinac.
4 *de hæreſi quæſt.* 193. *num.* 1. *verſ. vel ſecundum.* † Pœni-
tentia verò publica & ſolemnis infamiæ notam ge-
nerat, ac ideò irregularitatem, vt probant ex text. *in
cap. de pœnitentibus*, 55. *cap. canones*, 60. *diſt.* 50. Tolet.
& Sayr. in locis citatis, quos reprobat in quantum
ad publicam, Bonacin. citato loco *num.* 3. *verſic. contra-
5 rium*, † admittens tantùm irregularitatem ex ſolem-
ni pœnitentia, de qua loquuntur iura prædicta cui
adſtipulari videntur Bern. Diaz, & Salcedo *in d. cap.*
23. Enriq. *lib.* 13. *cap.* 23. §. 5. *verſ. Tertio*, & alij alle-
6 gati à Barboſ. *d. num.* 6. † Immò quòd publica pœni-
tentia nec infamet, nec ſacrorum ordinum ſuſce-
ptionem impediat, probat ex Maiolo, *de irregularit.
lib.* 1. *cap.* 3. *poſt num.* 2. *verſ. & licet.* Mario Alterio *de
cenſur. tom.* 2. *diſp.* 16. *de ſuſpenſione cap.* 1. *verſ. Quar-
tus caſus*, & idem voluerunt P. Suarez *tom.* 5. *de cenſur.
diſp.* 42. *ſect.* 2 *num.* 4. Filiucio *tract.* 19. *num.* 189. pe-
7 nes eumdem Bonacin. loco citato, † qui tamen con-
cludit quòd omnis pœnitentia, quæ cauſa infamiæ
8 eſt, irregularitatem gignit, quod verum puto. † Epi-
ſcopus igitur ordinans peragentem ſolemnem pœ-
nitentiam per annum à celebratione ſuſpenditur,
in cap. nullus, 2. 51. *diſt.* Barboſ. citato allegat. 11. n.
15. vbi Henriquez, Marium Alterium, & Bonaci-
nam adducit.

In ſacroſancto enim Inquiſitionis Officio his 9
pœnitentiis publicis paſſim vtimur, tam contra
hæreticos, quàm contra laborantes hæreſis ſuſpi-
cione, vt videre licet penes Farinac. *de hæreſ. quæſt.*
193. *à num.* 80. *cum ſeqq.* & ab eo allegatos, Canteram
in ſuis quæſt. crim. tit. de quæſt. tangent. punit. delict. q. 2.
de hæret. num 54. & 55. *pag.* 411. & *ſeqq.* Simanch. *de
Cathol. inſtit. tit.* 43. *de pœnit. & conuerſ.* & de pœni-
tent. iniunctis ſuſpectis de hæreſi, breuiter refert Fr.
Ant. à Souſſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.* 2. *cap.* 40. &
ſeqq. & videndus Io. à Rox. *ſing. fidei.* 1. *num.* 12. † quæ 10
pœnitentiæ publicæ pœnitentem infamant, quia ſi
veris imponantur hæreticis, nullum eſt dubium, niſi
quòd iuris & facti infamiam incurrant, tam ipſi,
quam eorum filij, ex adductis à Cantera *d. quæſt.* 2. *de
hæret. num.* 9. & 11. & à P. Th. Sancio *in decalog. lib.* 1.
cap. 26. & 27. *cum duob. ſeqq.* Farinac. citato loco *quæſt.*
189. *à num.* 40. *cum ſeqq.* & de filiis hæretic. *quæſt.* 191.
num. 23. Fr. Ant. à Souſſa *in Aphoriſm. lib.* 3. *cap.* 7. *per
totum*, & *cap.* 23. *num.* 4. qui plures alios adducunt.
† In cæteris verò hæreticis præſumptis ob vehe- 11
mentem ſuſpicionem, qui in arbitrariis publicis pœ-
nis damnantur, & adducuntur in Eccleſiis ad publi-
cè audiendas ſententias, licèt iuris infamia locum
non habeat, quia iura quæ eam irrogant, in veris tan-
tùm loquuntur hæreticis, vt in ſpecie conſiderant
ex text. *in cap. inter*, 10. *de purgat. canon.* DD. allegati
ſuprà *quæſt.* 3. §. 3. *illat.* 4. facti tamen nota excuſari
non valet, cùm apud bonos & honeſtos grauiter læ-
ſa maneat pœnitentiati opinio, vt notum & peruul-
gare eſt, & colligi poteſt ex adductis à Valençuela
conſ. 91. *per totum, maximè num.* 1. iunctis *num.* 36. 45
verſ. Quinta ratio, & *num. ſeq.* vbi de pœnitentia au-
diendi miſſam, & eundi in proceſſionem cum can-
dela incenſa in manu abſque pallio, & cappello, &
num. 51. & 56. *cum ſeqq.* † Quare in ferè omnibus ſta- 12
tutis puritatis expelluntur pœnitentiam paſſi in
ſancto Inquiſitionis officio, cum ſua progenie vel
ſine graduum terminatione, aut certo aſſignato, vt
in diſcurſu quædam ſimilia ſignabo ſtatuta; ac ideò
nunc de eorum intelligentia, & praxi agere non ab
re, nec à noſtro inſtituto indignum fore exiſti-
maui.

Ad quod igitur antea ſcire expediens erit, quod 13
hæretici, ac ſuſpecti de hæreſi diuerſis, ac multipli-
cibus puniri ſolent pœnis ab hæreticæ prauitatis
Inquiſitoribus, quæ in triplici ſunt differentia: vna,
quæ præcipua hæreſis pœna eſt, relatio dicitur, qua
veri hæretici, aut de hæreſi plenè conuicti, aut rela-
pſi, ſeu pertinaces ſeculari brachio traduntur, vlti-
mo igneo plectendi ſupplicio. Auth. *inter claras*, *C. de
ſum. Trin. & fide Cathol. l.* 1. *C. de Iudæis, l. Arriani*, 5. §.
Manichæos, l. quicumque, 8. §. *nulli inſuper*, *verſ. eos verò*,
l. vbicumque, 11. *cum duabus legib ſeqq. C. de hæret. cap.
ad abolendam* 9. *de hæret.* vbi communiter, DD. *cap. ſu-
per eo* 4. *eod. tit. in* 6. *l.* 2. *tit.* 26. *part.* 7. *l.* 1. & 2 *tit.* 1. *lib.*
4 *fori*, Io. à Roxas *ſing.* 91. *per totum*, Ludou. à Paramo
de orig. Inquiſ. lib. 3. *quæſt.* 9. *num.* 114. & 157. & alij
plena manu congeſti per Farinac. *de hæreſi quæſt.* 189.
num. 3 *cum tribus ſeqq.* Fr. Ant. à Souſſa *in Aphoriſm.
lib.* 3. *c.* 6.

Alia pœna eſt, quæ imponi ſolet reconciliatis, 14
qui ab errore infideli reſipiſcentes pœnitentia du-
cti merentur veniam, & reducuntur ad vnionem, &
reincorporationẽ Eccleſiæ Romanæ, à qua per ſua
receſſerant flagitia, vt conſtat *ex d. cap. ad abolendam*,
§. *præſenti*, & *laicis*, *de hæret. d. l.* 2. *tit.* 26. *part.* 7. Did.
Perez *in l.* 1. *vera. con animo pertinaz*, *verſ. Quæritur ta-
men*, *tit.* 1. *lib.* 1. *ord.* Acebed. *in l.* 1. *num.* 177. *tit.* 3. *lib.* 8.
recop. quaſi innumeris propè adductis per eumdem
Farinac. *de hæreſ. quæſt.* 193. §. 1. *num.* 2. & *ſeqq.* vbi *à
num* 30.

Digitized by Google

p. 80. cum aliis ibi ait, quòd & ſi hæreticus ad miſericordiam reconciliandus recipiatur, tamen non debet impunitus manere, abſque aliqua ſalutari pœnitentia, quæ plerumque arbitraria eſt, ex gloſſ. & communiter DD. *in cap. vt commiſſi,* 12 *verſ. & illorum, de hæret. in* 6. Simanch. *de catholic. inſtit. tit.* 47. *num.* 78. *& & ſeqq.* Io. à Roxas *ſing.* 55. *num.* 2. Iac. Menoch. *de arbitr. caſu.* 374. *num.* 7. Fr. Ant. à Souſſa citato loco *lib.* 2. *cap* 44, *num.* 11. & quamuis aliæ ſint plures hæreticorum pœnæ, vt eſt excommunicatio, priuatio Eccleſiaſticæ ſepulturæ, irregularitas, infamia, carcer, confiſcatio bonorum, & aliæ, eas tamen omitto, quia mei non eſt inſtituti de eis ſigillatim agere, ſed tantùm de quibus opus eſt ad noſtrum tractatum & materiam puritatis, ad quam relatæ ſufficiunt.

15 Vltima eſt, quæ ſuſpectis de hæreſi imponi ſolet, ſiue hoc ſit, quia delictum commiſſum non verè hæreſis eſt, ſiue ex vehementibus, ſeu leuibus ſuſpicionibus & præſumptionibus condemnandi veniant, quæ non ad ordinariam ſufficiunt pœnam ex ſuperius adductis, & infra referendis, quod triplici, ex capite euenire ſolet.

16 Primum ex plenarum probationum defectu, maior tamen inquiſitus grauiter in fide ſuſpectus, vt prædixi, qua tunc in ordinaria pœna puniri non poteſt, ſed extraordinaria affligitur, ex Simanch. *de catholic. inſt. tit tit.* 50. *num* 2. *& tit.* 51. *num.* 12. Io. à Roxas *de hæret ſing.* 164. *num.* 3. *& ſeqq & 2. part.* 304. *& ſeq.* Lud. à Paramo *de orig. Inquiſit. lib.* 3. *quæ.* 9. *n.* 64. Peña *in direct.* 2. *part comm.* 80. *verſ. Sed hanc ſententiã,* & alij adducti à Farin. citato loco, *q.* 187. §. 1. *n.* 2.

17 Secundum ex vehementi præſumptione, quia in pœnitentia publica & pecuniaria pœna arbitraria ſuſpecti damnantur ex Simanch. citato loco *tit.* 46. *de pœnis num.* 76. Peña *in director.* 2. *part commun.* 80. *verſ. & ob hanc præſumptionem, & verſ. ſed hanc ſententiam,* Menochio *conſ.* 81 *num* 144. *& ſeqq. lib.* 1. idem Farinac. *d. q.* 187. §. 3. *n.* 42. Fr. Ant. à Souſſa ſuprà *lib.* 2. *c.* 41. *per totum.*

18 Tertium ex leui præſumptione, ſiue ſuſpicione, poſſunt, & ſolent Inquiſitores pœna arbitraria, extraordinaria & publica punire ex Tib. Decia. *tract. crim. lib.* 5. *cap* 38. *num.* 7. *Repert. Inquiſit. verb. Teſtes, verſ. Nota quod ſufficit.* & Carrera *in tract. de Hæretic. num.* 118. *poſt medium, verſ. Aut attendit Inquiſitor.* & docet Farinac. citato loco, *num.* 33. Souſſa citato loco

19 *cap.* 40. *per totum,* † licèt hodie raró, aut nunquam ob leuem ſuſpicionem pœna imponitur publica, ſecundùm Simanch. *de Catholicis inſtitut cap.* 1. *num.* 24. Io. à Roxas *ſing.* 1. *num.* 11. *&* 56. Peña *in Director.* 3 *part comm.* 40. *verſ. Præterea, & ſeqq.* faciunt tradita in tract. *de ſolicitat.* 3 *part. quæſt.* 5. §. 5. *verſ. Dubitabis ſecundo,* ſed tantùm ſecreta & leuiſſima, quia ex ea non debent moueri Iudices ad aliquod graue, ſeu quod alicuius ſit momenti, nec quidem ad captu-

20 ram, † cùm ex ea in crimine hæreſis non leuiter honor lædatur, vt optimè conſiderat Peña *in direct.* 2. *part. commun.* 11. *verſ. cæterum, ſuper cap. excommunicamus,* 13. §. *qui autem, de hæretic. &* 3. *part. commun.* 80. *verſ. Prima eſt modica,* vbi adducit Simanch. *de Cathol. inſtit.* 50. *num.* 28. & alij quos retuli ſuprà *quæſt.* 3. §. 4. *illat.* 5. *num.* 20. niſi fortè grauitas, ſeu cauſa iuſta adſit, ex qua graues pœnæ imponi, & captura infligi valeant, ſcio tamen olim graues ob leuiſſimas ſuſpiciones impoſitas fuiſſe pœnas, quæ iam hodie ab vſu receſſerunt, & quidem iuſte.

21 At nunc dubium eſt, an omnes prædictæ pœnitentiæ excludant pœnitentiatum, eiuſque deſcendentes ex vi horum ſtatutorum ab officiis & muneribus puritatis: In quo dubio ante omnia præuidenda ſunt verba ſtatuti prohibitiui, & ſecundùm eorum mentem rem hanc regulari, quia mens & verba ſtatutorum ſeruanda ad vnguem ſunt, & qualitas requiſita ante omnia eſt probanda, vt ſæpius dixi, & probatur *in l. dies cautioni.* 4. §. *totiens, de damn. infect.* docent Bart. *in l.* 1. §. *ait prætor, Ne quid in loco publico,* & Petr. Surd. *deciſ.* 276. *num.* 2. plura congerit Auguſt. Barboſ. *Axioma,* 222. *num.* 1. *cum duobus ſeqq. pag.* 13, & in puritatis materia probant Perezius de Lara *in pract. crim. can. cap.* 23. *num.* 18. *in fin.* Ioan. à Roxas *ſing.* 164. *num.* 10. loquens in ſtatuto Collegij Conchenſis Salmanticenſis, nulla extenſione permiſſa 22
de caſus expreſſo ad non expreſſum contra [illegible] ipſius ſtatuti, † quia tunc cum perſona, caſus, aut pœnitentia expreſſa non fuerit, aut non habeat [illegible]dem, aut ſimilem, ſiue maiorem rationem, [illegible] interpretatio fieri debet, *ex l. cum quidam,* 19. *de* [illegible] *poſthu. l. quod vero contra,* 14. *de legib. l.* 1. §. *hac* [illegible] *de neg. geſt. l. conſtitutiones,* 24. *Ad municip.* And. [illegible] *lib.* 2. *obſeruat.* 33. *num.* 9. Oſuald. Hilliger. ad Don[ell.] *lib.* 26. *commun. cap.* 2. *lit. A. pag. mihi,* 1491. Valenzuela *conſ.* 4. *num.* 5. *&* 7. & latiùs probaui in præced. quæſt §. 1. & 2.

Quod non ſolùm procedit in ſtatutis, quæ [illegible] 23
iuris eſſe, aliqui dixerunt ex dictis iuribus, & [illegible] legatis per Gaylium *d. obſeruat.* 33. & à Valençuela *d. conſ.* 4 *num.* 6. & à nobis in princip. præced. quæſt. [illegible]uis ſed etiam in legibus, & Canonibus, quæ [illegible] condemnatorũ vltimo relaxationis ſupplicio prohibitionem conſtituant, non poſſunt extendi ad filios reconciliatorum, quos emendatos eſſe conſtiterit, vt exemplum habemus *in cap. ſtatutum,* 15. *hoc ſane filiis de hæretic. in* 6. vbi communiter DD. *text. in l.* 3. vbi Acebed. *num.* 28 *tit.* 3. *lib.* 8. *recop.* Nauarr. *conſ.* 5. *num.* 5. *lib.* 3. *de regularib.* P. Mol. *de iuſt. & iur. lib.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 658. *ſub num.* 19. plures adducti à Farinac. citato loco *quæſt.* 191. *num.* 24. & tamen in prædicta ſpecie adeſt fauor fidei publicus, & nihilo- 24
minus extenſio locum non habet.

Cuius ratio eſt, nam qui non eſt ſpecialiter [illegible] in ratione incluſiuè prohibitus admiſſus cenſetur, *l. mutus,* 43. §. *cum quæritur, de procurat. l. nec non* 18. §. *quod eius. Ex quib. cauſ. maior. cap. ad quæſtiones* [illegible] *gloſſ. verb. Ad habitum, de rer. permutat. cap. qui ſpiritalem,* 30. *quæſt.* 4. *l.* 4. *tit.* 4. *l.* 5. *tit.* 5. *l.* 2. vbi *gloſſ.* 1. *tit.* 4. *part.* 3. Bart. *in l. cum Prætor.* 12. *de Iudic.* Io. à Roxas *de ſucceſſion. cap.* 27. *num.* 8. atque ita in proprijs terminis tradidit deciſum à Rota *deciſ.* 999. *num.* 1 *part.* 3. *lib.* 3. *nouiſſim. & deciſ.* Putei. 400. & apud Paul. Emil. *deciſ.* 202. *&* 208. *cum ſeqq. part.* 3. Hojeda *de incompatibil. benef. lib.* 1. *cap.* 23 *num.* 129. & refert Va- 25
lençuela *conſ.* 91. *num.* 9. † loquentes de ſtatuto Hiſpalenſ. Eccleſiæ, quo filij & nepotes reconciliatorum per ſanctũ Officium propter crimen hæreſis excluduntur à præbendis illius ſanctæ Eccleſiæ, vt eo non comprehendantur filij, & nepotes eorum, qui ob hæreſis ſuſpicionem fuerint in ſancto Inquiſitionis officio reconciliati, quia hæreſis ſuſpicio plurimùm diſtat ab hæreſi propriè ſumpta, prout loqui prædictum ſtatutum eſt intelligendum, & licèt hæc in ſui ratione vera eſſe poſſint, tamen cùm caſus dari non valeat, quo ſuſpectus de hæreſi tantùm ad reconciliationem admittatur, non poteſt prædicta opinio aliqua in ſpecie verificari, vt latius probaui in præced. quæſt. §. 3. illat. 1. poſſunt tamen intelligi prædicti Doctores, vt loquantur in pœnitentiatis propter hæreſis ſuſpicionem, ad quos non poterit extendi Hiſpalenſe ſtatutum, quod in reconciliatis ob veram hæreſim tantùm loquitur, ita vt videatur, quòd non conſiderarunt diſcrimen, quod eſt inter reconciliationem, & pœnitentiam.

Vt

26 Vt igitur perſectiùs, & radicitùs hoc dubium in-
telligatur inſpiciendum eſt, an ſtatutum loquatur
in maiori pœna, ſeu delicto, ant in minori, reſpectu
illius, ad quod extenſio fieri intenditur, nam ſi maior
eſt comprehenſa in ſtatuto, eius decisio non poterit
obtinere locũ, cùm non ſit eadẽ ratio in minori, ſicut
in maiori delicto, ſeu pœna, nec poterunt eo cõpre-
hẽdi ille, nec eius deſcendentes, qui ex minori crimi-
ne minori fuit afflictus pœna, quàm eſt cõprehenſa
in ſtatuto, vt probat text. *in d. cap. ſtatutum*, §. *hoc ſanè
de filiis*, Abb. *in cap. inter ſolicitudines*, 11. *num.* 4. & 5.
de purgat. can. nec quidem argui ita affirmatiuè po-
teſt de minori pœna ad maiorem, vt rectè voluerunt
Iaſſ. *in l. qua delegato, num.* 4. *de leg.* 1. Ignac. del Villar
in ſylua, reſp. 16. *cap.* 4 *num.* 4. Thom. de Thomaſſ. *in
florib. legum, reg.* 53. Petr. Surd. *de Aliment. tit.* 9. *quaeſt.* 1.
num. 11. præcipuè ſi hoc intelligatur prout intelle-
xit Cardin. Tuſch. *lit. A. concl.* 501. *num.* 8. & 10. *tom.* 1.
27 † At ſi loquatur ſtatutum de minori comprehendet
maiorem pœnam, ſeu delictum, v. g. retento thema-
te prædicti ſtatuti loquentis in filiis & nepotibus
28 reconciliati, locum habebit, & ſi expreſsè non prohi-
beat, in filiis & nepotibus relaxatorum, † tum quia
rectè procedit hac in ſpecie argumentum de minori
ad maius, de quo *in l.* 1. §. *ſed conſulto*, *de his*, *quæ te-
ſtam. delent. & in l. qui pignoris*, 36. ibi Immol. *de acquir.
poſſ. l. pen. in fin. ſi quis caution. l. ſi non ſinguli*, 9. *C. ſi cert.
pet. l.* 1. *C. de condit. indeb. cap. cum in cunctis*, 7. vbi DD.
de elect. Auth. Multo magis C. de ſacroſ. Eccleſ. cum cu-
mulatis ab Euerard *loco* 65. *à minori*, Petr. Surdo *num.*
12. Th. de Thomaſſ. *reg.* 52. Tuſch. *n.* 13. locis citatis.
Fulu. Paciano *de probat. lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 41. Farin.
in praxi, tom. 1. *quaeſt.* 24. *num.* 10. Maſchard. *de probat.*
29 *concl.* 1253. *num.* 2. qui loquitur in delictis. † Tum
quia veriſimile non eſt, ſtatutum voluiſſe reiicere
filios & nepotes illius, qui pœnitens conuerſus, &
reductus fuit ad fidem, quam deſeruerat, & admit-
tere eos, qui fuerunt geniti ab impœnitenti & perti-
naci parente, qui ideò vltimo fuit damnatus ſuppli-
cio, *arg. l.* 3. §. 1. *verſ. ſed fas non eſt*, *de Donat. inter*, *gloſſ.
in cap. plerumque*, *de doto poſt diuort. reſtitu.* Paul. Caſtr.
conſ. 147. Reuocatur in dubium, & *conſ.* 154. *Pro iſta
Domina*, *lib.* 2. & ſpecificè loquendo tenent allegati
30 ſupra *quaeſt.* 3. § 3. *num.* 18. † Tum quia plus honoris
vitio infidelitatis tribueretur, quàm virtuti conuer-
ſionis ad fidem, aduerſus rationem text. *in Auth. de
reſtitut.* & quæ parit in vndecimo menſe, §. *fin. No-
uell.* 39. *gloſſ. verb. voluimus, in d. cap. ſtatutum*, vbi com-
muniter D D. & perplures allegati à P. Th. Sancio
in decalog. lib. 2. *cap.* 27. *num.* 1. cum aliis à me congeſtis
31 ſuprà *quaeſt.* 3. §. 3. *illat.* 6. *num.* 62. † Tum quia exten-
ſio ex maioritate rationis etiam in ſtrictis & odioſis
aliàs reſtringendis locum Iure habet, ex text. *in l his
ſolis*, 7. *verſ. Actionem. verò*, ibi. *Etiam tacitè, cautum pu-
tamus*, *C. de reuocand donat cap.* 1. §. *ſed quia.* Quæ fuit
prima cauſa benef. amitt. in vſib. feud. Bal. & DD. *in
Auth. quas actiones*, *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Petri Surd. *de
aliment. tit.* 6. *quaeſt.* 18. *num.* 31. & *tit.* 8. *priuileg.* 38.
num. 19. Io. Gutiert. *lib.* 1. *practic. quaeſt.* 106. *num.* 1.
Caſſadoro *deciſ.* 2. *num.* 2. *de teſtam.* & loquendo in
ſtatutis odioſis ſic expreſsè tenent, Flamin. Pariſ. *de
confident. quaeſt.* 10. *num.* 5. & 6. Ant. Monach. Lucenſ.
3: *deciſ.* 64 *num.* 26. & 27. † Tum etiam quia ex aduer-
ſo maximum ſequeretur abſurdum, quando etiam
in pœnalibus licita eſt extenſio propter abſurdum
vitandum *ex l vxor.* 13. §. 1. *Ad l. Iul. de adult.* Euerard.
in loco, *A ratione leg. larga num.* 65. *verſ. nam vbi non
fuit extenſio*, Aym. Craueta *de antiq. temp.* 4 *part.* §. *vi-
deamus modò de aliquibus limitationibus, num.* 11. *vſque
ad* 17. & *num.* 24. Alphonſ. à Villagut. *de extenſ. leg.
correct. & pœn ſimul. num.* 78. & *ſeq.* & *in Rub. de extenſ.
leg. pœn. reſpectu mera pœna à num.* 59. & poſt omnes
Farin. 1. *part. fragm. lit. E. num.* 156. Auguſt. Barboſ.
axiom. 1. *ex num.* 1. & *loco* 2. *per totum*, tum denique,
quia ita hoc deciſum habemus *in l. relegatorum*, 7. §.
poteſt alicui 15. *de interd. & releg.* & faciunt tradita per
Cæpolam. *in leg.* 1. §. *ſed ſciendum*, *num.* 54. *de adilit.
edicto.*

Ex quibus prouenit primò ſtatutum prohibito- 33
rium loquens in deſcendentibus indeterminatè,
aut in certo gradu à Pœnitentiato per ſanctum offi-
cium ex leui præſumptione hæreſis amplecti etiam
progeniem illius, qui punitus ob vehementem fuit
præſumptionem, aut reconciliatus ſicut verus hære-
ticus, quia maior interuenit ratio in hac, quam in il-
la ſpecie, ex præcitatis.

Prouenit etiam ſecundò, quòd ſi ſtatutum loqua- 34
tur in deſcendentibus à punito ſeu pœnitentiato
per ſanctum Inquiſitionis officium generaliter lo-
quendo, comprehendet omnes prædictas pœniten-
tias, tam vero hæretico impoſitas, quàm ob vehe-
mentem, ſeu hæreſis leuem ſuſpicionem, quia illa
generalis diſpoſicio omnes apprehendit pœnas abſ-
que diſtinctione aliqua, dummodò pœnitentiæ pu-
blicæ fuerint. Atque ita puto intelligi ſtatuta Colle-
giorum maiorum, ſanctæ Eccleſiæ Toletanæ & ali-
quorum Ordinum militarium, † ſpeciatim D. Iacobi 35
in tit. de las qualidades que a de tener el cauallero, *cap.*
4 *fol* 47. *pag.* 1. vbi tantùm declaratur incapax, & in-
habilis, ad obtinendum habitum miles, cuius aſcen-
dentes, vel eorum aliquis intra quartum gradum
fuerint damnati, aut pœnitentiati per ſanctum of-
ficium Inquiſitionis velut hæretici, aut ſuſpecti in
fide. Et in ordine Alcantaræ *tit.* 17. *del habito*, *cap.* 1.
ibi, *O penitenciado por el ſancto officio por coſas de fee
faſta el quarto grado*, & Calatrauæ *cap.* 1. §. 2. *fol.* 201.
vbi tantùm loquitur in pœnitentiatis, & eorum deſ-
cendentibus vſque ad gradus à iure communi ſigna-
tos, vt patet ibi, *Item declarando que las palabras que
dicen, que no ſean hereges, ordenamos, que quando alguno
de qualquier eſtado o condicion que ſea, fuere condenado
pol el ſancto officio de la Inquiſicion por hereje, ora ſea
relaxado al braço ſeglar, o reconciliado, o por ſoſpechoſo
en la fee penitenciado publicamente en cadahalſo hecho
en plaça, o en Igleſia, el y ſus deſcendientes por linea maſ-
lina, o femenina ſean inhabiles, e incapaces para tener el
habito de nueſtra orden en el grado que el derecho di-
ſpone para las demas honrras y dignidades.*

Procediique iure prædicta reſolutio, quia diſpo- 36
ſitio generalis generaliter intelligi debet, *l. in lege lo-
catione*, 29. *Locati*, *l. Non aliter*, 69. §. 1. *de leg.* 3 *l* 1. §. *ge-
neraliter*, *de leg. praeſt.* Alciat. *reſponſ.* 103. Auguſt. Bar-
boſ. *Axioma* 73. *num.* 6. *pag.* 46. & tantum operatur,
quantum ſingulorum expreſſio, *l. ſi duo*, 51. *in fin. de ad-
min. tut.* gloſſ. *in l ſi quas mihi bona*, 25. §. *iuſſum*, 4. *de
adq hered.* Ripa *in l.* 1. *num* 31. *de vulgari.* Rol. à Valle
conſ. 2. *num.* 9. *lib.* 4. Zephalo *conſ.* 150. *num.* 13. Etiamſi
maior ratio ſit in vno, quàm in alio, *ex l.* 1. §. *quod au-
tem*, *de Aleator. l.* 1. § *vxori de auro & arg. leg. d. l.* 1. §.
generaliter, *de leg. praeſt.* Petr. Surd. *de Aliment. tit.* 1.
quaeſt. 124. *num.* 10. Aym. Craueta *conſ* 92. *num* 4 &
conſ. 133. *num.* 5. Io. Gutiert. *conſ.* 5. *num.* 5. vbi *num.* 6.
hoc extendit ad materiam odioſam, cui conuenit
Crauet *conſ.* 118. *num* 14. Andr. Tiraq. *in l. ſi vnquam*,
in præfat. num. 119. *C. de reuocand. donat.* relatus per
Auguſt. Barboſam citato loco, vbi ex Romano *conſ.*
379. *circa primum in principio*, extendit ad diſpoſitio-
nem iuratam negatiuam, quæ dicitur vniuerſaliter
negare.

Prouenit tertiò, quòd ſtatuta loquentia de pœni- 37
tentiatis in ſancto Inquiſitionis Officio impoſitis
intelligi debent de publicis, non verò de occultis,
quibus vtuntur Inquiſitores, aliquando in Tribunali
oſtiis clauſis, aliquando in religioſo monaſterio, aut
alio

Digitized by Google

alio pro loco ſalutares iniungendo pœnitentias ad animarum ſalutem, quæ, & ſimiles comprehenſæ non videntur in ſtatutorum depoſitionibus, quamtúmuis generaliter loquantur, tum quia nullam infamiæ notam gignunt, tum quia ſolent ſimiles imponi pœnæ ob leue delictum, & ſuſpicionem, quæ tantam non merentur afflictionem, vt arceantur deſcendentes à ſimilibus honoribus, ob enim facile verbum, cui non deeſt fortè ignorantia, & ob factum cui, licèt ſuſpicione pleno, plena tamen conſideratio, & malitia deficiunt, tam graues & ignominioſas pati pœnas, maximè erit durum, atque inhumanum, nec non etiam irrationabile, *cap. 2. de conſtit.* cum ſimilibus, atque ideò reprehenſibile, l. *Saluius* 6. *d. leg. praſt.* & ſpecificè ita tenere videtur Parlad. 3. *quotid. differ.* 108. *n.* 18. qui agit de publica pœnitentia, & bene loqueretur circa puritatis ſtatuta, non verò de iure communi, prout loqui videtur, ex quo pœnitentia publica niſi fuerit ſolemnis, non infamat, nec obſtat ad recipiendum ordines, nec dignitates eccleſiaſticas, vt diximus ſup. num. 6.

38 Prouenit etiam quartò, quòd cùm ratio præcipua, qua deſcendentes à pœnitentiatis per ſanctum Officium arceantur ex prædictis ſtatutis ab eorum officiis & honoribus, ſit Religionis Catholicæ contemptus, ſiue veris appareat probationibus, aut præſumptionibus, ſi ex alia cauſa præter fidem fuerit pœnitentia impoſita, vt puta ex illata iniuria Inquiſitoribus, aut Inquiſitionis Officialibus, ſiue ex falſitate teſtificationis, aut denunciationis factæ ex odio aduerſus innocentem coram Inquiſitoribus, aut ex aliis ſimilibus cauſis, quæ ad fidem non pertineant, locum habebit prohibitio, nec ideò pœnitens, nec eius filij, nec deſcendentes cenſentur reiecti ab hiſce, & ſimilibus officiis obtinendis, vt communiter tenent DD. *in d. cap. ſtatutum,* 15. *de hæret. in* 6. & Acebed. *in d. l.* 3. *num.* 70. *tit.* 3. *lib.* 8. *recop.* vbi adducit Simanch. *de Cathol. inſt. tit.* 64. *de teſtib. num* 95. *& ſeq.* P. Molin. *de iuſt. lib.* 3. *tit.* 2. *diſp.* 658. *ſub num.* 19. Petr. Thom. Sancius *in decalog. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 25. & ex eis Valençuela *d. conſ.* 91. *per totum,* maximè *n.* 3. *& ſeqq.* in quo ego nullum inuenio dubium.

39 Cuius ratio eſt, quia delictum, non ſententia, nec pœna infamiam irrogat, *l. ictus,* 22. vbi Bal. *de his qui not. infam. l.* 4. *§. ad tempus, de re milit. l. ad tempus,* 5. *l. eos qui* 12. *de curion. l. infamem,* 7. *de pub. iudic. l. fuſtibus* 16. *C. ex quib. cauſ. infam. irrog. l.* 5. *vbi gloſſ.* 12. *&*
40 14. *tit.* 6 *part.* 7. Cortaſ *lib.* 1. *miſcel.* 16. *num.* 5. † Etiamſi pœna ex ſe infamatoria non ſit, vt ſi pecuniaria fuerit, dummodò facinus famam lædat, infamia oritur, text *in l.* 1. *l. Athletas,* 4. *§. fin. de his qui not. infam. l. ceſſat.* 36. *de act. & oblig.* Valençuela *conſ.* 52. *num.* 71. quare cùm ſtatutum non tantùm ſe fundet in pœnitentia, ſed in eius cauſa, quæ eſt hæreſis, vel eius ſuſpicio, vt patet ex ordinum ſtabilimentis relatis ſuprà *n.* 35. in illis verbis, *o penitenciado por el ſancto officio por cauſas de fee.* Qualitas illa probanda eſt, cum cauſa ſit infamiæ, & excluſionis, non verò ſententia, nec eius pœna, ex notis iuribus *in l. non putauit.* 8. *§. non quœuis,* 2. *de bon. poſſ. contra tab. l. diuus Traianus* 14. *de teſtam. milit. l. Prat.* 4. *§. docere,* 12. *vi de bonor. raptor.* & in aliis adductis à Matienço *in l.* 8. *gloſſ.* 8. *num.* 1. *tit.* 7. *lib.* 5. *recop.* Petr. Surd. *de Aliment. tit.* 5. *quæſt.* 7. *num.* 40. *& tit.* 9. *quæſt.* 29. *num.* 11. *& deciſ.* 268. *num.* 12. *part.* 1. *& deciſ.* 320. *num.* 6. Lud. à Param. *de orig. Inquiſit. lib.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 69. & congeſtis à Farin. 1. *part.*
42 *quæſt.* 1. *num.* 23. † Nec hoc in caſu facti probatio abſque qualitate aliquid prodeſt, *l. ſi per alium* 5. *§. docere, Ne qui eum qui in ius voc. eſt,* Io. Gut. *can. quæſt. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 20. Th. Gramm. *voto,* 11 *à num.* 5. *cum ſeqq. & conſil.* 27. *num.* 1. cum allegatis à Valençuela *d. conſ.* 91 *num.* 11. vbi in propriis terminis ex facto decidit dubium, & defendit hanc ſententiam, & ante eum
Hugo Celſus *conſ.* 1. *num.* 47. † Quia ſtatutum locum 43
non habet, ni prius probata qualitate, in qua eius fundatur diſpoſitio, ex pluribus adductis ab Andr. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 4. *gloſſa,* 7. *num.* 1. Petr. Caball. *de homicid. num.* 520. *& in reſolut. crimin. caſu,* 56. *num.* 29. *&* 33. *& caſu,* 135 *num.* 2. Ioſ. Maſch. *de probat. concl.* 1249. *per totam,* Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. to.* 1. *c.* 90. *n.* 95. *& p.* 2. *c* 293. *n.* 28. Bonacoſa *in ſuis q. crim. verb. qualitas, verſ. ſi in diſceptionem,* Boër *q:* 115. *num.* 3. Hippol. Rimin. *conſ.* 69. *num.* 4. Gargiar. *conſ.* 126. *num.* 25. Petr. Foller. *conſil.* 77. *num.* 13. & aliis relatis à Card. Tuſch. *in ſuis pract. concluſ. lit. Q. concl.*
106. *per totam.* † Licet in ſpecie de qua loquimur, 44
conſtito de pœnitentia à ſancto officio impoſita, præſumptio meo iudicio erit, propter hæreſis facinus inflictam fuiſſe, cùm hoc munus in illo venerando Tribunali præcipuum ſit, & aliæ cauſæ extra fidem rarò eueniant, quare aliud intendens, illud probare
debet, † quod enim regulare eſt in primis præſumi- 45
tur, *l. nam ad ea* 5. *cum l. ſeq. de legib. cap. fin. diſt.* 3. *l.* 36. vbi *gloſſ.* 1 *tit.* 34. *part.* 7. *& gloſſ.* 4. *in l.* 5. *tit.* 5. *part.* 6. Bald. *in Rub. num.* 27. *C. de fide inſtrum.* Did. Velaſq. *in defenſ. ſtatuti Tolet. cap.* 58. *in princip.* At ſi conſtiterit non ex cauſa fidei pœnitentiam fuiſſe impoſitam, quãtumuis grauis exiſtat, obſtare non debet, nec locus erit ſtatutis prohibitiuis ex prædictis rationibus.

Prouenit etiam quintò, quòd ſtatutum loquens
in filiis & nepotibus reconciliatorum per ſanctum 46
Officium intelligi debet de illis, qui inuiti capti fuerunt per ſanctum Inquiſitionis officium, quorum Sambeniti in Eccleſia affiguntur, non verò de eis, qui ſponte comparuerunt, & ſecretò abſque publica pœnitentia, nec Sambenitorum affixione fuerunt recõciliati, vt circa Hiſpalenſe ſtatutum pluries à Rota deciſum fuit, & conſtat *ex deciſ.* 120. *part.* 3. *lib.* 2. *& dec.* 38. *n.* 2. *& dec.* 41. *eiuſdẽ partis lib.* 3. *in nouiſſimis.* Nauar. *conſ.* 1. *in fin. de Iudæis* Lara *d. c.* 4. *n.* 140. *verſ. deinde ſtatutum,* Ricciol. *de Neophyt. ca.* 7. *num.* 7. *in fin.*
† Quod licèt verum ſit in ſpecie dicti ſtatuti Hiſpa- 47
lenſis Eccleſiæ, quo puritas in rigore & poſitiuè non requiritur, tamen vbi ſtatutum excludit quamcumque maculam, & deſcendentiam à Iudæis, Mauris, & Hæreticis, habebit ſimiliter locum in ſponte, & ſecretè reconciliato, & eius deſcendentibus, quia ipſamet reconciliatio præceſſiſſe regreſſum à fide præſupponit, qui cauſa fuit prædictæ prohibitionis, *arg. l.* 2. *C. de iure aur. annul.* cum adductis à Ioſepho Maſch. *de probat. concl.* 974. *à num.* 3. & manet comprehenſus in ſtatuto, cùm ſit inter has duas ſpecies, & ſtatuta magna diſcriminis & aperta ratio.

Vnum tamen animaduerram, in prima ſanctæ In- 48
quiſitionis origine maximo rigore in leuibus cauſis & delictis proceſſum fuiſſe, & ex leuiſſimo crimine pœnitentias graues, & publicas impoſitas, quæ hodie deſcendentibus plurimùm nocent, puto enim hoc ita expediuiſſe in initio ſanctæ Inquiſitionis, ſiue ob maximam aduerſus fidem delinquendi conſuetudinem, ſiue ad iuriſdictionis & ſancti Officij fundamentum. In quocumque igitur euentu prædictas pœnitentias propter leuiſſima crimina impoſitas deſcendentibus nocere, perquam mihi inhumanum viſum ſemper fuit, quis enim rationi conſonum aſſerere poterit: quod verbum ex leuitate, ira, aut ioco, in ludo, aut priuatis loquutionibus inaduertenter prolatum ſiue ex ignorantia, & ruſticitate, infamiam irroget delinquenti, & deſcendentibus eius indefinitè, nec in certo gradu, vt ab officiis, & honoribus
puritatis arceantur? † Quis enim ex ipſa leuitate, 49
ioco, ſeu inaduertentia deducere audebit crimen ef-

fectu

ſectu ſaltim grauiſſimum, & omnibus tam noci-
ſe · arg. text *in l. ea quidem*, 5. *Cod. ſi mancip. ita*
fuer, *alien. vt man.* iunctis his quæ tradunt Bar-
tol. & Salicet. ibi & Iaſ. *in l.* 5. §. *hec autem ver-*
ba, *num* 113. *Qnod quiſque iuris*, Felin. *in cap. ex*
tenore, *numero* 7. *de reſcript.* Aym. Craueta *conſilio*
216. *numero* 12. Rebuffus *reſponſ.* 24. *verſic. Nam*
50 *quid.* † Quare in hiſce ſimilibus cauſis ſupremus
ſanctæ Inquiſitionis ſenatus ſolita ſua elemen-
tia, & miſericordia facillimè diſpenſationes, &
indulta impartitur, vt deinceps nullam infamiæ
notam, nec obſtaculum ad puritatis officia ob-
tioenda deſcendentibus afferant prædictæ pœni-
tentiæ.

51 Prouenit etiam ſextò, quòd ſi ſtatutum pro-
hibitionem ſuam dirigat ſpeciatim ad maculam
conuerſorum, & pœnitentiatorum per ſanctum
Officium, & non requirat expreſsè poſitiuam po-
ritatem nec Prætenſorem Chriſtianum vetera-
num eſſe, ſi macula illa in ſtatuto expreſſa non
probetur, nec aliter appareat, nec conſtet Præ-
tenſorem deſcendere à ſimilibus conueiſis, nec
pœnitentiatis, etiamſi poſitiuè non prubetur, eſ-
ſe Chriſtianum veteranum debet admitti ad præ-
tenſum munus, quia adimpletum manet cum
mente, & diſpoſitione ipſius ſtatuti ex eo tantùm,
quòd non ſit probata macula conuerſorum nec aſ-
cendentium vlla pœnitentia, quæ ſunt expreſſæ
cauſæ ſtatuto.

52 Nec refert quòd qualitas Chriſtiani vetera-
ni expreſsè non probetur, quia eam ſtatutum
non requirit, & eius defectus nocere non debet
dum exiſtentia non eſt de ſubſtantia, argum. text.
in leg. turpia, 54. §. *ſi Titia* 1. *de leg.* 1. & plura
adducta per Meſſiam *in leg. Toleti part. vltim. nu-*
mero 2. *cum ſequentibus fol* 195. & in noſtra ſpecie
loquendo per Valençuela *conſil.* 90. *à numero* 38.
cum ſequentibus, & ſub *numero* 44. qui hanc pro
viribus defendit opinionem, & quia cùm ſit ea-
ſus omiſſus in ſtatuto remanet ſub diſpoſitione
iuris communis, *l. commodiſſimè*, 11. *de lib. & poſt-*
hum. & in terminis dixit Rota *in Tolet. canonic.*
11. *Decemb.* 1608. *verſic. enim vero illud*, & factis
informationibus macula quæ per eas non inueni-
tur, præſumitur non eſſe, Caſtrenſ. *conſil.* 136. *nu-*
mero 7. *lib* 1. & ex aliis probat in noſtra ſpecie
loqnendo Ricciol. *de Neophyt. cap* 7. *num.* 5. *&* 6.
53 † Aliud verò dicendum erit, ſi Chriſtiani vete-
rani qualitas expreſsè in ſtatuto requiratur, nam
tunc ſpecialiter probandam eſſe, nullum continet
dubium, ex ſæpius adductis ſuprà, maximè *num.* 41.
& ſequentibus, & adducendis inſtà *quaſt.* 8. §. 3. *nu-*
mero 46. *&* 47.

54 At ego contrarium in prædicta ſpecie verius
coniicio, quia attenta ſignificatione huius ver-
bi maculæ, quæ hodie in noſtra viget Hiſpania,
accipiendo illud pro quacumque deſcendentia ex
Iudæis, Mauris, ſeu damnatis, & pœnitentiatis
per ſanctum Officium, ſiue ex conuerſis, ſiue ex
eo, quòd Prætenſor maioreſque ſui, non ſint ha-
biti, nec reputati pro Chriſtianis veteranis, itavt
idem demonſtret apud nos maculam habere, ac
non eſſe Chriſtianum veteranum; immò qui non
eſt habitus pro vetere Chriſtiano, dicitur macu-
lam habere: & dum ſtatutum requirit, quod ad-
mittendus non habeat maculam conuerſorum,
nec pœnitentiatorum per ſanctum Officium, vult,
quòd ſit deſcendens à Chriſtianis antiquis, hoc
eſt, quòd non diſcendat à nouiter conuerſis, nec
ab eis, qui crimen aliquod aduerſus Orthodo-
xam fuerint patrati fidem, ob quod extiterint
pœnitentiati ab Inqoiſitoribus hæreticæ prauita-
tis. Et quidem maiori ex cauſa prohibitio ex-
tendi debet ad deſcendentes eius, qui crimen in
fide pàtrauit, quàm illius, qui conuerſus fuit, ex
dictis ſuprà in præced. quæſtione §. 3. illat. 4. nu-
mero 61. & 62. † Ex quibus duobus prouenit 55
hæc quam maculam vocamus, & fama, & com-
munis maculæ reputatio, etſi huius origo, &
cauſa primæua aliquando ignoretur, tamen hac
extante illam præceſſiſſe præſumitur, cùm cer-
tum, aut ſaltim regulare ſit ortum ducere ab ali-
qua ex prædictis cauſis, vt latiùs dicam infrà
2. part. quæſtione 9. §. 3. ex numero 38. vſque
ad 42. † & ſic fama impuritatis demonſtrat vel 56
Prætenſorem deſcendere à conuerſis, ſiue à pœ-
nitentiatis per ſanctum Officium, ſiue ab Apo-
ſtatis, quæ omnia comprehenſa ſunt in dicto
ſtatuto, & eadem ſunt, & vnum quid ſignificant;
itavt idem omnino ſit, quod ſtatutum requirat,
quod Prætenſor maculatus non ſit, nec deſcen-
dat à conuerſis, nec pœnitentiatis per ſanctum
Officium, ac ſi expoſceret, quod poſitiuè Chri-
ſtianus ſit veteranus, & quòd poſitiua eius puri-
tas probetur, quæ deficit macula interueniente,
aut deſcendentia conuerſorum, ſeu pœnitentiato-
rum, & e contra, & dum ſtatutum illis prohi-
bet ingreſſum, expreſsè ad admiſſionem contra-
rias qualitates requirit, & per conſequens quod
poſitiuè probentur, cùm loquendo in illis, ne-
ceſſariò incidat in has, † & per remotionem ea- 57
rum contrarias qualitates admittat, & præciſè re-
quirat, *l. Pomponius*, 40. §. *ſed & is*, *in fin. de Pro-*
curat. l. ſi Titius, 16. *de condit. inſtit l. hæc verba ille*,
124. *de verbor. ſignific. l.* 1. *Cod. de furtis*, *l. ſcriptura*,
14. *Cod. de fide inſtrum.* Ariſtot. 5. Metaphyſ. Man-
tica *de coniect. lib.* 5. *tit.* 13. *num.* 19. Surd. *conſil.*
230. *num.* 13. *& de aliment. tit.* 9. *quaſt.* 43. & ma-
gis in ſpecie de qua loquimur probaui ex eodem
Valençuela *in præced.* §. *ex num.* 58. *cum ſequentibus.*
† Et quod ex verbis neceſſariò infertur, habe- 58
tur pro expreſſo, text. *in l. ſi cum tibi*, 4. *Cod. de in-*
dic. vbi Bart. Bald. Paul. Alexand. & Iaſ. idem Bart.
in l. Iulianus, *verum debitorem*, *num.* 5. *Cod. de con-*
dict. indeb. Octau. Oſaſco *deciſ. Pedam.* 64. *num.* 3.
Auguſt. Barboſa *Axioma* 89. *num.* 7. *&* 8. *pag.* 56.
Et quod virtualiter, & in conſequentiam ſtatuto
continetur, in eo dicitur expreſſum Baldus *in d.*
l. vbi adhuc, *num.* 17. *&* 18. *Cod. de iure dotium.*
Angel. *conſil.* 257. Quibus concludo dictas con-
demnationes, *colum. fin.* Ioſephus de Seſſe *Arago-*
nia deciſ. 202. *numero* 31. Anton. Monach. *deciſ.*
Lucenſ. 33. *numero* 10. Quare in propoſito du-
bio non ſolùm reſpectu communis acceptionis
prædictorum verborum, ſed etiam ex eorum vi,
& proprietate fatendum eſt, ab ſtatuto illo re-
quiri veteris Chriſtiani qualitatem, & omnino
eſſe probandam, eſto ſit contra eumdem Valen-
çuelam, qui nimis largè loquitur, non attenden-
do proprietatem, nec communem illorum ver-
borum ſignificationem, nec ſtatuti mentem, quæ
omnino præualere debet, & eſt attendenda, vt
ſuperiùs dixi ex Andr. Tiraquel. *de retract. lignag.*
§. 1. *gloſſ.* 1. *num.* 5. *&* 6. Andr. Gayſio *lib.* 2. *obſer-*
uat. 79. *num.* 5. Oſuald. Illigero ad Donel. *lib.* 26.
comment. cap. 2. *lit. A. pag. mihi*, 1391. cùm vſus
loquendi omnino præualere debeat, & commu-
niter recepta ſignificatio, ex dictis ſuprà in prin-
cip. huius quæſtionis, & adductis ab eodem Va-
lençuela *conſil.* 79. *num.* 49. maximè cum prædi-
cta communis acceptio ſit conformis naturæ,
& proprietati dictorum verborum, vt oſtendi-

mus ſuprà, & vidimus practicari in omnibus Tribunalibus.

59 Aliud verò dicendum eſt, ſi ſtatutum nuditer ab alia qualitate requirat cooptandum non debere deſcendere à pœnitentiatis per ſanctum Officium, tunc enim cùm ſit negatiua, non requirit ſpecialem probationem, nec Prætenſorem ad eam adſtringit, cum iure pro impoſſibili habeatur *l. actor. quod aſſeuerat. 23. C. de probat. l. 1. tit. 14 part. 3.* vbi, *gloſſ.* 1. cum ſimilibus, Stephan. Gracian. *deciſ. 64. num. 12. & deciſ. 105. num. 2.* ſed tantùm ex eo, quòd deſcendentia a pœniteotiatis non appareat, aut teſtes examinati tale non audierint, debet Prætenſor admitti, cuius naturæ eſt ſtatutum Hiſpalenſis Eccleſiæ, quod nihil aliud expoſcit, niſi quòd præbendati non deſceodant à reconciliatis per ſanctum Officium, qua in ſpecie, & in eodem ſtatuto loquuntur *deciſ. 167. numero 1. parte 1. diuerſ. ſacri Palatij, & deciſ. Rota 110. part. 3. lib. 2. nouiſſimarum*, adductæ à Valençuela loco citato *numero 38. & 39.* quod ſtatutum eſt diſſimile alieis, de quibus loquimur in præſenti dubio, & ideò diuerſa ratio.

60 Etſi enim prædictus Valençuela rationes, de quibus ſupra, pro contrariis agnoſcat in *numero 40. 42 & ſequenti*, & libenter fateatur in *numero* 48. communem intelligentiam, & proprietatem prædictorum verborum, & ſtabilimenti ordinis D. Iacobi, Calatrauæ eſſe illam, quam nos ſupra probauimus; tamen eſt quædam ab eo excogitata differentia inter verba Chriſtianus veteranus, & non deſcendentes à conuerſis nec maculatis. quam in applicatione horum verborum ad ſtatutorum diſpoſitiones non attendunt Doctores communiter cum errore, & deceptione, (quam ſibi, ſuæque nouiter excogitatæ opinioni cum maiori ratione tribuere debebat) ait igitur, differentiam non conſiſtere in ſubſtantia horum verborum, quia vnam & eandem eſſe fatetur: ſed in diſpoſitione ſtatutorum, & definitionum, quia ſtabilimentum declarans inhabiles, & incapaces eos qui habent maculam, aut deſcendunt à conuerſis, non extendit ſuam prohibitionem ad eum qui non probauerit eſſe purum, & mundum, & habuerit qualitatem Chriſtiani veterani, & ita non obligant præciſè ad illius probationem.

61 Cum & hæc de facto euenire poſſit, (vt euenit in Diui Iacobi Zebedæi vulgò Conchenſi Salmaticenſi maiori Collegio) vt quis etſi nobilis, & putus non inueniat teſtes, qui agnouerint maiores ſuos, & de ſua puritate poſitiuè deponant, & nihilominus admittendus venit in communitate, cuius ſtatutum verbis, *macula & conuerſos*, vtatur, ex ipſius mente, vt ſunt ſtatuta Ordinum Diui Iacobi & Calatrauæ cui conuenire videtur Ricciol. *de neophyt. cap. 7. num. 3. 4 & 5.* At ſi ſtatutum vtatur verbis *Chriſtiano viejo*, vt vtitur ſtabilimentum ordinis Alcantaræ, contrarium ſeruandum pro certo conſtituit, vt videlicet qualitas illa poſitiuè, & plene probari debeat, vt dictum manet, ita vt ex vſu horum verborum etſi eiuſdem ſint ſignificationis, differentiam prædictam deducat, & ratiocinetur Valençuela ipſe.

62 Quæ quidem differentia abſque impugnatione impugnata in ſe & ſui ratione ſatis apparet, in ſui ratione, inquam, ſi vllam habet, quia nullam inuenio: nec quidem habuit prædictus Auctor, aut ſi habuit, non plene demonſtrauit, immò contrariam faſſus ei non ſatisfacit: itaut agnoſcat rationem noſtram, quia conſtans eſt, ſuámque, & ſuæ opinionis, quia ignota, nec ipſe agnouit, nec nobis, vt eam agnoſcamus, oſtendit: vnde igitur certitudinem, ſeu veritatem ſuæ nouæ opinionis deducemus, ſi deficit eius ratio, aut ſi non deficit, latet; at puto non latere, quia non eſt, nec excogitare ſufficientem potuit prædictus Auctor, cùm eam non dixerit, ſed quam excogitare, aut agnoſcere potuit? cùm & ipſe fateatur, Chriſtianum veteranum nihil aliud eſſe, quàm non habere maculam Iudæorum, Maurorum, aut conuerſorum; & è contrario, quòd qui caret dicta macula dicatur Chriſtianus veteranus, & puritatem habeat, atque ideò ex communi acceptione illa vocabula & eandem qualitatem denotare, & ſignificare vnum per poſitionem, aliud per remotionem, atque ideò ſuam differentiam non conſiſtere aiat in ſubſtantia horum verborum, ſed in diſpoſitione & definitione ſtatutorum, quia non poteſt de vno tractari abſque eo, quod incidatur, & tangatur in aliud. His igitur ab eodem ita conſtitutis, quam potuit excogitare rationem quæ doctiſſimi viri eſſe, aut apparere valeat? Eſt igitur illa? quòd inter verba, in quibus nulla quoad ſignificationem differentia eſt, eam inter ſe conſtituant puritatis ſtatuta, vnum de vno, aliud de alio loquens? nullo modo, cùm etſi diuerſis verbis loquantur, idem omnino ſignificant, & poſtulant. † Si quidem 63 eamdem ſubſtantiam licèt verbis diuerſis continent, in quo enim poterit conſtitui differentia? cùm inter eadem nulla vera diſparitatis ratio conſtitui poſſit, & ſi poſſet, non eadem eſſent, eadem enim ſunt, quia eiuſdem ſunt ſubſtantiæ, vt Philoſophi paſſim, & probat text. *in leg. 1. §. nulla 8. iuncto §. ſed & ſimilitudinem 9. C. de vet. iur. enucl.* cum aliis adductis à Nicol. Euerard. in topicis legalibus loco, à ſimili, *numero* 5. facit text. à contrario ſenſu *in leg. lex. vectigali, 31. de pign. & hypoth.* cum adductis ab ipſomet Valençuela *conſ. 63. numero* 46. & magis expreſsè docent Bart. *in leg. ſi quis, §. ſi initium num. 2. in 2. lect. de edendo*, Ancharr. Rhegien. *quæſtion. 66. numero 4. part. 1.* Mandoſ. *in gloſſa facult. §. nos qui, verſic. eiuſdem pag. 106.* Cenedo *poſt lib. pract. & canon. quæſtion. ſing. 45. num. 3.* quos refert Auguſt. Barboſ. *dictione, 99. num. 2. pag. mihi*, 231. At poſſumus dicere ſtatuta prædicta in eiſdem, & in eadem ſubſtantia diuerſa voluiſſe? nequaquam. Aut quod idem diuerſa ſenſiſſe? quo modo hæc inter ſe coniungere valebit Doctor ipſe, † cùm ſubſtantia & 64 natura rei per diuerſos modos loquendi non mutentur, ſecundùm Ariſtot. lib. 1. Ethic. paulò ante fin. *leg. aſſumptio, 6. Ad municip leg. inſulam. 6. de praſcript. verb.* cum adductis ab Andr. Tiraquel. *lib. 1. de retract. §. 23. gloſſ. vn. n. 36. & in tract. de conſtitut. 2. part. ampliat. 2. num. 3.* Pelaez *de maiorat. 1. p. in initio, num.* 66. in nouiſſima impreſſione.

Et ſi dicat (quia non ſatis explicat) in eo conſiſtere, 65 quòd dũ circa prædictas qualitates vtitur ſtatutum verbis negatiuis, *no deſcendiente de conuerſos, ni penitẽciados*, ſatisfactum maneat ex eo tantùm, quòd deſcẽdentia a conuerſis, nec à pœnitentiatis non probetur, quia tunc dici non valet à conuerſis, & pœnitẽtiatis deſcendere, cùm ex vllis probationibus non appareat talis deſcendentia, & ideò adimpletũ cum requiſitis videatur. Non verò cũ affirmatiuè requiritur, *que deſcienda de Chriſtianos viejos*, cui nõ erit ſatisfactum

Digitized by Google

factum ex eo tantùm, quòd non probetur deſcendere à Chriſtianis nouis conuerſis, cùm tunc non ſequatur deſcendere à Chriſtianis veteranis, quia à conuerſis, nec pœnitentiatis deſcendentia non ſit probata, nam etſi id non probetur, nihilominus poteſt Chriſtianus veteranus non eſſe.

Prima enim facie diſcriminis ratio videtur, ex *reg. l. filiusfam. 7. §. 1. D. de donat. gloſſ. 1. in l. iurisgentium, §. ſed ſi frandandi, de pactis, & in cap. cum dilectus, verb. à ſuſpenſis de conſuetud.* Cobbarr. *var. lib. 1. cap. 13. numero 7.* Marian. Antonin. *var. reſolut. lib. 1. reſolut. 20. numero 7.* Cardin. Tuſch. *lit. N. concluſ. 27. tom. 5.* Sed cuique bene inſpecta, fragilem, & nullius eſſe momenti conſtabit, quia etſi diuerſa prædicta duo videantur, tamen re vera eadem ſunt, & idem
66 volunt, † cum negatiua illa, *No deſcendiente de conuerſos, ni penitenciados*, reſoluatur ex mente omnium ſtatutorum, & Tribunalium praxi, quæ eſt optima interpres, in affirmatiuam, id eſt, quòd deſcendat à Chriſtianis antiquis, qui non fuerint ex conuerſis; quia affirmatiua puritatis conſiſtit in veritate negatiuæ deſcendentiæ à conuerſis, & puniris per ſanctum Officium, & negatiua in veritate affirmatiuæ, nempe, deſcendentia à Chriſtianis antiquis conſiſtit in eo, quòd Prætenſor non deſcendat à conuerſis, nec à pœnitentiatis, itavt vtrumque idem ſit, & in idem incidat, ex communi acceptione, & natura illorum verborum, & ita non habetur nec regulatur ſicut negatiua, ſed velut affirmatiua, ex Geminian. *conſil. 142. numero 6. verſic. Item eſt aduertendum.* Cardin. Tuſch. *lit. T. concluſ. 267. num. 16.* Gracian. *diſcept. cap. 525. numero 14.* Et ſicut in affirmatiua poſitiuè eſt probanda qualitas deſcendentiæ ab antiquis Chriſtianis, vt ſtatuto ſatisfaciat, quod & Valençuela & omnes fatentur, ita ſimiliter in negatiua illa, non quatenus negatiue ſonat, ſed quatenus ſenſum affirmatiuæ includit, ſecundùm doctrinam Bartol. *in l. de ætate, numero 12. de minor. & in l. 2.* vbi Iacob. de ſancto Georgio, Bald. & Alberic. *de probation.* Angel. *in l. 5. Cod. de codicill.* Baldus *in l. actor, numero 22. & 23. Cod. de probation & in l. cum te, numero 14. Cod. eodem, & in cap. tertio loco, numero 9. de probat. & in cap. 1. §. ſi quis per triginta, numero 3. ſi de feud. fuer. controu.* Fulgoſ. *in l. vti frui numero 7. ſi vſusfruct. pet.* Abbas *in cap. cum Eccleſia ſutrina, numero 28.* & Ripa *numero 79. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Aretin. *in l. in illa ſtipulatione, numero 4. de verbor. & in cap. in noſtra, numero 22. & in cap. cum cauſam, numero 37. de teſtibus.* Anton. Gab. *lib. 1. de teſtibus concluſ. 4. numero 7.* Ægid. Boſſio *tit. de defenſa reor. numero 23. Herculan. de negatiua probanda, numero 157.* Fulu. Paciano *de probat. lib. primo cap. 44. numero 8.* Carol. Ruin. *conſil. 9. numero 19 volum. 2.* Boëtio *deciſ. 23. numero 94.* Rota *deciſ. 129. numero 4. lib. 2. diuerſ.* Prætereà quòd generis macula prouenit vel à conuerſis, vel à pœnitentiatis, nec poteſt ex alia cauſa oriri, & ita idem erit requiri ab ſtatuto, quòd cooptandus non proueniat à conuerſis, nec à pœnitentiatis, & quòd maculam non habeat, & ſit Chriſtianus veteranus, abſque vlla diſcriminis ratione, qua poſſit Valençuela ſuam clipeare opinionem.

§. IV.

De pœnitentiis defunctis, & abſentibus impoſitis. Et quatenus noceant filiis ante patris delictum natis.

SVMMARIVM.

1 *Defuncti & abſentes puniuntur ob hæreſim,* & n. 2.
Eorum filiis an noceant pœnæ num. 3. *Negatiuè proponitur,* à n. 4. cum ſeqq. *Doctores qui eam patrocinant*, n. 13. *Affirmatiua eligitur,* à n. 14. cum ſeqq. *Doctores, qui eam defendunt,* n. 24. & 25.
4 *Pœna aduerſus contumaces magis oritur ex contumacia quàm aliunde,* & n. 5. *Hæreſis reſpectu filiorum exorbitans eſt, & reſtringenda venit*, n. 56. *Impoſita filiis hæreticorum mortem hæretici pertinacis requirit,* num. 102. *Eius tempus morte precluditur,* num. 103. *Nec inſpicitur tempus inceptæ hæreſis,* n. 105.
6 *Sententia contra abſentem, & defunctum abſque legitima defenſione fuiſſe præſumitur, quæ contumacis perſonam non egreditur,* n. 7. & 8. *Sententia & confeſſio ob publicam vtilitatem omnibus præiudicant,* n. 23. *Lata contra libertatem abſentis omnibus præiudicat,* n. 24.
9 *Nemo ex aliena punitur contumacia & mora.*
10 *Lex ſeu ſtatutum filiis imponens pœnam ob patris delictum, non intelligitur de pœna in contumaciam lata.*
11 *Contumax ideò damnatur, quia pro confeſſo habetur.*
Ius ex contumacia crimen præſumit, ibid.
12 *Sentētia in contumacē ad hæredes non tranſit.*
Non tantam vim habet ſicut lata ex veris probationibus, & ſic in iudicatum non tranſit, ſed contrarium oſtendi poteſt.
Lata ſuper delicto infamatorio infamiā iuris non producit, n. 13.
Ex plenis probationibus lata in dubium eſt filiis nocere, aliàs abſurdum ſequeretur, n. 15. *Ex non plenis iuncta contumacia nocet, quia pro legitima iure habetur,* n. 16.
17 *Delictum morte extingui non habet locum in hæreſi,* n. 18.
19 *Patrem deceſſiſſe hæreticum ſufficit, vt filij pœnas incurrant.*
20 *Probationes hæreſis factæ in vita, & in morte æquiparantur.*
Aequiparata eiuſdem ſunt rationis, ibid.
21 *Argumentum validum de probationibus ad ſententiam, & è contra.*
22 *Hæreticus contumax velut verus ab Eccleſia iudicatur. Præſumptio ſicut fictio veritatem imitatur,* ibid.

Google

26 Defuncti bona à filiis confiſcantur.

27 Contumacia vera attendenda, non verò quæ legitimum habuit impedimentum.

28 Defunctus etſi comparere nō poſſit verè contumax dicitur, & quare. In eius damnatione pleniores interuenire debent probationes, n. 29.

30 Contumacia toties nocet deſcendentibus, quoties contrarium probatum non fuerit.

31 Iudicium in contumaciam ſemper in contrarium admittit probationes.

Filij, & conſanguinei ad contrarium probandum admittuntur, ibid.

Filij Antonij Perezij à ſecretis Philippi II. admiſſi fuerunt ad probandum contrarium in Inquiſitione Cæſarauguſtæ, & obtinuerunt in negocio ſui patris, cuius ſtatua combuſta fuerat. n. 32.

Nati ante delictum patris an pœnis ſubiiciãt infamiæ? n. 49. Negatiua proponitur à n. 50. cum ſeqq. Referuntur Doctores, qui eam tuentur, n. 68. & 69. Affirmatiua defenditur, à n. 70. cum ſeqq.

Doctores qui eam ſequuntur, referuntur, n. 117. & ſeq.

Puniuntur ob delictum patris in criminibus læſæ maieſtatis diuinæ & humanæ, vt parentes in eis puniantur, & facilius à tanti delicti patratione arceantur, n. 35.

Impuritatis ſtatutis excluduntur, ne ſequantur veſtigia parentum, n. 36. 52. & 83.

Infames manēt ob hæreſim patris, num. 37. & 39. Irregulares ſunt, n. 40. & 118. Contrarium, n. 69. Eius qui crimen læſæ maieſtatis patrauit infames etiam, & irregulares ſunt, n. 41. Abſurdum ſequeretur ſi infames & regulares eſſent, non verò filij hæretici, n. 45. In nobilitate lædi non poſſunt ex facto patris, poſſunt tamen in effectibus ipſius nobilitatis, n. 47. & 48.

Nati ante hæreſim verè filij hæretici non dicuntur, n. 57. Contrarium, n. 95. Si habent certum ſtatum, eis mutari non poteſt, n. 61. Nati ante dignitatem à patre acquiſitam ea non gaudent, n. 64. Orthodoxo & fideli nato caſus patris obeſſe non debet, n. 67. Eorum inhabilitatis cauſa qualis, n. 70. & ſeqq. Accipiunt à parentibus qualitates naturales à tempore conceptionis, n. 72. & ſeqq. Tales ſunt, quales fuerunt parentes, n. 84. Quando eorum educatio attendatur, n. 85. & ſeqq. Acriùs puniri debebant ratione educationis ex delicto matris, quàm patris, n. 88. Nati plus diliguntur à parentibus, quàm non nati, n. 90. Omnes indiſtinctè plectuntur, n. 93. & ſeqq. & 96. & ſeqq. Omnes æquè eaſdem à parentibus accipiunt ſanguinis qualitates, n. 111. & ſeqq. Iure diuino medicinaliter puniebantur, n. 125. & ſeqq. Alias ad punitionem, alias ad medicinam. num. 131. Nunquam tamen ex timore ne parentum mores imitentur, n. 132. In eorum punitione non eſt diſcrimen inter ius diuinum, & poſitiuum, n. 173. & ſeq. Iure ciuili ſicut & diuino conſtitutum, ne filij puniantur ob parentum delictum, & nihilominus aliquando puniuntur, num. 135. Ante delictum patris natos nihil ex eo trahere, quomodo intelligatur, num. 136. & ſeq. Non amittunt dignitatem acquiſitam ob patris factum, num. 141. Quando parentibus hæreticis ſuccedant, num. 61. & 144. Si fruantur nobilitate patris hæretici præſumuntur nati ante eius delictum, num. 152. Eis ingratitudo parentis quando noceat in ſucceſſione, num. 155. & ſeqq. In iure proprio noceri à patre non poſſunt, num. 159. Ex eiſdem parentibus nati non poſſunt habere ſanguinis diuerſas qualitates, num. 111. Nati ante crimen læſæ maieſtatis humanæ patris non ſubiiciuntur pœnis ex iure nouo Hiſpaniæ, num. 119. Nati ante delictum comprehenduntur in deciſione text. in cap. ſtatutum, 15. de hæret. in 6. num. 122. Pro parentibus neutro iure puniuntur, fallit tamen in aliquibus ex cauſis, num. 135. Amittere non poſſunt acquiſitam dignitatem propter patris delictum, num. 141. Sicut nec eam acquirere per patrem poſt eius peccatum, num. 142. Ad ſucceſſionem patris hæretici an admittantur, num. 144. & ſuprà num. 67. Cum ſuis deſcendentibus excluduntur à muneribus puritatis ex delicto patris, num 148.

33 Extranei etiam ex æquitate ad contrarium probandum admittuntur.

38 Argumentum de crimine hæreſis, ad crimen læſæ maieſtatis humanæ, & econtra quomodo procedat.

Et formari debeat, n. 121. & 143.

40 Inhabilitas filiorum hæretici eſt quaſi genus irregularitatis non ex infamia procedens, contrarium ibi, & n. ſeqq.

41 Irregularitas filiorum hæreticorum oritur ab infamia orta ex delicto parentum, non ex alia cauſa.

42 Similitudo effectus denotat ſimilitudinem cauſæ.

43 Hæreſis eſt crimen læſæ maieſtatis.

44 Diſpoſitio locum habet in criminibus eiuſdem ſpeciei, & quæ comprehenduntur ex lata ſeu propria ſignificatione.

45 Abſurdum eſſet, filios infames manere ob crimen læſæ maieſtatis parentum, non ob hæreſim.

46 Extenſio fit ob publicam vtilitatem.

47 Nobilitas ſicut ius ſanguinis immutabilis, eius effectus tolli à lege poſſunt, numero 48.

51 Macula

51 *Macula ex delicto conſurgens ceſſat reſpectu filiorum ante delictum natorum*, & num. ſeqq. *contrarium oſtenditur ex* num. 71.

52 *Timor ex educatione, & imitatione parentum non ceſſat in filiis natis ante delictum patris.*

Explicatur à n. 83. & ſeqq.

53 *Cauſa accidentalis cedit naturali.*

54 *Similitudines corporeæ à tempore conceptionis oriuntur.*

Naturales propenſiones ad bene vel malè operandum, etiam, ibid.

55 *Tempus conceptionis inſpicitur.*

56 *Pœna hæreſis reſpectu filiorum exorbitantior eſt, & reſtringenda venit.*

58 *Radix cuiuſque rei inſpicienda, non verò ex poſt facto accidens.*

Plerumque natalium, dum mutationem non accipit, num. 123.

59 *Originem familiæ non implicat puram eſſe, & aliquem ex ea diuertere à fide.*

60 *Qualitas originis inſpicienda, non ſuperueniens, explicatur*, num. 124.

61 *Status certus mutari non poteſt.*

62 *Auctoritates D. Auguſtini expediuntur, & explicantur*, à num. 125. cum ſeqq.

63 *Iura ciuilia pro hac parte adducuntur, explicantur*, à num. 138.

Pontificia n. 65. *exponuntur*, n. 125. cũ ſeqq.

De iure Regio, num. 66.

Explicantur, n. 143.

67 *Caſus patris filio orthodoxo non debet nocere.*

70 *Inhabilitatis cauſa ex delicto parentis deducta qua ratione oriatur.*

Parentes ex delicto non acquirunt nouas qualitates, ac antea habebant, ibid.

Eorum ſcelus, aut virtus tempore conceptionis filiorum plurimùm operatur, n. 71. *Affectus transfundunt in filios tempore conceptionis*, num. 80. *Patri in generatione plus tribuitur quàm matri*, num. 88. *Parentes in filiis puniuntur*, num. 89. *Plus diligunt filios natos, quàm naſcituros*, num. 90.

72 *Præſumptio eſt ex facto hæreſis pronum fuiſſe hæreticum ad illud patrandum delictum à tempore conceptionis.*

73 *Qualitates præcedentes ex ſuperuenientibus deducuntur, & econtra ſuperuenientes ex præcedentibus*, n. 74.

75 *Hæreſis à naturali prouenit ſuperbia, & ab inclinatione naturali.*

76 *Complexio corporea cuiuſque eius mores indicat.*

Infelix corporis temperatura velut inuitos ac reclamantes nos ad peccandũ trahit, ibi.

Fœditas corporis ad animum vſque peruenit, ac lædit, ibid.

77 *Animi affectus deducuntur ex motu membrorum.*

78 *Phyſiognomia, complexio, & temperies cuiuſque è conceptionis tempore acquiruntur & complexiones naturales.*

79 *Aſtrologi ſumere debent iudicia ex puncto conceptionis, non natiuitatis.*

Bonos cum bonis miſceri, publicè intereſt, ibi.

80 *Radix quælibet naturaliter ſuam virtutem in palmites eiicit.*

Affectiones hominum, corporis temperies, bona vel mala valetudo conſectari, poſſunt licitè ex naturalibus qualitatibus, ſignis & diſpoſitione membrorum, ibid.

81 *Affectus accidentales acquiruntur ex delicto, non naturales.*

82 *Delictum hæreſis demonſtrat, velut ſignum, prauum animum, & inclinationes naturales ad ſimilia manere in delinquente à tempore ſuæ conceptionis.*

83 *Præſumptia ne filij parentum mores imitentur, quomodo dederit huic prohibitioni cauſam*, & n. 85. & ſeqq. *Non primariò ſed ſecundariò eam dedit*, n. 85. *Sed ſimul cum ſanguinis infectione, & quomodo explicatur*, n. 86. & ſeqq.

87 *Homines ex ſe, vt plurimùm, habent quod ſunt, ab extra quod venit, minus eſt.*

91 *Affectio maior eſt ad perſonas notas. Immò deficit circa ignotas*, n. 92.

93 *Iura loquentia de pœnis filiorum hæreticorum generaliter loquuntur, explicatur*, n. ſeqq.

98 *Poſita ad reſtringendum e non proſunt ad ampliandum.*

99 *Hæreticus cõtinuatè delinquit, & hæreſis habet cauſam continuam, ſolo conſenſu perficitur, & à tempore perfectionis incipit cauſa infectionis*, n. 100.

101 *Duo tempora conſiderantur ad deciſionem text. in cap. ſtatutum, de hæret. in 6.*

104 *Tempus, quo diſpoſitio ſortitur effectum eſt inſpiciendum.*

106 *Statuta puritatis locum habent quocumque tempore Pater fuerit hæreticus, moriatur in hæreſi vel non.*

107 *Praxis Tribunalium eſt optima dubiorum interpres.*

108 *Statuta puritatis non ſolùm requirunt puritatem in radice, ſed etiam poſitiuè in ſingulis. Et totam aſcendentiam puram deſiderant*, n. 109.

Habent negatiuam Sin mancha, *quæ omnes caſus, & tempus comprehendit*, n. 115.

110 *Radix pura poſt hæreticale factum commiſſum ab aliquo deſcendente, quoad illum maculatur deinceps*, n. 123. & 145.

111 *Tempus anterius vel poſterius non producit diuerſas ſanguinis qualitates.*

112 *Frater dicitur quaſi ferè alter, vnus & idem ſpiritus inter duos diuiſus, ſunt quaſi vna perſona, & eiuſdem corporis partes.*

Æquè accipiunt è parentibus ſanguinis qualitates, & n. 114.

113 *De ſimilibus d ſſimilia non debent eſſe iudicia.*

114 *Inra ſanguinis inſpicienda , non accidentia.*

116 *Chriſtianus tranſiens ad ritus Iudæorum, vel Sarracenorum præſumitur à Iudæis, aut Sarracenis deſcendere.*

120 *Leges ciuiles in merè ſpiritualibus locum non habent.*

123 *Ea quæ per ſeminalem rationem procedunt, vt eſt puritas , macula , & qualitates ſanguinis , tandiu durant in ſua ſpecie, quamdiu ſemen reperitur in ſua eſſentia.*

124 *Macula ab vno contracta inficit omnes , qui ab illo proueniunt.*

128 *Punitio filiorum poſt delictum natorum demonſtrat magis eſſe propter crimen paternum.*

129 *Ius poſitiuum pleráque ſtatuit præter diuinum, & illud non poteſt imitari.*

133 *Diſcrimen nullum eſt inter poſitiuum & diuinum ius,circa punitionem filiorum* , & num. 135.

154 *Omnia non vna regula dimetienda.*

137 *Macula peccati producit habitum in peccatore , quoad peccandum inſtigatur.*

138 *L. ex facto,17.§.ex facto,5.Ad Treb. explicatur.*

*Deportatus pro mortuo habetur;eius filij velut tales iure non conſiderantur,*ibid.

*Actus incidens in cauſam à qua incipere non valebat,an valeat,*ibid.

139 *L. Generaliter, 34.§. fin. de ritu nupt. l. emancipatum,7.§.1.in fin.l.filiam 9. de ſenat.l.2.C.de libert.& eor.lib.l.Senator. 11. C.de dignit. lib. 12.§.ſed & ſi inſt.de ingen.*num.63.

Perfecta ex ſuperueniente caſu non tolluntur, ibid.

140 *Qualitas noua filiis adquiritur ex nouo patris delicto hæreſis.*

141 *Filij hæreticorum non amittunt beneficium quæſitum,nec vſum ſacrorum ordinum iam receptorum, nec dignitatem , nec officium puritatis iam poſſeſſum , ob ſequens delictum patris* , ſub num. 144.verſ.ex quibus.

146 *Cauſa maior adeſt in excludendis filiis hæreticis, quàm conuerſi.*

147 *Exponens ſe ſponte periculo magis culpabilis eſt,quàm qui caſu, aut coactus.*

149 *Tres actus poſitiui adquiſiti à genere circa ſuam puritatem vim amittunt,& non proſunt deſcendentibus illius, qui poſtea hæreticauit.*

150 *Cauſa incogitata non manet comprehenſa in ſententia.*

151 *Res iudicata ex ſuperueniente cauſa vim amittere poteſt.*

153 *Teſtes quando maculam generis teneantur dicere,quando verò non. Et an teneantur dicere maculatos filios natos ante delictum patris,*num.154.

155 *Ingratitudo patris an noceat filiis natis ante eam commiſſam.*

156 *Nominati diſtinctum ius habent , & ideò non admittuntur ad maioratum ex præſenti iure,ſed ex iam acquiſito ex nominatione,*num.157.

158 *Succeſſores non acquirunt ius nouum , ſed acquiſitum recipiunt.Et ab eo non poterunt priuari per factum ſui patris,*num.159.

NON tantùm præſentibus , & vitam adhuc 1
agentibus pœnæ propter hæreſim imponi ſolent, ſed etiam abſentibus,& defunctis,vt in abſentem contumacem ſtatuit, ac probat text. *in cap. cum contumacia,7.cap.vt commiſſi,12. cap. vt inquiſitionis, 18.de hæret in 6.cap.excommunicamus,13.§. qui autem, extra eod.tit.l.3.tit.9.part.1.*cum adductis à Simanch. *de Cathol.inſtit.tit.2.de abſentib. à num.1.* Io. à Roxas *ſing.2. num.* 4. Lud. à Paramo *de orig. Inquiſit. lib. 3. quæſt.4 num.6.*& pluribus allegatis à Proſp. Farinac. *de hæreſi quæſt.185.à num.93.cum.ſeqq.*

In defunctum verò, quoad famam , & bonorum 2
publicationem decernit ita text.*in l.Manichæos, 4.§. in mortem,4.C.de Hæret. & Manich. cap. fin. §. fin. de præſcript.lib 6 cap. Accuſatus , 8. §. In eo verò caſu , de Hæretic.eod.lib.*vbi gloſſa,& DD.*& in cap.ſi quis Epiſcopus,5.*vbi etiam,gloſſ.*verb. poſt mortem extra de hæret.cap.ſanè,fin.24.quæſt.* 2. Io. à Roxas *ſingul.* 50.*ſub num.1.verſ.Inquiſitores,& ſingul.134.num.9* Simanch. citato loco,*tit.18. num.* 14. & plures allegati à Farinac.1.*part. de Inquiſition. quæſt.*10. *num.*57. quod & praxi in omnibus Tribunalibus ſancti officij communiter ſeruatur , ita vt non plus ſit in huiuſce rei declaratione immorandum , cum his breuiter præhabitis ad noſtrum inſtitutum parum attineat longior tractatio.

Quod igitur attinet ad nos illud eſt. An pœniten- 3
tiæ à ſancto Inquiſitionis officio abſentibus , & defunctis impoſitæ noceant in fama eorum filiis , & deſcendentibus,vt ita parentum macula coinquinati arceantur ab officiis , & dignitatibus puritatem ſanguinis expoſcentibus ? & prima facie videtur quòd
non. † Primò quia huius excluſionis cauſa fuit ma- 4
iorum facinus contra fidem, vt ſuperiùs probaui in præced.§.1.pluribus in locis , & §. 3. num. 38. cum ſeqq.ſed pœna aduerſus contumaces impoſita potius oritur ex contumacia, quæ non dirigitur contra fidem , quàm ex principali delicto hæreſis, de quo quæritur.Igitur nulla eſt cauſa,qua ſimilis contumacialis ſententia noceat deſcendentibus ad munera
prædicta ſubeunda.† § Minor patet ex text.*in l.Papi-* 5
nianus,8.§.meminiſſe,l.qui repudiantes,17 §. fin.de inoff. teſt.am.l.ſi ideo,55.de euict. & vtrobique Bart. *l. Præſes, 5.C.de pignor.* Cobbat. *in pract. cap. 13. num. 5. verſ. Hæc ſanè ratio,*Io.à Roxas *ſing.2.num.* 3 Andr. Gayl. *tract.de pace publica lib.2.cap.5.num 9.cum ſeqq.*& pluribus adductis à Farinac.1.*p.de Inquiſit.q.11.n.92.93. & ſeqq.*

Secundò probatur ex eo , quòd ſententia & con- 6
demnatio in abſentem ſeu defunctum lata abſque vera & legitima defenſione eſſe præſumitur , textus aureus *in d.l.ſi ideò,* 55. ibi , *magis enim propter abſentiam victus videtur, quàm quod malam cauſam habuit, de euict.*Card.Tuſch.*lit.5.concl.124.tom.* 7. Peregr. *de fideicom.*

*fideicom.art.*53.*num.*57.Gracian.2.*diſcept.* 217. *n.* 24. ſed,tunc licèt ſententia noceat abſenti principali, ſeu defuncto,non tamen nocet aliis, cum quibus lis inita non fuit,*l.*2.vbi Bal. & Salic. *C. de fide inſtrum. l.Præſes*, 5. *C. de pignorib.* & alia iota à Peregr. citata: Igitur licèt ſententia in cauſa hæreſis abſenti,ſeu defuncto nocere valeat, non tamen damnum afferre filiis,nec deſcendentibus eius,cum quibus lis agitata non fuit.

8 Confirmatur primò ex regula communi, & iure recepta, quòd ſententia in contumacem lata ei tantùm, non verò alicui tertio nocet. Igitur ſententia aduerſus patrem contumacem, ſeu defunctum lata ipſi tantùm noo filiis, nec deſcendentibus nocebit. ¶ Antecedens conſtat apertè ex iuribus ſuperiùs allegatis,& ex Alciat.*reg.*3.*præſumpt.*22.*num.* 2. Viuio *commun.opin verb ſtatutum diſponens,quod pater teneatur ſoluere,limitat.*5.Iul.Claro *in pract.§.fin. quæſt.* 86. *verſ.ſed quæro nunquid.* Bonacoſa *in quæſt. crim. verb. Pater,pag.mihi,*137.*& comm opin.*2. *part. verb. contumax ſemel citatus,*Iac.Menoch.*conſ.*100 *num.* 162. *lib.* 2.Burſat.*conſ.*169. *per totum lib.*2. Marc. Ant. Eugen. *conſ.*68.*n.*6.Anton.Gom.*lib.*3. *variar. tit. de homicid. ſub n.*13.

9 Confirmatur ſecundò, nam ſi aliqua ratione nocere poſſet filiis,&deſcendentibus pœnitentia patris contumacis,ea maximè eſſet,quia ex huius mora, & contumacia illi plecterentur, quod omne ius abhorret.Igitur nulla eſt ratio, qua contraria poſſit procedere opinio.¶ Antecedens patet ex tex.*in l.cùm filius fam.*49.ibi,*At ſi pater in mora fuit,nō tenebitur filius,de verbor.oblig.*vbi Bart.Paul.Ang.Immol. Alexand.Socin. Iaſſ. & communiter DD. Alexand. *conſ.* 84. *n.*3 *lib.*3.Roman.*conſ.*754.*n* 5.Corn.*conſ.*42. *lib.* 2.

10 Confirmatur tertiò,Nam ſi lege,ſtatutóve expreſsè decidatur, quòd ſententia patris, & pœna ei impoſita noceat filio,vt in crimine hæreſis conſtitutum habemus *in d.cap.ſtatutum,*15.*de hæret.in* 6.non comprehendit ſententiam,nec pœnam in contumaciam patris impoſitam. Igitur nec in ſpecie noſtra. ¶ Antecedens probant *ex d.l.Præſes,S. C. de pignor.* Nello *de bannitis* 1.*part.*2.*tempore, quæſt.* 34. & plures quos cumulat.Proſp.Farin.1. *tom. de delictis & pœnis,q.*24. *num.*175.

11 Tertiò probatur, nam contumax ideò damnari ſolet, quia pro confeſſo habetur præſumit enim ius ex ipſa contumacia delictum à contumace paratum fuiſſe,vt colligi poteſt *ex d. cap. cum. contumacia, & ſimilibus allegatis ſuprà num.* 1. & explicant communiter DD. At ficta confeſſio confitentis perſonam non egreditur.Igitur nec ſententia eius virtute lata. ¶ Minor conſtat *ex l cum qui delatorem*, 29. *in princ. fiſci.*& ex adductis à Farin.*in d.n.*175. & ex omnibus communiter.

12 Quartò probatur,nam etſi regulare ſit, quòd ſententia lata tranſeat ad hæredes ex text. *in l. ex iudiciorum,*20.vbi gloſſ & communiter DD. *de Accuſat.* Anton.Gom.*lib.*3.*var.cap.*1 *num.* 82. locum non habet in ſeotentia,& condemnatione in contumaciam lata,*ex d.l.cum qui.*29.ibi, *Cæterum quin aduerſus hæredem eius tranſire non debet, de iure fiſci.* Igitur infamiæ nota, quæ Patrem tangit contumacem ex ſancti Officij damnatione tranſire ad filios,nec cæteros deſcendentes non poterit.

13 Quintò facit, quòd non tantam habet vim ſententia in contumaciam lata,ſicut quæ veris, & legitimis profertur probationibus,cùm hæc poſſit tranſire in iudicatum, & nullas in contrarium probationes admittit,vt notum eſt. At illa nunquam tranſit in rem iudicatam & ſemper in contrarium probationes recipit, quibus innocentiam oſtendere poteſt,non ſolùm contumax,ſed & filij, & hæredes eius.Igitur noo debemus ſententiis in contumaciam latis eamdem tribuere virtutem quam habent conſcriptæ in perſonam, & in iudiciis ordinariis latæ. ¶ Minor patet ex ratione text.*in l.annus*, 4. *in fin. de requir vel abſent.damnand.* & teneot Simanch.*de Cathol.inſtit.tit.*2.*de abſentibus, num.*20. *&* 21.*& tit.* 14. *de contumacib. num.* 10. & in Enchirid. *violat. Relig. tit.*45. *de abſentibus num.* 16. *&* 17. Roxas *ſing.* 134. *num.*11.Peña *in direct.*3. *part. comm.* 49. *verſ. Adueniente,& ſeqq.& verſ. Poſtremo.*Graciano *diſcept. for. tom.*1 *cap.*119.*n.* 9. *& facit quod ipſe tradit* 3. *diſcept.* 531.*num.*48. *verſ. Nec ex ea.*Petr. Thom. Sancius *in Præcept.Decalogi lib.*1.*cap.*27.*num.* 18.Sigiſm. Scaccia *de iud.cauſ.crim.& hæret.cap.*98.*num.*2. Confirmatur, nam ſententia condemnatoria propter delictum infamatorium, in contumaciam lata infamiam iuris non producit,licèt ſecus ſit,ſi feratur ex veris probationibus,vt de iure probant Caſtr.*conſ.*467.*ſuper hoc punct.num.*1 *lib.*1.Decian.*conſ.*96. *num.*25 *lib.*1. Petr. Barboſa,*in l.cum Prætor.*12.*§.fin. ex num.* 187. *& ſeqq. de indic.* Igitur verum eſt, quòd ſententia in contumaciam, non tantam vim habet, ſicut lata ex veris probationibus.

Quare Bart.*in d.l.filius fam.*49.*num.*4. *de verbor.*& 14
Bal.*in l.*2.*num* 23.*C.de edendo,*docent,notam aduerſus abſentem contumacem non egredi eius perſonam nec ad hæredes tranſire; immò generaliter ſimilem, ſententiam non infamare ex multis reſoluit Surdus *conſ.*173.*num.*100.*vol.*2. & in crimine leſæ maieſtatis humanæ loquendo,idem tenet Roland. *conſ* 29.*à num.*21.*vol.*3 *& conſ.*15.*num.* 4. *vol.* 4. Centolious *in addit.ad* Farin.*deciſ.*62.*lit.B.*Gracian. 2. *diſcept.* 217. *num.* 23. Et ex eadem ratione Ferd. Vaſquez *controuerſ.illuſtr.cap.*6.*à num.*7. *cum ſeqq.* ait quòd pœna priuatiua ſtatus ad hæredes non tranſit,defuncto eo, qui delictum commiſit. Et Hoſtienſ. *in ſumma Rub. de Hæret.§.qua pœna feriatur,num.*8.*verſ. verum tamen & prima ſententia,*voluit, quòd filij hæretici defuncti ante accuſationem,ſeu denunciationem non ſubiiciant ſententiæ, quæ poſtea aduerſus patrem feratur,& eamdem ſententiam defendunt Roland. *conſ.* 29 *n.*1.*& ſeqq.lib.*3.*conſ.*15.*in fin.lib.* 4. & plures allegati & ſequuti à Farin. *de crim. læſæ maieſt. quæſt.* 116. *§.*4.*n.* 130. licèt locum ad quem ſe remittit, inuenire non potui,quibus nooiſſimè accedit Caſtro Palao *opuſcul.moral. tract.* 4. *de pœnis impoſitis hæreſ. ſuſpect. diſp.*7.*punct.*2.*num.*11.*&* 12. quod maximè habere debet locum in puritatis materia, de qua principaliter agimus, cùm exinde vniuerſa maculetur progenies nota graui,& quodam modo indelebili, quod fieri ex condem natione in contumaciam & poſt mortem iohumanum, pérque durum omnibus viſum eſt.

Contraria quidem ſententia,& verior,& omnino 15
praxi ſeruanda eſt. Primò,nam ſi aduerſus contumacem veræ ſint, & legitimæ probationes obſeruationis legis Moyſi,aut ſectę Sarracenorum,ſiue hæreſis, nulla eſt dubitatio, niſi quòd omnibus deſcendentibus lata noceat ſententia;aliter enim melioris eſſent conditionis filij & deſcendentes contumacis, & defuncti in ſuo errore,quàm illius,qui obediens Inquiſitorum mandatis, aut qui in vita ab hæreſi fuit abſolutus, & Eccleſiæ vniooi redintegratus aduerſus
notas iuris regula.† Aut nō plenæ,nec legitimæ ſunt 16
probationes,& túc iuncta cōtumacia à iure pro legitimis,& plenis habentur, & contumax præſumitur verè hæreticus,& velut talis damnatur *ex d.cap. cum contumacia,*7.ibi, *ex tunc velut hæreticus condemnetur,* eadem ſunt verba *in d.cap.vt Inquiſitionis*, 18. *in fin. de hæret.in* 6 *& in d. cap. excommunicamus*, 13. *§. qui*

autem, extra eod tit. quæ dicitur præſumptio iuris, & idem operatur, ac euidens, & perfectiſſima probatio, vt infra quæſt. 8 §. 1. latiùs dicam. Igitur eoſdem debet operare effectus ſententia in contumaciam, ac operatur in perſonam lata.

17 Secundò probatur, ſi aliqua ratione ſententia contra patrem defunctum nocere non poſſet filiis, & deſcendentibus ad pœnas infamiæ & cæteras incutiendas, ea maximè eſſet, quia morte delictum maneret extinctum, nec pœnæ ad hæredes transire poſſent, ex reg. text. *in l. defuncto, 6 de publ. iud.* cum ſimilibus geſtis ab Ant. Gom. *lib. 3. var cap. 1. num. 78.* &
18 à Farin. *de Inquiſit. quæſt. 10 num. 36.* † At prædicta regula locum non habet in crimine hæreſis & apoſtaſiæ, nec in cæteris delictis, in quibus ipſo iure impoſita eſt pœna, quæ effectum ſortitur à die commiſſi criminis, & tranſit ad hæredes, ſaltim in tranſmiſſibili parte. Igitur patet noſtra affirmatiua ſententia. ¶ Minor conſtat *ex l. Gaius, 21. Ad S. C. Syll. l. 4. §. quod antè,* vbi gloſſa & DD. *Quod quiſque iuris, & in l. cōmiſſa, 14. de Public. & vectig.* cum infinitis propè allegatis ab eodem Farin citato loco *n. 68.* & circa filios, & pœnas ab eis incurrendas ex delicto patris hæretici, probat ex multis P. Th. Sancius *in decalog. lib. 2. c. 27. à n. 8.*

19 Tertiò, quia ad incurſum pœnarum tam ab hæretico, quam ab eiuſdem filiis, ſufficit probare patrem hæreticum deceſſiſſe, vt expreſſè probat notus text. *in cap. ſtatutum, 15. ibi, qui tales eſſe, vel tales etiam deceſſiſſe probantur, de hæret in 6.* Igitur maiori ex ratione procedet ſententia noſtra, cùm etiam in nudis legitimis probationibus ſine ſententia locum obtineret.

20 Quartò, quia probationes in vita, & in morte factæ circa crimen hæreſis, & Apoſtaſiæ æquiparantur, & robur eis abſque ſententia tribuitur, *in d. c. ſtatutū, & in d. c. cū contumacia, & in d. c. Accuſ. 8. §. In vero caſu, de hæret. in 6. & in c. ſi quis Epiſcopus, 5 extra eod.* At eadem in caſibus æquiparatis diſpoſitio & determinatio debet eſſe. Igitur probationes in vita vel in morte factæ etiam ſine ſententia hæretico, & eius filiis plenè nocebunt. ¶ Minor probatur *in cap. inter cæteras, 4. de reſcript. cap. in cauſis, 19. de re iudic.* cum ſimilibus adductis a Nic. Enerard. *in Topicis legal. loco, à ſimili, num.* 10. cum aliis allegatis à Farin. *in fragm. 1. part. lit. E. num.* 102 *& ſeqq.* & ab Auguſt. Barboſ. *Axioma 14. num. 1. & ſeqq. pag. 15. & loco 6. pag.* 306.

21 Confirmatur, de probationibus ad ſententiam & contra validum eſt argumentum de iure, quia diſpoſitum in illis ſeruari debet in hac abſque diſcrimine vllo: At probationes contra hæreticum receptæ ei & filiis ſuis nocent, etiam abſque ſententia, vt probaui ſupra, & latiùs infrà *quæſt. 9. §. 1. ex num. 2. cum ſeqq.* Igitur multo magis probationes ſimul cum ſententia. ¶ Maior patet ex text. *in l. ſed ſi poſſeſſori, 11. §. fin. & l. ſeq. l. in duobus, 28. §. colonus, de iureiur. cap. inter dilectos, 6. § in omnibus autem, de fide inſtrum.* & tenet Molina *de primog. lib. 4. cap 8 num 5.* Iac. Menoch. *de arbitr. caſu, 111. num.* 3. Io. Garcia *de nobilit. gloſſ. 25. num.* 8. cum aliis pluribus congeſtis infra *q. 13. §. 1. præmiſſo 4.*

22 Quintò probatur, nam iure ipſo, & Eccleſiæ iudicio hæreticus contumax veris velut conuictus indicatur probationibus. At præſumptio hæc veritatem imitatur & eoſdem habet effectus, *l. adoptio, 16. de adopt. l. cum ex oratione, 44 § At ſi. 1. de excuſat.* plures apud Auguſt Barboſ. *Axioma 97. num. 1. & ſeqq. pag.* 61. Igitur comprehendet omnes, quos ſententia & veræ comprehenderent probationes. ¶ Maior probatur ex traditis per gloſſ. & communiter DD. *in d. cap. cum contumacia, de hæret. in 6.* Roxas *ſing 2. num. 4. & ſing. 60. num. 3.* Simancas *de Cathol. inſtit. tit. 2. à num. 1 cum ſeqq.* Paramo *de orig. Inq. lib. 3 quæſt. 4. num.* 67. Cæſar Graſſis *deciſ. vn. de Hæret.* quæ habetur *in 4. tom. deciſ. nouiſſim. Rotæ.*

23 Sextò probatur, nam etſi ficta confeſſio ex contumacia ſurgens non ita potens eſſet, vt pœnam in hæredes transferret, ſicut ex iure communi ſuperiùs probaui, locum tamen haberet in grauiſſimis læſæ maieſtatis diuinæ & humanæ facinoribus, in quibus agitur de reipublicæ, & boni communis vtilitate, cuius reſpectu ſententia, & confeſſio omnibus præiudiciū afferunt. Igitur hæc opinio omni dubio caret. ¶ Antecedēs patet ex ratione tex. *in l. 1. C. vbi cauſæ fiſcal.* & ex adductis à Peña *in direct. 3. p. comm. 164. verſ. Nō obſtat,* & in terminis tradūt Bar. *in l. 2. §. ſi is, de bonis eorum, qui ante ſent & ex l. Manichæos, 4. de hæret. & in l. quiſquis. 5. C. Ad l. Iul. maieſt.* gloſſ. & DD. *in d. l. eius, qui delatorem, 29. de iure fiſci*, tenet Roxas *ſing. 69* Ioſ. Maſch. *de probat. concl. 348. num. 35.* Carrarius, *de executione ſententiæ contumacialis, cap. 1. num. 345.*

24 Septimò facit, quòd ſententia lata contra libertatem abſentis, licèt aliis non noceat, ſi tamen feratur ex euidentibus probationibus, vt ſunt, quæ à iure pro talibus habentur, & ſic ex contumacia aliis iunctis præſumptionibus, omnibus æque nocet, vt *ex l. Diui fratres, 27. circa fin. de liber cauſa,* docuit Cobbat. *in pract. cap. 11 num. 5. verſ. Quarto mihi,* Igitur & in noſtra propoſita ſpecie.

25 Ex quibus hanc amplectuntur ſententiam velut veriorem, & indubitatam Peña *in director 3. part. comm 164 verſ. At in caſu noſtro,* vbi ex Albert. *tract. de aſſertion Cathol. quæſt. 29. num. 9.* ait argumentum de contumace ad pertinacem de iure valere, P. Mol. *tom. 1. de inſt. 1 part. diſput 6, 8 num. 19.* Filliucio *quæſt. moral. tract. 22. n. 225.* & in crimine læſæ maieſtatis probant Tib. Decian. *tract. crim. lib. 7. cap. 41. num. 33.* Gregor. *tract. de læſa maieſt. lib. 3. tit. 1. quæſt. 13. num. 3.* atque his relatis Petr. Thom. Sancius citato loco *lib. 2. cap. 27. num.* 19. quibus & ego accedo, & hanc opinionem iuri & rationi magis conſonam, omninóque in praxi ſeruandam indico. In qua hodie non eſſe dubitandum apparet ex inſtruct, 16. Anni, 1484. in impreſſione nouiſſima fol. 6. & inſtruct. 61. Domini Valdeſij in eadem impreſſione fol. 35. † Ex 26
quibus defuncti bona à filiis confiſcantur, quod fieri non valeret attenta contraria opinione, qua eius ſequaces volunt, quòd filij non priuantur bonis paternis ex damnatione patris defuncti, ita vt non ſit locus confiſcationi in eorum præiudicium, vt voluit Farinac. *d. quæſt.* 191. *num.* 43. quod omnino euellitur in dictis inſtructionibus, & ſicut priuantur filij bonis paternis, ita & fama, quæ ex ipſius patris facto prouenit, & amittitur, quæ ſanè opinio veriſſima & tenenda eſt, ſi eam intelligas duobus cum temperamentis.

27 Primum, vt intelligatur de vero hæretico contumace, & velut tali damnato, prout proponit text. *in d cap. cum contumacia*, ſecus verò ſi de contumacia verè non conſtiterit, quia ob legitimum impedimentum coram Inquiſitoribus comparere non voluit, nec excuſationem oſtendere, vt docent gloſſ. Domin. Io. Andr. & Francus *in d. cap. contumacia.* Peña *d. 3. part. comm* 164. *circa fin. verſ. Cæterum hanc ſententiam*, quem laudat & ſequitur Petr. Thom. Sancius *in decalog. d. cap. 17. ſub num. 19. verſ. Quæ tamen ſententia.* † Sed hoc non ita generaliter intelligendum 28
eſt, vt in parte ſaltim deſtruat opinionem, quam defendimus circa damnationem memoriæ defuncti, quia cùm poſt mortem conuentus comparere non

valeat

Digitized by Google

valeat ex vrgentiori impotentiæ cauſa, quam alius
vinus intendere potuit, videbatur dicendum, quòd
eius filiis non poſſit nocere condemnatio ex reddita
ratione, quare intelligendum eſt prædictum huius
ſententiæ temperamentum in contumace tantùm,
non verò in defuncto damnato: quia defectus, qui
29 conſiderari valet in eius cauſa ex eo ſuppletur, †
quòd debent interuenire pleniores, & clariores pro-
bationes, quàm in cæteris cauſis, ex Simanc. *de Ca-
thol. inſtit. tit. 18. de defunctis num. 12. & ſeq. & num. 19.*
& in Enchirid. *tit. 62. de mortuis, num. 5.* Roxas *2. part.
de hæret. num. 30. & 31.* & poſt eos Farin. *de hæreſi
quæſt. 197. num. 120.* quod circa puritatis ſtatuta
magis indubitabile eſt, immò & in contumace idem
ſeruarem, ſi probationes fuerint ſufficientes, donec
contrarium legitimè mihi conſtitiſſet.

30 Secundum temperamentum eſt, vt toties contu-
macia hæretici damnati, ſeu memoria defuncti dam-
nata filiis & deſcendentibus noceant, quoties con-
trarium probatum non fuerit, quia ſi filij patris in-
nocentiam & Chriſtianum ſemper extitiſſe verè
probauerint, damnatio eis ad infamiam, nec ad alias
31 non nocebit pœnas. † Tum quia iudicij in contu-
maciam ea eſt natura, vt ſemper probationes in con-
trarium admittat, ex gloſſ. communiter recepta *in
cap. excommunicamus, el 1. §. qui autem, verb. condemne-
tur, de hæret.* allegat plures Petr. Thom. Sancius *d. cap.
27. num. 18. verſ. ſecundo,* & Farinac. *de hæreſi quæſt. 185.
num. 106.* qui etſi loquantur in ipſomet contumace
comparente, locum etiam habet in eius filiis, &
deſcendentibus, qui patris etiam mortui innocen-
tiam oſtendere valent ex eadem ratione, & text. *in l.
filio, 31. §. Seia 2.* vbi Alberic. *de adim. leg.* facit optimus
text. *in l. ſi quis filium 35. ibi, tamen poſſe nepotem eam-
dem cauſam proponere, 6. de inoff. teſtam.* Bal. *in l. 2. col. 2.
C. Ne ex delicto defuncti,* Anton. Gom. *tom. 3. var. cap.
1. num. 83.* Peregr. *de iure fiſci lib. 4. tit. 5. num. 35.* Ferd.
32 Vaſquez *controuerſ. illuſtr. cap. 96. num. 15. in fin.* † &
fieri ita ſemel vidi ex petitione, & inſtantia filiorum,
& deſcendentium Antonij Perezij à Secretis Philip-
pi II. qui velut contumax in Inquiſitione Cæſarau-
guſtæ damnatus fuit, & eius ſtatua publicè combu-
ſta, & poſt eiuſdem mortem à ſuis filiis innocentia
in ſupremo Inquiſitionis Senatu probata, illius me-
moria abſoluta fuit, & integra ei, ſuiſque reſtituta fa-
ma. Tum etiam, quia ita admittere videntur Peña ci-
tato loco, *verſ. cæterum hanc ſententiam,* ibi, *Aut deni-
que ea præſtitit, dixit, aut fecit, quæ ipſum verum Catho-
licum eſſe oſtenderent, tunc eius filij, & nepotes ſupradictæ
inhabilitationis pœnas minime paterentur,* & Petr. Th.
Sancius citato loco, *num 19. in fin. verſ. quæ tamen ſen-
33 tentia.* † Immò videtur quòd non tantùm filij, & hæ-
redes hoc facere poſſint, ſed etiam extranei ad inno-
centiam oſtendendam fauorabiliter, & miſerationis
cauſa, ex Farinac. *1 part. de Inquiſit. quæſt. 10. num. 74.
in fine,* ſed hoc de facto admitti, perdifficile mihi vi-
detur. Quæ igitur etſi loquantur in pœnis per ius
commune hæreticis & eorum filiis impoſitis, debent
ex eadem ratione extendi ad prohibitionem indu-
ctam ex puritatis ſtatutis, in qua eadem omnino in-
teruenit ratio.

De filiis natis ante delictum patris.

34 Quibus alia proxima eſt quæſtio, de qua non ſe-
mel dubitari vidi inter doctiſſimos viros: An videli-
cet filij concepti, aut nati ante patris hæreſim infa-
miæ notam incurrant, & cæteras patiantur pœnas?
anque admitti ex noſtris valeant ſtatutis, ſi alias à
pura & nobili oriantur radice? Ad quorum clariorem
explicationem tria præmitto. † Primum. quòd etſi in 35
criminibus læſæ maieſtatis diuinæ, & humanæ filij
aliquas patiantur pœnas, vt ita parentes in eis pu-
niantur, & faciliùs ab eorum patratione arceantur,
ex l. quiſquis, 5. § filiis, C. Ad leg. Iul. maieſt quæ canoni-
cata extat *in cap. ſi quis cum, 22. § filij, 6. quæſt. 1.* Auth.
Gazaros *C. de hæret cap. accuſatus, 8. § In eo, de hæretic.
lib. 6. cap. fœlicis, 5. de pœn. eod. lib. l. 7. & 8. tit. 1. part. 7.*
Andr. Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. Donatione largitus,
num. 313.* Cobbarr. *lib. 2. var. cap. 8. num. 5.* Iac. Menoc.
lib. 5. præſumpt. 33. à num. 5. Pichard. *in §. interdum,
num. 7. per text. ibi, inſt. de hæred. quæ ab inteſt* Petr. Fab.
lib. 1. ſemeſtr. cap. 8. Schifordeg *lib. 3 tract. 19 quæſt. 7.*
Oſuald Illiger. ad Donel. *lib. 18. comm. cap. 8. lit. Xx.
pag. mihi, 329.* ex ratione tradita *in cap. vergentis, 10.
extra de hæretic.* & explicata ab Azorio. *1. tom. inſt.
moral. lib. 8. cap. 13. in 8. hæreticorum pœna.* Ricciol. *de
iure perſon. extra grem. Eccl. lib. 5. cap. 26. num. 1.* Mol.
de iuſt. 1. tom diſp. 95. Petr. Thom. Sancio *in decalog.
lib. 2. cap. 14.* † In puritatis tamen cauſis præcipua ra- 36
tio excludendi filios, & deſcendentes hæreticorum
ab honoribus puritatem requirentibus, illa eſt, ne
parentum mores, & naturales propenſiones ad pra-
ua, quæ cum ſemine deriuari ſolent, imitentur, & ne
exinde communitatibus, & ſociis damna proueniāt,
à qua ratione non aliena extitit *d. l. quiſquis, 5. § filij,*
in illis verbis. *Paterno enim deberent perire ſupplicio,
in quibus paterni, hoc eſt hæreditarij criminis exempla
metuuntur, C ad l. Iul. maieſt.* & magis ſpeciatim pro-
batur ex adductis ſuprà hac quæſt. § 2. & q. 1. §. 4. &
alibi.

Secundum præmiſſum eſt, quòd filij hæreticorum 37
manent infames ex delicto patris, tum ex text. *in cap.
2. §. hæretici, & §. Ad hæc. de hæret. in 6.* tum ex arg.
ſumpto à crimine læſæ maieſtatis humanæ, quo filij
infamia notantur, *in d. l. quiſquis, 5 § filij verò* ibi, *in-
famia eos paterna ſemper comitetur, C. Ad l. Iul. maieſt.*
† Valet igitur argumentum de vno delicto ad aliud 38
ex text. *in cap. vergentis, 10. verſ. cum enim, de hæret. l. 4.
in fin. tit. 26. p. 7.* gloſſ. *verb. ſubire, in l. Manichæos, C. de
hæret.* Petr. Surd. *de alim. tit. 7. quæſt. 14 num. 27.* & ex
aliis infrà *num. 121.* referendis, intellige tamen,
quòd argumentum valet de crimine læſæ maieſtatis
humanæ ad hæreſim, ſicut de minori ad maius, non
verò econtra, vt concludit ex Gig. *de crim. læſæ maieſt.
lib. 3 de pœnis quas filij incurrunt, quæſt. 17. num. 2.* &
Roland. *conſ. 31. num. 16. & ſeqq. lib. 3.* Proſp. Farinac.
4. tom. quæſt. 112. num 7. Tum denique quia ſine vlla
extenſione textus in d. §. filij, & eius deciſio locum
habet iure canonico, ſicut iure ciuili, cum canonica-
ta extet *in cap. ſi quis cum militibus, 22. §. filij, 6.
quæſt. 1.* Quare ita defendunt communiter DD. ex
Acebedo *in l. 1 num 171. & in l. 3. num. 34. & duobus
ſeqq. tit. 3 lib. 8 recop.* Cobbar. *var. lib. 2. cap. 8. num. 1.*
Anton. Gom. *in l. 40. tauri, num. 91. verſ. tertio,* Peña *in
direct. 1. part commun 4. verſ. Hæc autem infamia,* Si-
manc. *de Cathol. inſt. tit. 9. num. 269.* Param. *de orig. In-
quiſit. lib. 3. quæſt. 9. num. 206. & ſeq.* Petr. Mol. *de iuſt.
tom. 3. 1. p. diſput. 658. num. 25.* P. Henriquez *lib. 14. de
irregularit. c. 5. n. 4.*

Nec ſubſtineri valet contraria, quam ex prædi- 39
ctorum fundamentorum deſtructione innititur pro-
bare Petr. Thom. Sancius *in decalog. d. cap. 28. num 5.*
ex Suarez *de cenſuris 5. tom. in 3. part. diſp. 48. ſect. 3.
num. 2. & de fide diſp. 24 ſect. vlt. num. 7.* Caſtro Palao
*opuſc. moral. tract 4. pœn impoſit. hæreſ. ſi ſpect. diſput. 7.
punct. 1. num. 10* Iac. Menoch *conſ. 868 num. 44. & ſeq.
vol. 9.* † quia nullam rationem vrgentem oſtendit, 40
quia inhabilitas ad officia *ex d. §. hæretici,* filiis hære-
ticorum impoſita ſit, quaſi quoddam irregularitatis
genus, non ex infamia proueniens, quia etſi hæreti-
eorum

Digitized by Google

corum filij ex hac cauſa irregulares maneant, vt prædicti fatentur, & probant Sayrus *lib. 6. cap. 10. num.* 4 Filiuc. *tract. 10. cap. 9. quæſito.* 3. Cobbar. *lib. 2. variar. cap.* 8 *num.* 5. Anton. Gom. *lib. 3. var. cap. 2. num.*
41 13. † hoc ab incurſa infamia prouenit, cùm alia cauſa nec ſit, nec iure conſideretur, ſicut & in filiis eius, qui læſæ maieſtatis crimen patrauit, infamia orta *ex d. l. quiſquis*, irregularitatem producit, vt expreſsè tenet Mart. Bonacina *de irregularit. diſp. 7. quæſt. 3. punct. 1. num.* 13 & filij hæreticorum ideò etiam irregulares dicuntur, quia infames ex delicto patris, vt nominatim voluit idem Bonacina ex omnium conſenſu *in d. num. 13. in fin* & Fr. Andr. à Souſſa *in Aphoriſm. lib. 3. cap. 23 num* 4 & cùm vtrumque paternum crimen irregularitatem in filiis producat, & ſit certum, quòd eius cauſa in delicto læſæ maieſtatis humanæ eſt infamia orta à crimine ſui parentis in eos deriuata, *d. §. filij verò*. Bonacina citato loco; ſequitur ex eadem cauſa naſci irregularitatem filiorum in crimine hæreſis. Tum ob vtriuſque delicti ſimilitu-
42 dinem, *d. cap. vergentis*. † Tum quia ſimilitudo effectus denotat ſimilitudinem cauſæ *l. rem non nouam, 14. circa fin. C. de iudic.* cum allegatis à Nicolao Euerardo in Topicis loco ab effectu *num. 1. & 2.* & ab Auguſt. Barboſ. *Axiom.* 87. *num 6. pag.* 51. & loco, *Ab*
43 *effectu*, 41. *num 1. pag.* 317. † Immò cùm hæreſis crimen etiam læſæ maieſtatis veriſſimè dicatur, & in crimine humanæ maieſtatis pœna infamiæ filiis ſit impoſita, & propterea irregularitas, conſequens eſt, quòd inhabilitas impoſita filiis ratione paternæ hæreſis prouenit ſimiliter ab infamia ex eadem cauſa orta, non tantùm extenſionis ratione, ſed & vi ipſius
44 diſpoſitionis, † quæ locū habet in omnibus criminibus eiuſdē ſpeciei, non tantùm in diſpoſito, ſed & in eo, quod ex propria, ſeu lata ſignificatione ſub eo cōprehenditur, arg. *l. libertum*, 64. §. 1. *de ritu nupt.* & ait
45 gloſſ. & Bart. *in l. miles, in princip. de re indic.* † maximè quia abſurdum ſequeretur, ſi filij manerent infames ex crimine læſæ maieſtatis humanæ à patre commiſſo, quod minus eſt, non verò ex paterno delicto contra fidem, quod maius eſt, vt conſiderat text. *in d. cap. vergentis*, & conſtat ex ratione tradita à Farin. citato
46 loco *quæſt.* 112. *num.* 7. † Etſi igitur extenſio neceſſaria eſſet, fieri poſſet ob publicam vtilitatem, & tanti criminis maius exemplum, quæ locum habet etiam in pœnalibus ex identitate, ſeu maioritate rationis, vt dixi ſupra *quæſt. 3. §. 1. num.* 40. & probat text. *in l. illud* 19. *vbi gloſſ. verb. alia cauſa, l. fin. vbi gloſſ. verb. captiuorum, C. de ſacroſ. Eccleſ.* Bart. Alexand. & DD. *in l. ſi conſtante in princip. ſolut. matrim.* & de extenſione in pœnalibus reipublicæ fauore facienda loquuntur Bart. *in l. 2. § exercitus, de his qui not. infam.* Abb. *in cap. muneres, de ſent. excomm.* Alciat. *lib. 5. paradox, c.* 9. Anton. Coſſet *ſing.* 100. ita ex vtroque capite comprehenſionis videlicet, & extenſionis procedat verè, & indubiè noſtra opinio, quidquid prædicti renitantur.

47 Tertium præmiſſum eſt, quòd etſi filij in nobilitate à maioribus prouenienti ex facto, nec delicto patris lædi non poſſint, tum quia qualitas eſt naturalis, & immutabilis ex vulgatis, tum etiam *ex l. 5. ibi, Quæ verò non à parte, ſed à genere, à ciuitate, à rerum natura imbuentur, ea incolumia remanere, de interdict. & relegat.* Tum ex multis, quibus hanc ſententiam probant Andr. Tiraq. *de nobilit. cap.* 35 *num.* 4. Acebed. *in l. 2. num. 29. tit. 2. lib. 8. recop.* Simancas *de Cathol. inſtit. tit.* 27 *num.* 8. Petr. Thom. Sancius *d. lib. 1. cap.* 19. *num.* 2. Pelaez *de maiorat. part. quæſt.* 4. *illat. 2. num.* 26 Proſp. Farin. *de hæreſi quæſt.* 191. *num.* 24 breuiter refert Fr. Ant. à Souſſa *in Aphoriſm. lib. 3. cap.* 24. *à*
48 *num.* 1. † Tamen effectus huius nobilitatis tolli à lege poſſunt prout facit *d. l. quiſquis, §. filij*, ibi. *Ad nullos prorſus honores, ad nulla ſacramenta perueniant, ſint poſtremo tales, vt his perpetua egeſtate ſordentibus ſit & mors ſolatium, & vita ſupplicium, C. Ad leg. Iul. maieſt.* *l. 2.* ibi. *E demas deſto ſus hijos, que ſean varones deben que dar por infamados por ſiempre que non puedan auer honrra de caballeria, ni de dignidad. tit. 2. part. 2. in d. cap. 2. § hæretici, & §. ad hæc, de hæret. in 6.* vbi ſpeciatim de filiis hæreticorum, atque hoc ſenſu loqui ſunt intelligendi Canteta *in quæſt. crimin. tit. de quæſt. tangent. punit. delict. cap. 2. num.* 11. Otalora *de nobilit. 2. part. 3. principalis cap. 7. num. 17. & part. 4. princip. cap. 9. num. 2. 3. & 5.* & faciunt tradita per Narbonam *in l. 14. gloſſ. 1. numero 95. titul. 2. lib. 6. recop. pag.* 813.

His ſic præmiſſis circa propoſitam quæſtionem: 49
An videlicet filij ante hæreſim patris concepti, aut nati infamiæ pœnam luant? Anque admitti valeant ex puritatis ſtatutis, ſi aliàs à pura proueniant radice? Sunt quidem plures Doctores, qui eam exagitant, loquentes de pœnis, quibus filij hæreticorum affliguntur, & quærentes, an eis ſubiiciantur nati ante commiſſum delictum: quorum diuerſæ ſunt claſſes, alij in affirmatiuam, alij in partem negatiuam prorumpentes, quos omnes plena congerit manu Farin. *de hæreſi quæſt.* 191. *num.* 39. & 40. & latiſſimè eam pro vtraque parte diſputat, & DD. Petr. Thom. Sancius *in decalog. d. lib. 2. cap. 27. à num. 6. vſque ad* 17. & vtróſque conglutinatim refert D. Franc. de Amaya *obſeruat. iuris lib. 2. obſeruat. 6. num.* 51. & circa irregularitatem prædictis filiis iure impoſitam contrarios inter ſe DD. affert Matt. Bonacina 1. *tom. tract. de Irregularit. diſp. 7. quæſt. 3. punct. 7. num.* 10. ex quibus ad ſatutitatem ſumere, quæ velis, poteris, quibus rationes addam, & difficilimæ quæſtionis veritatem clariùs, quàm adhuc extitit, oſtendam, maximè quoad attingat ad materiam puritatis probandæ.

Et negatiua pars, quòd videlicet filij ante patris 50
hæreſim concepti, aut nati impoſitas iure nō patiantur pœnas, præcipuè inhabilitatem, & honoris notam, qua ex puritatis ſtatutis ab honoribus arceantur, ex ſequentibus probari videtur. † Primò quia 51
tunc omnino ceſſant huius infamiæ, & excluſionis rationes, ceſſat igitur præcipua cauſa, quæ eſt macula ex delicto inſurgens, cùm defecerit tempore conceptionis illius cauſa, quæ delictum eſt, vt Macrobius dixit *lib. 5. Saturnal. cap. 11. ad medium, valet* (inquit) *ad fingendas, atque animi ſimilitudines formandas vis, & natura ſeminis*, cum aliis à me alibi copioſè cumulatis, & à P. Th. Sancio citato loco *n.* 10.

Nec vrgebit, quod etſi deficiat prædicta ratio lo- 52
cum habet & alia non minus potens, timor videlicet imitationis ex exemplo, & educatione parentum, quæ præcipua etiam cauſa fuit *in d. l. quiſquis, §. filij*, ibi, *exempla metuuntur, C. ad l. Iul. maieſt.* & Quintilianus lib. 4. arg. dixit, *Argumenta ſæpe à perſona eſſe ducenda, nam ſimiles parentibus, ac maioribus ſui filij plerumque creduntur, & nonnunquam ad honeſtè, turpitérque viuendum inde cauſa fluunt*, & Diogenes, cùm ebrium in foro vidiſſet, *illius*, dixit, *pater ebrius fuit*, & ex eadem cauſa dixit Martialis lib. 6. Epigram. ad Carulum, *Miror quòd Baſſi filia potat aquam*, & conſtat ex pluribus aliis locis, quos referre pudet, & refert Pelaez *de maiorat. part. quæſt. 51. nu. 4. & 15.* † 53
Nam cùm hæc cauſa accidentalis ſit, cedit alteri, quæ naturalis eſt, de qua in proxima ratione, nec mirum ſi non æqualis ſint potentiæ, & præualeat naturalis cauſa, vt oſtendit idem Petr. Thom. Sancius citato loco, *numero* 11. & probant plures apud Auguſt. Barboſam *Axiomate* 40. *num.* 33. & 34 *pag.* 19.

Conſima

54 Confirmatur primò, nam ſicut tempore conceptionis corporeæ fœtus ſimilitudines gignuntur tam in ſpecie, quàm in ſexu, & effigiei, vt ſingulas probant Andr.Laurentius *lib.8.de format.fœtus cap.2.* & nouiſſimè Perezius de Lara *in compendio vitæ hominis,cap.1.a num. 21.cum ſeqq.* & ſimiliter corporis & cæteræ qualitates, ſecundùm Ariſtot. *lib. 1. Polit. cap.5.& lib.3.cap.8.* ſic etiam & naturales propenſiones ad bene,vel malè operandum, quæ ſumuntur ex delicto à parente commiſſo, quod cùm deficiat eo in tempore,& deficere debet quælibet ſiniſtra ſuſpicio,quæ ex eo oriri poſſit.

55 Confirmatur ſecundò, tam iure naturæ, quàm ciuili tempus conceptionis,ſiue natiuitatis inſpicitur ad ſciendum fœtus conditionem. At eo in tempore parentes ſine crimine manent, vt præſupponimus. Igitur nihil eſt nociuum, quod ad filios transferre valeant,nec quod filios imitari, timeri poſſit. ¶ Maior patet ex text.*in l.antiqui,1.ſi part hæred. pet. l. & ſi ſeruus 5.de ſtatu homin.l.emancipatum,7.§.de Senator.§.2.inſt, de ingen.* cum aliis iuribus infra adducendis.

56 Secundò probatur, quia hæreſis pœna reſpectu filiorum exorbitans eſt a regulis iuris communis,& diuini,atque ideò reſtringenda, non extendenda venit.

57 At omnia iura de ſimilibus filiorum pœnis in hæreticorum loquuntur liberis, vt patet, & nati ante commiſſam hæreſim hæretici filij dici non poſſunt, ſecundùm Bart.*in l.ſi ſenator,11.per text.ibi, C. de dignit.lib.12.*& per alia iura infrà adducenda num.63. Igitur ad eos extendi prædictæ pœnæ nulla ex cauſa debent.¶ Maior probatur,*ex l.ſi pœna,10 l. crimen.26.de pœnis,l.ſancimus,22.C.eod.l.ſi quis,33.§.legis, C. de inoff.teſtam.l.1.C.Ne vxor pro marito*,cum adductis à Cobbarr.*lib.2.var.cap.8.num.* 5. Cenedo *collect.* 28. *num.1,ad 6* Io.Vela *de pœnis delict.cap.21. num.* 4.& 16.Farinac *in praxi crim.tom.1.quæſt.* 24. *quaſi per totam*,& quòd reſtringenda, non extendenda ſit probat text.*in l.cum quidam, 19.de liber.& poſth.l. cum hi, 8.qui tranſit.12. de Tranſact. legatum. 21. de adim. leg.* Rebuff *in cap.Poſtulaſti,notab.4.num.4.de Cler.excommun.* Craueta *de antiq. temp. 4.part.in princip. num.* 157.Gregor.*in l.2 gloſſ.10.quæſt.2.& gloſſa, 11.tit. 2. part.7.*Menoch.*de recuper. rem. 15. num. 17.* & relati plures per Farinac. 1. *part. fragm. lit. E, numero* 112.

58 Tertiò radix cuiuſque rei inſpicienda eſt,non verò ex poſtfacto accidens, *l quamquam, 4. de Aqua & aqua pluuia arc.l.clam. poſſidere, 6. de acquir. poſſ.* vbi Alexand.*num 7.*Bal.*in l.cum ancillis,num.10. C. de inteſt.nupt.*Petr.Gregor.*in ſyntaxi artis mirabilis,tom. 1. lib.2.cap.18.num.* 2. maximè cùm de natalibus quæritur, quia tunc maiori ex cauſa radicem inſpiciendam docuit Bal.*in cap.innotuit,n.11. verſ.Item vbi, de elect.per text.*quem mirabilem ad hoc vocat *in l. quid ergo 13. in princip. de his qui not. infam.* Rol. à Valle *conſ.10. num. 8 lib.2.* Igitur ſi radix & proſapia filiorum pura & nobilis eſt,non erit attendendum accidens,quod ſuperuenit poſt eorum natales ex delicto poſteà à patre commiſſo.

59 Quartò, non implicat radicem & vniuerſam familiam puram & nobilem exiſtere,& ex ea aliquem diuertere à fide,& ad ſectam tranſire alienam, vt ex traditis a DD.*in cap.contra Chriſtianos, de hæret. in 6.*

60 facilè colligitur. † At in quocúque euentu prima & præcipua cauſa, & generis qualitas ſunt attendenda in eis,quæ ad ſanguinem pertinent,vt probat expreſſè text.*in l.3. de interd. & releg.cum ſimilibus.* Igitur delictum paternum ſuperueniens mutare non debet qualitates à cunabulis in natis exiſtentes.

Confirmatur, nam quoties certum acquiſitum 61 filij habent ſtatum mutari eorum qualitates non poſſunt ex ſuperuenienti caſu,*l.oratione, 26. §.fin. de ritu nupt.*Petr.Gregor.*lib.4.ſyntagm.cap.1.num.7.* cum pluribus adducendis infra *num. 63. & num. 139.* ſed filij habent certas qualitates nempe puritatem, & nobilitatem generis,vt præſupponimus, dum eorum pater delinquit. Igitur ex eo mutari non potuerunt.

Quintò probatur auctoritate D. Auguſtini in 62 Pſalmo, 4.*ea enim* (inquit)*peccata parentum non pertinent ad filios,quæ faciunt parentes iam natis filiis,* & in Deut. quæſt. 41. circa expoſitionem illorum verborum,*Filij non morientur pro patribus*, ita proſequitur, *Hic de filiis iam natis eſt facta diſtinctio, vt vnuſquiſque in ſuo peccato moriatur, non enim trahit aliquid ex patre,qui iam natus erat,quando pater eius peccauit*, & in aliis locis,quos refert Petr. Thom. Sancius *d. cap. 27.num. 14. verſ. Secundo probatur*, à quo transfert D.Franc.Amaya *lib.2.obſeruat.cap.6. num.* 50. & alia refert Perezius de Lara *in compedio vitæ hom. cap. 1, num.10.verſ. Alia autem.*

Sextò probatur de iure ciuili ex text.*in l. generalit,* 63 *34.§ fin.*ibi, *Filiam ſenatoris nuptias libertini ſequutam patris caſus non faciunt vxorem,nam quæſita dignitas liberis propter crimen patris auferenda non eſt, de ritu nupt.l.ex facto,17.§.ex facto, 5.* ibi, *Conceptos quidem ante deportationem licet poſtea edantur efficere, vt conditio deficiat, poſt deportationem verò ſuſceptos quaſi ab alio non prodeſſe.* Ad S. C.Treb. (de explicatione agit Amaya *lib.1.obſeruat cap. 2.) l. emancipatum,7. §. in fin.*ibi,*ſi quis conceptus quidem ſit antequam Pater eius ſenatu moueatur, natus autem poſt patris amiſſam dignitatem:magis eſt vt quaſi ſenatoris filius intelligatur, tempus enim conceptionis ſpectandum pleriſque placuit,l. filiam,9.*ibi *Nam quæſita dignitas liberis propter caſum patris remoti à Senatu auferenda non eſt;de ſenator. l.2.* ibi,*quoniam illis delicta parentum non nocent, quos tunc eſſe ortos conſtiterit dum libertate illi potirentur,C. de libert.& eorum lib.l.ſenator,11.*ibi, *editos quipe antequam ſuſciperet dignitatem.* Iuncto Bartoli intellectu, ibi, *num.1.C.de dignitat lib.12.§.ſed etſi,*ibi, *Non debet calamitas matris ei nocere, qui in vtero eſt.* Inſt. de Ingenuis.

Sicut etiam filij ante dignitatem patris nati ea 64 non fruuntur,vt apertè probant text. *in l. ſi ſenator, 11.C.de dignit.lib.12 l.deſtitij,63.verſ.Omnes, qui poſt peractam illuſtrem adminiſtrationem, l. diua memoria, 65.*ibi, *Tam ipſi quam liberi eorum poſt eiuſmodi adeptam adminiſtrationem procreati;l fin.*ibi,*ſuæque poſteritati,quam poſtquam meruerit dignitatem, vel actum geſſerit, ediderit, anterioribus filiis in conditione priſtina remanſuris:C.de Decurion.lib.10.l 1.* ibi, *Los hijos que huuieren auido antes de la caualleria no goçen de la exemcion,y priuilegio de ſus padres,y que los hijos, que anſi huuieren deſpues de la caualleria, que a quellos goçen de la dicha libertad. tit. 1. lib. 6. recop.* quæ iura exornat Andr.Tiraq.*de nobilit.cap.15.num.9.pag.74.& primog, quæſtion. 31.ex num.2.*Otalora *de nobilit. 4.part. princ. cap.1.*Gregor.*in leg.2.*las honrras,*tit.13.part.2.*Cobbart.*lib.2 var.cap.8.num 5.*Io.Gutierr.*can. lib. 2. cap, 30.num.4.& ſeqq.* & ad noſtrum propoſitum nouiſſimè conſiderat Perezius de Lara *in compend. cap. 1, num.19.*

Septimò de iure Pontificio probatur *in cap. non* 65 *imputantur filiis peccata parentum, quæ poſt eorum natiuitatem à parentibus committuntur,1. quæſt. 4. cap. Iam itaque,8.*ibi, *Iam itaque cùm homo in ſe ipſo eſt, ab eo qui genuit eum,alter effectus, peccato alterius ſine ſua conſenſione non tenetur obnoxius,traxit ergo reatum, quia vnus erat cum illo,& in illo,à quo traxit, quando quod traxit,*

admiſ

admiſſum eſt. *Non autem trahit alter ab altero, quando*
ſua vnoquoque propria vita viuente iam eſt.1.*quaeſt*.4.&
ex textu in cap.1.ibi, *Tamen quidquid poſteaquam eum*
genuit, peccati pater eius admiſit, vbi particeps ipſe non
fuit, ad eum non pertinere, quis ambigit? 24.*quaeſt*. 3. &
facit text. *in cap. quaeris*, 129. ibi, *ſemel regeneratus per*
aliorum voluntatem deinceps non poteſt vinculo alienae
iniquitatis obſtringi, cui nulla ſua voluntate congeſſit, de
conſecrat diſt.4. Et denique ex Conc. Tolet. 13. cap. 5.
de hæreticorum filiis loquenti, vbi dicitur. *Quod*
& de filiis eorum decernimus obſeruandum, qui poſt ad-
miſſum ſcelus nati eſſe producuntur.

66 Octauò ex iure noſtro regio Caſtellæ probatur
in l.6. in fine, ibi. *Pero eſto no ſe entiende de los hijos que*
huuieren hecho antes que erraſcen, ca los derechos que fal-
laron los antiguos de Eſpaña en todas las coſas allido pu-
ſieron pena a los fijos por raçon de ſus padres ſiempre
guardaron eſto, que non huuieſſen pena los que antes auian
que el fecho malo ficieſen, tit.27. part.2. l. fin. ibi. *El hijo*
que es nacido no debe recibir pena por yerro del padre, tit.
31. *part*.7. *l*. 2. ibi. *Pero deçimos que ningun traidor, ni al*
euoſo, ni ſu hijo, que huuo deſpues que hiço la traicion, o
aleue no puede reſtar a otro, tit.8. *lib*.8. *recop*.

67 Nonò & vltimò facit, quòd filio orthodoxo, & fi-
deli nato non debet obeſſe caſus ſuperueniens hæ-
retici patris, *l. cognominus*, 19. & *Auth. Idem de Neſto-*
rianis, C. de haeret. l.4. tit.2. part.6. l.10. tit.5. lib.3. fori.
Bart. *in l. Gallus, § quid ſi is, num.* 2. *de lib. & poſth. &*
conſ. 1 8. *n*. . *p*. . Bal. *in d. l. Gallus, § quidam recte n*.10.
Caſtillo *in l.9. tauri, gloſſ. ex teſtamento, verſ. tertio caſu*,
Io. à Roxas *de ſucceſſion. cap*.20. *num*. 23. & poſt om-
nes Valençuela *conſ*.7. *num*.6. Igitur nocere ſimiliter
non debet in ſpecie noſtra.

68 Ex quibus rationibus hanc probant & ample-
ctuntur ſententiam Doctores allegati à Peña *in Di-*
rector. part comm. 163. *verſ. & filios ante genitos*, licèt
ipſe eam non ſequatur, inter quos eſt Simanchas, qui
multis hanc adſtruit opinionem, *de Cathol. inſtit. tit.*
29. *n*.23. & *ſeqq*. & *in enchirid. viol. relig. tit* 63. *n* 10. &
11. Iul. Clar. *lib*.5. *receptar*. §. *haereſis*, *n*.17. Mol. *lib*.4 *de*
primog cap.12. *num*. 55. Alter Mol. Theologus *de iuſt.*
tom 3.1. *part diſp*.658. *num*.21. Lara *in l ſi quis liberis*,
§ ſi quis ex his, num. 46. & 47. *de liber. agnoſc*. Andr.
Tiraq. *de iure Primog. quaeſt*.31. *num*. 4. Pelaez *de ma-*
iorat. 2. *part. quaeſt*.4. *illat*. 2. *à num*. 14. *cum ſeqq*. & 3.
part. in praefat. num.19. vbi, in quaſi propriis terminis
in quadam nobilitatis lite pro hac opinione fuiſſe
iudicatum in regali Granatenſi Cancellaria refert.
Anton. Gom. *lib*.3. *var. cap*.1. *num*.16. *in fin*. vbi de iure
regio veriorem vocat, ſecus de iure communi, Za-
ball. *comm. contra comm. quaeſt*. 653. *num*. 14 & *ſeq*. &
alij adducti à Proſp. Farinac. *d. quaeſt*. 191. *num*. 39. &
plena manu congeſti à Petr. Thom. Sancio *d. cap*.27.
ſub num.14. *verſ. & ideò hanc ſententiam, & ſeqq* quibus
& ipſe accedit. Hieron. Campanil. *diuerſor. iur. Rub.*
11. *cap*.26. *n*.20. & probabiliorem vocat Franc. Ant.
à Soulla *in Aphoriſm. lib*.3. *cap*.22. *num*.1. plures etiam
refert licèt non ſequatur Ign. del Villar *in ſua ſylua*
reſponſ. 12. *num*. 10. quos & ſequitur D. Io. Sancius
Abulenſ. *in ſuis ſelect. & practic. diſp* 44. *ſub num*. 54.
verſ. Similiter cum varijs, & adducti à Valençuela *conſ.*
7. *num* 6 *pag. mihi*, 65. & in eamdem magis propen-
dere videtur, D. Franciſc. de Amaya *obſeruat. iur lib*.2.
cap.6. *a num* 50 & *in num. ſeqq*. vtriuſque claſſis Do-
ctores refert. Nauarr. *conſ*.23 *de haeret. in* 2. *edit*. & con-
gerit, 72. auctores hanc tenentes opinionem, Laur.
69 Polo *in alleg. pro commitatu Baden*ſ. † Et quòd prædi-
cti filij nati ante delictum patris hæretici irregulares
non maneant, probant relati à Marr. Bonacina *de ir-*
regularit. diſp.7. *quaeſt*.3. *punct*.7. *num*.10. *verſ. Sed con-*
traria, fol. mihi, 130. ex quibus vides, quàm commu-
nis, & recepta ſit hæc negatiua ſententia, cum tot,
tamque magnis fulcita auctoritatibus, & rationi-
bus.

Contraria igitur opinio verior, & magis ample- 79
ctenda eſſe videtur ex aliis perpluribus, & fortè vr-
gentioribus rationibus. Primò ex illa vulgati, quia
non eſt præcipua cauſa inhabilitatis filiorum hære-
tici infectio paterni ſanguinis ex ipſiſmet tantùm
delictis producta conceptionis tempore, tum quia
parentes ex delinquendi actu non acquirunt nouas
alias qualitates, ac antea habebant. Tum etiam quia
vtrique filij tam concepti ante, quàm poſt delictum
innocentes æquè ſunt à crimine commiſſo à patre.
Igitur nulla eſt ratio, qua magis teneantur filij poſt
delictum habiti, quàm antea geniti.

Nec tunc vrgebit, plurimùm operare ad bonos, 71
aut prauos ſobolis mores fuiſſe bonos, aut ſcelera-
tos parentes tempore conceptionis, ex dictis in præ-
ced. quæſt. §. 2. num. 33. & multis congeſtis à Petr.
Thom. Sancio *d. cap*. 27. *num*. 10. qui plurimùm hac
ratione noſtram hanc opinionem euertere curat. † 72
Quia etſi hoc fatear, nego tamen ex criminis patra-
tione gigni in patre nouos humores infectos, qui fi-
lios ad prauos prauè operando cogant mores: ſed
quòd præſumitur ex illo ſceleſto facto hæreſis, ſeu
apoſtaſiæ quædam naturalitas, & pronitas ad ſimilia
ſcelera à natiuitate in patre imbibita fuiſſe, qua in-
ſtigante ſcelus commiſit. † Ex factis igitur ſuperue- 73
nientibus qualitates, & inclinationes naturales præ-
cedentes agnoſcuntur, ex text. celebri *in l. fin*. ibi, *Et*
ab initio patris eſſe eum videri ex hoc, quod poſtea conti-
git, oſtenditur, de Caſtr. pecul. vbi notat Bart. *l. ſi qui*, 34.
C. Ad leg. Iul. de adulter, §. *Pauonum*, vbi bonus textus
ad propoſitum *inſt. de rer. diuiſ.* faciunt tradita per
Bart. *in l. haeredes palam*, §. *in teſtamentis, num*. 4. *de*
teſtam. & *in l*.5. *num*.6. *C. de probat. gloſſ*.1. *in l*.29. *part*.
5. Andr. Tiraq. *in l. ſi vnquam verb. Donatione largitus*,
num.257. *C. de reuoc. donat*. Stephan. Gracian. *diſceptat.*
forenſ. cap.58. *num*.25. *cum ſeqq*. Flamin. Pariſ. *de reſi-*
gnat. benef. lib.7. *quaeſt*.1. *num*.72. Auguſt. Barboſa *de of-*
fic. Epiſc. 2. *part. allegat* 41. *num*.8. Petr. Surd. *deciſ*.326.
num. 85. † Et dicitur communiter, quòd qualitates 74
præcedentes ex poſtfactis dignoſcuntur, per notata à
DD. *in l*. 2. *C. de acquir poſſ*. Bart. *in l. ſed Iulianus*, 7. *alias*
l. item ſi filius fam §. *Proinde ſi acceperit*. 11. *Ad Mace-*
don Seguta *in l. quemadmodum, num*. 463. & *ſeqq. de*
adquir. poſſ. Morla *in emporio*. 1. *part. tit*.9. *de contrah.*
emption. quaeſt.3. Ioſeph. Maſch. *de probat. concl*.97. *num*.
7. Paul. de Caſtr. *conſ*.74. *vol*.1. Roman. *conſ*.153. *vol*.1.
Curt. Iun. *conſ*. 6. *num*. 6. Petr. Surdus & relati ab eo
conſ.221. *n*.16. & 46. † Quibus conuenit hæreſis cri- 75
men plerumque à naturali ſuperbia prouenire, vt
probat D. Thom. 2.2. quæſt. 11. art. 1. Alphonſ. à Ca-
ſtro *lib*.1. *aduerſus haereſes cap*.11. *circa princip*. & relati
ab Ignac. del Villar *in ſua ſylua reſp*.12. *num*.30. *verſ.*
Tum verò & facit text. *in cap. haereticus*, 28. 24. *quaeſt*. 3.
& ex carnis opere & naturali inclinatione præce-
dente, vt *in cap. haereſis* 27. ibi, *& de carnis operibus eſt*,
24. *quaeſt*. 3. cuius etiam alias plures cauſas ex vitiis
præcedentibus congerit Peña *in Direct*. 2. *part. comm.*
1. *verſ. Quamquam, pag*.84. Matth. Vveſembek *in pa-*
ratitl. ad tit. 6. *de haeret. num*. 4. † & indubitabile eſt, 76
quod cuiuſque complexio, ſeu temperies corporea
indicare ſolet eius mores, & ad bona ſiue praua vitia
eum dirigere (non autem cogere, ſicut omnia hæc
intelligenda veniunt) vt dixit Simon Maiolus in ſuis
colloquiis, ſiue diebus canicularibus *tom*. 2. *colloq*. 4.
de praedictionibus phyſiognomicis, verſ. Tertium à ſexu,
pag. mihi, 343. & ex Nicolao de Lira *in cap*. 1. *Daniel.*

verſ.

Digitized by Google

verſic. Conſtituit Rex annonam, & ex Ariſtotel. lib. Phyſionomicon in princip. probat nouiſſimè in noſtra loquens ſpecie Perezius de Lara *in compend. vita homin. cap. 1. num. 53.* plura apud Andr. Tiraq. *de nobilitate cap. 31. à num. 194.* & ideò I. C. Vlpianus *in l. 1. §. proinde, 8. verſic. Apud Vinianum de Ædilitio edicto*, dixit: *Vitium corporale vſque ad animum peruenire, & eum vitiare*, quod iterum repetit, *in l. ob quæ vitia, 4. §. 1. illo eodem tit.* exornat ex plurium philoſophorum auctoritatibus idem Andr. Tiraquel. citatò loco *num. 296. & in num. 311.* valde ad noſtrum propoſitum dixit, *quod infelix corpus temperatura velut inuitos, ac reclamantes nos ad peccandum trahit*, idem Ariſtot. de partibus animæ cap. 4. Collegium Conimbricenſ. lib. 4. de animæ cap. 1. lit. O. pag. mihi 15. & corporalis fœditas animi & morum deformitatem indicat, argum. text. *in cap. quia diuerſitatem, 5.* vbi Abbas *notab. 1. de conceſſ. prabend.* Tiraquel. *in l. 2. connub. gloſſa 1. part. 2. num. 55.* Eſtob. *de ratiocin. cap. 32. num. 1.* Auguſt. Barboſa *de offic. Epiſcop. 2. part. allegat. 42. num. 9.* plura Cauallos *comment. quæſt. 248. à n. 6. cum ſequentibus.* Bobad. *lib. 1. Politic. cap. 8. num. 8.* Hoſtienſ. Caualcan. *de Brachio regio part. 3. num. 84.*

77 Immò affectus animi deducuntur aliquando ex motu naturali membrorum, & ex affectionibus corporeis ex illo Prouerb. 6. 12. *Homo Apoſtata vir inutilis, graditur ore peruerſo, annuit, oculis terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum.* & Eſaias cap. 3. 9. *Agnitio vultus eorum reſpondit eis*, & concinit illud Martialis:

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læſus,
Rem magnam præſtas, Zoile, ſi bonus es.

78 Quæ qualitates Phyſiognomiæ, complexionis, & temperies è parentibus in filios plerumque tranſire à conceptionis tempore, nulli dubium eſt ex Ariſtot. lib. 1. Politicæ cap. 4. & lib. 3. cap. 8. D. Thom. *1. 2. q. 83. art. 2. verſ.* reſpondeo dicendum. D. Auguſt. *in cap.* 10. Geneſ. allegat Io. Vequer. *de inſtit. Chriſtiana, cap. 18. c. 5. vol. 1. & 2. col. fin.* Ambroſ. Chatherin. *de peccato orig. diſp. 6.* & ex D. Bonauent. docet Corduba *quæſt. lib. 1. q. 10. opin. 6. verſ. Item ſecundo* Aul. Gell. lib. 5. noct. attic. cap. 10. Bart. Chaſſan. *in Catalogo gloria mundi 2. part. conſid. 24. in princip. verſ. Nam licèt ſua cuique mens*, cum cæteris adductis ſuprà *quæſt. 3. §. 2. num. 3.* Et quidem ab inſtanti conceptionis, & naturalibus infunduntur ſimul cum earum affectibus, qui ſunt inclinationes naturales ad bene vel prauè operandum, à quibus parentis hæreticale crimen prouenire veriſimile eſt, & licèt aliquando hoc deficere poſſit, à frequentiùs accidentibus iu-
79 dicium ferendum eſt, † quæ eſt ratio, qua dixit Lucius *in ſumma quæſt. 1. art. 3. ad 7.* relatis a Petro Nauarra *de reſtitut. lib. 2. cap. 1. num. 97.* quòd iudicia ab Aſtrologis ſumenda ſunt ex puncto conceptionis, quo ex virga ſemen in matricem tranſmittitur, non ex puncto natiuitatis, & ex ratione Ptolomæi, & Hali Aſtrologi oſtendit nouiſſimè D. Villalpando 7. *de iure ſpirituali, cap. 3. numero 33. & 34.* quæ vera ratio eſt in ſe, ſi vera eſſent, quæ exinde Aſtrologi prædicunt. Atque ita in cauſis his naturalibus loquuntur Maioribus lib. 1. Saturnal. cap. 11. ibi, *valet ad fingendas, atque animi ſimilitudines formandas vis, & natura ſeminis*, Gracian. *diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 567. num. 58.* & Bald. *in l. Gallus §. quidam rectè numero 2. verſic. In ſecundo gloſſa magna*, ibi, *vitium quod eſt in radice naturali tranſit ad poſteros, de lib. & poſthum.* quare bonos cum bonis miſceri, vt boni ex eis orientur, intereſſe reipub. dixit I. C. *in l. 5. ſed & ſi ſeruus 13. de inſpic. ventre*, & Imperat. *in l. ſuper ſtatu 9. Cod. de quæſtion.* notat Gracian. *diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 567. numero 58 & 59.* Neuizan. *in ſylua nupt. lib. 4.*
numero 132. pag. 371. † vbi probat, quòd quæ- 80
libet radix naturaliter ſuam virtutem eiicit in palmites, quem & alios refert Pelaez *de maiorat. 1. part. quæſtion. 52. num. 16.* qui loquuntur de naturalibus parentum affectibus per generationem transfundendis in filios de quibus & loqui parentum intelligendi alij adducti à P. Thom. Sancio pro contraria; atque his qualitatibus naturalibus, ſignis, ac diſpoſitionibus membrorum coniectari hominum affectiones, corporis temperiem, bonam vel malam valetudinem licitum eſt, & pars philoſophiæ naturalis, vt probant plures Iuriſperiti apud Auguſt. Barboſ. *de officio Epiſcop. 2. parte, allegat. 42. num. 7.* Martin. Delrio *diſquiſit. magic. lib. 4. cap. 3. quæſtion 4. concluſ. vn. & quæſtion cap. concluſ. 1.* P. Thom. Sancius *in decalog. lib. 2. cap. 38. num. 4.* Doctiſſimus Franc. Raphaël de la Torre, *de religione tom. 2. quæſtion. 95. artic. 4 diſputat. 3. titul. de Phyſiognomica diuinatione, aſſert. 1.*
& titul. & de Chiromantia aſſert. 1. † ij verò affe- 81
ctus, qui generari valent ex crimine iam commiſſo non naturales, ſed potiùs accidentales appellari debent, qui non tantùm filiis nocent, quia in patribus naturam aliam gignant, ac habebant antea, quantum ex malo exemplo, quod filij accipiunt; & quatenus ſigna ſunt prauarum qualitatum naturalium in patre à natalibus exi-
ſtentium. † Igitur etſi infectio ſanguinis innata 82
ex delicto patris huius infectionis cauſa non fuerit, ſed boni, aut ſcelerati ſenſus patris conceptionis tempore, qui ſunt in patre poſt, non ante delictum vt contrarij volunt, tamen quia commiſſum ſcelus ſignum, ſeu præſumptio eſt praui parentis animi, & inclinationis acquiſitæ ab ipſius conceptione, filij omnes, quos poſtea genuit, illa fæce imbuti præſumuntur, inhabilitatis pœnas æquè patiuntur, & ſic tam nati ante, quàm poſt delictum, quia eadem in omnibus adeſt ratio, & iuris ſiniſtra ſuſpicio, ex dictis; itavt hac ſua ratione quaſi iugulari videantur contrariæ ſententiæ ſectatores.

Secundò probatur, præſumptio, ne filij pa- 83
rentum mores imitentur ſimul huic inhabilitati cauſam dedit, vt *in d. l. quiſquis, §. filij* ibi, *Paterno enim deberent perire ſupplicio, in quibus paterni hoc eſt hereditarij criminis exempla metuuntur, C. ad leg. Iul. maieſtat. dict. capit. ſi quis itaque, 22. §. filij, 6. quæſtion. 1.* cum adductis ſuprà
in præmiſſo. 1. † Quia plerumque tales ſunt filij, 84
quales ſui fuerunt parentes, vt ex Andr. Tiraq. *in ll. connub. l. 3. part. 7. gloſſa 1, à numero 1.* Bart. Chaſſan. *in Catalogo glor. mundi, 11. part. conſid. 25.* Perezio de Lara *in compendio cap. 7. num. 21.* & multis probat idem P. Thom. Sancius citato loco *num. 7.* quæ ratio in vtriſque æquè filiis ante, ſeu poſt delictum natis locum ſibi vindicat. Igitur & idem effectus.

Nec ſatisfacit inquiens, exemplum imitatio- 85
nis morum parentum ex educatione filiorum in iure non ita attendi, vt per eam filij ex parentum crimine primario inhabilitate eruerentur, vt conſtare videtur ex verbo, *hereditarij criminis, in d. l. quiſquis, §. filij*, quod reſpicit infectum ſanguinem velut iure hæreditario tranſlatum in

filios in ipſa conceptione, & hoc quidem pri-
mariò, & principaliter. Exemplum verò ex edu-
catione parentum ſecundariò, & velut minus
principale, vt conſtat *ex d. §. fily*, & in ſimili
dixit Diuus Auguſt. lib. 1. retractatuum cap. 13.
tom. 1. & probat idem Thom. Sancius citato loco
num. 13. *verſic idem conſtat*, & dixi ſuprà in fun-
damento, 1. contrariæ ſententiæ, n. 52. & ſeq. & ſic
hæc ratio cùm ſecundaria, & minus principalis ſit,
attendenda non eſt.

86 Quia reſpondeo, fatendo hunc timorem non
primariò in iuris mente fuiſſe, ſed ſimul cum ſan-
guinis infectione, & inclinatione, & pronitate
naturali patris in filios pululatura ad ſimilia pa-
tranda flagitia, vtrumque enim locum habet in
filiis natis ante parentum crimen, quia adeſt
parentis infectio, non ex delicto, quod adhuc
non erat: ſed ex propenſione naturali ad ipſum
delictum, quæ patri à ſuæ conceptionis tempo-
re in erat, vt præſumptio eſt, & ſic etiam
ante delictum conſideratur, & timetur, ne in
filios tranſeat. Et ſimul prauum exemplum filiis
ex delicto iam commiſſo obueniens, quod ab
eis imitari poteſt: quorum coniunctio mihi aper-
tè adeſt *in dict. §. fily*, vbi illi verbo, *hereditary
criminis*, adiectum fuit & aliud verbum, *exem-
pla*, vt ſignificetur vtrumque, ſanguis videli-
cet infectus, & velut iure hæreditario in filios
tranſmiſſus, & ſimul exemplum prauum exinde
87 filiis obueniens deciſioni illius textus cauſam, †
cui intellectui patrociuatur Galenus in lib.
Quod animi mores corporis temperaturam ſe-
quantur numero 12. paulò ante finem, ibi.
*Nec enim ſicut aiunt Stoici extrorſum aduenit ani-
mabus noſtris tota malitia, ſed quòd plurimùm à
ſe ipſis habent mali homines, extrorſum autem mi-
nus eſt valde quod aduenit*, quibus demonſtrat
maiorem cauſam malitiæ hominibus ineſſe na-
turaliter ex ipſiſmet, quàm ab extra, &
vtrumque cauſam eſſe eorum malitiæ, quod &
clariùs oſtendit eodem in loco ſub numero 6. ibi.
Nemo enim ſponte malus eſt, ſed ob corporis pra-
88 *uum habitum rudémque educationem fit malus.* †
Ex qua ratione ſatisfactum etiam manet alteri
comprohationi adductæ ab eodem Thom. San-
cio *in dict. numero* 13. *verſicul. Tandem ratio-
ne probatur*, vbi ait, maiorem timoris cauſam
educationis ratione timeri in matre, quàm in
patre, & ideò debebat filius acriùs puniri ex
eius delicto, quàm ex delicto patris, cuius
contrarium vidimus *in dict capit. ſtatutum*. 15.
Quia cùm ſimul, & quidem primariò conſi-
deretur praua origo, & conceptio filiorum, in
qua plus tribuitur patri, quàm matri, vt idem
Sancius probat, *numero* 12. inſpicitur hoc,
quod præcipuum eſt, vt reſpectu patris acriùs
puniantur filij, quàm intuitu matris, quæ
conceptionis tempore non tantùm tribuit, li-
cèt in educatione præcipuam partem aſſequatur.

89 Tertiò probatur, altera ratio, qua filij ex de-
licto puniuntur patris, eſt, vt parentes in eis pu-
niantur, & faciliùs à delinquendo arceantur ob
amorem filiorum, vt *in l. iſti quidem* 7. *in fine,
Quod metus cauſa*, cum ſimilibus, & pluribus pro-
90 baui ſuprà h. q. numero 35: † Sed parentes multo
plus diligunt filios iam natos, quàm naſcituros,
ac in eis magis puniuntur, ac terrentur. Igitur
maiori ex ratione puniri, & comprehendi de-
bent in hac prohibitione filij nati ante patris
delictum, quàm poſtea geniti. ¶ Minor patet
ex leg. qui filiabus, 17. *in princip. de leg.* 1. *l.*
Titius, 6. *l. item Prætor*. 8. *de ſuis & leg. hered.* Pelaez
de maiorat. 1. *part. quæſt.* 21. *num.* 38. *&* 39. † & 91
quia maior conſideratur affectio ad perſonas no-
tas ſecundùm Tiraquel. *in l. ſi vnquam, verbo Filios
non habens, numero* 12. *C. de reuocand. donat.* Curt.
Iun. & alios plures apud Peregr. *de fideicom. artic.*
22. *ſub num.* 69. & apud Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.*
89 *num.* 78. & Perezium de Lara *de capellan.* 1. *part.*
cap. 21. *num.* 27. † Immò circa ignotos deficit affe- 92
ctio, ſicut & notitia, Surd. *conſ.* 177. *num.* 19. vnde
ſequitur, quòd plus parentes in filiis puniuntur natis,
quàm in naſcituris, & quòd magis propter illos à de-
linquendo abſtinebunt, vt in noſtra ſpecie nouiſſimè
probat Perezius de Lara *in compend. vitæ hominis c.* 1.
n. 44. *in fine, &* 45. *& ſeqq.*

Quartò, quia iura loquentia de pœnis filiorum 93
hæretici generaliter de omnibus loquuntur filiis ſi-
ne diſtinctione, vt conſtat *ex cap. vergentis*, ibi. *eorum
filiis de heret. cap. quicumque, § hæretici*, ibi, *ipſorúmque
fily*, & *in d. cap. ſtatutum*, 15. *de heret. in* 6. quibus con-
uenit, *l.* 3. *tit.* 3. *lib.* 8. *recop.* quæ indefinita æquipollet
vniuerſali, *l. ſi pluribus*, 44. *in princip.* vbi Bart. *de leg.*
2. *bonus textus*, vbi *de verbo liberis indefinitè prolato in
l.* 1. *§ generaliter, de leg. præſtand.* Cobb. *lib.* 1. *var. c.* 13. *n.*
7. Iac. Menoc. *lib.* 4. *præſ.* 51. *n.* 8. Igitur de omnibus fi-
liis ſunt illa iura intelligenda, vel ſint ante, vel poſt
nati.

Nec obſtabit, ſi dicas, quòd iura prædicta intelli- 94
gi debent de filiis hæreticorum propriè ſumptis, vt
tantùm ſunt nati, ſeu concepti poſt hæreſim cõmiſ-
ſam, non verò de ante natis, qui materialiter, nõ pro-
priè dicuntur hæreticorum filij, cùm tempore conce-
ptionis pater hæreticus non extiterit, vt multis cu-
rat probare Sancius citato in loco *n.* 14. *&* 17. *verſ.
ad quartum.*

Quia negatur, quòd filij ante hæreſim nati non 95
propriè dicantur filij hæreticorum, quia inſpecto
præſenti tempore, nullum dubium eſt, ni quòd filij
eius ſunt, qui hæreticauit; ſi verò inſpiciatur tempus
anterius delicto, filij ſunt illius, qui ex naturali incli-
natione pronus erat ad ſimile patrandum ſcelus,
quod poſtea verè, & realiter perfecit, quod ſufficit,
vt hæretici filij propriè dici valeant, vt optimè ad
propoſitum conſiderauit Ignac. del Villar *in ſua ſylua
reſp.* 12. *n.* 31. Iura igitur quibus adſtruere Sancius ſuã
opinionem conatur, loquuntur in criminibus ab
hæreſi diuerſis, & in propriè miſerationis cauſa ad
pœnas euitandas, quia in eis non adeſt cauſa timoris
imitationis parentum, quod vbi deficit contrarium
iudicatur, vt dixit Cohbarr. *lib.* 2. *var. cap.* 8. *num.* 5.
& magis ſpeciatim diſtinguit Perezius de Lara *in
compendio vitæ homin. cap.* 1. *num.* 35. cum ibi per
eum allegatis, & dicemus latiùs infrà in reſponſio-
ne ad 6.

Quintò expreſsè probatur *in d. cap. ſtatutum* 15. 96
*verſ. Hoc ſanè de filiis & nepotibus hæreticorum, &
aliorum huiuſmodi, qui tales eſſe, vel tales etiam
deceſſiſſe probantur, intelligendum eſſe videtur, de
hæretic. in* 6. vbi omnes filij eius, qui hæreſi
laceratus miſerè perit, pœnis adſtringuntur, &
tunc quidem maximè comprehenduntur filij ante
concepti, poſtea verò gigni non poterant. Igi-
tur apertè filij ante hæreſim nati conſtitutioni
ſubiacent. Argumentum procedit ex Peña *dict.* 3.
part. comm. 161. *verſic. Poſtremo*, dicenti non facilè
reſpondere poſſe contrariæ ſententiæ ſectatores, &
exornat Io. Guttierrez *can. lib.* 2. *cap.* 30. *numero* 40.
& 41.

Nec facit quod poſſunt exiſtere filij poſt hæ- 97
reticale ſcelus nati, qui locum diſpoſitioni faciant,
quia ad hæreſis perfectionem ſufficit conſenſus in
errore,

Digitized by Google

errore, poſt quem naſci filij poſſunt, in quibus veri-
ficetur deciſio. atque etiam, quòd illa conſtitutio ex-
ceptionem conſtituit, vt tantùm filij eius, qui hæreſi
ligatus deceſſit ſubiiciantur pœnis, non verò eius,
qui Eccleſiæ reconciliatus fuit, atque ideò non poſſit
comprehendere eos, qui exceptione ceſſante non
98 comprehenderentur; † cùm poſita ad reſtringen-
dum ad ampliandum prodeſſe non valeant, vt ex
Bart. & aliis probat Decius *in l. 1. num. 12. de reg.
iur.* Cobbar. *lib. 2. var. cap. 5. num. 9.* Euerard. *in loco
ab exceptione ad regul. num. 2.* & docent P. Thom.
Sancius *num. 17. verſ. Ad quintum*, citato loco, &
adducti ab Auguſt. Barboſa, *Axiom. 34. n. 11. iuncto
num præced.*

99 Quia reſpondeo præter Cobbarr. & Guttier. in
locis citandis infrà, quod cùm in hæreſi procaciter
pater defunctus continuarè deliquiſſe dicatur vſ-
que ad vltimum vitæ ſpiritum, quia hæreſis crimen
cauſam habet continuam, & ſucceſſiuam vt pro-
bant adducti à Fr. Anton. à Souſſa *in Aphoriſm. inqq.
lib. 2. cap. 28. num. 2.* neceſſariò omnes ſuperſtites
filij, qui ante delictum nati, aut ſaltim geniti fue-
runt, prædictis ſubiacent pœnis & expreſſa illius
textus deciſione, quia cùm nati inueniantur tempo-
re mortis, quo delictum perficitur ad incurren-
das pœnas illius textus, & parentes poſtea non va-
leant alios gignere filios, expreſse loquitur textus
de filiis genitis, & natis ante delicti perfectionem,
quoad incurſum illarum pœnarum, non verò de
poſtea natis, nam etſi hæreſis crimen in vita pa-
tris perfectionem acceperit ex ſolo conſenſu con-
tra fidem, tamen hoc non ſufficit ad incurren-
das illius textus pœnas, ſed quòd pertinaciter
Pater in eo vita functus fuerit, & neceſſariò om-
nes filij ante perfectionem, & tempus illud ge-
niti fuerunt, poſteà verò gigni non potuerunt,
quare nec dici valet, ex ipſius textus exceptio-
ne induci extenſionem ad caſus non expreſsè
comprehenſos, qui ad literam in eius manent de-
ciſione.

100 Et ſi inſtes, quòd infectio orta in patre ex de-
licto hæreſis initium ſumpſit ſtatim poſt deli-
ctum in ſe perfectum, etiam ante mortem, quæ
infectionis cauſa eſſe non potuit, ſed hæreſis ſo-
lo conſenſu perfecta, poſtquam gigni potuerunt
filij, in quibus poſſit deciſio textus verificari, &
locum habere abſque eo quod comprehendat an-
tea natos, nec inde induci poſſit eorum comprehen-
ſio in diſpoſitione *d. c. ſtatutum*, ſaltim neceſſariò,
vt nos aſſerimus, cùm ſint alij poſt crimen nati, &
concepti, in quibus verificetur, abſque cæterorum
comprehenſione.

101 Dico tamen in deciſione dicti cap. ſtatutum,
duo tempora, & perfectiones poſſe conſiderari, aut
tempus incepti delicti, quo hæreſis fuit perfecta
ex ſolo conſenſu, de quo argumentatio loquitur;
aut tempus mortis hæretici patris in ſuo errore,
quod attenditur, & præcisè requiritur ad incurſum
pœnarum *d. cap. ſtatutum*, etſi deficiat, licèt pater
hæreticus fuerit dummodo catholicus deceſſerit,
deficiet etiam deciſio, & incurſus pœnarum illius
textus ad quod tempus eſt vſque ad vltimum vitæ
ſpiritum, vt rectè conſiderauit Nauarrus *conſil. 23.
num. 4. verſic. Prima quidem, de hæret. lib. 5.* Paul.
Grilan. *in tract. de hæret. quæſt. 5. num. 7. verſic. Ego
autem.* pro quo ponderat text. *in cap. firmiſſimè de
102 hæretic.* † Quare receptum quòd pœnas prædictas
tantùm filij ſubeant, dum parentes in hæreſi
obière, aliàs verò non, vt apparet ex ipſomet
textu, & volunt communiter Doctores inter

quos Nauarr. *in ſumma capit. 27. numero 105.* Ca-
ſtro *lib. 2. de iuſta hæretic. punit. capit. final. & lib. 1.
de lege pœnali, cap. 7. docum. 2. coroll. 1.* Toletus
*lib. 1. ſumma cap. 25. num. 8. Repert. Inquiſit. verb.
filij*, Valencia *4. tom. in 3. part. diſputat. 7. quæſt. 19.
punct. 4. in 3. ſpecie irregularitatis.* Fr. Emman. Ro-
deric. *in ſumma 1. tom. cap. 160. num. 2. in 2. editio-
ne*, Mayol. *de irregularit. cap. 46. num. 5.* Emman.
Saa, *in ſumma verb. Irregularitas, num. 2.* & relati
plures à Martin. Bonacina *1. tom. de irregularit.
diſput 7. quæſtione 3. punct. 7. ſub num. 9.* & fatetur
idem Thom. Sancius *in d. verſ. Ad quintum.* † itavt 103
morte ipſa terminus ad incurrendas pœnas præ-
cludatur. Quia non hæreſis per ſe, ſed ſimul im-
pœnitentia, & pertinacia vſque ad mortem cauſæ
ſunt prædictarum pœnarum, de quo tempore, &
loquitur textus, & perficitur delictum ad incur-
ſum impoſitarum pœnarum, & cùm poſtea gi-
gni filij non valeant comprehenduntur omnes fi-
lij, qui tunc nati inueniuntur, de quibus omnibus
loquitur textus, tam de natis ante inceptam hæ-
reſim, quàm poſt eam, cùm nati poſtea inuenian-
tur eo in tempore, de quo & loquitur textus, † & 104
eius diſpoſitio effectum ſortitur, text. *in l. quod
ſponſæ; 4. Cod. de donat. ante nupt.* vbi Bartol. ait,
quòd hæc regula exceptionem non habet, cum
cumulatis per Andr. Tiraquel. *de primogen. quæſt.
40. num 178. pag. 301.* Pelaez *de maiorat. 1. part.
quæſtione 2. numero 105.* quia ſi textus loquitur de
mortis tempore, ad filiorum pœnas, neceſſariò
comprehendit omnes, qui tunc nati inueniun-
tur, quandocumque fuerint nati, & geniti, om-
nes equidem filij ſunt eius, qui in ſuo errore
pertinaciter deceſſit abſque diſtinctione vlla. † Non 105
quidem tempus inceptæ hæreſis in mente fuit
prædictæ conſtitutionis, aliàs quidem & compre-
henderentur filij pœnitentis, & reconciliati, qui
eo in tempore verè fuit hæreticus, ſicut & per-
tinax, & in hæreſi defunctus; itavt nulla conſti-
tui poſſit differentia inter filios natos ante ince-
ptam patris hæreſim, & poſt eam natos, cùm
illud tempus non conſideretur, nec eius vlla ſit
habenda ratio, ſed tantùm temporis mortis per-
tinacis parentis, quo inſpecto, vt inſpici opor-
tet, ne diſcedatur textus mente, & præſuppoſi-
to, nullum inter filios diſcrimen eſt; nec poteſt
conſtitui.

Quæ intelligenda ſunt, quoad deciſionem 106
tantùm; *dict. cap. ſtatutum*, vt ex ea illationem
deducamus ad veram noſtri dubij intelligentiam,
in quantum attinet ad puritatis ſtatuta, non ve-
rò vt aſſeramus, quòd macula, & inhabilitas ex
eis inducta non aliter contrahatur, niſi mortuo
patre, ſeu aſcendente pertinaciter in hæreſi, quia
etſi reuiuiſcat à crimine; & catholicus decedat,
locus eſt prohibitioni, cùm verus hæreticus, ſeu
Apoſtata fuerit, quod ſufficit, vt puritatis ſtatu-
ta, & eorum prohibitio locum habeant quia in-
terea, & *dict. cap. ſtatutum*, adeſt magna diffe-
rentia, cùm ad huius deciſionem requiratur præ-
cisè pertinacia in morte, vt dixi; ad illorum verò
prohibitionem non ita, ſufficit enim quandocum-
que hæreſim, ſeu apoſtaſiam, ſeu alienæ legis
credentiam interuenire, cum expreſsè loquantur
in deſcendentibus cuiuſcumque conuerſi, ſeu pœ-
nitentiati, in quo omnes prædicti comprehen-
duntur, vt latiùs dixi ſuprà in præced. quæſtione
§. 3 illat. 1. quæ omnia attende, quia nullibi ſic di-
geſta videbis.

Sextò probatur ex praxi omnium Tribuna- 107

lium, quæ optima eſt dubiorum interpres, *leg. ſi de interpretatione*, 37. *de legibus*, cum adductis ab Andr. Tiraquel. *de pœnis temper. in præfat. numero* 4. & pluribus quos cumulat Auguſtinus Barboſa *Axioma*, 56. *numero* 6. *pag.* 36. faciunt plura tradita à Zaballos *comment. contra comment. quæſtione prima per totam*, in omnibus quidem hanc ſequi vidimus opinionem, de quo generaliter teſtantur Peña *in directorio tertia parte commentar.* 163. *verſiculo omiſſis tamen rationibus.* Claud. Aquenſ. *in leg. ſi quis id quod*, *numero* 14. *de iuriſdict. omn. iudic.* Guttiet. *Canon. lib.* 2. *cap.* 30. *numero* 37. Ignac. del Villar *in ſylua reſponſ.* 12. *numero* 31. *verſic. Et hanc opinionem*, vbi eam appellat magis communem, & vſu receptam, Flauius Cherubinus *in compendio Bullar. conſtitut.* 2. *Honorij Papa* 4. *ſcholio* 1. vbi de magis recepta, veriori & tutiori, & Caſtro Palao *opuſcul. moral. de pœnis impoſit. hæreſ. ſuſpect. tract.* 4. *diſputatione* 7. *punct.* 2. *ſub num.* 16. *circa fin.* & de Rota *in Conchenſi penſio.* 6. *Martij*, 1598 *coram Peregr.* teſtatur Ricciol. *de iure perſon. extra grem. Eccleſ. exiſt. lib.* 5. *cap.* 30. *num.* 27. *in fin.* relati a P. Thom. Sancio citato loco *numero* 9. *verſic. Tandem quia.* Peña, & de ſanctæ Inquiſitionis Officio teſtantur Simancas *de Catholic. inſt. titul.* 29. *num.* 22. Ioan. à Roxas 2. *part. de hæretic. num.* 356. & quòd ita fuit iudicatum in ſupremo regio conſilio anno 1594. referunt Franc. de Alfaro *quæſt.* 10. *num.* 345. & Perezius de Lara *in compend. vita hominis cap.* 1. *num.* 57. & in Rota Romana ſic pluries definitum fuit, vt conſtat *ex d. deciſ. Conchenſi penſionis coram Pereg.* quam etiam refert Farinac. *de hæreſi quæſt.* 191. *num.* 40. & aliam deciſionem refert Hieron. Gonçalez *reg.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 15. *num.* 67. Nicol. Garcia *de benefic.* 2. *to. part.* 11. *cap.* 10. *num.* 72. *&* 77. à quibus hodie recedi non poſſe, videtur, *ex l. filius*, 14. ibi, *Sic enim inueni ſenatum cenſuiſſe*, *ad leg. Corn. de falſ. l.* 3. *Cod. de legib. l.* 23. *tit.* 2. *lib.* 2. *ordin.* & plura ſimilia ad propoſitum, de quo loquimur, congerit Perezius de Lara citato loco *ſub num.* 57. *verſ. Sed quid ego ſentiam, cum duobus ſeqq. n.* licèt hoc temperet *in numero* 60. quod mihi in crimine ſaltim hæreſis nullo modo placet, in quo conſtanter hanc rigidam ſeruarem opinionem, æquitatem enim non merentur, qui eam non agnoſcunt, *gloſſ. fin. in fin. in c.* 2. *de iudic. cum allegatis à Marta de iuriſd.* 4. *part. caſu* 166 *n.* 10.

108 Septimò in puritatis materia, de qua loquimur, probatur, Quia ſtatuta noſtra non tantùm expoſcunt, quòd puritas ſit in radice, ſed etiam in omnibus ſimul aſcendentibus, & in vnoquoque eorum, & poſitiuè in ſingulis, vt patet ex his verbis, *o qualquiera dellos*, poſitis in quaſi omnibus ſtatutis, & in eorum interrogatoriis, & articulis ad examen teſtium, quæ vniuerſum genus, & ſingulos ex eo comprehendunt, ex Acebed. *in l.* 3. *num.* 1. *tit.* 12 *lib.* 7. *recop.* Chriſtoph. de Paz *de tenuta* 1. *part. cap.* 32. *numero* 78. *&* 79. Ildephonſ. Narbona *in leg.* 13. *gloſſa* 2. *numero* 1. *tit.* 12. *lib.* 7. *recop.* & magis ſpeciatim io ſtatuto Conchenſis Collegij loquendo tenet D. Franc. de Amaya *lib.* 2. *obſeruat. cap.* 6. *numero* 11. plures congerit Auguſt. Barboſa *dictione* 317. *per totam pag.* 336. At in propoſita ſpecie pater maculatus manet ex ſuo crimine contra fidem. Igitur & eius filij ante, ſeu poſt delictum nati quorum æque pater ille eſt.

109 Octauò, omnia puritatis ſtatuta ita vniuerſam aſcendentiam puram eſſe requirunt, vt nihil etiam minimum in ea maculatum admittant, quia quicquid maculæ ſit, totam deſcendentiam maculatam reddit, malum enim ex quocumque defectu, bonum ex integra cauſa, gloſſa *verbo*, *vita puritate*, *in extrauag. execrabilis*, *de Prebendis.* Perezius de Lara *de anniuerſ. & capellan. ſecunda parte cap.* 4. *num.* 73. Valençuela *conſ.* 90. *num.* 43. At nunc inuenimus patrem macula dehoneſtatum. Ergo dehoneſtatam dicemus vniuerſam eius progeniem, & omnes filios maculatos, quandocumque nati fuerint.

Noaò probatur, quia etſi radix, & proſapia puritate & claritate fruatur, poſt hæreticale facinus à patre commiſſum maculata redditur ad ſimilitudinem pulchræ & inæſtimabilis purpuræ, cui ſi poſtea macula accedat, amplius pulchra, nec pura dici noo poteſt: ita ſemel ſtirps corrupta corrumpit omnem paternam lineam, *ex l. vlt. de ſtatu libert.* probat Pelaez *de maiorat.* 1. *part. quæſt.* 50. *num.* 92. & cùm filij vtrique tam nati ante, quàm poſt delictum patris æquè deſcendant ab ſtirpe nouiter maculata per paternum crimen, æquè etiam omnes maculatos manere, neceſſe eſt. 110

Confirmatur primò, implicatio ſequeretur, ſi es filiis ab eodem patre & matre procreatis, alij puri eſſent, quia geniti ante delictum; alij verò maculati, quia nati poſt commiſſum à patre crimen, & ſic in ſanguinis qualitatibus, & naturalibus affectibus, qui idem ſemper ſunt, & eſſe debent, tempus anterius, & poſterius diuerſos produceret effectus, & inter eadem diſcrimen conſtitueret, cauſis eiſdem manentibus, quod quidem implicat, nec ſequi, nec cogitari poteſt. 111

Confirmatur ſecundò, nam frater dicitur quaſi ferè alter, & vnus, & idem ſpiritus inter duos diuiſus, vt multis probat Andr. Tiraqoel. *de pœnis. temper. cauſa* 2. *numero* 7. *&* 8. Ioſephus Cumiæ *in cap. ſi aliquem*, *de ſucceſſ. feud. verbo*, *ſexus*, *numero* 8. Aul. Gel. *lib.* 3. *noct. attic. cap.* 15. Feſt. Pompeius *lib.* 6. & velut vna, eadémque perſona, & eiuſdem corporis partes iure fratres conſiderantur, vt multis probat Valençuela *conſil.* 98. *num.* 23. & æquè ſanguinis qualitates à parentibus accipiunt, quia eorum cauſa, & parentes iidem ſunt, tam ante delictum quàm poſt illud. Igitur implicat diſcrimen conſtituere inter qualitates ſanguinis duorum fratrum ab eiſdem genitorum parentibus. 112

† Sicut inter ea quæ ſimilia ſunt, diſſimilia iudicia, ſeu qualitates conſtituere, *cap.* 2. *de Tranſlat. Prælat. cap. inter cæteras*, 4. *de reſcript. cap. cum ſecundum Apoſtolum* 16. *in princip. de prebend. cap. in cauſis* 19. *de re iud. cap. dudum* 14. *circa fin. de prebend. in* 6. *l.* 1. *tit.* 33. *part.* 7. Aug. Barboſ. loco 101. *num.* 2. *& ſeqq. pag.* 333. 113

Confirmatur tertiò, iura ſanguinis æquè fratres à patre accipiunt, quæ in primis expectari debent, non verò accidentia, quæ ſuperueniunt, vt notat Bartol. *in l. cum ferro*, §. *qui maximos*, *num.* 12. *de public. & vectig.* Gonçalez *ad reg.* 8. *Cancellar gloſſ.* 11. *num.* 43. Aym. Crauetta *conſil.* 131. *num.* 15. *& conſ.* 144. *num.* 2. Gerard. Maynard. *deciſ. Toloſana* 37. *num.* 2. *lib.* 3. vbi ita ait, *Per imaginem accidentalem natura veritatem non obumbrari*, *ſed ſemper cauſam naturalem in dubio prævalere debere*, ſed in ſpecie de qua agimus, qualitas naturalis eſt pronitas patris ad delinquendum contra fidem ex ſuo vitio; delictum verò accidentale fuit, licèt ex cauſa, & pronitate naturali proceſſerit, ſicut & gignere filios ante, vel poſt delictum. Igitur pronitas illa naturalis 114

inſpi

inſpicienda eſt, quæ vtriſque filiis communis, non
verò accidentia, quæ exinde proueniunt.

115 Decimò probatur ex particula negatiua, *Sin man-
cha*, reſpicienti vniuerſum genus, & ſingulos aſcen-
dentes, quæ adeſt in omnibus puritatis ſtatutis, quæ
omnia ita negat, vt omnes caſus, & tempora com-
prehendat, *ex gloſſ. in l. prouidendũ, §. 1. C. de poſtulando*,
Cobbarr. *lib. 1. varia, cap. 13. num.* 7. Octau. Vulpell.
de prepoſit, & ad verb. in dict. nunquam, num. 3. Auguſt.
Barboſ. *Axiom.* 158. *num.* 3. *pag.* 102. *& dict.* 229 *num.*
1. *pag.* 285. & meliùs *dict.* 371. *num.* 1. *& ſeqq. pag.* 361.
Tib. Decian. *reſp.* 37. *num.* 6. *tom.* 3. Crauota *conſ.* 194.
num. 6. Zephalo. *conſ.* 171. *num.* 15. Igitur manent
comprehenſi in ſtatutis puritatis omnes aſcenden-
tes, & omnia tempora ortæ maculæ vel ſit ante, ſeu
poſt natiuitatem filiorum.

116 Vndecimò probatur, nam Chriſtianus ad ritus
Iudæorum, ſeu Maurorum tranſiens maxima ſuſpi-
cione infectæ deſcendentiæ laborat, etiamſi bona
progenies appareat, cùm nemo ad Iudæos ſeu Mau-
ros tranſeat, qui à Iudæis, ſeu Mauris non deſcendat,
vt teſtantur Simanc. *de Cathol. inſtit. tit.* 45. *num.* 15.
Pelaez *de maiorat.* 1. *part. quæſt.* 5. *num.* 16. At hæc ſuſ-
picio omnes æque filios tangit. Igitur omnes
æquè filij ſuſpecti, & comprehenſi manebunt.

117 Ex quibus, & aliis hanc noſtram opinionem,
quoad pœnas *d. cap ſtatutum*, 15. *de hæret. in* 6. defen-
dunt & probant Peña dicens, nunquam ſuis rationi-
bus perpenſis de ea dubitaſſe, nec ab ea eſſe receden-
dum in iudicando & conſulendo, *in direct.* 3. *part.
comm.* 103. *verſ. Omiſſis tamen rationibus, vſque ad verſ.
Ob has rationes.* Roxas *ſing.* 68. *num.* 3. *&* 2. *part. de hæ-
ret. num.* 516. Claud. Aquenſ. *in l. ſi quis id quod, num.*
14. *de iuriſd. omn. iud.* Villadiego *de hæret. quæſt.* 23.
num. 5. Bal. Rub. *de iure Regni Nauarræ in* 5. *part.* §. 8.
obiect. 5. *lat.* Menoch *lib.* 5. *præſumpt.* 33. *à num.* 17. *&*
conſ. 1147. *num.* 2. *vol.* 12. Did. Perez *in l.* 3. *verbo, deſpues
que hiço la traicion, tit.* 9. *lib.* 4. *ordin.* Matth. de Afflict.
qui de magis communi teſtatur *in conſtitut. Regni Si-
ciliæ Rub.* 9. *num* 39. Cobbarr. *lib.* 2 *var. cap* 8. *num.* 3.
verſ. Ego opinor & num. 4. *&* 5. Ojeda *de incompatibilit.
benefic.* 1. *part. cap pen. num.* 99. Quemada *de bonis con-
fiſcatis quæſt.* 24. vbi teſtatur de obſeruata praxi. Ang.
de maleficiis, verbo, & ay tradito, la ſua patria, num. 13.
Gig. *de crimine læſæ maieſt. tit. de pœnis quas filij incur-
runt, quæſt.* 5. *à num.* 1. Menchaca *de ſucceſſ. creat. lib.* 1.
§. 12. Anton. Gom. 3. *tom. var. cap.* 2. *n.* 16. *verſ.* ſed his
nõ obſtantibus Alphonſ à Caſtro *lib.* 1. *de lege pœnali
cap.* 7. *verſ. & primo infero.* Barboſa *in l.* 1. 4. *part. num.*
85. *ſoluto matrim.* Auendaño *in l.* 4. *tauri gloſſ.* 7. *num.* 10.
Repert. Inquiſit. *verb. Filij verſ. Sed quæro an pœna,
pag.* 36. Acebedo *in l.* 3. *num.* 23. *tit.* 4. *lib.* 5. & commu-
nem, & veriſſimam vocat *in l.* 1. *num* 210. *tit.* 2. *& in
l.* 2. *num.* 25. *& à num* 41. *verſ. Immo ſine filius, cum ſeqq.
vſque ad* 46. *tit.* 18. *lib.* 8 *recop.* Tiber. Decian. *lib.* 7. *crim.
quæſt.* 41. *num* 8. 10. Gutierr. *can. lib.* 1. *cap. vlt. à num.* 37.
Cenedo *in quæſt. canon. quæſt.* 16. *num.* 14. Graffis *lib.* 2.
cap. 14 *num* 21. Cardoſo *in praxi verb. Filius, à num.*
20. Ignac. del Villar in loco inferiùs referendo.
Leonard. Duard. *ſuper Bullam Cœnæ Domini lib.* 2. *can.*
1. *quæſt.* 17. *à num.* 14. plures quos congerunt P. Th.
Sancius *in decalog d. cap.* 17. *num.* 9. *verſ. & ideò loquen-
tes, vſque in fin.* & Proſp Farinac. *d. quæſt.* 191. *num.* 40.
& nouiſſimè poſt omnes Perezius de Lara *in com-
pend. vitæ hom. cap.* 1. *à num.* 35 *vſque ad fin.* Azot. *inſtit.
moral. lib* 8 *cap.* 13. *in* 8. *hæretis. pœna, verſ. ſi quæras an
comprehendat, & to.* 2 *lib.* 5. *ca.* 4 *quæſt.* 3. Tolet. *inſtruct.
ſacerdot. lib.* 1. *cap* 69. *num* 4. *verſ. Octauo.* Doctiſſimus
Suarez *de fide diſp.* 41. *ſect.* 5 *n.* 2. Caſtro Palao noniſſi-
me *in opuſcul. moral. lib. de pœnis impoſitis hæreſ. ſuſpect.
tract.* 4. *diſp.* 7. *punct* 1. *ex num.* 14. vbi *in num.* 16. cum

Prima Pars.

hæc concludit probabiliorem vocando, & conuenit
Filliucius *quæſt. moral. tract.* 22. *num.* 223. *&* 224. Ric-
ciol. *de iuo e perſon. extra grem. eccleſiaſt. lib.* 5. *cap.* 30.
num 27. *in fin. & num.* 28. Parlad. 3. *quotid. differ* 108.
num. 25. Torreblanca *de magia lib.* 1. *cap.* 12. *num* 45.
quamuis poſtea *de iure ſpirituali lib.* 13. *cap.* 19. *n* 46.
contrariam ſequi videatur, pro qua minus rectè ad-
ducit Couarr. Menoch. Gutierr. locis citatis, & Ni-
col. Garcian. 11. *de benefic. cap.* 10. *ex num.* 75. quos cre-
do nec legiſſe, nec vidiſſe, cum aperte hanc noſtram
patrocinetur opinionem, & Nicol. Garcia ibi, *num.*
79. referat ad litteram optimam Rotæ deciſionem
Conchenſ. Veneris, 6. Martij, 1598. Vbi optimis ra-
tionibus hanc noſtram opinionem Rota fuit ſe-
quuta, ac ſequitur ipſe Garcia. Petr. Surd. *de aliment.
quæſt.* 31 *num* 4. *& conſ.* 386. *num.* 7. & Roland. *conſ.* 74.
n. 3. *vol.* 3. Boetius *deciſ.* 7. *n.* 7. † Quare filios ante de- 118
lictum patris natos irregulares exiſtere, ſicut nati
poſt crimen, tenent & rectè defendunt Filiuc. *tract.*
20 *cap.* 9. *quæſito.* 3 *num.* 238. Petr. Suarez *de cenſuris
diſp.* 43. *ſect.* 3. *num.* 2. Cohbarr. & alij ex citatis. Et
quòd hæc opinio de iure communi ſit verior, licèt
non ita de iure regio faſſus fuit. Pelaez, 2. *part. de
maiorat. quæſt.* 4. *illat.* 1. *ſub n.* 23. & pluries in Rota iu-
dicatum fuit pro hac opinione, vt patet *ex deciſ.* 58.
num. 6. *part.* 3. *lib.* 3. *nouiſſimarum inter Fabij auditoris
deciſiones*, vbi teſtatur de magis communi, & conſtat
ex aliis pluribus relatis ſuprà *in* 6. *ratione num.* 107.
Et licèt D. Franc. de Amaya *in ſuis obſeruat. lib.* 2. *cap.*
6. *num.* 51. in contrariam propendere videatur, tamen
conſtituit hanc praxi ſeruandam in ſuo Conchenſi
Collegio, quia in eius conſtitutionibus repelluntur
omnes, quorum parentes, aut maiores deſcendunt,
ſiue laborant aliqua infamia, ſiue nota ex genere Iu-
dæorum, Maurorum ſiue hæreticorum, quod & nos
in cæteris Communitatibus, & Tribunalibus pro
vero, certo, & ſeruando ſupponimus, & aſſerimus,
inter quæ nulla poteſt iuridica diſparitatis ratio aſſi-
gnari quoad hoc.

Licet attento iure Hiſpano in crimine læſæ ma- 119
ieſtatis humanæ contrariam ſententiam veriorem
iudico, quia iuribus appertis nititur cum Gratiano
reg. 53. *num.* 25. Anton. Gomez Cobbarr. Acebedo, &
Gutierr. Caſtro Palao *num.* 16. locis citatis. At hoc ad
noſtram ſpeciem adaptari non valet, † tum quia le- 120
ges regiæ, & ciuiles in merè ſpiritualibus, vt hæreſis
crimen eſt, locum habere non valent, ſed tantùm ius
Pontificium, ex Gregor. *in l.* 7. *gloſſ. Catholicos, tit.* 7.
part. 7. Bern. Diaz *reg.* 165. *limit.* 3. Roxas *de ſucceſſion.
cap.* 7 *num.* 21. Carrera *de hæret. num.* 25. *fol.* 276. Ignac.
del Villar *in d. reſp* 12. *num.* 30. † Tum etiam, quia 121
læſæ maieſtatis diuinæ grauius eſt, quam humanæ,
& non valet argumentum de vno ad aliud, ni qua-
tenus iure admittitur de minori ad maius, non verò
econtra, vt ex Gig. & Rolando probat Farinac. *de
crim. læſæ maieſt quæſt* 112 *num.* 7. & ex Menoch. Ful-
uio Paciano, & Rolando à Valle, contra Thom. San-
cium probat Auguſt. Barboſa *de locis comm. argum.
loco,* 30. *pag. mihi,* 315. cum relatis ſuprà *num.* 38. at-
que ita non valet argumentum in hac ſpecie ita for-
matum, in crimine læſæ maieſtatis humanæ non pa-
tiuntur pœnas filij ante delictum patris nati; igitur
nec dum læditur maieſtas diuina, valeret tamen
econtra ita, Filij ante delictum patris nati patiuntur
pœnas in crimine læſæ maieſtatis humanæ: igitur &
in crimine læſæ maieſtatis diuinæ, quia minuere de-
lictum hæreſis nec eius pœnas propter leges, quæ
loquuntur in crimine læſæ maieſtatis humanæ non
eſt licitum, addere tamen licet, quod & voluit oſten-
dere Cohbarr. *in d cap* 8. *num* 5. *verſ. ſecundo, in fine*,
ibi, *Nihilominus non ſequitur neceſſario idem eſſe in cri-*

mine hæreſis, & crimine maieſtatis diuinæ, quod multo grauius cenſetur, conuenit Gutierr. citato loco *ſub n.45.ad 3.*& xperte probatur *in c.vergentis, 10. circa medium, extra de hæreticis.*

At noſtram hanc ſententiam in ſpecie puritxtis de qua loquimur pro viribus defendit Ignac.del Villxr *in d.ſuo reſp.12.num.31.*vbi hæc verba. *Quid enim boni ſperare debemus (vt ei faueatur) ab eo, & eius generatione, quæ à Chriſto ſuo nigra extitit, vtcumque ille in mundum venerit? An amor, quo filij erga patres afficiuntur, & ex quo paternos mores imitari ferè ſemper procurant, mutabitur ex eo dumtaxat, quòd geniti, aut nati fuerunt ante hæreſis crimen à parentibus commiſſum? Nullus profectò ſanæ mentis (ſi cum iudicio aduertat) hoc affirmare audebit, quandoquidem amor hic, nec variari, nec minui, nec diſtingui in filiis aliquo modo poſſit ex eo ſolo, quod ante vel poſt delictum nati fuerint, nam vtcumque nati ſint; tandem filij hæreticorum ſunt, indéque ſuſpecti quidem habentur, non ſolùm circa ea, quæ ad religionem attinet Chriſtianam, ſed etiam circa cætera omnia, quæ Chriſtianis veteranis, ac mundo ſanguine natis officere, vt nos experiẽtia docet.* Hæc Ignxtij verba referre libuit, quia auctoris vnici ſunt, qui in terminis noſtris circx puritxtem loquitur. Quãuis in idẽ conſentire videantur Villadiego *de hæret.d.q.23.* Couar.*lib.2.var.d.cap 8.num.4. in fin.* Io. à Roxas *ſing. 66* Peña *in direct.3. part. commun. 163. verſ. ob has rationes* D. Franc. Amaya *lib.2.obſeruat.cap.6.num 52.* & expreſſiùs Claudius de Seiſell.*in l.ad quod, de iuriſdict. om. iud.* Ricciol.*de neophytis cap.7. num. 18.* vbi ait, itx à Rota fuiſſe iudicatum, nempe *in deciſ.104.lib.2. n. 4. part.3.diuerſ.*

Nec tunc obſtant in contrarium adducta: Non primum cui ſatis reſponſum, atque ſatisfxctum manet ſuprà *in 1.& 2.ratione* pro hac ſententia *à n. 71. cum ſeqq.& n 85. cum ſeqq.*

122 Nec ſecundum, quia ex ſuprà dictis rxtionibus maximè adductis xd fundamentum pro hac affirmatiuà, & veriori ſententia, *ex num.96* defendimus, & probamus, quod propriè in deciſione *d.cap. ſtatutum 15. de hæret. in 6.* comprehenduntur omnes filij tam nati ante, quàm poſt patris hæreſim, non tam extenſionis ratione, qua opus non eſt, quàm comprehenſionis in ipſamet deciſione, & eius ratione, vt ex dictis apertè patet, & ex Gutier.*lib.2.canon. c. 30. n.4. verſ. Ad ſecundum.*

123 Non tertium, quia etſi radix aſcendentiæ pura, nobilis, & vxlde ſit pulchra, tamen per culpxm hæreſis poſtex ab aliquo ex ea genito commiſſam ei, ſuiſque filiis maculx cõtrxhitur, qua eorum reſpectu radix illa, aliàs pura, maculata redditur, quix ex, quæ per ſeminalem rationem procedunt, vt eſt puritas, & qualitates ſanguinis tamdiu durant in ſua ſpecie, quamdiu ſemen reperitur in ſua eſſentia, vt notabiliter dixit Pelaez *de maiorat.2.part.quæſt.6. num.185.* Andr. Tiraq.*de primog.quæſt. 14.num.84.* Etſi igitur radix cuiuſque rei in primis ſit inſpicienda, vt non ſemel probxui, tamen quix in puritatis cxuſis non ſolùm radix, & origo generis, ſed etiam vniuerſi, & ſinguli ex eo puri eſſe debent, ex noſtris ſtatutis, non ſufficit puritas originis, ſi poſtea in indiuiduis defi-
124 ciat,† cùm deficiens in vno coinquinet omnes, qui ab eo proueniunt, arg text.*in l.ſi viua matre, 3. C. de bon matern.l.fin.C. de verb.ſign.cap.1 §.hoc autem, de his, quæ in feudum dari poſſunt, cum ſimilibus*, Philip. Decius *conſ.424.num.20.* Mxntica *de tac.& amb.lib.23. tit.17. num.10.*

Quartum ſimiliter nihil obſtat, quix ſoluitur eadem ratione ſicut præcedens, etſi non implicet, originem puram eſſe, & poſtea aliquem ex ex contrx fidem delinquere, intelligendum tamen eſt reſpectu eorum quibus non tangit mxcula de nouo contracta, non verò reſpectu deſcendentium ab ipſo maculato, quibus non prodeſt puritas xntiqua, & nocet macula recens, ex dictis.

Quintum ex auctoritatibus Diui Auguſtini, nec 125
ſeptimum de iure Pontificio, quod etiam conſtat ex eiuſdem Auguſtini decretis, etſi difficilima, nihil obſtant, quix præter ſolutiones traditas à Cobbarr. *lib. 2.variar.cap.8.num.6.*& à Io. Gutierr.*d.lib.2. can. cap. 30.num.45.* Cxſtro Palao *in opuſc. moral. de pœnis impoſitis hæreſ.ſuſpect.tract.4.diſp.7.punct.2. num. 17. ad 4.* vt in omnibus D. Auguſtinus loquxtur de pœnis ſpiritualibus, non verò de temporalibus, de quibus loquimur, quod pxtet *ex d. cap. non imputantur.* ibi, *ſpirituali pœna*, & *ex d.cap.ſi habes, 24 quæſt. 3.* quod de Anathema loquitur, nec enim potuit Diuinus Doctor de corporalibus pœnis ambigere, nec loqui, cùm
tunc nullæ eſſent impoſitæ filiis hæreticorum,† pu- 126
niebantur enim filij medicinaliter, vt ex pœnæ dolore correpti ſalutem animæ conſequxntur, & ſuo exemplo xlios à peccando cohibeant, & deterreant, & vt ſub mali vmbra verum accipiant bonum, conducunt tradita ab Abb.*in cap.quæſiuit, num. 9. de his, quæ fiunt à maiori parte cap.* Cardoſo, *verb.filius, num.22.* Nicol. de Lira in cap. 24. Deuteron. ſuper verba.
Non occidentur patres pro filiis, nec filij pro patribus.† 127
Tunc quidem in D. Auguſtini temporibus nec filij poſt hæreſim parentum nati puniebantur, nec infamia afficiebantur, vt pxtet ex text.*in cap.placuit, 3.1. quæſt.4.* vbi infantes hæreticorum filij, qui neceſſariò poſt hæreſim parentum nati fuẽre, promouentur ſxcri altaris miniſteriis, loquitur quidem Auguſtinus ſecundùm ius diuinum, & ſacram Scripturam, qua filij ex aliquibus parentum criminibus puniebantur ob ſuiipſorum medicinam & aliorum exemplum, & oportebxt, quòd punitio nota eſſet, vt homines à ſimilibus cohiberentur pecextis, quod melius conſequebantur ex punitione filiorum nxtorum poſt delictum commiſſum, cui proximores erant, & illud velut ſequebantur, ſeu ſociabant; & ita melius grauitatem paterni delicti eorum pœna demonſtrabat, quàm ſi alij nxti ante crimen punirentur, qui mxgis à delicto diſtabant, & alieni erant. Apparenter fal-
tim,† quix verè, & propriè vtrique innocentes ſunt 128
paterni criminis, nec maior culpx inter eos alicui tribui poteſt, punitio verò filiorum poſt delictum nxtorum demonſtrabat magis clxrè, & ſpecialiter fieri propter parentum ſcelera, non verò ex alix cauſa, de iure verò poſitiuo ad filios puniendos ex patrum delicto, ſimul cum dictis rxtionibus concurrunt & aliæ non minus fortes, quæ omnes filios comprehendunt, tam ante nxtos, quàm poſtea, quia in omnibus adeſt æquè ſuſpicio ſequendi veſtigia parentis, & in vtriſque pater ob ſuum delictum pu-
nitur.† Nec quidem nouum eſt, iure poſitiuo aliqua 129
ſtatui præter ius diuinum, ſecundùm temporis anguſtiam, & neceſſitxtem, vt bene probat Io. Gutierr.
de iuramento conform.1 part cap.1.num.73. † Immò in 130
ſimilibus punitionibus filiorum pro pxrentum peccatis non poteſt humana lex ius diuinum imitari, cum maximè pendeant ab occulto Dei iudicio, vt ex
pluribus docet Io. Gutierr.*in d.cap.30.num.22.* † Qui 131
ſimiles imponit pœnas aliis ad punitionem, aliis xd medicinam, vt ex D.Thom.*2.part quæſt.87.art.8.* vbi Vaſquez *in commentario art diſp.135.* Valencia *2.part. diſp.6.quæſt.17.punct.2.verſ. Priori modo.* Martin. Becan.*tract.2.cap.8.quæſt.3.*& poſt eos Mart. Bonacin.*2. tom.de peccat.diſp.2.quæſt.7.de effectibus peccati, punct.3. n.5.verſ.Dixi pœna propriè, & verſ. Reſpondeo ſecundò,*

quos

Digitized by Google

132 quos fines ſimul imitari homines perdifficile eſt. † Nec vnquam legimus, iure diuino filios puniri ex timore imitationis morum parentum,ſicut poſitiuo iure conſideratur. Vnde cùm ex tot capitibus finis legis diuinæ in ponendis parentibus filiorum punitione differat à fine iuris poſitiui nouorum Canonum, non mirum quòd differant in modo, & circumſtantiis ipſius punitionis, & quòd non bene ſequatur argumentum de vno ad alterum, prout vidimus.

133 Præterea ego contendo, quòd nulla eſt differentia inter ius diuinum, & poſitiuum circa impoſitionem pœnarum;nam ſicut iure diuino eſt generaliter conſtitutum,quòd nemo puniatur ob alienum delictum,vt patet ex Deut.24.16.ibi. *Non occidentur patres pro filiis,nec filij pro patribus*,& Exechielis 18.20. *Anima quæ peccauerit ipſa morietur*,& ad Galata.6.5. *Vnusquiſque onus ſuum portabit*,tamē contrarium in aliquibus ſeruatum vidimus, nam aliquando filij nati poſt delictum puniti fuerunt ob ſuorum parentum peccata,vt de filio Dauidis ex adulterio concepto legitur,1.Regum,12.num.14.& 14.& ex maledictione Eliſæi lepra tranſmittitur ad poſteros ex delicto Giexi,vt 4.Reg.5.num 27. Aliquando verò punitos vidimus filios ante patris delictum natos, vt Primogenitus Pharaonis,& Ægyptiorum, cum captiuis,& carceratis,& animalibus,vt Exod.12.21. & refertur *in cap.Eccleſia*, 1.*quæſt*.4.& Roboam filius Salomonis, (qui vndecimo ætatis anno eum genuerat, ſecundum Hieron.ad Vitalem Epiſt.32.Ludou.Soto Mayor.*Cantic.6.verſ.Sexaginta ſunt Reginæ,fol.mihi*,1097. *pag.2.lit.B.*Lara *in compend.cap.*20.*num* 92. indignus fuit factus imperio propter ſui parentis idololatriam poſt eum natum commiſſam,vt *Reg* 3.*cap.*11. *verſ.* 12. *cum ſeqq. & cap.*12. *verſ* 19. *& ſeqq.* Aliquando etiam tam nati ante, quàm poſt delictum puniti fuerunt,vt in diluuio Geneſ.7. & in Sodomitis Geneſis, 19. 25. & in filiis Datam, & Abirom. Num.16.num.27.& 28. Aliàs etiam parentes pro filiorum peccatis fuerunt conſumpti, vt de Eli Sacerdote legitur, 1. Regum 103. Et denique extranei etiam propter alterius delictum fuerunt puniti, vt propter Dauidis peccatum multi ex ſuo Regno perierunt,1.Reg.14.num.1. & 15. & etiam refertur *in d.cap.Eccleſia*, 1. *quæſt* 4. & ob Pharaonis peccatum primogeniti Ægyptiorum captiui & carcerati percuſſi fuerunt,vt iam dixi ex cap.12. Exodi num. 21. & ob peccatum Ioram non ſolùm eius filij ſed etiam vxores,& populus,vt Paralipom.2.cap.21.14. & 17. de quibus agunt D.Thomas,Valencia, Vaſquez,Becanus,& Bonacina in locis ſuperiùs relatis, & referuntur *in d.cap.Eccleſia*,11.§. *item peccato cum ſeqq.* 1.

134 *quæſt* 4.† & hæc ita,quia non omnia vna regula ſunt metienda,nec eadem lege iudicanda,ſed quilibet caſus pro ſua natura,qualitatibus,& circumſtantiis dimetiendus erit,vt *in l. Aut facta*,16. §. 1. *cum ſeqq. de*

135 *pœnis*, & communiter omnes. † Ita etiam ſeruatur omnino in iure noſtro Pontificio,& ciuili,quo etiam conſtitutum generaliter eſt, vt filij pro parentibus non puniantur,*l.ſi pœna* 20 *l.crimen*, 26 *de pœnis*, *l. ſancimus* 22.*C.eod.ca.*1.*cum ſeqq.*1.*quæſt*.4.Nec aliquis alieni criminis ſucceſſor conſtituitur, vt dixit Caliſtratus *in d.l.crimen*.26.*de pœnis*, exornant Cobhart. *lib.*2.*var.cap.*8.*num.*7.Salas *de legib.diſp.*5 *ſect.* 12. & communiter omnes; tamen hoc ſimiliter fallit in aliquibus delictis ſpecialibus ob ſuam enormitatem, & odium, vt eſt in crimine læſæ maieſtatis diuinæ & humanæ,& conſtat *ex d.l.quiſquis*,5 §. *filij vero, C. ad leg.Iul.maieſt cap.ſi quis itaque*, 22.§.*filij*,6. *quæſt*. 1. *cap. ſtatutum*,11. *de hæreſi in* 6. cum aliis adductis ſupra *n.*35.ita vt non ſit contra ius diuinum,nec contra iura in argumento allegata, quòd filij nati ante crimen patris aliquibus puniantur pœnis,quod fieri ex iuſtis cauſis poteſt, abſque vlla iniuria, nec rationis repugnantia, vt factum aſſerimus in ſpecie qua agimus.

Magis enim obſtare videtur contra noſtram re- 136
ſolutionem, & aliquas rationes ſuperius propoſitas, ratio de qua idem D. Auguſtinus in d. quæſt. 42. in Deut. vbi ita dixit. *Non enim trahit aliquid ex patre, qui iam natus erat, quando pater eius peccauit*, qua ſignificare videtur,quòd filij nati ante patris delictum nihil ab eo trahunt, quod cauſa eſſe punitionis poſſit,cum pluries ſuprà à me aſſertum ſit,quòd in filiis ante natis manet ſaltim,aut timor eſt, quòd maneat, praua pronitas,& naturalis inclinatio patris ad ſimilia patranda delicta.Quia intelligendus eſt D.Auguſtinus,vt loquatur de nudo actu illo peccandi,ex quo filios ante natos parum, aut nihil attingere poteſt, quod valeat eſſe cauſa punitionis, ſicut filios poſtea natos,quos ſaltim attingit macula contracta à parente ex ipſo delicto,† ex quo in peccatore manet pra- 137
uus habitus, qui vocatur macula ab effectu peccati, ſecundùm D Thom.1.2.*quæſt*.86.*art* 1. *ad* 1. Soto *in* 4.*diſtinct*.15.*quæſt*.1.*art*.2.Vaſquez 2.*part.diſput*. 139. *cap.*5.Valencia *tom.*1.*diſput.*6.*quæſt* 16 *punct.*1.Azor. *inſtitut.moral.*1.*part.lib.*4.*cap.*8.*quæſito*, 8. *&* 9. Sayr. *Claui Reg.lib.*2 *cap.*13.*num.*4. poſt quam contractam filij poſtea geniti, neceſſe eſt,quod magis maculati exiſtant,quam antea nati.Nec enim potuit D.Auguſtinus loqui de cæteris qualitatibus naturalibus in parentibus ab inſtanti ſuæ conceptionis exiſtentibus,quæ transferri ad filios, nulli dubium eſt,quarum reſpectu omnes filij æquales ſunt quandocumque nati,de quibus nos loquimur, non verò de macula ex actu peccandi genita, de qua Auguſtinus loqui,intelligendus eſt,quam differentiam ex philoſophicis, & naturalibus rationibus probatam relinquimus.

Nec textum ex iuribus ciuilibus quicquam facit, 138
quæ loquuntur in diuerſis ſpeciebus,& delictis, quæ ad dubium noſtrum trahi non poſſunt, nam *d. l. ex facto* 17.§.*ex facto* 5.*Ad S.C.Treb.*loquitur in filiis à deportato ſuſceptis,qui cùm pro mortuo habeatur,*l.* 1.§.*fin.de contra tab.l. verū.*63.§.*fin.Pro ſocio,l.*4.§.*ſi deportatus,de bon.lib.*Ant.Fab.*in iuris prud.ti.*11.*princ.*3. *& tit.*16.*princip.*1 *illat.*13 D.Io.Chumacero *in ſelectis diſp.*10.*num.* 3. & mortuus habere filios non valeat, vt fictio veritatem ſequatur, non habentur pro filiis ſuſcepti poſt deportationem, nec adimplent conditionem,procreati verò ante velut veri filij conditionem propriè adimplent. † Cætera verò iura in argu- 139
mento adducta loquuntur de dignitatibus quæſitis filiis natis, quæ ſtabilitatem habent, nec pendent à futuro euentu, quia ſi ſuperueniat caſus, qui poſſet eis impedimento eſſe, vt de nouo non acquirantur, perfectè tamen acquiſitos nec tollit,nec euertit,*text. in l.patres furioſo* 8.*de his qui ſunt ſui,l.creatione*, 16.§. *fin.de ritu.nupt.l.fin.in princip. vnde liberi*, *l qui teſtamento*,20.§.*nec furioſus*,4. *de teſtam. l. ſi Gaudentius*,6. *C.de contrah.empt* Franc. Conan. *lib.* 4. *comm cap.* 9. *num.*9.Gom.*var.*1.*cap.* 10.*num.*21. Cujat. *pract.* 6. *ad African.in l.fundus*,12.*de ſeruit.ruſtic* Donel. *in l.pluribus*,140 § *& ſi placeat*, *de verbor.* Petr. Gregor. *lib.* 4. *ſyntagm.cap.*1.*num.*7. † Nos verò non tantum loqui- 140
mur de tollendis qualitatibus ſanguinis iam poſſeſſis,nec de puritate præterita tollenda propter delictum patris ſuperueniens, ſed de noua qualitate acquirenda ex nouo patris delicto, quod maculam in omnibus filiis gignit,etiamſi ante delictum fuerint nati,& puritate fruantur,ex qua noua macula,& praua parentis inclinatione, & pronitate ad peccan-

dum contra fidem, quam delictum commiſſum ve-
lut digito ſignauit, mediante ſtatutorum diſpoſitio-
ne excluduntur ab omnibus officiis, & dignitatibus
puritatem maiorum requirentibus. Idem enim eſt,
quoad pœnas *d.cap.ſtatutum*, 15. ex quibus nihil mu-
tatur ex præcedentibus ſanguinis qualitatibus, ſed
mediante infamia tolluntur effectus puritatis & no-
bilitatis, & inhabilitas ad omnia officia publica ob-
tinenda de nouo introducitur, vt probaui ſuprà præ-
miſſo, 3. n. 48.

141 Eſt & in alio differentia inter noſtrum caſum, &
prædictorum iurium deciſionem, in quorum nullo
agitur de puniendis filiis ex delicto ſuorum paren-
tum, nec de affligendis parentibus in filiis ſuis ob
maiorem ſui delicti punitionem, ſicut in ſpecie no-
ſtra agitur; ſed tantùm de duobus dubium vertitur.
Primò de amittenda dignitate iam filiis natis acqui-
ſita propter ſequens delictum patris, quod eſſe non
poteſt, quia perfectum ſtatum filij habent, nec pendet
a futuro euentu, Cobbarr. *lib. 2. var. c. 8 ſub. n. 5. verſ.
Hanc profecto opinionem, faciunt tradita ſupra præmiſ-
ſo, 3. num. 47.* ſicut filij hæreticorum non amittunt
beneficium iam acquiſitum, quamuis non valeant de
nouo illud acquirere, Simanch. *de Cathol. inſt. tit. 29.
n. 2.* Peña *in direct. 3 p. comm. 163 verſ. Ego verò quam-
uis.* P. Thom. Sancius *in decalog. lib. 2. cap. 8. num.
28.* Farinac. *de hæreſi, q. 19. §. 2. à n. 44. vſque ad 51. &
in fragment. lit. C. n. 349. & ſeq.* Lara *in compendio c. 1.
n. 15.* Ricciol. *de iure perſon. extra grem. eccl. exiſt. lib.
3. c. 29. n. 4.* Barboſ. *de off. Epiſc. 3. p. alleg. 57. n. 229.* P.
Barboſa *in l. Prætor. 12. § fin. n. 83. de iudic.* & licèt or-
dines accipere prohibeantur, ab vſu tamen iam ſuſ-
ceptorum non priuantur, ex Simanc. *n. 14.* P. Thom.
Sancio, *ex n. 7. cum ſeqq.* Farin. *ampliat. 10.* locis citatis,
refert Fr. Ant. à Souſſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib. 3. cap.
23. n. 4.* nec quidem poſſunt filij damnum pati ex ſu-
perueniente patris facto, cuius proprium non eſt
tollere ius quæſitum, nec lex eſt, quæ tale diſcernat
in ſpecie dictorum iurium, & ſic ius filiorum inta-
142 ctum debet manere. † Secundò de acquirenda digni-
tate à filiis poſtea genitis ex perſona patris poſt-
quam ipſe pater peccauit, & amiſit ius nobilitandi
filios, qui iuuari ſe intendunt ex perſona ſui patris
in tempore quo propter delictum iam commiſſum
ipſe ius nobilitandi filios amiſſum habebat, & ſic fi-
lij à patre nobilitatem conſequi non poſſunt, quam
ipſe pater non habebat, cùm faciliùs amittatur ius
quærendum, quàm iam quæſitum, vt probat text. *in
l. ſi ſponſus, 5. § ſi maritus, 13. de donat. inter. l. quod autem,
6. in princip. Quæ in fraud. cred. l. 1. §. confertur. 23. de
Collat. bon. l. ſeruus, 3. l. filius paciſcendo, 23. C. de pactis, l.
fin. de adquir. poſſ. cap. quemadmodum, 25. de iureiur.*
cum adductis à Valençuela *conſ. 71. n. 59. & conſ. 88.
n. 11. & 12.* In noſtra verò ſpecie cùm ex expreſſis
iuribus filij in aliquibus propter delictum patris pu-
niantur pœnis, præcipuè infamia, & inhabilitate ad
obtinenda officia, & publicos honores, aliud dicen-
dum eſt, cùm etſi ex cæteris maioribus puritatem &
nobilitatem habeant, & ſint habiles ad prædicta offi-
cia & honores, tamen ex nouo patris delicto, & ſi-
mul ex nouorum canonum conſtitutione obſtacu-
lum & impedimentum eis naſcitur, vt ſimilia officia
& honores non valeant obtinere, vt dixi in præmiſ-
ſo 3 num. 46 quod cùm in omnibus generaliter filiis
fit conſtitutum, omnes comprehendi neceſſe eſt, tam
natos ante, quàm poſt delictum patris ex redditis
rationibus.

143 Nec octauum de iure regio quicquam facit, cùm
leges in eo adductæ loquantur in crimine læſæ ma-
ieſtatis humanæ, & in eo ſpecialiter diſponant, trahi
non poſſunt ad delictum hæreſis, quia maius illo eſt,
nec valet argumentum de vno ad aliud hoc modo
ſumptum, vt ſuperiùs num. 38. & 121. probaui, & ob-
ſeruant Cobbarr. & Io. Gutierr. locis citatis, & Ignac.
del Villar *d. reſp. 12. ſub n. 30.* & hac de cauſa noſtra
hæc opinio vocatur verior de iure communi, non
verò de iure regio quoad delictum læſæ maieſtatis
humanæ ab Ant. Gom. *lib. 3. var. c. 2. n. 16. in fin.* & ab
aliis adductis à Pelaez *de maiorat. 2. part. q. 4. illat. 2.
num. 23.* circa medium, & à nobis ſuprà n. 119. &
ſeq.

Denique nonum & vltimum nihil facit, nam iura 144
in eo adducta loquuntur de iure antiquo, quo erat
conſtitutum filios orthodoxos parentibus hæreticis
neceſſariò ſuccedere, & etiam patet *ex l. Manichæos,
4. §. ſed nec filios, 6 C. de hæret. l. 7. p. 6. l. 2. verſ. Otro ſi, l.
3. tit. 26. p. 7.* quod poſtea per nouiores canones in-
nouatũ eſt, & omnes filij arcentur ab hæreditate pa-
rentũ hæreticorũ, vt patet *ex c. vergẽtis, 10. de hæret. &
in c. filij, 3 & c. quicumque 2. § hæretici, eod. tit. in 6.* quod
ſeruandum omnino eſt, vt animaduertit Gregor. *in
gloſ. 3. d. l. 7. & in gl. 12. d. l. 2. par.* Peña *in direc. 2. p. comm.
9. lit. D.* Tib. Dec. *tract. crim. lib. 5. cap. 45. n. 2. 3. & 6.*
Menoch. *de arbitr. cent. 6. caſu. 546. n. 11.* P. Th. Sancius
*in decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 27. à n. 6. vſque ad 13. & cap.
16. n. 26. & 27.* Farin. *de hæreſ. q. 191. §. 1. n. 1. 2. 4. & 20.*
Caſtro Palao *in opuſc. moral. tract. 4. de pœnis impoſit.
hæreſ. ſuſpect. diſp. 7. punct. 3. n. 1. & 2.* & tenent com-
muniter omnes, & praxis indubitatè obſeruat, & res
omni dubio caret.

Ex quibus maximè ex dictis ſuprà *ex n. 139. &
141.* primò infertur, quòd ſi filij antequam pater de-
lictum hæreſis patrauit, habeant honorem, ſeu digni-
tatem acquiſitam in communitate, quæ rigidum ha-
bet puritatis ſtatutum, ea ſpoliari non debent, tum
quia perfectam poſſeſſionem habent, quæ non pen-
det a futuro euentu, vt probaui in relatis locis. Tum
etiam quia puritatis ſtatuta non priuant ab honore
iam poſſeſſo, ſed tantùm prohibent non quæſitum
acquirere, vt ex eis patet, & ad aliud probat ex text.
in cap. quicumque, 2. § hæretici, de hæret. in 6 Peña *in di-
rector. 3. part. commun. 163. verſ. Rurſus textus, pag. mihi,*
671. Pro quo eſt Epiſtola generalis ad omnes Inqui-
ſitiones lata Matriti 27. Octobris anni 1628. vbi
hæc verba, *pero porque puede ſuceder que ſin embargo
de los tres actos poſitiuos padeſcan los pretendientes algu-
na infamia o iniuria perſonal que les inhabilite, para eſto
efecto ſolamente ſe les haran informaciones en el lugar de
ſu naturaleças*, & facit text. *in l. filiam 9. de ſenat.*
Mantic. *de tacit. & amb. 1. tom. lib. 12. capit. 21.
num. 20.*

Secundò infertur, quòd ſi origo & radix pura & 145
pulchra ſit, & aliquid ea ea in fide poſtea deliquerit,
omnes, qui ab eo non deſcenderint puritate fruun-
tur, & ſunt habiles ab obtinendos honores, probat
Fr Emman. Roderic. *tom 1. reg. q. 14. art. 6* ſecos verò
deſcendentes illius, quandocumque fuerint nati, quia
paterna macula obcæcati inhabiles manent ad mu-
nera puritatis ſubeunda. † Immò maiori ex ratione 146
hoc procedit in huiuſcemodi filiis, quàm in deſcen-
dentibus conuerſorum, quorum ſemper maiores à
fide ſegregati fuerunt, qui licèt velut cæci malè age-
rent, tamen nullum aduerſus fidem delictum patra-
uerunt; ſed potius, qui poſtea conuerſi fuerunt vir-
tutis ſigna præbuerunt, ex quo ſunt laudandi ex di-
ctis ſupra *q. 3. §. 3. n. 61.* & ab Auguſt. Barboſ. *de officio
Epiſc. 1. p. tit. 2. gloſſ. 17. n. 12* Alter verò, qui ex fidei
Catholicæ tranquillitate ad prauam obſeruationem
ſponte ſe tranſtulit, turpiter nimis fuit graſſatus, ve-
lut è luce conſpicua ad tenebras tranſiens, & ambu-
lans. † Sicut igitur culpabilior erit, qui ea tuto & 147
piano loco libenter, atque ſcienter in præcipicium
tenderet,

Digitized by Google

tenderet, quàm qui coactus ſeu Inſcius ſimile pare-
retur periculum, ita culpabilior erit, qui ex fidei Ca-
tholicæ ſecuro portu ad contrariam legem ſemet
libenter contulerit, quàm is, qui parentum & con-
ſanguineorum dalectu, & exemplo à ſua natiuitate
in ſimilem dirigeretur cæcitatem, *arg. text. in l. ſi fide-
iuſſor. 7. §. ſi neceſſaria, 1. Qui ſatiſd. cog.* & quæ addu-
ait Mantic. *de tac. & amb. lib. 6. tit. 20. num.* 25. & ſic
maiori ex ratione deſcendentes illius ſimilem infa-
miam, & inhabilitatem patientur, quàm alterius,
aliàs quidem melioris eſſent conditionis deſcen-
dentes turpiſſimi Apoſtatæ, quàm conuerſi, qui vir-
tutis actum axercuit, vt etiam dicam infrà *q. 9. §. 2. n.
30. & 31.*

148 Tertiò infertur, quòd non tantùm filij ante patris
crimen nati, ſed etiam eius deſcendentes excludi de-
bent ab obtinendis dignitatibus, & officiis puritatem
ſanguinis requirentibus, quia ab ſtirpe iam maculata
deſcandunt, quæ ſemper cum ſua tranſit macula ad
omnes, vt ex aſſignatis ſatis conſtat rationibus, & ex
latè congeſtis à Pelaez *de maiorat. 2. part. quæſt. 6. à
num.* 220. *cum pluribus ſeqq.* ad quem breuitatis cau-
ſa me pro nunc remitto, quia plura cumulat ad
propoſitum.

149 Quartò infertur, quòd tres actus poſitiui, qui ius
reale, & indelebila vniuerſo generi tribuunt circa
ſuam puritatam, & nobilitatem ex noſtra Pragmati-
ca, vt infrà, 2. part. quæſt. 4. §. 2. dicam, reſpectu ta-
men filiorum, & deſcendentium illius, qui poſtea in
hæreſi delinquit, vim ſuam amittunt, nec eis vllo pa-
cto proderunt deinceps, cum tantùm qualificent ge-
nus, prout eo in tempore exiſtebat, non verò compre-
hendunt ſimiles inſolitos caſus, nec nouas ex poſtfa-
cto acquiſitas qualitates; ſimiliter atque non com-
prehendunt maculam ex nouo ſanguine contractam
150 ex ſequutis matrimoniis; † quia ſimiles cauſæ non
fuerunt deductæ in illis tribus actibus poſitiuis, *arg.
l. fin. C. de liber. cauſ. l. fin. C. de fideicom. libert.* vbi Bal. cũ
adductis à Zephalo *conſil.* 176. *n.* 14. Caualcan. *deciſ.*
151 23. *num.* 1. † & res iudicata amittere vim ſolet ex ſu-
perueniente cauſa, ſecundùm text. *in l. ſi mater* 11. *§.
eamdem, & in l. ſi is qui hæreſ. 25. in princ. de except. rei
iud. & in l. ſi fullo* 2. vbi Bald. notat, *de condict. ſine cauſa,
l. 3. C. ad exhibend. l. 23. ti. 2. par. 3.* And. Tiraq. *lib. 1. re-
tract. § 8. gloſſ. 7. num. 4. pag.* 446. Matanta *in ſpeculo 2.
part. verb. expedita, num.* 148. Meſſia *in l. Toleti vlt. part.
concl. num.* 24. maximè in his, quæ tempore mutan-
tur, ſecundùm text. *in l. ab arbitrio, 9. Qui ſatiſd. cog. &
in l. ſi rem meam, 17. cum l. ſeq. de except. rei indic.* Sar-
miento *lib. 2. ſellect. cap.* 12. *num.* 3. & vtrumque am-
plectitur Pelaez *de maiorat. 4. par. q. 1. limitat. 1. n. 74.
& ſeq.*

152 Quintò infertur, non bene procedere, ſaltim quo-
ad noſtrum inſtitutum præſumptionem illam,
quam ſummè notandam commendat Pelaez *de ma-
iorat. 2. part. q. 4. illat. 1. num.* 26. & clariùs *in 3. partis
initio ſub num. 19. verſ. & hac deſeruiunt.* nempe quòd ſi
filius hæretici poſt patris mortem frueretur nobi-
litate, præſumitur natum fuiſſe ante patris hæreſim,
& quòd hac ratione eam obtineat, cùm aliter non
iure eam poſſideret, quia cùm ex noſtra opinione
æquales ſint filij tam ante nati, quàm poſt patris de-
lictum, nulla eſt cauſa, qua procedat ſimilis præſum-
ptio, licet ex alia cauſa poſſit eſſe vera opinio, quam
ibi defendit Pelaez de Meres, videlicet quia hæreti-
cus ille reconciliatus fuit, non verò vltimo ſupplicio
damnatus, nec in hæreſi defunctus, cuius filij honore
de iure communi non priuantur, vt conſtat *ex d. cap.
ſtatutum*, & Doctoribus adductis ſuprà *n. 101. & ſeq.*

153 Sextò infertur, quòd etſi tradita à P. Th. Sancio
in decalog. lib. 2. cap. 28. n. 16. in ſpecie de qua princi-
paliter loquitur, vera ſint, quod videlicet teſtes in-
terrogati de puritate generis ad effectum ordines
ſuſcipiendi, ſeu ad alios honores, ad quos puritas in
rigore non requiritur, nec ſit ſpeciale ſtatutum, poſ-
ſunt declarara purum, quem noſcunt deſcendere à
Relaxatis per ſanctum Officium extra gradus iure
prohibitos; aut illum, qui natus eſt ante patris deli-
ctum; aut ſi ab infantia fuit baptizatus, filius tamen
Iudæorum, ſeu Maurorum, qui Neophytus non dici-
tur: ſiue filij eorum, qui ad Eccleſiam reconciliati
fuerunt, quia hi omnes non ſunt iure inhabiles, vt
colligitur ex dictis ſuprà h. q. §. 2. In noſtra tamen
ſpecie aliud dicendum eſt, reſpectu deciſionis *d. cap.
ſtatutum*, & communitatum, in quibus puritas in
rigora requiritur, nam hi omnes, & eorum deſcen-
dentes excluſi manent, & teſtas prædictos tenentur
detegere defectus: aliàs lethaliter peccabunt, vt col-
ligitur ex eodem Th. Sancio *in d. n. 16. in verſ. & qui-
dem quando.* † Et ſimiliter attenta hac noſtra opinio- 154
ne ad idem tenebitur teſtis, circa eum, qui natus fuit
ante paternum delictum, & circa eius deſcendentes,
non tantùm dum interrogantur virtute ſtatutorum
puritatis in rigore, ſed etiam ſi ex iure communi ad
ordines ſuſcipiendos, quia inhabilis eſt, ſicut ſi poſt
delictum natus fuiſſet, & atiam deſcendentes intra
gradus iure præfinitos: attenta verò opinione eiuſ-
dem Th. Sancij bene loquitur, ſed in eo videri ſe-
quenda non eſt, in hac videlicet ſpecie tantum, quia
in cæteris bene procedit eius doctrina, & ſequi da-
bet.

Septimò infertur maximè ex dictis ad 6. rationem 155
contrariæ opinionis num. 63. defendi poſſa opi-
nionem Pelaez da Meres *de maiorat. 2. parte quæ-
ſtione 4. illat. 2. num.* 27. dicentis, quòd ingratitudo
poſſeſſoris maioratus, ex qua ipſe, & ſui filij priuandi
maioratu veniunt, non debet nocera filiis natis ante
commiſſam ingratitudinem, quia cùm ius acquiſi-
tum habeant ex primis fundatoribus, *l. cohæredi, 41. §.
cum filia 2. de vulg. & pup. l. vnum ex familia, 67. §. ſi
Falcidia. 1. de leg. 2. cum ſimilib.* Mol. *de primog. lib. 1.
cap. 8. num. 2.* Ant. Pereg. *de fideicom. art. 22. num.* 18.
Sim. de Prettis *de interpret vlt. vol. fol. 515. num.* 106.
Aug. Barboſa *Appellat. 99. n. 7. pag.* 200. Car. Ruyn.
conſ. 116. n. 15 lib. 2. Zephal. *conſ. 183. n. 17. & conſ. 255.
num. 35. tom. 2.* Aluarus Valaſc. *conſultat. 160. n. 7. part.*
2. † & plures nominati ius diſtinctum & ſaparatum 156
obtineant, ſecundùm Bart. *conſ. 59. n. 3. lib. 1.* Paul. da
Caſtr. *conſ. 164. n. 4. lib. 1.* Abb. *conſ. 85. num. 2. lib. 1.*
Deci. *conſ. 498. n. 9.* Patiſ. *conſ. 72. n. 2. lib. 4.* Chriſto-
phot. *de Caſtell. conſ. 10. n. 51.* Alciat. *reſp. 585. n. 7.* So-
cin. Iun. *conſ. 108. n. 3. lib. 2.* † & ſic non admittuntur 157
ad maioratum ex præſenti iure, ſed ex iam acquiſito
ex nominatione, ſecundùm Iſern. *in c. 1. n. 7. in fin. de
inueſtitura de re aliena facta.* Pariſ. *conſ. 23. n. 130. lib. 1.*
Curt. Iun. *conſ. 50. n. 17* Zephal. *conſ. 152. n. 100. lib. 2.*
Hypolit. Rimin *conſ. 38. n. 11. lib. 1.* † & ideò receptũ, 158
quòd ſucceſſores non acquirunt ius nouum, ſed iam
acquiſitum recipiunt, ex gloſſ. communiter recepta
in cap. vn. de feudi cognit. vbi Bald. Aluarat. Præpoſit.
& Laudenſ. Barbatia *in Rub num. 39. C. qui admitti, &
conſ. 10. num. 8. lib.* 2. cum congeſtis ab And. Tiraq.
de iure primogen quæſt. 40. num 99. † non poterunt ab 159
hoc iure priuari ex facto ſui patris, nec alterius præ-
deceſſoris, *ex l. id quod noſtrum, 11. de reg. iuris ex l. con-
ſtante, 21. C. de donat. l. vxor patrui. 20. C. de leg.* tenet
idem Pelaez 4 *part. q. 1. n. 251.* And. Tiraq. *de primog.
q. 11. n. 7. & ſeqq.* Ant. Fab. *in C. lib. 7. tit. 1. definit 7. n.* 3.
Aliàs quidem eſſet in poteſtate poſſeſſoris priuare
ſucceſſorem à iure, quod ab alio habet acquiſitum,
contra omne ius & rationem, ex quo hæc opinio ve-
riſſima mihi videtur, non verò ex eo, quod natus
fuerit

Digitized by Google

fuerit filius ante, vel poſt ingratitudinem ſui patris, vt in ſimili dixi ſuprà in reſponſ. ad 6. licèt hoc ſit contra aſſenſum Pelaez de Meres ſuprà.

---

§. V.

De nobilitate, & eius ſpeciebus, & quæ ex noſtris requiratur ſtatutis.

SVMMARIVM.

1 *Statuta quædam nobilitatem expoſcunt*, & num.2.

3 *Nobilitas quid? Præcipua eſt ſanguinis, & an naturalis detur*, n.5. *Talis eſt ſecundùm loci conſuetudinem*, ſub num. 4. *Ex priuilegio qualis eius effectus*, n. 11. & ſeqq.

An ſufficiat ad habitus militares obtinendos, & cætera officia ſolis conceſſa nobilibus, num.14. *Negatiua pars proponitur*, num. 15. & ſeqq. *Affirmatiua cum ſuis fundamentis*, à num.28. cum ſeqq. *Aduerſitatem diſtinguitur*, ex num. 56.

Ex priuilegio permanens non eſt, cùm ad libitum renunciari valeat, num. 23. & 24. *Et amittitur per inopiam*, num. 25. *Nobilitas propriè non appellatur, ſed nobilitatis principium*, num. 26. *Minus præſtantior eſt quàm nobilitas ſanguinis*, num.29. *Priuilegium nobilitatis impetrans ſe ipſum ignobilem dicit*, num. 33. *exoſa eſt, velut res ficta, manca & deformis, nobiles eam vident, & vilipendunt, & in comparatione veræ nobilitatis eſt velut alchimia auro oppoſita*, num. 35. *Velut vera nobilitas non habetur*, ex num. 39. *Ex facto Principis prouenit*, num. 41. *Conceſſa cenſetur cum omnibus ſuis qualitatibus, & honoribus*, num.42. & 43. *Interpretanda, vt omnia impleat, & veram nobilitatem imitetur*, num. 44.

Eamdem vim habet, ac ſi ex iure communi competeret, num. 45. *Pari paſſu ambulat cum qualitatibus, quæ ex natura proueniunt*, num.52. *Adæquatur nobilitati ſanguinis*, num.53. *Si concedatur cum qualitatibus requiſitis per ſtatutum ſufficit, aliàs nullo modo*, num. 56. & 57. *Priuilegium immunitatis à tributis non ſufficit, vbi ſanguinis nobilitas requiritur*, num. 58. *Conceſſum perſonæ non ſufficit, vbi etiam requiritur nobilitas aſcendentium*, numero 59.

Non poteſt concedi, vt iam mortui nobilitentur, num. 60. *Non ſufficit vbi ſanguinis puritas requiritur*, num 61. *Comprehenditur ſub ſtatuto nobilitatem ſimpliciter requirenti*, n.69.

4 *Origo nobilitatis qualis? Nobilis verè dicitur qui pro tali vulgò reputatur*, ibid.

6 *Nobilis præſumitur bonis præditus moribus. Pro parte eſſe, & pro parte non, eſſe poteſt diuerſis reſpectibus*, num.7. *Qui ex negligentia amiſit ius non ſoluendi collectas, admitti debet ad dignitates ſolis conceſſa nobilibus*, n.8.

Non intelligitur niſi qui à maioribus nobilitatem habet, n. 20.

An amittere & renunciare nobilitatem poſſit, ex num.23. cum duobus ſeqq. *Nobilitatem ex priuilegio ridet, & vilipendet*, num.35.

9 *Doctor quando nobilis dicatur, & velut talis ad honores admittatur*, num. ſeq. *nobili præfertur*, ibid.

Comitiſſa nubens Doctori non dicitur indignè nubere, ibid.

10 *Argumentum de nobilibus ad Doctores validum. Non valet de nobilitate ſanguinis, ad priuilegiariam, niſi in his, quæ expreſſa à iure ſunt*, n.22.

11 *Princeps verè nobiles efficere poteſt. Et ſolus poteſt tribuere plenam & vniuerſalem nobilitatem*, n.12.

Eſt nobilitatis fons, num. 13. *Non poteſt natales veros mutare*, num.31. *Ita nobilitatem concedit, vt veros nobiles conſtituat*, n.38. *Eius reſcriptum potiùs intelligitur de nobilitate ab ipſo conceſſa*, num. 39. & 40. *Præſumitur maiorem habere affectionem ſuis factis quàm alienis*, num. 41. *Principem tangit obſeruantia & veneratio dignitatis ab ipſo conceſſæ*, ibid. *Concedit nobilitatem cum ſuis omnibus qualitatibus & honoribus*, num.42.

Eius Priuilegium interpretandum, vt omnia compleat, & naturam imitetur, num. 44. *Et idem operare debet in re conceſſa, quod veritas ſi adeſſet, operaret*, num. 46. *Ab eo vera prouenit nobilitas, & in cæteros deriuatur*, n.47.

Pleniſſimam habet poteſtatem in eis, quæ ſunt iuris poſitiui, num.49. *Ita priuilegia concedit, vt non ſolùm futura prouideat, ſed & præterita omnia tollat impedimenta*, n. 51. *Nobilitatem quam concedit, adæquat nobilitati ſanguinis*, num. 53. *Effectus naturalis nobilitatis creare poteſt*, num. 55. *Non verò effectus puritatis ſanguinis*, num.65. & ſeq. *Imitari debet naturam*, n.67.

15 *Nobilitatis verbum accipitur de ea, quæ ſanguinis eſt. Nobilitas aliud, aliud eius priuilegiũ*, n.29. *Veram ſtatuta requirunt*, n.21. *Renunciari, nec propter inopiam amitti, non poteſt*, num. 25. *Perfecta eſt, quæ antiqua eſt*, num.27.

Et præſtantior & honorabilior quàm acquiſita ex priuilegio, num.29. *Vera à Principe prouenit*,

uenit, n.47. Differt à puritate ſanguinis, num.65.& ſeqq.

17 Verba intelligenda in proprio,potiori & naturali ſignificatu,& n. 18.

21 Statuta veram expoſcunt nobilitatem,volunt vt honores à nobilioribus poſſideantur, atque à dignioribus, num. 27. Intelligenda in digniori ſignificatu,num.30. Antiquam non nouam expetunt nobilitatem, num. 32. Requirunt caſum verum, non præſumptum,num.36.& 37. Eorum deficit diſpoſitio,deficiente qualitate quam requirunt, num.57.

Requirentia nobilitatem ſanguinis non admittunt, quæ competit ex priuilegio, num. 58. Si requirant quòd Prætenſor & eius parentes ſint nobilee, non ſufficit perſonale priuilegium nobilitatis,num.59. Si requirant puritatem ſanguinis, non ſufficit nobilitas conceſſa, num. 61. Requirunt puritatem affirmatiuè, & expellunt maculam negatiuè,num. 62. Si expoſcant nobilitatem ſimpliciter locum faciunt cuicumque nobilitati tam ſanguinis, quàm priuilegij, num. 69.

33 Impetrans priuilegium nobilitatis planè ſe ignobilem fatetur; Sicut qui petit legitimari illegitimum ſe dicit, n. 34.

36 Conſenſus ab ſtatuto requiſitus verus non fictus eſſe debet.

37 Primogenitus vocatus ab ſtatuto verè talis eſſe debet.

38 Gratiæ fiunt ex nutu & voluntate Principis.

41 Affectio maior eſt in rebus propriis & factis, quàm in alienis.

45 Omnia cenſentur comprehenſa in priuilegio quæ tunc excogitari potuerunt.

46 Conceſſio Principis idem operare debet in re conceſſa, quod veritas, ſi adeſſet, operaret.

48 Cauſa proximior potentiores eiicit effectus.

51 Plebeius nobilitatus, ita eſt nobilis, ac ſi nulla præceſsiſſet ignobilitas.

52 Qualitas naturalis & priuilegiaria idem.

54 Æquiparata eamdem vim habent.

56 Verba ſtatuti, & priuilegij nobilitatis in primis inſpicienda.

63 Iura ſanguinis non ſubiacent Principi.

65 Differentia magna eſt inter conceſsionem nobilitatis,& puritatis ſanguinis, & numero 66.

68 Macula initium capit ex certo maiorum facto.

70 Priuilegium reſidendi in aliquo beneficio, vel præbenda facit, quòd Præbendarius faceret, verè reſidendo.

71 Inquiſitores hæreticæ prauitatis priuilegium reſidendi habent. Niſi beneficia curata fuerint, n.72.

NON omnia ſtatuta nobilitatem, ſicut puritatem requirunt, nec de ea loqui intelligenda ſunt, ni ſpecialiter, & expreſſis verbis de ea loquantur. aliàs enim omiſſa cenſetur ex l. extraneus, 6. de conditione cauſa data, l. ſi verò 64. §. de viro 9. ſol. matrim. vbi communiter DD. & in l. item apud Labeonem 15. §. hoc edictum 26. de iniur. Craueta conſ. 161. num. 10. Burgos de Paz conſ. 18. num. 21. nec tunc extenſio admittitur, vt poſt Iaſ. in l. quidquid adſtringendæ, de verbor. tradit Caualcan. deciſ. 65. num. 43. & deciſ. Genna, 129. num. 5. † Sunt tamen ſtatuta, quæ nobilitatem expreſsè expoſcunt vt ſtabilimenta ordinum militarium,& Diui Ioannis, de quibus teſtatur Io. Gutier. lib. 4. practic. quæſt. 7. num. 2. Io. Garcia de nobilit. gloſſ. 1. §. 1. num. 5. & alij quos retulimus ſuprà quæſt. 2, numero 6. de quibus aliquid in hoc §. videndum eſt. 1 2

Ad quod In primis præmitto, quòd nobilitas ſecundùm Ariſtot. lib. 2. Rethor. cap. 15. dicitur, quidam maiorum ſplendor, & claritas, ſeu ex Boëtio lib. 3. de conſolat. Philoſophiæ proſa, 6. Quædam laus veniens de meritis parentum. Aut ſecundùm Bald. in l. fin. num. 4. C. de ſeruis fugit. Eſt quædam dignitas à parentibus deriuata, quæ denominatur à potentiori cauſa, quam definitionem approbare videtur, l. 3. tit. 31. part. 2. ſecundùm D. Ant. Pichard. de nobilit. inter vir. & vxor. communicat. num 6. & faciunt adducta à Garcia de nobilit. gloſſ. 7. num. 17. Vel ex Cardin. in Clem. 2 de ſent. excomm. Eſt qualitas quædam ſiue dignitas proueniens à coruſcatione clari ſanguinis ſumens originem à parentibus, & in liberos legitimos continuata, quem refert, & ſequitur Bart. Chaſſan. in Catalog. 8. part. conſid. 8. verſ. fin. vbi adducit Cepol. in tract. de Imper. milit. eligendo, opin. 3. & 23. ſeu ex Io. Gutierr. & aliis, quos ipſe allegat. lib. 3. pract. quæſt. 14. num. 11. Nobilitas eſt qualitas illata per Principem, quâ quis vltra honeſtos plebeios acceptus oſtenditur. Aut vt magis placuit Acebedo, in Rub. num. 45. tit. 2. lib. 6. recop. Eſt quædam qualitas honorifica generis, & ſanguinis à maioribus in poſteros legitimos & naturales, vel naturales tantùm deſcendens, ex quibus ſatis ſumi poteſt huius verbi ſignificatio, & eſſentia. 3

Secundò præmittendum eſt, nobilitatis originem multis ex cauſis prouenire, quas latè cumulat Bart. Chaſſan. in Catalogo lib. 8. conſiderat. 8. cum ſeqq. vſque ad 26. Matth. de Afflict. in cap. 1. quis dicatur Dux vel Marchio, à num. 8. Bart. in l. 1. C. de dignit. lib. 11. Io. Garcia de nobilit. gloſſ. 48. §. 3. à num. 1. Ant. Pichard. loco citato num. 75. cum ſeqq. Auguſt. Barboſ. Appellat. 164. ſub num. 1 pag. 257. Io. Guttierr. in pract. lib. 3. quæſt. 16. num 37. & quæſt. 17. num. 112. & alij relati à Pelaez de maiorat. 1. part. quæſt. 51. num. 85 Andr. Tiraq de nobilit. à quæſt. 2. vſque ad 12. Acebed. in Rub. num. 29. & ſeqq. tit. 2. lib. 6. recop. vbi plures differentias nobilitatis refert, quas omnes nunc ſpeciatim recenſere non curo, quia ad noſtrum non omnes pertinent inſtitutum, ſufficit verò ſcire illas nobilitatis ſpecies, de quibus dubitari poteſt, an ſtatutis nobilitatem expoſcentibus ſatisfaciant, quas proponam in ſeqq. præmiſſis ſi prius generaliter dicam quòd ille nobilis dicitur, qui pro tali communiter habetur, ſeu qui talis eſt ſecundùm loci conſuetudinem, ex Andr. Tiraq. de nobilit. cap. 10. ex num. 6. Io. Gutier. d. q. 17. n. 5. Menoch. de arbit. caſu 670. n. 40. & de præſ. lib. 6. præſumpt. 60. Maſchar. de probat. concl. 1094. n. 8. Cardin. Tuſch. pract. concluſ. 48. num. 2. & 15. lit. N. tom. 5. Auguſt. Barboſa in citato loco numero 3. Mantica de tacit. & amb. lib. 23. titul. 3. numero 20. 4

Tertiò præmittendum eſt, quòd prima nobilitatis ſpecies, quæ ſuperior eſt, & cæteras omnes antecellit, 5

lit, eſt ſanguinis, quæ à maioribus prouenit, & in poſteros deriuatur, *ex l. 1. in princip. de cenſib. l. 1. de iure aur. annul. l. ſtemmata, 9 de Gradib. l. 2. §. quæ omnia, C. de vetere iure enucl. l. 1. tit. 6. l. & l. 9. &* 12. *tit. 7. l. 2. tit.* 21. *l. 4. tit.* 13. *p.* & multis probat Bart. Chaſ., citato loco *conſid. 6. verſ. dicit tamen, & conſid. 8. per totam.* Acebed. *in Rub. num. 64. tit. 2. lib. 6. recop.* Io. Garcia *de nobilit. gloſſ. 1. num. 17.* Alphonſ. Narbona *in l. 14. gloſſ. 1. num. 91. tit. 2. lib. 6. recop.* vbi naturalem nobilitatem dicit quæ à maioribus prouenit, & à Garcia *d. nu. 17.* Acebedo *num. 36. & ſeqq.* licèt naturalis nobilitas dari impoſſibile ab aliquibus iudicetur ex dicendis infrà *quæſt. 8. §. 2. num. 60. vſque ad* 65. tamen ita appellatur, quia illa nobilitas, quæ à maioribus prouenit, perfectior eſt, quàm aliunde quæſita, & effectu ſal-

6 tim naturæ æquiparatur.† Quæ dupliciter conſideratur naturaliter quoad proprietatem, & ciuiliter quoad effectus, & præcipuus eſt, quod ea condecorati præſumuntur bonis præditi moribus, atque virtutibus, *ex l. quod ſi nolit. 31. §. mancipia 21. de Ædilitio edicto, l. 6. & 7. tit. 18. part. 2.* & ex Alciat. *reg. 1. præſumpt. 4. num. 1.* Menoch. *lib. 5. præſumpt. 4. num. 6. & 7. & præſumpt. 59. ex num. 1. lib. 6.* Rebuff. *in tract. nominat. quæſt. 12. num. 3. & 10.* conſiderat Pelaea *de maiorat. part. quæſt. 51. num. 165.* Tiraq. *de nobilit. cap. 20. num. 10.* Mantica *de tac. & amb. lib. 8. tit. 25. num. 6.* Laurent. Syluan. *conſ. 1. num. 40.* plures cumulat Maſtrill. 2. *de magiſtr. cap. 8. num. 21. & 23.* quare hæc eſt, quæ requiritur ex noſtris ſtatutis, & adeſſe ſufficit, vt ex præcitatis, & ex eiſdemmet patet ſtatutis.

7 Quartò præmittendum eſt, quòd etſi videatur, quòd nemo poteſt pro parte nobilis eſſe, pro parte verò non, ne vna, & eadem res diuerſo iure cenſeatur contra iura vulgaria cumulata per Auguſt. Barboſ. *Axioma*, 135. *numero 7. pag.* 84. & in noſtra ſpecie loquendo tenet Pelaez citato loco *n.* 311. Anton. Fab. *in C. lib. 7. tit. 19. de fin. 7. num.* 40. ſicut nec partim legitimus, & partim illegitimus *ex reg. l. ex duobus,* 30. iuncta gloſſa, *verb. libertatem, de liber. cauſa,* & tradit Molina *lib. 3. primog. cap. 1. num.* 14. Tamen diuerſis ex cauſis optime poteſt dari concurſus nobilis & plebei in vna & eadem perſona, vt probant Cobbar. *in pract. cap. 9. num. 7. verſic. Quin & receptum eſt in Hiſpania.* Otalora *de nobilit. 2. part. cap. 5. num. 32 verſ. octaua concluſio. & verſ. ſuadetur,* Io. Guttierr. *pract. lib. 1. quæſt. 117. num.* 71. Ioſephus de Seſſe *deciſ. 10. num. 10. tom. 1.* Burſat. *conſil. 219. ex n. 12. vol. 2.* Laur. Syluano *conſil. 1. num. 33. in fin. & num.* 34. & poſt eos Alphonſus Narbona *in l. 14. gloſſ. 4. num.*

8 32 *tit. 2. lib. 6. recop.*† & tunc ſi de vera & nobili conſtet radice & nihil de ſubſtantialibus, quæ ad nobilitatem pertinent, amiſſum habeat, & ſi quoad cætera contributionem ſcilicet collectarum & tributorum, & ſimilium priuilegia fuerint amiſſa his ſtatutis locum facere nec ex eis reiici credendum eſt, cum verè nobilis eſſe dicatur, & comprehendatur ſub quacumque nobilium diſpoſitione, vt ad aliud probat Narbona loco citato *n.* 31.

9 Quintò præmittendum eſt, quòd Doctor in quatuor Vniuerſitatibus maioribus, Salmàticenſis videlicet, Vallioletenſis, Complutenſis, & Collegij Hiſpanorum Bononienſis gradu cõdecoratus nobilis dicitur, & omnia nobilium priuilegia habet, ex pluribus relatis à Pelaez *in d. quæſt. 51. num. 155 & ſeqq.* Acebedo *in Rub. à num. 73. cum ſeqq. tit. 2. lib. 6. recop.* Io. Guttierr. *de nobilit. gloſſ. 48. §. 3. num* 72. Anton. Gom. *in l. 83 tauri, à num.* 16. Card. Tuſch. *lit. N. concl. 48. num. 9. tom. 5.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 78. num.* 25. Auguſt. Barboſ. *num. 6.* citato loco Gracian. *diſcept. tom. 4. cap. 706. num.* 55. & Fontanel. *num.* 62. loco citando. Immò Doctorem præferendum nobilibus pluribus oſtendit Aluarez de Velaſco *de priuileg. pauperum 1. part. quæſt. 4. ex num. 34. cum ſeqq. & quæſt. 7 num.* 45. Gracian *diſcept. forenſ. tom. 1. cap.* 111. *num. 84. & 85.* & quod Comitiſſa nubens Doctori non dicatur indigno nubere voluerunt Salic. *in l. promidendum, C. de poſtul.* Io. Lup. *in cap. per veſtras, §. 8. n.* 11. Campeg. *de dote 1. part. quæſt.* 3. Marc. Anton. Genuenſ. *pract. Eccleſ. quæſt. 705. num* 3. Fontanel. *de pact. nupt. clauſ. 7. gloſſ. 3. part. 15. num.* 63. & velut talis ad officia nobilibus tangentia admittitur. Acebedo *in l. 2. num. 108. tit. 10. lib. 8. recop.* tenet & idem Io. Guttiert. *lib 4. pract. quæſt. 17. num.* 9. tum quia nobilior dicitur Doctor, quam nobilis, à genere, ex eodem Acebedo *in Rub. num. 80. tit. 2. lib. 2. lib. 6. recop.* Guttierr. *d. quæſt. 17 num. 8. num. 8.* Pelaez citato loco *num. 153. & ſeqq.*

† Tum etiam, quia argumentum de nobilibus ad 10
Doctores iure validum eſt, ex Guttierr. *pract. lib. 3. quæſt. 17. num. 5.* Narbona *in l. 35 gloſſ. 1. num. 17. recop. pag. 6.* & pluribus cumulatis per Auguſt. Barboſ. *loco,* 71 *num. 2. & 3. pag.* 326. Sed quòd admittantur ad habitus militares, & cæteros honores, qui ex ſtatutis nobilitatem requirunt, ſi ex maioribus ſuis nobilitatem non poſſideant, obſeruatum nunquam vidi, tamen cùm in hoc eadem concurrant rationes in nobilitate ex litteris quam in nobilitate ſanguinis, idem obſeruari debebat, niſi aliud ex ipſiſmet ſuadeatur ſtatutis.

Sextò præmittendum eſt, quòd alia nobilitatis 11
ſpecies conſtituitur ex Principis priuilegio, qui verè nobiles efficere poteſt, ex Paul. Caſtr. *in l. quoties n. 6. C. vbi Senat. & Clariſſ. & conſ. 22. num. 2. lib. 2.* Greg. Lop. *in l. 2. verb. de buen linaje, & in l. 3. verb. con villana, tit. 21. part. 2.* And. Tiraq. *de nobilit. cap. 6. num.* 2. Acebedo *in d. Rub. num. 48. tit. 2. lib. 6. recop.* Pelaez *in d. quæſt. 51 num. 62. cum ſeqq.* Guardiola *de nobilit. Hiſpania cap. 4. & 5.* Io. Garcia *eod. tract. gloſſ. 1. §. 1. ſub num. 50. & gloſſ. 35. num. 3.* Io. Guttierr. *lib. 3. pract. quæſt. 7. num. 14. & quæ. 8. num.* 36.† vbi probat, ſolum Princi- 12
pem tribuere poſſe plenam, & vniuerſam nobilitatem, *ex l. 6. tit. 27. part. 2.* Abb. & Felin. *in cap. accedentes, 2 de præſcript.* cum allegatis ab eodem Guttierrez & à Narbona *in d. l. 14. gloſſ. 4. num. 24. tit. 6 lib. 2. recop.* & ab Auguſt. Barboſa citato loco *num.* 2. conueniunt Gamm. *deciſ. 322. num. 5.* Cabed. *deciſ. 78. num. 1. part. 1.*

† Immò nobilitatis fons Princeps eſſe dicitur, à quo 13
in omnes nobilitas fluit, ex Paulo Caſtr. in locis. Bar. *in l. 1. num. 61. C. de dignit. lib. 12.* Albet. *in l. Imperatores per text.* ibi *de decurion.* Ripa *reſponſ. 183. num.* 7. And. Tiraq. in citato loco, & allegatis à Fulu. Paciano *de de probat. lib. 2. cap. 26. num.* 33. & lato calamo congeſtis à Pelaea *d. quæſt. 51. num.* 84. & per Valençuel. *conſ. 82. n. 12. & ſeqq.*

Vnde fluit maxima difficultas, an nobiles priui- 14
legiarij obtinere & admitti valeant ad habitus militares, & ad cætera officia ſolis conceſſa nobilibus? de quo dubio agunt noſtrates præcipuè Ferdin. Menchaca *de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 30. num. 256. & 290. cum ſeqq. vſque ad* 299. Io. Garci. *de nobilit. gloſſ. 1. §. 1. n.* 50. Pelaez *d. quæſt. 51. à num. 62. cum ſeqq. pluribus,* in aliis eſt *num. 31. & ſeqq.* & poſt eos Io. Guttierr. pro vtraque diſputans parte *lib. 1. pract. quæſt. 7. per totam,* Iuribus conuenit Acebed. *in l. 1. num 58. verſ. ex quo infero, & num. ſeqq. tit. 1. lib. 6. recop.* Perezins de Lara *de Capellan. 1. part. cap. 4. num.* 104. Garcia Girouda *de priuileg. explicat. num.* 829. Auguſt. Barboſ. citato loco *num.* 4. præter quos de huius quæſtionis veritate agam, nec, vt ſpero, infructuoſa erit huiuſce rei tractatio, quia aliquid lucis ei conditione confido.

Et pars negatiua ſuadetur. Primò nam verba ſta- 15
bilimen

bilimentorum, ſeu ſtatutorum dictotum ordinum iotelligenda ſunt de nobilitate in communi, & vſitato ſignificatu accepta, vt pluries ſuprà in hac quæſtion. maximè in principio ex *num.* 2. pro-
16 baui. † At verbum nobilitas communiter accipitur de ea, quæ ſanguinis eſt, & à maioribus prouenit, vt ſpecificè ex Bono de Curte *de nobilitat.* 3. *part, num.* 179. *& ſeqq.* Matthæo Matheſulan. *ſing.* 103. probat Chaſſan. *in Catologo* 8. *part. conſid.* 16. *verſ. Et horum, in fin. & conſider.* 17. *verſ. & an ſtatutum,* Acebed. *in Rub. num.* 38. *tit.* 2. *lib.* 6. *recop.* Igitut prædicta ſtabilimenta de nobilibus ex genere, & ſanguine intelligenda ſunt, non verò de priuilegiariis.

17 Confirmatut primò, nam verba ſunt intelligenda in proprio & naturali ſignificatu: ſed ſanguinis nobilitas tantùm propriè, & natutaliter talis dicitur, ex præcitatis, & Garcia *gloſſ.* 6. *num.* 48. *ad* 13. *argum.* Igitur de illa tantùm intelligenda, accipienda ſunt prædicta ſtatuta, non verò de
18 priuilegiaria. ¶ Maiot patet *ex text. in l. ex ea parte*, 121. *§. inſulam.* 2. *de verborum*, *l.* 3. *§. hac verba, de neg. geſt. l. fin. de his qui veniam ætatis, cap. ſuſceptum* 6. *de reſcript. lib.* 6. cum traditis ab Andr. Tiraquel. *de iure primog. quæſtion.* 1. *num.* 10. *in fin.* & à Pelaez *in dict. quæſt.* 51. *num.* 122. *& ſeqq. & num.* 159. Io. Gittierr. *d. lib.* 4. *pract. quæſt.* 8. *num.* 17. & à Petezio de Lara *de anniverſ. & capellan. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 107. *&* 108. plura congerit Auguſt. Barboſ. *Axioma.* 222. *n.* 27. *& ſeqq.* & quod in potioti ſignificatu verba accipi debeant, probat text. *in l.* . *§. qui perpetuum, ſi ager vectig. leg.* 1. *§. ſi is qui nauem, de exercit. act. §. quod ius quidem ciuile inſt. de iure natur. cap. pen. de ſent. excom.* Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 39. *n.* 8. *cum ſeqq.* Catd. Mantic. *de coniect. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 6. Catd. Tuſc. *lit. V. concl.* 101. *to.* 8. & alij penes Barb. citato loco *n.* 25.

19 Confirmatur ſecuodò, nam aliud eſt nobilitas, aliud nobilitatis priuilegium, ex Baeça *de inope c.* 16. *n.* 42. Pelaez *d. q.* 51. *à n.* 155. *cum ſeqq.* At prædicta ſtatuta de nobilitate expreſsè loquuntut, vt ex eiſmet patet. Igitur non poſſunt intelligi de nobilitatis priuilegio, quia diuetſum eſt ab eo, quod expoſcunt, *text. in l. Papinianus exuli*, 20. *de minor. l. ſi ſeruum*, 71. *§. amouere* 8. *de acquir. hared. l. fin. de Calumniat. l. illam*, 19. *C. de Collat, cum ſimilibus.*

20 Confirmatut tertiò, nobilis non intelligitut, niſi qui à maioribus nobilitatem aſſequutum fuiſſe probauerit, ſecundùm gloſſ. *in l. ſtemmata* 9. *de Gradibus*, notat Bald. *in §. ſi ruſticus, de pace tenenda in vſibus feudor.* Andr. Titaquel. *de nobilitat. cap.* 19. *numero* 5. Acebed. *in dict. Rub. num.* 120. *tit.* 2. *lib.* 6. *recop.* Io. Guttietr. *lib.* 3. *pract. quæſt.* 13. *num.* 74.
21 *& quæſt.* 17. *num.* 191. *& lib.* 4. *quæſt.* 7. *nu.* 2. † ſed prædicta ſtatuta veram nobilitatem expoſcunt, vt per *l. merces*, 207. *de verb. ſign. l. ſi maritus*, 15. *§. legis. Ad leg. Iul. de adult.* defendit Franc. Conſtius *in Rub. de officio deleg. numero* 47. *verſicul. vndecimo accedat*, Oſaſcus *deciſio Pedam.* 21. *numero* 13. Narbona *in leg.* 10 *gloſſ.* 20. *titul.* 1. *lib.* 4. *recop. pag.* 534. Igitur verificari oon valent in acquiſita per priuilegium.

22 Confirmatur quartò, nam in tantum differunt oobilitas, & nobilitatis priuilegium, vt non valear argumentum de vera, & naturali nobilitate, ad nobilitatis priuilegium, oiſi in his, quæ expreſsè deciſa ſunt à iure ſecundùm Bald. *in leg. in vrbe, de ſtatu hominum* Ioann. Garcia *dicta gloſſa*, 6. *ſub numero* 41. *verſicul. Ad decimum tertium, circa medium.* At nullo iure deciſum habemus, quòd priuilegiarij nobiles ad ordinum habitus nec honores horum ſtatutorum admittantur. Igitur illorum deciſio ad priuilegiarios nobiles extendi non valet.

Secundò probatur, nam nobilitas ex priuilegio permanens, & ſtabilis iudicari non poteſt, 23
cùm ad libitum renunciari, & amitti valeat. At tunc poſt eam amiſſam ſtabilimenta, & Ordines decepti & fruſtrati manerent, vt patet. Igitur credibile non eſt, quòd ſatiari hac nobilitatis ſpecie maneant. ¶ Maior conſtat ex Io. 24
Guttierrez *de iuram. conformat. capit.* 16. *num.* 74. *& lib* 4. *practic. quæſtion.* 14. *numero* 3. vbi adducit Baeçam *de inope capit.* 16. *numero* 97. *& ſeqq.* & Acebedo *in leg.* 4. *numero* 14. *titul.* 2. *lib.* 6. *recop.* Balth. Amezcua *de poteſtate in ſe ipſum, capit.* 23. *numero* 16. Gironda *tract. de priuileg. n.* 225. adductis à Narbona *in dict. leg.* 14. *gloſſ.* 4. *numero* 25. *titul.* 2. *lib.* 6. *recop. pag.* 826. Pelaez *d. q.* 51. *n.* 178. *in* 2. *impreſſione.*

Confirmatur, quia non ſolùm voluntariè, 25
ſed & inuiti amittere nobilitatis priuilegia poſſunt, veluti ſi inopia oppreſſi, quod paſſim etiam ditiotibus euenit, officia exerceant vilia, *ex leg.* 2. *&* 3. *titul.* 1. *lib.* 6. *recop.* Baeça *de inope dict. cap.* 16. *num.* 33. Io. Garcia *dict. gloſſ.* 6. *§.* 1. *ſub num.* 58. *verſ. & licet aſſerat*, & pluribus probat Narbona *in l.* 61. *gloſſa*, 1. *num.* 22. *tit.* 4. *lib.* 2. *& in l.* 14. *gloſſ.* 1. *num.* 102. *tit.* 2. *lib.* 6. *recop.* Io. Guttierr. 3. *pract. quæſt.* 13. *ſub numero* 100. *in fin.* plora nouiſſimè cumular. Aluarez de Velaſcu *de priuileg. pauperum*, 1. *part quæſt.* 6. *ex num.* 1. maximè *num.* 3. *& quæſt* 36. *num.* 3. Coius contrarium verius eſt in nobilitate ſanguinis, quæ ex vili exetcitio amittitur, ex eodem Gutiert. citato loco *à n.* 96. *cum ſeqq. & lib.* 1. *quæſt.* 137. *num.* 18. Zaball. *comm. contra comm. quæſt.* 688. *per totam*, & ex aliis pluribus probat Narbona *in d. l.* 14. *gloſſ.* 1. *à n.* 90. *cum ſeqq. tit.* 2. *lib.* 6. *recop. pag.* 813. maximè attenta diſpoſitione illius legis, 14. ex qua hodie dubitari de hoc non valet. Igitur magis patet prædicta ratio.

Tettiò probatur, nobilitas ex prioilegio eſt illa, 26
quæ ex nouo indulto incipit recenter. At hæc proptiè nobilitas appellari non poteſt, ſed oobilitatis principium. Igitur his ſtatutis, quæ plenam requirũt nobilitatem, oon ſatis erit è priuilegio incipiens. ¶ Minor recepta eſt, *ex arg. l.* 2. *§. quæ omnia*, 5 *verſ. ſed & Anatolium*, ibi, *vt ab antiqua ſtirpe legitima procedat, de vet. iur. enucleando*, vbi ideò ſtirps legitima oominatur, quia antiqua conuenit *l.* 2. ibi. *Pero quanto mas de lueño dende en adelante*, *tit.* 21. *part.* 2. Exornant Otalora 2. *part. de nobilit. cap.* 3. *pen.* & Acebedos expreſſiùs ad intentum loquens *in d. Rub. n.* 40. *tit.* 2. *lib.* 6. *recop.*

Confirmatur primò, perfectior eſt nobilitas, 27
quæ antiquior eſt. At ſtatuta ideò nobilitatem expoſcunt, vt honores à dignioribus tam virtote, quàm genere poſſideantut. Igitur compertum & notum eſt, quòd requirunt illam nobilitatem, quæ ſuos clariores, & nobiliores efficiat. ¶ Maior patet 28
ex l. 1. *C. de iure annul. aur. l. prouidendum*, 7. *C. de poſtulando*, *l.* 8. *tit.* 11. *lib.* 2. *recop.* cum adductis à Tiraquel. *de nobilit cap.* 19. *ex num.* 1. Acebedo *in d. Rub. num* 117. Io. Garcia *gloſſ.* 7. *num.* 27. *& gloſſ.* 12. *num.* 6. Io. Gutierr. *lib.* 4. *practic quæſt.* 7. *num.* 2. qoare Bonus de Curte *de nobilit.* 3. *part. numero* 132. dixit, *nobilitas quanto antiquior, tanto nobilior, & magis relucet a parentibus relicta, quàm à Principe ſine virtute donata*, provt refert Chaſſan. *in Catalogo* 8. *part. conſid.* 20. *verſicul. & multa, in fin.* ex quo etiam refert aliis pluribus adductis Io. Guttierr. *lib.* 3. *practic. quæſtion.* 14. *num.* 26. tefert etiam pluros Pelaez *dict. quæſtion.* 51. *num.* 108. Antoo. Fab.

in C.lib.9.tit.29.defin.18.num.3. in notis.

29 Confirmatur ſecundò, nobilitas ſanguinis præſtantior, & honorabilior quàm acquiſita ex priuilegio reputatur, ex Tib.Dec.reſp.21.n.44. lib. 1. Otalora de nobilit. 4.part. cap.1.num.5.cum ſeqq. Io. Guttierr.lib.4.pract. quæſt. 8.num.20. Pelaez d. quæſt. 51.
30 num.109 † At prædicta ſtatuta in digniori ſignificatu ſunt intelligenda. Igitur non ſufficiet nobilitas, quæ minus præſtantior eſt, nec quæ à nobilibus paruipenditur, vt inferiùs num.35.¶ Minor patet ex horum ſtatutorum fine, & ex l. hus verbis, 48. de hæred. inſtit l.qui liberis, 8 §.hæc verba, 1. de vulgari. Roman, in l.ſi in teſtamento, n.2.ſi quis omiſſa cauſa teſtam. Mantica de coniect lib.3.tit.4.n.14 prout refert Io. Gut. 4. pract. dict. quæſtion. 8. num. 18. cum relatis ſuprà ſub num.18.

31 Quartò probatur; Princeps licèt poſſit nobilitatis prærogatiuam, atque indulta concedere, non tamen poteſt natales veros, & naturales mutare, ex vulgatis, nec ignobilem, & plebeium verè nobilem efficere, ex Otalora de nobilit 3. cap. 6. num. 4. Io.Guttierr.lib.4. pract. quæſt. 8. num. 14. in fine. Pe-
32 laez in d. quæſt. 51. num. 112. † At ſtatuta ſemper ab initio innatam, & veram expoſcunt nobilitatem, non ex poſtfacto tributam, vt probant ex l.ſi maritus, 15.§.legis, Ad.l.Iul.de adulter. Oſaſch.deciſ.Pedam.21. num.13. vbi plures adducit. Roland.conſ.68.num.42. lib. 1. & alij adducti à Farinac. 1. part. fragment. lit. E. numero 207. & in ſtatutis loquendo ſic tenent. Aym. Crauetta conſil. 271. numero 3. & adducti per Aluarez Velaſco de priuilegiis pauper. 1.part. quæſt.1. num. 10. & per plures penes Auguſt. Barboſ. Axioma, 222.n.27.& 29. Igitur non erunt contenta cum nobilitate ficta à Rege ex priuilegio conceſſa.

33 Confirmatur primò, impetrans priuilegium nobilitatis planè ſe ignobilem & plebeium aſſerit, cùm illios qualitatis petitio contrariæ poſitionem demonſtret: At tùc potius vera plebeitas, & ignobilitas apparet, quàm nobilitas. Igitur verè dicendum eſt, priuilegium nobilitatis non ſufficere.

34 Maior patet ex l. Titio vſuſfructus, 96. in princip. de condition.& dem l.manumiſſiones, 4 de iuſt & iure, capit. ad diſſoluendum, 13. de ſponſalibus impuber. cap. quod verò non formatum, 32. quæſt. 2. plura apud Auguſt. Barboſ. Axiom. 189. num. 1. pag. 115. ſicut legitimationem à Principe impetrans ſe ipſum fatetur illegitimum, l. 2. C. de iure aur.ann. vbi Bald. Joſephus Maſch.de probat. concl. 974. à num. 3. & in ſeqq. plura ſimilia adducit, & ita poſt priuilegij impetrationem apertiùs nobilitatis defectus in impetrante, & maioribus ſuis relucet.

35 Confirmatur ſecundò, priuilegiaria nobilitas in tantum eſt exoſa, velut res ficta, manca, & deformis, ſecundùm Bald. in cap. fin. de tranſact. Epiſc. vt maximè viri nobiles eam rideant, atque vilipendant, ex Io. Garcia de nobilit. gloſſ. 35. num. 3. Guttierr.lib.4.pract. d. quæſt. 8. numero 13. in fin. & num. 16. facit, quod dixit Pelaez de maiorat. d. quæſt. 51. numero 84. verſic. ſed hoc nobilibus, & quod in comparatione veræ nobilitatis ſit priuilegium velut alchimia auro oppoſita, dixit idem Garcia dict. gloſſ. 35. ſub d. numero 3. Guttierr dict. lib. 4. quæſt. 7. numero 9. Igitur verecundum erit priuilegiatos nobiles admitti ad ſimilia honorifica inſignia.

36 Confirmatur tertiò, ſtatutum ita ſemper requirit caſum verum, & propriè ſumptam qualitatem, vt ſi expoſcat conſenſum à proximiori præſtandum, intelligi debet de vero conſenſu, non de tacito, nec ficto, ſecundùm Io. Andr. in cap. ſciant cuncti, de elect. in 6. Thom. Gramm. deciſ. 103. numero 197. atque etiam, quòd proximior ille præcedat in gra-do vero, non ficto, ex Baldo, in l. fin. Cod. de verbor ſign. Alexand. & Salic.in leg. final. Cod. de teſtament. militis, Tiber. Decian. conſ.1.num.377.lib.1. Petra de fideicomm.q.11.num. 55. & 100. Igitur patet intentum.

Confirmatur quartò, ſtatutum mentionem faciens de primogenito, intelligitur de primogenito naturaliter & propriè ſumpto, ex allegatis per Andr. Tiraquel. tract. de primogen quæstion. 40. num 134. in fine. & num. 136. Bald.in Auth. Ceſſante, C. de ſuis & leg. hæred. Iac. Menoch. lib. 4. præſumpt. 81. num. 14. & præſumpt. 83. num. 20. & conſ. 97. num. 117. & ſeqq. lib. 1. & conſ. 211. n. 28. lib. 3. Hieron. Grat. conſ. 2. Igitur ſimiliter intelligi debet ſtatutum de ea nobilitate, quæ vera eſt, non verò de procurata à Principe. Quare hanc opinionem defendit Perezius de Lara dicens ita iudicatum in Pinciano ſenatu, de anniuerſ.& capellan.1.part. c. 4. à n.116.cum ſeqq. 37

Affirmatiua verò pars probatur primò Princeps nobilitatis fons ita nobilitatem concedit, vt verè & propriè nobiles conſtituat, vt ſuprà in præmiſſo, 6. probaui. Igitur nobilis factus à Principe habilis erit ad quoſcumque honores nobilibus pertinentes. 38

Confirmatur primò, in inſigniis Ordinum loquendo gratiæ fiunt ex nutu & voluntate Principis, vt notum eſt. At reſcriptum Principis de nobilitate loquens propriè intelligitur de nobilitate ab ipſo Principe conceſſa. Igitur patet intentum, & huius affirmatiuæ ſententiæ veritas. ¶ Minor probatur ex adductis à Baldo in leg. ſacrilegij, C. de diuerſ.reſcrip. Acebedo in d. Rub. numero 50. titul. 2. lib. 6. recop. & ante eum Andr. Tiraquel. de nobilit. cap.2.ſub n.7. etiamſi eam intelligere velimus in potiori ſignificatione, ex l.1.§. qui in perpetuum, ſi ager vectig.pet. probat Alphonſ Narbona in l.14. gloſſ.4. n. 24.tit.2.lib.6.recop.pag.826. 39

Confirmatur ſecundò, nam quiſque præſumitur, maiorem habere affectionem rebus & factis propriis, quam alienis, ex Prouerb. 15. Lætatur homo in ſententia oris ſui, S.Clemen Alexand. lib. 1. Strom. in principio, immò quod ipſum Principem tangit obſeruantia & veneratio dignitatis per eum conceſſæ dixit D.Gregor.Nazianzen. in orat. funebri laudum D.Athanaſij, & Io.Elcius in feſto omnium Sanctor. homil.1.part.1. num. 1. refert Valençuela conſ. 81. n.26. 41

Sed nobiles ex priuilegio tales ſunt ex facto Principis. Igitur præſumptio eſt ex affectione Principis, quod noluit priuare à ſimilibus honoribus, quos ipſe tales effecit. 42

Secundò probatur, ex priuilegio Principis conceſſa cenſetur nobilitas cum omnibus ſuis qualitatibus, prærogatiuis, & honoribus. At non plena conceſſio nobilitatis eſſet, quæ ad honores nobilitatem requirentes non ſufficeret. Igitur ſufficere erit fatendum. ¶ Maior patet, arg.l. 2. de iuriſdict. om. iud. l. ad rem mobilem 56. leg. ad legatum, 62. de procurat. leg. non ſolum, 6. de vſu & habit. leg. ſi ſtipulatus, 111. de verbor. Pet. Gilk. in Auth. habita, num.2. C ne filius pro patre. Menoch. lib. 3. præſumpt. 103. numero 31. Rota deciſio. 70. numero 4 & p.1.diuerſ. Sacri Palac. 43

Confirmatur primò, Principis priuilegium ita interpretandum venit, vt omnia compleat, & naturam imitetur, ex dictis per Iaſſ. in leg. ſi is qui pro emptore, num. 303. de vſucap. Socin. conſ. 1. num. 10. lib. 1. & conſ. 260. num. 9. lib. 2. faciunt l. fin. de conſtit. Princip. & tradita per DD. in cap. olim, de verbor. ſign. & in capit. cùm dilecti, de donation. 44

&

& congeſta per Valençuela *conſ.79.num.* 78. At non plenè intelligeretur, nec naturalem nobilitatem imitaretur, niſi ad honores omnes eſſet ſufficiens, ſaltim ad quos nobilitas requiritur. Igitur ſufficiens eſſe, certum eſt.

45 Confirmatur ſecundò, Priuilegium eamdem vim habet, ac ſi ex iure communi competeret, *l.liberos*, 18.*ſ.de Collat.* vbi Decian.*num.*6 ait, quòd omnia cenſentur comprehenſa in priuilegio quæ tunc excogitari potuerunt Bald. *in leg. ſine poſſidetis*, *C. de probat.* idem Decian. *conſ* 609. *numero* 2. *& conſil.* 695. *numero* 9. Aluar. Valaſc. *conſult.* 12.*numero* 2. At nobilitas competens ex iure communi, hoc eſt ſanguinis, ſufficiens eſt ad ordinum inſignias vt patet & probaui ſupra præmiſſo, 3. Igitur & competens ex priuilegio.

46 Confirmatur tertiò, conceſſio Principis idem operari debet in re conceſſa, quod veritas, ſi adeſſet, operaretur *c. ad audientiam*, 15.*de Cler. non reſid.* cum traditis à Greg.*in l.* 3.*gloſſ.* 1.*tit.* 25.*part.* 3.*gloſſ. in l.* 1, *§.accedat.C.de rei vxoriæ act.* Socino *conſ.*22. *num.* 16. *lib.*1. Oſaſcho *deciſ.Pedam.* 31.*num.*24. At vera nobilitas ad habitus militares obtinendos ſufficit. Igitur & priuilegiaria.

47 Tertiò probatur, vera nobilitas à Principe prouenit, & in cæteros deriuatur, vt paſſim in iure omnes fatentur, ſecundùm Bart. Chaſſan. *in Catalogo* 8.*part.conſid.* 17.*per totam* And. Tiraq *de nobilit. cap.*6. *à num.* 1. Fulu. Paciano *de probat.lib.*5.*cap.*26.*num.* 33. cum aliis ſuprà adductis. Igitur nihil erit, an ex immemoriali conceſſione, an verò ex nouo indulto nobilitas ortum capiat.

48 Confirmatur primò, qui proximiores ſunt cauſæ nobilitati vberiùs ea gaudere dicuntur, cùm ingentiores tunc producat effectus, Pelaez *dict. quæſtion.* 51. *numero* 50. *& ſeq.* vbi *numero* 111. ait, nobiliorem eſſe, qui magis ſtirpi nobili adhæret. Io. Garcia *gloſſ.* 48. §.3.*ſub numero* 1.*verſic. Et quanto quis*, ſed nobilis ex priuilegio proximior eſt cauſæ nobitauri, quàm nobilis ex genere, vt per ſe patet. Igitur ex maiori ratione admitti ad honores debet.

49 Confirmatur ſecundò, Princeps in eis quæ ſunt iuris poſitiui pleniſſimam habet poteſtatem, *leg. diſputare* 3. *Cod. de crimin. ſacrileg. l.* 2. *Cod. de fal.* cum ſimilibus, præcipuè in dignitatibus, & prærogatiuis, quarum theſauri penes eum adſunt, ſecundùm Bald. *in cap. quis dicatur Dux vel Marchio*, probat Pelaez de Meres *de maiorat.* 1. *part. quæſt.* 26.
50 *num.* 114. † Sed in his omnibus non præſumitur, quid ſecundùm fictionem facere, ſed omnia propriè & ſecundùm veritatem concedere, vt per Bart. *in l.ſi quis pro emptore*, *in* 3. *quæſt. principali circa fin*, *de vſucap.& in l.ſed ſi hac*, *§.patronum*, *de in ius vocando*, Curt. Sen. *conſ.*49. *num.*41. Igitur ſemper videtur concedere veram nobilitatem, quæ ad omnia ſufficiat.

51 Confirmatur tertiò, Princeps ita omnia ſua indulta, & priuilegia concedit, vt non ſolùm futura prouideat, ſed & præterita omnia tollat impedimenta, & ita plebeius nobilitatus nobilis cenſetur, ac ſi nulla præceſſerit ignobilitas, *ex l.* 2. *l.fin. in fin. de natal. reſtituend. leg. imperialis* 23. *§. itaque cùm iniuſtum ſit*, *C. de nuptiis*, probat Andr. Tiraquel.*de iure primog. quæſt.* 34. *num.* 42. & in nobilitate loquens *de tract. de nobilit.* 27. *num.* 6. *in fin.* Anton. Fab. *in C. lib.* 5. *tit.* 16. *de fin.* 5. *ſub num.* 7. Igitur admitti debet ad omnia munera, & honores, ac ſi nunquam ignobilis fuiſſet.

52 Quartò probatur, qualitas naturalis, & per priuilegiû conceſſa pari ſemper paſſu ambulant, eoſdémque iure pariunt æquè effectus, ex congeſtis à Io. Garcia *de nobil.d.gloſſ.*1.§. .*n.*43.*&* 50. Menchaca *de ſucceſſ.creat.§*, 30.*n.*291. Io. Gut.*lib.*4.*pract.q.*7. *n.* 11. Pelaez qui plures cumulat, *de maiorat.* 1.*part. d. q.* 51. *n.* 63. Perezius de Lara *d.c.*4.*n.* 97. At naturalis nobilitas ſufficiẽs eſt ad omnia munera, honores, & officia nobilibus conceſſa ſubeunda. Igitur & conceſſa per priuilegium Principis.

53 Quintò probatur. Princeps ſuprema vtens poteſtate, non ſolùm nobilitatem ſuis indulget priuilegiis, ſed & eam nobilitati ſanguinis adæquat in omnibus, & per omnia, vt ex cunctis patet priuilegiis ex ordinario ſtylo, & vſu, & ſpeciatim probat verba ipſorum ſtatutorum referendo, Io.Gut.*in d.q.*7.*n.* 17.
verſ.Secundum, *& præcipuum*, *& n.ſeqq.* † At in ita æ- 54
quiparatis adeſt idem ius, iidémque effectus. Igitur nobilitas ex priuilegio ſufficit ad ordinum inſignias, cæteróſque aſſequendos honores ſicut naturalis, & de genere. ¶ Minor patet *ex l. Gallus* 29. *§. & quid ſi tantum.* 5.*de lib.& poſth. Auth. de non eligendo ſecundo nub.c.*2.*incipit.Hoc autem, in fin verſ.quia verò*, *& c.*3. *incipit.Cum igitur reliquum*, *verſ.colligentes*, *Nouella*.2. Flamin.Pariſ.*de confident.benef.q.*27.*n.*74. *& q.* 28. *n.* 82. plures apud Aug.Barb.*Axiom.*14.*ex n.*1.*pag.*15.*& loco*, 6.*n.*1.*pag.*306. Oſaſch.*deciſ.Pedam.*67. *n.* 9. *verſ. Pro hac opinione*, Zephalo *conſ.*138.*n.*82. Grat.*reſp.*91. *n.*19.*lib.*1. Alphonſ.à Villagut.*de extenſ. leg. correctior. & pænal.* ſimul, *n.* 64. & in dubio noſtro probant Io. Garcia, & Pelaez adducti à Perezio de Lara *in c.* 4. *n.* 98.*&* 99.

55 Sextò probatur, quia ſicut princeps tollere effectus ſanguinis, & iuris naturalis poteſt, licèt ipſum ius naturale maneat intactũ, vt dixi ſuprà h. q.6. præcedenti, præmiſſo, 3.n.48. ita & effectus ipſos de nouo creare, & cuilibet concedere poteſt, *arg.l.nemo*, 37. *de reg.iuris*, *cum ſimilibus vulgatis.* Igitur patet intentum, & noſtra hæc affirmatiua ſententia probata integerè & perfectè manet, quam defendunt omnes Doctores ſuperiùs relati, *n.* 14.

56 Ego verò ex omnibus relatis pro vtraque opinione præter ſuprà dictos DD. qui de hac re agunt, puto veritatem huius dubij conſiſtere in verbis verè, & perfectè perſcrutandis tam ſtatutorum, quibus nobilitas requiritur, quàm priuilegij, quo cõceditur; quia ſi priuilegium ita fuit conceſſum, vt nobilitas pertineat eo modo, quo per ſtatutum requiritur, nullum dubium mihi eſt, ni quod ſufficiat ad eius honores aſſequendos: aliàs velut fruſtratorium, & ſine effectu maneret Principis reſcriptum, cùm non prodeſſet ad honores nobilitatis aſſequendos, eſſet quidem ridicula nobilitas ex eo conceſſa, cùm ei præcipuus nobilitatis deficiat effectus, quod nec cogitandum nec aſſerendum eſt. Niſi ſtatutum expreſsè excludat nobiles ex priuilegio, quia tunc ſeruanda erit eius diſpoſitio. Et ſic ſunt intelligendæ rationes pro parte affirmatiua, & Io. Garcia, Guttierrez, Menchaca & alij relati *num.*14. qui eam patrocinãtur: ſi verò nobilitas ex priuilegio non cum eiſdem indulgeatur qualitatibus, quæ per ſtatutum deſiderantur, non ſufficit ad ſimiles aſſe-
quendos honores, & inſignias.† Quia verè deficiunt 57
in ea qualitates ab ſtatuto requiſitæ, *ex l.*4. *§. totiens*, *de damno infecto*, *gloſſa notabilis in l.mancipia*, *C. de ſeruis fugitiu.* Iac. Menoch.*de adipiſcenda rem.*3.*n.*94. Ioſephus Maſch.*de probat concl.*1249. Grat.*diſceptat. forenſ.*1.*tom c.*90.*n.*95.*& part.*2.*c.*292.*n.*28. Card. Tuſc. *lit. Q concl.*106.*per totam* P. Caball.*de homicid.n.* 520. Boerio *q.*115.*n.* 3. *atque* ita intelligendæ veniunt rationes pro negatiua parte, & Perezius de Lara *d.c.*4.*à n.*106.*cum ſeqq.*

Digitized by Google

Ex qua vera diſtictione primò infero, quòd ſi ſta-
tutum requirat expreſsè nobilitatem ſanguinis, non
poterit admitti, qui tantum habet priuilegium im-
munitatis à tributis, cùm inter ſe plurimùm diſſe-
rant ex Io. Garcia *de nobilit gloſſa* 7. *num.* 11. & ipſius
priuilegij tenor hoc non præſtat, ex Io. Gutiert. *lib.*
4. *pract. q.* 5. *num.* 14. *in fine*, nec ex diuerſis illa fieri po-
teſt recta illatio ex textu vulgari *in l. ſi maritus* 14. *C.*
de collation. cum ſimilibus, quare neceſſe erit, vt locum
faciat ſtatuto, quòd nobilitas ſanguinis priuilegio
indulgeatur, aut ſaltim eius effectus, qui in poteſtate
59 Principis ſunt, & ſic iudicatum fuiſſe in Pinciano ſe-
natu refert Perezius de Lara citato loco *n.* 109.

Secundò infero, quòd ſi expreſsè in ſtatuto requi-
ratur quòd non tantùm Prætenſor, ſed & eius pa-
rentes, & aui nobiles extiterint, non ſufficiet priui-
legium conceſſum Prætenſori tantùm, aut patri ſuo,
quia nec tunc verè, nec fictè adimpletur ſtatuti mens,
cùm parentes, aut aui eius nobiles nullo modo fue-
rint, nec nobilitas de nouo acquiſita retro gradu ad
eos aſcendere valeat ex Io. Garcia *gloſſ.* 12. *n.* 47. & re-
latis à Narbona *in l.* 10. *n.* 49. *ti.* 2. *lib* 4. *recop. pag.* 269.
Ioſephus de Seſſe *deciſ. Arago.* 4. relatus ab Aug. Bar-
boſa *de officio Epiſc.* 2. *part. alleg.* 1. *num.* 21. *pag.* 7. nec
Princeps diſpenſare in his videtur ſtatutis, ex ipſo
60 tantùm priuilegio, arg. tradita à Pelaez *in d. q.* 51. *n.*
305. *& ſeqq.* † Et quidem nec ita concedi poterit no-
bilitatis priuilegium, vt extendatur ad aſcendentes,
maximè ſi iam vita fuerint functi, cùm facere non
poſſit Princeps, vt ſit, quod non fuit, nec illi capaces
iam exiſtant harum qualitatum, (contra tradita per
And. Tiraq. *de nobilit. cap.* 6. *n.* 45. per text. *in l. ſi quis in*
metallum, 3. *de his, quæ pro non ſcript.* tradit Gracian.
diſcept. forenſ. 2. *part. cap* 396. *n.* 13 ſi autem adhuc om-
nes vitam agant, poterit omnibus priuilegium con-
cedi, atque ita prætenſor admitti ex nobilitate de
nouo ſibi, parentibus, & auis indulta.

61 Tertiò infero, priuilegium nobilitatis non ſuffi-
cere, vbi puritas ſanguinis abſque macula requiritur,
ex Acebedo *in l.* 22. *num.* 4 *tit.* 7. *lib.* 1. *recop.* Pelaez *in*
d. quaſt. 51. *num.* 304. *&* 306. & Ign. del Villar *in ſua*
reſponſorum ſylua reſp. 11. *num.* 42. *verſ. Quod eſt am-*
pliandum, & adductis ab Aug. Barboſa *Appellat.* 164.
62 *num.* 4. Ratio eſt. † Tum quia illa qualitas non tan-
tùm ab ſtatutis requiritur in Prætenſore & parenti-
bus eius, ſed & in vniuerſo genere per lineam aſcen-
dentium; & non tantùm requiritur puritas affirma-
tiuè, ſed etiam negatiuè, quòd nulla ſit macula, quæ
negatiua non eſt in Principis poteſtate, dum macula
interuenit, cùm facere non poſſit, vt non ſit, quod
fuit & eſt, quæ eſt vera ratio huius ſententiæ, non
verò quàm aſſerit Perezius de Lara *in d. cap.* 4. *n.* 106.
63 *& ſeqq.* † Tum quia eſt qualitas ſanguini cohærens, à
qua euelli non poteſt, nec eius iura Principi ſubia-
64 cent, *l. iura ſanguinis*, 8. *de reg. iuris.* † At dices, & ſi
Princeps iura ſanguinis minuere non valeat, poterit
eius effectus cōcedere, & ita vt quis admittatur velut
purus, etſi puritatem non habeat, & maculatus exi-
ſtat, vt de nobilitate dixi, & probant Io. Gut. *lib.* 4. *q.* 8.
num. 14. *&* 15. Perezius de Lara *in d. cap.* 4. *num.* 102.
cum ſeqq. ſed adhuc dico quòd etſi Princeps nobili-
tatis effectus concedere valeat, puritatis verò, niſi de
65 facto, nullo modo. † quia inter nobilitatis originem,
& puritatis initium maximam conſidero differen-
tiam, ad nobilitatem quidem nihil amplius requi-
ritur, quàm Principis voluntas, qui eam præſtare po-
teſt, cui maluerit, quia non pendet à certo facto, &
poteſt nobilem efficere filium, patre plebeio ma-
66 nente. † Puritas verò prouenit à patre, & ſimul ab
omnibus aſcendentibus, qui omnes hanc qualitatem
in poſteros transferunt, ita vt nullo modo incipere
valeat à filio, patre & aſcendentibus maculatis
manentibus, & ſi cum purum aliquem dicimus,
non eſt quia per ſe purus ſit, ſed quia à puris
deſcendit parentibus & ſicut natura efficere non
valet, quod deſcendens à maculatis à puris deſcendat,
ita nec Princeps, † qui naturā imitari debet, *l. Gallus*, 67
29. §. *ſi eius* iuncta gloſſa & communi opinione, *l. filio,*
quem pater, 25. *de liber. & poſth. l. ſi pater*, 15. *de ado-*
ption. notat Bart. *in l. ſi is qui pro emptore*, *num* 22. *de*
vſu cap. bene Barboſ. *Axiom.* 97. *num* 4. *pag.* 61. † Præ- 68
terea quia macula initium capit poſitiuè à certo ma-
iorum facto, praua videlicet operatione fidei noſtræ
contraria, & niſi ſublato facto illo, velut cauſa, non
poterunt remoueri eius effectus, & cùm lex, nec
Princeps facta infecta facere non valeant, *l. in bello*,
12. § *facti* 2. *de captiu. & poſthm* reuerſis cum ſimili-
bus apud Auguſt. Barboſ. *Axioma* 93. *num* 34. *pag.* 60.
nec poterunt tollere, nec minuere eius effectus, qui
ſunt macula in poſteros tranſlata, & praui mores,
quibus vniuerſam inficiunt progeniem.

Quartò infero, quòd ſi ſtatutum requirat nobili- 69
tatem ſimpliciter, comprehendet, & locum faciet
omnibus nobilibus tam ſanguinis in poſſeſſione, &
in proprietate, & per executoriam, & per notorieta-
tem, quam ex priuilegio, quia omnes nobiles ſunt,
& comprehenduntur in quacumque diſpoſitione de
nobilibus loquente ex Doctoribus prænotatis, & ex-
preſſiùs probat Narbona *in l.* 14. *gloſſ.* 4. *a num.* 23. *tit.* 2.
lib. 6. *recop.* vbi illud verbum, *que ningun hidalgo*, illius
legis, 14. intelligendum putat non tantùm de nobi-
libus ſanguinis, ſed etiam de priuilegiariis; plures ad
hoc cumulat Maſtrillo. 3. *de magiſtr. cap* 10. *n.* 107.
in quo non eſt dubitandum.

Quintò & vltimò inferri poteſt ex prædictis, quòd 70
cùm priuilegium reſidendi in aliquo beneficio, ſeu
præbenda à ſummo Pontifice conceſſum idem ope-
retur, ac ſi verè præbendatus, aut beneficiatus reſide-
ret ſecundùm textum *in cap. cum dilectus*, 14 *& cap.*
ad audientiam, 15. *de Cleric non reſid.* Pelaez *de maiorat.*
1. *part. quaſt.* 51. *num.* 67. † & Inquiſitores hæreticæ 71
prauitatis ſimile reſidendi in ſuis præbendis priui-
legium habeant, vt tradit Io. à Roxas *ſing. fidei*, 96.
& ad literam receſet Param. *de orig. Inq. lib.* 2. *tit.* 2.
cap. 3. *ſub num.* 10. percipient non tantùm groſſam
præbendarum, ſed omnia ea, quæ intereſſentibus di-
ſtribuuntur, vt voluit gloſſ. *in cap. vn. verb. reperit.*
circa fin. de Clerico non reſid. in 6. cum adductis a Ni-
col. Garcia *de benefic.* 3. *part. cap.* 2. *num.* 136 *&* 442. &
Io. à Roxas *d. ſingul.* 96. Armendaroz *in addition. ad*
recop. leg. Nauarra, lib. 2. *tit.* 2. *lib.* 2. §. 2. *de reſidentia*
vel abſentia canon. num. 71. Spino *in ſpeculo gloſſ.* 3. *prin-*
cip. num. 78. Aug Barboſ. *de officio Epiſcopi Allegat.* 53.
num. 156. † vbi limitat in beneficiis curatis, à quo- 72
rum reſidentia Inquiſitores, nec cæteri officiales non
excuſantur, ex Zaballos *comm. contra com. q.* 585. *n.* 2.
Gonçalez *in reg.* 8. *Cancell. gloſſ* 6. *num.* 265. *& gloſſa,*
43. *num.* 164 Alouſ. Riccius *reſol.* 393. *num.* 4. *contra*
Spinum citato in loco, Ex quibus puto decidi poſſe
omnes caſus, qui euenire poſſunt in noſtra
materia circa nobilitatem ex ſtatutis re-
quiſitum, & agnoſcendum effe-
ctus priuilegiorum
Principum.

* *

*

§. VI.

Digitized by Google

§. VI.

De filiis illegitimis excluſis in aliquibus ſtatutis.

SVMMARIVM.

1 *Statuta ſunt, quæ legitimitatem expoſcunt.*

2 *Filij illegitimi qui? & quot eorum ſpecies? quaſi infamia nota laborant*, & num. 5. & 9. *Excluduntur à ſucceſsionibus familiarum, & maioratus*, ſub num. 2. & 11. *Et à feudis*, num. 3. *Et à iure patronatus*, num. 4. *A ſacra Eccleſia miniſteriis, ſunt irregulares*, num. 6. *Etiamſi illegitimitas ſecreta fuerit*, num. 7. *cuius rationes proponuntur* num. 8. & 9. *Non ſunt moribus continentes, nec in fide ſtabiles, nec in bello fortes*, num. 10. *Nomine filiorum non comprehenduntur*, num. 12. *Nec de parentela, familia, domo, nec cognatione dicuntur*, num. 13. *Non conſeruant nomen familiæ, nec parentum*, num. 14. *Dicuntur patri extranei. Nec comprehenduntur nomine filiorum vbi agitur de honore & dignitate*, num. 15. *Iure repelluntur in aliquibus communitatibus*, numero 16.

9 *Infamis irregularis eſt.*

10 *Dignitas infamia dehoneſtatur per admiſſionem illegitimi. Genus infimum, & memoria ſcelerum parentum deprimunt animum ad bene agendum*, ſub d. n. 20.

16 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium velut legitimus ad omnes admittitur honores & dignitates*, & num. 17. *Ex Principis reſcripto an admittatur, vbi legitimitas præciſè requiritur*, num. 18. *Negatiua proponitur ibi*, & num. ſeqq. *Affirmatiua eligitur & roboratur*, ex num. 23. cum ſeqq. *Remanet ſicut antea infamis aut ſaltim in eo manet macula originalis indelebilis*, ſub num. 18. *contrarium*, num. 27.

19 *Cauſa prohibitionis manente manet prohibitio.*

20 *Legitimati non dicuntur verè legitimi, ſed alchimiæ ſimiles, & legitimi imago, Nec in maioratibus ſuccedunt*, num. 21. *Econtra, verè legitimi dicuntur*, n. 23. *Conſequuntur patris nobilitatem*, num. 24. *Quoad honores nulla eſt differentia inter legitimos & legitimatos*, n. 25. *Adimplent ſtatutum legitimitatem requirens*, num. 26. *Niſi aliud ex mente ipſius colligatur ſtatuti*, ibid.

22 *Naturales legitimis extantibus ad ſucceſſionem non admittuntur. Macula omnis cenſetur ſublata per legitimationem*, ſub numero 24.

28 *Inſtitutor maioratus poteſt onera & vocationes quas voluerit apponere.*

29 *Tertius ex reſcripto Principis lædi non debet.*

30 *Legitimatio facta à Principe cum tertij præiudicio non eſt iuſta. Immò non poteſt concedi cum præiudicio venientium ab inteſtato.*

SICVT ſunt ſtatuta, quæ puritatem, & nobi- 1
litatem expoſcunt, ita ſunt alia quæ legitimitatem in admittendis expetunt, quare hîc de eis breuiter agere decreui.

Filij illegitimi (relictis eorum definitionibus 2
& ſpeciebus, quæ latè & paſſim à Doctoribus pertractantur, & videre licet penes Couarr. *de ſponſalib*, 1. *part. cap* 8. § 4. P. Molina *de iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 165. Saytum *lib* 6. *cap.* 10. *num* 8 & alios penes Mart. Bonacin. *de irregularit. diſp.* 7. *quæſtion.* 2. *punct* 3. *num.* 1. Io. Guttierr. *lib.* 3. *pract. quæſt.* 56. *à num.* 46. *cum ſeqq.* plures refert Peña *in director.* 3. *part. commun.* 163. *verſ. Sunt enim, & verſ. Eorumdem meminit.* Anton. Pichard. *in princip.* §. 7. *à num.* 6. *cum ſeqq. inſt de hæred. quæ abinteſt.* cum aliis infrà referendis, P. Thom. Sanceius *conſil. moral. nuper impreſſis*, 2. *tom. cap.* 3. *dub.* *pag.* 86. quia in hoc §. breuiſſimè me expediam) quaſi quadam infamiæ nota laborant, qua iure excludantur à ſucceſſionibus, præcipuè ab his, quæ tangunt honorem, & conſeruationem familiarum vt à maioribus & aliis perpetuis vinculis, & vocationibus *ex l.* 2. ibi, *ſi dexaſe hyo o hya que huuieſe de muger legitima, tit.* 5. *part.* 2. *& l.* 4 *tauri*, ibi, *hyo o deſcendiente legitimo* Mol. *lib* 3 *de primog. cap.* 1. *num.* 45. Pelaez *de maiorat.* 2. *part. quæſt.* 2. *num.* 1. 9. *&* 14. *cum pluribus ſeqq.* Peteg. *de fideicomm. art* 22. *ex num.* 79. *cum ſeqq.* & plures qui de hac re communiter agunt, quorum quidam referuntur infrà *n.* 11. & deinceps. † Ex- 3
cluduntúrque à feudis *ex cap.* 2. *An maritus ſuccedat vxori*, tradit Chaſſan. *in Catalogo* 11 *part. conſid.* 15. *verſ. Nec includuntur, & in conſuetud. Burg. Rub.* 3. *des frodiz*, §. 5. *num.* 16. *pag.* 478. Pelaez *de maiorat.* 1. *part. quæſt.* 2. *num.* 3. † & ſimiliter à iure patronatus ſecun- 4
dùm Roch. de Curte *de iure patronatus, verb. competens alicui, quæſt.* 2. *princip.* Lambert. *eod. tract. lib.* 1. 2. *part. art.* 31. *quæſt.* 2. *princip.* niſi per conſequentiam in emptione bonorum, ſeu hæreditate veniant, ex allegatis à Pelaez 2 *part. quæſt.* 11. *num* 16. † & gene- 5
raliter velut infames ab omnibus arcentur dignitatibus, & honoribus, ex Chaſſaneo 11. *part. conſid.* 25. *in princip & verſ Illegitimi, & verſic. Immò etiam conſiliarij*, quem vide per totam illam conſiderationem, quia plura ad propoſitum cumulat, & eſt text. ad hoc expreſſus *in l. honor.* 14. §. *de honoribus* 13. *de mun. & hon. cap.* 1. *& fin. de filiis presbyt. cap. innotuit. de elect.* Bald. *in l. generaliter*, §. *cum autem, C. de inſtit. & ſubſtit.* Fel. *in cap. venient, col.* 1. *de accuſat.* eum adductis à Tiraq. *de nobilit. cap.* 15. *num.* 4. *& à* Corduba. *de emphyt. tit. de cauſ. priuat. ob. lineam finit. num.* 94. Gig. *de penſion. quæſt.* 16. *num.* 4. Dec. *conſ* 602. *col. fin.* Marſil. *ſing.* 193. Paleot. *de notis & ſpur. cap.* 56. *num.* 8. *& cap.* 57, & poſt eos Mareſcott. *var.* 2. *reſol.* 30. *num.* 2. *&* 3. circa quæ & circa diſpenſationes vt illegitimi promoueri valeant ad ordines, & ad beneficia, videndus latè Auguſt. Barboſ. *de offic. Epiſcop.* 2. *part. alleg.* 4 *ſex num.* 19. *cum ſeqq.*

Excluduntúrque à ſacræ Eccleſiæ miniſteriis, & 6

irregulares ſunt, *ex cap. 1. & fin. de filiis presbyt. cap.*
cum in cunctis, 7. de elect. Cobbarr. *in Clem. ſi furioſus,*
de homicid. 2. part. relect. §. 3 *num.* 4. Nauarr. *in man. cap.*
27. *num.* 207. plures allegati à Mart. Bonacina *de ir-*
7 *regularit. d. diſput. 2. quæſt. 2. punct. 3. num* 2. † non
tantùm ſi illegitimitas nota omnibus fuerit, ſed
etiam ſi occulta, & ſolùm illegitimo comperta, qui
nihilominus accedere ad ordines ſuſcipiendos non
poterit, vt contra Caſtrum defendit Io. Guttierr. *can.*
lib. 1. cap. 13. *num.* 20. ſaltim abſque mortali peccato
ex Mart. Bonacina *d. punct. 3. num.* 12. vbi *num.* 2. plu-
res adducit, qui contra Caſtrum cum Guttierrez
ſentiunt.

8 Rationes autem plures à prædictis oſtenduntur,
quibus illegitimi irregulares fiunt, tum in deteſta-
tionem delicti à parentibus commiſſi, tum propter
periculum incontinentiæ in prole ex imitatione pa-
terna, tum ob reuerentiam ſacris ordinibus debitam,
9 vt ex pluribus refert Bonacina loco citato *num.* 2. †
Tum quia omnis infamis irregularis eſt, *cap. infami-*
bus, 87. de reg. iur. cap. infamis, 6. quæſt. 1. & illegitimi
infames reputantur *ex cap. ſi gens* 56. *diſt. & l.* 2. ibi,
[illegible] aquel de derecho, que no naçe de caſamiento
[illegible] ſegun manda la ſanta Igleſia tit. 6. part. 7. & Lã-
[illegible] iure patronat. lib. 1. 2. *part. quæſt.* 2. *art.* 29. *nu.* 10.
[illegible] allegatis à Pelaez *de maiorat.* 2. *part. quæſt.*
2 *num* 2. 4. 7. & 99. Auguſt. Barboſa *Appellat.* 99. *ſub*
num. 1 [illegible] *pag.* 20[illegible]. Gracian. *diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 135.
ex num. [illegible] *verſ. quamuis*, cuius rationem reddit
Bald [illegible] *in* § *naturalis*, ſi de feudo defuncti
10 contentio ſit inter dom [illegible] agn. Vaſalli, † quia vide-
licet illegitimi nec ſunt moribus continentes, nec
in fide ſtabiles, nec in bello fortes, refert, & exornat
Ioſephus Maſchard. *de probat. concluſ.* [illegible] *num.* 4. atque
ideò dixit Ariſt. 4. polit. 6. dignitates ipſas infamia
notari ex horum admiſſione, nec enim poſſunt non
timide, dem[illegible]ſeque rates rem gerere, cum memoria
ſcelerum paternorum infimumque geous deprimant
animi ſpiritum ad res bene gerendas, vt bene ex
Plutarcho de educat. liber. & ex Euripide in Hippoli-
to. dixit Maſtrill. 2. *de magiſtr. cap.* 12. *num.* 42.
& 43.

11 Ad ſucceſſionem etiam non admittuntur ille-
gitimi, *l. vulgo concepti* 13. *de ſtatu homin. iuncta, l. ſpu-*
rius, 4. vnde cognati, l. qui contra, 4. l. ſi quis inceſti, 6. &
in Auth ex complexu, C. de inceſt. nupt. l. 4. ad fin. tit. 3. *l.*
10. *tit.* 13. *part.* 2. *l.* 9. *tauri, l.* 6 *tit.* 8. *lib.* 5. *recop.* vbi Ma-
tienço *gloſſ.* 4. *num.* 4. & Acebedo, & *in l.* 1. *num.* 32.
illius tit. Anton. Gom. *in d. l.* 9. *tauri num.* 51. Molina
tom 1. *de iuſtitia diſp.* 167. *num.* 9. Io. Guttierr. *lib.* 2.
pract. quæſt. 102 *num.* 3. Marta *de ſucceſſ. legali* 1. *part.*
quæſt. 16. *art.* 1. *num.* 33. Ceuallos *comm. contra comm.*
quæſt. 164. & 3 *tom quæſt.* 796. *num.* 21. *cum ſeqq. pluri-*
bus, & apud Auguſt Barboſ. qui plures refert *d. appel-*
latione, 99. *ex num.* 13. *cum ſeqq. pag.* 201. & Anton.
Peregr. *de fideicomm. artic.* 22. *ex num.* 79. & plura ex
aliorum regnorum iuribus & Doctoribus cumulat
Anton. Pich. *in princip.* § 7. *num.* 9. *inſt. de hæred. quæ*
12 *ab inteſt.* † Tum quia nomine filiorum non compre-
henduntur ex Rebuff. *in l. filij appellatione*, 84. *de ver-*
bor. ſign. fol. 528. Bart. Socino *conſ.* 73. *lib.* 4. Decio *conſ.*
545. *col.* 2. & tradit plura Peregrin. *de fideicomm. d. art.*
22. *num.* 81. & *art.* 28. *num.* 44. & alij penes Auguſt.
13 Barboſ. citato loco *num.* 32. & 33. † Nec de parentela,
familia, domo, nec cognatione dicuntur eſſe, *ex l. tu-*
telas, 7. vbi Bart. *de cap. de minut. l. hac part.* 2. *l. ſi ſpurius*
4. *vnde cognat.* DD. *in l. ex facto*, §. *ſi quis rogatus*, *el* 1.
Ad Treb. Io. Guttierr. *lib.* 3. *pract. quæſt.* 82. *num.* 3. cu-
mulat plura Pelaez *de maiorat.* 2. *part. quæſt.* 2. *num.* 96.
cum pluribus ſeqq & Auguſt. Barboſa *appellat.* 81. *num.*
4. & *ſeqq. pag.* 181. & *appellat.* 94 *num.* 55. *pag.* 194. &
appellat. 164. *num.* 8. *pag.* 258. & *appellat.* 184. *num.* 5.
pag. 266. † Tũ quia per eos nec nomẽ parentum, nec 14
familiæ conſeruatur, *l. lex natura* 22. *de ſtatu hom.* Ro-
lando *conſ.* 74. *num.* 32. *lib.* 1. And. Tiraq. *de nobilit. cap.*
15. *num.* 10. & *ſeqq.* Pereg. *de art.* 22. *num.* 82. Cardin.
Mantica *de coniectur. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 20. Molina *de*
primog. lib. 1. *cap* 4 *num.* 45. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 407.
num. 65. Burſat. *conſ.* 52. *num.* 27. & 28. *lib.* 1. Cald. Pe-
reir. *in reſponſo pro Sebaſtiano Limpo, num.* 14. 49. &
50. Menoch. *conſ.* 117. *num.* 52. & *conſ.* 181. *num.* 14. &
& *conſ.* 166. *num.* 27. & *conſ.* 346. *n.* 18. Pet. Surd. *dec.*
249. *n.* 8. & ideò inſignia nec ſtẽmata domus defer-
re poſſunt, ſecundùm Matienz. in Rob. *tit.* 1. *gloſſ.* 1.
num. 126. & *in l.* 7. *gloſſ.* 2. *num.* 2. *tit.* 11. *lib.* 5. *recop* Ola-
no *in antinom. lit. B. à num.* 9. Io. Guttierr. *pract. lib.* 2.
quæſt. 155. *num.* 2. *in fin.* Io. Garcia *de expenſis cap.* 3.
num. 21. *verſ. Immò nec arma.*

Immò filius illegitimus patri extraneus dicitur, 15
ex Lambertino *de iure patronat. lib.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 2.
art. 29. *num.* 23. & faciunt tradita per Bald. *in l. ex libe-*
ra, C. de ſuis & leg. hæred. Greg. *in l.* 1. *verbo amiga*, per
textum ibi, *tit.* 11. *part.* 7. & *in l.* 4. *verbo, fondende, tit.*
15. *part.* 4. & non comprehenditur nomine filiorum
vbi agitur de honore & digoitate, Mol. *de primog. cap.*
3. *num. fin.* vbi additionator plures refert Aceb. *in l.* 7.
num. 14. *tit.* 9. *lib.* 3. *recop.* & alij penes Maſtrillum *de*
magiſt. 2. *capit.* 12. *num.* 44. quare deficit omnis
cauſa quoad ſimiles admitti valeant ſucceſſio-
nes.

Ex quibus paret, quàm iure in aliquibus com- 16
munitatibus reiiciantur ab officiis, & honoribus, vt
in Collegio maiori Hiſpaleoſi & aliis. † Sed eſt du- 17
bium, an tunc legitimati admittantur ad ſimiles ho-
nores & officia, & quidẽ ſi legitimatus fuerit per le-
gitimũ ſubſeqoens matrimoniũ, nullum dubium eſt,
quin non admittantur tam ad Eccleſiæ miniſteria,
vt pluribus probat Nicol Garcia *de benefic.* 7. *part. c.* 2.
num. 18. Cobbarr. *de matrim.* 2. *part. cap.* 8. §. 2. Thom.
Sancius *in decalog. lib.* 8. *diſp.* 7 *num.* 19. Mart. Bona-
cina *d. diſp.* 7. *de irregularit. quæſt.* 2. *puncto.* 3. *num.* 8.
quàm ad ſecularia, & cuiuſcúmque generis ſint, ex
eod. Cobbarr. citato loco *d. cap.* 8. §. 2. *num.* 4. Molina
de primog lib. 3. *cap.* 1. *num.* 6. alter Molina Theologus
de iuſt. tract. 2. *diſp.* 172. And. Gail. *lib.* 2. *obſeruat.* 141.
num. 1. & 2. *cum ſeqq.* multos congerit Pelaez *de ma-*
iorat. 1. *part. quæſt.* 58. *num.* 31. & 32. & 2. *part. q.* 1. *ex*
num. 5. *cum pluribus ſeqq.* latiſſimè Peregr. *de fideicomm.*
art. 24. *ex num.* 1. Oſaſch. *deciſ. Pedam.* 154. *num.* 4. *cum*
ſeqq. & ſimiliter admitti debent ad dictas commoni-
tates, & collegia abſque vlla hæſitatione, niſi aliud
expreſsè iubeatur.

Si verò fuerit legitimatus per Principis reſcri- 18
ptum maior eſt dubitatio: nam io primis videtur
quòd non. Primò quia filius ita legitimatus rema-
ner ſicut antea infamis, ex Lambertino citato loco
d. 2. *part. quæſt.* 2. *art.* 29. *num.* 10. Bald. *in l. generaliter*, §.
cum autem, C. de inſtit. & ſubſt. Alexand. *in l. & ſi peper-*
cerit, col. 2. *de liber. & poſth.* ex ratione tradita à Io.
Garc. *de nobilit. gloſſ.* 21. *num* 2. & 3. Gregor. Lop. *in*
proœm. verb. caen en verguença, titulo 13. *part.* 4.
Bart. Chaſſan. *in conſuetud. Burg. Rub.* 8. §. 5. *num.* 12. &
in Catologo 12. *part. conſid.* 15. *verſ. Immò etiam*, & quaſi
per totam conſiderat, Pelaez *de maiorat.* 2. *part. d. q.* 1.
ſub num. 3. Ad minus quidem manet in eis macula
originalis, quæ indelebilis eſt, ex Roſelo *de legitim.*
de cauſa fin. legitim. in princ. tom. 8. 2. *p. fol.* 79. Roland.
conſ. 100 *num.* 19. *vſque ad* 30. *lib.* 2. Cephal. *conſ.* 81.
num. 29. *lib.* 1. Cæſar. de Graſſis *deciſ.* 6. *num.* 4. *qui filij*
ſint leg. Gracian. *diſcept. forenſ. tom* 3. *cap.* 554. *num* 53.
Igitur & iidem effectus per legitimationem adeſſe
debent, ac antea aderant.

Confirma

19 Confirmatur, quoties eadem ratio, cauſa, ſiue impedimentum manet, manet etiam eadem prohibitio. Bald. *in l. 1. lect. 1. num. 3. verſ. in eadem gloſſa, do ferius*, & Andr. Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa, limit. 7.* Valençuela *conſ. 94. num. 14.* ſed in filiis legitimatis manet impedimentum infamiæ, quod ante aderat, & 20 cauſa erat prohibitionis, † maximè quia dici non poſſunt verè legitimi, ſed alchimiæ ſimiles, & legitimorum imago, vt inquit Bald. *in cap. 1. num. 23. de conſtitut. & in l. eiiam. num. 1. C. de appellat.* cum aliis apud Molin. *lib. 1. de primog. cap. 3. num. 4. cum ſeq.* Maſtrill. 2. *de magiſtr. cap. 11. num. 45. & 46.* Igitur manere debet eadem prohibitio.

21 Secundò probatur, quia nec in maioratibus ſuccedunt legitimati, vt communis eſt opinio ex prope infinitis allegatis à Pelaez citato loco 1. *part. q. 1. num. 1. & 4. cum ſeqq.* & à Peregr. *de fideicomm. a t. 23. num. 45.* Fuſar. *tract. de ſubſtitut. quæſt. 3 1 5.* Menoch. 22 *conſ. 625. num. 29. & ſeqq. & conſ. 10 1 2. num. 30.* † & legitimis extantibus naturales ad ſucceſſiones parentum non admittuntur, *ex l. 12. tauri, & l. 10. tit. 8. lib. 5. recop.* vbi communiter DD. Pichard. *in d. princ. §. 6. num. 2 1.* & aliis ibi, *inſt. de hæredit. quæ ab inteſt. nec ad fideicommiſſum filiis relictum* ex Mol. *de primog. lib. 3. cap. 3. à num. 41.* Mantica *de coniectur. lib. 8. tit. 7. ex num. 4.* Peregr. *art. 21. num. 77. & ſeq.* Fuſar. citato loco *quæſt. 314. ex num. 1. cum ſeqq.* & ex pluribus apud Flores de Mena *variar. quæſt. lib. 1. quæſt. 16. §. 1. per totum*, & apud Aug. Barboſ. *Appellat. 99. ex num. 13. cum ſeqq.* alij verò illegitimi nullo caſu ſuccedunt, quamtumuis legitimitati exiſtant, vt ſuperiùs probaui. Igitur ſimiliter admitti non debent ad prædictos honores, maximè cùm alij non deficiant, qui velut digniores præferri debeant.

23 At contrarium verius iudico. Primò quia filius legitimatus verè legitimos dicitur, *ex auth. Præterea, & auth. Item ſine, C. de natural. liber & in corpore vnde ſumuntur, l. 4. ibi*, *Y ſon dende adelante legitimos tit. 15. part. 4. l. 17. tit. 6. lib. 3. for. l. 12. tauri, ad fin. l. 10. tit. 8. lib. 5. recop.* Io. Gutierr. *lib. 4. pract. quæſt. 8. num. 11. & quæſt. 73. num. 21.* plures allegat Pelaez citato loco 1. *part. quæſt. 71. num. 86.* Maſtrill. 2. *de magiſtr. cap. 10. num. 2 & 34.* Peregr. & alij ſuperiùs relati. Igitur admitti debet ſicut legitimi ad omnes honores, & honorifica officia.

24 Secundò, filij legitimati à Principe conſequuntur patris nobilitatem, ac cæteri filij legitimi ex Gratiera *de nobilit. part. 1. principal. cap. 1. num. 4. verſ. fil. de legitimis*, diſputat latè Guil. e.m. Ceruantes *in l. 12. tauri, ex num. 129* & Acebed. *l. 10. a num. 46. cum ſeqq. tit. 8. lib. 5. recop.* Maſtrill. *num. 47 & 80* citato loco, & latè Io. Gutierr. *lib. 3. pract. quæſt. 21. per totam, & quæſt. 83. num. 25.* vbi ait quòd filij legitimati non ſunt Infames, nec turpes perſonæ, ſed honorabiles, & quòd omnis macula cenſetur ſublata per legitimationẽ probant. Paul. & Iaſſ. *n. 6. in l. ſed ſi hæc, §. patronum. de in ius voc.* Gozad. *conſ. 6. num. 61.* *Seroſ. conſ. 175. num. 14. lib. 2.* Gracian. *diſcept. for. 4. tom. cap. 744. num. 1. & cap. 754. num. 35.* Ant. Fab. *in C. lib. 5. tit. 6. defin. 5. ſub num. 7.* Igitur & conſequenter cæteros honores obtinere valent.

25 Tertiò, quoad honores, & dignitates nulla hodie adeſt differentia inter legitimos, & legitimatos, ex *l. 4.* ibi, *Que los hyos legitimados han todas las honrras y las proes, que en los hyos de caſamientos derechos, & l. fi.* ibi, *e aun les naçe otro pro de la legitimaciõ, ca pueden ſer cabidos a todas las honrras, y a todos los fechos temporales tambien como los otros fijos, que naçen de las mugeres legitimas, tit. 15. part. 4. & in l. 12. tauri, quæ eſt, l. 10. tit. 8. lib. 5. recop.* ibi, *Pero en todas las otras coſas aſſi en ſucceder a otros parientes, como en honrras y preeminencias, que an los hyos legitimos, mandamos que en ninguna coſa differan de los hijos naçidos de legitimo matrimonio*, exornant Tauriſtæ omnes, *in l. 12. tauri*, Matienço & Acebedo *in d. l. 10. recop.* Mol. *de primog. lib. 3. cap. 3. per totum*, Io. à Roxas *de ſucceſſionib. ab inteſt. cap. 21.* Did. Spino *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 17. ex num. 124.* Cobarr. *in 4. 2. part. § 7. num. 4.* Io. Guttierr. *in § fin, à num. 187. inſt. de hæred. qualit. & differ. & lib. 4. pract. d. q. 83. num. 25.* Michaël Craſſus *de ſucceſſion. §. ſucceſſio ab inteſtato. q. 19.* probat Art. Pichard *in d. princip. §. 5. n. 4. & 5. inſt. de hæred. quæ ab inteſt.* Gracian. *diſcept. forenſ. 3. tom. c. 147. n. 72.*

16 Quæ opinio omnino tenenda eſt, ſi ſtatuta generaliter de legitimis loquantur, quia legitimatus iam non poteſt dici illegitimus; ſi verò ex eorum mente aliquid appareat contrarium, illud erit ſeruandum, cùm ſimilis prohibitio valeat mero iure, ex traditis in ſeq. §. in princip. & à Pelaez *de maiorat. 1. part. quæſt. 1. à num. 3. cum ſeqq.* qui loquitur dum teſtator, ſeu maioratus inſtitutor prohibet, ne ſuccedat legitimatus per ſubſequens matrimonium, & reſoluit affirmatiuè ex eadem ratione in qua nos loquimur, pro qua vltra allegatos videantur latiſſimè Peregrin. *de fideicomm. art. 23. & conſ. 41. num. 4. cum ſeqq. lib. 4. conſ. 61. num. 7. lib. 5.* Fuſar. *de ſubſtit. q. 315.* Menoch. *conſ. 625. num. 29 & ſeqq. & conſil. 1012. num. 30.*

27 Et tunc non obſtat contraria, quia falſum eſt illegitimum poſt legitimationem infamem manere, vt optime defendunt Io. Gutierr. *in d. quæſt. 83. n. 6.* & Pelaez *d. 1. part. quæſt. 109. & 110. per d. l. 12. tauri*, & certè ita ipſa ratio dictat, cum parum vtilitatis legitimatio afferret, ſi ea concessa nihilominus infamis maneret legitimatus, quod nec Principis mente credendum, nec contrarium ſirmantes ſunt ſequendi, cùm aperte loquantur aduerſus expreſſas iuris deciſiones ſuperiùs adductas.

28 Nec ſecundum obſtat, quia inſtitutor maioratus maximè ex regia facultate poteſt onera & vocationes, quas voluerit apponere in ſua inſtitutione quæ omnino ſeruari debent, ex ſuperiùs adductis, & vocati debent admitti, nec quicquam fieri aduerſus fundatoris voluntatem, & licet nulla per eum excluſio filiorum illegitimorum fuerit facta, tamen non debent admitti poſtea legitimati ex adductis a Pelaez citato loco. Nec ideò quidem quod ad ſimilem ſucceſſionem non admittantur, nec ad alias legitimis adſtantibus hæredibus; contrarium huic noſtræ opinioni defendi poteſt, cùm hoc ſit ex diuerſa ratione, conſtitutum, 29 † ne videlicet ex Principis reſcripto, & facto tertius indebitè lædatur, quod non eſt præſumendum, *ex l. 2. §. merito, & §. ſi quis a principe. Ne quid in loco publico, cap. ſuper eo 15. de offic. deleg. cap. ex tenore, 5. de auctorit. & vſu Pallij, l. 16. tit. 10. lib. 5. ordinam.* Acebed. *in l. 2. num. 1. cum ſeqq. tit. 14. lib. 4. recop.* Molina, *de Primog. cap. 7. num. 74.* Aluar. Valaſc. *conſult. 71. num. 23.* 30 † & quòd legitimatio facta à Principe cum tertij præiudicio in ſpecie propoſita non ſit iuſta, probat Pelaez *d. 1. part. q. 1. n. 66.* Immò fieri non poteſt ſine clauſula abſque præiudicio venientium ab inteſtato. Mantica *de coniect. vltim. vol. lib. 11. tit. 3. num. 9.* Decio *conſ. 338. num. 9.* Auguſt. Barboſa *clauſula 158. num. 2. pag. 157.* quoad cæteras verò ordinarias ſucceſſiones in parentum hæreditate, & propinquorum, quando legitimatus admittatur, quando verò non, quia ſunt Doctores contrariæ opinionis, videndus vtriuſque claſſis referens Doctores, & eos concilians D. Anton. Pichard. *in d. princip. §. 5. num. 10. cum duobus ſeqq. inſt. de hæredit. quæ ab inteſt. deferuntur*, vbi *num. 13.* quid de iure nouiſſimo tenendum, & obſeruandum ſit oſten-

dit,& ſunt videndi Peregr. *de fideicomm. d. art. 23. per totum*,& Auguſt, Barboſ. *d. clauſula 158. per totam*, vbi plures de hac enim ſucceſſionum materia latiùs agere, nec meum eſt, nec inſtitutum patitur ſimiles digreſſiones, maximè in materia quæ quotidie præ manibus à Doctoribus habetur, quare ad ſequentem §. 7. & vltimum me confero, vt finem huic quartæ quæſtioni imponam, in qua maiorem ſum commiſſus moram, quam vnquam mihi fui pollicitus, ſed cùm non infructuosè ferenda libenter eſt.

---

§. VII.

De conditionibus in hominum diſpoſitionibus appoſitis, ex quibus requiruntur qualitates puritatis, & nobilitatis.

SVMMARIVM.

1 *Quiſque ſua rei eſt moderator & arbiter, & poteſt quaſcumque conditiones & grauamina in ſua apponere diſpoſitione.*

2 *Fundator pracipere poteſt, quòd ſucceſſores ſint puri ſanguinis, & quòd nubant cum puris, quod adimplere debent, aliàs non admittentur*, n. 3.

3 *Grauatus parere tenetur, & puram ducere non tantùm in primis ſed etiam in ſecundis nuptiis*, num. 4.

Et ſi contraueniat praſumitur in mala fide & velut prado ad rei, & fructuum reſtitutionem tenetur, ſub n. 3.

5 *Ratio eadem verſatur in primis ac in ſecundis nuptiis.*

6 *Conditionem deficere in primo aut ſecunda vice ſufficit.*

7 *Negatiua omnia negat comprehenditque omnes caſus.*

8 *Grauatus ſi contrahat cum maculata repellitur, & ſimul eius filij & deſcendentes, niſi fuerunt nati ex pura ante contrauentionem patris.*

9 *Inobediens ſemel, quamuis poſtea obediat nihil facit, omnino ius ſuum amiſit, & ſe indignum reddidit*, n. 10.

11 *Ius ſemel extinctum ſuſcitari ex poſtfacto non poteſt.*

12 *Grauatus turpiter nubendo grauiter fundatorem offendit, nec tollitur iniuria ex nuptiis poſtea probè contractis.*

13 *Ius maioratus, ſeu vinculi ex non adimpleta conditione ad ſequentem in gradu fuit tranſlatum. Cui iam acquiſitum auferri non valet*, n. 14.

15 *Factum ritè retractari non poteſt. Grauatus vt cum certa contrahat, ſi ſemel interpellatus noluerit, ius amittit*, ſub d. n. 15.

15 *Contrahens cum nobili ex priuilegio non tamen pura, conditionem non adimplet*, & n. ſeqq.

17 *Princeps ſuo priuilegio non poteſt mutare qualitates naturales, nec derogare voluntati teſtatoris.*

18 *Maculatus nobilis ad collegia admitti non poteſt.*

19 *Deſcendentes à Iudais quamtumuis à Principe nobilitati, inſpecta nobilitate vera, verè nobiles dici non poſſunt*, num. 20. cum duobus ſeqq. *Incapaces ſunt nobilitatis*, n. 22.

20 *Nobilitas vera eſt, qua pro tali communiter aſtimatur. Priuilegiaria ſtare non poteſt vbi naturalis non exiſtit*, n. 23.

24 *Ignorãtia qualitatum eius cum qua ſucceſſor matrimonium contraxit, an excuſationem praſtet. Negatur*, num. ſeqq. *Intelligitur*, numero 28. & ſeqq. & numero 41. & ſeqq.

25 *Mens teſtatoris fraudari non debet.*

26 *Contrahens tenetur inueſtigari qualitates eius cum quo contrahit, praſumitur non ignoraſſe*, n. 27.

27 *Mulier contrahens contra formam ſtatuti praſumitur in mala fide eſſe.*

28 *Reputatio communis an excuſet, affirmatur ibi*, & num. 29. *intelligitur*, num. 30. & ſeqq.

29 *Errore communi f..cta ex aquitate ſubſtinentur.*

30 *Macula non omnino occulta excuſationem grauato non praſtat.*

31 *Grauatus ad diligentiſſimam tenetur inquiſitionem.*

32 *Ignorantia non praſumitur dum agitur de lucro.*

33 *Excuſatio non admittitur ſenſibus extantibus à quibus macula vxoris ſuſci ari poterat.*

34 *Ignorantia affectata praſumitur vbi ſunt, qui ſcientiam praſtare poterant, maximè ſi facilè inueniri valebant*, n. 35. & 39. *Non excuſat, cùm quis inueſtigare tenebatur*, n. 36. & 38. *Praſertim cum ius tertij lædi poteſt*, n. 37.

40 *Paria ſunt ſcire, & ſcire debere, & poſſe.*

41 *Virgo puella excuſationem habet, quia non tenetur inueſtigare virorum qualitates, Inſcia pluries eſt eorum, qua à ſuis aguntur parentibus circa ſuum ſtatum. Eis ſine alia inquiſitione obtemperat*, num. 42. *Debet ſequi votum parentum in ſui viri electione*, n. 43.

44 *Famina excuſationem habent circa virorum qualitates inueſtigandas.*

45 *Dolus parentum virgini nocebit*, numeris ſeqq.

46 *Diſpoſitiones defunctorum fraudari non debent ob alienum dolum.*

48 *Arbitrio*

48 *Arbitrio iudicum relinquitur qualis ſit iuſta cauſa ignorantiæ.*

49 *Grauatus excluditur propter nuptias cum impura contractas, quamuis illa deceſſerit ante conſummationem.Contrarium* à n. 58. *concluditur*,n.61.

50 *Prohibitio nuptiarum ad ſponſalia extenditur.*

51 *Grauatus contrahens ſponſalia cum impura, ea mortua ante conſummationē matrimonij,excuſationem non habet,cum per ipſum non extiterit.*

Delinquere incipiens pœnitentia ductus quando euadat pœnas,ibid.

52 *Nuptiæ ſolo conſenſu perficiuntur.*

53 *Conditione adimpleta ſemel, aliud non requiritur.*

54 *Pœna ſemel contracta ex accidenti non tollitur.*

55 *Prohibitus matrimonium contrahere non meretur pœnam ſponſalia de futuro contrahendo,ſecus ſi de præſenti.*

56 *Vxoris nomine ſponſa continetur.*

57 *Beneficiatus matrimonium contrahendo quando amittat beneficia.*

58 *Actus ſine effectu pœnam non meretur. Inſpiciendum eſt, qui habet conſiſtentiam*, numero 59.

60 *Pœna non habet locum in turpitudine procurata, ſed inefficaciter conſumata.*

Vxorem ducere non dicitur niſi poſt nuptialem benedictionem, & carnalem copulam, ibid.

Mulier contrahens ſponſalia de præſenti ſine copula non punitur, ſicut ex duplici matrimonio,ibid.

62 *Pœna impoſita à teſtatore ſeu fundatore etiam habet locum ſi matrimonium inualidè cum impura contrahatur. Contrarium*, à n.66.

Contrahens nulliter cum conſanguinea pœnas non euadit, ſub n.62.

63 *Infamia ex matrimonio prohibito contrahitur, etiamſi nulliter initietur.*

64 *Matrimonium contrahens illegitime non debet eſſe melioris conditionis,quàm qui legitimè*, ibid.

65 *Pœna à teſtatore impoſita incurritur ex actu nullo.*

66 *Matrimonium nullum verè tale non eſt.*

67 *Actus nullus pœnam non meretur.*

68 *Iudex propter ſententiam nullam litem ſuam non facit.*

69 *Vxor vendens triticum extra taxam ſine licentia mariti, quia nulliter contraxit pœnam euadit.*

70 *Beneficiatus nulliter matrimonium contrahens non amittit beneficia, explicatur*, numero 70.

72 *Contrahens nulliter matrimonium aliud contrahere non impeditur.*

73 *L. 4. tit. 20. lib. 8. recop. intelligitur.*

74 *Conditio contrahendi matrimonium cum fœmina certa, & certa agnationis valida.*

57 *Vocatus non adimplens conditionem appoſitam bona amittet.*

79 *Matrimonia etſi libera eſſe debeant, tamen poteſt quis ad ea inuitari ſpe præmij.*

77 *Conditio*, ſi nupſerit, *iure approbata eſt.*

78 *Teſtator poteſt ſignare perſonas ad quas ſua bona vadant, & ad quas non vadant.*

Grauatus ſemel recuſando contrahere ex præcepto teſtatoris, licèt poſtea pœniteat nihil facit,ibid.

79 *Conditio valet vt ſucceſſor contrahat matrimonium cum ea, quæ oritur ex turpi progenie, & maculata*, & num. ſeqq. *Contrarium*,à n.83. cum ſeqq. *declaratur*. n. 103.& ſeqq.

80 *Vocatus non obediendo præcepto teſtatoris inhabilem ſe reddit. Et adimplere tenetur omnia grauamina, & conditiones, aliàs maioratum amittet.*

81 *Præpræcepto patris præſumendum.*

82 *Conditio nubendi cum ſtuprata valet.*

83 *Grauatus vt ducat vxorem, quæ ex turpi eſt progenie, & maculata parere non tenetur.*

84 *Conditio turpis reiicitur. Quæ lædit exiſtimationem impoſſibilis iudicatur*, num. 85. *Et nullam parit obligationem*, numero 86.

Legatum relictum cum contumelia legatarij non valet,ſub d.n.84.

87 *Conſenſus filiæ ad matrimonium contrahendum ex taciturnitate præſumitur, niſi dum indignus ei eligitur.*

88 *Vxor ignominioſa dedecori eſt vniuerſo generi.*

Macula ſemel contracta in genere indelebilis eſt,ibid.

Nubere indigno, & turpē vitam agere æquiparantur, ibid.

Indigna dicitur non ſolùm quæ turpis eſt in ſe, ſed etiam quæ eſt de inæquali genere, familia,ſeu nobilitate,ibid.

89 *Præceptum cum indigna contrahendi, non magis obligat, quàm generalis nuptiarum prohibitio.*

90 *Nuptiæ promiſſæ ritè recuſantur ex turpi coniugis conuerſatione.*

91 *Turpis perſona dicitur quæ pro tali in regione iudicatur.*

92 *Deſcendentes à Iudæis, & Mauris pro turpibus in Hiſpania habentur.*

93 *Macula in ſanguine turpis eſt.*

94 *Pater non poteſt matrimonium filij impedire, niſi filius maculatam ducat, quia tunc pater iuſtam habet cauſam ad impediendum,*

dum, num. 95. Quo caſu non loquitur Concilium Tridentinum, & ideo Eccleſiaſtici iudices eum iuuare debent, ibidem, Defendit ſuum honorem & ſuæ familiæ iuſte& naturali ratione ſuadente, num. 96. Poteſt exhæredare filiam igniominioſo & indigno nubentem, num. 100. contrarium. num. 101. & 102. Vbi quòd pater eam in tertio & quinto exhæredare poterit, & ei negare dotem, licèt contrarium verius.

95 Iudices Eccleſiaſtici iuuare debent patrem impedientem matrimonium filij cum maculata, & num. 96. Et econtra dum Pater, aut tutores volunt virginem indigno in matrimonium tradere, poſſunt diſpenſare in denunciationibus, num. 97.

98 Filius patri obedire non tenetur in his, quæ pertinent ad vitæ ſtatum, niſi velit ducere impuram, quia tunc non obediendo grauiter peccabit.

99 Deſcendens à Iudæis & Mauris indigna eſt, reſpectu illius, qui puri ſanguinis eſt.

103 Maculatus maculatam ducere in vxorem dedignari non debet, & n. 104.

106 Frater qui turpis eſt, non habet inofficioſi querelam contra fratris teſtamentum in quo eſt turpis hæres ſcriptus.

Mater luxurioſè viuens filiam exhæredare propter luxuriam non poteſt, ibid.

107 Maculatus ſemel non plus denigratur ex matrimonio cum impura. Niſi macula vxoris maior aut certior ſit ex aliqua interueniente qualitate, n. 108.

108 Vocatus ducens vxorem ex præcepto parentum contra diſpoſitionem teſtatoris legatum ſeu maioratum amittet.

109 Fundator grauare poteſt ſucceſſores, vt certũ nomen & arma ferant, & prohibere ne ferant arma, nec nomen certæ familiæ, numero 110.

Onus deferendi nomen & arma concernit honorem & commodum teſtatoris, memoriam domus & agnationis conſeruat, ſub numero 109.

111 Delatio nominis & armorum continuata eſſe debet, & incipere à tempore congruo: Nominis verò ſtatim à tempore adeptæ poſſeſſionis num. 113. Perpetua, & ſine intermiſſione, num. 14.

112 Actus momentaneus non ſufficit vbi continuatio requiritur.

114 Conſuetudo & rei natura inſpici oportet in adimplendis oneribus, & grauaminibus.

Delatio armorum & nominis ſine intermiſſione & perpetuò debet eſſe, ibid. verſ. Ampliatur ſecundo.

115 Arma materna, ſicut paterna apponi in conditione poſſunt.

116 Nomen matris afferre omiſſo paterno parum honorificum eſt.

117 Onus, arma & nomen ferendi non ſolùm conſanguineis, verùm & extraneis apponi poteſt.

118 Maioratus erectio, & fœminarum excluſio præſumitur ex præcepto deferendi arma & nomen, ſaltim iunctis aliis adminiculis, n. 120.

119 Subſtitutio fideicommiſſaria arguitur ex præcepto arma, & nomen ferendi.

121 Princeps diſpenſare non poteſt in grauamine ferendi nomen & arma.

Omittens deferre nomen & arma non ſolùm maioratu priuatur, ſed etiam tenetur ad reſtitutionem fructuum, ibid.

Conditionem reſpicientem honorem teſtatoris non adimplens legato ſeu hæreditate priuatur, ibid. ſub n. 121.

122 Conditio ferendi nomen & arma niſi expreſſa non præſumitur.

123 Priuatio pœna eſt, & non inducitur vbi nõ eſt expreſſa.

124 Pœna impoſita à teſtatore non deferenti nomen & arma, non habet locum, dum morte præuentus non potuit adimplere.

125 Minor reſtitui poteſt aduerſus omiſſum nomen & arma, ſicut ex qualibet nociua omiſſione & non adimpleta conditione, n. 126.

127 Ignorantia excuſat à deferendo nomen & arma.

128 Grauatus ad deferendum arma teſtatoris ſua relinquere non tenetur, ſed mixtim ferre poteſt, n. 131.

129 Coniunctio armorum non tollit effectum à teſtatore prætenſum.

130 Mixtum ſub ſimplicibus continetur.

132 Nomen turpe & inhoneſtum ad deferendum non obligat, quia importat infamiam & dedecus.

Ex bono bona, ex malo mala oritur ſuſpicio, numero 133. Ex eo arguitur qualitas, num. 134

135 Teſtator poteſt grauare vocatos, vt cum nobili non plebeia contrahant matrimonium.

136 Conditio contrahendi matrimonium cum nobili an adimpleatur contrahendo cum nobili ex priuilegio.

137 Diſcrimen an conſtitui poſſit quoad propoſitum dubium inter hominum diſpoſitiones, & inter ſtatuta: Magnum conſtituit Io. Guttierrez, cuius fundamenta referuntur, à num. 138. cum ſeqq. & num. 142. Refellitur, à num. 143. cum pluribus aliis. Diſtinguitur, n. 174.

138 Princeps non poteſt nobilitatem concedere quoad hominum diſpoſitiones, quæ intelligenda ſunt de vera & naturali nobilitate: contrarium, n. 175.

Statu

139 *Statuta & leges non ita abhorrent nobilitatem ex priuilegio; ſicut nobiles & boni viri, intelligitur*, n. 176.

140 *Verba legis faciliùs quàm hominis extenduntur, explicatur*, n. 180. & ſeqq.

141 *Voluntas teſtatoris in potiori intelligenda eſt ſignificatu*, & numero 183. verſ. nec facit.

Vnuſquiſque ſiue peritus, ſiue ignarus, quod optimum eſt amare præſumitur, ibid. *Explicatur*, n. 183.

143 *Diſcrimen nullum inter ſtatutum, & inter voluntatem teſtatoris*, & num. ſeqq. & 153. & 154. *vtrumque pro lege obſeruandum*, num. 144. *Et eodem modo interpretandum*, n. 145.

146 *Statuta ſicut leges obſeruanda, & perpetua ſunt*, n. 147.

148 *Argumentum validum de voluntate teſtatoris ad leges & ſtatuta.*

149 *Voluntas teſtatoris expreſſa, aut coniecturata adimplenda in nobilitate ſanguinis. Coniecturata manifeſta dicitur*, num. 150. *Et præfertur proprietati verborum*, n. 151. *Idem in lege & in ſtatuto*, n. 152.

154 *Coniecturæ eodem modo exquiruntur quoad leges & ſtatuta, & quoad voluntatem teſtatoris*, & n. ſeqq.

155 *Statutorum finis vtilitas eſt publica.*

156 *Verba viri docti propriè intelligenda.*

157 *Conditores ſtatutorum ordinum nobiliſſimi fuerunt, doctiſſimi & vigilantiſſimi.*

158 *Teſtatoris qualitates inueſtigandæ ad præſumendum, qualis fuerit eius voluntas.*

159 *Teſtator nobilis ex genere præſumitur velle nobilitatem ſanguinis.*

160 *Princeps ſupra ſtatuta eſt, & poteſt concedere nobilitatem, quæ ſit quoad ea ſufficiens, non verò quoad voluntates teſtatorum.*

161 *Teſtator cuiuslibet ſit conditionis requirens expreſsè nobilitatem generis, non eſt contentus cum priuilegiaria, idem in ſtatuto*, n. 162.

163 *Derogatio in dubio non inducitur.*

164 *Voluntas teſtatoris nobilis ex priuilegio, aut plebei in dubio quomodo accipienda quoad ſpeciem propoſitam*, n. ſeqq.

167 *Nobilitas ex priuilegio continetur ſub quacumque diſpoſitione generali de nobilibus loquenti.*

168 *Plebeium ſpernere nobilem ex priuilegio non præſumitur.*

169 *Nobilis ex priuilegio non paruipendit nobiles ſimiles ſibi.*

170 *Defectus patiens non poteſt eoſdem in aliis damnare.*

171 *Nemo præſumitur abhorrere à qualitate ſua.*

172 *Quilibet præſumitur diligere ſimilem ſibi.*

173 *Quæſtio hæc non tam iuris eſt quàm facti.*

177 *Nobilitas empta à vili iuſtè paruipenditur.*

178 *Emptiones nobilitatis an expediant.*

170 *Purus præſumitur reiicere nobiles impuri ſanguinis.*

181 *Extenſio locum habet in defunctorum diſpoſitionibus.*

Quæ rationi ſubiacent, ſicut leges, num. 182. *Et reduci debent ad limites rationis*, numero 183.

184 *Ex conditione teſtatoris deducitur an admittat filios naturales.*

185 *An valeat conditio, vt nobilis plebeiam ducat in vxorem?*

186 *Teſtator præcipere poteſt in ſuo teſtamento, ne ſucceſſor illegitimus ſit, & ne illegitimam ducat vxorem*, & n. ſeqq.

187 *Illegitimi inhabiles ad ſucceſſiones.*

188 *Prohibitio teſtatoris addita prohibitioni legis multum operatur.*

189 *Naturales an in dubio cenſeantur vocati, & an ſuccedant*, n. 190.

191 *Pater habens facultatem condendi maioratum vocare poteſt filios naturales.*

CVM quiſque ſuæ rei ſit moderator, & arbiter, cuique eam legare poſſit cum tot grauaminibus, & oneribus, quot maluerit, validæ ſunt omnes cõditiones, & modi quos appoſuerit in ſua inſtitutione & fũdatione, dummodo impoſſibiles, ſeu turpes nõ ſint, ex text. *in l. 1. §. conuen. 6. de poſiti, l. ſed & ſi lege*, 25. *§. conſul.* 11. *l. ſi quid poſſeſ.* 31. *§ ſicut antè*, 38 *de petit. hæred. l. legem.* 10. *C. de pactis, l. legem.* 9. *C. de donat.* & adductis à Lambert. *de iure patronat. lib. 1. part. 1. quæſt. 9. num.* 52. Otalora *de nobilit. 2. part. 3. princip. cap. 7. num.* 26. Io. Guttierr. *lib. 4. pract. quæſt. 8. num. 2.* Pelaez *de maiorat. 1. part. quæſt. 51. num. 2. & ſeqq.* Hoſeda *de incompatibil. benefic. cap. 23. num.* 153. Perezio de Lara *de capellan. lib. 2. cap. 4. num. 2. &* 10. Auguſt. Barboſ. *de officio Epiſcopi* 1. *part. tit. 2. gloſſ. 17. num. 26. & Axioma* 199. *num. 3. pag.* 123 *vbi plures*, & Ricciol. *de neophyt. c. 6. n. 18. & duob. ſeqq.* 1

Quare primo in limine fundationis capellaniæ, maioratus, aut vinculi poterit fundator conditionem apponere, vt ſucceſſores ſint puri non deſcendentes ex genere Iudæorum, Maurorum, nec hæreticorum, & ſimiliter quod contrahant matrimonium cum muliere pura: aliàs quòd amittant legatum, maioratum, vinculum, ſeu aliquam quamcumque diſpoſitiunem & emolumentum, *ex l. cum ita*, 63. *& ſeqq. de condit. & demonſt.* volunt. Lambert. Io. Gottierr. Pelaez, & Lara citatis in locis, & Molin. *de primogen. lib. 2 cap. 23. num.* 28. Barboſa *d. gloſſ. 17. n. 25.* P. Thom. Sanc. qui plures allegat *lib. 1 de matrim. diſp. 34. num.* 40. Gracian. *diſcept. forenſ. 2. tom. cap.* 169. *num.* 24. *&* 25. *& 5. tom. cap.* 963. *ex num.* 1. Addit. ad Mol. *d. num.* 28. † Et grauati tenentur ad ſic contrahendum cum fœmina his qualitatibus prædita, aliàs amittent legatum, ſeu fidei commiſſum, *l. quoties 3. C. de donat. quæ ſub modo, l. 1. & 2. de inſtit. & ſubſtit. l. 7. tit. 14. part. 5.* & fingitur ac ſi nunquam ſucceſſiſſet ex Pelaez *d. quæſt. 51. num.* 403. & faciunt tradita à Pereg. *de fideicommiſ. art. 11. num. 86. & art. 16. num.* 146. *& art.*

& art. 41. *num.* 16. & ſi contraueniat fingitur fuiſſe
ab initio in mala fide,& prædo,itavt nõ ſolùm ad re-
ſtitutionem rei teneatur, ſed etiam fructuum perce-
ptorum, & qui percipi potuerunt, ex Bal.col. 3. Iaſ.
*num.7.verſ.tertio nota in Auth.cui relictum,C.de indicta
vid.toll.*Gracian.*diſcept.for. tom.* 5. *cap.* 963. *num.* 20.
*per text.in l.*1.*C.de his quibus, vt indign.*

4 Ampliatur primò, vt procedat non tantùm in
primis nuptiis, ſed etiam in ſecundis, & inquam in
reliquis omnibus, in quibus cum pura tenebitur
5 omnino contrahere, † tum quia mens teſtatoris illa
fuit, vt ſua familia ſemper libera à macula
euadat, & ſimul ne ſua bona ad maculatum perue-
niant,& vtrumque locum habet in omnibus nuptiis
tam primis, quàm ſecundis, in omnibus quidem
6 voluntati contrariatur teſtatoris, ſi contra faciat; †
tum quia ſufficit conditionem deficere in prima, ſeu
ſecunda vice, *l. in ſubſtitutione* 31. *de vulgari,l.ſi quis
heredem* 7.*C.de inſtitut.& ſubſtit.*Anton. Gabr. *tom.* 2.
*comm.opin.lib.*4.*de fideicomm.concl.*8.*num.* 1. Pelaez *de*
7 *maiorat.*1.*part.quæſt.*11.*num.* 15. † tum quia negatiua
ita omnia negat, vt nihil ex negatis concedat, &
comprehendat omnes caſus, & omne tempus ſe-
quens *ex gloſſ.in l.prouidendum,§.*1. *C. de poſtul.* Cob-
barr.*lib.*1.*var.cap.*13 *num.*7.Octau. Vulpel. *de prapo-
ſit.& ad verb. dict.nunquam, num.* 3. Auguſt. Barboſ.
*dictio.*251.*pag.* 286. Menoch. *de recuper. remed.* 14.
*num.*6.Cenedo *poſt.lib.pract.canon.quæſt.ſing.* 70. *n.* 3.
Tib.Dec.*reſp.*37.*num.*6.*tom.*3.Craueta *conſ.* 194. *n.* 6.
Zephal.*conſ.*171.*num.* 15. tum quia hoc apertè pro-
batur *in l.hoc genus* 16. *iuncta gloſſa verb. nubendo, de
condit.& dem* & tenent Coſta *in §.ſi arbitratu lim. fin.
num.*4.ab omnibus communiter ſequutus ſecundùm
Hyppolit.Rimin.*in Rub.num.*19. *C. Qui admitti*, &
Cobbarr.*in d.cap.*13.*num.*7.*per l.ſi ſic ſtipulatus,* 133.
ibi,*non enim ad vnã vim pertinet, nam ſicut & hæredis
caput,ita ipſius vi, vel ſæpius facta complectitur, vt con-
demnetur,de verbor.*& in noſtris terminis expreſsè lo-
quendo ita defenduot Io.Guttierr.*lib.* 4. *practic. q.* 8.
*num.*5.*&* 6.P.Thom.Sancius *de matrim.lib.*1.*diſp.* 33.
n. 4.*& diſp.*34.*num.*42.Gracian.*d. cap.* 963. *num.* 2.
8 Pelaez *d.*1.*part.quæſt.*51.*nu.*50.*& ſeqq.*† vbi ait, quòd
contrahens cum maculata non ſolùm manebit in-
habilis,ſed & eius filij, & vniuerſa progenies, quod
& probari poteſt ex multis ſuprà à me traditis, &
iterum ab eodem Pelaez *in citata quæſt. num.* 340.
*cum ſeqq & 2.part.quæſt.*4.*illat.*2.*à num.*15. *cum ſeqq.&
quæſt.*6 *à num.*220.niſi filij fuerint nati puri ante ma-
trimonium contractum cum impura, quia excluſi
non debent cenſeri ex ratione tradita ſuprà hac
quæſtion. §. 4. illat. 7. ex numero 155. cum ſeqq.

9 Ampliatur ſecundò, vt procedat, dum grauatus
ſemel cum impura præcepto teſtatoris inobediens
contraxerit, etiamſi poſtea obediens adimpleat præ-
ceptum cum pura, ſeu nobili contrahendo ſecundò,
quia non ideò amiſſum maioratum,ſeu vinculum re-
10 cuperabit,† tum quia ſemel inobediens omnino ius
ſuum amiſit, *ex d.l.ſi quis hæredem, & d. l. in ſubſtitu-
tione*, faciunt tradita per Anton. Pereg. *de fideicom.
art.*29.*num.*1.Cobbarr.*lib.*1.*var.cap.*14 *num.* 3. Mol.
de primog.lib 3.*cap* 12.*n.*2.& ſe indignum reddidit, *l.*
1.*C.de his quib. vt indign.* Bal. & Cagnol. apud Gra-
cian.*Marchia deciſ.*187.*num.* 1. † tum quia illius ius
11 per vnicam contrauentionem voluntati teſtatoris
fuit extinctum, nec ſuſcitari ex poſtfacto poterit,
ſecundùm text. *in. l. inter ſtipulantem,* 83 *§ ſacram.de
verbor.& in l.qui res,*98. *§. aream.* 8. *de ſolut. l. cum ex
cauſa* 9.*& l.fin.C.de remiſſ pign.gloſſ.verb. egerit. in cap.
cum veniſſet,* 25 *de teſtib.*Flam.Pariſ.*de reſignat. benefic.
lib.*13.*quæſt.*2.*num.*15. Surd. *de aliment. tit.* 5. *quæſt.* 1.
*num.*64.Craueta *conſ.*202.*num.*2. † tum quia ex ſolo 12
turpiter nubendi facto grauiter inſtitutorem offen-
dit,nec iniuriam ſemel illatam tollit cum ſecundis
nuptiis probè cõtractis,*arg.l.qui ea mente,*65.*de furtis,
iciuli,*24.*de cond.& dem.*†tũ quia ipſo iure ſtatim *li-
re* poſt non adimpletam conditionem ius maioratus, 13
ſeu vinculi in ſequentem in gradu fuit tranſlatum,
ſecundùm Corn.*in l.*1,*num.*1.*verſ.nec obſtat,C. de his,
qua pœna nomine,* & ex aliis probat Pelaez *d.* 2. *part.
quæſt.*4.*illat.* 8. *num.* 17. † cui iam acquiſitum auferri 14
non valet,nec erit expediens,*l.fin.*vbi Iaſſ.*de pact.cap.
quamuis,*8.*de reſcript.in* 6.cum ſimilibus adductis per
Anton.Pereg.*de fideicomm.art* 52.*num.* 16. *&* 85. Pe-
laez *de maiorat.*1.*part.quæſt.*21.*num.*21.*&* 25.*& q.*24.
num. 25. *&* 76. † Tum quia ex poſtfacto non poteſt 15
retractari,quod ritè factum antea fuit,*ex l. ſi Gauden-
tius,*6.*C.de contrah. empt. cum ſimilibus*, & ita probat
multis relatis Pelaez *in d.quæſt.*11.*à num.*33.*cum ſeqq.*
P.Thom.Sancius *d.lib.*1.*de matrim.diſp.* 34. *num.* 42.
faciunt maiori ex ratione tradita per Grac.*diſcep.for.
t.to.cap.*137.*ex num.*1. & per Fontanel. *de pact. nupt.
clauſ.*6.*gloſſ.*3.*part.*4.*ex num.*32. *cum ſeqq.* qui duo lo-
quuntur,dum grauatus ſemel interpellatus vt con-
trahat cum nominata à teſtatore, contrahere noluit,
qui poſtea ad purgandum moram non admittetur;
quia ſemel defecit conditio.

Ampliatur tertiò, vt procedat etiam, ſi contra- 16
hat cum ea, quæ ex Principis beneficio facta eſt in
omnibus nobilis, quia etſi nobilis dici valeat ex ſu-
prà *in §.*5 *num.* 11.*cum ſeqq. & ex num.* 38. *cum ſeqq.*
non tamen dicitur pura, ſi ex Iudæis aut Mauris ori-
ginem trahat. † Nec enim Princeps illo priuilegio 17
potuit in ea hanc mutare,aut diluere qualitatem,nec
fundatoris conditioni,ſeu diſpoſitioni derogare, ex
Aceb.*in l.*22.*nu.*4.*tit.*7.*lib.* 1.*recop. pag.* 118. *& in l.*1.
*num.*56.*in fin.tit.*1 *lib.*6.*recop.*Pelaez *d.quæſt.*51.*n.*304.
*cum duobus ſeqq.*vbi,*num.*306.ait,† quòd ſicut macu- 18
latus nobilis ex priuilegio non poteſt admitti ad
collegia, & dignitates Eccleſiaſticas, quæ puritatem
requirunt; ita ſimiliter non poterit admitti ex tali
conditione, & fundatione, cui adhæret Ignac. del
Villar *in ſua ſylua reſponſ.*12. *num.* 42. *verſ. Quod eſt
ampliandum,*& relati per Auguſt. Barboſam *Appellat.*
164. *num.* 4. quibus & ego libentiſſimè adhæreo. † 19
Nec quidem hi à Iudæis deſcendentes,quãtumcum-
que à Principe nobilitari, & perpluribus & magnis
proſequuti prærogatiuis,& honoribus,ſi inſpicimus
veram nobilitatem, † quæ illa eſt,quæ communiter 20
apud omnes habetur pro tali,*ex l.*9.*tit.*11.*lib.*1.*recop.*
Io.Garc.*gloſſ.*7.*num.*11.Io.Guttierr.*lib.* 3.*pract. quæſt.*
13.*num.*30.*cum ſeqq.& quæſt.*14.*num.*6.*&* 7.cum aliis
ibi,Aceb.*in d.Rub.num.*164.*tit.*2.*lib.* 6. *recop.* Auguſt.
Barboſa citato loco,*num.*3.verè nobiles dici non po-
terunt, ſed verbo tenus;† quia vulgo nunquam pro 21
talibus habentur,nec reputantur, immò parui pen-
duntur ipſi,priuilegia, & nobilitas ſua, vt probant
Otalora *de nobilit.*2.*part.* 3. *princip. cap.* 7 *per totum.*
Pelaez *in d.quæſt.*51.*nu.* 309. †Et quidem rectè, cùm 22
nec nobilitatis capaces exiſtant ex ſua natura,& ge-
nere, & ex opinione communiter recepta ex eodem
Otalora *d.*2.*part.*3 *princip.cap.*7 *per totum,* Io. Garcia
*de nobilit.gloſſ.*7. *verſ.Sed adde* Anton. Fab. *in ſuo Co-
dice tit.de re iudic.diffinit.*7.ſecũdùm Valençuelã *conſ.*
92.*num.*36. idem Pelaez & aliis penes Chriſtoph.de
Paz *de tenuta cap.* 32. *num.* 36. qui etſi intelligendi
ſint, prout loquuntur de nobilitate generis & ſan-
guinis tantùm: tamen cum priuilegiatia debeat na-
turalem nobilitatem,quæ ſanguinis dicitur, imitari,
*l.Gallus,*29.*§.ſi eius,iuncta gloſſa,& l. filio, quem pater,*
33.*de liber.& poſth.l.ſi pater,*15.*de adoption.§ minorem,*
inſt.

Digitized by Google

inſt. eod. Anton. Pichard. *in §. hæreditas*, 8. *num.* 31.
13 *inſt. de hæred. inſtit.* † Videtur, quòd propriè non
poſſit ſtare nobilitas ex priuilegio, vbi naturalis con-
ſiſtere non valet, nec quidem deſcendentes ex Iu-
dæis in proprietate nobiles poterunt declarari ex
proximè citatis.
14 Ampliatur quartò, vt ignorantia qualitatis eius,
cum qua grauatus contraxit, excuſare eum non va-
leat ab amiſſione maioratus, ſeu vinculi, velut ſi
ignoranter in vxorem accipiat eam, quæ impuri
15 ſanguinis eſt, † tũ quia facilè fundatoris mẽs frauda-
ti hoc prætextu poſſet, cui locus dandus non eſt,
l. in fundo, 38. *de rei vendic. leg. cum hi* 8. §. 1. *ſi cum
lis*, 10. *de tranſact. l. qui ſub prætextu* 9. *C. de ſacroſ.
Eccleſ. cap. porro*, 3. *de diuortiis*, *Clem.* 1. *de vſuris*, *Clem.*
1. *§. fin. de conceſſ. præben.* Marian. Anton. *lib.* 1. *var. re-*
16 *ſolut.* 50. *num.* 31. *& reſol.* 62. *num.* 5. † tum quia te-
nebatur maxima cum diligentia ante contractum
matrimonij eius ſanguinis qualitates inueſtigare, &
inquirere, *l. qui cum alio*, 19. *de reg. iur.* Bal. *in l. inciui-
le*, *C. de furtis*, Alexand. *conſ.* 129. *col. pen. lib.* 3. Zephal.
17 *conſ.* 444. *num.* 9. *lib.* 3. † tum quia præſumptio
iuris eſt, quòd non ignorauit qualitates eius cum
qua contraxit, *l. ſi patronus*, 4. *de confirm. tut.* vbi
Bart. *l. inciuile*, vbi Bal. *C. de furtis*, Dec. *num.* 1. Ca-
gnol. 5. *in d. l. qui cum alio*. Rebuff. *in l. vn. gloſſ. prout*,
num. 14. *C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt.* Mantic.
de tac. & amb. lib. 3. *tit.* 10. *n.* 9. latè Iacob Menoch. *de
præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 88. *ex num.* 1. tum quia
contrahens cum muliere, non ſeruata forma ſta-
tuti, præſumitur in mala fide fuiſſe, Zephalo
conſ. 51. *numero* 6. idem Menoch. *lib.* 5. *præſumpt.*
3. *num.* 80. Atque ita ſpecificè in noſtra ſpecie lo-
quendo volunt Pelaez *in dict. quæſtion.* 51. *num.* 55.
& 390. *& ſeq.* Io. Guttierr. *d. lib.* 4. *pract. quæſt.* 8.
ſub num. 2. Munoz de Eſcobar *de ratiocin. cap.* 19.
num. 46. Molina *de primogen. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 18.
quod licèt in ſe verum ſit, tamen cum duobus tem-
peramentis intelligendum eſſe puto.
18 Primum, vt locum non habeat, dum vxor cum
qua grauatus contraxit matrimonium, communi-
ter erat habita, & reputata pro pura & ſine ma-
cula, etſi poſtea de nouo aliqua detegatur, nam
poſſeſſor grauatus tunc non poterit maioratu, ſeu
19 vinculo priuari, † tum quia ex communi errore
facta, detecto poſtea, non annullantur, ſed me-
ro iure ſubſtinentur, aut ſaltim ex æquitate, ex
iuribus vulgaribus, vt probant arg. text. *in l. ſi
quis pater* 3. *ad S. C. Maced. cap. ad falſariorum*,
7. vbi gloſſ. *verb. examinent. de crimine falſi*, gloſſa
in l. locus, *de acquir. poſſ.* & Quintilian. Mandoſ.
tract. de minore quæſt. 26. *num.* 6. tum etiam quia illa
communis reputatio nobilitatis nobilitatem com-
probat, vt dicam infrà *quæſt.* 10. §. 2. *num.* 17. & in
terminis tenent & probant Io. Guttierr. *d. quæſt.* 8.
num. 3. *&* 4. Pelaez *in d. quæſt.* 51. *num.* 292. vbi
adducit Ripam *reſp.* 12. *alias* 32. *num.* 3. *lib.* 2. & po-
ſtea *num.* 406. alios refert, & ante eos Molina *de
primogen. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 19. quem ſequuntur Molina
Theolog. *de iuſtitia practic.* 2. *diſputation.* 614.
Munos de *de ratiocin. capit.* 19. *num.* 46. P. Thom.
Sancius *de matrimon. tom.* 1. *lib.* 1. *de ſponſal. diſp.* 34.
num 40.
30 Quod ego intelligo, dum macula ita occulta
fuit, quòd nemo etiam ex ſenioribus eam no-
uerit, quia ſi non ita occulta, quòd grauatus di-
ligentiam adhibens poterat à ſenioribus ma-
culam interrogare, & noſcere, nullam excu-
31 ſationem mereri puto, † tum quia ad diligen-
tiſſimam tenebatur inquiſitionem, & omnem di-
ligentiam adhibere, vt mandatum teſtatoris ſpe-
cificè adimpleatur, ad ea, quæ ſcripſit Bart. *in
l. ea igitur*, *de pignor. act.* & Hieron. Grat. *conſil.* 49.
num. 6. *lib.* 1. relati à Maſch. *de probat. concluſ.* 467.
num. 22. & à Menoch. *lib.* 5. *præſumpt.* 3. *num.* 132.
† tum quia cùm agatur de lucro captando ignoran- 32
tia difficultet præſumitur, *l. error*, 8. §. 1. *l. iuris
ignorantia*, 4. *de iur. & facti ignor. l. fin.* vbi Docto-
res *C. eod.* Baldus *in l.* 4. *num.* 3. *C. de vſucap. pro
empt.* & alij penes Menochium *lib.* 6. *præſumpt.* 23.
num. 24. atque ita velle videntur Guttierrez citato
loco *num.* 2. *in fin.* vbi tam diligentem inquiſitio-
nem requirit, quod ſufficiens ſit, vt grauatus
non maneat deceptus, & aſſentit Molina per
eum adductus *de primogen. lib.* 2. *cap.* 13. *numero*
34. Pelaez *d. quæſtione* 51. *num.* 392. Caſtillo 5.
controuerſ. cap. 116. *num.* 13. Additio ad Mol. *d.
num.* 29. qui exactam diligentiam expoſcunt. † Vn- 33
de prouenit, quòd ſi ſequens in gradu probet, quòd
tempore contracti matrimonij aderant ſenes, & alij,
ex quibus maculam vxoris ſciſcitari, & inquirere
poſſet maioratus poſſeſſor, priuari ab eo debet, &
locum ſequenti facit, tum ex dictis, † tum quia 34
ignorantia affectata præſumitur, cùm eſſent, qui
ſcientiam præſtare poterant, quæ ab eis non fuit
ſciſcitata, & ideo prodeſſe non poteſt, ex text. *in l.
ſed*, *& ſi quis*, 4. §. 1. *& §. item quæritur. Si quis
caution.* bonus text. *in l.* 1. *§. fin.* ibi, *ſi non color
quæſitus eſt*, de Abigeis gloſſa *in cap. fin. de officio de
leg. in* 6. Andr. Tiraquel. *de retractu lignag.* §. 35.
gloſſ. 4. *num.* 28. Hippolit. *tract. de fideiuſſor. num.* 154.
† maximè cùm perſona à qua ſciri macula poterat, 35
de facili poſſet inueniri, ſeu eius haberi notitia,
Rolando à Valle *conſil.* 18. *num.* 16. *lib.* 1. † tum quia 36
ignorantia non excuſat, cùm quis inueſtigare tene-
batur, ſecundùm Bart. *in l. non ſolum*, *§. morte*, *col.* 2.
verſ. An autem puniatur, *de noui operis nunciat.* Quin-
til. Mandoſ. *de Ætate minor. quæſt.* 26. *num.* 6. Gra-
cian. *diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 194. *ex num.* 1. *cum ſeqq.
& to.* 4. *cap.* 637. *num.* 5. Pelaez *de maiorat.* 2. *part.
quæſt.* 4. *illat.* 8. *num.* 181. † Præſertim cùm ius ter- 37
tij lædi poteſt ex omiſſione ſecundùm Aym. Craueta
conſil. 168. *de duobus*, *num.* 4. † Tum etiam, quia 37
dum diligentia requiritur, ignorantia non excu-
ſat, gloſſa *verb. examinet*, *in d. cap. ad falſariorum de
crim. falſi*, vbi etiam Annan. Iacob. Menoch. *de ar-
bitr. caſu* 308. *num.* 5. † præcipuè, cùm de facili po- 39
terat certiorari, *l. regula* 9. *§. ſed facti* 2. *de iuris &
facti ignor. l. error* 7. *C. eod.* adducti à Ioan. Zañez
Parlad. *rerum quotid.* 2. *part. cap. fin.* 5. *part.* §. 9. *n.*
18. *pag.* 259. Farin. *Rotæ deciſ.* 93. *num.* 4. 2. *part. recen-
tior.* Aug. Barboſa *Axioma* 74. *n.* 29 *pag.* 109. † tum 40
denique, quia paria ſunt ſcire, vel ſcire debere, & poſ-
ſe, *l. quod te mihi* 5. *de reb. cred. l. ſi dum* 38. *de adquir. he-
red. l. qui fundum* 7. *§. ſeruus meus* 2. *pro empt.* Tiraq. *de
retract. lignag. ad fin. tit. n.* 43. Gracian. *diſceptat. forenſ.*
194. *num.* 1.
Secundum, vt locum etiam non habeat in puel- 41
la virgine ſub parentum aut conſanguineorum
poteſtate exiſtente, quæ matrimonium contraxit
cum eo, qui ſimilem maculæ defectum patitur
ex iuſſu, & ordinatione parentum, ſeu conſan-
guineorum, cùm non teneatur viri qualitates
inueſtigare ob honeſtatem, quam ſeruare debet
ſui ſtatus ratione, ex ſtatim citandis, † tum quia 42
pluries ante contractus tractationem, & poſtea
inſcia, & ignorans eſt eorum, quæ à prædi-
ctis aguntur circa ipſiuſmet nuptias & ſtatum,
itaut nec valuit inquirere, nec inueſtigare vi-
ri ſui qualitates, ſed tantùm obediens paren-
tum, ſeu conſanguineorum iuſſis conſenſum præ-
ſtat ei nubendo, cum quo eſt tractatus parentum

initus, circa quod eſt text. ſingularis & elegans *in l.miles,11.§ quærebatur,7.ad l.Iul. de adulter.* & facit text. *in l.Præfectus,* 63.*de ritu nupt.l.fin.de leg.1.l 2.* §.*per contrarium,*2.*de his, quæ vt indign.* & tradita per Petr.Barboſam *in l.ſicum dotem,§.ſin. ex n.22. cũ ſeqq.*
43 *ſolut. matri.* † tum quia debet ſequi votum parentum in viri ſui electione, quia præſumuntur melius ſcire virorum mores, & qualitates generis, & ſanguinis, ex P. Thom.Sancio *de matrim.lib.4.diſput.*23. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*31.*n.*34. P. Anton. Ferdin.à Corduba *in inſtruct.confeſſar.3.part. precepto*
44 4.*n.*23.*fol.mihi* 244. † tum quia fœminæ iuſtam excuſationis cauſam oſtendere poſſunt circa virorum qualitates inueſtigandas ex text. *in l. fin. §. fin. qui petant tutores,l.*50.& 51.*tit.* 14. *part.* 5. plura cumulat Molina *de primog.lib.2.cap.*13.*num.* 33. Iacob. Menoch. *de arbitr.iudic. caſu* 182. *n.* 72. & *caſu* 357. *n.* 20. Ant.Gabr. *lib.6.comm.opin.tit. de legitimat. concluſ.4.n.1.cum ſeqq.* Sfortia Oddo *de in integrum reſt. 2.part. quæſt.*81 *art.*1.*num.* 15. Fulu. Pacian. *de probat. lib.2.cap.*3.*num.* 220. Mantica *de tacit. & amb. lib.* 3. *tit.*10.*num.*11. Caſtillo *controu.* 4. *cap.*25. *n.* 56. *verſ. Quod ſi dixerit* Velaſco *de priuileg. pauper.* 2. *part. quæſtione* 54.*num.*17.*in fin.* Petr. Surd. *deciſ.*62.*à n.*38. *cum ſeqq.* Zephal. *conſil.*133. *num.* 40. *lib.* 1. & *conſil.* 312. *num.* 120. *lib.* 3. Pariſ. *conſil.* 57. *per totum, lib.* 4.

45 Quod verum intelligo niſi parentes & conſanguinei doloſè, aut ſcienter ad fraudanda teſtatoris iuſſa, & diſpenſationem hac fuerint vſi cautela in collocanda puella matrimonio cum notoriè deſ-
46 cendente à Iudæis, ſeu Mauris, † tum quia expediens non erit, quòd hoc colore teſtatoris diſpoſitio fraudetur, nec probus iudex hoc debet permittere, vt optimè conſiderat Pelaez *in d.q.*51.*ante num.*399.
47 † Tum etiam quia non eſt nouũ, quòd dolus parentum,& conſanguineorum filiis,& conſanguineis noceat, *l.ſi creditoribus* 5.*in fin.C.de ſeruo pignori dato manum.l.filios* 4.*Cod.de reuocand. his quæ in fraud.* Auth. *de iureiur.à moriente preſt.in princip. collat.* 5. animad-
48 uertit Padilla *in l.tranſactione,n.*1.*C.de tranſact.* † circa quod plurimùm verſari iudicis arbitrium, rectè voluerunt Pelaez,& Menochius in locis ſuperiùs relatis, vide quæ dicam circa ſimile dubium infrà ſub n. 108.verſ.Amplia ſecundò.

49 Ampliatur quintò, vt procedant effectus huius prohibitionis,dum grauatus à fundatore, vt contrahat cum pura,& immaculata,ſemel in vxorem ducit eam, quæ maculam habet, licèt illa poſtea ante copulam decedat. tum quia indignam ducendo contra præceptum fecit quantum in ſe fuit, & amittere prælegatum debet. bene probat Gracian. *diſcept. fo-*
50 *renſ.*110.*c.*5.*n.*39. † tum quia teſtator prohibens nuptias,& prohibere ſponſalia cenſetur, *l. tutor.* 15. ibi, *ſi ias tamen, quod de nuptiis tractamus, & ad ſponſalia pertinere,de ſponſal.* text. celebris ad propoſitum *in l.*
51 *vxor.* 13. §.*diui Seueri* 3. *ad leg. Iul. de adulter.* † tum quia per ipſum non ſtetit conſummare, *l.qui ea mente* 65 *de furtis,l.in re ciuili* 14.*de cond.& demon.l.in iure* 161.*de reg.iur.* faciunt adducta per Gracian. *Marchia deciſ.*55.*n.*10. & licèt paratus ad criminis actum perficiendum pœnitentia ductus ante conſummationem,& perfectionem ſe abſtineat,pœnas euadat, ſecundum, *l.qui falſam.*19.*ad l.Corn.de falſ.* ſecus tamen eſt,dum crimen conſummatum non fuit ex accidenti præter voluntatem ſuperuenienti, quo inuitus, & non ſponte à delinquendo ceſſauit, quia tunc pœnas non effugit, ex celebri diſtinctione gloſſæ *in d.l. qui ea mente* 65. *verb. deſiit, de furt.* & allegatis à Proſp. Farin. 4.*to.q.*124.*n.*150.*cum ſeqq.pluribus,* & refert Alphonſ.Narbona *in l.*29.*gloſſa* 3.*n.*50.*tit.*7.*lib.* 1.*re-*

*cop.pag.*76. † tum quia actum perfectum effecit,cùm nuptiæ ex ſolo conſenſu perficiantur, quod ſufficit, *l.nuptias* 30.*de reg.iur.l.cui fuerit* 15.*de condit. & dem.* Ioan Gutier. *lib.* 1.*can.q.*17.*n.*21.*cum ſeqq.* & Iacob. Menoch. *lib.*4 *præſumpt.*81.*n.*15. & eſt indubitatum & commune. † Tum quia conditio adimpleta ſemel 52
fuit,quo amplius non requiritur, *l. ſi quis hæredem* 9. 53
C.de inſt & ſubſt. vbi communiter DD.& And. Tiraquel. *in l.boues.§.hoc ſermone,n.*101.& *ſeq.de verb.ſign.* tenet Pelaez citato loco 1.*part.q.*50. *num.* 96. † tum 54
etiam, quia cùm contraxerit contra præcepta teſtatoris,non eſt dubium, niſi quòd incidit in pœnam, quæ poſtea ex accidentali euentu non debet tolli,ex traditis per Bart. & DD.*in d. l.qui ea mente, de furtis.* † tum etiam,quia ſi effectus non ſequitus eſſe poſſet cauſa excuſationis, ſequeretur, quòd etiam conſummato matrimonio,& coniugio diu manente, & filiis ex eo ſuſceptis,ſed tamen defunctis,eamdem excuſationem haberet grauatus, cùm eadem tunc interueniat ratio,quod abſurdum eſſe,nemo inficiabitur, vt ex pluribus probare videtur Pelaez citato loco 1. *part.quæſt.*59.*à num.*1. & in ſpecie noſtra probat *in d. quæſt.*52.*à num.*374.*cum ſeqq.* † tum denique,quia li- 55
cèt matrimonium contrahere prohibitus ſponſalia contrahendo pœnam non mereatur,ex Marſil. *in l. is qui cum telo,num.*39. *C. de falſ.* Decius *conſ.*116. incipit. In cauſa inquiſitionis. Pet Roic. *deciſ. Lituanenſ.* 3.*num.* 28. Intelligendum tamen eſt in ſponſalibus de futuro, non verò de præſenti, quæ verum conficiunt matrimonium,vt nos loquimur, & communis tenet,ex Ang. *in l ſi adulterium cum inceſtu,§.inceſtum, num.*6. *verſ. Ideo autem dixi, ad l. Iul. de adulter.* Betmond. *de public.concub.Rub.de inceſtu, num.* 34. *in fine.* adductis à Fatin. 4.*tomo quæſt.* 149. *num.* 197. & poſt eos Alphonſ.Narbona *in l.*29. *gloſſ.*1.*num.* 11. *tit.* 7. *lib.*1.*recop.pag.*76.*colum.* 2. & conducunt tradita per Cobbarr. *de ſponſal.*2.*part.cap.*1.*in initio num.*3. & 4. Cald. Pereira *in l.ſi curatorem,verb.læſis, num.* 128. *C. de in integr. reſtitut.* Io. Gurtier. *de iuram.confirm.* 1. *part.cap.*51. *num.* 2. Fontanella *de pact. nuptial. clauſ.* 5.*part.*10.*num.*34.& 35.plures apud Emman.Barboſ. *remiſſ.ad ordin. Luſit.lib.*5.*tit.*22.*n.*1 *pag.*280.Maticoç. *in l.fin.gloſſ.*6.*n.*1 *tit.*2.*lib.*5 *recop.* quidquid diſtinguat P. Th. Sancius *de matrimonio lib.*1.*diſp.*1. *num.*3. † Et 56
confirmatur, quia etiam in materia odioſa & pœnali ſub vxoris nomine ſponſa etiam continetur, *ex l.* 2.*tit.*15.*lib.*8.*ordin.*& *l.*81 *Tauri,*quæ eſt, *l* 4. *tit.* 20. *lib.*8.*recop.* Petr. Pechi. *de teſtam. coniug.lib.*4.*cap.*1 *t. à princip.* Boër. *deciſ.* 22. *num.* 38. quos refert & ſequitur Franc. Molina *de ritu nuptiar.lib.*3.*quæſtione* 6. *num.* 47. & generaliter tenent. Pereira *num.* 117. & 128.P. Thom. Sancius *num.*2.*locis citatis.* Andr. Tiraq. *de leg.connub.gloſſ.*2.*num.* 11. & 18.*cum ſeqq.* & *n.* 25. Didac. Perez *in l. verſ. item apud, & verſ. quæro vtrum, tit.*1.*lib.* 5. *ord.* Cardin. Tuſch. *lit. V. concluſ.* 385.*num.*1.*tom.*8. † Et licèt communis omnium, & 57
vera ſit opinio,quòd beneficiatus,qui matrimonium contrahit etiam nondum ſequuta copula amittat beneficium ipſo iure,vt patet ex pluribus congeſtis ab Auguſt. Barboſa *de officio Epiſcopi,* 3.*part. allegat.* 57. *num.* 202. & 204. *colum. mihi* 266. tamen non ita procedit in eo, qui ſponſalia de futuro contrahit ex allegatis à Farinac. 1. *part.fragm.lit.* C. *verb. Clericus, num.*331. P.Thom.Sancius *de matrim.lib.* 7. *diſp.* 42. *num.* 1. Nicol. Garcia *de benefic.* 11. *part. cap.*9.*num.* 19 & 20. & nouiſſimè Ricciol. *de iure perſon lib. ſeptimo cap.* 4. *per totum.* Ex quibus ſequitur quòd hæc ampliatio tantùm habet locum in eo, qui contraxit ſponſalia de præſenti, non verò in eo, qui de futuro ſponſam accepit, ex proximè dictis.

Sed

58 Sed hæc opinio non procedit abſque aliqua
difficultate, tum quia actus executioni mandatus
ex quo effectus non fuit ſequutus pœnam non me-
tetur, ex gloſſ. *in verbor. eo ipſo*, vbi Dominic.
numero 9. in cap. auaritiæ, de elect. Gregor. Lop. *in*
59 *l. 51. tit. 14. part. 5. verbo, caſando* † tum quia po-
terit poſtea dignè contrahere, quod inſpiciendum
eſt, non verò, actus præcedens ſine conſiſtentia, ex
celebri text. *in l hec conditio. 10. in princip. de condit.*
& demonſtr. Bald. *in leg. inuitus C. de procurat.* And.
Tiraquel. *lib. 1. de retract §. 8. gloſſ. 7. num. 7. pag.*
60 44. † tum quia deficit turpitudo, quam vitare te-
ſtator voluit, & pœna deficere debet, quæ lo-
cum non habet in incepta, ſeu procurata, ſed in
efficaciter conſommata, *l. 5. §. hæc verba. Quod*
quiſque Iuris, Bart. *in l. vlt. de condict. ſine cauſa.* Ri-
pa *in Rub. num. 9. &* 10. *de ſecund. nupt.* Gregor.
in d. verbo, caſando, & verè deficit præcipua ratio
fundatoris, qui ideò hoc grauamen impoſuit, vt
ſua familia ab omni labe maneat intacta, quod non
immutatur ex matrimonio incepto, ſed ex per
fecto & conſummato, & ideò pœna obtinere
non debet, ex vulgatis, tum denique quia verè
non dicitur duxiſſe vxorem niſi poſt nuptialem
benedictionem, & carnalem copulam, textus
eſt *in capit. ex publico, 7. de conuerſat. coniug. & in*
leg. 2. ibi *o de otra que aya auido que fueſe velada,*
titul. 18. *part.* 3. Cohbarr. *de matrimon.* 1. *part.*
capit. 1. *numero 4. cum ſeqq.* & quòd ſponſalia de
præſenti non ſufficiant ſine copula ad punien-
dam mulierem contrahentem ſecundas nuptias,
probant Ripa *in Rub. numero* 15. *de ſecund nupt.*
Ioan. à Gattonibus *in leg.* 1. *numero* 8. *C. eod.*
titul. quos refert Pelaez *de maiorat.* 1. *part. quæ-*
61 *ſtion. 59. numero* 74. *& ſeqq.* † Ex quibus hæc vl-
tima opinio videtur æquior, altera quidem in
iuris rigore, & vrgentiori ratione verior, hanc
autem libenter ego admitterem in minore contra-
hente cum præcepti impoſiti inobedientia ex æqui-
tate ratione minoris ætatis, in adultis verò à prima
non recederem.
62 Ampliatur ſextò, vt etiam locum habeat priua-
tionis pœna, dum matrimonium contractum adoer-
ſus præceptum fundatoris nullum extet aliqua ex
63 legitima cauſa, † tum quia ad infamiam ex matri-
monio prohibito irrogandam factum etiam nullum
ſufficit, *l. quid ergo, 13. §. cum autem, 5. de his, qui not.*
infam. cap. nuper. 4. de bigamis, Gracian. *diſcept. forenſ.*
1. tom. cap. 5. num. 38. ſicut contrahens nulliter cum
conſanguinea pœnas non euadit ex Bart. & Iaſſ. *num.*
22. *in l. vbi pactum, C. de tranſact.* & alij apud eumdem
64 Gracian. *citato loco cap. 36. ex num.* 61. *cum ſeqq.* † tum
quia ſolæ animi deſtinationi attenditur in ſimilibus
ex l. eum qui duas, 16. in princip. C. ad l. Iul. de adulter.
l. heredibus, 77. *in fin. ad S. C. Trebel.* Bart. *in l. non*
dubium, num. 10. vbi etiam Fulgoſ. *C. de legibus*, tum
quia non debet eſſe melioris cunditionis, qui illegi-
timè matrimonium contrahit, quàm qui licitè, Io.
Andr. & DD. communiter *in cap. Ioannes, de cleric. con-*
iug. Abb. *in cap. 1. num. 2. eod. tit.* Iaſſon. *in l. vbi pa-*
ctum, num. 24. C. de tranſact. Cobbarr. *n 4. 2. part. cap.*
6. §. 3. Gracian. vbi ſuprà *num. 39. in fin.* Gig. *de penſion.*
65 *q. 54. n. 12.* † tum quia ex actu nullo incurritur pœna
à teſtatore impoſita ex Sim. de Prettis *lib. 2. de inter-*
pret. defunct. vol. in fol. 2. dubij, n. 52. cũ ſeqq. Phil. Corn.
conſ. 243. lib. 3. Aretin. *conſ.* 18. tum denique quia hoc
apertè videtur probari *in d. l. 4.* ibi, *Aunque ſe diga, y*
a lege, que el dicho matrimonio fue ninguno, tit. 20. *lib.*
8. *recop.*
66 At contrarium verius puto, tum quia matrimonij
contractus, ex iuſta cauſa nullus, verè matrimonium
dici non poteſt, ex pluribus à me congeſtis infra 2.
part. q. 4. art. 4. §. 2. limitat. 2. ex n. 36. cum ſeqq. † tum 67
quia actus nullus pœnam non meretur, vt eſt apud
omnes receptum, & notant DD. *in l. vbi pactum*, 40.
C. de tranſact. per l. ſi quis legatum 6. ad l. Corn. de falſ.
And. Tiraq. *in leg connub. gloſſ. 8. n. 207. & de ret. act.*
lignag. §. 26. gloſſa 2. n. 11. Matieço *in l. 1. gl. 7. n. 3. & in l.*
6. gloſſ. 1. num. 1. tit. 1. lib. 5. recop. Acebed. *in d. l. 1. n.* 48.
plura congerit Narbona *in l. 30. gloſſ. 5. n. 11. & ſeqq.*
tit. 6. lib. 1. recop. pag mihi, 63. Nicol. Garcia *de benefic.*
11. part. cap. 8. num. 15. † Et ideò iudex propter ſen- 68
tentiam nullam litem ſuam non facit, *ex l. 1. §. 1.* vbi
Ang. Alex. & Bald. *n. 5.* Quod quiſque iuris, *gloſſ. in l.*
fin. in princip. de & extraord. cognit. Nauarr. *in cap. cum*
contingat remed. 3. n. 3. de reſcript. Meſſia *in l. Toleti*, 2.
part. fundam. 5. num. 35. & ſeqq. Felin. *in cap. tua nos, n* 6.
de iniuriis, † Et ſi mulier ſine licentia mariti triticum 69
extra taxam legis vendat quia venditio nulla, legis
non ſubiacet pœnis, ſecundùm Auendan. *reſpon-*
ſat. 33. in fin. docet Narbona *in d. gloſſ. 5. num* 17. † 70
tum denique quia matrimonium nullum contrahens
non amittit beneficia eccleſiaſtica quæ habet,
ex Cardinal. *in Clement. gratiæ, de reſcript.* tradit
Rebuff. *de nominat. quæſt. fin. num. 14. pag.* 266. † 71
quod intelligendum non puto, dum nullitas inſur-
git ab impedimento extra facto, & voluntate bene-
ficiati, vt ſi conſanguinitas interueniat, quam
ipſe ignorabat, aut ſi ſponſa religionem ingredia-
tur, aut ſi nullitas proueniat ex defectu conſenſus
ipſius mulieris, quia vi vel metu coacta, liberè
contrahente beneficiato, aliudve ſimile inuolun-
tarium impedimentum, quia tunc ipſe de ſe fecit,
quantum potuit, vt validum exiſteret matrimo-
nium, ex quo veniam non meretur, ex diſtinctione
ſuperiùs tradita *num. 49. cum ſeqq.* & quia directè
actum fecit beneficio, & clericatui contrarium,
quo proprio facto beneficio renunciaſſe videtur.
Secus verò ſi ex defectu conſenſus beneficiati, quia
non ſanæ mentis, aut vi, vel metu contraxit, vel ſi
cum conſanguinea, cuius ſciebat impedimentum,
vel ſi ex defectu formæ, quam adhibere, erat in eius
poteſtate, vel conſenſus fœminæ, quia furioſa vel
mente capta, cùm idem ſit, ac contrahere cum ima-
gine, pictura, vel dormiente, ſeu alia ex cauſa po-
teſtatiua eiuſdem nullitas proueniat, ſiue ratione
minoris ætatis, cui ſemper venia indulgetur, quia
his, & ſimilibus ſpeciebus ſcienter actum nul-
lum conficere voluit, & ſic non contrarium clerica-
tui, nec beneficio, nec dici poteſt ſuo facto illud
amiſiſſe, prout in eo videri loquuntur Nicol.
Garcia *de benefic. 11. part. capit. 8. à num.* 4. P. Th.
Sancius *de matrimon. lib. 3. diſput. 2. num. 3. & lib. 7.*
diſput. 43. num. 5. cum ſeqq. Farinac. *1. part fragm. lit.*
C. verb. Clericus, num. 328. Auguſt. Barboſa *de offic.*
Epiſcop. 3. part. allegat. 57. n. 207. Gracian. *diſcept. fo-*
renſ. 1. tom. cap. 5. num. 39. & per plures ab eis allega-
tis. Quamuis contrarium velle videatur Zaball. *com.*
q. 147. n. 4. verſ. ſed contrariũ. † Et nulliter contrahens 72
matrimonium contrahere aliud non impeditur, *cap.*
ſignificauit. 2. de eo, qui duxit in matrim. quam pol. per
adulter. Marc. Ant. Cuchus *inſtit. maiorum lib. 5. tit.* 12.
num. 8. vt vtrumque refert Pelaez *in d. qu. 51. n.* 784.
& ſeq. vbi cũ hac opinione reſidere videtur, quæ ve-
rior & tenenda eſt, de quo dubio latiſſimè agit Ricc.
de iure perſon. lib. 7. c. 2. per totum.

Nec obſtat *dict. l 4. recop. quæ eſt*, 81. *Tauri*, quæ 73
continet caſum ſpecialem, quo mulier, ſiue ſponſa
iniuriam marito, ſeu ſponſo intulit, quæ locum
etiam habet, dum matrimonium, ſeu ſponſalia nul-
la exiſtunt, & ideò etiam eius pœna, quare huc
adduci non valet, nec quidem cætera allegata iura.

Digitized by Google

Atque ita nullitate matrimonij prouenienti à cauſa
voluntaria ipſius grauati, aut quam à principio
præuidit, & nihilominus contraxit. cùm actum nul-
lum apertè conficere voluiſſet indignus ad obtinen-
dum maioratum non redditur, ſecus verò ſi à cauſa
in initio incognita, aut contra vel præter ipſius vo-
luntatem, vt dixi.

74 Secundò teſtator, ſeu fundator in limine ſuæ fun-
dationis grauare poterit ſucceſſores, vt matrimoniũ
contrahant cum fœminis certæ agnationis, ſeu fa-
miliæ, & quidem cum certa fœmina determinatè,
75 † tum quia rei ſuæ adiicere poteſt, quas voluerit
conditiones, quas ſi ſeruent vocati capient bona,
ſin verò non, omnia amittent ex vulgatis iuribus,
in l. in conditionibus 19. *l. pater*, 101. *de condit. & demonſt. l. non aliter*, 69. *de leg.* 3. *l.* 17. *Tauri*, & alia
penes Chriſtoph. de Paz *de tenuta*, 2. *part. cap.*
36. *ex num.* 2. *verſ. conditiones*, & *num. ſeqq.* 1. dixi
76 ſuprà in princip. huius §. † tum quia etſi matri-
monia libera eſſe debeant, tamen præmij ſpe poterit
quis ad ea allici, & inuitari text. *in l. Titio* 71.
§. 1. *l. Titio*, 96. §. *fin. de cond. & dem. l. fin. de ſtatu liber.* P. Thom. Sancius *de matrim. lib.* 1. *quaſt.*
33. *num.* 6. & 7. Gracian. *diſcept. forenſ.* 2. *tom. cap.*
209. *num.* 24. & 25. Marc. Anton. Genuenſ. *pract.*
Eccleſ. q. 738. *num.* 2. Bonacin. 3. *de contract. quaſt.*
1. *punct.* 4. *num.* 10. *verſic.* Hunc ſequitur primò Pe-
77 laez *in d. quaſt.* 51. *num.* 3. † tum quia conditio, *ſi*
nupſerit, iure approbata eſt *in l. cum ita*, 63. *de cond. & dem.* & de iure regio, *in l.* 14. ibi, *ſi caſare con tal ome*,
l. 22. ibi, *ſi caſare con tal muger*, *tit.* 9. *part.* 6. & ex
pluribus congeſtis per Manticam *de coniect. vlt. vol.*
lib. 14. *tit.* 14. *num.* 1. & à P. Thom. Sancio citato in lo-
co per Gracian. *diſcept.* 5. *tom. cap.* 963. *ex num.* 1. Bona-
cin. loco citato Mol. *de primog.* 2. *cap.* 13. *nu.* 28. vbi
Additionat. plures congeris, præcipuè Caſtillo 5. *contrauerſ. cap.* 128. Baſil. de Leon 3. *de matrim. cap.* 6.
n. 18. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 6. *gl.* 3. §. *n.*
78 56. † Tum denique, quia ſicut poteſt teſtator præ-
cipere, quòd ſua bona ad certas veniant perſonas: ita
ſimiliter, vt ad eas non vadãt per matrimonium cũ
eis à ſuis hæredibus & ſucceſſoribus initum; & ideò
poterit aſſignare quoſdam, cum quibus contrahere
poſſint, vt ad illas ſua perueniant bona, non ad alias,
ſecundùm text. *in l. codicillis*, 89. *alias*, *l. Lucius*, 88. §.
Sceuola codicillis, *d. l.* 2. cum ſimilibus, ita tenent &
plures, quos referunt Pelaez *de maiorat.* 1. *p. q.* 50. *ex*
n. 1. & P. Th. Sancius in citato loco. Immò ita grana-
tus ſtatim adimplere tenetur, & ſi ſemel renuat, licèt
poſtea pœniteat, nihilominus bonis carebit, ex Paul.
in l. 1. *num.* 4. *C. de inſtit. & ſubſt.* & bene intellexit Gra-
cian. *diſcept. forenſ. tom.* 1. *capit.* 137. *numero.* 2. 9.
& 10.

79 Ampliatur primò, vt procedat etiam, ſi fun-
dator conditionem adiiciat, quòd ſucceſſor tenea-
tur in matrimonium eam ducere, quæ ex turpi
progenie aut vilibus parentibus, aut ex deſcenden-
tibus à Iudæis, Sarracenis, ſeu hæreticis orta ſit,
tum ex dictis, quæ omnia locum habere in hac
80 videntur ſpecie, † tum quia non ducendo nomina-
tam, ſe inhabilem reddit ad ſucceſſionem maio-
ratus, ſeu vinculi, *ex l. filiusfam.* 114. § *Diui*, *de*
leg. 1. *l. peto.* 69. §. *fratre herede.* 3. *de leg.* 2. *l. pater*,
38. §. *Iulius*, *Agrippa*, 4. *de leg.* 2. Quintilia. Man-
doſ. *in proœmio gloſſa*, *facultat. fol.* 5. *colum.* 3. *verſicul. pracepto*, Hieron. Gracian. *conſil.* 66. *lib.* 2.
tum etiam quia cum hoc onere maioratum capere
debet, aut illùm amittere, ex adductis per Cob-
barr. *in Epitome de ſponſalib.* 2. *part. cap.* 3. §. 3.
num. 7. cui adde Decium *in l. vlt. notab.* 3. *de inſtitut. ſiluanuptial. lib.* 2. *numero* 28. *pag. mihi*, 142.
Roland. *de lucro dotis*, *quaſtion.* 31. *numero* 9. Man-
tica *de coniectur. lib.* 1. *titul.* 18. *numero* 2. & 4.
Molina *de primogen. lib.* 2. *capit.* 13. *numero* 28. † 81
tum quia pro præcepto patris, & grauamine ab
eo poſito (ſi à patre inſtitutio fiat) præſumen-
dum & ſemper ſtandum eſt, *leg. nec in ea* 12. §.
fin. ad l. Iul. de adulter. l. 7. *tit.* 18. *part.* 4. facit in
ratione ſui, *l.* 27. *Tauri*, † tum denique, quia ſi- 82
cut valet conditio contrahendi matrimonium cum
ſtuprata, ex Mantica *de coniectur. vlt. vol. lib.* 11.
tit. 12. *numero* 27. & 30. & docet contra Carol.
Riuin. Pelaez *de maiorat.* 1. *p. q.* 10. *n.* 11. valere etiam
debet conditio contrahendi cum maculata.

At contrarium verius coniicio, immò quòd reie- 83
cta ſimili conditione grauatus, quam maluerit, du-
cat, & maioratum, ſeu vinculum impune retineat,
† tum quia hæc eſt condititio turpis aduerſus ſan- 84
guinem nobilem, & proſapiam immacolatam, &
reiicienda, venit, *ex l. conditiones*, 9. *l. conditiones*,
14. *de condit. inſtit. leg.* 32. *titul.* 9. *part.* 6. & aliis
adductis ab Anton. Peregrin. *de fideicom. art.* 21. *num.*
116. *in fin.* alias iure non valeret, prælegatum, velut
relictum cum contumelia legatarij, *vt in l.* 3. *vbi gl.*
verb. ad ignominiam, *C. Quem ad in teſtam. aper. l. turpia de leg.* 1. *l. quoties*, 9. §. *ſi quis nomen*, vbi *gloſſ. verb.*
contumelia, *de hered. inſtit.* Gracian. *diſcept. forenſ. tom.* 2.
cap. 214. *num.* 62. † tum quia conditio, quæ exiſtima- 85
tionem lædit impoſſibilis in iure iudicatur, elegans
& ſingularis text. *in l. in eadem* 10. *ex quib. cauſ. maior. l. filius*, 15. *in fin. de condit. inſt. l. nepos Proculo*, 125.
circa fin. de verb. ſign. Chaſſan. *in Catalogo lib.* 1. *conſid.* 2. *num.* 4. Andr. Tiraq. *de nobilit cap.* 20. *num.* 6. *cum*
duobus ſeqq. Craueta *de antiq. temp.* 1. *part. ſect. non*
omitto num. 7. Menoch. *conſil.* 202. *num.* 3. *cum ſeqq.*
Gerard. de Petra Sancta *ſing.* 82. *per totum*, *lib.* 4. Ol-
drad. *conſ.* 93. *num.* 4. *in fin.* & *num.* 5. & *conſ.* 16.
Thema tale eſt, *num.* 2. † vbi plura iura adducit, 86
quæ verò nullam iure parit obligationem, *l. mulier*,
20. *de condition. inſt. l. obtinuit.* 3. *de condit. & demonſtr. l.* 3. *tit.* 4. *part.* 6. *cum ſimilibus*, nec viris nobi-
libus, & honoratis facilè eſt eius implementum, &
ſic eam reiicere iure permiſſum, tradit plura Ant.
Pichard. *in* §. *impoſſibilis num.* 14. *inſt. de hered. inſt. &*
probat. l. 3. ibi, *& generalmente ſon llamadas impoſſibiles ſegun derecho todas las conditiones, que ſon contra*
honeſtidad de aquel a quien ſon pueſtas contra buenas
coſtumbres, o contra obras de piedad, contra derecho natural. tit. 4. *part.* 6. † tum quia licèt ex taciturnitate 87
præſumatur conſenſus filiæ, quam pater ſponſo tra-
dere vult, *ex cap. fin. de deſponſat. Impuber.* & tenent
communiter DD. relati à Bonac. *de matrim. q.* 1. *pun.* 1.
n. 11. *ad* 1. *obiect.* non habet hæc præſumptio locum,
cùm indignum genere, aut moribus ei pater eligit,
nec filia obedire tenetur vt in textu *in l. ſed quæ*, 12.
de ſponſalibus, & ex Corduba, Velarmino, Salon,
& aliis probat P. Thom. Sancius *de matrimon. lib.*
4. *diſput.* 23. *num.* 8. *verſic. vel ſi pater indigno.* † tum 88
quia ignominioſam ducere vxorem dedecorum
eſt filiis, parentibus, & vniuerſo generi, ad quod
obſtringi non debet, ex ſingulari text. *in l. non tantum*, 3. § *ſi emancipatus*, 5. *de bonor. poſſ. contra tab. &*
l. 32. ibi, *o contra ſu fama, o deshonrra de los parientes*
del, no debe ſer guardado tal mandamiento, *tit.* 9. *part.* 6.
Gracian. 5. *tom.* 1. *cap.* 62. *num.* 4. & admiſſa ſemel ma-
cula vniuerſam progeniem ita inficit, vt deleri po-
ſtea nunquam valeat, vt pluties dixi, & probat *ex l.*
fin. de ſtatu liber. Pelaez 1. *par. de maiorat. q.* 50. *num.* 92.
optimè Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 5. *gl.* 1. *p.* 1. *ex num.*
103. Et quidem iure æquiparatur indigno nubere, &
turpem vitam agere, P. Rebell. *de obligat. iuſt.* 2. *part.*
lib. 2. *quæſt.* 14. *ſect.* 1. *numero* 16. *verſ. Quod ſi obiicias*,

Card.

Card.Tuſch.*lit. E.concl.577.num.* 14 *tom.* 3. Rimin.
Iun.*conſ.* 133. *num.* 17. Aluarez de Velaſco qui hos
refert *de priuileg. pauper.* 1 *part. quæſt.* 17. *num.* 10.
Indigna quidem dicitur, non ſolùm quæ turpis eſt
in ſe,ſed etiam quæ eſt de genere inæquali, familia,
ſeu nobilitate, ex Bat.*in l.ſi rogatus,& de man.vindic.*
Io.Andr.*in c.ſuper eodem, el 2 de teſt.* Gracian. *diſcept.
for.5.tom.cap.863.num.* 14. *&* 15. Fontanella *ex d. n.*
89 103.*cum ſeqq.*† Tum quia iuſſio,vt cum indigna con-
trahatur non magis obligat, quàm generalis nu-
ptiarum probibitio, quæ inefficax omnino eſt,text.
eſt,*in l.cum ita legatum 63. §. videamus, de condit. &*
90 *dem.*† tum quia turpis conuerſatio coniugis, quam
plerúmque habent deſcendentes à maculatis, vt
pluries probaui, ſufficiens cauſa eſt recuſandi pro-
miſſas nuptias,text.*in l.mulier.5.§ hic illud quoque*, 1.
C.de ſponſal. Anton.Cucus *lib.3.inſtitut. maior.tit.* 10.
91 *ſub num.* 63.† Tum etiam quia torpis perſona ea di-
citur,vt eius coniugium recuſari iuſtè valeat, quæ
talis eſt ſecundùm regionis conſuetudinem *ex l. &*
92 *ſi quis*, 14. *hac actio, de relig. & ſumptibus funer.* † vt
in noſtra Hiſpania ſunt omnes à Iudæis & Mauris
deſcendentes,vt pluries probaui, & animaduertuot
Alphonſ.à Caſtro *de iuſta heret. punit lib.* 1. *cap.* 7.
verſ.Fateor,tamen,Simanc.*de Cathol. inſt.tit.*35.*nu.* 5.
Ignac. del Villar *in ſylua reſp.* 12.*ſub num.* 35. *verſ.
Intellige*.Auendan.*de mandat.Reg.lib.*1.*cap.*19. *n.* 20.
Fontanella *num.97.citato loco,& clauſ.* 6. *gloſ.* 3. *part.*
93 4.*n.*26. †conditio, quia macula in ſanguine contra-
hitur,turpis & cõtra bonos mores rectè iudicatur,&
licitè, atque impunè ſpernitor,*l.reprehẽdenda 5.C.de
inſtit.& ſubſt.*Card.*in cap.tanta quæſt.* 16. *Qui filij ſint
leg.*Socin.Iun.*conſ.*51.*num.6.lib.*1. Quam opinionem
ſequitur pluribus relatis Pelaea *de maiorat.* 1. *part. in
d.quæſt.* 50. *à num.* 1. *cum ſeqq. pluribus*, & plura ad
propoſitum cumulat & de grauato contrahere cum
deſcendente à Iudæis, & Mauris ſpeciatim agit *à
num.*91.*cum ſeqq.*& ſequitur P.Thom.Sancius *de ma-
trim.lib.*1.*diſput.*33.*num.* 11, vbi *num. ſeq.* cum Coſta
& Tello limitat in vidua, de qua limitatione, licèt
plurimùm dubitem, cùm ſimilis conditio quoad
omnes pro non facta habeatur, nunc tamen non
diſputo, conuenit etiam Mantica *de coniect. vlt. vol.
lib.*11.*cap.* 18. *num.* 5. dicens ſimilem conditionem
reiici, ſi honeſtè nubere non poſſit, *per l. cum ita le-
gatum,*63.§.1.*de condit.& dem.l.*2. vbi Paul.Caſtrenſ.
C.de condit.inſt.& per Socin.*in l.quoties num.*1.*de con-
dit. & demonſt.* Curt. Iun. *conſ.*81. *num.* 8. & plures
apud Gracian.*tom.5.diſcept.for.cap.865.per totum*,Io.
Lup.*in cap.per veſtras,not.ab.2.§. quod habet concurrere
num.4.&* 12.*de don.inter.*Surd. *de alim. tit.* 1. 96. *num.*
21.Mantic.*de tac.& amb.2.tom lib.*14 *tit.*45. *num.* 25.
& nouiſſimè aliis relatis, Velaſco *de priuileg. pauper.
2.p. quæſt.64.ex n.12. & ſeqq.*

94 Ex quibus confirmatur egregia opinio D. Io.
Guttierr.*lib.*1.*can.* 20. *à num.* 9. *cum ſeqq. vſque ad n.*
23. volentis quòd licèt pater regulariter loquendo
non poſſit matrimonia filiorũ impedire, & ſi faciat,
poterit Iudex ordinarius eos coniungere, ſpretis
Concilij Tridentini denunciationibus, tamen ſi fi-
lius ignominioſam ducat vxorem, licitè poterit im-
pediri à patre, & ordinarius non licitè licentiam
95 præſtabit, vt contrabat omiſſis denunciationibus,†
quia pater iuſtam cauſam habet, & rectum eſt im-
pedimentum eius, non comprehenſum in Concilij
Tridentini diſpoſitione, quæ tantùm procedit,dum
iniuſtè impediuntur nuptiæ, & ſine legitima cauſa,
vt pluribus probat Guttierr.*ibidem*, & contrariis ſa-
tisfacit *à num.*24.*cum ſeqq.*quæ rationabilis, & iuſta
eſt opinio, quam ſequendam omnibus Iudicibus
96 Eccleſiaſticis conſulo, quia pater honorem ſuum,&
ſuæ progeniei iuſtè & naturali æquitate ſuadente
defendit, & pro viribus iuuandus eſt à iudicibus,
quam etiam tuentur Enriquez *de matrim.lib.* 11.*c.*6.
*num.*5.Did Perez *in l.* 1. *tit* 15. *lib.* 8. *ord.* Segura 2.
*part.direct.Iudic.*16.*ex num.*8.*cum ſeqq.* Menoch. *conſ.*
69 *a num.*29.*vol.*1.P.Thom. Sancius *de matrim.lib.*3
*diſp.*9.*ſub num.*10.Filiuc.1.*tom. tract.* 10. *cap.* 4. *num.*
126 †Sicut econtra dum pater, aut tutores volunt, 97
vt virgo indigno nubat iuſtam præſtant cauſam
diſpenſandi in denunciationibus vt cum digno con-
trahat,ſecundùm Spin. *de teſtam. gloſſ.* 15. *num.* 31.
Segura 2.*part. Directory*, *d.cap.*16. *num* 15. Fr. Em-
man. Roderic. *in ſum.* 1. *tom. cap.* 217. *num.* 2. *con-
cluſ.*1. *in* 2. *editione.*P. Thom. Sancius *in d. diſp.* 9.
num. 15. †Et licèt filius patri non ſubiiciatur, nec 98
obedire ei teneatur in his, quæ ad vitæ pertinent
ſtatum,velut ingreſſus religionis, & contractus ma-
trimonij,tamen dum indignam in vxorem ducit, cu-
ius qualitates plurimùm dedecoris,& infamiæ proli
ſunt allaturæ, patri renuenti obedire tenetur, aliàs
mortaliter peccabit, ſecundùm P. Thom. Sancium
de matrim. lib. 4. *diſp.*23.*ſub num.*.9.Io. Guttierr.*eod.
tractat.cap.*79 *num.*16. qui alios plures adducunt, &
Mart.Bonacin.*de matrim quæſt.*4.*punct.*17.*num.* 18. † 99
& cum deſcendens à Iudæis, & Mauris illius reſpe-
ctu, qui puri ſanginis eſt, ſit communiter indigna
reputata, vt dixi pluties, & ſuperiùs num.92.Et de-
ciſum fuit in Senatu Siciliæ apud Maſtrillum *deciſ.*
163.*num.*14.& per Senatum Sebuſian.*in allegat defin.*
2.*lib.*5 *tit.*2.*de nuptiis*,prout refert Fontanella *d.num.*
103. iuſtiſſima ex cauſa habebit in ea locum præ-
dicta opinio. † Et quòd filia ignominioſo, & indi- 100
gno nubens poſſit à patre exheredari probant relati
à Cobbart.*in Epitome de ſponſalib.*2. *part. cap.* 3. §. 8.
*num.*7.Pelaez *de maiorat.d.quæſt.*50.*num.* 84. qui non
meminere de textu ad hoc expreſſo *in l.nõ tãtum,*3.§.
ſi emancipatus,5.ibi, *cum poſſit cuius iure ſuo vti,eumque
exheredare*, iunctis verbis præcedentibus, *de bon.
poſſ.contra tab.* † Licèt hodierno die, de hac exhere- 101
dationis cauſa perplorimùm ſit dubitandum, cum
comprehenſa non ſit, in Auth. Vt cùm *de appellat.
cognoſc.§.Aliud.quoque capitulum,collat.*8.& ideò con-
trarium voluit Io. Guttierr.*d.lib.*1.*can.*20.*ſub nu.*10.† 102
vbi vult; quòd tantùm pater eum priuare poterit à
tertio, & quinto, in quo aliis filiis poteſt conſti-
tuere meliorationem, non verò in ſua legitima,
quod ſequendum firmiter teneo, cum P. Thom.
Sancio & pluribus ab eo allegatis *de matrim. lib.* 4.
*diſp.*24.*num.*3.*&* 15.& ab Emman. Barboſa *remiſſ ad
ord.Luſit lib.*4. *tit.* 88. §. 1. *num.* 1. *pag.* 186. & cum
Mart.Bonacina *in 4.decalogi præcept.diſp.* 6. *quæſt. vn.
punct.*6 §.3.*num.*9.*pag mihi*, 271 & quòd pater poſ-
ſit denegare dotem filiæ nubenti indigno voluerunt
Præpoſit. *in cap.*1.*de ſponſal.*Ripa *in l. . n.* 59 *ſol. ma-
trim* Iul.Clar.*pract.crim. quæſt.* 82. Marc. Anton. Ge-
nuenſ.*pract.Eccleſ.quæſt.*7, 8.& aliis penes Mart. Bo-
nacin.*in 4.præcept.decalogi diſp.*6.*quæſt.vn. punct.* 6. §.
2.*num.*1.*verſ.amplia quarto, & num.* 2. Filiuc. 1. *tom.
tract.*10.*cap* 4 *num.* 133. *& ſeq.* licet hi contrarium
verius oſtendant, maximè dum non habet ex quo ſe
poſſit alere,quia tunc tantum præſtare ei pater debet
quantum ad alimenta ſufficiat, ſecus ſi habeat vnde
ſe poſſit alere, videantur allegati per Emman. Bar-
boſ.citato loco,*n.*16.

Quæ omnia intelligenda puto, cùm grauatus 103
puri, & immaculati ſanguinis eſt, qui nullo modo
conſtringi poterit ad ſe, & ſuam maculandum pro-
geniem, nec ideò ad maioratum, nec vinculum
amittendum ex ſimili turpi non adimpleta conditio-
ne ſecundùm ſuprà dicta. Si verò impuri ſanguinis
eſt, in eo videri, nullam poteſt excuſationem in-

Digitized by Google

104 tendere ad non contrahendum, † tum quia non recté excuſat ſimilem maculam contrahere, quam iam radicaliter in ſe habet, arg. l. eum qui, 14. §. Iulianus, 1. de furtis, & expendi poteſt elegans text. in l. cum mulier. 47. ſol. matrim. & text. in l. ex facto, 17. §. ſi quis rogatus, el 1. ad S. C. Trebel. l. cum pater, 77. §. volo. 13. l. Lucius, 88. §. Dama, & Pamphilo, 12. de leg. 2. l. generaliter, 6. §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſt. cap. ſi hæreticus, 16. 2. quæſt. 7. Suarez tom 1. comm. opin. lit. N. pag. 314. & lit. F. verb. Filij naturales, 2. pag. 288. Simanc. de Cathol. inſtit. tit. 64. num. 41. Gracian. reg. 297. num. 1. cum ſeqq. maximè 14. Dec. in cap. in præſentia, num. 125. & ſeq. de probat, Menoch lib. 4 præſumpt. 78. num. 34. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 9. num. 15. Amaya 1.
105 obſeru. 11. num. 31. in fin. † tum quia, ita expreſsè probari videtur in l. arenam, 11. ibi. Niſi fortè, & ipſe ſimilis conditionis ſit, C. de inoffic. teſtam. vbi, Arenarius, nec infamis non valet reiicere alium ſimilem ſibi,
106 vt ibi tenent Bart. Bald. & communiter DD. † tum etiam, quia fratrem, qui turpis eſt, non habere inofficioſi querelam contra fratris teſtamentum, in quo eſt turpis heres inſtitutus, voluit gloſſa, verb. infamia. in l. fratres, 27. C. de inoff. teſtam. vbi, Salic. & Iaſ. num. 6. Ang. in l. 1. de inoff. teſtam. & facit text. in cap. nihil iniquius 2. 32. quæſt. 6. & l. 27. tit. 7. part. 1. l. 1. & 3. tit. 8. l. 2. tit. 17. part. 6. & quæ tradit Angul. in l. 11, gloſſ. 3. n. 4. & 5. tit. 5. lib. 5. recop. Nec mater luxurioſè viuens filiam propter luxuriam exheredare poterit, vt colligitur ex gloſſa verb. profeſſionis, in d. Auth. vt cũ de appell. cognoſt. §. Aliud quoque Capitulũ, Greg in l. 5. verb. desheredar, tit. 7. part. 6. & plures apud Emman. Barboſ. citato loco num. 14. & apud P. Thom. Sancium d. lib. 4 de matrim. diſput. 14. ſub num. 7. verſ. Ma-
107 ter autem, † tum quia, ex labe ſuæ vxoris non plus grauatur, nec ſui filij denigrabuntur, nec maius damnum, nec repulſam patientur, quàm ex propria iam contracta macula, cùm ex ea excluſi nihilominus maneant ab honoribus puritatis obtinendis, & æquè maculati dicantur ex vna, ſicut ex pluribus maculis, vt ex Perezio de Lara de Capellan. 2. part. cap. 4. num. 73. & Valençuela conſ. 90 num. 43. probaui ex aliis rationibus ſuprà hac eadem quæſt. § 2. ex num. 38. cum ſeqq. quare hunc debere adimplere conditionem, & nuptias cum maculata contrahere, aut maioratum, ſeu vinculum amittere, verius, & in praxi ſeruandum ſuadent, ni fortè macula grauati non ita grauis, aut certa ſit, ſicut quæ adeſt in perſona poſita ſub conditione, cum ex grauiori, ſeu nigriori labe onus iuſtè timeatur maius, qua ſpecie poſſunt locum habere, quæ ſuperiùs pro negatiua congeſſi.

108 Amplia ſecundò, vt etiam procedat, quamuis grauatus aliam ducat ex præcepto parentum, tum quia durum & inhumanum erit ita illudere vltima defunctorum elogia, & cauſam dare illa irridendi, tum etiam quia ſimilis parentum dolus filiis nocere iure ſolet, vt dixi ſuprà num. 47. quare ita voluit Pelaez in d. quæſt. 50. num. 60. & in foro conſcientiæ Ludouic. Lopez 1. part. inſtruct. cap. 36. fol. 1037. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſſ. 3. part. 4. num. 29. & 31. licèt contrarium habeamus P. Thom. Sancium de matrim. lib. 1. diſp. 33. num. 13. & quos ipſe refert, circa quod, & ſimilia dubia videantur vtetque Mol. de primog. cap. 13. num. 12. & de inſt. 1. tom. tract. 2. diſput. 176. idem P. Thom. Sanc 4 diſp. 23. num. 9. Bellarm. de matrim. cap. 19. propoſ. 3. Ledeſm. eod. quæſt. 47. art. 6. dub. 1. Gracian. reg 83. num. 9. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 2. num. 6. cum ſeqq. Caſtillo controuerſ. 4. cap. 25. ex num. 48. cũ ſeqq. pluribus, Philip. Paſchal. de virib. patr. pot. 2. part. cap. 5. num. 16. & quamuis plures ſint prædictæ regulæ de qua ſuprà num. 74. & ſeqq. ampliationes, & limitationes, nunc eas omitto breuitatis cauſa, & quia non plurimùm conducunt noſtro principali tractatui, & interim videri poterunt penes P. Thom. Sancium in d. diſput. 33. & 34. & apud Pelaez de maiorat. 1. part. d. quæſt. 50. & 51. per totas, & apud Fontanel. locis ſuperius citatis.

Tertiò, poteſt fundator grauare vocatos, vt certum nomen, & arma ferant, quod adimplere tene- 109
buntur, alias fidei commiſſo carebunt, ex l. cum filius, 76. §. Pater. 5. de leg. 2 ibi, Nepoti plus tribuas in honorem nominis mei, l. Titia, teſtamento, 8. §. Seia. 2. ibi, & in patria ſtatui cum ſubſcriptione nominis mei, de Auro & arg. leg. l. hoc iure, 19. §. fin. ibi, ſi iuraſſes te nomen meum laturum, de donat. & tenent communiter DD. vt conſtat ex adductis à Molina de primog. lib. 2. cap. 14. num. 10 & 25. & Molina Theolog. de iuſt. & iure tract. 2. diſp. 615. Meneſes in Rub. de fideicomm. num. 5. verſ. Quarta ratio, Aluarad. de coniect. mente lib. 2. cap. 1. §. 1. num. 22. & 31. & ſeqq. & nouiſſimè Pelaez de maiorat. 2. part. quæſt. 4 illat 8. num. 40. & ſeqq. maximè 74. & 75. in 2. editione, Peregr. de fideicomm. art. 11. num. 121. Valençuela conſ. 90. num. 158. Gracian. diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 288. num. 14. & 26. vbi quod concernit honorem & commodum teſtatoris, & memoriam domus & agnationis eius conſeruat, & Pere-
aius de Lara in compendio cap. 13. num. 23. † Sicut 110
etiam præcipere poteſt, ne ſucceſſor maioratus arma, nec nomen certæ familiæ deferat, ſecundùm Andr. Tiraq. in tract. de nobilit. cap. 6. num. 17. pag. 68. & relatos à Pelaez citato loco n. 52.

Quod primò amplia, vt delatio nominis, & armo- 111
rum continuata debeat eſſe, tum quia ex eorum natura, & aſſuetis facere continuationem requirunt, arg. l. hæredes palam, 12. §. 1. verſ. Sed etſi notam. Qui teſtam. fac. poſſint, l. ſi ſeruus plurĩ, 50. §. fin. de leg. 1. † tum 112
etiam quia actus momentaneus non ſufficit, vbi continuatio requiritur, l. fin. in fin. ibi, Qualis vſusfructus poteſt ei acquiri, qui momentarius eſſe oſtenditur, C. de bonis quæ liber. tenent. Andr. Theſaur. deciſ. 170. num. 1. cum ſeqq. Pelaez num. 322. citato loco, & Perezius de
Lara in d. cap. 13. num. 25. † Et quidem delatio nomi- 113
nis ſtatim à tempore adeptæ poſſeſſionis incipere debet, per l. mulier 20. §. ſi quis hæreditarium, de condit. inſtit. Guido Papa deciſ. 251. armorum verò tempore congruo, & aſſueto, ſic intelligo Gracian. diſcept. forenſ. cap. 198. à num. 10. Pelaez num. 50. & Laram. 27. citatis in locis, niſi aliud ſit tempus à teſtatore ſignatum, quia id adimpleri debet abſque aliqua interpellatione, l. fin. C. de reuoc. donat. Io. del Caſtillo lib. 5. controuerſ. cap. 136. num. 79. verſ. ex his quidem, per plures cumulat Ricciol. de iure perſon. lib. 1. capit. 2. num. 10.

In aliis verò oneribus, & grauaminibus rei natu- 114
ra, & conſuetudo, eiúſque vſus inſpici debent, vt ita adimpleantur, ſicut eſt congruum, & vſitatum, ex Theſauro num. 36. & Lara numero 26. citatis in locis.

Ampliatur ſecundò vt delatio armorum & nominis ſine intermiſſione, & contractu accipiatur ſucceſſiuo & perpetuo, ex text. in l. 1. §. hoc interdicto, de itin. actuque priuato, Ant. Theſaur. citato loco n. 24. vbi plures adducit, Pelaez de maiorat. 4. part. quæſt. 21. num. 21. intellige cum diſtinctione præcedentis ampliationis, & prout declarant alij plures penes Gracian. Marchia deciſ. 187. num 9.

Ampliatur tertiò, vt non tantùm poni poſſit in 115
conditione nomen & arma paterna, ſed etiam materna, vt probant Burg. de Paz conſ. 3. num. 45. cum ſeqq. & Pelaez citato loco d. illat. 8. num. 45. ſicut & poterit filius portare nomen matris, quæ patre nobilior eſt, ex cap. Raynucius, 17. de teſtam. docet Lam-
bert.

bert. *de iure patron. lib. 2. part. 2. art. 4. 3. quæſt. princip.*
116 *num. 3. fol.* 150. † licèt parum ſit honorificum nomen patris deſerere, & aliud ſumere, ex Ripa *reſp.* 131. *n.* 17. Pelaez citato loco *n.* 319.

117 Amplia quartò, quod etſi onus deferendi nomen & arma tantùm poſſit imponi his qui ſunt de familia, & agnatione, niſi in eorum defectu, tradit, Nicol. Boëri. *deciſ.* 146 *num.* 6. tamen verius eſt, quòd etiam extraneis poſſit imponi, vt tenet Manrica *de coniect. lib.* 8. *tit.* 17. *num.* 9. Craueta *conſ.* 830. Pelaez citato loco *num.* 78. & clauſulam teſtamenti, vbi ita fuit diſpoſitum ad literam refert Lara *n.* 37. *in fin.* citato in loco.

118 Amplia quintò, quòd ex præcepto deferendi nomen & arma præſumitur maioratus erectio, & fœminarum excluſio, ſecundùm Sarmient. *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo num.* 17. *de leg.* 3. adducentem pro
119 hoc Guid. *deciſ.* 467. † & arguit ſubſtitutionem fideicommiſſariam, non vulgarem, vt tradunt Anchart. *conſ.* 27. Bart. Socin. *conſ.* 12. *ad fin. lib.* 1. Tib. Decian.
110 *conſil.* 4. *num.* 15. *lib.* 2. † Intellige tamen, quoad præſumptionem, & coniecturam aliis iunctis; nam ex ſolo hoc præcepto nec maioratus erectio, nec fœminarum excluſio præſumitur, ex Burg. de Paz *in proœm. legum Tauri num.* 111. Molina *de primog. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 34 *& lib.* · *cap.* 14. *à num.* 7. *cum ſeqq.* D. Io. del Caſtillo *lib.* 5. *controuerſ. cap.* 136. *num.* 74. *&* 75. Lara citato loco *num.* 53. *&* 54. Gracian. *diſcept. forenſ.* 2. *tom. cap.* 288. *num.* 27. plures apud addition. Molinæ 1. *de maiorat. cap.* 5. *num.* 34.

121 Amplia ſextò, vt nec Princeps poſſit diſpenſare in hoc grauamine deferendi nomen & arma, vt ex Cobharr. Molina, & aliis tradit Anton. Theſaur. *deciſ. Pedem.* 270. *num.* 6. relatus à Pelaez citato loco *num.* 159.

Amplia ſeptimò, vt omittens deferre nomen & arma non ſolùm priuetur maioratu, aut fideicommiſſo, vt dixi ſuprà num. 109. ſed vt velut prædo reſtituere debeat omnes fructus perceptos à die ſaltim omiſſionis, ex text. *in l. liberto,* 21. *§. Lucius,* 3. *de ann. leg. l. ſi hæres.* 12. *de condit. cauſa data,* tenet Bart. *in l. quibus diebus §. Thermus, ſol. vlt. de cōdit. & dem* & aliis relatis Anton. Theſaur. *d. deciſ.* 270. & Peregrin. *d. art.* 11. *ſub num.* 121. ſicut etiam in omnibus conditionibus honorem reſpicientibus teſtatoris ſeruatur, dum non adimpletur *ex l. liberto,* 21. *§. Lucius,* 3. *de ann. leg. l. ſi hæres* 11. *de condict. cauſa data,* Pariſ. *conſ.* 15. *col. fin. & conſ.* 16. *num.* 52. *cum ſeqq.* Gracian. *Marchiæ deciſ.* 187. *num.* 8. non autem, ſi in vim modi ſimile grauamen adiiciatur ex P. Mol. *de inſt. diſp.* 615. *num.* 3. Pelaez 2. *de maiorat. quæſt.* 4. *illat.* 8. *ex num.* 37. & Vincent. Fuſarius *de ſubſtitut. quæſt.* 447. *num.* 2. *&* 3. Additio ad Molin. 2. *de primog. cap.* 14. *num.* 23. *verſ. Declaratur tertio, & ſeq.*

122 Sed nunc limita primò, vt ſimilis conditio non præſumatur niſi expreſſa fuerit in fundatione, tum quia deficit iuſſio teſtatoris, & diſpoſitio legis, Auth.
123 *de non elig. ſecundò nubent, §. optimum,* † tum etiam quia priuatio pœna eſt, nec inducitur, vbi expreſſa non eſt, *l. & ſi quis,* 14. *§. diuus,* 14 *de religio. l. & ſumpt. funer.* Mol. *lib.* 3. *de primog. c.* 36. & in terminis Lara citato loco *n.* 31. *& ſeq.*

124 Limita ſecundò, vbi pœna impoſita eſt per teſtatorem ſuum non deferenti nomen, quæ locum non habet, dum morte præuentus non potuit adimplere, *ex reg. l. multa* 6. *in princ. & l. Pater, Seuerinam,* 101. *de cond. & dem.* tradit Simon de Prettis *de interpret. vlt. vol. lib.* 4. *dubit.* 4. *num.* 34. *&* 35. cum adductis à Pelaez *d. illat.* 8 *n.* 49.

125 Limita tertiò in minore, qui reſtitui poteſt aduerſus omiſſum nomen & arma, tum quia ex qualibet noviua læſione reſtituitur, ſecundùm Mol. *de primog. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 61. Io. Gutierr. *lib.* 1. *pract. quæſt.* 52. *num.* 4. Capic. *deciſ.* 13. *num.* 4. Franc. *deciſ.* 439. *n.* 7. † 126
tum quia reſtitui poteſt ex non adimpleta conditione, vt in *l.* 3. *§. & ſi hæres ſit inſtitutus,* 8. *de minorib. l. pupillorum,* · *C. de repud. hæred. l.* 5. *tit.* 19. *part.* 6. D. Io. del Caſtillo *lib.* 5. *de coniect. vlt. vol. cap.* 27. *num.* 3. *&* 4. Lara ſuprà *n.* 29. *& c.* 28. *n.* 91.

Limita quartò propter ignorantiam, nam ad im- 127
plementum ſcientia requiritur, vt probatur *in l.* 2. *in fine de condit. & demonſt.* Bald. *in l.* 1. *quæſt.* 9. *C. de inſt. & ſubſt.* Andr. Tiraq. *de retract. §.* 35. *gloſſ.* 4. *num.* 15. *pag.* 715. Zephal. *conſ.* 312. *num.* 120. *lib.* 2. Pelaez citato loco *ſub num.* 43. *& num.* 198. *in* 2. *editione.* Et ideò interpellationem requiri, vt grauatus priuetur ob omiſſionem deferendi nomen & arma, ex Mol. *de primog. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 20. *vſque ad* 24. tenet Gracian. *diſcept. for. tom.* 4. *cap.* 798. *num.* 10. quod verum eſt, ſi in vim modi ſit grauamen appoſitum, ſecus ſi in vim conditionis, vt bene Matienço *in l.* 7. *gloſſ.* 1. *titul.* 7. *lib.* 5. *recop.* P. Mol. *numero* 4. citato loco. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 447. *num.* 13. *addit.* ad Mol. *d. num.* 23.

Limita quintò, vt licèt adimplere conditionem 128
grauatus debeat ad obtinendum maioratum, ad deferendum tamen arma teſtatoris neceſſe non habet,
ſua derelinquere, † tum quia coniunctio armorum 129
non tollit effectum prætenſum à teſtatore, Bart. *in l. ſi conſul. num.* 1. *de adopt.* Bald. *in l. Titia textores,* vbi Alexand. *num* 6. & Iaſ. *num.* 6. *de leg.* 1. Felin. *in cap.* 2. *num.* 19. *de probat.* Andr. Gail. *in tract. de Arreſt. Imperij*
cap. 6. *num.* 26. † tum quia ſub ſimplicibus mixtum 130
continetur, *l. ſi ita ſcriptum,* 13. *in princ. de lib. & poſth.* Aceb. *in l.* 23. *num.* 2. *tit.* 8. *lib.* 7. *recop.* plura apud Aug. Barboſ. *Axiom.* 152. *per totum, pag.* 97. maximè cùm agitur de valore vltimæ voluntatis, *l. ſi ita facta,* 14. *de iniuſto rupto,* Iaſ. *in l. ſi mater, n.* 9. *C. de inſtit. & ſubſtit.*
† Et ſic arma teſtatoris mixtim cum aliis afferri po- 131
terunt, vt mos in noſtra eſt Hiſpania, & receptum ab eius ſcriptoribus Pet. Barboſ. *in l.* 5. *num.* 50. *ſol. matrim.* Mol. *de primog. lib.* 2. *cap.* 4. *à num.* 29. *cum ſeqq.* Pelaez citato loco *num.* 87. D. Io. del Caſtillo *d. cap.* 136. *à num.* 77. Valençuela *conſ.* 69. *num.* 76. & ſeq. Lara citato loco *num.* 35 *& ſeq.* Gracian. *diſcept. forenſ. tom.* 4. *cap.* 645 *num.* 17 niſi aliud ex mente teſtatoris colligatur, vt tenent plures cumulati per Additionat. ad Mol. *d. c.* 14. *n.* 26.

Limita ſextò, in turpi, & inhoneſto nomine, quod 132
ferre nemo tenetur, tum quia quaſi infamiam, & dedecus importat, ſecundùm Salic. *in l.* 1. *in princ. C. de ſum. Trinit.* Bart. Chaſſan. *in Catalogo part.* 11. *conſid.* 23. *verſ. ex quibus conſtat, per l. ſed ſciendum,* 7. *in fin. ad Trebel.* docet Valençuel. *conſil.* 90. *num.* 17 *in fin* Gracian. *diſcept. for. tom.* 4. *cap.* 798. *num.* 12. *&* 13. faciunt
tradita ſuprà *ex num.* 84. *cum ſeqq* † tum quia ex bono 133
nomine bona, & ex malo ſiniſtra oritur ſuſpicio, & plus creditur bonum nomen habenti, quàm habenti malum, vt notatur *in cap. in noſtra,* 32. *de teſtib.* Franc. Niconitius *in repetitione cap. quoniam contra falſam,* vbi Abb. *num.* 46. *de probat.* Io. Neguzant. *in ſylua nup-*
tiali, fol. mihi, 99. † tum quia ex nomine arguitur qua- 134
litas, tradit plura Valençuel *conſ.* 77. *num.* 44. Quare ita in ſpecie noſtra probant Greg. *in l.* 3. *verb. contra honeſtidad, gloſſ.* 7. *tit.* 4. *part.* 7. Mol *de primog. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 25. & nouiſſimè Lara citato loco *à num.* 41. *cum ſeqq.* & eſt de mente Peregrini *de fideicomm. d. art.* 11. *num.* 121. Valençuel. *d. conſ.* 90. *ſub d. num.* 157. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 447. *ex num.* 14. Prettis *de vltima voluntate fol.* 302. *n.* 21. *in fin.*

Quartò principaliter poterit teſtator grauare voca- 135
tos ad maioratum, ſeu vinculum, vt cum nobili non

plebeia contrahant, ex pluribus ſuprà in princip. huius, §. adductis, & tenent communiter DD quos inferiùs adducam, qui ſub pœna amiſſionis maioratus huic conditioni, ſeu præcepto parere teneantur, *ex l. cum ita 61. l. hoc modo, 64. l. hoc genus, 106. de condit. & demonſt.* cum aliis ſimilibus, Io. Guttierr. *lib. 4. pract. quaſt. 8. num.* 2. qua in ſpecie eadem ſunt obſeruanda, quæ in puritate ſuprà dixi, abſque vlla rationis differentia.

136 Circa quam nunc ſpecialiter vnum tantùm dubium diſcutiam: an videlicet grauatus à teſtatore, vt cum nobili contrahat, conditionem adimpleat, contrahendo cũ nobili ex priuilegio de quo dubio loquẽdo in ſtatutis & ordinum ſtabilimẽtis, latè ſuprà egi in §. ex num. 14. verſ. Vnde fluit, cum ſeqq. & agit Lara *d. cap. 4. num 99 de anniuerſ & capellan.* quæ omnia ibi dicta, & reſoluta locum habent in ſpecie de qua loquimur, & erunt videnda pro huius dubij reſponſione, quia ſemel agitata amplius repetere fas non erit.

137 Sed videndum eſt, an vllum conſtitui valeat diſcrimen inter ſtatuta, & hominum diſpoſitiones, quæ nobilitatem expoſcunt? & maximum conſtituit D. Io. Guttierr. *lib. 4. pract. quaſt. 8. à num. 12. cum ſeqq.* quia licèt *in præcedent. quaſt. 7.* dixerat, quòd nobilis priuilegio admitti debet ex ſtatutis nobilitatem requirentibus, & ſic ad obtinendas ordinũ militarium inſignias; poſtea *in d. quaſt. 8.* contrarium totis viribus defendere conatur in quacumque hominis diſpoſitione de nobilitate loquenti, vt videlicet eius præceptum non adimpleat, qui cum nobili ex priuilegio contrahit. At tanti diſcriminis ratio, & cauſa qualis eſſe poteſt?

138 Quatuor quidem ex eodemmet Guttiertez colligere poſſum. Prima quòd licèt Princeps effectus nobilitatis ſanguinis concedere, & vendere valeat, hoc eſt, quoad prærogatiuas, & priuilegia ab ipſomet Principe conceſſa, ſeu à iure ciuili, quod eimet ſubiacet, non verò quoad nobilitatem in hominis diſpoſitione petitam quæ de vera & naturali nobilitate eſt intelligenda, nec ab ea recedere licet, ſed adimpleri eo in ſenſu & forma, qua loquitur, nec poterit Princeps eam derogare per nouas conceſſiones, & priuilegia, vt patet ex eodem Guttiertez *num.* 15. & 16.

139 Secunda, quia leges & ſtatuta non ita abhorrent nobilitatis priuilegia, ſicut boni viri, & nobiles in noſtra Hiſpania, quorum verba circa nobilitatem non ciuiliter, ſed naturaliter, & in proprio ſignificatu ſunt accipienda, verba verò legis, & ſtatuti ciuiliter, & impropriè intelligi valent, vt *in n. 16. vſque ad* 24.

140 Tertia, quia verba legis faciliùs extenduntur: quàm teſtatoris, ex Franc. Mantica *de coniectur. vlt. vol. lib. 3. tit. 4. num. 16.* quare lex, ſiue ſtatutum de nobilibus loquens extendi poteſt ad nobiles ex priuilegio, non verò ita voluntas, & verba teſtatoris, vt ait *in n. 37. & 38.*

141 Quarta, & vltima, quia non agimus de explicatione verbi nobilis, ſed de voluntate teſtatoris inueſtiganda, & intelligenda, quæ in potiori, & vero ſignificatu eſt explicanda, & ſumenda, quia vnuſquiſque ſiue peritus, ſiue ignarus, quod optimũ eſt, amare præſumitur, vt proſequitur idem Guttierr. *n. 45. & 46.* Et licèt his alias addiderit rationes, ſunt tamen communes, & non conſtituunt ſpecialem differentiam inter ſtatuti, & hominis diſpoſitiones.

142 Ex quibus reſoluit Guttiertez cum Pelaez in locis citatis contra Acebedo *in d. l. 1. num. 58. tit. 1. lib. 6. recop* quòd diſpoſitio teſtatoris, ſeu fundatoris quomodocumque præcipiat ſucceſſores contrahere cum nobili intelligenda venit de nobili ex genere, vel ſanguine, quamquam hoc non expreſſerit teſtator, eſto ſit ipſe nobilis ex genere, ſeu ex priuilegio, ſiue plebeius, quia omni caſu, & euentu ſecundùm Guttiertez non ſufficit nobilitas ex priuilegio, niſi expreſſa, & admiſſa à teſtatore fuerit, quæ eſt magna, & notabilis differentia inter ſtatutum & hominis diſpoſitionem.

Sed de veritate huius opinionis tam generalis ad 143
caſus omnes, & ſpecies perpluriorùm dubito, quia
nullam differentiam, nec vim maiorem inuenio in
diſpoſitione & verbis hominum, quàm in Principis
legibus, & in communitatum ſtatutis, † cum vtrum- 144
que ita pro lege ſeruari debeat, vt ad plus, nec minus
obligare, nec extendi debeat, vt conſtitutum habemus in voluntate teſtatoris *in l. 1. ad l. falcid. l.*
verbis, 120. de verb. ſign. Auth. *de nuptiis, §. diſponat.*
collat. 4. cũ cæteris vulgatis, † quæ ſicut lex interpre- 145
tatur, *in l. ſi duo, 38. de adquir. hæred. l. hæredes mei 57. §.*
cum ita, : ad S. C. Treb. Peralta *in l. Proculo num. 28. de*
leg. 2 Iac. Menoch. *lib. 4. præſumpt. 22. & fin.* Iaſſ. Maſch.
de probat. concl. 1417. à num. 1. † Statuta itidem ſicut 146
leges obſeruari, & interpretari debent, *ex cap. 1. de*
locato, cap. ex parte, 31. de verb ſign. duar. in l. 1. de ac-
quir. poſſ. cum adductis ſuprà quæſt. 2. & 3. † Et ſicut 147
leges perpetuæ ſunt, ita & ſtatuta, ex adductis *à gloſſ.*
1. in fin. in cap. à nobis, el 1. de ſent. excomm. & in cap. 2.
verb. ſtatuto, de conſtitut. lib. 6. vbi communiter DD.
Anton. de Butrio *in cap. fin. de offic. deleg.* Gambara *de*
officio & poteſtate ind. leg. à latere, lib. 8. tit. de poteſt.
leg. in legib. & ſtatutis, ita vt in nihilo ſtatutum à lege
differat. Igitur nec à voluntate teſtatoris, nec econ-
tra, † quæ ita ſimilia ſunt, vt valeat argumentum 148
de voluntate teſtatoris ad legem, & ſtatutum, &
econtra, vt pluribus docet Nicol. Euerard. *in topicis*
loco, 46. à lege ad teſtatorem, & loco, 47 ab vltima vo-
luntate ad legem, ſtatutum, vel conſuetudinem, & plures
refert Auguſt. Barboſa *loco 36. num. 2. pag. 315. & loco,*
60. num. 1. pag. 323. vbi de argumento legis ad teſta-
torem, *& d. loco 36. n. 3. & loco 105. n. 4. pag. 334.* vbi
de ſtatuto ad vltimam voluntatem.

Fateor tamen libenter cum eodem Guttiertez, 149
quòd voluntas teſtatoris adimplenda eſt in nobili
ex ſanguine ſi expreſsè de eo loquatur, ſiue ex legi-
timis hoc inueſtigari valeat coniecturis, *l. licet Impe-*
rator. 74. de leg. 1. cum ſimilibus adductis per Man-
tic. *de coniectur vl. vol. lib. 3. tit. 19. num. 4. & 5.* Anton.
Peregr. *de fideicomm. art. 11. num. 4.* † Et coniecturata 150
voluntas ex præſumptione legitima manifeſta dici-
tur, Iac. Menoch. *lib. 1. præſumpt. 37. num. 13.* plura cu-
mulat Pelaez *de maiorat. 1. part. in initio à num. 21.*
cum ſeqq. Valençuela *conſ. 78. num. 32. & 33.* † Et ita 151
coniecturata proprietati verborum præfertur, *ex l.*
cogi, 16. in princip. & §. ſed etſi quis, 5. l. ex facto, 17. §.
fin. l. Sceuola, 76. ad S. C. Treb. Mantica citato loco *lib.*
7. tit. 3. num. 1. Pelaez citato loco *num. 16. & num. 41.*
& 42. † Et non ideò in hoc differt à lege ſeu ſtatuto, 152
quorum mens ſi inueſtigari coniecturis valet, ſe-
quenda venit etiam contra verborum proprietatem,
l. benignius, 18. cum l. ſeq. de legib. cum aliis eiuſdem tit.
l. nominis, 6. §. verbum, de verbor. ſign. cum ſimilibus
pluribus apud Auguſt. Barboſ. *Axioma, 222. num. 1.*
pag. 135.

At in noſtra ſpecie conſtituamus ſtatutum nobi- 153
litatem requirens ſimpliciter & diſpoſitionem teſta-
toris, quæ totidem verbis, & eadem forma nobili-
tatem expoſcat, abſque eo quòd coniectura ſit pro
teſtatore quæ non ſit pro ſtatuto conſtituemus ne
aliud in ſtatuto, aliudque in hominis diſpoſitione?
Nequaquam, cum omnimoda deficiat ratio & nobi-
litas, quæ ſufficiens ſit ad vnum, ſufficit etiam ad
aliud.

aliud. Quare igitur D. Io. Guttierr. *in d. quæſt.* 7.
aliud in ſtatuto, aliúdque in vltima maluit volun-
tate, *in d.q.*8.

154 In inquirendíſne coniecturis poterit vllum adeſſe
diſcrimen inter ſtatuentes, & teſtatores? nequa-
quam etiam: quia ſicut inueniri poteſt teſtator no-
bilis ex ſanguine, alius ex priuilegio, plebeiúſque
alter, ita etiam hæ qualitates inueniri poterunt in
ſtatuentibus, & ſi inſpiciamus vtrorúmque mentem,
quia ſicut teſtator intendit qualitates ſuæ familiæ,
& generis augere; ita ſtatuentes ſuæ communitatis
155 auctoritatem, & decorem ampliare; † finis enim om-
nium ſtatutorum vtilitas eſt publica, & bonum Tri-
bunalium & communitatum, vt in his puritatis ani-
maduertit Did. Velaſquez *in defenſ. ſtatuti Tolet. cap.*
19. *in fin.* & dixi latè ſuprà quæſt. 2. num. 53. & quæſt.
4. §. 2. num 1. & 35. & 51. Et ſicut doctus inueniri
poteſt teſtator, ita & doctiſſimi ſtatuentes, qui pro-
156 prietatem verborum inueſtigent, † quæ tunc atten-
di oportet, ſecundùm Bart. Chaſſan. *in Catalogo
glor. mundi 8. part. conſideration. 17. verſicul. cum
autem conſuetudines*, Crauera *in Rub. numero*
157 13. *de leg.* 1. † Et ſi deſcendamus ad ſtatuta
ordinum militarium, de quibus loquimur, qui
fuerunt ſtatuentes? Nónne nobiliſſimi? nónne ſuo-
rum Ordinum ſplendoris & auctoritatis vigilantiſ-
ſimi? quis quidem teſtator potuit in hoc illos præ-
ferre? Igitur nulla inueniri poterit ſufficiens diſcri-
minis ratio inter ſtatuta, & hominum diſpoſitiones.
Licèt fatear has qualitates clariùs in teſtatoribus
apparere, quàm in ſtatuentibus, quia illorũ perſonæ
certiores ſunt, & omnibus magis notæ, ex quo, nec
ex perſonarum ignorantia, diuerſa ratio conſtitui
poteſt, ſed tantùm probatio difficilior redditur,
quod ad ius non attinet, nec rem adimit, nec eius
ſubſtantiam mutat ex iuribus notis, & vulgari-
bus.

158 Fateor etiam, quòd teſtatoris qualitates inſpici de-
bent ad eius voluntatem inueſtigandam, *ex l. plenum,*
12. §. *Equitis*, 4. *de vſu & habitat. l. ſi vno*, 4. *Locati, l. ſed
& quæſitum*, 6. *de liber. & poſth.* cum adductis ab Ant.
Gamma *deciſ.* 386. *num* 4. Pelaez *de maiorat.* 2. *part. in*
159 *initio num.* 352. † Et quod ſi teſtator excelſa generis
fuerit nobilitate prædirus, debet in dubio eius vo-
luntas de ſanguinis nobilitate intelligi, non verò de
priuilegiario, habemus enim præſumptionem ex
conditione, & qualitate teſtantis deductam, quæ hoc
ita credendum nobis ſuadet, in qua ſpecie libenter
aſſentio cum eodem Io. Guttierrez *d. quæſt.* 8. *num.* 43.
& cum Pelaez *d. quæſt.* 51. *num.* 12. in aliis verò codi-
cibus *num.* 102. quibus conuenit Acebedo *in d. l.* 1.
num. 58. contra Gregor. Lop. *in l.* 3. *gloſſ. con villana, tit.*
160 21. *part.* 2. † Et licèt hac in ſpecie contrarium in ſta-
tutis videatur eſſe, quibus ſatiſſit nobilitas priuile-
giaria, quamtumuis nobiliſſimi ex ſuo fuerunt ſan-
guine ſtatuentes, hoc eſt, quia Princeps ſupra ſtatuta
eſt, & ſupra leges, & poteſt nobilitatem indulgere,
quæ ſit ſufficiens ad omnia ſtatuta, & leges, non verò
ad voluntates hominum, quæ ei non ſubiacent, vt
innuit Gut. *in d. q.* 8. *n.* 15. & 16.

161 Sicut etiam dum teſtator, cuiuslibet ſit condi-
tionis, requirit expreſsè nobilitatem ſanguinis, non
poterit eius diſpoſitio verificari in priuilegiaria,
quia vbi aperta ſunt verba, eſt & nota voluntas,
quam ſequi omnino debemus, vt plura, & vulgaria
probant iura, & probauit idem Io. Guttierr. ibidem
n. 42. & plures apud Auguſt. Barboſ *in d. Axioma.* 222.
162 *num.* 32. *pag.* 137. † Nec hac in ſpecie contrarium dici
poteſt in ſtatuto, cuius ſpecifica verba ſequenda ſunt,
ſicut voluntas teſtatoris, vt probaui ſuperiùs hac
quæſt. 5. 5. illat. 1. Niſi Princeps ſpecialiter aliud vo-
luerit, † quia in dubio derogato non inducitur, ſe- 163
cundùm Cobbarr. 2. *part. de ſponſal. cap.* 8. *num.* 6. Pa-
dilla *in l. cauſas, num.* 6. *C. de tranſaction.* Menoch. *in l.
conſ.* 294. *lib.* 3.

At erit ne idem dum teſtator nobilitatem ſimpli- 164
citer expoſcit nulla ſuæ voluntatis adiecta demon-
ſtratione, & ipſe eſt nobilis ex priuilegio, ſeu igno-
bilis, & plebeius? excluſúmne iudicabimus nobilem
ex priuilegio? plebeiúſne, aut nobilis ex priuilegio
non erit contentus cum nobilitate priuilegiaria: &
ſi hoc negemus cum Guttierrez *num.* 44. *vſque ad*
48. & cum Pelaez *à num.* 102. locis citatis, qua ratio-
ne, qua præſumptione, ſeu coniectura hoc aſſerere
audemus? † quia nulla eſt in ipſa diſpoſitione, nec in 165
teſtatoris qualitatibus, nec in iure; & ſi his locis
deficiunt rationes, & coniecturæ pro illorum ſenten-
tia, vnde eas inquiremus, vt inuenire valeamus?

In ipſa diſpoſitione patet, cùm in ea nullum 166
verbum ſit, nec huiuſce rei mentio, vt præſupponi-
mus, ex quo id deducere poſſimus, & loquimur
in diſpoſitione, quæ nobilitatem ſimpliciter expoſ-
cit; † ſub cuius nomine nobilitas priuilegiaria con- 167
tinetur, vt probaui ſuprà in d. §. 5. pluribus in locis,
& probat Alphonſ. Narbona *in l.* 14. *gloſſ.* 4. *num.* 23.
& 24. *tit.* 2. *lib.* 6. *recop. pag.* 816. & ſic in ea diſpoſitio
verificatur, & adimpletur abſque dubio vllo.

In teſtatoris qualitatibus etiam patet, nam ſi ple- 168
beius eſt, præſumere non poſſumus ſpreuiſſe nobi-
lem ex priuilegio, nec eum reiicere voluiſſe; & mul-
to minus † ſi nobilis priuilegiatius eſt, paruipendiſſe 169
nobiles ſimiles ſibi, ſecundùm Menoch. *lib.* 4. *præ-
ſumpt.* 78. *num.* 34. & *conſil.* 318. *num.* 16. *lib.* 4. Sim. de
Prettis *lib.* 2. *de interpretat. defunct. volunt. ſolut.* 2. *num.*
301. & *lib.* 3. *dub.* 4. *ſolut.* 1. *num.* 75. P. Molina *de iuſti-
tia tract.* 2. *diſp.* 174. Alexand. *conſ.* 94. *num.* 12. Zepbal.
conſ. 111. *num.* 20. & *conſ.* 23. *num.* 42. Tib. Decian. *reſp.*
5. *num.* 25. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 425. *num.* 12. & quaſi in pro-
pria ſpecie deciſum habemus *in l. ex facto*, 17. §. *ſi quis
rogatus*, 4. ibi, & *in libertino, eodem conliberto hoc ſcri-
pſit, ad S. C. Treb.* Verba quidem bene intellecta per
Cuſ. *lib.* 8. *reſp.* Pap. *in d.* §. *ſi quis*, telatum nouiter per
Amayam 1. *obſeru.* 12. *num.* 30. vbi præſumitur, quòd
libertinus noluit reiicere conlibertinum ſimilem ſi-
bi, & *in l. arenam* 11. §. *de inoff. teſtam.* cum iuribus ad-
ductis ſuprà ex num. 104 cum ſeqq. † & defectus pa- 170
tiens non poteſt eoſdem in alio damnare, nec oppo-
nere, *l. eum qui* 14. §. *Iulianus*, 4. *de furtis, cap. ſi hæreti-
cus*, 26. 2. *quæſt.* 7. cum cæteris citato loco, videndus
Pet. Greg. *ſyntagm. Iuris, lib.* 33. *num.* 15. Maſch. *de pro-
bat. concl.* 857. *num.* 4. Iacob Simanch. *de Cathol. inſtit.
tit.* 64. *num.* 42. † nec quis præſumitur abhorruiſſe à 171
qualitate ſua, ſecundùm Anchatr. *conſil.* 339. *ex n.* 10.
Tiraq. *de iure primogen. quæſt.* 10. *in fin.* Menoch. *lib.* 4.
præſumpt. 85. *num.* 4. Peregrin. *de fideicomm. art.* 25.
num. 18. Molina *de primog. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 73. plures
adducit Pelaez *de maiorat.* 1. *quæſt.* 51. *num.* 196. & 2.
part. quæſt. 6. *num.* 236. & 237. & probat Perezius de
Lara *de anniuerſ. & capellan. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 116. † vbi ait, 172
quòd præſumitur, quemlibet diligere ſimilem ſibi, &
odio diſſimilem habere ex Horatio, & Ouidio quos
refert. Igitur nec plebeium nec nobilem priuile-
giarium reieciſſe nobilem ex indulto Principis præ-
ſumendum eſt, vt infrà ad 4. contrariæ ſententiæ la-
tiùs dicam.

In iure etiam omnis ratio, & cauſa prædicta de- 173
ficit opinionis, cùm quæſtio non tam iuris ſit, quam
facti, nec plus ius præſumit, quam quod ex verbis,
ex dignitate, ex voluntate, ex conditionéque teſta-
toris inueſtigari valet, vt *in d. l. ex facto*, 17. §. *ſi quis
rogatus*, ibi, *Sed hoc ex dignitate & ex voluntate, & ex
conditione eius, qui fideicommiſit, accipiendum erit, ad S.
C. Trebel.*

*C.Trebel.*atque probat *gloſſa fin per text.*ibi, *in l.fin.de iureiur.*Franc.Mantica *de coniectur.lib.1. tit. 5. per totum*,& cum ex verbis, nec ex conditione teſtatoris huic opinioni contrarium excogitari non poſſit, vt prædixi, ſequitur quòd nec iure, vt ſpeciatim caue-tur *in d §.ſi quis rogatus.*

174 Quare eſt aſſerendum in propoſita ſpecie cum eodem Guttierrez & Pelaez citatis in locis, quòd dum voluntas expreſſa adeſt expellendi nobilem ex priuilegio, aut teſtator nobilis in ſanguine eſt, manet excluſus nobilis priuilegiarius,nec grauatus cum eo contrahens matrimonium adimplebit conditionem,nec fideicommiſſum capiet, ſecus verò dum nobilitatis conditio ſimpliciter adiecta eſt ab ignobili,ſeu nobili ex priuilegio, nam verificari poterit in nobilitate de nouo à Principe conceſſa,vt in eo videri rectè voluit Acebed *in d.l.1.num.58.* atque intellexit opinionem Greg,Lopez *in d.l.3.gloſſ. con villana,tit.21.par.2.*

175 Nec tunc obſunt rationes contrariæ, quas ſummauimus ſuprà ex eodem Guttierrez. Non prima nam licèt Princeps nec derogare, nec mutare valeat voluntates teſtatorum per ſua priuilegia, poteſt tamen ex ſuprema ſua poteſtate nobilitatem creare,in qua ſupremæ morientium voluntates in ſpecifica adimpleantur forma, quæ cùm vera nobilitas dicatur, reiecta non debet dici ex generali diſpoſitione, niſi reiiciatur expreſsè, aut ex legitima coniectura.

176 Nec ſecunda, quia licèt quidam ex ſanguine nobiles nobilitatis rideant priuilegia,nó ita ignobiles, nec priuilegiarij, quibus ad hoc omnis deficit cauſa, & ratio, & nobis etiam ad hoc præſumendum, & dum Plebei in deriſum, & opprobrium habent pecuniis emptam nobilitatem, non eſt reſpectu ipſius
177 nobilitatis, † ſed quia emitur ab aliquibus vilis, & impuræ proſapiæ, in quibus ingentiores eiicit tenebras, quàm ſplendorem, non verò ſi ematur ab eo, qui ex puris & claris parentibus natus eſt, & nihil habet,quo nobilitas nigreſcat, ſed potius magis, ac
178 magis ſplendeat. † Ego tamen ſimiles nobilitatis emptiones non conſulerem, ſed vt quiſque ſuiſmet factis,ac virtute conſequi eam intendat,quæ eſt vera nobilitatis emptio,ex Andr,Tiraq.*de nobilitate cap.4. per totum.*Bart.Chaſſan.*in Catalogo,8.part. conſid. 15.* Acebed.*in Rub.à num.31.cum quatuor ſeqq.tit.2.lib. 6. recop.* & plura de hac nobilitate cumulat Augnſt. Barboſa *de offic.Epiſc.1.p tit.2.gloſſ.27.n.14. cum ſeqq. pluribus.*

179 Vnum verò ex ratione, quam ſuprà tetigi, animaduerto, quòd ſi nobilis ex priuilegio, aut plebeius, qui ſuo fideicommiſſo nobilitatis adiicit conditionem fuerit ſanguine purus,& immaculatus reiicere, eſt intelligendus,nobiles maculatos, quia homines ſimilis conditionis perplurimùm abhorrent nobiles impuri ſanguinis, & maximè eis infeſti ſunt,nec credendum admittere voluiſſe eos, qui cum ſua macula denigrabunt progeniem, quam intactam ab omni labe ſeruare,& illuſtrare intendit.

180 Nec obſtat tertia ratio,tum quia in hoc dubio non agimus de extenſione voluntatis defuncti, ſed de eius intelligentia per rationem comprehenſiuam in ipſa diſpoſitione, vt ſciatur, quando nobilitatem
181 ex priuilegio excludat teſtator, quando verò non,† tum etiam quia ſi de extenſione ageremus,ita habet locum in voluntate defuncti,ſicut in lege, & ſtatuto,quæ omnia quoad vim, & effectus iure parificantur,vt ſuperiùs oſtendi,& optimè Anton. Peregr. *de fideicomm.art.19.num.31.per text.in l. Gallus, 29. §. & quid ſi tantum,5.de lib.& poſth.l.mulier. 22. in princip. ad Trebel.l.ſi quis heredem,7.C.de inſtit.& ſubſt.* Gloſſ.
in l.tale pactũ,§.fin.de pactis,† & ſicut lex rationi ſub- 182
iacet, ita & teſtantium vltima elegia ratione diſcuti & explicari debent *ex l.cum mulier, 47. ſol. matrim. l.ſcire oportet.13.de excuſat tutor.l.fin.* vbi Paul. Iaſ. & & Alexand.*C.de verb.ſign.*Anton.Pichard. *in princ.§.*
3.num.46.inſt.de hered.quæ ab inteſt. † & generalis de- 183
functi diſpoſitio reduci debet ad terminos & limites rationis *l.cum pater,77.§.dulciſſimis*, vbi Bart.& Bald. *de leg.2.l.nomen 34.§ fin de leg.1.l. illis libertis, 34. de cond.& dem.*Pelaez *de maiorat.2.part. in initio n. 438.* & cùm ratio apprehendere plus & minus ſoleat, neceſſe eſt,quòd quælibet vltima diſpoſitio extendatur, & limitetur prout eius ratio patitur, à quo nemo eſt,qui obſentiat.

Nec facit quartum & vltimum fundamentum à Guttierrez adductum,quod nec rationis nomen meretur, nec excogitari à viro doctiſſimo, ſi quidem præſumere non debemus,quòd omnes, etſi viliſſimæ conditionis,ſemper expetunt in ſuis diſpoſitionibus, quod optimum eſt, etſi eis, nec ſuis qualitatibus non conueniat, ſicut nec voluiſſe, qui vilis eſt proſapiæ ſuam aſcendere progeniem ad veram,& perfectam nobilitatem, ſeu dignitatem, nec id præcepiſſe in ſuo teſtamento, ſaltim in cauſa dubia; nam quod dicimus,voluntatem teſtantium regulandam,& interpretandam eſſe ex qualitate, & eorum conditione, intelligendum eſt adæquatè, & proportionabiliter cum teſtantis qualitatibus; non verò vt præſumatur, quòd voluit inadæquatè quod melius eſt, ſit intra, vel extra limites ſuarum qualitatum, & rationis, vt exemplum habemus *in d. l. ex facto,§.ſi quis rogatus,ad S.C.Treb.& d.l.fin. de liber.* vbi licèt liberti potuerint vocare ad fideicommiſſa ingenuos, in dubio tamen præſumitur vocaſſe etiam conlibertos ſimiles ſibi, ne videantur abhorrere à
ſua conditione,& qualitate.† Sicut etiam ad admiſ- 184
ſionem filiorum naturaliũ inſpicitur an teſtator naturalis fuerit,vel non,vt dicam inferiùs num. 188 & ex opinione Io. Guttierrez ſequeretur, quòd nunquam præſumeretur, teſtatorem vocaſſe libertos, nec naturales, etiamſi ipſe eiuſdem eſſet conditionis, cùm ſemper appeteret,quod eſt optimum,aduerſus quod expreſſa habemus iura, & rectè explicuit Pelaez *in d.2.part.in initio, num.* 351. vbi hæc verba, *Inſpicienda eſt qualitas teſtatoris,nam ſi nobilis eſt, veroſimile erit,quod vult id, quod appetunt nobiles illius conditionis, ſi illuſtris,quod illuſtres,ſi plebeius,quod plebei, ſi ex genere infimo, quod deſiderant illius conditionis homines,ſi Clericus, quod clerici,ſi mulier, quod mulieres, ex conditione & qualitate teſtantis, & ſic de ſingulis*, & conducunt tradita per D. Io. del Caſtillo *controuerſ. iuris tom.6.lib.1.cap.82.num.35.& 37.* ita vt præſumptio procedat intra limites qualitatum teſtatoris, quia ſi præſtemus omnibus omne, quod eſt optimum, nulla erit ratio, & nulla differentia, ſed confuſio inter qualitates, & conditiones diuerſas, & omnes nobiles,& plebei,& infimi æquales exiſterent contra omne ius, & rationem, vt ex dictis patet.

Sed quid ſi teſtator nobili conditionem impo- 185
nat nubendi ignobili & plebeio? in quo reſolutiuè dicendum,diuerſam cauſam eſſe maſculi,ac fœminæ; maſculus quidem teneatur parere ſimili conditioni nubendi cum plebeia,quia ipſe, & ſua progenies nihilominus ſuam retinent nobilitatem, vt conſtans, & notum eſt in iure. Fœmina verò nobilis, ſi iubeatur nubere plebeio,parere non tenebitur, quia ipſa & filij eius amittunt nobilitatem, & ſequuntur conditionem mariti plebei, ad quod adſtringi niſi turpiter non poteſt,ex ſuperiùs dictis, vti pluribus adductis tenet Ægidius Luſitan. *in leg. Titia ſi non nupſerit.*

pſeris. 1. part. numero 73. de condition. & dem.
186 Quintò & vltimò principaliter poterit teſtator
præcipere in ſuo teſtamento, & diſpoſitione, quòd
vocati ad fideicommiſſum ex legitimo ſint matrimo-
nio procreati, nec admittatur, qui ex illicito coitu
genitus fuerit; & quòd ſucceſſor illegitimam non
ducat vxorem; quod omnino adimpleri debet, tam
187 ex ſuprà dictis,† quam licèt illegitimi ſint inhabiles
ipſo iure ad ſimiles ſucceſſiones, vt probaui ſupra, §.
188 præced. num. 11.† tamen prohibitio teſtatoris addita
prohibitioni legis multum operatur, *ex Auth. de non
alienandis, aut permut. reb. Eccleſ. §. Sanctiſſimus*, Pelaez
2. *part. quaeſt.* 2. *num.* 14. *&* 4. *part. quaeſt.* 4. *num.* 11. *&*
12. *&* faciunt tradita per Auguſt Barboſ. *Axiom.* 79.
num. 4. *pag.* 50. *de legitimatis*, an ſtante prædicta pro-
hibitione admitti valeant, dixi ſupra in §. 6. huius
189 quæſtionis.† An verò in dubio naturales vocari cen-
ſeantur, tetigi ſuperiùs *n.* 183. *ex text. in l. ex facto*, 17.
§. *ſi extraneus*, 4. *ad Trebel.* & ſunt videndi allegati à
Mantic. *de coniect. lib.* 3. *tit.* 11. *per totũ, & lib.* 11. *tit.* 9. *n.*
15. Dec. *in c. in praeſentia n.* 43. *in fin. de prob.* & D. Io. del
Caſtillo loco proximè citato. Paleot. *de notis & ſpur.
cap.* 27. *num.* 7. Emman. Coſta *in cap. ſi pater, verb. Abſ-
que liberis, num* 42. *de teſtam.* Menoch. *lib.* 4. *praeſumpt.*
78. *num.* 34. Peregr. *de fideicom. art.* 28. *num.* 46. latè
Auguſt. Barboſ. *Appellat.* 99. *ex num.* 13. 19 *& ſeqq.*
D. Io. de Pereja, *in d. cap. in praeſentia, ex num.* 46. vbi
latè, Andr Gail. *lib.* 2. *obſeruat.* 136. Molina *de primog.
lib.* 3. *cap.* 2. *à num.* 3. alter Mol. Theol. *de iuſt. tract.* 2.
diſput. 174 D. Franc. de Amaya *lib.* 1. *obſeruat. cap.* 12.
ex num 29. Sim. de Prettis *de interpret. vl. vol. lib.* 2. *ſol.*
2. *à num.* 101. Menoch. *lib.* 4. *praeſumpt.* 78. *num.* 34.
Pelaez *de maiorat.* 1. *part. quaeſt.* 51. *à num.* 202. *cum ſeqq.*
190 † vbi etiam agit de ſucceſſione filiorum naturalium,
& illegitimorum, de quo etiam Io. Guttierr. *lib.* 3.
pract. quaeſt. 53. *&* *quaeſt.* 15. *& ſeq.* Io. à Roxas *de ſucceſ.
cap.* 11. *per totum*, Matienço *in l.* 7. 8. *&* 9. *tit.* 8. *lib.* 5.
recop. vbi etiam Acebedo, Anton. Pichard. *in princip.*
§ 6. 7. *&* 8. *inſt. de hared. qua ab inteſtato*, Matta *de ſuc-
ceſſ. legali* 1. *p. q.* 16. *art.* 1. *n.* 30. Zaball. *comm. q.* 164. *per
totam.*
195 E contra verò pater habens facultatem regiam ad
erigendum maioratum poterit deficientibus filiis
legitimis nominare filios naturales ex text. *in l. vlt.
C. de natur. liber. & l. fin. in ratione ſui, tit.* 17. *part.* 6. *& l.*
9. *Tauri*, Ant. Gomez *in l.* 10. *Tauri*. Matienço *in l.* 9. *gl.
gloſſ.* 1. *num.* 9. *tit* 8. *lib.* 5. *recop.* filios autem illegitimos,
& ſpurios, ex damnatóque coitu natos inſtituere
patet, nec nominare non poterit, ſecundùm Auth.
ex complexu, C. de inceſtis nupt. & tenent ſuprà dicti
DD. & ſimul quid dicendum ſit reſpectu matris, quæ
ſemper certa eſt, quos videre lector poterit, quia
hîc de hoc latiùs agere non eſt meum, nec præſens
patitur inſtitutum, quibus noſtra feliciter quarta
finitur quæſtio.

QVÆSTIO V.

De natura, & eſſentia iudicij, quo de probanda nobilitate, & ſanguinis agitur puritate.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium in quo de puritate probanda agitur ordinarium eſt, contrarium*, n. 4. & ſeqq.

2 *Diſceptatio eſt praecipua cauſa ordinarij iudicij.*

3 *Iudicia è principaliori cauſa nomen accipiunt.*

4 *Iudicium extraordinarium quid?* & num. 37. *Inquiſitionis quale, & quibus ſeruatis in ea procedatur*, & num. 5. & 37. & 38. *Vbi an hodie extraordinarium ſit.*

5 *In puritatis iudiciis proceditur omiſſis iuris ſolemnitatibus*, ſub d. n. 5.

6 *Stylus probandi puritatem ſeruatus in communitatibus, vbi ſunt ſtricta ſtatuta iuſtus, iuridicus, & neceſſarius, & iure eſt approbatus*, n. 40. & 41.

Teſtes in cauſa ſtatus iure recipiuntur ſine litis conteſtatione, ſub d. n. 6.

7 *Productio teſtium regulariter fit cum partis citatione.*

8 *Citandus in omni actu praeiudiciali qui damnum ex eo ſentire poteſt.*

9 *Factum citatione omiſſa nihil.*

10 *Citatio neceſſaria non eſt, dum agitur de probanda habilitate alicuius ad ei conferendum aliquam dignitatem, ſeu officium. Niſi agatur de ea probanda in contradictorio iudicio*, num. 11. *Dum agitur de aliquo remouendo ab officio ſeu dignitate iam poſſeſſa*, num. 12. *Licèt aliud praxi ſeruetur*, num. 14.

Requiruntur tamen pleniores probationes, & plenior ad repellendum cauſa, num. 15. *Ea opus non eſt, dum agitur de animis iudicum informandis circa promouendorum qualitates*, n. 18.

13 *Durius eſt è poſſeſſione eiici, quàm ab initio non admitti.*

Cauſa conſeruationis fauorabilior eſt, quàm noua adquiſitionis, ibid.

Ius quaeſitum faciliùs retinetur, quàm de nouo adquiritur, ibid.

16 *Cautius agendum, vbi periculum eſt in fama, & ſimul in patrimonio.*

17 *Ius in re difficilius tollitur, quàm ius ad rem.*

19 *Solemnitates iuris non requiruntur in probandis ex officio qualitatibus ſanguinis.*

Iudices poſſũt in cauſis honoru ex officio examinare teſtes in calculo ferenda ſententia ad coadiuuandum alias probationes, ibidem.

20 *Iudex poteſt ſequi propriam conſcientiam omiſſis probationibus, dum agitur de conferendis officiis, & dignitatibus publicis, etiamſi eam habeat in confeſſione ſacramentali.*

21 *Ordo clam & ſecretè procedendi de more ſeruatur in omnibus Tribunalibus, & Communitatibus vbi ſunt ſtatuta puritatis.*

Praetenſor conſenſum praeſtat circa ſeruandum ſolitum modum & ſtylum, & cum hac conditione velle videtur, & ſe ſubiicit ſtatuto, ſeu

to, ſeu conſuetudini communitatis, ibid.

22 *Contractus acceptari videtur cum omnibus ſuis clauſulis, pactis, & conditionibus, etiam ab ignoranti.*

23 *Volens accipere emolumentum præſumitur velle portare onus; onus ſponte ſuſceptum etiam ſine commodo reportari debet*, ibidem.

24 *Vtens iure aliquo debet eo vti cum omnibus ſuis qualitatibus.*

25 *Quaſi contractus initus cum communitatibus, & Tribunalibus approbatus cenſetur à Prætenſore cum omnibus ſuis qualitatibus & intrinſecis conditionibus ſeruatis ex conſuetudine.*

26 *Factum præſumitur quod eſt conſuetum.*

27 *Contractus ex conſuetis interpretatur.*

28 *Ordo ſacer accipitur cum tacita conditione ſeruandi caſtitatem, etſi expreſsè non voueatur, & quamuis eius ignarus fuerit ſuſcipiens.*

29 *Prætenſor ſe ſponte ſubmittit imperfectæ probationi, & ſolitum ordinem approbat, maximè ſecundùm requiſita ſtatutorum, non ex aliis modis extraneis, & iuri non congruentibus.*

30 *Solemnitates omnes iudicij ex conſenſu partis poſſunt omitti, & litis conteſtatio*, ibid. *& citatio*, numero 31. *Publicatio*, numero 33.

32 *Pars efficere poteſt, vt eo abſente iudex teſtes recipiat.*

34 *Conſenſus tacitus idem ac expreſſus operatur.*

35 *Conſuetudini inueteratæ omnes ſuum præſtant conſenſum.*

36 *Conſenſus ex conſuetudine præſumitur.*

39 *Copia inſtrumentorum in puritatis iudiciis aduerſario non datur, ſed ex officio comprobantur.*

40 *Solemnitates aliorum iudiciorum rectè omittuntur ex ſtatutis puritatis. Nec hoc plurimùm à iure communi deuiat*, n.41.

41 *Macula, nec ignobilitas generis non probaretur, ſi publicè, & ſolemniter res ageretur.*

42 *Iudicia puritatis non ſubiicere regulis iuris communis, quomodo intelligendum.*

43 *In cauſis puritatis proceditur ex conſuetudine ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, hoc eſt omiſſis iuris ſolemnitatibus, & ſecundùm propriam conſcientiam, & veritatem, & ſicut Princeps, & Deus iudicaturus eſſet*, num.44. *& an tunc videantur ſublatæ probationes, & citatio*, n.45.

46 *Diſceptatio non eſt propriè in puritatis iudiciis.*

47 *Veritas viſis contrariis, & re ſæpius agitata melius apparet.*

48 *Cognitione plena deficiente deficit cauſæ vera diſceptatio.*

NON meum eſt hìc agere de iudiciis nobilitatis, in quibus agitur de eius probatione, vt quis nobilis à nobilium iudicibus declaretur, de quo integri ſunt tractatus Io. Arce ab Otalora, & Io. Garciæ a Saauedra Galleci, & etiam Andreæ Tiraqueli & Boni de Curte, & aliorum plurium, quorum mentionem feci in præcedenti quæſtione; ſed tantùm agam de iudiciis puritatis & nobilitatis probandæ, vt locus ſit admiſſioni ad officia Sanctæ Inquiſitionis, ad ordinum inſignias, Collegia, & Eccleſias, quæ puritatem, & nobilitatem in admittendis expoſcunt, quæ valde ſunt diſſimilia à cæteris prædictis iudiciis, vt ex dicendis apparebit.

Et videtur, quòd iudicia ciuilia ſunt ordinaria, 1
quia in eis apparent omnes ordinariorum iudiciorum qualitates, eſt enim Iudex, actor, & reus, qui ſunt iudicij ordinarij requiſitæ perſonæ, vt *in cap. forus, de verb. ſign.* & proceditur ex partis, prætenſoris videlicet, petitione, vt *in l. reſcripto. 6. §. ſi quis, 1. de muner. & honor. l. ſi pupilli, 6. §. fin. de neg. geſt. l. nihil aliud. 51. de act. & oblig. c. vn. vt eccleſiaſtica beneficia, ſine demin. confer.* Adeſt etiã teſtiũ receptio, & cauſæ concluſio, admittuntur teſtium repulſæ, & inſtrumentorum, & ſi fortè puritati, aut nobilitati aliquid interueniat aduerſum contraria recipitur probatio, &
defenſio; † eſt quidem vera cauſæ diſceptatio, quæ 2
præcipua cauſa iudiciorum ordinariorum eſt, *ex d. cap. forus*, ibi, *dum diſcutitur iudicium eſt*, *l. rem non nouam 14.* ibi, *Iuris diſceptatores, C. de iudic.* vt ordinarij tenent omnes in dictis *Rub. ff. & C. & Decretalium, de iudiciis*, & practici in ſuis locis, Octauiano *de Stylo Curiæ lib. 3. cap. 1.* Hug. Don. *ad tit. C. de action. in princ.* Iul. Pacio *lib. 3. comm. tit. 1. cap. 4. & 1. part. digeſtorum diſp. 13.* Pet. Greg. *lib. 47. cap. 3.* Parlad. 3. *tom.*
quotid. differ. 136. † Et licet alia quædã deſint, à prin- 3
cipalioribus hæc iudicia nomen accipere debent, *arg. l. inſulam, 6. de praeſcript. verb. l. ſi vno, 4. in princip. Locati*, & quæ notant DD. *in l. non codicillum, C. de teſtam.*

At extraordinarium inquiſitionis eſſe iudicium 4
irregulare, & ſummarium magis probatur, quia iuris ordine non ſeruato proceditur, quod proprium extraordinarij iudicij eſt, vt *ex l. pecunia 188. de verb. ſign. l. Salarium 8. Mandati, l. actio, 49. de neg. geſt. l. cum filius 17. de reb. cred.* & Decio *in Rub. 1. lect. num. 77. & 2. lect. num. 37. extra de iudic.* vbi cæteri etiam DD. & Nauarr. *num. 17.* Maranta, 4 *part. Speculi iudic. diſt. 10.* Paz *annotat. 1. num. 16. l. ſi quidem inquiſitio officio Iudicis facta, quæ progreditur ad inquirendum de alicuius nobilitate, atque de eius vita & moribus, vt ex probatis deliberare iudex valeat, vtrum ad prætenſum honorẽ, ſeu officiũ aſcendere ſeu promoueri va-*
leat, vel non. † Quia ſicut in inquiſitionis iudicio 5
proceditur officio iudicis, & teſtes recipiuntur ante litis conteſtationem, abſque partis citatione, ſineque publicatione, & aliis iudicij ordinarij ſubſtantialibus omiſſis, vt colligitur *ex cap. quoniam, 5. §. ſunt & alij, vt lite non conteſt.* vbi gloſſ. *& in cap. multis verb. extraordinario, 2. quæſt. 1.* tenent Dec. 1. *lect. num. 7. & in 2. lect. 5.* Ripa 54. Veroio. 31. Alciat. 11. Mantua 12. Calidon. 131. Rim. *n.* 44. Nauarr. 18. *in Rub. extra de iudic.* Maranta *n.* 5. Paz 17. *locis citatis*, Et eſt receptiſſima ſententia, ex pluribus relatis à Iul. Claro *lib. 5. §. fin. quæſt. 3. num. 3.* Farin. 1. *tom. de inquiſit. quæſt. 1. num.* 8. ita ſimiliter in hoc iudicio, de quo agimus, proceditur ſine iudicij figura, clam abſque citatione, nec actorum copia, omniaque latenter fiunt, nec acta nec teſtes publicantur, quod omne iudicium omnino abhorret ordinarium, manendo in terminis extraordinariiſſimi iudicij, non tamẽ aduerſus iuris regulas, & diſpoſitiones in ſimilibus

qualita

qualitatibus probandis, quæ quo modo concurrere
poſſint, & debeat intelligi, ex ſequentibus apparebit.
6 Primò hæc ſententia, & ſimul quòd modus, &
ſtylus procedendi in omnibus Tribunalibus, & com-
munitatibus circa probandum qualitates ſanguinis
non ſolùm ſit iuſtus, & iuridicus, ſed etiam omnino
neceſſarius, probatur ex eo, quòd hæ ſunt cauſæ ſta-
tus, vt *ex l. ingenuum*, 25. *de ſtatu homin.* probat
Ioan. Garcia *de nobilit. gloſſ.* 46. *num.* 4. *&* 5. in quibus
conſtitutum eſt, quòd teſtes recipiantur abſque
vlla litis conteſtatione, vt *in l. cum vero*, 26. *§. ſub-
uentum*, 7. *de fideicom. liber. l. infamari*, 5. *C. de ingen. ma-
num.* tenet ſpeciatim gloſſa *verb. regulariter,
circa verſicul. & ſecundum quoſdam*, vbi Hoſtienſis
num. 26 Marian. 49 *&* 50. *in cap. quoniam frequenter,
vt lite non conteſt.* quos refert, & ſequitur Farinac. *de
teſtib. q.* 76. *n.* 43. & eſt text. *in l.* 5. vbi Greg. *gloſſa* 2. *tit.*
16 *part.* 3.
7 Secundò, quia & ſi productio teſtium regula-
riter fieri debeat cum partis citatione ad videndos,
& cognoſcendos teſtes, aliàs nihil probant, *ex cap.*
2. ibi, *nullius momenti*, & paulò inferiùs, *non habet fir-
mitatem*, *cap. ſignificauit*, 41. *de teſtib. cap. conſtitu-
tus*, 3 *de fideiuſſor. l. ſi quando* 19 ibi, *ſi per execu-
tores admoniti venire noluerint*, & *auth. ſeq. Cod. de
teſtibus*, & vtrobique DD. *leg.* 23. *titul.* 16. *part.* 6.
Paz 8. *temp. num.* 54. relati à Morla *in emporio titul.*
11. *n.* 28. Ioſ. Maſch. *de probat. concl.* 682. *à n.* 1. *& conc.*
8 1366. *n.* 2. † & generaliter loquendo in quocumque
præiudiciali actu citandus eſt, qui ex eo damnum
ſentire poteſt, *ex l. recuſare*, 6. *in princip. ad S. C.
Trebel. l. de vnoquoque*, 47. *de re indic. cap. fin extra
eod. tit. gloſſa in Clemen.* 2. *verb. aſſerentes*, *de cenſib.*
Bart. *in l.* 2. *de admin. rer. ad ciuit. pertin* Roland.
à Valle *conſ.* 2. *numero* 13. *& conſ.* 76. *num.* 5. *lib.* 2.
9 † Et omne factum citatione omiſſa nullius eſt mo-
menti, ex Bart. *in Extrauag. ad reprimendam*, *verb.
figura iudicij*, *num.* 20. *gloſſ. verb. ob hanc cauſam*, *in
Auth. iubemus*, *in fin. C. de iudic.* Hieron Gonçalez
ad reg. 8. *Cancellar. gloſſ.* 9. *in annotat. à num.* 117. *&* 132.
Acehedo *in l.* 10. *num.* 51 *& ſeqq. tit.* 17. *lib.* 4. *recop.*
Paul. Caſtrenſ. *conſ.* 124. Videtur dicendum, *num.* 1.
part. 2. Franc. Aretin. *conſil.* 163. *n.* 9. Rota *deciſ.* 275.
10 *num* 8. *part.* 3. *lib.* 3. Hier. Grac. *conſ.* 10. *num.* 24. *lib.* 1. †
tamen hoc omne communiter à Doctoribus limita-
tur, dum agitur de habilitate ſeu defectu alicuius
probando, ad ei conferendum aliquam dignitatem,
ſeu officium, honorem, ſeu præbendam, quia tunc
citatio vlla neceſſaria non eſt, vt ferè omnes ſcri-
bentes *in d. cap.* 2. *de teſtib.* præſertim. Anton. de Butr.
num. 13. Dec. 45. Immol. 9. *vlt. limit* Socino *reg.*
406. *fallent.* 2. Crottus *tract. de teſtib. num.* 352. Con-
rad. *de officio Prætor. in cauſ. ciuil. de teſtib. limit.* 2. *n.* 9.
Perezius de Lara in puritatis materia loquendo in
ſæpe relato *cap.* 4 *num* 24. plures cumulat nouiſſimè
Franc. Salgado *de regia protect. part.* 2. *cap.* 13. *num.* 8.
9. *&* 52. *cum ſeqq.* Ioſ. Maſch. *de probat. concl.* 682. *n.* 17.
vbi *num.* 8. hoc exponit cum Felino, Dominico, &
11 Cardinali, quos citat, † vt locum non habeat, dum
de his qualitatibus probandis agitur in contradicto-
rio iudicio, (atque ita intelligo Cened. *in collect.*
6. *col.* 3 *lib.* 3. & Seguta Daualos *lib.* 3. *directorij iu-
dic. Eccleſ. cap.* 14. *num.* 24. volentes generaliter, quòd
in cauſis puritatis, & nobilitatis citatio non omitta-
tur) quaſi aliter ſit in iudicio informatorio tantum,
de quo agimus, vt ſentire videtur idem Maſch. *cita-
to loco*, *& concluſ.* 877. *à num.* 1. *cum ſeqq.* ex mente
Abbatis *in d. cap.* 2. *num.* 7. *in fine*, & Decij *num.* 45.
vbi ita diſtinguere ait Dominicus *in cap. ſi fortè*, *in*
12 *fin. de elect. in* 6. † quod intelligi & accipi poteſt, dum
agitur de remouendo aliquem ab honore, ſeu dig-
nitate iam actu poſſeſſa, quia tunc citandum eſſe,
malunt præcitati, & congeſti plena manu per Ma-
reſcot. *var. reſol.* 1. *num.* 80. *lib.* 2. & per Farin. *de te-
ſtib. quæſt.* 72. *à num.* 52. & per Salgado. *citato loco num.*
54. *&* 66. *& ſeqq.* † quod ſummam rationem habere 13
videtur, quia a poſſeſſione eiici durius eſt, quàm
de nouo non admitti, *cap. quemadmodum*, 25. *§.
alioquin. de iureiur. gloſſ. verb. ad inopiam in cap. per
veſtras*, *de donat. inter.* Andr. Tiraquel. *de iure con-
ſtituti* 1. *part. limit* 7. *num.* 43. Surd. *de aliment. tit.*
7. *quæſt.* 17 *num.* 41. *& conſ.* 174. *num* 11. *& conſ.*
175. *n.* 41. *& conſ.* 171. *n.* 54. Bellet. *diſquiſit. cleri. p.* 1.
tit. de diſciplina clericali, *§.* 29 *n.* 7. Card. Tuſch. *lit. F.
concl.* 12. *num.* 4. *tom.* 3. *& lit. T. concl.* 403. *tom.* 8.
Menoch. *conſ.* 90. *num.* 124. Seraphin. *deciſ.* 1423.
num. 14. & ideò dixit idem Menoch. *conſ.* 32. *n.* 37.
quòd fauorabilior eſt cauſa conſeruationis, quàm no-
uæ acquiſitionis, & faciliùs ius acquiſitum retinetur,
quàm de nouo acquiritur, *l. patre furioſo*, 8. *de his qui
ſunt ſui*, cum adducendis infrà q. 7. n. 131. *cum ſeqq.*
& Surd. *deciſ.* 40. *num.* 5. † licet hodie in ſpecie ci- 14
tatio adhibeatur, quia iam vidi non ſemel, factis
clam & ſecretè informationibus, quemdam à fa-
miliatura ſancti Officij, & eius titulo ſpoliari, † ſed 15
hoc in caſu non ſolùm requiruntur pleniores infor-
mationes, vt ex Nauarro *conſ.* 1. *incipit*, *ad primam
multarum quæſtionum*, *num.* 6. *de Iudæis & Sarrac.*
probat Perezius de Lara *in d. cap.* 4. *ſub numero* 56.
ſed etiam requiruntur in ſanguine maximi & noto-
rij defectus, ex quibus & ex manutentione officij pu-
ritatis ortum ſit in republica magnũ ſcandalũ, † quia 16
vbi periculum eſt in fama, & ſimul in patrimonio
cautiùs agendum, & procedendum eſt ad excluſio-
nem, & cùm poſſeſſor ſit, habet ius in re, *ex gloſſa
verb. collatio*, *in cap. quodam* 40. *de præbend* Cobbarr.
lib. 3. *var. cap.* 16. *num.* 1. & infrà in d. quæſt. 7. à
latè dicam, † quod difficiliùs tollitur, quàm ius ad 17
rem, vt dixit Rota *deciſ.* 8. *de renunciat. in antiquis,
& in citato loco num.* 153. *&* 156. latiùs dicam. Dum
verò tantùm de promouendo agitur, & extraiu-
dicialis ſumitur informatio, nemo vſque adhuc du-
bitauit, citationem non eſſe neceſſariam, quod &
vſus, & ſtylus vſque adhuc ſeruatus approbauit.
Et confirmatur, quia dum proceditur ſimpliciter, 18
& de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij ſecundùm
text. *in cap. fin. verſ. Quod ſi Abbas*, *de ſtatu monach.
cap. olim.* 26. *de accuſat.* & tantùm agitur de animis
iudicum informandis circa promouendorum qua-
litates, vt in ſpecie, de qua loquimur, nulla iure requi-
ritur probatio ex DD. communiter *in Clem. ſæpe*, *de
verb. ſign* Abb. *in cap. nouit*, *num.* 31. *de iudic.* Valen-
çuela *conſ.* 41. *num.* 117 Felin. *in cap. fin. num.* 36.
de præſumpt. Flam. Pariſ. *lib.* 10. *quæſt.* 1. *num.* 70.
Rota *deciſ.* 9. *de conceſ. præbendæ*, ſequitur Nicol. Gar-
cia *de benefic.* 6. *part. cap.* 2. *ex n.* 242. *cum ſeqq.* & cita-
tis ſuprà *n.* 10. *&* 11. igitur patet intentum.
Tertiò probatur principalis ſententia, quia in- 19
formationes puritatis fiunt ex officio ad collegij,
ſeu communitatis animos informandos circa pro-
mouendi qualitates, & commiſſarius ad hoc electus
per ſe quærit, & recipit teſtes, vt fieri ſolitum eſt, &
probant Perezius de Lara *de anniu. & capellan. cap.* 4.
num. 24 *&* 25. & tunc non ſunt neceſſariæ ſolemnita-
tes iudiciorum in teſtium examine. Nec enim requi-
ritur litis conteſtatio ex gloſſa communiter recepta
verb regulariter, *verſ. Item vbi aliquid*, *in cap. quoniam
frequenter*, 5. *vt lite non conteſt.* vbi ad hoc adducit
Auth. ſi omnes, *C. ſi minor ab hæred. ſe abſtin.* Hoſt. *in d. c.
quoniã freq. n.* 26. Innoc. *n.* 1. *verſ. Fallit etiam* vbi ali-
quid petitur officio iudicis, Mar. *n.* 31. ibi. Specul. *t. de
teſte*, *§. nũc tractemus*, *n.* 2. *verſ. trigeſimo*, *vbi cũq; aliquid.*

Digitized by Google

Nec etiam tuoc tequiritur citatio, eùm ex officio procedatur pro informatione, & inſtructione iudicum, ex Maranta de ord. iudic. 6.part.memb.1. de citat.num.20.Ioſ.Maſch.de probat.in princ.quaſt 5.n.39. verſ. ſed hoc intellige, & concluſ.1368.num.14. & 15. quibus adde Bal.in l.1.num.2.C.de fideicom. & in l qui teſtamento, §. per contrarium, in fine de teſtam & in l. neque natales, num. 7. C. de probat. & in l. certum, num. 5. C. vnde leg. Inooc. in cap. cum in tua, in fine, de ſponſal. & in cap. 1. num. 5. vbi etiam Abb. num. 34.& 35.& Ant.num. 50. de poſtul. prælat. idem Abb. in cap.cum nobis, num.5. de elect. Rolando conſ.8.num. 31. vol. 4. tefert. P. Thom.Sanc. lib. 3. de matrimon. diſput. 8. num.5.& genetaliter quidem receptum eſt iure in omnibus cauſis rangentibus honorem & ſtatum perſonarum, quod poſſint iudices in calculo ferendæ ſententiæ examinare ex officio teſtes ad coadiuuandum prohationes factas, & indagandum veritatem iuris ſolemnitatibus omiſſis, iuxta doctrinam Bald. in Auth. ampliorem, C. de Appellat. Decian. in cap. 1. notab. 2. de except. Gracia. diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 468. numero 43. Rom. conſ. 479. n.4. in fin. vbi, Mandoſ. verb. concluſionem, Crauet. conſ. 134.n.1. Marchia deciſ.198 num. 21. apud eumdem Gracian.

20 Quartò, maximè iudicio meo ptobatur ex vrgentiſſima ratione, nam licèt iodex ſecundùm allegata & probata debeat ſemper iudicare, non ſecundùm ptoptiam conſcientiam, nec poſſit damnare, quem nocentem nouit, ſi innocens ex probationibus appareat, vt fert quaſi omnium communis ſententia; hoc tamen fallit dum agitut de conferendis officiis, & honotibus, quia tunc ſequi poteſt ptiuatam ſcieotiam, & omittere publicam, cùm non tam Iudex, quàm diſtributot dicatur, vt docent Sylueſt. verb. Iudex, 1. quæſit. 5. Salon. 2. 2. quæſtion. 67. artic. 2. Sayr. Claui reg. lib. 12. cap. 8. numero 18. & poſt omnes Matt. Bonacin. 2.tom. de indicio publico, diſputat. 10. quæſtion. 2. punct. 2 de numero 7. Gallego de cognat.ſpirit.cap.21.n.2.P.Th.Sanc.lib. 8. de matr. diſp.34.n.11.Salas de legib.diſp.2. lect.10.n.97. relati à Nic.Garc.de benef.6.part d. 1. n. 25. immò potetit vt ſcientia habita in confeſſione ſacramentali, & ex ea repellere indignum, etiamſi alias dignus reputetur, dummodò ſigillum non frangatur vti pluribus adductis docet Barboſa 1.de iure Eccleſ.cap.19. num 145. quod quidem durius eſt, quàm reciperē & iudicare legitimas probationes inſcio prætenſore, & aliis ſolemnibus omiſſis; nec mirum ſi ex rei natura extraordinarie quæratur veritas, quam ordinariè agendo inuenire perdifficile eſſet.

21 Quintò probatur hæc ſententia, nam cùm hic credo clam, & ſecretè procedendi in ſimilibus cauſis, & negociis ſit ab omnibus Ttibuoalibus, & communitatibus receptus, & obſeruatus communitet, videtur ſuum in hoc prȩſtare qui prætendit, & cum hiſce conditionihus velle arg. l.ſi duo 38.in fin.vbi gloſſ.verb. adire, & Bal.n.2.de adq.hæred. Alc.de præſumpt.reg. 3. præſumpt.32.num.14.Iac. Menoch.eod.tract.lib 3. præſumpt.38.num.8.& 9.& de addi c.rem.4.num. 135. Surdo conſ.460.num.24.Zephal. conſ. 11. num. 21. lib. 1. & ſe ſuhiicere ſtatuto ſeu conſuetudini communitatis euius honorem appetit, Bar.in l.vt iuriſiurandi, § ſi libert.n 5.de oper libert Ruh.Alex. conſ.79.n.1.refert Mantic. de tac. & amb. lib. 3. tit. 8. num. 8 9. & 10.

22 † tum quia acceptans contractum videtur illum acceptare cum omnibus ſuis clauſulis, pactis, & conditionibus l.contra iuris, 28.§.vlt. cum l.leg. de pactis, l.Gaius, 13.de manum.l.licet 8.C.de locat.l. 4. tit. 8. part.5.cum cumulatis ab And.Tiraq. de retract. lib.2. in fin.num. 2. cum ſeqq. Iaſſ.in l. cum fundus, §. ſeruum iunm, num.7.ſi certum pet. & in l. Pomponius, 6. cum quis, num.12.poſt Alex.ibi, de adq.poſſ. & ſimiliter cū omnibus ſuis qualitatibus, l.2.in fin.de ſuis & leg.her. Andr.Tiraq.lib.1.de retract.§.1.gloſſ. 10. num. 13. Iac. Menoch.lib.4.præſumpt. 101. num. 45. Carol. Ruin. conſ. 121.num. 2. & 3. lib. 5. Socin. conſ. fin lib. 4. etiamſi earum fuerit ignarus, l. cum ab vno 53.de leg. 2.Caſtr.in d l.ſi duo, de adq.hæred Suid.conſ. 150. num. 20.& 21.lib.1.Gracian diſcept.forenſ.tom. 3. cap. 511. num. 10. † tum quia volens accipere emolumentum 23 præſumitur velle portare onus text. in l. decem. 6.l.ſi debitor.45.§.1.de fideicomm.libert.l 1.§.fin. de aqua & aquæ pluu. arc. l. cum fiſco, 9. ad S.C. Sylan. cum aliis congeſtis pet Eſcobat de ratiocin.cap. 42. num. 12. & comput.10.num.14.Auguſt.Barboſ.Axiom. 44. num.2. pag.31.Card.Tuſch lit.V.concl.374.tom. 8. Phil. Dec. conſ.389.num.10.Hieron.Grac. conſ. 81. num. 24 & conſ.85.num.1.lib.2.Tib.Decian.reſp.16.num.107.lib. 1.Immò & ſine commodo onus ſponte ſuſceptum neceſſariò reportari debet, arg. l. item hi. 4. & l. leg. ex quibus cauſ.mai. l. ſpadonem. 15.§.fin. de excuſat. §. item tria.6.inſt.eod.Mantic.de tac.& amb.lib. 8. tit. 6. num. 13. † tum etiam quia vtens aliquo iure debet 24 eo vti cum ſuis qualitatibus, & oneribus, & ita omnia velle & acceptare præſumitur, l.vlt. §. & ſi præfatā, & §.fin autem, C.de iure deliber. Ripa in cap.ſæpe, in fin.de reſtit.ſpoliat. Alciat.in l. liberorum, gloſſ.1.colum.3. de verb.ſign.Peregr.de fideicom.art.1.num.19.& art.15. n.24.Grac.diſcept.for.tom.5.c.9 8.n.16.& c.913.n.12. Burg.de Paz,conſ.14.n.73.Pariſ.conſ.26.n.20. lib. 2. † 25 & ideò quaſi contractus initus cum ptædictis communitatibus, & tribunalibus approbarus videtur à Prætenſore cum omnibus ſuis qualitatibus, & intrinſecis conditionibus, l.Pomponius 13 §.cum quis, 1. de adq.poſſ.l.pro hereditariis, 2.C.de heredit.action.tradunt Dec.in l.1.num.12.de iuriſ. omn. iud.Zephal.conſ.666. n.10.& conſ.491.n.52.lib 4.Iacob Put.deciſ.367. n. 7. p.2.& ſecundùm ſeruatā in ſimilibus conſuetudinē, Vincent.Carroc.tr.de locato.tit. de mercede omiſſa.n.6. fol.6.& Maſch.de probat.concl.299.n.7.Menoch. lib.3. præſumpt.109.n.6.† quia factū ptæſumitur, quod eſt 26 conſuetum, ex l.ſi cui, 14.de ann. leg. ſecundùm Bart. in l.vltima, in princ.de his quæ in fraud. cred. & in l. non erit, §.neque, de iureiur. Guillelm.Benedict.in c. Raynutius verb.condidit teſtamentum, n.13.de teſtam.Menoc. lib 2.præſ 91.n.61.Alex.conſ.249.n.35.& conſ.69. lib. 2. Maſch.de probat.concl.732.n.5.Flam de reſign.li.11. q.14.n.8.Aug Barb.Axiom.93.n.16.pag. 59. † & ſic 27 contractus interpretari debent, ex l.quod ſi nolit.31.§. quia aſſidua. 20.de edilit.edicto, l.ſi prius.17.§.1.de aqua & aquæ pluu.arc l.excepto, 18.C.de locato.Nic.Euetard. loco, ab vſitato 104. ſub n. 5. plura congerit Pelaez de maiorat.1.part q.48.n.71.& 72. † ſicut etiam ſacrum 28 ſuſcipiens ordinem, & ſi expreſsè caſtitatem non vouerit, vouiſſe cenſetur, & ea adſtrictus manet, quia ex Eccleſiæ inſtituto eſt onus ſacris annexum ordinibus, vt docent Sairus lib.1.de voto, c.1.n.8.P.Th.Sanc. in decalog.lib.4.cap. n 30.Mar.Bonac.2.to.diſp.q.2.de voto, punct.1.n.1 vbi in fine reddit rationem, nam qui vult ſtatum aliquem implicitè, etiam vult onera illi ſtatui annexa, ſimiliter honorem puritatis deſiderans cum oneribus velle cenſetur, etiamſi eorum fuerit ignarus, vt in propoſita ſpecie ſacrorum ordinum circa caſtitatem annexam voluerunt nouiſſimè plures congeſti penes Auguſt. Barboſ. de iure eccleſ.lib.1. c.37.n 25.

Quare in ſpecie noſtra loquendo, dixit Perezius 29 de Lara 2.part. de capellan. cap. 4. num. 27 quòd Prætenſor ſponte ſe huic imperfectæ probationi ſubmittit, & ſolitū ordinem in dictis communitatibus, & tribunalibus approbat, prov. de iure po eſt ex

iui.bus

iuribus ibi per eum adductis,& per text. in l. ſi ſtipu-
latus 4. in princ. de vſuris l. ſi legati ſerui nomine 56. de
leg. 1. & adducta ad propoſitum per Stephan. Gra-
cian. tom. 1. diſcept. forenſ. cap. 205. ex num. 22. cum ſeqq.
quod intelligi debet iuxta formam requiſitam per
ſtatuta communitatis, in qua prætenſio inita eſt; non
aliis modis extraneis,& iuri non congruentibus, vt
docuit Bald. per text. ibi, in d. l. ſi duo de adq. her. & ex
eo de ſtatutis puritatis loquendo vult Valenç. conſil.
92. num 89. atque intelligi debent omnia ſupradicta,
pro quibus facit doctrina Innocentij in c. cum cauſa,
de teſt. Bald. in l. fin. C. de probat. Alex. in l. Titia diuor-
tium, n. 14. in princ. ſol. matrim Iaſ. in l. admonendi, n. 10.
de iureiur. Rom. conſ. 104. ad fin. verſ. Clarum. Hyppol.
de probat. num. 178. Auend. de exequend mand. 2. part.
cap. 29. num. 5.

30 Qua in ſpecie ex conſenſu partis omnes iudicij
ſolemnitates omitti poſſe iure receptum eſt. Primò
poſſunt teſtes recipi ſine litis conteſtatione ex DD.
maximè Mariano num. 26. fall. 21. in d. cap. quoniam
frequenter, vt lite non conteſt. Bald. in cap. ſignificauit,
num. 5. verſ. item receptio, extra de teſtib. & Socin. reg.
413. fall. 1.

31 Secundò poſſunt ſine citatione cum plena tamen
fide examinari ex DD. maximè Felin. num. 13. li-
mit. 2. Aret. num. 8. fall. 8. in cap. 2. extra, de teſtibus,
Campeg. tract. de teſtib. reg. 164. fall. 10. Ant. Gab. tit.
de citat. concl. 1. n 364. Ioſ. Maſch. de probat. cond. 1183.
32 vbi ait, † quòd pars efficere poteſt vt iudex eo ab-
ſente teſtes recipiat, per tex. in l. Herennius, 63. in prin.
de euiction. quem affabrè pro hac parte adducit Bald.
in l. ſi quando 15. n. 13. C. de teſtib.

33 Tertiò conſenſus partis teſtibus non publicatis fi-
dem præſtat, vt ex Butrio. Immol. & Felin. & aliis in
cap. cauſam quæſt. 11. de teſtib. firmauit Farin. de teſtib.
34 q. 75. n. 27. † Et licèt in noſtra ſpecie conſenſus ſit
tacitus, idem operatur ac expreſſus, ex d. l. ſi duo, Gloſ.
Bald. & Salicet. ibi, & ex aliis pluribus ſuperiùs alle-
gatis, & ex iuris vulgari regula, de qua text. in l. 3. de
reb. cred. l. Imperatores 37. de pactis, l. ſi ſpem 5. C. Quæ
res pign. dari poſ. cum ſimilibus, plura apud Auguſt.
Barboſ. Axiom. 217. ex num. 1. & magis ad noſtrum
35 propoſitum num. 4. † præcipuè cùm adeſt conſtans,
& inueterata conſuetudo, cui omnes ſuum adhære-
re conſenſum iure præſumitur ex d. l. quoad ſi nolit.
31. §. quia aſſidua 20. de edil. edicto. l. ſi prius 17. §.
planè de aqua, & aquæ pluuiæ arc. l. ſemper 34. de
reg. iur. Parlad. lib. 2. rer. quotid. cap. fin 5. part. §. 17.
num. 18. in fin. pro quo faciunt tradita ab Andr. Ti-
raquel. de retractu conſang. §. 1. gloſſ. 18. num. 31.
Cobbart. tit. de collat. numiſmat. cap. 7. §. vn. num. 1.
Arias Pinel. in rub. 1. part. cap. 3. num. 16. C. de re-
ſcind. Minſing. obſeruat. 15. ſi de pretio centur. 4. Vi-
uius comment. opin. tit. C. ſi certum petat. num. 175.
Boër. deciſ. 127. num. 3. verſ. tamen, de conſuetudine,
Surdus conſil. 355. num. 11. & conſ. 291. num 31.
Nata conſ. 454. num. 1. & Burſat. conſ. 325. num. 14.
36 lib. 3. Zephal. conſ. 11. num. 2. † quare quòd conſen-
ſus ex prædicta conſuetudine præſumatur, & præ-
tenſoribus noceat multis probat Perezius de Lara
in d. c. 4. n 27. cum ſeqq.

37 Ex quibus tria maximè conſtituta manent. Primò,
quod dum agitur de probandis qualitatibus ſangui-
nis, eſt quædam occulta inquiſitio ad animos iu-
dicum informandos circa prætenſoris qualitates ex
ſtatuto requiſitas, & cùm inquiſitio ſit iudicium
extraordinarium, vt ſuprà probaui, & probatur in
l. ex reſcripto 6. §. ſi quis accuſatorem 2. vbi gloſſ. de
muner. & honor. l. fin. vbi Alber. & alij de in ius vocando,
l. 3. C. de accuſat. cap. 1. extra eod. vbi communiter DD.
cap. quiſquis 11. q. 4. Iul. Clar. in pract. lib. 5. §. fin. q. 3.
verſ. Debes autem ſcire, num 5. & in quæſt. 5. verſic. Qua-
ro in quibus, num. 2. ſequitur etiam extraordinarium
eſſe id, de quo nunc agimus. † Et licèt hodie ex 38
communi vſu, & conſuetudine non poſſit inquiſi-
tionis iudicium extraordinarium dici, vt communi-
ter tenent DD. relati ab Anton. Gom. lib. 3. var. c. 1.
num. 49. & 50. & à Iul. Claro in d. q. 3. n. 6. verſ. Sed
certè quidquid ſit de iure, & à Farin. tom. 1. q. 1. num. 10.
intelligi debet de inquiſitionibus, quæ ex poſtfa-
cto reſoluuntur in iudiciis ordinariis, ſeruando om-
nes iuris ſolemnitates, citationem videlicet, litis
conteſtationem, & publicationem actorum; non
verò in inquiſitionibus, quæ numquam hæc admit-
tunt, ſed manent ſemper in terminis ſecretæ inqui-
ſitionis, vt euenit in iudiciis puritatis, de quibus
agimus.

Secundò, quòd etſi iure copia inſtrumentorum 39
aduerſario danda ſit, aliàs ei nullum afferunt præiu-
dicium ex l. 3. tit. 5. lib. 4. recop. vbi alia iura adducit
Acebedo à n 1. cum ſeqq. Maranta 6. part. de actorum
editione num. 54. tamen in cauſis informatoriis tan-
tùm nulla Prætenſori copia dari debet; ſed ex offi-
cio Scripturæ extrahuntur, & comprobantur cum
originali, & inquiritur, an authentica, & legitima
ſint, & digna fide, quod etiam fit dum ab ipſo Præ-
tenſore producuntur, & quidem exactè, & diligen-
ter fieri debet, quia Prætenſor defendere ſe directò
nequit, nec ſcire quas defenſiones adhibere expe-
diat, & ita eius cauſa, quantum iure fieri poteſt, fa-
ueri debet.

Tertiò, quòd iure manet probata forma, & mo- 40
dus procedendi in nobilitatis, & puritatis iudiciis,
& quàm iuſtè, & quidem neceſſariò omittantur ſo-
lemnitates aliorum iudiciorum, & è noſtris pro-
bant Ioan. Redin. de maieſtate Principis verb. Sed
etiam per legitimos tramites, num. 199. Olano in An-
tinom. inter ius comm. & reg. lit. T. num. 6. Salcedo
in pract. crim. can. cap. 24. num. 21. vbi teſtatur de
inueterata Hiſpaniæ conſuetudine, Perezius de La-
ra in d. cap. 4. num 14. & 121. Chriſtoph. de Paz
de tenuta 1. part. cap. 32. num. 124. † Non quidem 41
à iure communi plurimùm deuiat, cùm in aliis ſi-
milibus cauſis idem ſit eo iure receptum ex ratione,
& peculiari cauſa, quæ in quocumque negocio ad-
eſt, nec enim eadem in omnibus æqualiter ſunt ſer-
uanda, ſed ſecundùm cuiuſque rei, & negocij cir-
cunſtantias, & peculiares qualitates procedendum
eſt, nam ſi in noſtris puritatis iudiciis res æquè
publicè, & ſolemniter ageretur ſicut in ordina-
riis cauſis, nullo modo macula, nec ignobilitas,
quantumuis notoria, & publica probari poſſet,
quia res eſt iniurioſa, ignominioſa, & omnibus
odioſa, & nemo auderet eas propalare cum Præ-
tenſoris ſcientia abſque maximis incommodis, ri-
xis, & necibus, & reipublicæ concitationibus.
† Vnde venit intelligendus Chriſtoph. de Paz ci- 42
tato loco, dicens iudicia hæc non ſubiici regulis
iuris communis, quod debet intelligi de regulis iu-
diciorum ordinariorum, à quibus vt vidimus, per
plurimùm differunt, non verò de regulis ſpecialibus
à iure traditis in ſimilibus cauſis probandi ſtatus, &
ſanguinis qualitates, quæ ab ipſo iure traditæ, & ap-
probatæ fuerunt antequam in Hiſpania erigerentur
puritatis ſtatuta, vt probauimus; nec quidem feren-
di ſunt, qui in his noſtris temporibus iuſta & ſan-
cta puritatis ſtatuta ex hac ratione, & procedendi
modo improbare intendunt, qui nec audiendi ſunt,
nam in propria loquuntur cauſa, & ſuorum ca-
ptare intendunt aduerſus publicam vtilitatem,
& tranquillam communitatum, & totius Regni
pacem.

43 Quartò & vltimò conſtitutum manet, quod ex omnium tribunalium, & communitatum ſeruata praxi, receptum eſt, quòd in his cauſis procedatur ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, hoc eſt, omiſſis omnibus iuris ſubtilitatibus, & ſolemnitatibus, ſecundùm *Clem. diſpendioſam, de iudic. & clem. ſæpè, de verbor. ſign.* Maranta *de ord. iudic. part. 4. diſt. 9. num. 8.* Ludou. Rodolphin. *poſt tract. de abſoluta princip. poteſt. lib. 2. var. q. 30. n. 7. cum ſeqq.* Bertachin. *in repertor. 1. part. verb. Summariè pag. 311. col. 4.* Marqueſan. *de commiſſion. 2. part. num. 82. & 83. pag. 419.* Rendin *in promptuar. receptar. ſent. to. 1. tit. 16. n. 9.* Celſ. Vgon. *in tract. clauſul. pag. 485. cum ſeq.* Marta *de clauſul. 1. part. clauſ. 148. alias 164. & clauſ. 160. alias 180. in vlt. impreſſ.* Cardin. Tuſch. *lit. C. concl. 366. to. 1.* Cacheran. *Pedem. deciſ. 1. & 2.*

44 † Et ſecundùm propriam conſcientiam, & veritatem Guid. Papa *deciſ. 29.* Gramm. *deciſ. 62. n. 32.* & ſicut princeps, ex Alex. *conſ. 6. n. 2. vol. 3.* Cachetan. *d. deciſ. 1. n. 20.* Marta *d. clauſ. 180. n. 3.* & ſecundùm id, quod Deus iudicaturus eſſet, Natta poſt Bald. *in repetit. d. clem. ſæpè, de verb. ſign.* Hondedeo *conſ. 94. n. 52. to. 1.* Gracian. *Marchia deciſ. 36. num. 13. & deciſ. 68.*

45 *num. 2.* † & licèt verum ſit, quòd tunc non videatur ſublata citatio, ex Card. Tuſch. *n. 2. citato loco*, Maranta *ſuprà 4. part. tit. & an iudex ſit competens, num. 9.* Cald. *conſ. 130. circa medium, verſ. Nec illa verba, de iudic. & conſ. 136. alias 4. de dilation.* Nec defenſio, Roman. *conſ. 314. n. 3.* Ludou. Rodolphin. *d. lib. 2. q. 39. n. 7.* Celſ. Vgon. *citato loco col. 2.* Nec probationes neceſſariæ, Maranta *num. 10.* Mart. *d. clauſ. 180. num 10 citatis locis*, tamen cùm pleraque ex his excludantur ex natura horum iudiciorum, & praxi ſeruata, vt ſuperiùs probauimus, in conſiderationem non veniunt, nec nobis pugnant hæ limitationes.

46 Nec obſtant, quæ ex contrario ſuprà in principio fuerunt adducta, quibus probauimus, cauſæ diſceptationem ſimilibus ineſſe iudicijs, qua ordinaria dici poſſe videbatur, quia verius eſt, nullam in eis diſceptationem interuenire, cùm Prætenſori copia non præſtetur, nec directè audiatur, niſi cùm ex propria ſcientia, aut præſumptione proponit, & allegat quod poſſit ad veritatis indagationem deſeruire, † quæ melius ſit viſis contrariis, & re ſæpiùs

47 agitata, vt ita magis illuceſcat veritas, *ex cap. graue 37. quæſt. 2.* notat gloſſ. *in cap. cum Ioannes, verb. Poſtquam, de fide inſtrum.* plura apud Auguſt. Barboſa *Axiom. 224. num. 1. pag. 139.* & faciunt, quæ notat Speculat. *in proœmio operis num. 17. & 18.* Alex. *conſil. 51. num. 2. volum. 4.* & Ignac. del Villar *in ſylua reſp. 5. ſub num. 1. verſ. Ad cuius quæſtionis*, & faciliùs mendacia detegantur, & calumniæ, & fallaciæ aduerſariorum agnoſcantur, quæ in ſimilibus negociis frequentiùs interueniunt ob eorum clandeſtinitatem, quod plurimùm iudices attendere debent, & propter hoc pragmatica noſtra maximè fuit lata, vt ſuprà dixi quæſt. 1. §. 6. & latiùs infrà

48 1. part. quæſt. 1. gloſſ. 1. † & cum deficiat actorum copia, & Prætenſor directè non audiatur, non poteſt vera diſceptatio dici, dum deficit rei diſceptatæ plena cognitio ſecundùm text. celebrem *in l. cum hi. 8. §. ſi cui, in fin.* ibi, *hæc omnia habent diſceptationem Prætoris, de tranſact.* vbi verbum *Diſceptatio* pro rei cognitione ſumitur, quia cùm diſceptetur circa actorum veritatem, non poteſt perfectè fieri, niſi cognitis, & perſpectis actis informatoriis, nec hac ex ratione iudicium dici ordinarium, vt ex dictis patet.

QVÆSTIO VI.

De ingreſſu in his informationibus puritatis, & nobilitatis, & de modo, & forma in eis ſeruanda à Commiſſario.

SEcundùm tempus, & circunſtantias quæ conſiderari valent circa electionem commiſſarij informantis, & eius munus, & exercitium, in ſeptem partes commodè vniuerſam ſcindam quæſtionem, vt me expediam debita cum claritate, & diſtinctione, & res plenè, & perfectè maneat explicata, quæ hoc præmiſſo ordine ſequuntur.

1 De cõmiſſarij informãtis electione agam.
2 Aliqua proponam, à quibus cauere ſe debet commiſſarius, vt ritè munus ſuum adimpleat.
3 De aliquibus præparatoriis, quæ animaduerti oportet ante teſtium examen.
4 De modo, & forma in examine ſeruanda.
5 De fide promiſſa, & ſecreto ſeruando.
6 De recuſatione commiſſarij, & notarij, & an locum habere poſſit, vel non.
7 De relatione mittenda ad Tribunal, ſeu communitatem circa teſtium fidem, & contenta in informatorio.

§. I.

De commiſſarij informantis electione.

SVMMARIVM.

1 *Genealogia à Prætenſore offertur poſt factam gratiam, aliàs antea, & ad quid.*
2 *Satius eſt in tempore occurrere, quàm poſt vulneratum exitum. Negligentia in initio maximè nociua*, ibi. *Turpius eiicitur quàm non admittitur hoſpes*, ibid.
3 *In initio melius reiicitur Prætenſor quàm poſt factam gratiam.*
4 *Eligendus an faciliùs reiici poſſit, quàm iam electus.*
5 *Electus ius ad rem habet, quod difficilius adimitur. Probatio maior requiritur ad repellendum electum, quàm ad eligendum*, ibid.
6 *Dignus ſanguine purus tutè eligi poteſt omiſſo digniori maculato.*
7 *Prouiſiones gratioſæ omnino ſunt iudicibus ordinariæ.*
8 *Commiſſarius eligitur ad conficiendum informationes puritatis. Et quidem dignior eſt eligendus*, num. 9. *Quibus præditus eſſe oporteat*, num. 10. *Eius electio ad quem pertineat*, num. 19. *Tenetur puritatem prætenſoris probare, ſicut & maculam, & eum eripere à calumnioſis oppoſitionibus*, n. 20. *Nulla ex cauſa debet ſtatuta ſpernere*, numero 23. *veritatem perquirat*, n. 25. & 27. *Ei, & ab eo factis plena fides datur*, n. 29.

9 Ele

9 *Electio fieri debet ſecundùm maiorem idoneitatem reſpectu negocij de quo agitur.*
11 *Dignus omiſſo digniori eligi an poſſit.*
Electus à communitate quando electus dicatur ab ipſomet prætenſore, & quando non, num.ſeq.declaratur & num. 19.
13 *Prætenſor non aſſentit determinatis & certis perſonis. Nec approbare videtur perſonas non publicatas,* num. 14. *Immò nec notas,* num. 15. *Licèt ſe ſubdat, vt tribunal, ſeu communitas commiſſarium informantem eligat, non ſe ſubiicit huic ſpecialiter electo,* n. 16. *Poteſt commiſſarium recuſare,* n. 17. *Et teſtibus repulſas opponere,* n. 18.
17 *Approbatum ſemel reprobari non poteſt.*
18 *Teſtis vnicus contra producentem probat, etiamſi de ſolo auditu, ſine crudelitate deponat.*
19 *Electio commiſſarij ad Tribunal, ſeu communitatem expectat. Vt non ſuo nomine tantùm eligat, ſed etiam nomine prætenſoris,* num. 20.
21 *Iudex ex officio tenetur in fauorem rei veritatem, & innocentiam aperire. Malè inquirens veritatem ad intereſſe tenetur,* n. 22.
24 *Statuta ad vnguem ſeruanda.*
26 *Veritas falſæ opinioni præferenda.*
28 *In dubio quid faciendum à commiſſario.*
30 *Scribis confraternitatum creditur.*
31 *Conſuetudo facere poteſt, quod non ſcribis nec notariis fides præſtetur. Iuriſdictionem tribuit,* ibid. iuncto n. 33. *Dicitur mater iuriſdictionis,* n. 32.
34 *Libris mercatorum ex conſuetudine fides poteſt præſtari, licèt de iure aliud ſeruetur.*
35 *Conſuetudo adeſt in communitatibus & Tribunalibus mittendi ad informationes puritatis militem, collegialem, ſeu canonicum, & præſtandi fidem omnibus ab eis confectis.*

1 POST gratiam dignitatis, officij, habitus, ſeu præbendæ elargitam, aut electionem factam in quibuſdam communitatibus nominatus, ſeu electus offert memoriale, ſeu genealogiam ſuorum patrum, & auorum, cum loci originis expreſſione. In aliis verò ante factam gratiam, ſeu electionem prædicta genealogia peti ſolet, vt aliqualis inquiſitio, ſeu ſummaria fiat informatio ſine ſcripto, ſiue verbis circa qualitates prætenſoris, & ſui generis, vt ſuſpicio maculæ comperta non ſolùm admiſſionem impediat, ſed etiam gratiam, & electionem, nec ad pleniorem informationem recipiendam perueniatur, ad quod ſufficiet minima infectionis cauſa, non verò ad repellendum poſt gratiam, ſeu electionem factam, cum eo in caſu opus ſit maiori probatione, quàm ante
2 gratiam, ſeu electionem, † quando ſatius eſt occurrere, quàm poſt vulneratum exitum repellere, *l. fin. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. neceſſ. non eſt. l. 1. C. Quando liceat vnicuique ſine iud. l. 1. C. vt nemini liceat ſine iudicis auctor.* Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib. 21. tit. 8. n. 30. in fin.* Card. Tuſch. *lit. P. concl. 648. tom. 6.* Aug. Barboſa *Axioma 146. n. 1. pag. 94.* Timpus *in ſpeculo princip. ſign. 52.* Alciat. *reſp. 37. n. 2. lib. 5.* Petr. Bimius *conſ. 250. n. 29. lib. 3.* ibi, *ſicque video quantum detrimenti afferat hæc quæ à principio leuis videtur negligentia, diligenter ſunt igitur morbi, & vitij initia notanda, & cauenda, ne longius ſerpant, & ne leuis plaga fiat grauior, aut inſanabilis, in tempore itaque tibi conſule, & principiis obſta, ſerò medicina paratur, cum mala per longas inualuere moras,* &c. & *turpius eiicitur, quam non admittitur hoſpes, cap. quemadmodum 25. 4. alioquin de iureiur. gloſſ. verbo, ad inopiam, in cap. per veſtras, de donat. inter.* Tiraq. *de iure conſtit. part. 3. limit. 7. n. 43.* Petr. Surdus *de aliment. tit. 7. quæſt. 17. num. 41. & conſ. 174. n. 13. & conſ. 175. n. 42. & conſ. 371. n. 54.* Bellet. *diſquiſit. clerical. part. 1. tit. 1. de diſciplin. clericali, §. 29. n. 7.* Alex. *conſ. 213. Ponderatis, n. 7. verſ. Accedit quia turpius lib. 6.* Menoch. *conſ. 90. n. 124.* Card. Seraph. *deciſ. 1483. n. 14.* Ant. Monach. Florent. *deciſ. 24. n. 36.* Cardin. Tuſch. *lit. F. concl. 12. n. 4. tom. 3. & lit. T. concl. 403. 10. 8.* † quod maximè attendi oportet, 3
vbi agitur de puritatis ſtatutis ſtrictè obſeruandis, nam ſæpiùs omnibus perfectis admittitur ægrè, qui in ingreſſu facilè arceretur, quando nullum ius acquiſitum habet, & ſi reiiciatur, nihil ei auffertur, vt rectè docuit Nauar. *in man. c. 17. n. 72. cum duobus ſeqq. & in cap. graue, de probat.* gratia verò donata, ſeu electione facta ſaltim eſt ius ad rem, quod difficiliùs adimitur, vt in ſeq. quæſt. dicam, & ego ita omnino ſeruarem.

Atque ita intellectus idem Nauarrus *conſ. 1. incipit,* 4
ad primam multarum quæſtionum, n. 6. de Iudæis & Sarrac. & conſ. 22. de hæret. lib. 5. in 2. edit. adductus per Emm. Roderic. *to. 1. regul. q. 14. art. 3. verſ. ſecundum argumentum,* differentiam conſtituens inter eligendum, & electum, vt videlicet ad illum repellendum vnicus ſufficiat teſtis, ſeu quælibet leuis præſumptio, non verò ad hunc reiiciendum, quia tunc maior & plenior requiritur defectuum probatio, nullam certè continet difficultatem, ſicut magnam apponit Perezius de Lara *in d. cap. 4. num. 56. verſ. & licet Martinus Nauarrus,* verius iudicans, nullum quoad hoc diſcrimen eſſe inter eligendum, & electum, quod ex ratione, & iure conſtanti apertè conuincitur, † quia 5
electus ius ad rem conſequutum habet ex text. *in c. fin. de tranſlat. Epiſc.* & relatis pluribus à Nic. Garcia *de benefic. 4. part. cap. 3. n. 3.* ad cuius repulſam maior requiritur probatio quàm ad repellendum eum, qui adhuc nullum ius aſſequutus eſt, vt eſt eligendus, ex text. *in l. patre furioſo 8. de his, qui ſunt ſui, l. 1. §. confertur de collat. bon. cap. quemadmodum 25. de iureiur. & aliis iuribus in ſeq. quæſt. cumulatis n. 20. cum ſeqq. & n. 26. & ſeqq.* & è noſtris ita docet D. Chriſtoph. de Paz *de tenuta 1. part. c. 12. n. 55.* & faciliùs impeditur ius quærendum, quàm tollitur ius quæſitum Alex. *conſ. 196. viſis. n. 5. lib. 7.* Cardin. Tuſch. *lit. F. concl. 12. n. 7. 10. 3.* Aug. Barboſa *Axiom. 135. n. 2. pag. 84.* Pereg. *de fideicom. art. 52. n. 151. in fin.* Valençuela *conſ. 83.*
n. 59. † Et licèt loquamur in electionibus, in quibus 6
non tantùm de gratia, ſed & ſimul agitur de iuſtitia, vt in Sancta Eccleſia Toletana, dum prouidentur præbendæ iuris Pontificij, & ſacræ Theologiæ, poterit eligi dignus, licèt minus litteratus, qui nullam in ſanguine notam habeat, relicto digniori, qui maculæ ſuſpicionem habeat. † In cæteris autem proui- 7
ſionibus, quæ meræ ſunt gratiæ res omni dubio caret, cum verè ſint iudicibus arbitrariæ *l. vnum ex familia 67. in prin. & §. 1. l. Lucius 88. §. ſi decuriones 1. Quod cuiuſque vniuerſ. nom. l. municipib. 97. de cond. & demonſt.* Mol. *de primog. c. 4. n. 5.* nec enim alius iuſtè conqueri poterit, cùm nihil iuris ei fuerit ablatum, ex dicendis in ſeq. quæſt.

Si igitur ad informationem plenam viſum fuerit 8
peruenire, in quolibet Tribunali, ſeu communita-

te eligitur commiſſarius, vt teſtificationes recipiat,
& neceſſaria agat ad veritatis indagationem, qui di-
9 gnus eligi debet, † immò quòd dignior ſit eligen-
dus, ſuadet rei grauitas, & tantum pondus, quod
ſumendum eſt ex natura & qualitatibus rei, ad
quam eligitur; non verò ex ſanctitate, & literis
eligendi, qui reſpectu huius muneris minus dignus
eſſe poterit, quàm alius non tam doctus, nec ſan-
ctus, ſecundùm, P. Th. 2. 2. *q. 63. a. 2. ad* 1. vbi Caiet.
quæſt. 61. art. 2. & in ientaculo 12. *quæſt.* 4. *& in ſumma
verb. Acceptio.* Ioan. Maior *in* 4. *ſent. diſt.* 24. *quæſt.* 8.
& 9. Soto *de iuſt. lib.* 3. *quæſt.* 3. *art.* 2. *concluſ.* 9. *& quæſt.*
6. *art.* 2. Cobbar. *in cap. peccatum.* 1. *part.* §. 7. *num.* 4.
verſ. Dignior verò. Zaball. *comm. q.* 659. *n.* 3. Io. Guttier.
lib. 2. *canon cap.* 11. *n.* 63. *&* 65. P. Th. Sanc. *conſ. mor.
lib.* 2. *c.* 1. *dub.* 2. *n.* 4. *in fin. & n.* 5. Maſtrill. *de magiſtr.*
10 *lib.* 1. *c.* 1. *n.* 66. vbi alios referunt. † Debat igitur bo-
na conſcientia, rectitudine, & intensione eſſe prædi-
tus, ſcientia autem, & experientia non modica in ſi-
milibus requiritur negociis quæ magis adaptari de-
bet ad inſtitutum, de quo agitur, quàm ad alia, quia
non ſemel vidi expertos, & diligentiſſimos, in aliis
rebus, qui errores magnos, & præiudiciales nimis in
11 ſimilibus informationibus inter ſeruerunt. † Si igi-
tur omiſſo digniori eligatur indignus ad damno-
rum reſtitutionem ſimul cum lethali peccato ele-
ctores abſque dubio tenebuntur, ex Soto *lib.* 3. *de
iuſt. quæſt.* 6. *art.* 4. *concluſ.* 4. Matienço *in dialog.
relator.* 3. *part. cap.* 8. *num.* 16. *& cap.* 56. *ſub num.*
26. Cobbarr. *in cap. peccatum*, 2. *part.* §. 7. *num.* 1.
Petr. Nauarra *de reſtitut. lib.* 2. *cap.* 2. *à num.* 219.
cum ſeqq. pluribus, *& in num.* 137. *verſic. tertia pro-
poſitio*, *& in num. ſeq.* hoc extendit, vt etiam pec-
cet, & reſtituere damna teneatur eligens dignum
omiſſo digniori, idem etiam docet *lib.* 1. *cap.* 5.
num. 0. quem ſequuntur recentiores, quos appro-
bat Bonacina 2. *tom. tract. de reſtitut. diſputat.* 1.
quæſt. 2. *punct.* 12. *ſub num.* 7. *verſic. Si vero impedi-
uit*, de quo pro vtraque parte agit Ioan. Guttierr.
canon. 2. *part. cap.* 11. *per totum.* Zaball. *comment.
q.* 659. *n.* 2.

12 Ita verò electus à Tribunali, & communitate di-
citur electus ab ipſamet parte, & prætenſore, vt
dixit Perezius de Lara *in d. cap.* 4. *num* 62. & quos
teſtes interrogat, ab illo videntur producti, qui ſe
huic modo, & ſtylo ſubmiſit, vt dixi in præceden-
ti quæſtione à num. 21. cum ſequentibus: ſed con-
trarium verius puto, & fatetur Lara eodem in lo-
13 co, † tum quia prætenſor non aſſentit determina-
tis, & certis perſonis, vt ab eo approbatæ ma-
neant, ſicut de iure erat neceſſe, ſecundùm Ioſe-
phum Ludouic. *in ſuis commun. concluſ.* 70. *verſic.*
14 *Nihilominus communis ita*, † tum quia, non vide-
tur approbaſſe perſonas, quæ ei publicatæ non fue-
runt, vt ſeruatur in cauſis puritatis circa commiſ-
ſarium electum, & teſtes examinandos quos igno-
rat, ſecundùm Baldum *in l. bona fidei*, *C. de reb. cred.
& in cap. in noſtra*, *verſ. tertius articulus*, *de teſtib.*
Aym. Craueta *de antiq. temp.* 1. *part. ſect. Quæritur*
15 *etiam num.* 14. Phil. Dec. *conſil.* 409. † tum etiam
quia etſi prætenſor conſcius eſſet teſtium, & com-
miſſarij tempore examinis, nec perſonas, nec di-
cta eorum approbaſſe cenſetur, attenta doctrina
Cobbarr. *lib.* 1. *var. cap.* 13. *num.* 1. vbi plures re-
fert. Tobiæ Nonij *conſil.* 24. *a num.* 24. Chaſſan.
16 *conſil.* 54. *num.* 35. † tum denique, quia licèt pars
ſe ſubdat, vt Tribunal communitáſve commiſſa-
rium informantem eligat atque nominet, non tamen
ſe ſubiicit huic ſpecialiter electo, nec eius perſonam,
nec ab eo acta, & producta approbat, nec teſtes ab eo
examinatos producit: aliàs enim nec commiſſarium
ſemel, licèt tacitè à ſe approbatum recuſare, nec
repulſas contra teſtes allegare poſſet. † ſemel 17
enim approbatum reprobari non poſſe, non ſe-
mel conſtitutum eſt, *l. Pomponius* 9. *de neg. geſt.
l. cum mulier.* 47. *ſol. matrim. l. ſi vxor.* 13. §. *fin. ad l.
Iul. de adulter. l. ſi quis* 11. *C. de reb. cred. cap. cum Vin-
toniensis* 26 *vbi gloſ. verb admiſerant, de elect. c. nulli Epi-
ſcoporum* 5. *de accuſat. c. veniens* 5. *de filiis presbyt. cap.
horrendus* 32. *q.* 5. & in teſtium perſonis approbatis
loquitur text. *in l. ſi quis teſtib.* 13. *C. de teſtib.* atque ita
cenſuit Rota apud Seraph *deciſ.* 195. *per totam, maxi-
mè n.* 5. Peña *in direct.* 3. *part. comm.* 29. *verſ. & ratio eſt.
lit. B.* Crauet. *de antiq. temp.* 1. *part. ſect. Quæritur etiam,
num.* 15. plures apud Auguſt. Barboſ. *Axiom.* 31.
num. 3. *&* 4. *pag.* 21. at poteſt commiſſarium recu-
ſare, vt Lara fatetur ibi, *num.* 49. & nos infrà §. 6. *pro-
babimus*, & ſimiliter poteſt repulſas teſtibus adiice-
re, vt paſſim in practica fit, † aliàs vnus teſtis tan- 18
tùm velut contra producentem plenam efficeret fi-
dem, ex adductis per Valençuel. *conſil.* 73. *num.* 8. *&
conſil.* 78 *num.* 42. Farin. *quæſt.* 62. *num.* 211 *&* 237.
& probatur *in l.* 31. *tit.* 16. *part.* 3. etiamſi de audi-
tu ſolo, ſeu credulitate deponat, ex celebri Romani
conſil. 4. *num.* 6. quem ſequitur Pariſ *conſil* 50. *num.* 6.
volum. 1. Decius *conſ.* 303. *num.* 4. Iaſ. *in Rub. num.* 9.
verſ. ſexto notabiliter limita, de iureiur. Anton. Gabr.
lib. 1. *de teſtib. concl.* 1 *num.* 14. Gracian. *diſcept. forenſ.
tom.* 1. *cap.* 151. *num.* 23. *&* 24 *& to.* 3 *cap.* 468 *num* 47.
& cap. 494 *num.* 11. *& tom.* 4. *cap* 699 *num.* 21. *&*
22. *& tomo* 5. *cap.* 950. *num.* 18. quod nec aſſeren-
dum nec cogitandum eſt. Igitur nec in commiſſarij
electione conſentit Prætenſor nec teſtes producit,
nec eorum approbat perſonas, & æquitas ita ſuadet,
nam poteſt paſſim euenire, quòd inimicus eligatur,
aut ad teſtimonium producatur, qui approbatus
cenſeri non debet, nec iuri, nec rationi congruit.

Quare quod hæc electio, & nominatio commiſſa- 19
rij informantis ita ad Tribunal, ſeu capitulum attin-
gat, vt nec pars nominationi aſſentiat, nec teſtes
producat, aſſerit Proſp. Farin. *deciſ.* 167. *n.* 12. *verſ.
Secundo*, 1. *part.* & voluiſſe ita videtur Aug. Barb. *de
offic. Epiſc.* 1. *part. tit.* 2 *gloſſ.* 17. *num* 39. & confirmatur
ex deciſ 175. *num.* 1 *part* 1. *diuerſ. ſacri Palacij*, ibi.
*Quod comprobatur ex confirmatione, in qua præſcribi-
tur modus ſumendæ informationis, & imponitur hæc cu-
ra capitulo, quod & obſeruatur; nam per eum qui pe-
tit, ſe admitti, nulla fiunt probationes, ſed fit depoſitum
pecuniarium pro expenſis, quæ fieri debent pro capien-
da informatione.* † Sed hoc ego ita intelligo, vt non 20
ſolùm electio Commiſſarij fiat nomine Tribuna-
lis, aut Capituli, ſed etiam nomine ipſius Præten-
ſoris ad eius puritatem, & nobilitatem probandam,
& eripiendam à calumniis, & falſis impoſitioni-
bus, nempe infectionem, & maculam nimis pro
communitate perſcrutando, inquiſiti honorem
prætermittat, nec deſerat, ſimul enim maculam
inquirendo, debet, claritatem ſanguinis, ſi poteſt,
aperire, & à morſibus calumniatorum, & æmu-
lantium totis eripere viribus; nec quidem, vt
in ſuo Tribunali non cooperetur, qui recentem,
& iniuſtam patitur in ſanguine maculam, debet
oppoſitoris honorem, & ſuæ familiæ proſterne-
re: † cùm quilibet iudex etiam ex officio te- 21
neatur in fauorem rei veritatem, & innocentiam
indagare, & aperire, *ex l.* 1. § *fin. de quæſtion. l. ſi
non defendantur*, 19 *de pœnis.* Bartol. *in l. pen.* §.
ad crimen. colum. 3. *verſ. Sed primo quæro*, *de pu-
blic. iudic.* Farinac. 1. *tom. de inquiſit. quæſtione* 11.
num. 10. † Et malè inquirens veritatem maculæ, 22
ſeu criminis ad intereſſe, & expenſas tenetur *ar-
gum. l. ſeueriter*, 14. *in fin. Cod. de excuſat. tutor.*

Bart.

Bart. in l. non ignoret col. fin. C. de fruct. & lit expenſ. Pa-
riſ. de Puteo de ſyndicatu verb. captura, cap. 1. num. 5.
Gregor. in l. fin. gloſſ. fin. tit. 7. part. 3. Acebed. in l. 14.
num. 11. tit. 19. lib. 3. recop. Valençuela conſ. 50. num 4.
23 † Nec etiam ob pecunias, amicitias, ſeu ineptas
commiſerationes ſumma cum ratione probata ſtatu-
ta tranſiliat, nec proſternat, l. 2. de legib. l. diuus, 7.
de iurepatron. Felin. in cap. 3. num. 5. de iureiur. Salas de
legib. diſput. 10. ſect. 1. num. 6. & ſect. 8. num. 38. P. Th.
Sanc. in decalog. lib. 3. cap. 9. num. 34. & communiter
omnes, & noſtra ſtatuta in animæ foro ſub lethali
24 obligant, vt dixi ſuprà quæſt. 2. nu. 12. & 13. † & ad
vnguem ſeruanda ſunt, ex l. 1. ſi quis nauis, de exercit.
act. l. in conuentionalibus, 52. de verbor. & ex aliis plo-
ribus commendat Zaballos comm. contra comm. quæſt.
900. num. 135. & Perezius de Lara d. cap. 4. num. 41.
25 † Et in omni euentu veritatem perquirat, eſto ſit
aduerſus Prætenſorem, ſeu in eius fauorem l. cum ita.
63. verſ. immo de condit. & dem. l. vn. C. de deditit. lib.
toll. cap. indicantem, 30. quæſt. 5. Cic. lib. 1. offic. Valen-
çuel. conſ. 23. num. 86. plures apud Auguſt. Barboſ.
26 Axiom. 224. num. 2 & ſeqq. pag. 139. † cùm ſemper ve-
ritas falſæ opinioni debeat, l. ſi pater. 4. § quotiens, t.
de man vind. cap. per tuas 12. Qui filij ſint leg. cap. frater-
nitatis, 6 de frigid. & malef. cap. quicumque 5. 81. diſt.
Rol. à Valle conſ. 19. num 2. lib. 2. Menoch. de præſumpt.
lib. 1. quæſt. 31. num. 4. latè Barboſa citato loco num. 4.
& iuſtitiæ baſis, & fundamentum eſt. Aloyſ. Ricc. in
praxi fori Eccleſ. deciſ. 134 num. 6. in 2. editione, & alij
27 apud Barboſ. ibi n. 5. † Et probus Iudex eam ſequi,
debitúmque ei debet locum præſtare, l. 3. §. pen. de
iureiur. l 2. l. nō eſt nouum, 65. agend. docent adducti per
Zephal. conſ. 546. num. 66. & conſ. 569. nu. 5. Valençue-
28 la conſ. 23. num. 86. & conſ. 92. num. 278. † & in dubio
plus pro Prætenſore propendat, quàm pro commu-
nitate, cui non tanta irrogatur iniuria ex admiſſione,
ſicut Prætenſori & eius familiæ ex repulſa, arg. l. hæ
enim cauſa, 4. §. quid ergo, ibi, debuiſſe dici hunc integræ
eſſe famæ, vbi gloſſa verb. & eſt verum, de ſuſpect. tutor.
cum ſimilibus, notant ad propoſitum, Redin. de ma-
ieſt. Princip. verb. Per legitimos tramites num. 171. Paz
de tenuta 1. part. cap. 31 num. 60. Hoſeda de incompati-
bilit. benefic. cap. 32. num. 139. D. Io. del Caſtillo contro-
uerſ. lib. 5. tom. 6. cap. 123. num. 20. Pet. Surd. deciſ. 173.
Valençuela conſ. 90. num. 29. & conſ. 111. num 112.
Ideò enim dixi, in dubia cauſa, ne quis ex hoc ſco-
pum ſumat in qualibet ſupra modum faciendi Præ-
tenſoribus ex quo etiam damna poſſunt oriri per-
plurima, ſed tantùm, vbi ad hoc iuſta inueniatur
cauſa, non tranſgrediendo fines rectitudinis, & iu-
ſtitiæ.
29 Huic commiſſario ita electo, & omnibus ab eo
confectis, & actitatis ex iure & conſuetudine plena
fides datur, ex Auth. de inſtrum. caut. & fide cap. 8. in-
cipit. oportet, Nouel. 73. cap. cum dilectus, 9. §. ſuper tertio,
vbi gloſſa verb. approbata, de fide inſtrum. Ant. de Butr.
in cap. cum P. 15. num. 3. illo tit. Valençuel. conſ. 26. num.
16. & 18. & probat in noſtra puritatis materia Pere-
zius de Lara in d. cap. 4. num. 92. & 93. vbi adducit
30 Aluar. Valaſc. conſult. 10. † probantem, quòd confra-
fraternitatum ſcribis plena datur fides, maximè pro-
pter diuturnam obſeruantiam, ex doctrina Baldi
conſ. 400. num. 5. lib. 4. & conſ. 402. in fin. lib. 5. Craneta
conſ. 01. num. 4. Rota apud Io. Baptiſt. Coecin. deciſ.
31 128. num. 7. & deciſ. 258. num. 7. † quia ſicut conſuetu-
do omnimodam & plenam tribuit iuriſdictionem,
ex cap. cum contingat 13. vbi communiter DD. de foro
compet. cap. fin. de offic. Archid. cap. dilecti, 4. de arbitr.
cap. auditis, 15. de præſcript. cap. fin. de capell. monach. cap.
conqueſtus 9. quæſt. 3. l. 1. & fin. C. de emancipat. liber. l. vi-
res 8. C. de diuerſ. offic. lib. 12. Cobbarr. in reg. Poſſeſſor. 2.
part. §. 3. per totum, Pet. Gilk. in Auth. Quas actiones,
cap. 12. per totum, vbi plures refert, C. de ſacroſ. Eccleſ.
Immò ſecundum Bald. in d. l. 1. C. de emancipat. liber.
ſequutus à Monera de conſeruatoribus, cap. 7. num. 477.
cum ſeqq. & Bart. Chaſſan. in conſuetud. Burg. Rub. 1. §.
1. verbo, Du Principe, num. 13. † conſuetudo dicitur 32
mater iuriſdictionis, per l. miſſi opinatores 10. C. de
exactor. tribut. l. 1. C. de petit. bonor. ſublat. lib. 10. refert
Alphonſ. Narbona in l. 10. gloſſ. 21. num. 49. & ſeqq. tit.
1. lib. 4. recop. & iterum in l. 59. gloſſ. 1. num. 35. & in l.
60. gloſſ. vn. num. 28. tit. 4. lib. 2. eiuſdem recop. † Ita ſi- 33
militer conſuetudo poteſt efficere, vt actis a non
ſcriba, nec notario confectis fides præſtetur, quo ar-
gumēto de iuriſdictione per cōſuetudinē introducta
ad notariatum vtuntur d. gl. verb. approbata, in cap. cum
dilectus, 9. de fide inſtrum. & Valençuela d. conſ. 26. n. 17.
& ſeqq. † Ex qua etiam ratione prouenit, quod & ſi 34
libris mercatorum fides plena de iure adhibenda
non ſit, poteſt conſuetudo efficere, quòd eis plena
detur, ac ſi inſtrumenta legitima, & quarentigia eſ-
ſent, ex DD. communiter, in l. admonendi, de iureiur.
Iaſſ. in l. 1. num. 36. C. de edendo, Phil. Dec. in cap. 1. n. 27.
de probat. Aym. Crauet. de antiq. tem. 1. part. ſect. Quarto
limitatur, num. 65. Roch. de Curte in tract. de conſue-
tud. numero 106. & 272. Anton. Gabr. de conſuetud.
concluſ. 1. num. 47. Ita ſimiliter in prædictis Tribu-
nalibus, & communitatibus adeſt conſuetudo mit-
tendi ad ſimiles informationes militem, collegam,
ſeu Canonicum, & præſtandi fidem omnibus ab eis
confectis, quæ conſuetudo velut iure probata, & ra-
tionabilis ſeruanda eſt, maximè quia cùm res ſit ar-
dua, & arcana, non ita commode poſſet committi
notario, ſeu ſcribæ extraneo, nec dari fides proba-
tionibus ab eo receptis.

§. II.

*De eis, quæ ſemper pro oculis electi commiſ-
ſarij habere debent: & à quibus ſe
cauere oporteat, vt munus
ſuum ritè perficiant.*

SVMMARIVM.

1 *Commiſſarius informationum puritatis in
primis Deum & conſcientiam præ oculis
habere debet. Et ſuæ mandatæ commiſſio-
nis fines inſpicere, & cuſtodire; à modo &
inſtructione non recedat*, num. 2. *Leges ſuæ
commiſſionis ſecundùm bonam fidem cuſto-
diat*, num. 3. *Eius induſtria eligitur*, num.
4. *Omnem promittit diligentiam: & ſe
peritum dicit*, num. 5. *De dolo, & omni cul-
pa tenetur*, n. 6. *Et in foro animæ*, num. 8.
& ſeqq. *Violando mandatum infamiam,
& dedecus ſibi quærit*, n. 12. & 13. *A vera
fraude, & eius ſuſpicione caueri oportet*,
num. 14. *Ab aſsidua alloqutione cum Præ-
tenſore, & cum eius conſanguineis, amicis &
inimicis*, num. 15. *Præcipuè ſi cauillationi-
bus, & fallaciis nitantur*, num. 16. *Niſi ra-
tionabiliter, & iuſta loquantur cauſa*, num.
18. *Et à munerum receptione*, num. 20.

Cum ſalaria quotidie lucrentur, num. 20.

3 *Exceſſus in modico nocet.*

7 *Mandati fines excedens ad intereſſe tenetur.*

9 *Culpa leuis, & leuiſsima an obliget in foro animæ; Ad reſtitutionem obligat ex aliquorum opinione*, n. 10

11 *Reſtitutionis obligatio incipit à peccato mortali, non veniali.*

17 *Fictionibus contra puritatem dandus non eſt locus.*

19 *Partialitates, & diuiſiones locorum periculoſæ, & quid à commiſſario faciendum.*

20 *Munera accipere iudicibus omnibus iure interdictum tam delegatis*, num. 22. *quàm ordinariis*, num. 23. *Et Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis*, num. 24. *Et eorum commiſſariis*, numero 26. *& Notariis*, numero 35.

23 *Iudices delegati incapaces ſunt accipiendi, & retinendi munera.*

Inquiſitores hæreticæ prauitatis iudices ſunt delegati à ſede Apoſtolica, ſecundùm quoſdam, & ſecundùm alios ſunt iudices ordinarij, n. 25.

28 *Commiſſarij Sancti Officij munera accipere non poſſunt.*

27 *Munera accipere iudices interdictum etiam per interpoſitas perſonas. Non ſolùm in magnis, ſed etiam in exigua quantitate, vt xenia, eſculenta, & poculenta*, num. 30. *Ante & poſt finem litis, ſiue informationum*, num. 31. *Non ſolùm à principali, ſed etiam ab eis, quas tangere negotium poteſt, & qui ſimilem habere cauſam ſperant*, num. 33. *Etiamſi ſponte offeratur*, num. 26.

28 *Accipere per alios eſt idem, ac accipere per noſmetipſos.*

29 *Actus non pendet ab exequente, ſed ab eo cuius nomine executio fit.*

32 *Donatum poſt litem finitam ex prauiis pactis datum præſumitur.*

Donatio facta poſt litem propter eam facta cenſetur & quid in foro animæ, ibid.

34 *Idem eſt cauſam habere, vel de proximo habiturum.*

36 *Notarij & ſcribæ ab ſponte offerenti an recipere aliquid extra taxam poſsint.*

37 *Verbum*, despues, *omne futurum tempus comprehendit.*

1 COMMISSARII verò electi ad conficiendum puritatis informatorium, vt plenè, & ſanctè ſuum adimpleant munus, in primis Deum & conſcientiam præ oculis habeant, nihil in eis vindicet odium, vel fauor vſurpet, timor exulet, præmium, aut expectatio præmij iuſtitiam non euertat, ſed ſtateram geſtent in manibus, lances appendant æquo libramine in omnibus cauſis agendis, vt ſanctè, atque eleganter conſuluit Innocentius Quartus *in c. 1. de re iudic. in 6.*

Poſteaque ſuæ commiſſionis, & mandati fines 2
inſpiciant, & cuſtodiant, *l. diligenter, 5. mandati, §. is qui exequitur inſt. eod. cap. cum olim, 32. de offic. & poteſt. ind deleg.* plures apud Auguſt. Barboſ. *Axiom. 144. num. 1. pag. 93.* & ita eius formam adimpleant, vt quoties certam inſtructionem, aut modum habeant, ad eo non recedant, *l. ſi quis pro eo. 46. mandati, cap. cum veniſſent, 3.* vbi Bal. *de eo, qui mit. in poſſ. cap. Piſanis, 19.* vbi etiam Bald. *notab. 1. de reſtit. ſpoliat.* † quia 3
leges in commiſſione integrè ſecundùm bonam fidem cuſtodire conuenit, *l. idemque, 10. in princip. Mandati, l. cum mandati, 11. C. eod.* & omnes ſeruare mandati qualitates, Bal. *citatis in locis per textus ibi*, Dec. *conſ. 493. num. 9. verſ. & non ſolum* Pariſ. *conſ. 47. n. 42. & 43. lib. 1.* & exceſſus in modico nocet, ſecundum Felin. *in cap. cum dilecta ampl. 1. num. 41. de reſcript.* Card. Tuſch. *concl. 19. num. 4. lit. N. tom. 5.* Pariſ. *n. 43. citato loco* Auguſt. Barboſ. *ibidem, num. 3. & 4.* † cùm 4
non ſolùm commiſſarij informantis induſtria ſit electa, dum ei mandatum, ſeu commiſſio traditur, vt voluit text. *in l. ſi quid venditor, 18. de ædilic. edicto.* & per illum text. *ita tenet additio gloſſa, verb. & omnem culpam. in l. à procuratore, 13. C. mandati, &* Chriſtoph. de Paz *de tenuta 1. part. cap. 32. num. 83.* † Sed etiam 5
commiſſarius ipſe, cùm mandatum acceptat, & recipit, omnem promittit diligentiam, & ſe peritum dicit, vt vulgò DD. opinantur, & docet Hug. Donel. *lib. 13. comm. ca. 11. verſ. De æquitate, & locis contrariis*, cum ibi adductis ab Oſualdo *lit. E.* & ideò debet commiſſionem cum exactiſſima adimplere cura, † 6
tum quia aliena negotia exactiſſimo officio geri debēt, text. eſt elegans *in l. re mãdata, 21. verſ. Aliena, C. mandati*, vbi gloſſ. *verb. exacto*, intelligit, ideſt, *exactiſſimo*, quam communiter ſequuntur DD. & Pet. Fab. *in l. contractus 23. fol. mihi, 81. in aliis eſt, 139. & ſeq. de reg. iur.* † tum etiam quia nõ ſolum de dolo, & cul- 7
pa lata, ſed & de leuiſſima, & de negligentia tenetur ſaltim in foro fori, de quo nemo dubitat, ſecundùm gloſſam, & DD. *in l. à procuratore, C. mandati.* Pet. Fab. citato loco, Hug. Donel. *in l. procuratorem, 11. num. 43. C. illo tit.* Duaren. *ad eumd. tit. cap. 2.* & adducti ab Oſualdo Illig. ad Donel. *lib. 13. comm. cap. 11. lit. D. & E.* & quod ad intereſſe teneatur, docent ex textu *in l. ſi cui mandauero, 22. §. ſicut, 11.* vbi Bart. *Mandati. l. procuratorem, 11. C. eod.* Card. Tuſch. *dicta concl. 39. num. 10. & in concl. 40.* agit, quando dicatur excedere, fines mandati, Auguſt. Barboſ. *de Axioma, 144. n. 6.* † 8
In foro autem poli adhuc ſub iudice res eſt, aliis aſſerentibus iura de leui, & leuiſſima culpa loquentia in animæ iudicio ad mortale, nec ad reſtitutionem non adſtringere ex Leonardo Leſſio *de iuſt. lib. 2. cap. 7. de iniur. & reſtit. in genere dub. 6. num. 24. verſ. Secundo.* & aliis allegatis a Vincent. Filliuc. *in ſuis quæſt. moralib. tit. 32. cap. 2. num. 34. & 35.* Parlad. *in ſeſquicent. quotid. differ. 12. num. 8.* quam communem vocat Pet. Nauarr. *de reſtitut. lib. 2. cap. 1. ante num. 54. cum ſeqq.* † Aliis contrarium firmantibus, videlicet 9
iure interiori ex leui, ſeu leuiſſima obſtrictum culpa teneri etiam interiori animæ, ex gloſſa *per text. ibi, in cap. conſuluiſti, 2. quæſt. 5. & facit text. in cap. fin. de iniur.* Nauarr. *in Man. cap. 17. num. 184.* Man. Roder. *in ſumma cap. 22. num. 2.* Bañez *de iuſtit. quæſt. 62. art. 6* quam ſententiam tueri videntur Mol. Sylueſtr. Vaſquez Rebell. Emman. Saa, Garcia, Reginald. Armilla, Angel. & Azor. adducti à Martino Bonacina *diſput. 3. de contract. in genere quæſt. 1. punct. 6. num. 7. & 23.* † quatenus admittunt in foro animæ reſti- 10
tuendi obligationem ex contractibus ad leuem, & leuiſſimam obligantibus, quod non recte ſequeretur,

Digitized by Google

11 tur, ſi letale peccatum in ſimili non adeſſet culpa, † Saltim ex ſententia eorum, qui malunt, reſtitutionem a peccato mortali omnino incipere, nec à veniali poſſe, inter quos eſt P. Thom. Sancius *in decalog. lib. 2. cap. 23. num. 60. verſ.* & id bene explicat Rebellus, & Leſſius citato loco *n* 23. Azorius *inſtit. moral. 1 part lib. 9. c. 8. circa fin.* quæ mihi videtur verior, & tutior ſaltim ad animæ ſecuritatem.

12 Animaduertántque huiuſce grauiſſimæ rei commiſſatij, quod Cicero pro Roſcio dixit, *Nam* (inquit) *mandati violatio violat duas res ſanctiſſimas, amicitiam, & fidem*, non ſolùm aduerſus mandantem, ſed & ſibimet ſummum quærit dedecus, vt probat Pet. Fab. vbi proximè, *In priuatis* (ait) *rebus, ſi quis rem mandatam, non modo malicioſius geſſerit ſui quæſtus, aut commodi cauſa, verùm etiam negligentius, is admittit ſummum dedecus*, quem refert, & ſequitur Oſuald. Illiger. ad Hug. Don. *d. lit. E.* Quid enim (vt Petri Fabri verbis vtar) recipis mandatum, ſi aut ad tuum commodum conuerſurus, aut neglecturus es? cur mibi te offers, ac meis commodis officio ſimulato officis, & obſtas? terede de medio, per alium tranſigam, ſuſcipis onus officij, quod te putas ſubſtinere poſſe; ideóque negligentia in crimen mandati, iudiciúmque infamiæ re-

13 uocatur. † Vnde commiſſarius, qui verſutè cooperit, & celat Prætenſoris defectum ſeu ita negligenter procedit, quo cooperiator, & admittatur maculatus genere, ſeu indignus moribus, non ſolùm lædit tribunal aut communitatem, ſed etiam fidem, quam præſtitit, violando, propriam amittit famam, & aſſequitur maximum dedecus, & quod eſt omnium peios, ſe coram Deo letali onerat crimine, ex adductis ſuprà q. 2. num. 12. & infra hac q. §. 5. in princ. & deinceps.

14 Et non ſolùm debet à vera cauere fraude, & omiſſione, ſed etiam ab eius ſuſpicione ex text. ſingulari *in l. apertiſſimi*, 16. ibi, *tamen quia ſine ſuſpicione omnes lites procedere nobis cordi eſt, C. de indic. facit l. vidua*, 18. ibi, *ſi huius rei ſuſpicio præceſſerit. C. de nuptiis, cap. cum ab omni 10. de vita & honeſt. cleric. cap. audiuimus, 41. cum igitur, de ſimon.* Bobad. *in politica, lib.* 2.

15 *cap. 12. nu.* 32. † quod euenire poterit ex aſſidua alloquotione cum inimicis Prætenſoris, cum eo, & ſuis conſanguineis, & inimicis, quo ſuſpectus reddi poteſt, ſecundùm text. *in l. 3. §. cæteri, 1. verſ. Imputabitúrque eis, & §. quamuis autem, 3. de adim. & peric. tit.* Atque idem erit cum affinibus, domeſticis, & familiaribus ipſius, & ſuorum inimicorum, in omnibus igitur adeſt eadem ratio. faciunt tradita per Ma-

16 ſtrill. 2. *de magiſtr. cap. 7. num 6. & 8.* † Et ſi videat calumniis, & fallaciis niti, omnino eos reiiciat, & nullo modo audiat, *ex cap. nullum, 10. verſ. mala, 30. quæſt. 5. cap. ſi quid verò, 23. diſt. 86 gloſſ. in cap. innocens, 12. quæſt. 4.* Andr. Tiraq. *de pœn. tem. cauſa, 51. num. 26. & 27.* Bertach. *in tract. de Epiſc. lib. 4. part. 3. num. 33.* Segura Daualos *in direct. iudic. Eccleſiaſt. 2. part. cap. 5.*

17 Aceb. *in Curia Piſana lib. 2. cap 9 in fin.* † nec quidem fictionibus contra puritatem, & honorem dandus eſt locus, elegans text. *in l. 1. §. ſed & ſi quis non tantum, ſ. de Carbon. edicto, cap. dixit dominus, 2. verſ. vbicúmque, 32. quæſt. 1. gloſſ. 1. verſ. & ſic daretur occaſio*

18 *figmentis, in cap. cum contingat, 24. de reſcript.* † bene tamen, & aliquando oportebit, auditum præſtare non tantùm inimicorum dictis, quàm eorum rationi, & cauſæ ex text *in l. adigere, 6. §. quamuis, de iure-patron.* Archid. per tex. ibi, *in cap. vbi periculum, verb. ratio, de elect. in 6.* faciunt tradita per Mol. *de primog. cap. 5. num. 9.* Io. Gutierr. *lib. 2. pract. quæſt. 106. num. 4.* Rol. à Valle *conſ. 6. num. 20. lib.* 4. Aym. Crauetta *conſ. 243. num. 4.* Grato *reſp. 13. num. 45. lib.* 1. quando autem aures ſint adhibendæ delatoribus maculæ, ſeu criminis, videndus Bobadilla *in Politica lib. 1. c. 5. num. 21.*

Hæc autem præcipuè locum habent in ciuitatibus, & oppidis, in quibus adſunt inter ciues diuiſio- 19
nes, & partialitates, quæ plerúmque oriuntur ex diuerſitate familiarum, & ſanguinis, vt benè conſiderat Bobadilla *lib. 3. politicæ cap. 9. num. 5. verſ. No ay lugar.* cum grauibus, & enormibus Reipublicæ, & ciuium damnis, vt dixit Neuizan. *in ſylua nupt. lib. 4.* incipit, *Non obſtat, num.* 134. & Aceb. *in l. 1. num. 2. tit. 7. lib. 1. recop.* & conducunt à me tradita infrà. 2. part. quæſt. 1. gloſſ. 3. & tunc commiſſarius neutris credere debet, ni quatenus ſint ratione muniti, & aliis integris teſtibus qui extra partialitates ſint, quibus neceſſariò vti debet, nec in aliquo deficiat, ſed ſagaciter, & prudenter in omnibus procedat, quæ eſt melior regula in hac ſpecie, quàm alia iuridica, de quo etiam infrà hac q. §. 3. n. 62.

Similiter cauere debet Commiſſarius ab acce-
ptione munerum, & donatiuorum Prætenſoris, & 10
conſanguineorum eius, tum quia prohibitum eſt inte, vt in *Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio fiant, §. fin. incipit, ſcriptum eſt exemplar. in fin. collat. 2. nouell. 8. & in cap. cum ab omni 10. de vita & honeſt. cler. l. 52. tit. 14. l. 27. tit. 22. part. 3. l. 56. tit. 5. lib. 2. l. 5. tit. 9. lib. 3.*
l. 9. tit. 23. lib. 4. recop. † maximè quia Commiſſarij ha- 21
rum informationum quotidie lucrantur, & conſequuntur ſalatium à Prætenſore: & ideò maiori ex cauſa à ſimilibus donis abſtinere debent, ex adductis
à Farin. *de var. ac diuerſ. crim. quæſt. 111. num. 251.* † 22
tum etiam, quia iudicibus delegatis, vt ſunt hi Commiſſarij magis ſtricte munerum receptio prohibita extat ex text. *in cap. ſtatutum 11. §. inſuper, de reſcript. in 6.* cuius meminit Mart. Bonae. 2. *tom. de indic. publico diſp. 10. quæſt. 2. punct. 8. num.* 5. non tantùm ſub letali crimine, ſed etiam ſub obligatione reſtitutionis, vt ex eod. texto *in §. ſi quid aut contra*, apertè deciditur, & explicat P. Mol. *de iuſt. 1. tom. tract. 2. diſput.*
84. *num. 11. & ſeqq & diſp. 88. num. 12. §. poſſumus*, vbi 23
ait, † ſimiles iudices incapaces exiſtere ab ita acceptorũ dominio, & teneri ad reſtitutionem ante iudicis ſententiam, cum in illo textu efficiantur incapaces dominij, ex quo ſtatim incipit reſtituendi obligatio, iuxta tradita à Bonacina *de reſtitut. diſp. 1. quæſt. 3. punct. 1. num. 9.* & generaliter loquendo de omnibus iudicibus munera accipientibus probat Bobadilla *in ſua politica lib. 2. cap. 11. num. 62.* & latiùs Alphonſ. Narbona *in l. 31. gloſſ. 6. à num. 17. cum pluribus ſeqq. tit. 7. lib. 1. recop.* & videndi ſunt præter allegatos ab eis, Fr. Emman. Roderic. *in ſumma cap. 185. per totum*, & alij apud Auguſt. Morlam *in emporio tit. 2. de iuriſd. quæſt. 10. per totam*, & ex Theologis videantur Rebellus *de oblig. iuſt. lib. 18. quæſt. 22. concl. 2.* Azor. *inſt. moral. 2. part. lib. 13.* Leonar. Leſſio *de iuſt. lib. 2. cap. 14 dub. 9. à num. 64.* Vincent Filliuc. *in quæſt. moral. lib. tract. 31. cap. 9. num. 113. & 214.* Virgin. Bocar *de pact. 1. & 2. part. pluribus in locis*, Iac. Menoch. *de arbitr. iud. caſu 145. & 517.*

Quod & diſpoſitio *d. cap. ſtatutum. 11. §. inſuper, &* 24
§. ſi quid, aut contra, de reſcript. in 6. ampliatur primò, vt locum etiam habeat in Inquiſitoribus Apoſtolicis hæreticæ prauitatis, quia cùm loquatur generaliter in iudicibus delegatis locũ habere debet in Inquiſitoribus, qui iudices delegati sũt à Sede Apoſtolica, ex Tib. Dec. *tract. crim. tom. 1. lib. 5. cap. 22. num. 2. & cap. 23. num. 15.* Peña *in director. 3. part. comm. 53. per totum, & comm. 79. verſ. Nos in hac.* Io. à Roxas *ſing. 97.* Per Barboſa *in l. cum Prætor, 13. §. 1. num. 45. &*
& 51. cum ſeqq. de iudiciis, † licet hodie magis pro 25
ordinariis iudicibus, quàm pro delegatis haberi, iudico verius, cum Mol. *de iuſt. tract. 5. diſp. 58.* Lud. à

Paramo

Paramo *in defenſ. iuriſd. Inquiſit Siciliæ, cap. 1. num. 11.*
& de orig. Inquiſ. tit. 3 quæſt. 2. per totam, ſed nihilomi-
nus ad idem omnino tenentur ex ploribus inſtru-
ctionibus, & Epiſtolis ſupremi Senatus inquiſitio-
nis, vt referunt Simanch. *de Cathol. inſtit. tit. 34. num,*
45. & ſeqq. & tit. 41. num. 37. Peña *in directer. 3. part.*
comm. 153. verſ. de tertia concluſione, cum ſeqq Io. à Ro-
xas *ſing. 112. per totum*, Acebed. *in l. 1. num. 18. in fin.*
tit. 6. lib. 3. recop. & Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 11. num. 68.*
26 † quæ omnia locum habent in Commiſſariis electis
ab eiſdem Inquiſitoribus, ad quos obligatio hæc
ſimiliter tranſit, ex adductis ab Eymerico *in director.*
3. part. quæſt. 13. & ſeq. vbi Peña *comm. 62. & 63.* &
iterum de forma inſtituendi Commiſſarium, *verſ.*
Poteſt. inquiſitor vbi etiam Peña *comm. 10.*

27 Ampliatur ſecundò, vt prohibitio procedat etiam
accipiendo per interpoſitas perſonas, vt expreſſe
prohibetur in ſuprà relatis Regni iuribus, *& in l. 7.*
ibi, *Ni tomen en publico, ni eſcondido por ſi, ni por otros*
dones algunos, tit. 15. & in l. 40. tit. 14. lib. 2. ord. ibi, *que*
no ſe reciban dadinas, ni preſentes por ſi, ni por otros, di-
rectè vel indirectè, & in l. 31. ibi, *ni por interpoſitas per-*
28 *ſonas tit. 7. lib. 1. recop.* † vbi Alphonſ. Narbona *gloſſ. 8.*
quia per alios accipere, idem eſt, ac ſi ipſimet cape-
rent, *l. ita autem, 3. §. quod ſi quis*, ibi, *Geſſiſſe enim vide-*
tur, & qui per alium geſſit, de adminiſt. tit. l. vn ibi, *omnia*
enim noſtra facimus, quia ex nobis omnes eis impartitur
auctoritas, C. de vter. iure emucl. cap. mulieres, 6. cap. vt
fama 25. ibi, *cum non hoc ipſi, ſed illi, quorum auctoritate*
id faciunt, facere videantur, de ſent. excomm Lud. Gom.
in cap. mulieres, num. 7. de iudic. Rol. à Valle *conſ. 86.*
num. 26. lib. 1. & conſ. 12. num. 53. lib. 4. Bellamera
conſ. 58. num. 10. Hieron. Gracian. *reſp. 31. num. 26. vol.*
1. & alij plures penes Auguſt. Barboſ. *Axioma, 92. n. 1.*
29 † Et actus non pendet ab exequente, ſed ab eo cuius
nomine executio fit, *l. pater ex prouincia, 22. de man.*
vindicta, l. item eorum, 6. §. ſi decuriones. Quod cuiuſque
vniuerſ. nom. l. vnum ex familia, 67. §. ſi de falcidia, de
leg. 2. l. apertiſſimi, 16. vbi gloſſa fin. C. de iudic. cap. lit-
teris 39 vbi Abbas de reſcript cap. cum aliquibus, 4. eod.
tit lib. 6. Marc. Anton. Eugen. *conſ. 50. num. 31. & ſeqq.*
Surd. *de Alim. tit. 8. priuileg. 56. num. 48. & priuileg. 65.*
num. 47. & deciſ. 292. num. 9. Marian Anton. *ver. reſol.*
19. num. 5. lib. 3. Cardinal. Tuſcb. *lit. A, concl. 144.*
tom. 1.

30 Ampliatur tertiò, vt locum prohibitio habeat
non ſolùm in magnis, ſed etiam in exiguis rebus, &
qualitatibus, vt ſunt xenia, eſculenta & poculenta
quia etſi aliqui voluerint, quòd hæc non corrum-
pant animum iudicis, nec deuient à iuſtitiæ tramite,
vt ex pluribus probat Mar. Bonac. *2. to. de pub. iud. diſp.*
10. quæſt. 2. pun. 8. num 5. verſ. dixi in propoſitione, qui
plures ad hoc cumulat, & etiam ex multis nouiſſimè
probat Alphonſ. Narbona *in d. l. 31. gloſſ. 6. à num 56.*
cum pluribus ſeqq. tit. 7. lib. 1. recop. & Bobad. *d. lib. 2.*
Polit. cap. 11. num 47. alios refert, tamen contrarium
verius alij defendunt, quos cumulat idem Narbona
num. 54. & Bobad. *à num. 48. citatis in locis* hanc pro-
bat, & expreſſè conſtat ex pluribus regni legibus,
vt *in l. 6. tit. 4. part. 3. l. 7. tit. 15. lib. 2. ord. & l. 56. tit. 5.*
lib. 2. l. 5. tit. 9. lib 3. recop. & in inquiſitoribus loquen-
do ex pluribus inſtructionibus hoc vetitum eſſe pro-
bat Io. à Rox. *ſing. 112. num. 3.* Iac. Simanch. *de cathol.*
inſt tit. 44. num. 45. Peña *in direct. 3. part. comm. 153. à*
verſic. de tertia concluſione, maximè *in verſ. ſed eiſdem*
inſtructionibus, ibi, *in verſ. cæterum*, conſulit Inquiſito-
ribus à ſimilibus donis, xeniis eſculentis, & poculen-
tis abſtinere, ad quod, vt ego arbitror, non tantùm
ex conſilio tenentur, ſed etiam iure, & obligatione
ex dictis iuribus & inſtructionibus, & probatur Ec-
cleſiaſt. cap. 20. 31. ibi, *xenia, & dona extacant oculos*
iudicum, Vnde colligitur, ſententiam eorum, qui ſimi-
lia parua accipere dona iudicibus permittunt, licet
iure ciuili probetur, hodie nec veram exiſtere, nec
conſulendam eſſe.

Ampliatur quartò, vt etiam prohibitio procedat, 31
non tantùm lite, ſeu informatione puritatis pen-
dente, ſed etiam poſt finem impoſitum, *ex cap. ſi quis*
obiecerit, 7. in princ. ibi, *nec paſtum antea, nec poſtea pro*
huiuſmodi ſoluat, 1. quæſt. 3. l. fin. ibi, *exceptis ſalariis nihil*
penitus in adminiſtratione poſitos, quàm poſt depoſitum
officium pro aliquo præſtito beneficio, tempore adminiſtra-
tionis, quam gratuitò meruerint accepturos, C. ad l. Iul.
repetund. Greg. *in l. 6. verb no reciban. in fin. tit. 4. part. 3.*
Auiles *in cap. Prætor. cap. 1. gloſſ. Salario, num. 1.* Pureo
de ſyndicatu verb. contrahere num. 10. fol. 155. & in
verb. poculenta cap. 1. & 2. num. 2. in fin fol. 255. Pet.
Greg *ſyntagm. iur. 3. part. lib. 36. cap. 18. num. 4.* † quia 32
datum poſt finitam litem ex præuiis factis, & actita-
tis donatum præſumitur ex relatis à Tib. Dec. *tract.*
crim. lib. 8. cap. 38. num. 15. Alphonſ. Narbona *in d. l.*
31. gloſſ. 16. num. 16. tit. 7. lib. 1. recop. pag. 117. licèt
contrarium oſtendere videatur ex Did. Perez *ibidem*
gloſſ. 6 num. 56. pag. 103. tamen noſtra opinio verior
eſt, ex Bobadilla *d. lib. 2. cap. 11. num 77.* ibi, *Zelque re-*
cibe el premio deſpues del ſuceſſo, del hecho es como ſi lo
recibieſſe antes, & licèt alij aliud voluerint, non rectè
procedit eorum opinio ex ſupradictis, & quia actus
ille donandi præſumitur factus propter litem præ-
cedentem, & ſic debet declarari, *ex l. ſi hi qui, 14. C.*
ad l. Iul. de adulter. Stephan. Gracian. *diſceptat forenſ.*
cap. 58. num. 25. cum ſeqq. Rota apud Farin. *deciſ. 365.*
num. 1. in fin 2. part. recent. Si verò datum & acceptum
ſit ex mera liberalitate & gratitudine in foro animæ
non tenebitur ex Nauarr. *3 tom. de datis & promiſſ.*
notab. 13. num 22. & notab. 19. num. 21. & 19 Mol. *de*
iuſt. tom. 1. tract. 2. diſp. 92. verſ Porrò qui, Bonacina, *2.*
tom. tract. de iudic. publ. diſp. 10. quæſt. 2. punct. 8. §. incid.
num. 14 verſ. Hinc ſequitur, num. 15. Virgin Boccacio
de pact. 3. part. num. 78. & Farin. *3. tom. quæſtion. 111.*
num. 348.

Ampliatur quintò, vt prohibitio procedat, non 33
ſolùm accipiendo ab eis, quibus informatio, ſeu
iudicium inchoatum tangit, ſed etiam à quibus tan-
gere poteſt, & ab eis, qui de proximo ſimilem actio-
nem, ſeu prætenſionem habere ſperant *ex l. 56. tit. 5.*
lib. 2. tit. 6. lib. 3. recop. Matienço *in dialogo relator. 3.*
part. cap. 26. num 4. † quia idem eſt cauſam habere, 34
vel de proximo habiturum, ſecundùm regulam, *l. pen.*
de milit. teſtam. l. item legato, 47. §. 1. verſ. vtroque autem
legato, de leg. 3. l. fin. de cond. inſtitut. l. ſi quis cum ſciret. 8.
in fin. Pro emptore, & ex aliis tenet Bobadilla citato
loco *n. 67.* & relatis ab Auguſt. Barboſ. *Axioma, 6. pag.*
7. n. 1.

Ampliatur ſextò, vt prohibitio locum etiam in no- 35
tariis habeat, qui informationibus adſunt ad teſtium
dicta adſcribenda, tum quia ita iure prohibitum
manet, vt *in l. 6. l. 35. & 39. tit. 25. lib. 4. recop.* Acebed.
in d. l. 6. & Narbona *in d. l. 35.* tum quia hoc ita ex-
preſsè deciſum habemus in ſancto Inquiſitionis of-
ficio per inſtructionem Hiſpalenſem, 21. in nouiſſi-
ma impreſſione *fol. 8. & inſtruct. 1. in generalibus fol.*
20. ad tergum, & ibidem inſtruct. 5. fol. 21. & inſtruct. 9.
eodem fol. in tergo, & meminit Peña *in direct. 3. part.*
comm 153 verſ. ſed eiſdem, † quod accipiendum eſt, 36
etiamſi ſponte offeratur, *ex text. in l. per omnes, 1. C. de*
extractor. lib. 12 Narbona *in d. l. 35. num. 15. & ſeq.* à
quo cauendum eſſe puto in quantum ibi *num. 18.* ait,
ſcribam, ſeu notarium poſt completum miniſte-
rium, ſiue ſcripturam confectam, & parti traditam,
poſſe accipere ab vltrò, & liberaliter offerenti ali-
quid vltra taxam, tum quia hoc prohibitum eſt in
dictis

dictis iuribus, tum etiam quia hoc prætextu facilè prædictæ leges fraudem acciperent, cùm frequenter ſolutiones ſcripturarum fieri ſoleant, poſtquam ſunt confectæ, & parti traditæ, & ſi tunc impune illud magis accipere poſſent ſcribæ, rarò diſpoſitiones prædictarum legum locum habere poſſent, quod indubitabilius procedit poſt latam *d. l. 25. tit. 25. lib. 4. recop.* per illa verba, *Y que ſi deſpues pareciere auer lleuado mas,*
37 † vbi nota verbum *deſpues*, quod omne futurum tempus apprehendit, & complectitur, *gloſſ. in cap. frequent, verb. proponitur, de reſtit. ſpoliat. in 6.* vbi Archid. *in princip. verſ. poſt diem, gloſſ. in cap. quod à patribus, 75. diſt.* Speculat. *de citat. §. viſo, col. vlt. verſ. Item nota.* Bart. *in l. 2. §. creditum, col. 2. verſ. aduerte de reb. cred.* Alberic. *in diction. verb. Poſt. diem Sabbati*, Tiraq. *de retract. tit. §. 1. gloſſ. 11 num. 40. & 50.* Did. Perez *in l. 22. verſ. item nam dictio poſt, tit. 1. lib. 7. ord. pag. 408.* Aceb. *in l. 4. num. 12. tit. 3. lib. 7. recop.* vt ſignificet, quòd omni tempore, quo accepiſſe conſtiterit aliquid vltra taxam pœnas luat, & cùm datum poſt ſcripturam completam donatum intelligatur ratione ipſius ſcripturæ, vt dixi ſuprà in 4. ampliatione, ſi plus accipiat notarius, non poterit fidem præſtare ſe plus non accepiſſe ratione ipſius ſcripturæ, quàm ſecundum legem poteſt, cum re vera acceperit contra *d. l. 39.* ibi, *y nomas* & ſi poſt fidem datam acceptum probetur, præſumitur in fraudem accepiſſe quia aduerſus legis mentem ex vulgatis.

§. III.

De aliquibus ſeruandis à Commiſſario ante acceſſum ad teſtium examen.

SVMMARIVM.

1 *Commiſſarius veram originem pratenſoris ſequi debet, & falſam omittere*, num. 7. *An teneatur ſequi originem maiorum poſt patres, & auos pratenſoris. Negatiuè reſpondetur*, num. ſeqq. *Affirmatiuè*, ex n. 20. *Quid ſi in genealogia mutata ſint nomina, & cognomina parentum & auorum pratenſoris* ex num. 29. *Ad quod plurimùm commiſſarius reſpicere debet*, num. 40. *Et quid ſi poſt inceptas informationes vult Pratenſor diuerſos ſignare parentes*, ex num. 43. *Ante acceſſum ad teſtium examen quid faciendum*, num. 50. & duobus ſeqq. *An ab inimicis incipere expediat*, num. 53. *Inimicos non ſpernat*, num. 54. *Ab eis regulariter abſtinendum eſt*, n. 55. *Nec eis aures prabeat vanas maculas, & defectus opponentibus*, num. 60. *Si fuerunt partialitates & inimicitia inter pratenſoris familiam, & alias quid faciendum*, num. 62. *Teſtes ad ſe vocare poteſt*; num 64. *Nuncio qui teſtes vocat non tradat memoriam omnium, nec plurium teſtium*, num 66. *Perſonaliter ad domus teſtium ire non tenetur, licèt aliquando ire expediat*, num. 67. & ſeqq. *ſecurius eſt ad eorum domus perſonaliter accedere*, numero 69.

2 *Originarij melius ſciunt qualitates inquiſiti*, & num. 8.

3 *Origo maiorum ſemper ſequenda, ſicut & cuiuſque rei*, & n. 4. & 12.

5 *Qualitas prolis talis eſt, ſicut in maioribus fuit. Originarius non ſolùm dicitur illius loci in quo quis natus eſt, ſed etiam eius in quo ſui nati fuerunt parentes*, ibid.

6 *Patriam propriam deſerentes ſuſpecti ſunt.*

7 *Voluntas, nec error damnum veritati afferre non debent.*

9 *Radix qualibet ſuam virtutem in palmites extendit.*

18 *Origo vitioſa vitia ſua eiicit in poſteros.*

11 *Forma & qualitates radicis in quemlibet ex ea ortum deriuantur.*

13 *Origine dubia exiſtente quid agendum à commiſſario.*

14 *Origo maiorum ſupra aues an ſequenda. Negatiua proponitur*, num. ſeqq. *Affirmatiua vero* à n. 20. cum ſeqq.

15 *Probatio eſt facilis de eis, qua intra centum annos vitam agere poſſunt, poſt eos verè difficilis, immò impoſſibilis*, n. 17.

16 *Immemorialis legitimè probata nihil eſt ſi poſtea aliquid probetur contrarium.*

18 *Immemorialis non dicitur vbi adeſt memoria.*

19 *Praxi omnium Tribunalium contenta eſt ſi Pratenſor memoriam parentum & auorum tantùm oſtendat.*

20 *Qualitas ſanguinis ab omnibus aſcendentibus deriuatur.*

21 *Macula ab vlterioribus aſcendentibus prouenire poteſt.*

22 *Cauſa excluſionis, ſeu defectus vlterioris aſcendentis eadem tranſit vi in omnes deſcendentes.*

23 *Radice excluſa excluditur quidquid ab ea prouenit.*

24 *Origo prima in qualitatibus ſanguinis exquirendis diligenter inueſtiganda*, & n. 25.

25 *Res ſtatus in origine manet.*

Ex bono initio bonus oritur proceſſus, ſecus econtra, ibid.

26 *Res debet referri vnde capit ſtatum & originem.*

Infuſio prima cauſa ſemper attendenda, ibidem.

27 *Quidquid à radice eſt neceſſe habet eius naturam ſapere.*

28 *Qualitates omnium aſcendentium inquiruntur, dum capiuntur informationes puritatis in omnibus Tribunalibus.*

30 *Pratenſor detecto errore veros poteſt nominare parentes quandocúmque.*

31 *Veritas inſpicienda tantùm dum error interuenit,*

uenit, & num. 35.

32 *Pater qui errore pro filio agnouit, qui non erat, ſibi non praiudicat.*

33 *Aſſertio falſi parentis non praiudicat.*

35 *Confeſſio patris notoles non mutat.*

37 *Dolus neminem patrocinat, & praſumitur ex tacita veritate*, n. 38.

39 *Index ex officio cautelis occurrere debet.*

40 *Deſcendentes à maculatis ſibi nomina mutare ſolent.*

41 *Geneologia antiqua ſancti Officij vera nomina & cognomina aſcendentium maculatorum oſtendunt.*

42 *Nomina & cognomina plurimùm deſeruiunt ad eruendum veras generis qualitates.*

43 *Pratenſor, qui poſt inceptas informationes alios nominat parentes non facilè audiendus.*

44 *Suſpicio macula producit ſuſpicionem in noua patrum aſſertione.*

45 *Nonitas qualibet cenſetur origo & radix productiua ſuſpicionis.*

46 *Aſſertio prima Pratenſoris praferenda ſi pro ea ſint adminicula.*

47 *Perſeuerantia errorem deficere arguit.*

48 *Errore prima nominationis probato veritas praferenda.*

49 *Error neminem incapacem conſtituit.*

52 *Cautius agendum vbi ſuſpicio monet.*

53 *Inimici an examinandi in puritatis informatoriis, ſpernendi non omnino* num. 54. *Regulariter ab eorum abſtinendum examine*, n. 55. *Maxime in inquiſitionibus ſecretis*, n. 56.

57 *Numerus teſtium adimplendus ex fide digna.*

Miniſtri ſancti officij examinandi niſi ex contrario adſit iuſta cauſa, ibid.

58 *Idoneitas teſtium ſpecialiter aliquando probatur.*

59 *Conteſtis minus idoneus omnino examinādus, ſed in numero idoneorum computandus non eſt.*

60 *Inimici non audiendi, ſi vanas maculas & defectus afferant.*

61 *Cauſa leues, friuola, & impertinentes non ſunt attendenda.*

62 *Teſtes non ſumi debent de partialitatibus oppidorum. Qui deponunt in puritatis cauſis debent eſſe omni ex parte idonei*, n. 62.

63 *Fœmina admittuntur in teſtes in puritatis negotiis.*

65 *Commiſſarij ſancti officij cogere poſſunt teſtes ad comparendum.*

67 *Perſona egregia, infirmi, & valetudinarij, ſenes non debent cogi ad comparendum.*

68 *Commiſſio ad examinandos teſtes in cauſis puritatis ſubdelegari non debet.*

69 *Commiſſarius accedat ad domos teſtium, quia ſecurius eſt.*

COMMISSARIVS igitur ita electus, ſeu nominatus acceptis litteris ſuæ commiſſionis cum interrogatorio in quo adſcripta ſunt Prætenſoris, patrum, & auorum nomina, & cognomina pergere debet in originis locum, vbi teſtes recipiet in numero ſolito, ſeu taxato in ſua commiſſione, ſiue eum excedendo, attentis rei qualitatibus, & circunſtantiis, quas prudentèr perſcrutari debet, qui eiuſdem loci originatij ſint, † tum quia originarij melius ſciunt inquiſiti qualitates, vt *in l. 1. §. flumen de flumin. cap. quoſdam 7. & cap. ſeq. de præſumpt. cap. fin §. al. oquin. Qui matrim. accuſ. poſſ.* cum aliis in in hanc rem adductis per Bald. *in l. ea quidem, n. 55. de accuſat.* & per Io. Bapt. Coccin. *deciſ. 68. n. 16.* & per Laram *in d. cap. 4. 4. num. 25. & 26.* & per Cabed. *deciſ. 73 num. 11.* Rebuff. *ad ll. Galliæ tit. de reprobat. teſt. num. 125. verſ. Decimo quarto*, & à Farin. *de teſtib. quæſt. 70. num. 167.* † tum etiam quia ſequi originem maiorum ſemper debet, ad eorum qualitates inquirendas, etiamſi nec Prætenſor, nec eius parentes ibi commorentur, vt iure conſtitutum habemus, & res ipſa quotidie ita expedire ſuadet, atque probatur *in l. honor. 14* ibi, *Origo natalium, de muner. & honor.* Auth. *de defenſor. ciuitat cap. 1.* incipit, *Interim*, ibi, *ſed inuicem vniuerſi nobiliores Ciuitatum habitatores hoc miniſterium eis adimpleant, coll. 2. nouel. 15.* faciunt tradita ab And. Tiraq *de nobilit. cap. 1 num. 1. & 2.* & quaſi per totum & à Pelaez de Meres *de maiorat. 1. part. quæſt. 51. n. 6.* † cuiuſque enim rei initiū ſequendum eſt, ad eius qualitates verificandas, ex ratione text. *in l. damni infecti 18. §. Sabini, 11. de damno infecto, l. 3. § ſcio, de minor. l. quæcūque gerimus, 11. de act. & oblig. cap. cum dilectus, 8. de conſuetud. cap. in Geneſi, 55. de elect.* Iaſſ. *in l. ſi qui pro emptore, num. 355. de vſucap.* cum pluribus congeſtis per Io. Philip. *iuris reſp. 51. num. 30.* Guill. Bened. *in cap. Raintucius, verb. duas habens filias, num. 175. de teſtam. fol. 52.* † & cùm qualitas prolis talis ſit, ſicut in maioribus fuit, illuc referri res debet, & ideò ſicut iura ſanguinis immutabilia ſunt, ita ſimiliter agnationis origo *l. aſſumpto 6. ad municip. gloſſ. 1 in l. 5 tit. 24. part. 4* ex quo textu deducitur, quòd non ſolùm originarius quis dicitur illius loci, in quo natus eſt, ſed etiam in quo eius fuerunt nati parentes, vt tenent Mandoſ. *ad reg. 16. cancel. quæſt. 40* Ioſeph. Gonçal. *florum var. cap. 36. à num 3.* Garc. Tolet. *in Rub. de incolis, num. 1. lib. 10. C.* Campanil. *in diuerſ. iur. Canon. Rub. 9. cap. 8. num. 8.* † quia ſuam deſerentes patriam & originem ſuſpecti in ſua fama manent, ſecundùm gloſſ. *ſingul. in cap. cum deputati, 16. verb. nationis, de iudic.* vbi ad hoc adducit textum *in cap. duæ ſunt 2. 19. quæſt. 1. & arg. text. in c. tua fraternitatis 4. de cleric pereg.* & ideò vtiliſſimum & neceſſarium eſt ſanguinis qualitates in originis loco inueſtigare.

Et licèt Prætenſor ſuis parentibus & auis falſam ſignauerit originem ſubtrahendo veram, hanc ſequi, & errorem probare commiſſarius debet, cùm voluntas, nec error damnum veritati afferre non poſſint, vt optimè conſiderauit I. C. *in d. l. aſſumptio. 6 ad municip.* faciunt *l. domicilium, 20. l. incola, 29. l. nihil. 3. illo tit ad municip. l. filios 3. cum duabus ſeqq C. de municip. & orig lib. 10.* text. *in d. l 5.* vbi gloſſ 1. *tit. 24. part. 4.* ita tenet Ludouic. *deciſ. Lucenſi 44. num. 53. & ſeq.* Cuman. *conſ. 177. num. 4.* Afflict. *deciſ. 384. n. 2. & 8.* Boër. *deciſ. 13. num. 12.* Menoch. *conſ. 80. num. 9. vol 1.* & in terminis Perezius de Lara *de anniuerſ. & capell.*

8 *capell. lib. 2. capit. 4. num. 33. & 54.* † Ratio eſt
quia teſtes originarij melius veritatem ſcire præ-
ſumuntur circa qualitates commorantium in
eorum loco, ex text. *in leg. clam. poſſidere 6. §.
qui ad nundinas, de adquir. poſſeſſ.* allegati ab
Antonin. Gabr. *de teſt. concluſ. 4. num.* 64. & dicam
infrà 1. part. quæſt. vlt. §. 2. reg. 5. & principaliter
agitur de probando qualitates maiorum, quæ me-
lius apparebunt in eorum origine, vt ſciatur quales
ſint in deſcendentibus, ad quos transferuntur
9 in eadem eſſentia, † cum quælibet radix ſuam
extendat virtutem in palmites, vt probant Ioann.
Neuizan. *ſylua nuptial. lib. 4. numero* 132. Ang.
conſil. 100. *Sanctiſſime, colum.* 2. Antonin. Capic.
deciſ. 18. *à numero* 1. *cum ſeqq.* Pelaez *dict. quæſt.* 51.
10 *numero* 16. *part.* 1. † Et ergo vitioſa vitia ſua eiiciat
in poſteros, Matth. de Afflict. *in conſtitut. Neapol.
in proœm. poſt mundi machinam, num. 17. & 18.* &
corruptum in radice corruptum etiam dicatur in
conſequentia Bald. *in l. qui rem 20. C. locati*, Anton.
11 Peregrin. *de fideicomm. art. 26. numero* 2. † quia qua-
litates & forma, quæ à radice proueniunt, in quem-
libet ex ea ortum deriuantur, *leg. quid id quod 33.
in princip. de donat. l. 1. in ratione 11. §. ſi filio ſuo 6.
verſicul. vt enim opes, ad l. falcid. l. tutor. 69. verſ.
hæred. enim. de fideiuſſor.* Zaſius qui plura adducit
12 *conſil. 5. num. 95. & conſil. 18. num. 30. lib.* 1. † ſe-
quitur quantum ſit vtile, maiorum inſpicere origi-
nem, vt multis ſuademur iuribus inter quæ eſt text.
*in l. 1. de origine iuris, l. ſi procuratorem 8. in princip.
Mandati, d. l. clam poſſidere 6. in princip. de adquir.
poſſeſſ. gloſſa magna in cap. hoc quippe 3. quæſtion.*
6. quam ſingularem vocat Bald. *in leg. Papi-
nianus colum. pen. C. de ſent. & interlocut. & in leg.
nec quicquam §. vbi decretum, de offic. Proconſ.* Felin.
in capit. 1. verſicul. vltima concluſio de exceptio.
13 Octau. Glorit. *reſponſ. 4. num.* 13. † & ſi omnibus
perfectis, dubium nihilominus maneat circa præ-
tenſoris originem; & in duobus locis eadem
ſint maiorum cognomina, probet Commiſſa-
rius vtrorúmque qualitates, & opinionem, vt ex
omnibus ſimul iudicium feratur, *arg. l. Gallus. 29. §.
ille caſus, 15. de liber. & poſthum.* cum adducendis in-
frà §. 4. reg. 12.

14 Vnde fluit difficultas vtrum Commiſſarius ſequi
teneatur originem maiorum etiam ſuprà auos, an
verò ſufficiat informatorium conficere in auorum
origine, etiam ſi alibi proaui fuerint nati, aut alij
ſuperiùs? Et videtur quòd non, quia ſufficit de
parentibus, & auis probationem efficere, & pro-
gredi vltra non erit neceſſe, quod probari videtur
in cauſis nobilitatis, *ex leg.* 7. ibi, *que ſon hijos dalgo
de padres, y abuelos, & l.* 8. ibi, *alomenos de padre y
abuelo, delque contiende, o ſino ay memoria de auer co-
nocido a ſu padre, o ſu abuelo*, & alibi, *titul. 11. lib. 2.
recop.* vbi Acebed. & Auend. & Cobbarr. ab Ace-
bedo ibi adducti Io. Guttierr. *lib. 3. pract. quæſt. 13.
num. 27. & quæſt. 15. num. 2. & 13.* Ioann. Garc. *de
15 nobilit. gloſſ.* 12. *à num. 7. cum ſeqq.* † & regulariter
loquendo, de his probare facilè erit, qui vitam
agere potuerunt in centum annos, ad quos ho-
minum memoria extendi poteſt, *ex leg. an vſusfru-
ctu, leg. C. de ſacroſ. Eccleſ.* (licèt *in leg. 2. titul. 21.
part.* 2. ibi, *Faſta & quarto grado que llamamos viſa-
buelos por que dende en aquel tiempo non ſe pueden
accordar los omes*, de qua Garcia *d. gloſſa 12. & gloſſ. 20.
num.* 4. hoc ad proauos, vt vides, extendatur) &
ſi vltra aliquid econtra proberur, nihil obeſſe de-
bet, quia ita receptum eſt, circa immemorialem,
de qua agitur in nobilitatis, & puritatis proba-
16 tione, † quæ ſi legitimè extet probata, non elidi-
tur, nec tollitur per contrariam memoriam, nec
per initium probatum vltra centum annos ex pluri-
bus congeſtis à Cobbarr. *in cap. poſſeſſor. 2. part. §. 3.
num.* 7. Mol. *de primogen. lib. 2. capit. 6. num. 6.
vſque ad* 66. Aym. Craueta *de antiq. temp. 4. part.
ſect. Materia ſingularitatis, numero* 40. † & quòd 17
probatio vltra centum annos impoſſibilis dicatur,
voluit Alexand. *conſil. 11. num. 15. lib.* 6. relatus à Io.
Garcia *d. gloſſ. 12. num.* 70. † licèt dum aliqualis eſt 18
initij memoria, non poſſe immemorialem dici,
probet pluribus Pelaez *de maiorat. 4. part. quæſt. 20.
num. 229. & ſeq.* vbi latè agit de immemoriali, & de
præſcriptione centenaria, & de earum differentia
à num. 223. cum pluribus ſeqq. † atque ita omnium 19
Tribunalium praxis obſeruat, vt Prætenſor tenea-
tur genealogiam vſque ad auos tantùm offerre, quo-
rum probationem, ſi aliud vlterius non appareat, ſuf-
ficere nihil dubium eſt, & videtur ſimiliter, quòd &
ſi vltra auos aliqua exiſtat memoria alterius originis,
non ſit neceſſe in ea informatorium conficere, cum
ſatis ſit informationem circa qualitates auorum in
ſua ſuſcipere origine, & ſi vlterior aliqua appa-
reat.

Ex aduerſo autem, cùm ſanguinis qualitas ex 20
omnibus aſcendentibus in ſuam progeniem nul-
lo excluſo gradu proueniat, & deriuetur, ex
adductis ab Andr. Tiraquel. *de nobilit. capit. 15.
numero 1. cum ſeqq.* Ioann. Garcia *eod. tractat. gloſſ.
7. numero* 17. & Ioann. Gutrierrez *lib. 3. practic.
quæſtion. 13. à numero 92. cum duobus ſeqq.* pri-
mæua cauſa, & origo inſpicienda eſt ex addu-
ctis ſuperiùs, & inferiùs adducendis. † Et 21
cùm macola tantùm prouenire poſſit à paren-
tibus, & auis, ſed etiam à proauis, abauis,
& vlterioribus, immò valeat prouenire in po-
ſteros à quacumque radice infecta quantumuis
longæua, ex Matth. de Afflict. *in conſtit. Neapolit. in
d. proœm. Poſt mundi machinam num. 17. & 18.* ad hoc
adducto à Pelaez *de maiorat. 1. part. quæſtion. 2.
numero* 88. † & dum eſt cauſa excluſionis, ſeu 22
defectus in vlteriori aſcendente, tranſit eadem vi, &
potentia in omnes illius deſcendentes Mol. *de pri-
mogen. lib. 3. cap. 7. num.* 4. Burg. de Paz *quæſtion.
ciuil. 3. numero 15. cum duob. ſeqq* Iac. Menoch.
conſ. 442. num. 12. cum ſeqq. lib. 5. Anton. Peregrin.
de fideicomm. art. 26. num. 2. plura Andr. Tiraquel. *de* 23
primog. quæſt. 12. per totam. † Et excluſa radice ex-
cluditur quidquid ab ea prouenit, ex Bald. *in l. ma-
ximum vitium, C de lib. præter.* Anton. Peregrin.
art. 27. num. 6. & 18. Guillierm. Benedict *in cap.
Raintucius, verb. duas habens filias, num. 154. cum
ſeqq.* Iac. Menoch. *conſ. 172. lib.* 2. non erit ſuffi-
ciens informatio ſũpta de parẽtibus & auis, & reli-
cta origine proauorum, & cæterorum, qui maculati
exiſtere poſſunt, & ignorari in noua origine patrũ,
& auorum, † immò in ſanguinis iuribus ex- 24
quirendis prima origo diligenter eſt inueſtiganda,
*arg. leg. clam poſſidere, 6. vbi gloſſa, & DD
de adquir. poſſeſſio.* Ioann. Guttierrez *lib. 3. pract.
quæſtion. 14. num. 41. & ſeq.* vbi ad hoc adducit
Bald. *in cap. 1. per illum text. §. His verò, num. 2.*
& ſecundùm Guttierrez 3. *de ſucceſ. fratr. vel
de gradu ſucced. & in cap. 1. num. 2. & in aliis, num.
4. de eo, qui ſibi & hæred. in vſib. feud.* † quia in ori- 25
gine totius rei ſtatus includitur, *l. qui id quod 33 de
donat. l. nam. origo 8. Quod vi aut clam.* ita vt ex bono
initio bonus proceſſus oriatur, *l. qui, cum maior, 15. §.
ſed ſi minor. 2. de bonis libert.* Bart. *in leg. quod
ait lex. §. quod ait, ad l. Iul. de adult.* Hugo Celſus
conſil. 65. ex proceſſu, numero 2. Ioann. Saliſ-
berien. *in Policr. libr. 9. de curial. nugis, cap.* 2.

& econtra ex vitioſo proceſſus oritur vitioſus.
Bald. *in leg.* 3. *numero* 1. *C. commun. de vſucap.*
Aym. Crauera *in reſponſo pro genero numero* 37.
Policrat. *lib.* 8. *capit.* 23. maximè in natalibus,
vt *in leg. quid ergo*, 13. *in princip. de his qui not.*
infam. Rol. à Valle *conſ.* 100. *numero* 28. *lib.* 2.
26 † Et ideò referri debet ſemper res, vnde capit
formam & originem, *dict. leg. clam. poſſidere* 6.
leg. 1. *de orig. iur.* Philoſoph. lib. 1. Ethicor. Paul.
Fuſc. *de viſitat. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 2. & primæ cauſæ
infuſio ſemper attenditur, *l. peto* 69. §. *prædium*, *de*
leg. 2. *l. neceſſario* 8. §. *fin. de peric. & commun. rei*
vend. quare inquit Bald. *in leg. fin. numero* 11.
27 *C. de ſuis & leg. hæred.* † quod quidquid ex
aliqua deſcendit radice, neceſſe habet, & eius
naturam ſapere, & ideò radix in primis inſpi-
cienda, *capit. dudum*, 22. *verſicul. cum autem*,
iuncta gloſſa verb. electionis, *de election. capit.*
principaliter 1. *quæſtion.* 1. *capit. ſi ſacerdotes*, 16.
quæſtion. 3. *capit. poſt ceſſionem*, 7. *de probat.*
cum aliis congeſtis per Valençuela *conſil.* 51. *à*
numero 22. *cum tribus ſeqq. & conſil.* 4. *ex nu-*
28 *mero* 17. † Quod & fit in omnibus Tribunali-
bus & communitatibus, in quibus ſanguinis
claritas expoſcitur, inquirendo non ſolùm de
parentibus, & auis, qui ſemper exprimuntur,
ſed etiam de cæteris omnibus aſcendentibus ge-
neraliter ſaltim, & de eorum qualitatibus, ſed
non in omnibus Tribunalibus, & commu-
nitatibus vlterior ſequitur origo, niſi dum
in origine paterna, ſeu auita ſuſpicio maculæ
inuenitur, dum verò puritas plenè probatur,
amplius non exquiritur, in aliis verò vtroque
euentu longior, quæ apparet, inueſtigatur ori-
go, quod & ſecurius iudico, nam eſſe poteſt in-
fectio, & in loco patrio, & auito ignorari, ſed Com-
miſſarius conſuetudinem ſui ſemper ſequatur Tri-
bunalis.

29 Quid autem erit, ſi in oblata genealogia appa-
reant mutata parentum, ſeu auorum nomina,
& cognomina, fuiſſéque aliena ſubrogata, aut ſi
referantur parentes, qui verè tales non fuerint?
30 eſto ſit ſcienter, aut erroneè factum. † Et quòd poſ-
ſit prætenſor errore detecto veros nominare pa-
rentes, probat ex text. *in leg. interrogatam*, 14. *de*
liber. cauſa, *leg. imperatores*, 29. *mulier. de probat.*
Perezius de Lara *in d. cap.* 4. *num.* 33. & 34. cui
ego addo. *l. inſtituta*, 27. §. 1. *de inoff. teſtam. leg.* 6.
titul. 13. *part.* 3. vbi Gregor. *gloſſ.* 3. Padilla *in leg.*
cum falſa, 6. *de iur. & facti ignor. gloſſ.* 1. *poſt med.*
31 *in cap. fin. de confeſſ.* † quia aut erroneè fecit, &
tunc veritas tantùm inſpici debet *l. aut qui*, §.
ſi quis dum. 5. *Quod vi, aut clam. l. ſcientiam*, 45. §.
qui cum aliter. 4. *ad leg. Aquil. l. item ſi* 5. § *fin. de*
neg. geſt. leg. poſtulauerit. 27. §. *ſi liber.* 5. *ad l. Iuli. de*
adulter. l. 6. *titul.* 13. *part.* 3. & eſt pro hoc optimus
text. *in leg. eum qui* 18. § *ſi iniuria*, ibi, *Nam certus*
ego ſum, licèt ille putet alium eſſe quam ſum. de iniur.
32 † Sicut etiam ei, qui errore ductus pro filio ha-
buit, eum qui verè non erat talis, non præiudicat
detecto errore, quaſi filiationis acquiſita poſſeſ-
ſio, vt per text. *in l. ſi pater.* 40. *leg. nemo* 58. §. 1. vbi
gloſſ. & Bart. *de hæred. inſt. l. ſi pater tuus* 4. *C. eod.*
leg. eam quam, 14. *de fideicomm.* tenent Iaſſ. *in l.* 1.
num. 6. *C. Quibus*, *vt indign. & in l. cum proponas*,
num. 1. *C. de hæred. inſtitut. & conſ.* 127. *num.* 7. *lib.*
4. Manrica *de coniect. lib.* 4. *titul.* 6. *num.* 3. Lara *in*
leg. ſi quis liberis, §. *ſi vel parens*, *numero* 1. *de*
lib. agnoſc. Pariſ. *conſil.* 11. *num.* 144. *lib.* 2. Anton.
Gabr. *conſ.* 22. *num.* 44. Petr. Surd. *conſil.* 1. *num.* 6.
& deciſ. 83. *num.* 1. & poſt omnes Pelaez *de maiorat.* 4.
part. quæſt. 2. *num.* 118. † non debet filio præiudi- 33
care aſſertio falſi parentis, *dict. l. aſſumptio* 6. cum
aliis relatis, faciunt tradita per Abbat. *in cap. cum*
ſuper. verſ. Extra gloſſ. de cauſa poſſeſſ. & per Deci.
in leg. qui accuſare, *num.* 14. *C. de edendo.* Aut dolo
fecit Prætenſor, qui fortè ex infectis parentibus
ortus ſibi aliis puris, & nobilibos aſſignaris pro-
ſpicere voluit. † Et quidem non tantùm ipſe po- 34
terit veros nominare parentes (quod in pro-
poſita ſpecie non efficiet) ſed & Commiſſarius
debet, falſam nominationem teſtibus probare,
& de veris parentibus, & eorum qualitatibus
inquirere, † tum quia veritas inueſtiganda, & 35
attendenda eſt *dict. leg. aſſumptio.* 6. *ad municip.*
leg. Imperatores, 29. *in fin. de probat.* Bald. *in leg.*
filium, *lect.* 1. *numero* 4. *de his, qui ſunt ſui.* Menoch.
lib. 1. *de præſumpt. quæſtion.* 31. *numero* 4. Pariſ.
conſil. 29. *numero* 82. *lib.* 2. † tum quia ſicut con- 36
feſſio parentum natales non mutat, *l. parentes* 22. *C.*
de liber. cauſ. cum adducendis infrà 2. part. quæ-
ſtion. 6. §. 2. ita falſa filiorum aſſertio veros non
tollit parentes, † tum quia hoc aſſerenti non de- 37
bet ſuus patrocinare dolus, *l. nec ex dolo*, 13. *de*
dolo, *leg. ſi remunerandi* 6. §. *Marius* 7. *Mandati*,
leg. ita demum, 31. *de arbitr. l. ſi ab hoſtibus*, 10.
§. *ſoluto matrimon. l. itaque* 11. *in princip. de furt.*
l. fin. C. de reb. cred. capit. ſedes 15. *reſcript.*
capit. cum olim 33. *de offic. deleg.* † & ex tacita 38
veritate dolus præſumitur, ſecundùm Bald. *conſ.*
306. *lib.* 5. Andr. Tiraquel. *de præſcript. pag.* 8.
Antonin. Gabr. *lib.* 7. *commun. opin. concluſ.* 2. *num.*
23. *pag.* 412. Ioſ. Maſch. *de probat. concluſ.* 1004.
numero 4. Aym. Crauera *conſ.* 2. *numero* 15. Pelaez
1. *part. de maiorat. quæſtion.* 9. *numero* 7. † tum de- 39
nique, quia ſimilibus cautelis, & calumniis quo-
tidie fraus fieret noſtris ſtatutis, quibus iudex
ex officio occurrere poteſt, & debet, *l. ſi prætor.* 75. *de*
iudic. l. properandum, 13. § *ſin autem vtraque*, 8. *C. de iu-*
dic. cap. calumniam 4 *de pœnis*, Io. Bapt. Aſſin. *de exe-*
cut §. 7. *c.* 19. *& ſeqq.* notat Oſuald, Illiger. ad Donel.
lib. 22. *comm. c.* 2. *lit. A. in fin.*

Quare Perezius de Lara *in d. cap* 4. *num.* 130. *verſ.* 40
ſed quia ſolent, animaduertit, quòd Commiſſarius
plurimùm attendat, an prætenſor ſuorum patrum,
& auorum nomina, & cognomina mutauerit, &
aliena impoſuerit, quod plerumque facere conſue-
uerunt deſcendentes à pœnitentiatis per Sanctum
Officium, ſeu à conuerſis, vt maculam elidant
inde prouenientem, & obliuioni in poſterum tra-
dant, ex quo maxima ſequuntur incommoda,
quibus olim ſatis commodè occurrere voluit ſu-
premus, & vigilantiſſimus Inquiſitionis ſenatus,
iubendo genealogias petere à maculatis, † ex qui- 41
bus hodie pluries palàm fit veritas fraudis, &
nominum mutationis cautela, & macula pa-
tefit occulta, quia in prædictis genealogiis ve-
ra ſunt maiorum cognomina, & non eſt locus
mutationi. † Et ſic de veris nominibus maio- 42
rum Commiſſarius curet, ne ex alienis, & pu-
ris cognominibus ſubtrahatur macula, quæ veris
extantibus pateficeret, cùm vera nomina, & cogno-
mina aſcendentium plurimùm ad eruendam con-
ferant veritatem, ex text. *in capit. clericus* 5. 12.
quæſtion. 1. *cap. ſi cupis* 5. 16. *quæſt.* 1. Bart. *in leg.* 1.
num. 19. *ad municip.* Phil. Deci. *in leg.* 2. §.
appellata, *numero* 5. *de reb. cred. & ſi cert. pet.*
Felin. *in proœm.* Gregor. *num.* 29. & adducti à
Nicol. Euerard. *in topicis legalib. loco ab Etymologia.*
P. Barb. *in Rub.* 1. *part. n.* 23. *ſol. matr.* Guil. Bened. *in cap.*
Rainucius, *in princ. n.* 54. *de teſtam.* Io. Garc. *de nobilit. in*
diuiſ. legis à num. 40. *cum ſeqq. & gloſſa* 18. *num.* 40.

Pet.

Pet. Gerard. ſing. 75. cum congeſtis à Pelaez de ma-
iorat. 1. part. quæſt. 41. num. 283. & faciunt tradita per
eum in 2. part. quæſt. 4. illat. 8. à num. 41. cum ſeqq. & à
num. 61. vbi ad propoſitum tradit plura, & Va-
lençuela conſ. 90. num. 157. & Auguſt. Barboſ. loco 44.
n. 1. pag. 317.

43 Si verò poſt informationes inceptas, ſeu peractas,
prætenſor intendat alios nominare parentes, ſeu di-
uerſam ſignare originem, & primò nominati
labe aliqua laborant, non facile audiendus eſt,
maximè ſi plenè iam filiatio extet probata, ni ma-
nifeſtè errorem probet, eſto ſit aduerſus Ricciol.
de neophyt. cap. 7. num. 25. vbi citat Laram licèt
44 minus bene, † eo enim quòd ſuſpicio maculæ in
nominatis manet, manet etiam ſuſpicio in noua no-
minum aſſertione, cùm ex interuallo tempore ſuſ-
pecto fiat, arg. leg. non exiſtimo 54. de admin.
& peric. tut. leg. ab Anaſtaſio. 23. in princip. &
§. 1. C. mandati, cum traditis à Ioan. Andr. Im-
mola, & Barbacia, in capit. ad noſtram, de
45 empt. & vendit † Et quælibet nouitas cenſetur
origo, ſeu radix productiua ſuſpicionis leg. a.
de conſtitut. Princip. capit. conſuetudinis 9. vbi gloſſ.
verb. vel nouas, de conſuetud. Franc. Beccius
conſil. 180. n. 33. 34. vol. 2.

46 Et ſi non plenè filiatio, ſit probata, & pro pri-
ma prætenſoris aſſertione aliqua exteot indicia
ex teſtibus examinaris, & productis in infor-
formatorio, pro ea præſumendum eſt, ni palàm
errore comperto aliter ſe rem habere legitimis
oſtendatur argumentis, ex cumulatis per Anton.
Gabri. titul. de confeſſ. concluſ. 6. numero 11. Min-
47 ſinger. decade 6. conſil. 59. numero 16. † cum
enim patentes ſuos nominauerit, & cum perſe-
uerentia confirmauerit, etiamſi ex interuallo
poſtea alios oominet, de quibus ex plenis non
apparet probationibus, error non interueniſſe
præſumitur, & Bald. in leg. edita, 2. lect. verſ.
ſæpe accidit. C. de edendo Gregor. in leg. 5. gloſſ. 4.
ante fin. titul. 13. part. 3. & faciunt tradita per
Cobbarr. var. lib. 2. cap. 13. num. 8. Menoch.
de arbitr. lib. 2. caſu. 108. num. 9. & 10. Fari-
nac. de teſtibus, quæſtion. 66. ex num. 124. &
48 num. 211. † Si verò primæ nominationis erro-
rem probauerit plenè, etiamſi prima nomina-
tio aliquibus ſit munita adminiculis, veritas
ſemper præferri debet, ex citatis proximè, &
dictis ſuprà & à Baldo in leg. fin. C. de probat.
Speculat. & Ioann. Andr. relatis, & ſequutis
à Gregor. in dict. gloſſ. 4. & à Farinac. numero
49 147. & 150. & ſequ. citato loco, † cùm error
neminem incapacem faciat, leg. 3. §. ſubtilius,
de condict. cauſa data, leg. fin. ad S. C. Maced.
l. fin. de hered. inſt. l. procurator. 35. de adq. rer. dom.
l. ornamentorum, 37. de auro & arg. leg. l. 21. tit. 1.
part. 6. de iure capax, & habilis eſt l. non mu-
tant. 11. C. de liber. cauſ. l. Decurio. 41. C. de
Decurion. lib. 10. D. Anton. Pichar. in §. ſed
aliquis, num. 3. inſt. de teſtam. ord. vbi aliis ex-
ornat.

50 Antequam ad teſtium examen accedat, in-
ſtruat ſe ſolerter, ſecretè, & in voce à fidedignis
circa inquiſiti qualitates, vt melius cum veritatis
notitia dirigere informatorium valeat, & præ-
caneat, ne in aliquod incidat periculum, vt in ſi-
mili tradit Bobadilla in politica lib. 1. cap. 5. num.
23. pag. 100. atque etiam de prætenſoris inimicis,
amicis, & conſanguineis, ne fortè ab eis inſciè
decipiatur, & aceipiat memoriam in ſcriptis legiti-
motum, & integrorum teſtium, ad quorum examen
ſecurè accedat.

Quod erit ad duplicem effectum; primum, vt de 51
bonis qualitatibus inquiſiti certioratus, ac in bo-
na fide ex fidedignis conſtitutus examinet teſtes
per ordinaria articula abſque vlla alia indagine, ve-
luti in re conſtanti, & perſpicua, quæ non tanta
indiget cura, ſicut ſuſpecta, & non ſecuta cauſa; † 52
ſecundum, vt dubio, ſeu periculo exiſtente in re-
quiſitis ſubſtantialibus, eius veritas in tempore ex-
quiratur, & quæ agenda ſunt præuideantur, & ma-
gis cautè in omnibus procedatur, quia vbi ſuſpi-
cio eſt, res cautiùs eſt agenda, vt conſilium habe-
mus in l. 1. §. ſed ſi quis 5. de carbon. edito, cap. vbi
periculum 3. de elect. in 6. cap. quieſcamus, 41. diſt.
cap. fin. 7. quæſt. 2. leg. manifeſtiſſimi, 22. §. ſed cum
3. in fin. C. de furtis, l. additos, 29. C. de appellat.
l. 4. vbi gloſſ. 2. tit. 17. part. 13. gloſſ. 4. quæſt. 2. in l. 2.
titul. 11. part. 6. Abb. in cap. ſeries, 26. num. 5. de te-
ſtib. Bertazol. in repetit. leg. ſi quis maior. num. 6. C.
de tranſact. Farinac. in praxi crim. part. 4. conſ. 65.
num. 11. Cardin. Tuſch. pract. concluſ. 281. lit. P.
tom. 6. Menoch. conſ. 149. num. 4. & conſ. 73. num. 9.
Stephan. Gracian. Marchia deciſ. 133. num. 19.
Rol. à Valle conſ. 81. Altam. in tract. de viſitat.
verb. debeant quidem, num. 30. Valençuela conſ. 96.
num. 11.

Ad quod melius conſequendum ſont Commiſſa- 53
rij, qui à promouendis inimicis incipiunt teſtium
examen, quia vera non tacere, & aliena affirmare
ſolent, & intendunt diligenter aſſequi, quidquid ma-
li circa inimicos vulgò circumfertur. Ex quo proue-
niunt duo, vtile vnum, periculoſum alterum, illud,
quia ſi macula vlla eſt, ab inimicis palàm faciliùs
extrahitur, & aperitur, hoc verò, quia doloſè, quod
purum eſt, calumniari, & maculare ſolent, quare in
horum productione cautè, callidéque ſe habeant
Commiſſarij, & ioterrogationibus inquirant ve-
ritatem, rationem, & cauſam maculæ, & alia ad id
opportuna adhibeant remedia, & quidem inimici-
tiæ cauſam aperiant, ita vt ex cõformatorio conſtet,
adhibeant etiam alios fidei integræ, & expectatæ, à
quorum aſſertione rei veritas expectetur, & nihil du-
bium manere ſinant, nam ſolis inimicis facilè cre-
dere oon debent, ni quatenus aliis fidedignis mu-
niantur eorum dicta monumentis. † Nec ideò qui- 54
dem inimicos omnino ſpernat, quia pluties macula
communiter ignota ab inimicis ſuſcitatur, ex quibus
initium ſumitur ad melius eius probationem inſe-
quendam, qui eſt maior effectus ex inimi-
corum examine proueniens, cùm ad fidem pa-
rum, aut nihil proſunt, vt ſuo loco dicam
latiùs.

Regulariter igitur loquendo ab inimicorum 55
examine abſtinendum eſt, ni aliud prudenter ex
cauſis, & circumſtantiis expedire videatur,
ne veritas pereat, cui viam aliquando aperi-
re inimici ſolent, ſemper enim eligi debent
digniores teſtes, & qui abſque vlla ſint ſuſpi-
cione, vt in cauſis grauibus fieri iubetur, in
capit. licèt ex quadam, 47. ibi, ſed à fidedi-
gnis, & omni exceptione maioribus, de teſtibus,
vbi gloſſa & communiter DD. leg. 10. in fin.
titul. 9. part. 4. Iac. Menoch. de præſumpt. lib. 1.
quæſt. 1. numero 44. Valençuela conſ. 90. numero 78.
† maximè in his inquiſitionibus ſecretis ob ma- 56
ius periculum non ſuſpecti ſunt eligendi ex no-
tatis per Maſtrill. de magiſtrat. lib. 6. capit. x
numero 21. Gabr. Berart. in ſpeculo viſitat. cap. 2.
n. 76. Pet. Surd. conſil. 377. numero 39. & colli-
gitur ex d. l. 20. par. ex quibus numerus ſolitus adim-
pleti debet, & ex puris, & nobilibus & S. Inquiſitio-
nis miniſtris, vt iuſſum extat per ſupremum ſenatum.

Licèt aliquando eos omittere prudentia erit velut ſi conſanguinei ſint, ſuſpecti, aut corrupti, præuenti, aut aliquid horum ſuſpicetur, quia cùm prætenſores ſciunt, miniſtro producendos, eos alloqui & corrumpere curant, vt aliquando noui, & prædicta forma non eſt ſubſtantialis, & ita omitti ex cauſa iuſta poteſt arbitrio Commiſſarij, quam oſtendere debet in-
58 fine informatorij in relatione, quam facere debet. † Et in Collegiis, & in aliis communitatibus de eorum idoneitate, & qualitate ſpecialis fieri ſolet informatio, licèt de iure ſufficiat, quòd iudex ſine ſcripto de ſimilibus ſe inſtruat qualitatibus, etiam dum ſpeciatim per ſtatutum idoneitas teſtium requiritur, vt ex Abb. *num.* 3. & Felin. 18. *&* 33. *in cap. fin. de præſumpt.* tenent adducti à Flores de Mena *in pract. quæſt. lib.* 1 *quæſt.* 4. *num.* 19. *& ſeqq.* Nicol. Garcia *de beneſic.* 6. *part. cap.* 2. *num.* 244. *& ſeqq. & part.* 12. *cap.* 2. *n.* 136. & ita pluries in Rota iudicatum fuiſſe teſtatur, & conſtat ex Capicio, *deciſ.* 16. *num.* 4. & conducunt text. *in cap. ad ſedem,* 15. *de reſtitut. ſpoliat. cap. cauſam,* 14. *de re iud.* & allegati à Maſch. *concl.* 682. *n.* 7. de quo latiùs infrà hac quæſt. §. 5. ex nnmero 103. cum ſeqq.

59 Si verò teſtis minus idoneus in conteſtem ab aliis ſignatus fuerit, aut ſit cauſa, qua melius, quàm alij, poſſit teſtimonium ferre, erit omnino examinandus, & eius defectus ex actis debet conſtare, nec in numero ordinario erit recenſendus; quia ex fidedignis, vt dixi, debet adimpleri, & aliis preferri, qui eſt dignior, purus, & nobilis, ſecundùm Io. Garcia *de nobilit. gloſſ.* 25. *num.* 6. quod præcipuum locum obtinet in puritatis probationibus, ex quibus animi iudicum informantur circa inquiſiti qualitates, & fieri debet ex integris, nullos defectus patientibus. Quare ſi rerum ſtatus aliud non ſuadeat, nec iuſta ſit examinandi cauſa à ſuſpecti examine abſtinendum eſt.

60 Nec quidem autem Commiſſarius præbeat inimicorum calumniantium vocibus vanas maculas, & defectus opponentibus, præcipuè ſi ex odio & malitia procedere appareat, ex notatis *in cap. qualiter & quando,* 17. *de accuſat.* Altamirano *de viſitat. verb. A Metropolitanis verò, num.* 72. Magon. *deciſ.* 1. *num.* 21. Rotæ Lucenſ. Flamin. Pariſ. *de confident. quæſt.* 32. *num.* 61. Io. Bot. *in tract. de ratione ſtatus lib.* 1. & nouiſſimè Maſtrill. 6. *de magiſt. cap.* 2. *num* 22. *&* Gab. Berart. *in d. ſpeculo*
61 *viſitat. cap.* 3. *num.* 61. vbi *num.* 69. multis probat, † quod non debent attendi defectus, & cauſæ leues, friuolæ, & impertinentes, ex Auil. *in cap. Prætor. ad gloſſ.* in capit. *Dadiuas, num.* 1. *& in cap.* 1. *de ſindicatu. num.* 12. Acebed. *in l.* 4. *num.* 10. *in fin. tit.* 6. *lib.* 3. *recop.* Boërius *deciſ.* 193. *num.* 1. Thom. Grammat. *conſ.* 54. *num.* 3. & quod ab inimicis, nec ſuſpectis inſtrui non debeat, docent *ex leg.* 4. *in fin.* ibi. *Deben tomar conſigo algunos buenos hombres, que no ſean ſoſpechoſos, ni odioſos de los primeros ineçes, tit.* 15. *lib.* 1. *ordin.* Matienço *in Dialogo Relat. cap.* 59. *n.* 16. *part.* 3. Balth. Altamirano, *in d. tract. de viſitat. verb. A Metropolitanis verò, n.* 98.

62 Ad quod animaduertat, verum in locu informatorij ſint partialitates, & inimicitiæ communes inter ciues, & familias, ſintque alij aduerſus alios oppoſiti, & pugnantes, præcipuè circa ſanguinis cohærentia, qui calumniari ſemetipſos ſint adinuicem ſoliti, à quibus cauendum docuit Marc. Tul. Cicero in Oratione pro Lucio Flacco 2. part. vt refert Hieronym. Giacharius *in ſuo conſ. ſindicat. numero* 47. *vbi num.* 103. *& ſeq.* 221. *&* 334. *& ſeq.* ad rem ſatis loquitur & habetur inter opera Iulij Clari in princip. & faciunt tradita à Baiardo ad eumdem Iul. Clarum *quæſtion.* 73. *numero* 39. relati à Gabr. Berart *d. tract.* 3. *de viſit. cap.* 3. *n.* 67. quia debet teſtes inquirere, qui neutri adhæreant partialitati, vt etiam tetigi ſuprà hac quæſt. §. 2. numero 19. & progredi in informatorio conficiendo magna cum prudentia, & ſagacitate, cùm locorum partialitates difficilem conſtituant ſtatum ad veridicas conficiendas puritatis informationes, & ſoleant alterutri ad libitum, quod volunt, probare, & deponere ſiue verum ſit, ſiue falſum.

Teſtes verò omnes, qui in puritatis admit- 63
tuntur informationibus nullam debent in cauſa habere affectionem, nec odium, nulla ſexuum adhibita differentia, quia licèt fœminæ in teſtes non admittantur, maximè in cauſis arduis, ſecundùm textum *in cap. forus,* 10. *de verbor. ſignificat. cap. mulierem.* 17. vbi gloſſa *verb. Nec teſtib.* 33. *quæſtion.* 5. & communiter Doctores, & in quibus requiruntur teſtes integri, & idonei, maiores omni exceptione, ex notatis per Caualcan. *deciſ.* 19. *numero* 27. *part.* 1. tamen vbi ex officio ad eruendam veritatem, & inſtruendos animos iudicum, admittuntur ad teſtimonium ferendum tam ex vſu omnium tribunalium, quàm ex communi DD. opinione ex adductis à Maſch. *de probat. concluſ.* 762. *num.* 21. & à Roderic. Acoña *de confeſſar. ſolicitant. quæſt.* 22. *numero* 11. & à Souſſa *eodem tract. cap.* 21. *numero* 6. Farinac. *de teſtib. quæſtion.* 59. *numero* 8. *&* 9. in puritatis autem cauſis nullum in hoc vidi dubium, nec differentiam inter viros, & fœminas, ex vtriſque enim adimpletur numerus, nec mirum cùm maior ſit, quàm ordinario iure requiritur, & facilè ſuppleat ſimiles defectus ex vulgatis.

Poſt teſtium denique electionem factam po- 64
terit Commiſſarius eos ad ſe vocare, & ſi fortè comparere noliut, ad comparendum eos compellere, *ex cap.* 1. *& quaſi per totum titul. extra, de teſtib. cog.* vbi communiter DD. *l.* 35. ibi, *E ſi alguno fueſſe rebelde que non quiſieſſe venir a deçir ſu teſtimonio puedele el iuez a premiar faciende le prender, faſta que venga,* vbi *gloſſ.* 2. *titul.* 16. *part.* 3. *l.* 6. Vbi Acebed. *titul.* 6.
lib. 4. *recop.* † quòd Commiſſarij Sancti Offi- 65
cij ex propria eis tributa iuriſdictione facere poſſunt, ſicut & electi in ſupremo ordinum Senatu in locis ſui territorij, in merè verò regalibus iuriſdictionem non habent, ſed à Regio conſilio Caſtellæ habent mandatum (quod vulgo *prouiſion* vocatur) ad coactionem & ſimile habent conceſſum Sancta Eccleſia Toletana, Collegia, & aliæ communitates, quæ rigoroſum
habent ſtatutum. † Nuncio autem, qui teſtes 66
vocat, non debet dari memoria omnium, nec plurium teſtium, ſed vnius tantùm, & ſemel teſtis vocetur, & ſi non appareat, alius ſubrogetur, ne ex parte prætenſoris alloquatur, nec præueniatur, quia experientia docuit, ita fieri debere, & ex contrario damna plura fuerunt orta, niſi examen teſtis omnino fuerit neceſſarium, quia citatus, ab alio teſte aut alia ex cauſa expediat, eum examinare, quia tunc ex prædicta ratione, nec ex alia omitti non debet.

Non igitur tenetur in teſtium domus perſo- 67
naliter comparere, ni fortè egregiæ perſonæ fuerint, quia tunc ad eas accedere debet

ex l.

ex l. ad perſonas, 15. de iureiur. Auth. ſi iudex de Epiſc. & Cleric. & vtrobique DD. d. l. 35. verſ. Otro ſi decimos que el Arcobiſpo, vbi gloſſ. 7. & 8. tit. 16 part. 3. Ioſ. Maſch. de probat. lib. 1. in præfat. num. 42. verſ. Nec idem etiam. Iac. Menoch. de recuper. rem. 15. n. 359. & de arbitr. caſu. 70, num. 1. vbi num. 11. ait, arbitrio iudicum relinqui, quæ perſonæ dicantur egregiæ. Et ſimiliter ſi infirmi, & valetudinarij fuerint, ex d. l. ad perſonas, ibi, Eóſque qui valetudine impediuntur, d. l. 35. part. ibi. E el enfermo de gran enfermedad, vbi, gloſſ. 6. idem Maſch. d. lib. 1. quæſt. 5. num. 42. nec accerſiri, nec cogi ad comparendum debent, ſicut nec ſenes, qui impediti manent accedẽdi ad iudiciũ, ex l. inuiti, 8. de teſt. d. l. 35. par. ibi, emperò ſi alguno quiſieſſen adducir por teſtigo en inicio fueſſe tan viejo, que huiueſſe de ſententa años arriba, Maſch. d. quæſt. 5. num. 42. † Et licèt in aliquibus cauſis poſſit

68 Iudex notarium mittere ad ſimiles teſtes examinandos, in negociis tamen puritatis commiſſio hæc periculoſa eſt, & fieri non debet, ſed Commiſſarium ſimul cum notario ad examen comparere neceſſe eſt, ſecundùm Abb. in cap. ſi quis teſtium, 4. ad medium,

69 & Felin. num. 4. extra de teſtib. † Quod generaliter fieri cũ omnibus teſtibus ſecuriùs iudico, ſaltim cùm timetur periculũ alloquendi, ſeu corrũpendi teſtes, quia tũc expediet, quòd Cõmiſſarius eos inquirat, & in eorũ domibus ſtatim examinet, ne ex dilatione, & acceſſu nuncij aliquid ſequatur veritati aduerſum, vt in collegiis ſeruatur, & expediret, quòd ita omnes ſeruarent, vt etiam dicam infrà in ſeq. §. reg. 10.

§. IV.

De forma, & modo ſeruando in examine teſtium, & dirigendo informatorio.

SVMMARIVM.

1 Locus tutus, & ſecretus eligi debet ad teſtium examen.

2 Teſtes ex officio producuntur in cauſis puritatis, non à parte. Inſtructi, prauenti, ſeu corrupti non examinandi in ſimilibus cauſis, quia nihil probant. n. 4.

Ex alloquutione partis ſuſpecti dicuntur, num. 5.

In conteſtes dati præcisè examinandi, numero 6.

In ſuis depoſitionibus concludere debent, & quomodo in cauſis puritatis, num. 9. Interrogentur de ſua credulitate, num. 10. Non ſe referat ad interrogationem, articulum, nec ad aliud examen, ſed factum complctè referant, n. 11. Rationem reddere & teſtes tenentur, & iudex de ea eos interrogare, num. 12. cum tribus ſeqq. Regulariter ni interrogati reddere rationem non tenentur, num. 13. Aliud verò in cauſis ſtatus, num. 15. Varius, vacillans, & contrarius ad concordiam interrogationibus, & aliis modis adducatur, num. 16. Extantibus, qui maculam aſſerant, plures examinandi ſunt, num. 17. Etiam extra ſolitum numerum, num. 18. Conteſtes omnes examinandi nullo prætermiſſo, num. 21. Quomodo examinandi, num. 22. Eorum dicta, & quæ de facto accidant adſcribenda formaliter eiſdem verbis, nmu. 26. & ſeqq. Examen eorum aliis non committendum, à num. 29. Deficientibus in origine teſtibus quid faciendum, num. 36. Non vocati accedentes ad teſtimonium ſuſpecti ſunt, maximè ſi contra Prætenſorem deponant, num. 27. Niſi iuſſu confeſſarij ad conſcientiæ exonerationem accedat, num. 28. Examinati per indebitam commiſſionem fidem efficiunt, n. 31.

3 Officium iudicis eſt loco partis.

7 Commiſſarius occurrat teſtibus tacentibus veritatem eos interrogando. Curare debet omnibus permiſſis modis, & interrogationibus veritatem probare, num. 8. Quæ ad hoc ſeruare debeat, à num. 9. Vide infrà verbo Iudex, n. 12.

Iudicum eſt veri inquiſitio, ibid. n. 8.

Iudex ex praua inquiſitione ob dolum, vel culpam tenetur, ibid.

10 Iudex à teſtibus rationem expetere debet, & num. 14. In concordiam adducere eos debet, num. 16. Numerum eorum excedere non debet, num. 19.

Niſi in cauſis arduis, num. 20. Conteſtes quomodo examinabit, num. 21. & 22. Veritatẽ prudẽter, & bonis artibus inquirat, n. 23.

Omnia nihilo prætermiſſo à teſtibus petat, n. 24. Supplere defectus poteſt etiã dum ex petitione partis proceditur, ibi. Debet teſtes interrogare diligẽter, & non perfunctoriè, num. 25. Omnia adſcribi efficiat, n. 26. Teſtes per ſe examinet, & aliis non cõmittat, n. 29. & ſeqq. Deficientibus teſtibus in originis loco, ſuppleat ex locis conuicinis, n. 36. & ſeqq. Notitia maiorum deficienti in origine, quid agendum, à n. 38. Dubio exiſtente an Prætenſor ſit ex hac, aut ex illa familia, quid? n. 41. Inſtrumẽta & ſcripturas inquirat, & extrahere faciat, n. 42. Quid dum vertitur dubium ex binis nuptiis contractis ab aliquo aſcendente Prætenſoris, n. 43. Quidque dum occulta litteræ offeruntur contra Prætenſorem, n. 51.

18 Numerus teſtium eſt determinatus in quibuſdam Tribunalibus, & communitatibus.

23 Veritas prudẽter & bonis artibus à teſte elicienda, diligenter, & non perfunctoriè, n. 25.

27 Fides maior præſtatur teſti vocato, quàm ſponte comparenti.

29 Cõmiſsio examinis in cauſis puritatis non habet locũ. Sicut nec in nobilitatis, n. 30. Nec in grauibus cauſis, n. 31. Nec ſufficit ſi poſtea apud iudicẽ teſtes ratificẽtur, n. 32. Nec quòd examen inchoetur apud iudicem, vt

poſtea coram ſolo notario perficiatur, n. 33.
Contra faciens punitur vſque ad officij priuationem, n. 34.

37 *Commorantes in pagis conuicinis ciuitatis ciues eius dicuntur.*

38 *Notitia maiorum deficiente in loco originis de cognominibus, & eorum qualitatum teſtes interrogentur.*

39 *Probatio plena oritur ex duorum combinatione, & ex pluribus iunctis quæ ſimul ad vnum tendant.*

40 *Identitas familiæ præſumitur ex identitate cognominum eiuſdem loci.*

41 *Cognomina eadem ſi duobus conueniant diuerſis familiis, nec ſciatur à qua Prætenſor proueniat, examinentur quidam illarum familiarum, & probentur vtriuſque qualitates.*

42 *Inſtrumenta, & ſcripturæ inquirendæ quãdo & ad quid*, & ſub n. 43.

43 *Nuptiæ ſecundæ aliquando dubium producunt in probandis qualitatibus ſanguinis, & quomodo probari debeat.*
Chronicæ & Hiſtoriæ Hiſpaniæ probant. ibid.

44 *Filiatio ex quibus probanda. Primò ex inſtrumentis & eorum verbis enunciatiuis*, ibid. & n. 48.
Ex libris in quibus adſcribuntur baptizatorum & coniugum nomina in Parrochialibus, n. 45.
Maximè ſi filiatio antiqua fuerit, num. 46.
Ex ſenibus, & coniecturis, n. 47.

49 *Cautela infectorum cauſa fugiendæ maculæ, eſt negare veras filiationes.*

50 *Coniecturæ ex quibus filiatio probatur referuntur.*

51 *Litteris occultis oblatis aduerſus Prætenſorem quid à Commiſſario faciendum.*

1 POST hæc omnibus ritè penſatis, teſtibúſque dignis electis, circa eorum examen, & informatorium ritè dirigendum, in primis commiſſarius debet locum tutum, & ſecretum eligere ad ſingulos examinandos teſtes, vt maiori audacia, & ſine velamine veritatem aperiant, quod generaliter in omnibus cauſis conſtitutum habemus exemplo Danielis, vt dixit gloſſa *verbo, noluerit. verſ. Dictum autem teſtis, in l ſi quando* 19. *C. de teſtib.* vbi communiter DD. *ex l. nullum*, 14. quæ ad hoc allegari ſolet per verbum *ſecretum*, illo eod. tit. vbi etiam DD. *cap. inquiſitionis*, 21. §. 1. vbi etiam gloſſa *verb. ſecreto, de accuſat.* cum pluribus congeſtis per Farin. *de teſtib.*
2 *d. quæſt.* 80. *oppoſit.* 38. *num.* 93. † Et licèt in cæteris cauſis debeant teſtes ab ipſa adduci parte *ex cap.* 2. *verſ. teſtes etiam, de teſt. in* 6. adducti à Paz *in praxi tom.* 1 *part.* 1 *temp.* 8. *num.* 97 & eos poſſit alloqui, & inſtruere de veritate, & circunſtantiis facti, *ex l.* 8. vbi Acebed *gloſſa fin. num.* 8. *tit.* 6. *lib.* 4. *recop.* tamen in noſtra puritatis ſpecie inſcia parte per Commiſſarium teſtes eliguntur, producuntur, & clam examinantur, quia ex officio proceditur, & ſecundùm text. *in cap. poſtquam* 3. *cap. cum dilectus*, 32. *cap. nihil*, 44. *de elect. cap. qualiter & quando*, 24. *de accuſat. cap fin. de clandeſt. diſponſat.* faciunt tradita per Farin. *de inquiſit. tom.* 1. *quæſt.* 1. *à num.* 3. † qoia iudicis officium 3
eſt loco partis, *l. ſi ob cauſam*, 13. vbi Bart. Bal. & alij, *C. emict.* & colligitur *ex d. cap. qualiter & quando, & cap. quoniam frequenter*, 5. §. *ſunt & alij, vt lite non conteſt.* Paz *d. tempore* 8. *nu.* 97. Iaſſ. *in l. a diuo Pio*, §. *ſi emptor, num.* 3. *de re iud.* Io. Guttierr. *lib.* 1. *can. cap.* 2. *num.* 2. & 16. Iac Menoch. *de recup. rem.* 8. *num.* 44. Cald. Pereir. *de reſolut. emphyt. cap.* 5. *num.* 52. & *cap.* 6. *num.* 5. Card. Tuſch. *lit. F. concl.* 30. *per totam, tom.* 3. Bal. *conſ.* 61. *In iſta quæſtione, num.* 2. *verſ. & ſi dicatur, lib.* 2. Alexand. *conſ.* 212. *Ponderatis num.* 7. *verſ. ſecundo reſpondeo, lib.* 6. Anchart. *conſ.* 207. *In quæſtione, num.* 4. & 5. Signotol. *conſ.* 189. *in fine*, Surd. *conſ.* 36. *num.* 17. & *conſ.* 49. *n.* 1. & 37. & *conſ.* 374. *num.* 9. & *deciſ.* 266. *num. vlt.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 65. *nu.* 5. *part.* 2. Rota apud Farin. *deciſ.* 184. *n.* 2. *part.* 1. *recent.*

Immò ſi Commiſſarius ſciat teſtem à parte in- 4
ſtructum, præuentum ſeu corruptum exiſtere, aut de hoc vehemens fuerit ſuſpicio abſtineat ſe eius examine, tum quia nihil probat, ſi hoc ex actis conſtet, & ſufficiet relatio ipſius Commiſſarij eum ſufficienti cauſa ex Felino *in cap. præterea*, 9. *num.* 13. *de teſt. cog.* Boſſio *in pract. crim. tit. de oppoſit. contra teſtes, n.* 5. & adductis à Maſch. *de probat concl.* 1364. *num.* 3. vbi plures refert, † tum quia ex alloquutione partis ſuſ- 5
pectus dicitur, ex Farin. *de teſt. quæſt.* 67. *num.* 285. & precibus corruptus, ſicut ex pecuniis, vt *in cap. quoties* 5. *de teſtib.* vbi communiter ſcribentes, & *in l.* 1. ibi, *ni los traigan a ello por ruego, tit.* 7. *lib.* 1. *recop.* notat Bal. *in cap.* 1. *num.* 7. *de Inueſt. inter dom. & Vaſall. in vſib. feud.* Salic. *in l. falſum, num.* 3. *C. ſi ex falſ. inſtrum.* & alij relati à Maſch. *concl.* 554. *num.* 3. & à Farin. citato loco, *num.* 267. & cùm Commiſſarius ex officio procedat, & quos teſtes vult examinet, & cæteros prætermittat, eſt maior cauſa reiiciendi alloqutos, & præuentos à parte, † ni fuerint ab aliis in conteſtes 6
dari, aut neceſſarium eorum examen ad punctum ſubſtantiale, & tunc plurimùm eos exhortetur ad veritatem dicendam, & non ſpernendum iuſiurandum præſtitum, † Et ſi eos videat tacere veritatem 7
extraordinariis interrogationibus occurrat, & in tectum dirigat, *ex cap. licet ex quadam*, 9. ibi, *de ſingulis circunſtantiis ſubtiliter inquirentes*, & ibi Dec. *à n* 51. *de prob.* & adductis pluribus à Farin. *de teſt. q.* 66. *n.* 25. & *q.* 63. *n.* 52. quas ſumere debet ex ipſa teſtis depoſitione, & narratione, ſeu ex aliis examinatis teſtibus, quod eius arbitrio relinquitur, quia certam circa hoc regulam nec ius tradit, nec nos tradere valemus.

Ita quidem teſtes examinare debet, vt ex inter- 8
rogationibus, & reſponſionibus eorum veritas appareat, ad quam aperiendam Commiſſarius eligitur, & creatur, vt nullo prætermiſſo modo, qualitates Prætenſoris diligenter iouestigare, & probare curet, cùm iudicum ſit veri inquiſitio, ex Ciceronis ſententia *lib* 1. *offic. cap. iudicantem*, 30. *quæſt.* 5. *l. fin. de probat. l.* 3. §. *pen. de iureiur. l.* 2. *l. non eſt nouum*, 5. *C. de edendo.* Zephal. *conſ.* 546. *num.* 66. *conſ.* & 599. *num.* 5. † 9
Et ex praua inquiſitione, vel ob dolum, vel ob culpam in vtroque foro ad damna, & expenſas tenebitur, *arg. text. in l. ſeueriter*, 14. *in fin. C. de excuſat. tut. l. vlt.* vbi *gloſſa* 6. *tit.* 15. *part.* 6. Bart. *in l. non ignorat, col. fin. C. de fruct. & lit. expen.* Pariſ. de Puteo *tract. ſindicatus verb. captura, cap.* 2. *num.* 5. Aceb. *in l.* 14. *num.* 10. *verſ. & an teneatur index, tit.* 9. *lib.* 3. *recop.* Valençuel. *conſ.* 50. *num.* 4. & conducunt tradita ſupra hac q. §. 2. in principio, & poſtea. 1

Quæ omnia vt aptè, & faciliter conſequatur decem & ſex regulas obſeruare debet. Prima, quòd teſtes, ſiue affirmatiuè, ſiue negatiuè deponant, concludere in ſuis faciat depoſitionibus, v. g. quòd prætenſor,

for, & ſui maiores ſemper extiterint in tali opinione, & reputatione, & pro talibus habiti, & communiter reputati, & quòd ſemper de eo fuit publica fama, atque ita à ſuis audierunt maioribus, & ab aliis communiter receptum abſque contrario auditu viderunt, ex Bald. *in leg. prouidendum, per text.* ibi, *C. de poſtulando, & in l. 2. C. ſi ſeruus aut lib* 10. Andr. Tiraq. *de nobilit. cap.* 10. *num.* 13. Meneſes *in l. ædibus, num.* 5. *C. de ſeruit. & aqua*, Alphonſ. de Hojeda *lib.* 1. *de incompatibilit. benef. cap.* 23. *ex num.* 140. Io. Garc. *gloſſ.* 18. §. 1. *num.* 3. *& ſeqq.* Io. Guttierr. *lib.* 3. *pract. quæſt* 13. *à num.* 6. *cum ſeqq. & num.* 51. Perezio de Lara *in ſæpius relato cap.* 4. *num.* 23. & obſeruat communis praxis, & obſeruatio, ni aliud ex teſtium aſſertione colligatur, quia id adſcribi debet, & ſi fuerit defectus circa hoc in depoſitione, appareat ex Commiſſarij interrogationibus ex ſua non fuiſſe omiſſione, ſed ex parte teſtis.

10 Secunda, teſtibus deponentibus de fama, ſeu auditu maiorum, eos interroget de ſua credulitate, an videlicet ita credant Prætenſoris qualitates exiſtere, ſicut præceſſerunt auditus, aut communis, quam aſſerunt, tenet fama, & reputatio, vt ex Hojeda *d. cap.* 23. *num.* 40. *verſ. Quinto declaratur*, & Farin. *de teſt. quæſt.* 68. *num.* 115. *&* 116. & Valençuela *conſ.* 90. *num.* 188. & ex aliis probabo infrà q. 9. teſt. §. 4. requiſito 6. & q. 10. §. 4. n. 18.

11 Tertia, quòd non eſt admittenda teſtis reſponſio, qui ſe refert ad articulum, ſeu ad aliud examen abſque rei ſpeciali narratione, ſed debet factum narrare etiam groſſis verbis, eo modo quo ſcit, & ita ſcribi à notario, vt exinde melius eius fides deducatur, ex ratione adducta ab Hoſtienſi *in ca. nihil obſtat n.* 6. *& 7. de verb. ſign.* Andr. Gail. *obſeruat.* 104. *n.* 5. *part.* 1. & à Farin. *de teſt. quæſt.* 80. *à num.* 99. *vſque ad* 104. & licèt ibi hoc limitet, niſi in contrarium exiſtat conſuetudo, tamen in grauibus cauſis tolli debet teſtibus hoc velamen malitiæ, quam ita reſpondendo celare poterunt.

12 Quarta, rationem ſui dicti à teſtibus petat, cuius defectus eis tollit fidem. *Auth. de teſtib. §. licet dudum*, ibi, *Aut etiam cauſam teſtimonij faciant manifeſtam,*
13 *coll. 7. cap. cum cauſam*, 57. *in princ. de teſt.* † quia etſi regulariter rationem ni interrogati teſtes exponere non teneantur, *cap ſicut* 16. *iuncta gloſſa verb. de cauſis, de re iud.* & ex adductis ab Gom. *lib.* 3. *var. cap.* 12. *num.* 104. Maſch. *concluſ.* 1369. *num.* 1. *& ſeq.* Amatore Rodrig. *de videndo proceſſu. In forma probationis, n.* 55.
14 & à Farin. *de teſt. quæſt.* 70. *nu.* 91. † Iudex tamen ad rationis interrogationem omnino tenetur ex ſuo officio, *ex l. ſola*, 3. *iuncta gloſſa, C. de teſt. cap. ſi teſtes*, 3. *verſ. Item ſolam.* 4. *quæſt.* 3. *l.* 36 ibi, *Deuele preguntar como lo ſabe, facien dole decir por que raçon lo ſabe*, vbi *gloſſa*, 8. *& l.* 28. *in princ. tit.* 16. *part.* 4. & Rodriguez
15 citato loco, † & teſtis etiam in cauſis ſtatus, & ſic in his, de quibus loquimur, rationem etiam non interrogatus reddere debet ex Ant. Gom. *d. cap.* 12. *num.* 10. *verſ. & idem eſt quando deponunt*, Rol. à Valle *conſ.* 3. *num.* 52. *lib.* 1. Farin. *d. quæſt.* 70. *num.* 45. quare ex vtroque latere tam iudicis, quam teſtis ratio in ſimilibus reddi debet, nec obligatio teſtis obligationem iudicis tollit, nec excuſationem præbet, cùm ei incumbat, dirigere teſtimonium ad ſtaturum plenæ probationis.

16 Quinta, & ſi in dicto & depoſitione, & in eius ratione varium, vacillanem, ſeu contrarium teſtem animaduertat commiſſarius, in concordiam aliis interrogationibus, & monitionibus eum adducat, & ad veritatem inuitet, quia ſicut poteſt iudex ex officio teſtimonium in concordiam adducere poſt examen, melius multò in ipſo examine teſtem iuuare, vt contrarius non euadat, arg. tradita à DD. *in cap. cum tu*, 16. *extra, de teſt.* & à Maſch. *concluſ.* 1367. *num.* 10. & à Petro Anton. à Petra *de fideicomm. quæſt.* 12. *num.* 908. *cum pluribus aliis ſeqq.* non tantùm vt falſi ſuſpicio tollatur, ſed etiam vt aliquid probet ſecundùm Felin. & Aret. *num.* 3. *in d. cap. cum tu.* Alc. *in l.* 1. *num.* 21. *de noui operis nunciat.* Petra *citato loco num.* 922. *cum tribus ſeqq.* Pureo *deciſ.* 28. *num.* 3. *part.* 3. quod præ maximè ab omni dubio caret in teſtimonio nondum completo, licèt in iam perfecto non careat ſcrupulo, vt in præcitatis videri poterit.

Sexta, ſi aliqui ſint teſtes, etſi pauci, qui maculam aſſerant contra prætenſorem, alios plures adducat, ac diligenter interroget, & de maculæ ratione, & fundamento inquirat, vt ex plurium aſſertione veritas comprobetur, & macula vera aut falſa appareat, † Et licèt in omnibus ferè communitatibus ſit 18 17
certus, & terminatus teſtium numerus, vt ſunt duodecim in ſancto Inquiſitionis officio, & in collegiis viginti quatuor in ſecretis, & totidem in publicis informationibus, ſic dictis, quia teſtes producuntur coram publico ſcriba, & collegiali informanti, dum adeſt maculæ, ſeu alterius defectus teſtimonium, prædictus numerus excedi poteſt, & debet, vſque rei veritas, ac legitimis appareat probationibus, † quia 19
etſi iudex regulariter non valeat, ſolitum excedere numerum, ſecundum *l. ſi Prætor*, 75. *de iudic.* & Rebuff. 3. *tom. ad ll. Gall. tit. de teſt. gloſſ.* 7. *in princ.* Aceb. *in l.* 7. *num.* 1 *in fin. tit.* 7. *lib.* 4. *recop.* & tenent plures apud Farin. *de teſt. quæſt.* 80. *num* 117. & qui excedunt, nullam efficiant fidem ex eod. Rebuffo, *gloſſ.* 8. *&* 9 & Aceb. *num.* 2. *citatis locis*, † tamen in cauſis arduis, 20
& criminalibus, & aliis, in quibus officio iudicis proceditur, & nõ ad petitionẽ partis, maximè ad innocẽtiã probandã, numerus optimè excedi poteſt, vt probat Rebuff. *citato loco gl.* 2. *verſ. In criminalibus*, & cum eis aſſimiletur ſtatus cauſæ, vt pluries probaui, exceſſus in hoc proderit, & vtilis erit, etiamſi in commiſſione numerus ſit expreſſus, quia intelligi debet, niſi aliud rei ſtatus, & circumſtantiæ petant, ad pleniorem veritatis indagationem.

Septima, ſi teſtes examinati alios conteſtes adduxerint, omnes nullo prætermiſſo examinandi veniunt, præcipuè ſi fuerint nominati ad generis maculam comprobandam; circa puritatem verò adducti, in qua nullum dubium, nec contradictio verſatur, non eſt neceſſe, vt omnes producantur, niſi verſetur in controuerſa cauſa, quia tunc omnes interrogari debent, nec eſt differentia inter maculam, & puritatem, in propoſita ſpecie, cum aliàs inæqualitas maneret, & iniuſtitia, niſi fuerint ex propoſito, & affectatè nominati, quia hoc conſtito omitti poterunt. 21

Dum verò ad conteſtis examen acceſſerit, ſi neget id, ad quod fuit ab alio citatus, in reſponſione ad articulos generales, magis ſpecialiter eum interroget Commiſſarius, an videlicet viderit, audierit, ſeu dixerit tale, narrando factum breui ſermone tacendis tacitis, & ſi adhuc inficias eat, replicet ei iterum, quòd habetur relatio, ſiue teſtimonium ſufficiens, eum ſcire rem, ſeu cauſam, de qua fuit ſciſcitatus, quia id dixit, audiuit, ſeu vidit, corã certis (non tamẽ expreſſis) perſonis, (ſine expreſſione etiam illius, qui eum in conteſtem dedit, & tacita qualibet alia ſpecialitate, ex qua peruenire valeat interrogatus in eius cognitionem) & quod memoriam recolat, & narret veritatem facti in Deum, & conſcientiam abſque deminutione, nec falſitate. † Et prudenter 23
bonis artibus veritatem elicere curet, vt conſulit P. Ioſephus Aldrete *de religioſa diſciplina tuenda*, 1. *part. cap.* 11 *num.* 9. & omnia ita ſcribere, & in actis redu- 22

cere efficiat, ſicut teſtis dixerit, tam verbis, quàm
in ſubſtantia; animaduertendo, quòd hæ ſpeciales
interrogationes non debent fieri ſemper, ſed dum
cauſa iuſta adfuerit, nec ſufficiet inimicum teſtimo-
nium, ſed exhibitum à probo, & fidedigno viro, vt
poſtea latiùs dicam.

24 Octaua, ſi in eadem cauſa plures qualitates, &
circumſtantiæ probandæ concurrant, quæ omnes
reſpiciant, & tendant ad eamdem cauſam nobilitatis
aut maculæ probandã, omnes ſimul & ordinatim in
eodem examine à teſtibus peti debent, nulla præ-
termiſſa, quæ ad rem attineat, arg. tradita ab Abb.
& DD. *in cap. cum cauſam, 37. extra de teſtib.* quod non
tantùm locum obtinet, dum iudex ex officio inquirit,
ſed etiam dum ex partis petitione procedit, quia po-
teſt ſupplere defectus articulorum, interrogando à
teſtibus, quæ ad ius litigantium pertinent, & fuerint
ab eis prætermiſſa, ex Corrado *in pract. Rub. de inter-
rogat. n. 2. verſ. & illa,* quæ deſunt ex officiò ſuo etiam
ſupplebit, And. Gail *lib. 1. obſeruat. 95. num. 8.* & pro-
bus Commiſſarius, & iudex integrè omnia com-
plebit, & de ſubſtantialibus nihil in teſtium exa-
mine omittet, quia licèt poſſit teſtem ſecundò voca-
re, & interrogare circa omiſſa, oritur ex pluribus
depoſitionibus vnius teſtis implicatio rerum, &
obſcuritas contentorum, quæ in ſimilibus euitare
oportet, *text. in cap. erit autem lex, 4. diſt.* Anton. Gab.
lib. 2. commun. tit. de ſentent. concl. 7. num. 19. cum ſeqq.
25 Card. Tuſch. *lit. O concl. 53. per totam, tom. 5.* † Quare
Bern. Diaz *in pract. crim. can. cap. 120.* Habita infor-
matione *ſub num. 3. verſ. ad vnum præterea,* & ex eo P.
Ioſeph Aldrete *de religioſa diſciplina tuenda lib. 1.
cap. 1. num. 11.* ait, iudicem in informationibus ſum-
mariis debere omnia plenè à teſtibus ſciſcitari, dili-
genter, & non perfunctoriè interrogare, & adimple-
re, quæ ad veritatem indagandã pertineant, ad quod
faciliùs perficiendũ omnia interroganda in chartula
ad memoriam adhibeat commiſſarius, vt de omnibus
plenè teſtes interrogare queat.

26 Nona, omnia ita fieri debent, vt ex ſubſtantia-
libus nihil omittatur, & ſcripto tradantur, quæ à
teſtibus relata fuerint, ſeu de facto acciderint; &
ſi teſtis fuerit à cõmiſſario vocatus, ita in capite exa-
minis adſcribatur, & ſi ab aliis fuerit citatus in
margine annotetur, & ſi fortè ſponte accedat, etiam
27 exponatur in initio teſtimonij, † quia maior fides
adhibetur ei, qui vocatus venit, quam ſi ſponte ac-
cedat, ſecundùm adducta per Maſchard. *de probat.
concl. 1311. num. 44.* Iac. Menoch. *de arb. lib. 2. caſu, 474.
num. 57. & lib. 2. præſumpt. 55. num. 5.* & à Farin. *quæſt.
80. à num. 1. cum ſeqq.* & non vocatus accedens ſuſ-
pectus eſt, ſi de puritate, & nobilitate deponat ami-
cus præſumitur, ſin verò de macula æmulus, & ini-
micus, ſecundùm Card. Tuſch. *lit. A. concl. 137. tom. 1.
& lit. T. concl. 221. num. 5. tom. 8.* à Farin. *citato loco n. 5.*
cùm illa praua cogitatio aduerſus Prætenſorem
aliud non ſuadeat, *arg. text. in l. inimicitia, 9. de his quib.
vt indign.* Gandino *de præſumpt. & in dic. in dub. num.
19.* Menoch *lib. 6 præſumpt. 19. num. 26.* Maceratenſ.
var. reſol. lib. 3. reſol. 6. num. 12. & reſol. 37. num. 4. Andr.
28 Fachin. *conſ. 79. num. 28. lib. 1.* † Niſi fortè iuſſu con-
feſſarij (vt aliquando vidi) veniat ad animæ, &
conſcientiæ exonerationem, quia in ſimili iudicio
aliquid contra veritatem dixit, & tunc aliquam me-
retur fidem, licèt non plenam, *arg. text. in cap. ia-
rauit 6.* vbi Immola *de probat.* & quæ tradunt Felinus
*in cap. 2. num. 23. in fin verſ. Iſtum caſum limita, extra de
teſt.* Hip. de Marſil. *ſing. 140. Teſtis qui offert ſe, verſ. at-
tamen limita,* Maſch. *de probat. concluſ. 1364. num. 65.*
Card. Tuſch. *lit. T. concl. 223. num. 10.* quæ fides me-
tienda eſt ex rationibus veriſimilibus a teſte addu-
ctis iudicum arbitrio, magis quàm ex aliis cauſis.

Decima, animaduertat Commiſſarius, quòd ita 29
ad ſe pertinet teſtium examen, vt nulli, nec notario
illud committere valeat, cùm ita iure conſtitutum ſit,
tam in cauſis criminalibus, ſecundùm *text. in l. 3. §.
idem Adrianus,* ibi, *nam ipſos interrogare ſoleo, de teſt.
Auth. vt defuncti funera non iniur. § illud etiam,* vbi *gloſ-
ſa verb. teſtibus, l. 28. tit. 6. recop.* DD. maximè Bart.
num. 4. Iaſſ. *108. 2. lect.* Ripa *189. in l. admonendi, de iu-
reiur.* Menoch. *de recuper. rem. 15. num. 344. & ſeqq.* &
Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 60. num. 35. & 36.* conge-
ſtos per Farin. *de teſt. quæſt. 77. cap. 4. à num. 1.* quàm in
ciuilibus, grauibus, & arduis, *d. § illud etiam,* ibi, *in qui-
bus de magnis eſt periculum, & l. 35. ad fin. tit. 16. part. 3.
l. 28.* ibi, *en los proceſſos criminales y en los ciuiles arduos,
y de importancia,* vbi Aceb. *num. 2. & l. 42. tit. 6. lib. 3.
recop.* Ripa *in d. l. admonendi, num. 179.* Farin. *citato lo-
co, à num. 99.* & faciunt *l. indices, 17. & Auth. apud
eloquentiſſimum C. de fide inſtrum. cap. teſtes,* ibi, *gloſſa
verb. ſed præſentes, 3. quæſt. 9. Clem. 1.* vbi etiam *gloſſa
verb. ciuili, de officio deleg.* † Et in nobilitatis cauſis 30
expreſsè iuſſum, & conſtitutum habemus, *in l. 14. &
15. l. 33. & 37.* & aliis, ibi, *tit. 11 lib. 2. recop.* in quibus
iubetur, quòd iudices nobilium adſint teſtium exa-
mini, & aliis hoc non mandent, & ſi teſtes abſint,
quia tenentur iudices illuc ſe conferre, & teſtes
præſentialiter examinare, vt *in d. l. 33.* & animad-
uertit Narbona ibidem, *gloſſa 1. num. 6.* † quia agitur 31
de re graui, & honore eximio familiarum; quando
commiſſio examinis locum non poteſt habere ex di-
ctis iuribus, & Aceb *in l. 28. à num. 1. cum ſeqq. tit. 6.
lib. 2. recop.* & expreſſiùs idem Narbona *in d. gloſſa 1.
num. 5. pag. 265.* † vbi etiam *à num. 7. &* 8. ait, non ſuf- 32
ficere, quòd poſteà teſtes coram iudice ratificentur,
qui coram ſolo notario depoſuerunt, *ex d. l. 14. & d. l.
37.* ibi, *y no a de baſtar, que el teſtigo ratifique ante el
miſmo alcalde o oydor como ſe ſuele haçer.* † Nec etiam 33
licèt inchoare examina coram iudice, vt per nota-
rium poſtea ſegregatim perficiantur, ſed ipſe tene-
tur integro adeſſe examini, & teſtem interrogare, &
coram eo à notario adſcribi, vt clarè decernitur *in d.
l. 33.* ibi, *enteramente, & in d. l. 36* ibi, *a todo el examẽ,* &
in d. l. 37. in princ. d. tit. 11. lib. 2. recop. quorum iurium
deciſiones neceſſariò trahendæ ſunt ad puritatis in-
formationes, cùm eadem in eis ſit ratio, idem peri-
culum, & rei grauitas idem expoſcat, † & contra 34
faciens malè agit, & poteſt puniri vſque ad officij
priuationem, vt *in d. l. 33.* ibi, *So pena de perdimiento,
del officio.* † Licèt teſtibus per indebitam commiſſio- 35
nem examinatis plena detur fides, vt probant Auend.
in cap. 17. Prætor. num. 2. cum ſeqq. Auiles *eod. loco c. 37.
gloſſ. 1. num. 7.* Aceb. *in l. 28. num. 6. tit. 6. lib. 3. recop.*
Alphonſ. Narbona *citato loco, d. gloſſa, 1. num. 10. pag.
266.* & loquendo in ſpecie noſtra puritatis ita docet
Valençuela *conſ. 92. n. 80.*

Vndecima, ſi in originis loco deſunt teſtes, qui de 36
qualitatibus inquiſiri interrogari valeant, vt acci-
dere ſolet in pagis, & oppidis exiguis, & paruæ vi-
cinitatis, numerus adimpleatur ex conuicinis locis
propinquioribus loco originis, *arg. text. in l. 1. § 4. flumẽ,*
ibi, *exiſtimatione circumcolentium, de flumin. cap. quoſ-
dam, 7. cum ſeq. de præſumpt.* ita tenet Perezius de La-
ra *in d. cap. 9. nu. 44.* † Et facit quòd omnes in dictis 37
pagis, ſeu oppidulis commorantes conuicini dicun-
tur illius ciuitatis, in cuius exiſtunt territorio, ex
adductis à Platea *in l. ciues, num. 6. verſ. non autem erit
ciues, C. de incolis, lib. 10.* Abbas *conſ. 89. Inquiſitione,
num. 1. verſ. vbicumque enim, lib. 1. & conſ. 52. num. 6.
verſ. Quoad ſecundum lib. 2.* Card. Tuſch. *pract. concluſ.
lit. C. concluſ. 274. num. 8. & 25.* ac nouiſſimè pro-
bat Narbona *in l. 20. gloſſ. 2. à num. 104. cum duo-*

bus

bus ſeqq. titul. 1. lib. 4. recop. pag. 404. & ſeq.
38 Duodecima, deficienre notitia maiorum in ori-
ginis loco, nec ſint teſtes, qui directè circa eorum
qualitates deponere valeant, interrogentur teſtes de
nominibus, & cognominibus patrum & auorum
Prætenſoris, an ſint, ſeu olim fuerint, vel commo-
rauerint eo in loco, qui ſimilia ferrent cognomina?
anque vnius tantùm generis, an verò extiterint co-
gnomina diuerſarum familiarum, & agnationum?
interrogentur etiam de eorum opinione, & reputa-
tione circa qualitates puritatis, & nobilitatis, vt ali-
bi patrum, & auorum cognitione probata, & cogno-
minum qualitate in eorum origine, ex vtriuſque
combinatione res diiudicari valeat, vt probat Pere-
39 zius de Lara citato loco *n.* 42. † Cum ex duorum
coniunctione deducatur optima probatio, *arg. l.
Gallus, 29. §. ille caſus, 15.* ibi, *duorum quaſi capitibus le-
gis commixtis, de lib. & poſth. cap. cum dilectus, 3. de ſuc-
ceſ. ab inteſt.* cum adductis ad propoſitum per Anton.
Gab. *lib. 1. comm. opin. tit. 1. de probat. concl.* 1. & à Ni-
col. Euerard. *in topicis loco, à combinatione duarum
leg.* Aym. Craueta *conſ.* 73. *num.* 18. Thom. Gramm.
deciſ. 28 *num.* 3. Beccio *conſ.* 47. *num.* 12. Magon. *deciſ.*
46. *num.* 9. & ex pluribus ſimul iunctis, quæ ad vnum
tendūt, oritur concludens & certa probatio, *arg. text.
l. qui in prouincia, 57. §. 1.* ibi, *idcirco cùm hac omnia in
vnum concurrant, de ritu nupt. l. qui ſententiam, 16. C. de
pœnis.* Auth. *de inſtrum. caut. & fide, §. in his, verſ. ſi vero
nullus, coll. 6.* Bal. *in cap. cum cauſam, num. 1. de probat.*
Sim. de Prætis *lib. 5. de interpret. vlt. vol. dub. 4. n.* 340.
fol. 556. Aym. Craueta *conſ.* 33. *num.* 19. & 20. & alij
40 adducti ab Auguſt. Barboſa *loco* 22. *pag.* 309. † Et ſi
ſimilia extiterint cognomina in originis loco præ-
ſumitur eadem eſſe quæ in genealogia prætenſoris
continentur, & ſimiliter præſumitur identitas fami-
liæ, ex traditis infrà *quæſt.* 16. §. 2. niſi ex aliis proba-
tionibus aut coniecturis aliquod diſcrimen appa-
reat, quia tunc ceſſat identitatis præſumptio, ex
Corneo *conſ.* 144. *lib.* 4. Zauarela *conſ.* 18. & alij de
quibus in d. q. 16. in fin.
41 Decima tertia, ſi dubium vertatur, an quis ſit ex
hac, aut ex illa familia, quarum diuerſa cognomina
in loco inueniuntur originis, nec ſit certum, à qua
prætenſor, & eius maiores proueniant, interrogen-
tur teſtes eiuſdem cognominis, & familiæ, qui ſo-
leot pleniorem huiuſce rei notitiam habere, & ideò
fidem merentur maiorem, ex adductis à Perezio de
Lara *in d. cap. 4. num.* 26. & adducendis infrà quæſt.
11. per totam, ſed non debent circa ſanguinis quali-
tates interrogari, quia in ſuamet cauſa deponerent,
& commodum reportarent, vt communiter tra-
dunt DD. *in cap. cum à nobis, 28. de teſt. & in cap. inter
dilectos, 11. de exceſſib. Prælat.* & aliis de quibus infrà
citato in loco, & adhuc dubio manente vtriuſque
familiæ & cognominis qualitates probet, vt melius
circa eas ferri valeat iudicium.
42 Decima quarta, ſi ex teſtibus examinatis, alitérve,
appareat eſſe inſtrumenta, ſcripturas, lites, ſeu
proceſſus, quibus dubia dilui deſcendentia poteſt,
omnia inquirantur, & extrahantur copiæ à protho-
colis, ſeu regiſtris ſcribarum, & ſi fuerint penes pri-
uatum, ab eo exquirantur, ad quod vti poterit iuri-
dica poteſtate Commiſſarius ſancti Officij, & or-
dinum Senatus in locis ei ſubiectis, Collegiales ve-
rò, & Canonici Eccleſiarum Cathedralium vti po-
teſtate iudicis ordinarij habent neceſſe virtute re-
galium prouiſionum quas ex Regio Caſtellæ Sena-
tu ſecum ferre ſolent, vt alibi iterum dixi.
43 Decima quinta, ſi dubium oriatur ex ſecundis
nuptiis contractis ab aliquo ex aſcendentibus, nec
certum ſit, à quibus prætenſor proueniat, pater, ſeu
auus eius, certa verò eſt macula primæ, aut ſecun-
dæ vxoris, maritive, ex quo plurima dubia excitari,
& iudicia hæc difficilima reddi ſolent, & differri
cum magnis ſumptibus, & prætenſorum moleſtiis;
vtendum eſt probationibus, quæ in antiquis præci-
puum locum obtinent, vt ſunt ſcripturæ, & teſta-
menta, & de quibus *in l. cenſus 10. de probat. l. in fina-
libus 11. Finium regund. l. 115.* vbi *gloſſa fin. tit. 18. part.
3.* Maſch. *concl.* 411. *num.* 19. *& ſeq.* Perezius de Lara
in d. cap. 4. num. 57. vbi *num.* 58. hoc extendit ad Chro-
nicas, & Hiſtorias Hiſpaniæ, & etiam idem tenet
Maſch. *de probat. concl.* 105. *num.* 11. *& concl.* 398. *n.* 6.
Menoch. *conſil.* 112. *num.* 67. *lib.* 2. Pelaez *de maiorat.* 2.
part. quæſt. 7. *num.* 94. Io. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 18. *num.*
10. & Io. Gutierr. *lib. 3. pract. quæſt.* 13. *num.* 23. Hier.
Zaball. *comm. lib. 3. quæſt.* 821. *num.* 30. Gracian. 5. *diſ-
cept.* 893. *num.* 6. *& ſeqq.* Pariſ. *conſ.* 23. *num.* 233. *lib.* 1.
† Et quod filiatio probetur per inſtrumenta antiqua, 44
in quibus obiter refertur, *Titium fuiſſe filium Seij,*
conſtat ex Alexand. *conſ.* 6. *lib.* 1. Raphaële Cuman.
conſ. 84. Dec. *conſ.* 152. Ripa *reſp.* 175. *n.* 12. etiamſi per
verba enūciatiua loquantur, ex Cob. *in epitome de ſpōſ.
cap. 8. part. 2. §. 3. num.* 9. & aliis adductis à Pelaez *ci-
tato loco quæſt.* 20. *num.* 319. † Similiter libri in quibus 45
adſcribuntur baptizatorum, & coniugum nomina in
parrochialibus Eccleſiis, quibus filiatio, & deſcen-
dentia plenè probantur, ſecundùm Felin. *in cap. cum
cauſam, 13. ſub n. 2. verſ. Eſt idem ſi ſcriptum,* vbi Io.
And. & Hoſtienſ. *de probat* Maſch. *concl.* 163. *num.* 3.
Nicol. Garc. *de benefic. 7 part. cap.* 15. *num.* 33. quate-
nus probat, his antiquis libris plenam præſtari fi-
dem, licèt dubitet circa probationem filiationis
Hier. Zaball. 5 *so. quæſt. 4. num.* 80. *&* 81. vbi alios ad-
ducit, † ſed eſt intelligendus de probanda filiatione 46
parui temporis, non verò de antiqua, quam viuentes
noſcere non potuerunt, quia ſi hæc probatur ex con-
iecturis, & præſumptionibus, probabitur equidem
per hos libros, maximè concurrentibus adminiculis
aliis, de quibus alibi latiùs dicā. † Senes etiā plurimū 47
in hac proſunt ſpecie, qui de fama, & communi opi-
nione ſui temporis deponant, & de aliis coniectu-
ris, quibus antiqua deſcendentia, & filiatio proban-
tur, ex Hier. Gab. *conſ.* 163. *num.* 9. Socin. Iun. *conſ.* 76.
num. 65. *lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 23. *num.* 233. *lib.* 1. Maſch. *con-
cluſ.* 60. *num.* 72. *& concluſ.* 73. *& concluſ.* 511. *à num.* 1.
cum ſeqq. & concl 840. *num.* 46. Menochio *lib. 6. præ-
ſumpt.* 15. *num.* 40. circa quod dubium & regulam, vi-
deantur quæ dicam infrà *quæſt.* 16. §. 4. *per totum.*
Eadem enim obſeruari debent ad inquirendum, 48
an quis fuerit filius legitimus eius, qui eum alimen-
tauit, & domi retinuit, an verò ex pietatis opere, quia
expoſitus, incognitus, ſeu derelictus, & à pauperi-
bus procreatus parentibus receptus fuit à putatiuo
parente ad eum alimentandum, ſeu pro famulo
ſeruiendum, † quæ ſunt vſitatæ cautelæ, & euaſiones 49
aliquorum infectorum, qui veritatem effugere, &
obumbrare ſolent his ſubterfugiis, & cauillationi-
bus, & tunc aliis contrariis cautelis debet Commiſ-
ſarius veritatem inquirere, & palam facere, dum ma-
cula timetur, vel imputatioo parente, aut in filio, ſiue
in alio, & coniecturis & præſumptionibus ex eo-
dem negotio deductis veritatem inueſtigare, quia
euidentiores probationes plerumque deficiunt in ſi-
milibus negociis, pro quo eſt optimus text *in cap.
tranſmiſſæ, 3.* ibi, *Aut legitimum filium eſſe negabant, ſed
dicebant, quod eum pietatis intuitu nutriuiſſent,* iunctis
finalibus verbis, ibi, *Niſi certis indiciis, & teſtibus tibi
conſtiterit, eſſe filium iuuenem memoratum. Qui filij ſint
leg.* de quo vide et[illegible]m infrà quæſt. 16 §. 4. num. 28. † 50
Vndè ſi eum cum [illegible]s aliis æqualiter tractauerint,
& hæredem inſtitue[illegible] parentes, prælegata relique-
rint,

rint, filium nominauerint, aliáve fecerint, quæ niſi ob veros filios fieri rarò ſolét, debet pro legitimo filio reputari:nã & ſi actus qui directè concernunt ad pietatem, excludant præſumptionem filiationis ex Menoch.de arbitr.caſu 89.num.4. lib. 1. Gozad. conſ. 13.num.17.tamen,qui magis filiis conueniunt, quàm aliis veram filiationem inducunt, ex Alexand. conſ. 88.num.11 lib.7.Socin.conſ.89.num.4. lib. 1. Roland. conſ.96.num. 42. & 48. lib. 3.Rimin. Sen. conſ. 189. num. 5. & 32. lib. 2. Gracian. diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 562.num. 5. & 7.& ſeqq.

51 Decima ſexta, ſi litteræ occultæ circa maculam prætenſotis,& ſuæ familiæ fuerint oblatæ, & ſubſcriptione alicuius ſint munitæ, recognoſci oportet ab ipſo ſubſcribenti ſolemniter,& cum iureiurãdo, & ſignare cauſam & rationem contentorum, teſtes in eis ſignati interrogentur,& ſcripturæ in compulſum reddantur. Sin verò literæ nullius ſubſcriptione ſint munitæ,aut ſubſcriptio ficta, aut ſuppoſititia appareat & nõdum informatorium clauſum manet, ſignati teſtes ſimiliter interrogentur, abſque ſpeciali maculæ expreſſione, cùm deficiat cauſa ſpecialis interrogationis, dum verò informatorium manet clauſum, aut miſſum ad ſuperiores, nihil horum fieri debet;ſed mittantur literæ ad ſuperiores, vt latiùs dicam infrà,2. part. q. 2.

---

§. V.

De fide promiſſa, & ſecreto ſeruando.

SVMMARIVM.

1 *Commiſſarius præſtat fidem ſeruandi conſtitutiones, & ſtatuta ſuæ communitatis, Facere tenetur, quod integræ frontis homo faceret, & omittere quod prudens omiſiſſet,* num.3.

*Ex duplici capite tenetur promiſſam adimplere fidem, ſeruandi ſtatuta ſuæ communitatis,*num.7.*Tam ex iureiurando, quàm ex fide promiſſa,*num.9.

Ex transgreſſione mortaliter peccat, numero 8.

2 *Fides ſeruanda tam diuino iure, quàm humano, & naturali. Eius interpoſitio idem operatur, ac iuramentum,*num.4. *quia iure æquiparantur,*num. 5. *Obligat ſicut iuramentum,*nu. 6. *Eam frangens infamis eſt,* n.10.& 15.

6 *Promittens fide præſtita manet ita obligatus, ac ſi iuraſſet.*

Inter iuramentum, & ſimplicem loquelam Deus non conſtituit differentiam, ibidem.

Promiſſa non adimplens peccat mortaliter, ſub n.10.

11 *Secretum ſeruandum in cauſis puritatis, quid ſit. Duplex eſt, vnum ex natura rei, aliud per accedens,*num.12. & 13.*Quilibet illud ſeruare etiam non iuratus tenetur,* num. 16. *Eius violatio magna producit damna,* num.20 *Manet in terminis virtualis confeſſionis,*num.22.*Eius reuelatio multis fieri poteſt modis,*num.23. *Infamiam & crimen producit falſi & proditionis,*num.28. *Aduerſus priuatos facta etiam extra ordinem punitur,* num. 29. *Iuſtè reuelatur ex neceſſitate ad petendum videlicet conſilium, & ad ſe informandum circa aliquod ſubſtantiale requiſitum,*num. 30. *Reuelari vni ſeu duobus viris tacituris an ſit lethale?*& num. 56. & ſeq.*Erit lethale aperire prætenſori, amico, ſeu familiari eius, vota iudicum, teſtium dicta, & oppoſitionem fiſcalis,*num.58.*Dum non redundat in damnum communitatis, aut alterius poſſunt officiales de eo loqui,* num. 59. *Citò publicandum reuelari poteſt,*n.62.

*Reuelari poteſt, eis, qui ſunt eiuſdem communitatis, & ius ſciendi habent, ſecus ſi non habeant,*num.66. *& qui ſint hi in Sancto officio,*ibid.

14 *Locus aliquando ſeruandum ſecretum ſuadet.*

17 *Iusiurandum ad ſigillum obligat.*

18 *Inquiſitores, officiales, & miniſtri Sancti Officij ſub grauibus pœnis ſeruare ſecretum tenentur. Non ſolùm in cauſis fidei, ſed etiam in puritatis negociis,* num.19. *Excommunicationem incurrunt,* n.21.

20 *Violatio ſigilli magna producit damna. Infamiam, & crimen producit falſi, & proditionis,* num. 28. *Aduerſus priuatos facta extra ordinem punitur,* n. 29. *In re parua lethale non conſtituit peccatum, ſecus in magna,*num.31.& 39. *In re minima, ſeu in circunſtantia parui præiudicij non inducit mortale, nec eſt punibilis, in foro exteriori,* n.55.

22 *Arcanum manet in terminis virtualis confeſſionis.*

32 *Frangens arcanum in re magna ſine dolo an peccat?*& n.ſeqq.

33 *Dolus præſumitur ex actu prohibito, & in eo qui facit quod facere non debet.*

34 *Ignorantia in peritis non præſumitur maximè cum expreſſè ſecretum promiſerint,* n.35.

36 *Dolus verus ad periurium requiritur, explicatur,*num. 37.

*Culpa lata in criminalibus non æquiparatur dolo,*ſub d.n.36.

37 *Ignorantia, nec error non præſumitur in his ad quæ tenemur ex officio.*

38 *Peccatum quoad forum interius deficit ex defectu aduertentiæ.*

Obligatio ſecreti ſemper intelligitur niſi iuſta cauſa reuelandi adſit, ibid.

Vtilitas eius, in cuius gratiam ſecretum tacendum venit iuſta eſt cauſa reuelandi, ibidem.

39 *Iuramentum ſeruandi ſecretum tantum obligat, quantum materia grauis, aut leuis eſt. Emiſſum & eius transgreſsio in re leui, an induceat peccatum mortale? Triplex refertur ſententia,* num. 40. & ſeqq. *Prima ait, mortale eſſe, violare iuramentum principaliter emiſſum in re parua: ſecus ſi res parua eſt tantùm pars materiæ, hæc eligitur,* num. 45. & 46. *Secunda eſt, quocumque modo conſtituere peccatum veniale.* num. 41. *Tertia docet eſſe mortale*, num. 43. & ſeqq.

42 *Deum afferre in teſtem mendacij quatenus conſtituat lethale peccatum.*

44 *Veritas in iuramento principaliter requiritur, quæ eiuſdem eſt rationis in magna ac in parua re.*

45 *Credibile non eſt, Deum velle eamdem inducere obligationem in re parua ac in magna.*

Opinio media & diſtinguens præferenda, ibid.

46 *Ratio eadem verſatur in iuramento, ac in voto.*

47 *Transgreſsio iuramenti in re parua promiſſa directè ſe opponit Deo, & veritati, in quibus periurij peccatum conſiſtit.*

Deus & veritas læſi manent ex non adimpleta fide iuramenti, ibid.

48 *Iuramentum promiſſorium tam adimpletur in primæua veritate, quàm in executione, immò magis principaliter in executione,* n. 49.

49 *Finis præcipuus promiſsionis eſt adimplere promiſſum.*

Animus adimplendi promiſſum tempore iuramenti, ſi poſtea deficiat, nihil eſt. ibid.

50 *Deficiens in implemento deficit in principali promiſſo.*

51 *Effectus præcipuus iuriſiurandi promiſſorij eſt executio promiſsi.*

Ius Canonum obligat præciſè opere, & cum effectu ad adimplendum promiſſa, ibidem.

52 *Deus in iuramento non ſolùm adducitur in teſtem actus promittendi; ſed & principaliter implementi.*

53 *Res minima in conſiderationem, non venit, & quando aliter,* & ſeq.

54 *Iuramentum adimpletum in maiori parte, cenſetur adimpletum in minima quæ deficit.*

Minus agendum cum eo qui partem ſoluit, quàm cum eo, qui nihil, ibid.

55 *Violatio ſecreti in re minima, ſeu in circunſtantia parui præiudicij, non inducit mortale, nec eſt punibilis in foro exteriori.*

60 *Conſcius res amplius certiorari non habet neceſſe, ſecus ſi dubius exiſtat,* n. 61.

61 *Dubius qui eſt, non verè rem noſcit.*

63 *Quod de proximo ſciendum eſt pro noto habetur.*

65 *Ius ad ſciendum auferri non poteſt.*

66 *Noſcens quomodocumque rem arcanam ad ſigillum manet obſtrictus, qui non debet eſſe melioris conditionis, quàm qui primò eam nouit,* n. 69.

68 *Res ſemper tranſit cum ſuo onere.*

70 *Reſtituendi obligatio an inſurgat ex peccato veniali?* & num. ſeqq.

Abſque dubio inſurgit ex mortali, num. 71. *Et vbi oritur magnum periculum, & damnum, & ponitur exemplum,* n. 72.

73 *Proximus cuius infamia ſecretò adeſt, eſt in quaſi poſſeſsione bonæ famæ, à qua priuari per reuelationem non iuſtè poterit. Quæ ratio adducitur ad teſtes, qui deponunt de alicuius macula, ad iudices, & fiſcales,* n. 74.

75 *Reſtitutio famæ, dum obligatio manet reſtituendi, quâ forma fieri debeat.*

76 *Qui verum, licèt arcanum, reuelat, non tenetur fateri ſe mentitum.*

77 *Reſtitutio quo pacto fieri debeat, dum reuelatum eſt ſecretum Sancti Officij, vel alterius communitatis.*

78 *Arcani transgreſſores multis in vtroque foro puniuntur pœnis, videlicet de iure Regni eſt impoſita priuationis pœna, & etiam in ſancto Officio,* n. 79.

80 *Priuationis pœna requirit graue damnum ex ſecreti violatione. Et eget ſententia declaratoria,* n. 81.

82 *Excommunicationis pœna eſt impoſita in ſancto Officio Inquiſitionis aduerſus reuelantes ſecreta.*

83 *Reuelans ſecretum ſancti Officij non acquirit dominium ſui ſalarij. Tenetur ſtatim ad illud non recipiendum, & ſi recipiat, debet reſtituere,* n. 84.

85 *Officiales ſancti Officij debent plurimùm reſpicere graues pœnas impoſitas contra trãſgreſſores ſecreti.*

86 *Pœna etiam infidelitatis & periurij impoſita eſt in ſancto Officio contra transgredientes arcanum.*

Iudices pœnas contra transgredientes ſecretum dimetiri debent ſecundùm rei grauitatem, perſonarum, & damnorum, ibidem.

87 *Teſtes ſingulares ſufficiunt in probando reuelationem ſecreti, etiam in ſancto Officio,* num. 88. *Sufficiunt in eis, quæ difficilis ſunt probationis,* num. 89. *Debent eſſe maiores omni exceptione,* num. 90. *Etiam in ſancto Officio,* num. 91.

91 *Qualitas idoneitatis ſemper in teſtibus requiritur.*

92 *Teſtibus ſingularibus admiſsis, neceſſariò*

requiritur

requiritur eorum idoneitas, quæ ſpecialiter debet probari, num. 103. & ſeqq. *Et an ſimul cum eis alia præſumptiones & indicia requirantur*, num. 93. *Ex diſpoſitione ſancti Officij Inquiſitionis negatur*, à numero 94.

95 *Lex quod vult exprimit.*

96 *Iudex poteſt ſingularibus teſtibus fidem præſtare, & multo melius lex, & Superiorum placitum.*

97 *Teſtes ſingulares, & præſumptiones pariſicantur, & ſunt eiuſdem potentiæ*, num. 99. & 100.

98 *Præſumptiones, & indicia an probent ſecreti reuelationem*, & n. ſeqq.

99 *Quæ probantur per teſtes ſingulares, probantur etiam per indicia, & præſumptiones.*

101 *Ad pœnam extraordinariam ſufficiunt præſumptiones, & indicia.*

102 *Difficultas probationis admittit minores, & irregulares probationes.*

103 *Qualitas idoneitatis teſtium ſingularium, an ſit probanda*, & numeris ſeqq.

104 *Qualitas requiſita per modum conditionis probanda eſt; ſecus ſi non requiratur per modum conditionis ſed ſimpliciter.*

105 *Idoneitas teſtium probari non eſt neceſſe.*

106 *Qualitas idoneitatis, & maioritas omni exceptione differunt, contrarium*, num. 110.

107 *Expreſſio idoneitatis in lege aliud operare non poteſt, ni quod ſpecificè probetur.*

108 *Gerundia vim conditionis habent.*

111 *Probatio idoneitatis teſtium poteſt eſſe in ſcriptis, & verbaliter*, & numero 113.

112 *Teſtes in ſolicitationis crimine integri debent eſſe, & probatur prædicta qualitas verbis tantùm ſine ſcriptis*, n. 113.

1 OMNES commiſſarij in receptione ſui officij,
ſiue commiſſionis ad recipiendas informatio-
nes ſuam præſtant iureiurando fidem ſeruandi con-
ſtitutiones, & ſtatuta ſuæ communitatis, & quam-
uis expreſſè eam non promiſerint, ex ipſo negocio
promiſſa intelligitur *ex text. in l. creditor. 60. §. Lu-*
2 *cius 4. Mandati*, † quam cuſtodire tenentur tam iure
diuino, quo fides ſeruari iubetur, vt Prouerb. 28.
20. Luc. 16. 10. quàm naturali, ſecundùm Cicer. lib.
1. offic. & ciuili, vt *in l. 1. in princip. de pactis, l. 1. de*
3 *conſtit. pecun. l. ex empto. 11. de act. empti.* † Et facere,
quod integræ frontis homo admiſerit, vt *in l. quaſitũ,
13. de teſtib.* & omittere, quod prudens omiſiſſet, vt
4 *in text. in l. ſi plures, 38. § fin. de adm. tutor.* † cum fidei
interpoſitio idem operetur, ac iuramentum, ex gloſ-
ſa & Abb. & DD. *in cap. querelam. Ne prælati vices
ſuas*, idem Abb. & Felin. *in cap. querelam. de iureiur.*
idem Felin. *in cap. præterea, num. 15. de ſponſal.* Archid.
5 *in ſumma 22. quæſt. 1.* † quia fides & iuramentum
æquiparantur, & idem eſt nuda fidei interpoſitio, ac
iureiurandum, *ex cap. pen. ibi, promiſſionem, ſeu iura-
mentum ab illo recipiens, de Simon. cap. ad aures*, 3. ibi
*niſi fortè iuramento, vel fide interpoſita ſit formata, de iis
quæ vi*, facit textus cum ibi notatis, *in cap. conſtitutus,
4. de tranſact.* quibus conuenit *l.* 16. ibi, *que recibieſſe
iuramento, o pro metimiento, tit.* 17. *part.* 1. & tenent
Iaſ. *num.* 28. Cagnol. 74. & 100. Parpalius 40. *in l. ſi
quis maior, C. de tranſact.* Aym. Crauetta *conſ.* 141. *num.*
11. Carol. Ruin. *conſ. 9. num. 4. lib.* 3. Guido Papa *conſ.*
31. & plures adducit Menoch. *conſ. 178. num. 19. lib.* 2.
Matth. de Afflict. *deciſ. 389. num.* 2. † & qui fide præ- 6
ſtita aliquid promittit, obligatus ita manet, ac ſi iu-
raſſet, ex Iaſ. *in l. idem ex duobus, § perſonale, num. 6.
de pact. & in l. 3. § fin. de iureiur* Maſch. *de probat. concl.*
347. *n.* 77. quia inter iuramentum & ſimplicẽ loquelã
Deus non conſtituit differentiam, *cap. iuramentum,
22. quæſt.* 5. Marc. Anton. Genuenſ. *practic. Eccleſ. quæſt.*
733. *num.* 2. Gracian. *diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 712. num.*
5. vbi *in num. ſeqq.* plura huc facientia comulat.

Vnde prouenit, quòd ex duplici capite tenentur 7
Commiſſarij promiſſam adimplere fidem, qua pro-
miſerunt, ſeruare ſtatuta, & conſtitutiones, & confi-
cere informatorium ritè, & fideliter, tum ex præſtito
iureiurando, quod neceſſariò ſeruari debet, *cap. que-
relam.* 10. *cum ſimilibus de iureiur. gloſſa in cap. 1. eod.
tit. in 6. & in cap. nemo, 13. diſt.* Lud. Roman. *ſing.* 544.
Puteo *tract. ſyndicat. verbo, excedunt conſiliarij in prin-
cip.* & poſtea, † & letaliter ex transgreſſione peccant, 8
ſecundùm Leſſium *de iuſtit. lib. 2. cap. 41. dub. 5. n.* 23.
Valenc. 22. *diſp. 6. quæſt. 7. puncto* 4. Reginald. *in pra-
xi fori pœnit. lib. 18. n.* 79. Bonac. *to. 2. tract. de iuram. diſp.
4. quæſt. 1. puncto 14. à num.* 1. & dixi ſuprà *quæſt.* 2. † 9
tum etiam ex fide promiſſa, quæ ſicut iuramentum
adſtringit, vt dixi, & hoſti etiam ſeruanda eſt, vt *in
cap. noli exiſtimare, 23. quæſt. 1. gloſſ. verb. apud Barbaras,
in cap. offerebat 32. quæſt.* 7. Menoch. *de arbitr. caſu* 336.
num. 26. Rol. à Valle *conſ. 85. num. 4. vol. 4. & in conſ.* 1.
num. 34. vol. 2. dixit, *fidem fallere grauibus graue eſt, gra-
uioribus grauius, & viris exemplaribus grauiſſimum*, de
quibus plura congerit Matienço *in l. 1. gloſſ. 1. à num.
2. tit. 16. lib. 5. recop. & in dialogo relat. 3. part. cap.* 53.
per totum, vbi latè agit de fide à iudicibus ſeruanda,
& deducunt *ex l. 1. de conſt. pecun. l. 1. de pactis.* Cobb.
de ſponſal. 2. part. cap. 3. § 4. num. 1. Roxas *ſing. fidei*, 63.
in princip. Lata *in l. ſi quis à liberis, § ſi mater, num.* 23.
de lib. agnoſc. Flam. Pariſ. *de confident. benefici, quæſt. 6.
num.* 3. Anton. Queſada *diuerſ. quæſt. 30. num. 13. ad fin.*
& alij penes Auguſt. Barboſ. *Axiom. 98. num. 1. pag.*
62. † Et ideò qui fidem frangit infamis nuncupatur 10
à Baldo *conſ. 291. ad euidentiam. lib.* 2. Pelaez *de ma-
iorat. 1. part. quæſt. 22. num.* 62. & eſt text. expreſſus *in
l. furti. 6. § mandati, 6. de his, qui not. infam.* Crauet. *de
indemnit. mulier. num.* 30. cui conueniunt tradita ſu-
prà §. de mandatario non adimplente formam man-
dati. Atque ideò apud Theologos receptum eſt, quòd
non adimplens promiſſionem legitimè factam &
acceptatam peccat mortaliter, ex Syluestro *verb. Pa-
ctum, quæſito* 4. Nauarr. *in man. cap. 18. num.* 6. Lopez
2. part. cap. 30. verſ. Porro, Pet. Nauarra *de reſtitut. lib. 2.
cap. 2. dub 7. & num* 329. Azor. *inſt. moral. lib. 11. cap.
14. quæſito.* 3. Man. Rodrig. *in ſum. 2. part. c. 17. in princ.*
Leſſio *de iuſt. lib. 2. cap. 1[illegible]. dub. 8. num.* 55. Soto *eod.
tract. lib. 7. art.* 1. Reginal. *lib. 25. num.* 82. P. Thom.
Sanc. *lib. 1. de matrim. diſp. 5. num.* 30. & poſt omnes
Matt. Bonacina *tract. de inſtitut. diſp. 3 quæſt. 11. punct.
2. num.* 5. Menoch. *lib. 5. præſumpt. 3. num. 63. & ſeqq.* &
de interna promiſſione plures refert Diana *reſol. mo-
ral. 2. part. tract. 3. miſcellan. reſol. 9. pag.* 102. & *3. part.
tract. 5. miſcell. reſol. 116. pag.* 223. Becano *de iuſt. & iure
cap. 6. de tranſlat. dominij quæſt.* 5. & ſic electi com-
miſſarij curent plurimùm adimplere iuſſa, & ordina-
tiones ſui tribunalis, quas cuſtodire promiſerunt.

Præcipua

11 Præcipua omnium Tribunalium ordinatio eſt
ſeruandi ſecretum ad quod omnes Commiſſarij
tenentur. Eſt quidem ſecretum, (vt radicitus
eius obligatio oſtendatur) quod communiter
ignoratur, *leg. 1. §. 1. de his, qui deiect. vel
effud. leg. ſi quis in graui 3. §. aperire, 26. ad
S. C. Sylan. cap. tua nos, 34. in fin. de ſimon. cap. ſi
peccauerit, 11. quæſtion. 1.* Auend. *reſponſ. 31. num.
2.* Gigas *de crimin. læſæ maieſtat. cap. 21. num. 26.*
12 † Eſtque duplex vnum ex rei natura, & proprie-
tate, aliud per accidens, cùm quid factum, aut
dictum coram paucis fuit, aut traditum ſub ſi-
gillo naturali, *gloſſa verb. ſecreta in cap. quis ali-
quando, 87. §. econtra, verſ. Filiam namque, de pæ-
nit. diſt. 1.* Archid. *in cap. ſtatuta, fin. verb. ſecretum,
de Hæret. 6. & in cap. vbi periculum, §. nulli, verb.*
13 *ſecretè, de elect. in 6.* † ſecretum verò ex natura rei
dicitur, dum res, de qua agitur, per ſe tacere
ſuadet, velut ſi eius ſcientia nocitura eſt publicæ
vtilitati, vt ſi quid moliatur ad expugnandos
hoſtes, vel ſit opus ad tuendum proximi ho-
norem, vt *in leg. omne. 6. paragr. exploratores, 4.
de re milit.* Acebed. *in l. 1. num. 158. tit. 18. lib. 8.*
14 *recop.* † Aut ratione loci, quo res agitur, etiamſi
tractetur coram pluribus, vt fit in omnibus tribu-
nalibus, communitatibus, capitulis, & conſiſto-
riis, quorum res omnino tacendæ veniunt, ex ad-
ductis à Giganti citato loco *num. 25.* vbi adducit
Geminia, *in cap. fin. §. 1. de hæret. in 6.* & facit
text. *in l. 2. C. de proxim. ſacror. ſcrin.* & tradita per
Pariſ. de Puteo *de ſyndicatu verb. excedunt conſiliarij,
num. 2. fol. 16. alias, 89.* Did. Perez *in l. 21. tit. 3.
lib. 2. ord. colum. 364.* Curia Piſana *lib. 3. cap. 1.
in princip.* Bobadilla *in Politica lib. 2. cap. 5. nu-*
15 *18.* † vbi ait, quòd tranſgrediens pro infami
16 habetur, *ex l. ſi quis maior. 41. C. de tranſact.* † Curia
Piſana citato loco, ad quæ ſigillo ſeruanda qui-
libet etiam non iuratus tenetur, & detegendo
peccat lethaliter, Mol. *de iuſt. tom. 4. tractat. 4.
diſputat. 4.* Reginald. *lib. 24. num. 106.* pluribus
apud Bonacin. *1. tom. tract. de cenſur. diſputat. 2.
quæſtion. 6. punct. 1. num. 7. & tom. 2. diſputat. 6. de
onere & oblig. denunciandi punct. 1. §. 5. num. 2.* atque
etiam in foro fori tenebitur, & ſaltim extra or-
dinem punietur ex Peña *in direct. 1. part. comm. 129.
verſ. Quamuis autem.*

17 Cui ſi adiiciatur iuſiurandum, manet multis
obſtrictus vinculis *cap. 1. de trenga & pace*, cum
pluribus ſimilibus adductis ab Auguſt. Barbo-
ſa *Axioma. 79. ex num. 1. pag. 50.* & ſpecificè in
noſtro caſu Benedict. Ægid. *in direct. aduocat. cap.
5. ſub num. 13.* & periurij crimen ex reuelatione
patratur, vt probatur tam iure, quàm ex ſacræ
paginæ DD. iure quidem *ex l. 26. verſ. La quarta,
titul. 9. part 2. l. 21. tit. 3. l. 2. titul. 4. lib. 2. ord. l. 5.
tit. 4. lib. 2. recop. l. ſi quis teſtamentum, 42. §. ſed &
ſi quis*, vbi Bald. *ad l. Aquil. & in cap. 1. verſ. nota
reuelationem, Quibus modis feud. amittat. & in l.
nullum, verſ. Sed his incidenter quæro, C. de teſt.
iura*, & plures DD. adducti à Matienço *in dia-
logo relat. cap. 54. per totum.* Simanc. *de Cathol. inſtit.
titul. 41. num. 32.* Peña *citato loco, commun. 122.* &
alij ſuperiùs citati. Ex Theologis, inquam, idem
volunt D. Antonin. *2. part. tit. 10. cap. 8. §. 3.*
Syluest. *in ſumma, verb. ſecretum*, Nauarr. *in man.
capit. 12. numero 23.* Franc. Emman. Roder. *in ſum-
ma capit. 53. num. 1.* & communiter omnes ex
Reginal. *in praxi fori pænitent. lib. 24. numero 106.*
Mart. Bonacina, *2. tom. de reſtitut. diſputat. 2. quæ-
ſtion. 2. numero 3.* Vincent. Filliuc. *in 8. præcept.
tractat. 40. capit. 2. n. 59. & 62. verſ. tertia*, dicit com-
munem Io. Sancius Abulenſ. *in ſuis ſelect. & pract. diſp.
46. n. 10.*

In ſancto verò Inquiſitionis officio omnibus tam 18
Inquiſitoribus, & officialibus, quàm Com-
miſſariis, & notariis, & cæteris miniſtris præ-
ceptum ſeruandi ſecretum nimis arctè commen-
datum eſt, & tranſgreſſio grauibus punita pœ-
nis, vt conſtat *ex cap. ſtatuta, §. iubemus, de
hæret. in 6.* & tenent Bernard. Comenſ. *in Lu-
cerna inquiſit. verb. Inquiſitor, numero 21.* Eyme-
ric. *in director. 3. part. quæſtion. 83.* vbi Peña
commun. 182. Simanc. citato loco, Paramo *de
orig. inquiſit. lib. 1. titul. 2. quæſtion. 4. num. 20.
& 21.* Iac. Menoch. *de arbitrar. caſu. 537. num.
18.* Farinac. *q. 112. n. 211.* & poſt omnes Narbona *in
l. 82. gloſſ. 4. numero 35. titul. 5. lib. 2. recopil. pag.
251.*

Qui omnes etſi loquantur in cauſis fidei, hodie 19
tamen per epiſtolam generalem ad omnes inquiſi-
tiones latam per ſupremum Inquiſitionis ſenatum,
Matriti, 26. Ianuarij anni 1607. extenſum eſt ad
puritatis informationes, vt paret ex illis verbis
*Y de las informaciones de limpieça, que ſe huuieren
hecho, o hicieren para inquiſidores, officiales, com-
miſſarios, notarios, y familiares, y de todas las coſas
tocantes a ellas*, vbi ſub pœna periurij & infidelita-
tis, ſuſpenſionis, priuationis, & pecuniarum,
in informationibus puritatis arcanum ſeruari iu-
betur, & quod reuelans non luctetur ſalaria in
animæ foro, licèt cauſa non fuerit deducta in iu-
dicium, & quidem ſummo iure ita ſtabilitum extat,
† cum ex ſigilli violatione magna ſequantur dam- 20
na, præter fidem ruptam, qua pro infami habetur
reuelans occulta, vt voluerunt *ex text. in l. ſi
quis maior, 41. C. de tranſact.* Piſa *in curia lib. 3. cap.
1. in princip.* & Bobadilla *in d. lib. 2. cap. 5. num. 19. lit.
D.* & genus ſit infidelitatis ſecreta detegere, vt Pro-
uerb. 11. & refert Narbona *in loco citato, gloſſa 1.
num. 5.*

Et licèt Ludouicus à Paramo *d. lib. 1. tit. 2. num.* 21
10. & 21. velit, quòd tantùm mortaliter peccent
ſigillum tranſgredientes, non verò excommunica-
ti maneant, hodie aliter conſtitutum habemus cir-
ca officiales, Commiſſarios, & miniſtros ſanctæ
Inquiſitionis ex noua eiuſdem ſupremi Senatus
Epiſtola lata Matriti 22. Ianuarij, anni, 1628.
qua præter alias pœnas imponitur excommunica-
tio maior latæ ſententiæ ipſo facto incurrenda, &
eius abſolutione reſeruata Dominis Conſiliariis ſu-
premi Conſilij, & Domino Inquiſitori generali per
hæc verba, *por quanto algunos teſtigos ſe recatan de
deponer en las informaciones de limpieça por el poco
ſecreto que ſe a guarddado en ellas por algunos miniſtros,
mandamos ſo pena de excommunion maior latæ ſententiæ
ipſo facto in currenda, cuya abſolucion a nos reſeruamos,
premiſſas las monieiones en derecho neceſſarias, que nin-
gun inquiſidor, fiſcal, ſecretario, comiſſario, notario, ni
otro qualquier miniſtro del ſancto officio directa, o in-
directamente manifieſte coſa alguna de lo que los teſtigos
examinados huuieren depueſto, ni que perſonas ſon las
que an de examinarſe, o teſtificar: eſto fuera de las de-
mas penas, que por derecho, e inſtruciones, y cartas a-
cordadas eſtan eſtablecidas a los que brantadores del ſe-
creto, que an iurado: fuera de las quales ſe les apercibe
a cada vno de los dichos, que por eſta culpa ſeran
priuados de ſus officios, y que para la prueba
della baſtaran teſtigos ſingulares, como ſean tres,
por pedirlo aſſi la grauedad del delito, y la im-
portancia deſte punto. Y porque los teſtigos depon-
gan con maior libertad lo que con verdad ſupie-
ren, mandamos que antes de ſu examen ſe les*

baga notorio eſte mandato, y las penas con que ſe-
ran caſtigados los miniſtros, que reuelaren dicho
ſecreto, y deſta aduertencia fecha a los teſtigos da-
ra fee al fin de la depoſicion de cada teſtigo el
ſecretario, o notario, ante quien ſe hiçieren las in-
22 formaciones. † Et quidem rectè, & ſalubritet ita
conſtitutum eſt propter rei grauitatem, arcani
vtilitatem, & iuriſiurandi vim, quorum virtute
res manet in terminis virtualis confeſſionis, quæ
ad Sigillum omnino adſtringit, vt animaduertit
ex Saa verb. infamare, num. 1. D. Ioann. Sancius
Abulenſ. in ſuis ſelect. diſputat. 46. ſub num. 10.
pag. 431.
23 Nec refert, qua forma & modo arcani reuelatio
fiat, an verbis, ſeu factis, an ſignis ſeu aliis ex-
terioribus actibus, quibus animum ſuum profe-
rens detegat, & apta ſint ad explicationem con-
24 ceptuum, † tum quia ſigna & facta ita expli-
cant interiora, ſicut verba l. ſi tamen ſine culpa,
48. §. ei qui ſeruum, 3. de ædili. edicto, l. quidam
ſuo, 27. de condit. inſt. l. 3. §. falſus. Rem ratam
haberi, l. reprehendenda 5. C. de inſtit. & ſubſt. leg.
noſtram promiſſionem, 30. C. de teſtament. l. fin. C. de
repud. hered. plura apud Auguſt. Barboſ. Axioma.
25 93. ex num. 6. cum ſeqq. † tum quia nihil eſt, ſi quid
per æquipollens fiat, ex quo idem effectus ſe-
quatur, l. mulieres 22. in princip. ad S. C. Trebel.
l. fin. in fin. Mandati, l. fideicommiſſa, 11. §. ſicut
11. de leg. 3. l. ſi mater. 3. C. de inſtitut. & ſubſtitut.
cap. tua. 7. vbi notant DD. de conſang. & affinit.
cum pluribus ſimilibus, tum etiam, quia ſic
probatur in ſuprà relata epiſtola in illis verbis,
directa o indirectamente, quæ ſic debent intelligi,
& de iure ita probant Abb. in cap. omnis vtriuſ-
que ſexus, notab. 1. de pœnitent. & remiſſ. Caſiodor.
26 in forma notariorum, forma 16. ibi, † ſæpe vultu
proditur, quod tacetur, Gig. de crimin. læſæ ma-
ieſtat. cap. 21. num. 23. Tiber. Decian. tract. crimin.
lib. 7. cap. 17. num. 10. Farinac. quæſt. 112. n. 216. & poſt
omnes Narbona in d. l. 82. gloſſ. 1. num. 13. pag.
232.
27 Quomodocumque igitur arcanum violetur, non
ſolùm, vt dixi, reuelans infamis manet, ſed
etiam crimen committit falſi, & velut falſa-
rius poteſt puniri, ex leg. 1. §. ſi qui 6. ibi, ab eo
prodita eſſe aduerſariis eius, ad l. Cornel. de falſ. l.
omne. 6. §. exploratores 4. de re milit. l. 2. ibi, o ſi
aquellos por ventura maliciosamente las deſcubrieſſen fa-
rian mui gran falſedad. tit. 7. part. 7. & in regiis
conſiliariis loquendo, tenent ita ex Albetico, Bart.
& Innoc. Piſſa in Curia lib. 3. cap. 1. num. 3. Gig. cita-
to loco tit. Qualiter & quibus q. 21. n. 9. Menoch. de ar-
bitrar. cent. 6. caſu 537. n. 15.
28 Immò etiam proditionis crimen ex arcani ori-
tur violatione, & ſi aduerſus Regem ſit, ma-
ieſtatem ipſam lædit, ex d. §. exploratores; & l.
5. ibi, e qui en de otra guiſa lo ficieſe, faria traicion
conocida, tit. 9. l. 2. titul. 20. part. 2. l. 1. tit. 18.
lib. 8. recop. vbi Acebed. num. 158. & Gig. d. quæſt.
21. num. 1. & ſeqq. Tib. Dec. tract. crim. lib. 7. cap.
21. num. 11. Menoch. num. 1 loco, Farin. d. quæſt. 113.
29 num. 203. qui de hac re latè agunt. † Si verò ad-
uerſus priuatos verſetur violatio ex traordinem pu-
nietur, velut in ſpecie noſtra loquendo, ſi detega-
tur Petrum aduerſus Ioannem, & eius puritatem
depoſuiſſe, aut votum inquiſitoris, conſiliarij, ca-
nonici, ſeu collegæ, aut oppoſito promototis fiſca-
lis, aut ſimilia, ſecundùm Gig. num. 10. Menoch. 9.
citatis locis, atque ita intelligendus venit Piſa
citato loco numero 4. cui adde Afflictis, qui bene lo-
quitur, penes Gig. citato in loco.

Quæ quidem licèt vera ſint, non ita ſim- 30
pliciter ſunt intelligenda, ſed cum duabus de-
clarationibus, ſeu temperamentis, vnum ex ne-
ceſſitate, alterum ex materiæ, & negocij paruita-
te. Ex neceſſitate, in quam, velut ſi opus ſit,
quòd commiſſarius informetur circa rem ad nego-
cium vtilem, ſeu ad conſilium ſumendum, vt re-
ctè informatorium dirigatur, quia tunc licebit
ſecretum vni, ſeu duobus detegere vt de pro-
ximi infamia loquendo, probat P. Mol. de iu-
ſtit. tom. 5. tractat. 4. diſputat. 29. numero 5. Azor.
inſtit. moral. 3. part. lib. 13. capit. 31. dub. 3. Io.
Sancius Abulenſ. in ſuis ſelect. & pract. diſputat. 2.
num. 10. & confirmatur ex l. 43. tit. 5. lib. 2. recop. ad
hoc adducta à Bohadilla in politica lib. 2. d. cap. 5. ſub
num. 50. vbi probat, quòd arcanum oſtendi poteſt
ad conſilium à doctis ſumendum, & quòd pluri-
mùm aliquando expedit, & faciunt tradita à Mart.
Bonacina de reſtitut. diſput. 2. quæſt. 1. num. 2. & quæſt.
4. punct. 3. num. 2. verſicul. Prima ſententia, de quo
inferiùs.

Ex paruitate namque receptum eſt, quòd non 31
quælibet tranſgreſſio iuriſiurandi, aut alterius
obligationis punibilis ſit, nec crimen conſtituat
lethale, ſed dum obligatio, aut res cuius ſecretum
violatur, ita grauis eſt, vt per ſe obliget ad
mortale, ſecus verò ſi ita leuis, vt per ſe ve-
niale tantùm crimen producat, quia ſimiliter
tranſgreſſio iuriſiurandi, & ſigilli veniale erit,
probant ex textu in Clement. 1. §. cum igitur in
primis, verſicul. Declaramus, de verb. ſign. Iuriſ-
periti allegati à Padilla in l. cum proponas numero
2. C. de tranſact. & conuenit Bald. ad hoc addu-
ctus à Gregor. in l. 26. gloſſ. la ſegunda, titul. 9.
part. 2. & horum meminit Alphonſus Narbona
in l. 82. gloſſ. 4. num. 8. & gloſſ. 5. num. 52. titul. 5. 32
lib. 2. recop. † Qui audiendus non eſt, in quan-
tum aſſerit, quòd infringens arcanum, etiam
in re graui abſque dolo, non tenetur, nec per-
iurium incurrit, quia licèt admitti valeat in eo,
qui ex officio ad arcanum reticendum non tene-
tur, & illud inaduertenter propalauit, tamen
dum ex officio ad id obſtrictus ſine aduerten-
tia reuelat, de quo nos loquimur, aliud dicen-
dum eſt, quia in eo eſt culpa lata, quæ dolo
aſſimilatur, l. fideiuſſor. 51. mandati, † & cùm 33
faciat actum prohibitum, dolum interueniſſe
præſumitur, ſecundùm Maſch. de probat. concluſ.
531. à num. 47. & numero 136. Menoch. lib. 3.
præſumpt. 3. à numero 82. cum ſequentibus, & de
recuper. rem. 9. numero 19. Aym. Crauet. conſil.
195. numero 5. & conſil. 282. numero 8. in fin. Pariſ.
conſil. 49. numero 23. lib. 1. & mala fides præſu-
mitur contra nullum qui facit actum contra diſ-
poſitionem iuris ſeu ſtatuti, Gracian. diſcept. forenſ.
tom. 1. cap. 25. num. 30. ex Roman. Socino, & Craue-
ta, quos allegat, & qui facit, quod facere non debet
doloſus præſumitur ex l. procuratorem, 8. §. dolo 9.
Mandati, l. 3. §. item iis, ad l. Cornel. de ſicar. l. tutor.
qui repertorium 7. de adm. tut. Maſch. num. 80. & Me-
noch. 66. & ſeqq. locis citatis, maximè cùm con-
ſiliarij regij, de quibus ibi loquitur Narbona, non
valeant vllam circa hoc ignorantiam allegare, cum
periti debeant eſſe, † quorum ignorantia non præſu- 34
mitur, ex l. 2. §. Seruius, 45. de origine iuris, c. 1. de poſtul.
Prælat. & adductis à Farinac. tom. 3. tit. de pœnis temp.
q. 89. n. 74. † & in ingreſſu ſui officij arcani ſigillum 35
promiſerint, cuius tranſgreſſio dolum poſtea arguit,
ex l. dolus, 44. vbi gloſſa mādati Maſch. n. 38. & 119. Me-
noch. de præſumpt. 3. num. 63. & ſeqq. locis citatis Aym.
Crauet. conſ. 192. n. 15. & in quæſtion. de indemnitate
mulier.

mulier. num. 30. Corn. *conſ.* 115. Farinac. *diſt. quaſt.* 89. *num.* 113.

Nec facit, quod ad periurium verus requiritur 36 dolus, ex Iaſſ. *in l. videamus, num.* 7. *de in lit. iur.* Cagnol. *numero* 185. & Claud. *num.* 42. *in l. ſi quis maior C. de tranſact.* Gregor. *in l.* 7. *gloſſ.* 4. *tit.* 11. *part.* 3. Thom. Gramm. *voto.* 10. *num.* 24. & 25. & non ſufficit lata culpa, ſecundùm *text. in l. ſi quis id quod* 7. *§. doli.* 4. *de iuriſd. om. iud. l.* 3. *§. adiectio.* 2. *l.* 4. *§.* 1. *ad l. commun. de ſicar. gloſſa ordinar. in l. ſi quis in tantum, C. vnde vi.* Io. Guttierr. *lib.* 1. *practic. quaſt.* 81. *num.* 4. Cæpola *conſ.* 21. *num* 32. Marc. Anton. Eugen. *conſ.* 60. *num.* 40. *lib.* 1. quæ in pœnalibus non æquiparatur dolo, ex gloſſ. & communiter DD. *in l. magna negligentia* 226. *de verb. ſign.* Bart. *in l. quod Nerua numero* 20. *depoſiti*, Cagnol. *in leg. contractus numero* 10. *de reg. iur.* Florian. *in l.* 1. *§. hac actio, numero* 4. & 5. *ſi menſ. falſ. mod. dix.* Gregor. *in l.* 5. *gloſſ.* 3. *tit.* 24. *part.* 2. & *in l.* 11. *gloſſ.* 3. *tit.* 33. *part.* 7. Suarez *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 11. *num.* 6. & nouiſſimè Benedict. Ægidius Luſitan. *in direct. aduocat. cap.* 5. 37 *num.* 18. † Quia id intelligitur, dum quis iuſta ex cauſa, aut errore ductus iurauit, quod verum credidit, ſed falſum apparuit, qua ſpecie periurium ceſſat. Non verò dum error, ignorantia, nec iuſta cauſa eſſe, nec præſumi poſſunt, vt in eo, qui ſecretum ſeruaturum iureiurando promiſit, & ex ſuo officio ad id tenetur, ſupra quod error, nec ignorantia cadere non poteſt, nec debet admitti, *l. quamquam,* 7. *ad S. C. Velleian. l. fin. in fine, pro ſuo.* Gail. *lib.* 2. *obſeruat.* 48. *num.* 19. Maſch. *concl.* 637. *num.* 3. & *concl.* 879. *num.* 4. Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 23. *num.* 32. Cardin. Tuſch. *lit. I. concl.* 22. *num* 1. & 10. & *concl.* 23. *num.* 25. *tom.* 4. Cephal. *conſ.* 23. *num.* 99. *tom.* 1. & *conſ.* 203. *num.* 14. *tom.* 3. Cranera *conſ.* 6. *num.* 26. *lib.* 1. Ioſeph Ludou. *Deciſ. Peruſ.* 13. *num.* 34. † licèt videatur 38 aliud eſſe in foro interiori, quo ratione inaduertentiæ culpa vacare poterit arcani violatio, ad quam quis tenebitur ratione officij, & iuriſiurandi, ex regula communiter recepta apud plures allegatos à Vaſquez 1. 1. *diſputat.* 107. *cap.* 3. *num.* 6. & 7. Azor. *inſt. moral.* 1. *part. lib.* 4 *cap.* 5. *quaſito.* 4. Regin. *in prax. lib.* 11. *cap.* 3. *numero* 32. & *cap.* 15. *numero* 7. & P. Thom. Sanc. *in decalog. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 8. & *cap.* 16. *numero* 11. Mart. Becan. *tract.* 2. *cap.* 5. *quaſit.* 5. ſic ſpecificè tenet. Ioann. Sanc. *diſputat.* 20. *num.* 2. & 5. & aliquando etiam in foro fori interuenire poſſit iuſta cauſa reuelandi, qua dolus excludatur, immò quòd obligatio ſecreti ſemper intelligatur, niſi iuſta reuelandi adſit cauſa, voluerunt Innoc. *in c. qualiter.* 17. *num.* 3. *de accuſat.* Bald. *in margarita, verb. Teſtis, an teneantur,* Ludolph. Scrad. *de feud. tom.* 1. *part.* 9. *cap.* 5. *num.* 55. *verſ. fallit. ſi Vaſallus*, velut ſi credatur, reuelationem vtilem eſſe ei, in cuius fauorem ſecretum ſeruandum venit, vt colligitur ex *cap. vn. Qualiter iurare debeat vaſſal. domini fidelit.* & *ex l.* 2. *tit.* 7. *part.* 7. & tenent Iacob. de ſancto Georg. *de feud.* 5. *qui quidem inueſtiti, numero* 4. & 5. Scheneidos *lib.* 1 *feud. tit.* 17. *num.* 1. *verſ. Illud autem conſtat, fol.* 66. Nicol. Mozius *de feud. tit. vlt. num.* 36 *fol.* 103. Balzaram. *eod. tract. tit.* 17. *num* 4. & 5. *fol.* 89. Gregor. *in l.* 5. *gloſſ.* 8. *tit.* 9. *part.* 2.

At noſtram (vt à diuerticulo reuertamur) princi- 39 palem intenlligentiam circa paruitatem materiæ probat, & pluribus exornat P. Thom. Sanc. *in decalog. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 2. inde *num.* 5. inferens, iuramenta de ſeruando ſecreto tantum obligare, quantum materia grauis ſeu leuis eſt, & ad mortale, ſeu veniale ducit, non ad plus, cui conueniunt Caietan. 2. 2. *quaſt.* 70. *art.* 1. Sylueſt. & Emman. Saa *verb. ſecretum*, Nauarr. *in man. cap.* 18. *num.* 52. Pet. Nauarra *de reſtitut. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 459. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 24. *num.* 106. Mol. *de iuſt. tom.* 4. *tractat.* 4. *diſputat.* 4. Marr. Bonacina *de reſtitut. diſputat.* 2. *quaſt.* 2. *punct. vn. ſub numero* 1. *verſ. Reuelans verò.* Licèt in hoc dubio circa iuramentum loquens triplicem proponat ſententiam *in tract. de iuram. diſputat.* 4 *quaſtion.* 1. *punct.* 14. *num.* 2. vbi proponit quæſtionem, an violans iuſiurandum in re leui, & parui momenti peccet mortaliter. † Qua- 40 rum prima eſt Caietani, & aliorum penes Leſſium, & Sancium loco infrà adducendo *num.* 22. aſſerentium violationem iuramẽti de re parua principaliter emiſſi, eſſe mortalem, cum grauis Deo irrogetur iniuria ex totius promiſſionis iuratæ violatione, quamuis paruæ & vilis æſtimationis, atque ideò promittens aſſem cum iuramenento, & non ſoluens mortaliter peccat, ſecus verò dum res parua eſt pars materiæ, cuius violatio erit tantùm venialis, quia paruitas excuſat manente iureiurando in principali adimpleto, vnde qui iurauit nummum aureum reddere, non peccat mortaliter, ſi vnum aſſem tradere prætermittat.

Secunda eſt ſententia Nauarri *in man. cap.* 12. 41 *numero* 10. & *cap.* 18. *num* 7. Suarez 2. *tomo de relig. tractat. de iurament. lib.* 3. *cap.* 16. *à numero* 9. *vſque ad fin.* Henriq. *lib.* 5. *de pœnit. cap.* 20. *num.* 4. & *in commun. lit. M.* & aliorum penes Thom. Sanc. *in decalog. lib.* 3. *cap.* 4. *numero* 23. *circa fin.* qoos ipſe ſequitur, aientium abſolutè, quòd violans iuramentum in re parua, aut totalis ſit, aut partialis, venialiter tantùm peccat, quia promittens iureiurando quid facturum, daturúmve cum intentione adimplendi affert Deum in teſtem ſuæ tantùm promiſſionis, quæ vera eſt, non verò executionis poſtea euenientis, quæ ſi deficiat, non dicitur mendacium, ſed infidelitas, nec poteſt lethale conſtituere peccatum, dum circa paruam rem verſatur; † & licèt Deum afferre te- 42 ſtem mendacij etiam in re minima, conſtituat lethale crimen, non verò infidelitas ſecundariò, & ex poſtfacto ſequuta, quam non ita iuramentum reſpexit, ſicut præſentem veritatem, quæ eſt vera cordis promiſſio, qua exiſtente, nihil eſt, quod ſuperueniens implementum deficiat, & ſequatur infidelitas rei paruæ quibus aſſentiri è noſtris videntur. Alexand. *conſ.* 105. *magnificè, num.* 19. *verſ. Accedat. lib.* 3. Crauet. *conſ.* 181. *num.* 16. Card. Tuſch. *lit. M. concluſ.* 239. *numero* 40. & 41. *tom.* 5. relati ab Auguſt. Barboſ. *Axiom.* 151. *numero* 5. *pag.* 97.

Tertia eſt ſententia Valenciæ 2. 2. *diſputat.* 6. 43 *quaſtion.* 7. *punct.* 3. *concluſ.* 3. & Leonardi Leſſij *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 42. *dub.* 5. *num.* 23. Reginaldi *lib.* 18. *praxis, num.* 79. Gabrielis 3. *diſt.* 39. *quaſt.* 2. *artic.* 2. *concluſ.* 4. aſſerentium quòd violans iuramentum in re paruæ totali, aut partiali indiſtinctè luctatur peccatum mortale, tum quia adduxit Deum in teſtem circa rem, quæ ſaltim agnoſcitur falſa in veritate de futuro, ex quo magna deitati prouenit iniuria, † tum quia præci- 44 puum, quod in iuramento requiritur, veritas eſt, quæ eiuſdem eſt rationis in magna, & parua re, cuius violatio eamdem vim & effectum malitiæ ſortitur, & ſic vtriuſque contemptus lethale conſtituet peccatum, quam ſententiam amplectitur Bonacina *citato loco num.* 2. *verſ. tertia ſententia*, & omnes etiam refert P. Thom. Sanc. *in d. cap.* 4. *à num.* 21. *vſque ad* 23. & magis huic videntur accedere Alex. Crauet, Tuſch. & Barboſa in locis citatis ſuprà ſub *n.* 42. aientes, quòd modicus defectus in implemento iuramenti etiam in vno nummo nocet, ſicut ſi in toto eſſet.

Ego autem licèt cum Bonacina aſſeram vtraſque
45 probabiles, & defenſas exiſtere à doctiſſimis vi-
ris, procliuior ſum primæ ſententiæ ſuprà relatæ
num. 40. tum quia æquior & rationabilior videtur,
& media eſt inter alias, text. eſt *in leg. adeò* 7. § *cum
quis* 7. *verſ eſt tamen, de adq. rer. dom.* Menoch. *lib.
2. præſumpt.* 71. *num.* 47. Oſuald. ad Don. *lib.* 26.
comment. cap. 2. *lit. A. pag.* 1398. tum quia credibi-
le non videtur Deum eamdem obligationem indu-
cere ex parua quantitate, ſicut ex magna, *arg. d.
Clem.* 1. §. *cum igitur in primis, verſ. Declaramus, de*
46 *verb. ſign.* † quæ & ſi loquatur in voto, attamen ea-
dem manet ratio in iuramento, quod manet adim-
pletum in maiori parte, licèt in minima deficiat,
tum denique quia hanc defendunt Doctiſſimi viri,
vt fuit Caiet. 2. 2. *quæſt.* 87. *art.* 7. *dub.* 1. Philiarc. *de
officio ſacerd. to.* 1. *part.* 2. *lib.* 3. *c.* 3. & tutiorem appellat
Corduba *in ſum. quæſt.* 188. Sayr. *in Claui reg. lib.* 5. *c.* 4.
à n. 28. *vſque ad* 31. Pedraça *in ſumma* 2. *præcept.* §. 5.
Cobbarr. *lib.* 1. *var. c.* 1. *n.* 2.

47 Nec aliarum ſententiarum rationes nobiſcum
pugnant, non quidem aſſignatæ à P. Thom. Sanc.
pro. 2. opin. nam omiſſio tradendi minimam rem
iuramento promiſſam directè ſe opponit Deo teſti
& veritati promiſſionis, in quibus conſiſtit per-
iurij peccatum, & licèt tempore iuramenti pro-
miſſorij adfuerit animus adimplendi, deficiendo
poſtea executio non excuſatur à peccato rationo
paruitatis rei promiſſæ, cùm Deus & veritas læſi
48 maneant ex non adimpleta fide, † Et quidem ius-
iurandum promiſſorium tam adimpletur in primæ-
ua, quàm in ſecundaria executionis veritate, ex D.
Thom. 2. 2. *quæſt.* 89. *art.* 7. *ad* 1. vbi Caietan, & Soto
de iuſt. lib. 8. *quæſt.* 1. *art.* 7. *ad.* 1. atque omnes id fateri,
fatetur idem Sancius *citato loco num.* 2. † Immò ego
49 addo magis principaliter promiſſorium iuſiuran-
dum reſpicere ſecundariam veritatem, & adim-
plendi tempus, quàm primariam intentionem, &
promittentis animum, quia præcipuus finis & effe-
ctus promiſſionis eſt, quòd adimpleatur, & executio-
ni promiſſum tradatur ſine quo promiſſio, & adim-
plendi animus inefficax, & nullius momenti eſſet, &
quidem talis dici non poſſet, *l.* 4. §. *condemnatum* 6. *de
re iudic. l. à nullo*, 4. *C. de feriis*, & quilibet actus ab
effectu regulatur *l.* 1. §. *hæc autem verba* 2. *Quod quiſ-
que iur. cap. relatum*, 4. *de cleric. non reſid. cap. ſi Papa* 10.
de priuileg. in 6 plura apud Auguſt. Barboſ. *Axiom.* 80.
50 *n.* 3. *&* 4. † & deficiendo in implemento deficeret in
principali fine iuramenti, *arg. text. in l.* 3. *de oblig. &
act. & in l. cum ſeruus*, 104 vbi bonus text. *de verbor.
oblig. l. traditionibus* 20. *C. de pactis, cũ ſimilibus.* † & præ-
51 cipuus effectus iuriſiurandi promiſſorij eſt executio
promiſſi ſecundùm Bart. *in l.* 2. *in fin. de iureiur.* cuius
ſententiam communem vocat Iaſſ. ibi, *n.* 20. *& in* §.
item ſi quis poſtulante, n. 20. *inſt. de act.* vbi *n.* 124. ait quòd
iuramentum obligat præcisè, id eſt ad executionem,
ſine qua fruſtratorium eſſet, nullum, & quaſi ſine ef-
fectu, ex dictis iuribus. Mant. *de tac. & amb. lib.* 4. *t.* 32.
n. 84. *& lib.* 14 *tit.* 22. *n.* 4. 5. *&* 11. *& lib.* 24. *tit.* 6. *n.* 25.
Grac. *diſcept. to* 4. *c.* 725 *n.* 17. & ex text. *in c. debitores*, 6.
de iureiur. Ioſeph Ludou. *in com. opin. tit. de iureiur. concl.*
3. *in princ.* & ex adductis per Suarez *in l. poſt rem iu-
dicatam, notab.* 2. *de re iud.* Io. Gut. *de iuram. confir.* 1. *p. c.*
62. Parlad. *li.* 1. *quotid.* §. *fin p.* 1. §. 3. & alij apud Oſual.
ad Don. *lib.* 24. *com. c.* 6. *lit. Q.* & ſic de iure canonum,
quiſque obſtringitur ad adimplendum promiſſa præ-
cisè, opere, & cum effectu, *c. qualiter.* 3. *de pact.* Marc.
Ant. Genuenſ *prac. Eccl. q.* 73 1. *n.* 2 maximè cùm adeſt
iuſiurandum, *gl. ſing. in l. ſi pecuniã*, vbi Iaſſ. *de condict.
ob cauſ.* Genuenſ. *citato loco*, videndus Sarmiento *lib.* 1.
52 *ſelectar. c.* 3. *ex n.* 4. † Et quidẽ Deus non tã adducitur

in teſtẽ ipſius actus promittendi, ſed & principaliter
pollicetur virtute iuriſiurandi adimpletum iri,
quod promittitur, ex cuius omiſſione deficit pro-
mittens in eo, quod principaliter Deo promiſit, de-
ficit in veritate, & deficit in fide, & per conſe-
quens in iuramento, atque verè periurus dicitur, abſ-
que diſcrimine vllo inter rem pluris, & minoris æſti-
mationis, cum omni euentu maneat læſa magna, &
inæſtimabilis res, Deus videlicet, religio, & fides, quæ
in iuramento implicitè continentur.

Nec faciunt rationes tertiæ opinionis, quia 53
adimplendo promiſſionem iuramento munitam
in maiori parte, licèt deficiat in minima, nec
promiſſio violatur, nec iuramentum, cùm in
conſiderationem non veniat, *leg. ſcio* 4. *de integ.
reſt. leg.* 4. *in fin. de Ædilit. edict. leg. ſi oleum*, alias,
l. ſi quis affirmauit, 9. §. *vlt. de dolo leg. res bona*,
54. *de contrah. empt.* ſed paruipendi debet, mini-
ma illa res, quæ deficit. Valençuel. *conſ.* 33. *num.*
169. maxime in iure reſciſſorio, vt loquuntur
prædicta iura, ſecus ſi agatur merè de iure com-
muni, quia tunc ratio habetur de minimis,
vt *in l.* 1. §. *illud*, 10. *de coniung. cum emancip.
lib. eius, lib.* 1. §. *cum dicitur* 6. *ſi cui pluſquam per l.
falc. l. quamuis*, 13. *vt in poſſ. legat. leg. ſi proprieta-
rius, in fine princip. de dam. infecto*, & ſic vidimus,
quòd in minima re furtum committitur, vt *in l. natu-
ralem* 5. §. *gallinarum* 6. *de adq. rer. dom.* §. *gallinarum*
17. *inſt. de rer. diuiſ.* ita explicant Bart. & Alberic. *in d.
l. ſcio*, Immol. *in cap. in maioribus, num* 3. *verſ. & po-
teſt addere, de præbend*, Curt. Iun. *in Auth. Præterea,
num.* 8. *verſ. tu conſidera, C. vnde vir. & vxor.* alij apud
Gracian. *diſcept. tom* 3. *cap.* 403. *num.* 32. & apud Ren-
din. *in promptuario recept. ſent. tom.* 1. *tit.* 100. *num.* 13.
licèt hæc in foro animæ quoad lethale peccatum,
de quo nunc loquimur, non obſeruentur, dum
minima res notabile non infert damnum, adnotata
per Mart. Bonac. *de reſtitut. diſp.* 1. *quæſt.* 8. *punct.* 1. *num.*
7. vbi plures, † & cùm iuramentum maneat adimple- 54
tum in maiori parte, habetur pro impleto in mini-
mo, quod deficit, cuius ratio minimè habenda eſt,
l. ſi fideiuſſor. 29. *quædam.* 4. *Mandati*, iuncta vera
Hug. Doneli interpretatione *lib.* 13. *commun. cap.* 13.
verſ. ſed & quaſdam exceptiones pag. mihi, 650. vbi Oſ-
uald. *lit. G.* maximè quia hac in ſpecie abſque dubio
locum habet regula, quòd mitiùs agendum eſt cum
eo, qui partem ſoluit, quàm cum illo qui nihil
prorſus dedit, vt *in l. ſi fundus* 4. §. 1. *de lege commiſ. cap.
ſnam, de pœnis*, Gracian. *diſcept. forenſ.* 1. *tom cap.* 207.
n. 21. ex quibus duabus reſponſionibus deducitur ra-
tio differentiæ, quæ interuenit in re minima partia-
li, & integrali, quoad dubium noſtrum.

Ex omnibus quidem vſque adhuc dictis quoad 55
nos pertinet, infertur primò, quòd violatio ſecreti in
re minima, ſeu in circonſtantia, ex qua principale nõ
deregitur, ſufficiens non eſt in foro animæ ad pecca-
tum mortale, nec in foro fori ad imponendas pœnas
contra arcani tranſgreſſores, ſecus verò in re, aut cir-
cunſtantia graui, ex qua notorium fiat quid nociuũ
negocio principali quia & lethale oritur, & cauſa ad
imponendas pœnas ſecundùm Filiuciũ *d. tract.* 4. *c.* 2.
n. 61. Mol. *to.* 4 *tract.* 4. *diſp.* 4. Regin. *lib.* 24 *praxis num.*
106. & adductos à Mart. Bonac. *in d. diſp.* 2. *de reſtit. q.*
2. *punct. vn. n.* 1. & à nobis ſuprà ex *n.* 31.

Infertur ſecundò, & ſi probabilis ſententia ſit quòd 56
aperire ſecretũ rei præiudicialis, & maximi momen-
ti vni, ſeu duobus perſonis grauibus, à quibus præ-
ſumi poſſit, ſeruaturos ſecretũ, non conſtituit
lethale animæ crimen, ſed veniale tantùm, vt
opinantur Caietan, & Corduba relati à Pet.
Nauarra *de reſtitution, lib.* 2. *capit.* 4. *numero* 315.

& Man

& Mao. Saa verb. infamare, num. 4. Azor. inſt. mor. 3.
part. cap. 31. dub. 3. Bonacin. in d. quæſt. 2. de reſtitut.
punct. vn. num. 2. & in quæſt. 4. punct. 3. num. 2. † Licèt
57 contrarium verius, & ſecutius iudicem, cum Mol.
de iuſt. tract. 4. diſp. 29. num. 7. Filliuc. d. tract. 40.
cap. 2. num. 61. verſ. ſecundo, Paul Laym. lib. 3. ſect. 5.
tract. 3. part. 2. cap. 3. num. 6. & cum pluribus quos ſe-
quitur idem Bonacina in d. quæſt. 4. punct. 3. num. 2.
verſ. Secunda ſententia, & Fr. Anton. à Souſſa Luſitan.
in ſuo tract. de confeſſ. ſolicit. 2. part. cap. 7. num. 5. & 6.
58 † in terminis tamen primæ opinionis erit graue cri-
men, & peccatum aperire dicta teſtium, oppoſitio-
nem Fiſcalis, & vota iudicum prætenſori, aut
aliis ex ſuis conſanguineis, amicis, domeſticis, &
familiaribus, tum quia exinde graue damnum cau-
ſæ, & teſtibus euenire poteſt, tum etiam quia illorum
nemo eis eſt præditus qualitatibus, quas Doctores
prædictam tuentes ſententiam requirunt, volentes,
quòd ſit prudens, amicus fidelis, & taciturnus ille,
cui reuelatio arcani fiat, & prædicti ſuſpecti ſunt, &
intereſſe io cauſa habent, & ſine dubio mortale pec-
catum, & pœnæ iure impoſitæ hac in ſpecie locum
habebunt.

59 Infertur tertiò, quòd dum reuelatio arcani non
redundat in damnum communitatis, aut alterius,
aut eſt leue, poſſunt officiales & miniſtri loqui de
eis cum aliis, v. g. ſcio Petrum conſcium eſſe ali-
cuius ſecreti ex reuelatione ab alio ei facta, aut
aliter, poſſum loqui cum eo de illa re, dummodo
ſcientia Petri certa ſit, quia ex mea alloquutione
60 nouum non ſequitur damnum; † nec Petrus rei
conſcius amplius certiorari potuit, arg. l. in fin. dict.
act. empti. cap. ſi duobus, 7. de appellat. Reg. cum qui
certus, 51. de reg. iur. in 6. vbi communiter DD. Ripa
in cap. cum M. Ferrarienſis, num. 166. de conſtitut. Andr.
Tiraq. de retract. conſang. §. 36. gloſſ. 2. num. 30. Gracian.
diſcept. tom. forenſ. num. 3. cap. 478. num. 3. & cap. 579.
num. 17. Mantic. de tac. & amb. lib. 25. tit. 2. num. 23.
Aug. Barboſ. Axiom. 41. n. 1. pag. 29. atque in propriis
terminis ita voluit P. Mol. de iuſt. tom. 5. tract. 4. diſp.
26. n. 1. & diſp. 32. num. 5. & alibi & conueniunt Pet.
Nauarra de reſtit. lib. 2. cap. 4. n. 285. & Mart. Bonacin.
eod. tr. diſp. 1. q. 4. punct. 1. ſub num. 3. verſ. dicitur deni-
gratio.

61 Dixi, dummodò ſcientia Petri certa ſit, quia ſi
dubius exiſtat, non licebit cum eo de illa re alloqui,
vt magis de ea certioretur, cùm dubius non verè
rem ſcire dici valeat, l. fin. C. de condict. indeb. cap.
nauiganti, 19. de vſur. Pichar. in d. §. is quoque, 1. num.
25. inſt. Quibus modis re. Alexand. conſ. 27. viſo themate,
in princip. lib. 6. conſ. 138. viſo punct. lib. 7. Card. Tuſch.
lit. C. concl. 199. ex num. 8. cum ſeqq. Barboſa
citato loco ſub numero 2. Gracian. vbi ſuprà cap. 429.
num. 36.

62 Infertur quartò, quòd ſi ſecretum citò, id
eſt, intra duos, vel tres dies publicandum veniat,
veluti ſi pœnitentia publica in Eccleſia alió-
ve in loco ſit alicui infligenda, licebit hoc reue-
lare, vt amicus actui præſens exiſtat, aut ad
aliom honeſtum, vtilémve finem, quia ex his,
& ſimilibus cauſis damnum proximo nullum ver-
titur, vt voluit idem Mol. dict. diſputat. 33. num.
1. in fine & ad hoc adducitur D. Thom. in 4. diſt. 19.
quæ. art. 3. ad 1. & 2. & docet ex Nauarro, Sylueſtro
& aliis P. Nauarra d. cap. 4. num. 286. Leſſio de iuſt.
lib. 2. cap. 11. dub. 13. num. 78. Paol Laym. lib. 3. ſect.
5. tract. 2. part. 2. cap. 3. num. 9. † & quod de proximo
63 ſciendum eſt, pro noto habetur ex ratione text.
in l. pen. de teſtament. milit. l. item legato 47. §. 1.
verſicul. Vtroque autem legato, de leg. 3. leg. fin. de con-
dit. inſtitut. leg. ſi quis cum ſciret. 8. in fin. Pro emptore,

cum ſimilibus, & paulò ante ſciri nullum afferre
poteſt damnum.

Infertur quintò, licere ſecretum reuelare ei, 64
qui ex eadem communitate, ſeu Tribunali eſt,
& illud ignorat cauſa abſentia, ſeu ex aliqua aliâ
ratione, cui, ſi præſens eſſet, res non lateret; vt
in ſanctæ Inquiſitionis officio ſunt Inquiſitores,
Fiſcales, & Notarij, quos del ſecreto vocamus,
quia hi omnes ius ad rem rem ſciendam habent
ſui officij ratione, & ſi rem ignorant, caſu
fuit, † & ad poſtea ſciendum ius eis auferri non 65
valet arg. leg. fin. de pact. l. ſi poſt mortem, 10. §. 1. &
fin. l. non putaui, 8. §. ſed ſi poſt mortem, de bon. poſſ.
contra tab. Pelaez de maiorat. 1. parte, quæſt. 24. num.
76. Antonin. Peregrin. de fideicomm. art. 52. num.
16. & ſub num. 81. † Secus autem erit reſpectu cæ- 66
terorum officialium, vt eſt iudex bonorum confiſ-
catorum, Alquacelos, receptor bonorum, fiſci ad-
uocatus, atque notarij de ſecreſtos, y ſiot gado, nam hi
nullum ius habent ad res tribunalis ſciendas, nec
eis licet res arcanas reuelare, ſicut nec extraneo cui-
libet, vt expreſsè iuſſum extat in inſtruct. 6. Valliſol-
letenſ. anno Domini, 1488. in generalibus fol. 10. no-
uiſſimæ impreſſionis.

Infertur ſextò, etiam illum ad ſeruandum ſigil- 67
lum teneri, cui ſecretum licitè, ſiue illicitè aper-
tum eſt, aliàs pœnis ſubiicietur lethaliter pec-
cabit, qoia tacendi obligatio ſequitur ipſam rem,
ſeu proximi infamiam, quatenus ſecreto adeſt, &
omnes obligat vnanimiter, vſque ad arcana eſſe
deſinat arg. leg. ſi duo 38. in fin. vbi gloſſ. & Bald.
de adq. hæred. l. contra iuris 28. §. vlt. cum leg. ſeq. de
pact. cum ſimilibus, † quatenus probant rem ſemper 68
tranſire cum ſuo onere & docent ex leg. cum fundo,
36. de ſeruit. ruſt. leg. 3. C. eod. & ex aliis congeſtis à
Bellet. diſquiſ. clerical. 1. part. tit. de exempt. cleric.
& eorundem bonorum à muner publ. §. 3. num. 2. &
tit. de Clerico debitore §. 8. num. 6. & ſeqq. Pet. Bar-
boſ. in leg. poſt dotem, num. 5. ſol. matrimon. cum
aliis pluribus cumulatis ab Auguſt. Barboſ. Axio-
ma, 199. ex num. 5. cum duobus ſeqq. pag. 123. &
ad propoſitum ſpecificè conſiderant Nauarr. in
cap. Sacerdos num. 43. de pœnit. diſt. 6. Salcedo in
pract. cap. 109. lit. B. Suarez de pœnit. diſputat. 33. ſect.
5. num. 8. Fagundez ad. 2. præcept. decalogi lib. 6. cap.
6. ſub num. 26. verſ. Quia res tranſit cum ſuo onere. † 69
& qui poſtea nouit rem arcanam non debet me-
lioris eſſe conditionis, quàm alter, qui eam pri-
mò nouerat, vt dixit Martin. Bonacio. dict. 2.
part. de reſtitut. diſputat. 2. quæſtion. 2. punct. vn num.
12. pag. mihi, 66. dicens communem, atque idem
è noſtris tenere videntur, Tib. Dec. tract. crimin.
lib. 7. cap. 17. num. 23. Menoch. de arbitr. centur. 6.
caſu, 537. num. 27. & conſ. 107. num. 68. verſ. Se-
cundus eſt caſus, Narbona in dict. leg. 81. gloſſa,
4. n. 43. tit. 5. lib. 2. recop. pag. 252.

Infertur ſeptimò ratio illius ſententiæ, quæ 70
vult obligationem reſtituendi non inſurgere ex
damno, ſeu violatione ſecreti, quæ tantùm
conſtituit peccatum veniale, cuius grauitas non
tanti eſt, vt ſimilem obligationem producat,
vt probabiliter autumat P. Thom. Sancius in deca-
log. lib. 2. cap. 23. num. 160. verſ. Qui numero ſexto,
& Azor. 3. part. inſtitut. moral. lib. 9. cap. 8. in fine,
Leſſius de iuſt. lib. 2. cap. 7. dub. 6. num 26. con-
tra alios contrarium tenentes, inter quos eſt
Rebellus de obligat. iuſtit. 2. part. lib. 2. quæſt. 5. nu-
mero 6. quem alio in loco cum aliis allegat Bo-
nacina de reſtitut. diſputat. 1. quæſtion. 1. puncto. 3.
§. vn. numero 5. fol. mihi 3. column. 2. † ſi verò con- 71
ſtituat peccatum lethale, & damnum proximi

notabile vertitur , obligatio reſtituendi inſurgit ,
maximè cùm ex officio ad reticendum tenebatur,
quia tunc iuſtitiam violauit, ex qua obligatio reſti-
tuendi oritur, ſecundùm Pet. Nauarram *de reſtit.
tit.d.cap.4 num* 459 & P. Mol. *tom. 5. de inſt. tract.* 4.
*diſp.6.num.*5. quem alio in loco refert , & ſequitur
Bonacina *citato loco diſp. 2.quaeſt.2.puncto. vn. num.*4.
& faciunt tradita à Vincent. Filliuc. *citato loco , tract.*
40.*cap.2.num.*60.*&* 61.*verſ. Quarta* , atque ita intel-
ligendus venit Io. Sancius Abulenſ. *in ſuis ſelect. diſp.*
46. *num.* 10. quatenus in his ſpeciebus reſtitotionis
obligationem ſimpliciter conſtituit , ex communi
72 omnium opinione , † Quod etiam procedit licèt
violatio ſecreti nõ eſſet notabilis infamiæ,ſed maxi-
mi periculi,& damnorum ſecundum Mol. citato lo-
co , & verificari poteſt in noſtra (licèt Molina in
alia loquatur) dum quis teſtium depoſitiones con-
tra puritatem alicuius reuelat , ex quo licèt teſti pa-
rum infamiæ ſequatur , ſequitur tamen maximum
periculum,à quo eum liberare,modo quo poſſit,vio-
lator omnino tenebitur.

73 Cuius ratio eſt (non io proxima tantùm ſpecie,
ſed generaliter loquendo) quia dum res grauis in
occulto adeſt , nec proximi infamia noſci-
tur,eſt in bonæ famæ , & honoris poſſeſſione , per
quam ſanguinis qualitates plerumque dimetiuntur,
vt dicam infrà quæſt. 10. in princip. à qua priuari non
debet , abſque iuſta, & legitima cauſa,ad cuius pro-
tectionem omnes ex iuſtitia tenentur , cùm proxi-
mum priuare à ſui honoris poſſeſſione aduerſus iu-
ſtitiam ſit , ſicut etiam tollere ſine cauſa poſſeſſio-
nem alterius rei , quæ tollitur ex reuelatione delicti,
infamiæ, & maculæ occultæ ; per quam iofamatur,
qui vſque nunc honore gaudebat , quod omnino
iniuſtum eſt,vt non obſcurè docet Io. Sancius Abu-
74 lenſ. *in d num.* 10. † quæ etiam ratiò locum habet in
reuelatione dicti alicuius teſtis , qui maculam aſſe-
ruit , ſeu vota iudicum , aut oppoſitionem fiſcalis,
qui omnes erant in poſſeſſione amicitiæ , & bene-
uolentiæ cum Prætenſore , & ſuis conſanguineis,&
ex reuelatione , non ſolùm amiſerunt illam poſſeſ-
ſiooem , ſed adquiſierunt capitales inimicos, ex quo
maxima poterunt timeri mala , & pericula , ad quæ
certè tenebitur reuelans;reſpectu etiam tribunalium
& communitatum maxima ex eodem pericula pro-
ueniunt , cùm ex ea oon congruè poſſint probari
prætenſorum qualitates , & teſtes veritatem propa-
lare recuſent , & iuſtitia abſit , indigni indignè
cooptentur , & dignis præferantur,& alia plura,quæ
ſimul ex eodem oriuntur fonte , quibus occurrere
voluit epiſtola ſupremi ſenatus inquiſitionis, 22. Ia-
nuarij anni 1628. cuius verba retuli ſuperiùs num.
21. Et etiam interuenire poterit damnum rei fami-
liaris , quæ in intereſſe conſiſtat,ad cuius reſtitutio-
nem quilibet ex iniuſta reuelatione tenebitur,ſecun-
dùm ſupra poſitam diſtinctionem.

75 Quo modo igitur reſtitutio , quoad famam , &
pericula obuenientia ex ſecreti violatione , fieri de-
beat , videamus , & quidem diuerſum ius eſt fori
interioris animæ , & exterioris. In illo Doctores
Theologi magis communiter docent , fieri ita de-
bere , vt ſæpiùs , qui arcanum violauit cum proximi
infamia , honoret , & laudet infamatum apud quos
eumdem detraxit , & infamiam aperuit , cum nulla
magis congrua , & opportuna furma dari poſſit , vt
proximo ſua priſtina reddatur fama , vt doceut DD.
apud Mol. *de inſt. tract.* 4. *diſp.* 41. Reginald. *lib.* 10.
praxis num. 341. Nauarrus & Aragon penes Bonac.
76 *d.diſp.2.de reſtitut. quaeſt.4.punct.*15.*num.*3.† nec enim
cùm verum ſit arcanum reuelatum , adeſt obligatio
cantandi palinodiam nec fateri proprium menda-
cium.Parlad. cum Cobbarr. quem allegat *lib. 2. rer.
quotid.cap.*17.*num.*33. Oſuald. Illiger. ad Don. *lib.* 15.
*comm.cap.*24.*lit.H. circa fin.* Io. Vela *de pœnis delictor.
cap.* 16. *de iniuriarum pœna num.* 24. quia verum licèt
ſecretum Pet. Nauarra *de reſtitut. lib.* 2. *cap.* 4. *num.*
379. Sayr. *in clau Regia lib.*11.*cap.*4.*num.*29. vbi alios
adducit Azor. *inſt. moral.* 3.*part.lib.*5. *cap.* 9. *quaeſito.* 7.
cum adductis à Bonacina *citato loco num.* 2. & à P.
Thom. Sancio *in decalog.lib.*3.*cap.*6.*num.*28. vbi bene
diſtinguit quæ opinio etſi probabilior ſit meo vi-
deri generaliter loquendo contra eumdem Pet. Na-
uarra *citato loco num.* 380. Bañez & Salon 2. 2. *quaeſt.*
62.*art.*1.*controuerſ.*22.*concluſ.* 4. Leſſium *de inſt.lib.*2.
*cap.*11.*dub.*20. *num.* 110. & alios apud Saïrum *citato
loco cap.*3. *num.* 21. † tamen cùm apertum eſt ſecre- 77
tum ſancti Officij,vota iudicium,& ſeu dicta teſtium
non poſſe locum habere prædictam opinionem pu-
to,cùm non tollatur damnum inde ſequutum lau-
dando perſonas , & ſic ille reſtituendi modus adhi-
bendus eſt , qui damnorum ſatisfactionem adæqua-
tè ſuppleat prudentis arbitrio ; dicendo deceptum
fuiſſe, nec rem ita accidiſſe ſicut fuit dictum , ſeu
aliam commodam adhibendo formam, habita reſtri-
ctione in mente , qoa mendacium excuſetur , cùm
iuſta ſit cauſa ad hoc ita faciendum , & ſequendum
opinionem P. Nauarræ, Sayri, & aliorum.

In exteriori autem , & ciuili foro pluribus,& gra- 78
uiſſimis puniuntur pœnis arcani traosgreſſores. Pri-
mò ex huius regni legibus priuatio officiorum ex-
tat impoſita , vt *in d.l.* 82. ibi , *Y aſſi meſmo mandamos
que la pena de perdimiento del officio, y las demas , tit.* 5.
lib.2.recop. & in aliis legibus eiuſdem tituli , ſimul
cum aliis pœnis arbitrio Regis , & ſui magni Con-
ſilij infligendis,& patet *ex l.*26. *tit.* 9. *part.* 13. *& d.
l.*82. † Et in ſanctæ inquiſitionis officio eadem pœ- 79
na amiſſionis officij impoſita eſt in epiſtolis ſenatus
ſupremi, maximè in lata, 22. Ianuarij anni, 1628. ibi,
*fuera de las quales ſeles apercibe a cada vno de los dichos
que por eſta culpa ſeran priuados de ſus officios* , † Quæ 80
priuationis pœna infligenda tantùm eſt , dum graue
damnum ex ſecreti violatione ſequutum eſt, ex Sal-
cedo *in pract.crim.can.cap.*103.*col.pen in fin.* Menoch.
qui alios plures refert *d.caſu* 537.*num.*25 *cum ſeqq.&
conſ.*107.*num.*95.*lib.*2. Did. Perez *in l.*21. *tit.* 3. *lib.* 8.
*ord. col.*364. Acebed. *in Curia Piſana lib.* 3. *cap.* 1. *lit.
A.* Bobadilla *in politica lib.*2.*cap.*5.*num.*19. Farin. *tom.*
3.*quaeſt.*113.*num.*206.*&* 214. & nouiſſimè poſt omnes
Narbona *in d.l.*82.*gloſſ.*4.*num.*30. *pag.* 251. † & ſen- 81
tentia declaratoria eget , ex relatis à Bonacina *tract.
de legib.diſp.*1.*quaeſt.*1.*punct.*7.§.2.*num.* 10. & iterum
*de iudicio publico diſp.*10.*quaeſt.*2.*punct.* 8. §. *incidenti,
num.*18. *verſ. Sexto imponitur* , circa quod videantur
plures apud Augoſt. Barboſ. *dict.*285. *pag.* 311.

Secundò eſt impoſita in ſancto inquiſitionis offi- 82
cio pœna excommunicationis aduerſus reuelantes
dicta teſtium , vota , & iudicia inquiſitorum, & alia
tangentia negocia puritatis ex d. Epiſt. 22. Ianuarij
anni, 1628. cuius verba retuli ſuperiùs num. 21. cuius
abſolutio Domino inquiſitori generali , & conſilio
ſupremo ſanctæ inquiſitionis reſeruatur , quæ ipſo
facto, quo arcanum reuelatur, incurritur , ex Doctri-
na communiter recepta , vt teſtatur Vgolinus *de cen-
ſur.tab.*1.*num.*18. P. Suarez *eod.tract.diſp.*3.*ſect.*8. *n.* 3.
& ſeq. Vaſquez *de excommunicat.dub.*12.*num.*4. Filiu-
cio *tract.*11.*cap* 4.*quaeſito.*1 *num.*83. penes Mart. Bo-
nacin. *de cenſur.diſp.*1.*q.*1.*punct.*9.*n.*1.*verſ.ratio illata,
fol.mihi* 13.*col.*1.

Tertiò conſtitutum eſt , quòd arcanum reuelans 83
non acquirat dominium ſalarij quod ratione ſui of-
ficij lucraturus erat , vt patet ex epiſtola generali ad
omnes inquiſitiones lata Matriti 26. Februar.
anni,

anni, 1607. ibi, *Y que lo contrario haciendo, aunque no*
ſea deducido en iuicio el exceſſo, no pueda en el fuero de
la conſciencia hacer ſuyo, ni recibir el ſalario de ſu plaça,
48 † Vnde colligitur ſtatim teneri in conſcientiæ foro
ad non recipiendum ſalarium, quod lucrari poſſit
poſt arcani reuelationem, & ſi illud recipiat teneri
ad reſtitutionem, vt euenit, quoties lex probibet
dominij acquiſitionem, vt communiter tenent DD.
per *text. in cap. ſtatutum, 11. § ſi quid autem, de reſcript.*
in 6. P. Mol. *de iuſt. tract. 2. diſp. 88. n. 12. §. poſſumus*, &
85 Bonacina *de reſtitut. diſp. 1. quæſt. 5. punct. 3. num. 5.* †
ad quod plurimùm reſpicere debent officiales ſan-
cti Officij, cùm ſe onerent peccato mortali, maiori
excommunicatione, & ſimul obligatione reſtituen-
di ſalaria, ſi arcana reuelent; & quidem incredibile
videtur, quòd Chriſtianus Dei, & conſcientiæ ti-
moratus ſit, qui ſaltim his grauiſſimis pertimeſcens
pœnis, à tam graui, & damnoſo delicto non ſe
86 abſtineat. † Præterquam, quòd in eadem epiſtola
pœna periurij, & infidelitatis imponitur, quæ in-
famat, vt ſuperiùs tetigi in §. 2. paulò poſt princip. &
in hoc eod. §. num. 10. & 15. & aliæ arbitrariæ pœnæ,
quæ conſtant ex d. epiſtola, & dictis legibus regni, &
iudices eas dimetiri debent ſecundùm rei grauita-
tem, damnorum, & perſonarum qualitatem, vt aper-
tè deciditur *in d. l. 26. in fin.* ibi, *e a los que fallaſe, que*
fueſen contra ella debeles dar pena ſegun el fecho, e el
tiempo, e el lugar en que lo ficieron, tit. 9. part. 2.

87 Illud autem ſingulare eſt diſpoſitum in prædictis
regni legibus, quod ad probandum arcani violatio-
nem ſufficiant ſingulares teſtes, vt apertè probatur
ex d. l. 82. ibi, *Mandamos que en eſte delicto de no guar-*
dar el ſecreto, ſe tenga por probança baſtante contra los
que lo reuelaren probandoſe conteſtigos ſingulares ſegun,
y como, y con las circunſtancias que eſta proueido por
la lei ſexta titulo nono del libro tercero deſta nueua reco-
88 *pilacion, tit. 5. lib. 1. compilat.* † Atque idem iuſſum ha-
bemus in ſancto Inquiſitionis officio in Epiſtola ſu-
periùs relata 22. Ianuarij Ann. 1618. ibi, *Y que para la*
prueba della baſten teſtigos ſingulares como ſean tres por
pedirlo aſſi la grauedad del delito, y la importancia deſte
89 *punto.* † Quod & iure probatur, nam & ſi ſingula-
res teſtes regulariter plenè non probent, fallit in
delictis, quæ ſunt difficilis probationis ex Bertazo-
lo *conſ. 273. à num. 5.* probat Farin. *de teſt. quæſt. 64.*
num. 297. vt eſt ſecreti violatio, quæ ſemper ſepara-
tim & abſconditè fieri ſolet, & ideò difficilis eſt pro-
bationis, vt probant Narbona *in d. l. 82. gloſſa, 2. à n. 1.*
cum ſeqq. pag. 234.

90 In quo differentia conſtitui videtur inter ius re-
gium, & ſanctæ Inquiſitionis conſtitutiones, nam
ex his videtur ſufficere tres teſtes ſingulares abſque
alia circunſtantia, cùm in epiſtola ſuperiùs relata
nihil aliud requiratur, ni tres ſingulares depoſitio-
nes, aliis præſumptionibus, & circunſtantiis omiſ-
ſis, iure verò regio quatenus *d. l. 82. recop.* ſe refert ad
qualitates teſtium, & circunſtantias requiſitas *in l. 6.*
tit. 9. lib. 3. recop. quæ non ſolùm requirit tres teſtes
ſingulares omni exceptione maiores, vt patet ibi,
ſiendo perſonas, que ſean de creer, ſed etiam alias præ-
ſumptiones, & indicia, vt oſtenditur in verſ. *Y otro ſi*
auiendo otras algunas preſunciones, quæ duo requiſita
cum tribus teſtibus ſingularibus plenè probant ar-
cani violationem, vt etiam de iure communi docet
Farin. *d. tract. de teſt. quæſt. 64. num. 302. cum ſeqq.* & ma-
gis ſpecificè in noſtra materia probat Narbona *in d.*
l. 82. gloſſ. 2. à num. 28. cum quatuor ſeqq. pag. 238. &
ſeq.

91 At puto, quòd etiam in ſanctæ Inquiſitionis offi-
cio ex prædicta Epiſtola requirantur tres teſtes ſin-
gulares, qui fide digni ſint, & omni exceptione ma-
iores, tum quia hæ qualitates nunquam in teſtibus
excluſæ cenſentur, immò ſemper ſubintelliguntur
in quacumque teſtium diſpoſitione, in criminali
maximè, vt paſſim iure probatur *in l. fin. C. de probat.*
Maſch. *concl. 459. num. 6. & 9. concl. 490. num. 9.* & alij
communiter, † tum etiam quia admiſſa teſtium ſin- 92
gularitate, neceſſariò requiritur idoneitas ne duo
ſpecialia ſimul concurrant aduerſus notata *in l. 1. C.*
de dotis promiſſ. Caualcan. *deciſ. 19. num. 27. part. 1.* &
plores apud Auguſt. Barboſ. *Axiom. 221. num. 1. & 2.*
pag. 128. & faciunt tradita per Ioſſ. Maſch. *de probat.*
concl. 1359. num. 20. Anton. Gabr. *de teſt. concl. 7. num.*
10. lib. 1. & allegatos à Farinac. *de teſt. quæſt. 62. num.*
80. & per Narbonam, qui ſpecificè loquitur *in d. l.*
82. gloſſ. 2. num. 55. pag. 241. & num. 81. pag. 244. & in l.
2. gloſſ. 5. numero 10. titul. 21. lib. 8. recop. pag.
907.

Maior difficultas eſt, an ſimul cum tribus teſti- 93
bus ſingularibus aliæ requirantur præſumptiones, &
& indicia, vt plena ex eis oriatur fides? & requiri
videtur *ex d. l. 6. verſ. Y otro ſi auiendo otras algunas*
preſunciones, vbi expreſsè ita deciditur. Et confirma-
tur ex iotis communis recepta ſententia de qua ſu-
prà, & per Farin. *d. q. 64. n. 302. & ſeqq.*

Nihilominus tamen attentis verbis prædictæ epi- 94
ſtolæ contrarium verius coniicio, vbi licèt admit-
tantur teſtes ſingulares, nihil aliud requiritur, ni
quòd tres ſint, vt patet ex illis verbis, *baſtaran teſti-*
gos ſingulares como ſean tres por pedir lo aſſi la grauedad
del delicto, qui ſi fuerunt integri, plenè hoc proba-
bunt delictum violati ſecreti, & cùm verba legis
clara ſint, de diſpoſitione, & mente non eſt am-
bigendum, ex vulgatis, † & ſi aliud vellet prædicta 95
epiſtola, quæ vim legis habet, illud expreſſiſſet, vt
in l. 4. §. toties, de damno infecto, l. ſi extraneus, 6. de
condict. cauſa data, l. ſi vero 64. §. de viro, vbi DD. *ſol.*
matrim. cum ſimilibus adductis ſuprà quæſt. 3. §. 3. num.
58. & ab Auguſt. Barboſ. *Axioma. 226. num. 5. & 6.*
pag. 86. † Et ſicut poteſt Iudex ſingularibus teſtibus 96
ſine vllis indiciis plenam adhibere fidem ex iuſta,
quæ adſit, cauſa, ſecundùm Cobbarr. *lib. 3. var. cap. 3.*
num. 5. verſ. Hinc profectò, Anton. Gabr. *de teſt. lib. 1.*
concluſ. 2. num. 61. Petra *de fideicomm. quæſt. 12. num.*
517. 534. 623. & 705. Menoch. *de arbitr. caſu 90. n. 6.*
& ex aliis tenet Farinac. *d. quæſt. 66. num. 310.* multo
quidem melius poterit lex, & ſuperiorum placitum,
ſicut eſt prædicta epiſtola, † quod & apertiùs proba- 97
tur ex aliis eiuſdem conſilij litteris Matriti 26. Fe-
bruarij ann. 1607. vbi de ſigillo loquendo ita diſpo-
nitur, *en pena de periuro, y de infidelidad qui en fuere*
contra el tal iuramento, y ſiendo conuencido por indicios,
o teſtigos aunque ſean ſingulares, vbi expreſsè indicia
ſola ſufficiunt ad plenam huius delicti probatio-
nem, quibus ſingulares teſtes parificantur, & eam-
dem vim habent.

Simile dubium eſt, an deficientibus teſtibus per 98
indicia & præſumptiones veriſimiles delictum hoc
plenè probari valeat? & reſolutiuè affirmatiuè re-
ſpondeo, tum ex verbis epiſtolæ proximè relatis, † 99
tum quia eiuſdem ſunt potentiæ indicia, & præ-
ſumptiones, ac teſtes ſingulares, & omnia, quæ per
hos probantur, probantur etiam ex præſumptioni-
bus & indiciis, vt docent Dec. *in cap. licèt cauſam,*
num. 70. de probat. & relati à Gabr. *d. concl. 2. num. 72.*
Petra *d. quæſt. 12. num. 9.* Maſch. *concl. 859. num. 24.*
Aym. Crauet *conſ. 73. num. 35.* Phil. Corn. *conſ. 73.*
num. 35. Chaquetan. Pedam. *deciſ. 99. num. 29.* † vbi 100
ait, indicia & præſumptiones æquiualere teſtibus,
ſingularibus nec in effectu differre.

Atque idem quoad pœnam extraordinariam ex- 101
preſſe voluit *d. l. 82. recop. in verſ. Y otro ſi que aunque*

no aya teſtigos conteſtes , ai ſingulares como eſta dicho,
ſino indicios y ſoſpechas veriſimiles , pueda auer caſtigo
reſpeto del officio , como pareciere a los iueces que lo ſen-
tenciaren, de quo agit Narbona in eadem l. gloſſa, 3. per
102 totā. † Quæ ita introducta ſunt ob difficultatē proba-
tionis, quę in ſimilibus delictis inuenitur, & eſt cauſa
admittendi minores, & irregulares, quam ius ordi-
natiè expoſcit, ex l. ſi vicinus 9. C. de nupt. cap. veniens,
38. de teſt. cap. Michael 13. de fil. presbyt. Paramo de
orig. lib. 3. quaſt. 10. num. 156. & ſeq. & num. 165. Acuña
de confeſſar. ſolicitant. quaſt. 23. ſub num. 3. Fr. Anton. de
Souſſa eod. tract. 2. cap. 11. num. 1. & 2. Io. Sancius
Abulenſ. in ſuis ſelect. diſp. 11. num. 46. Bonacina de
onere & oblig. denunc. diſp. 6. qua eſt vltima, nouiſſimi to-
mi, punct. 3. ſub num. 35. verſ. obiicies primò, præter plo-
res ad idem cumulatos per Narbon. in d. l. 82. gloſſ. 2.
a. 18. cum tribus ſeqq. pag. 236. & ſeq.

103 Denique animaduertam, quòd illa qualitas, quæ
cum teſtibus ſingularibus requiritur, debet ſpecia-
liter probari, ita vt ex actis de eorum idoneitate, &
integritate conſtet, vt fert communis omnium opi-
nio, de qua infrà quæſt. 10. §. 4. verſ. ſed manet du-
bium, & ſpecialiter è noſtris volunt Gregor. in l. 15.
gloſſ. de bueno, tit. 9. part. 4. Mol. de primog. lib. 2. cap. 6.
num. 29. & 30. Auendaño in cap. 2. prætor. num. 19. verſ.
Quintò ex eiſdem, lib. 1. & cap. 29. num. 2. verſ. ſecundò
infertur, lib. 2. Acebed. in d. l. 6. tit. 9. num. 14. cum ſeqq.
lib. 3. recop. Pelaez de maiorat. 4. part. quaſt. 20. num. 29.
cum ſeq. Bobad. in polit. lib. 5. cap. 1. num. 224. & quod
ab hac opinione in iudicando & conſulendo non ſit
recedendum voluit Menoch. lib. 6. præſumpt. 91. n. 3.
& 6.

104 Sed contrarium in ſpecie criminis repetunda-
rum, & arcani violati inſtruere conatur Narbona
in d. l. 82. gloſſ. 2. num. 45. cum ſeqq. tum quia hæc qua-
litas in d. l. 7. recop. non in modum conditionis requi-
ritur, ſed tantùm per quamdam ſimplicem admoni-
tionem, & tunc non eſt neceſſaria ſpecialis prædictæ
qualitatis probatio, ſed ſufficit iuris præſumptio, ex
adductis à Menoch. citato loco num. 6. & Lapa allegat.
105 15. & 16. & à Farin. d. quaſt. 62. nu. 15. † tum quia dum
alia qualitas præter idoneitatem non requiritur, ne-
ceſſe non eſt articulari, nec probari ex Farin. num. 46.
106 citatis in locis, † tum etiam quia qualitas idoneitatis,
& maioritas omni exceptione plurimùm differunt,
ex Farin. d. quaſt. 62. num. 3. & quando idoneitas re-
quiritur, non plus expoſcit res quàm ius commune,
ex reg. l. 3. de leg. 1. & cap. 1. de ſum. Trin. & adductis à
Narbona num. 57. ſi verò maioritas omni exceptione
requiratur, ſpecificè articulanda & probanda
venit, & ita ſunt intelligendi ſuprà pro contraria
allegati.

107 Ego verò à communi opinione recedere non au-
deo, tum quia expreſſio idoneitatis in prædictis le-
gibus nihil aliud operari poteſt, ni quod ſpecificè
conſtet de illa qualitate, ex Alciat. de præſumpt. reg. 3.
præſumpt. 2. num. 6. verſ. ſed iudic. Zaballos comm. contra
108 comm. quaſt. 900. num. 115. verſ. cui doctrinæ, † tunc
quia verba illa, Y ſeyendo las perſonas tales, d. l. 6. recop.
vim conditionis habent nec aliud ſignificant ni, ſi
fueren las perſonas tales, cùm notum iure ſit, quòd ge-
rundia, quibus adiungitur verbum futuri temporis,
conditionem denotant, vt in l. ſi tu ex parte 76. iuncta
gloſſa, de adq. hæred. Rebuff. ad ll. Gall. 1. tom. tit. de ſent.
prouiſion. art. 3. gloſſ. 6. & fatetur idem Narbona in l.
82. gloſſ. 2. num. 41. verſ. tum & ſecundò, & num. ſeq. tit. 5.
lib. 2. recop. pag. 240. & velut conditionalia in præ-
ſumpta idoneitate verificari non debent, ſed incerta
& legitimè probata, ex l. Lucius 83. iunctis ibi tra-
109 ditis à DD. de cōd. & dem. † tū quia ſi præſūptio ido-
neitatis teſtiū in propoſita ſpecie ſufficeret, in tertij

eſſet præiudicium, cùm delinquens ex ea damnaretur
abſque ſpecifica probatione, & tunc prædictæ quali-
tates non præſumuntur, ſecundùm Menoch. lib. 5.
præſumpt. 1. num. 19. Maſch. concl. 222. num. 5. & 6. &
allegatos à Farin. 1. tom. quaſt. 47. num. 288. † Tum de- 110
nique, quia licèt quidam voluerint conſtituere diſ-
crimen inter idoneitatem teſtium, & maioritatem
exceptionis, tamen communior, & verior eſt contra-
ria ſententia, vt fatetur idem Farinac. à Narbona pro
ſua opinione adductus in d. quaſt. 62. num. 2. & ideò ſi-
cut maioritas omni exceptione ſpecificè debet pro-
bari, ita etiam idoneitas teſtium abſque diſcrimine
vllo.

Quoad formam verò probationis poteſt eſſe ali- 111
qua differentia, nam aliquando fit in actis, & in ſcri-
ptis per articulos ſpeciales, aliquando quidem ver-
bis, & ſine ſcripto, vt voluit Narbona citato loco num.
59. & 60. & generaliter loquendo, ita conſtituunt
Nicol. Garcia de benefic. 6. part. cap. 2. num. 244. cum
ſeqq. Flores de Mena lib. 1. pract. quaſt. 4. à num. 19.
Gonçalez in reg. 8. Cancell. gloſſ. 9. num. 19. & 25. quod
ſumendum eſt ex vſu, & ſtylo ſeruato in ſimilibus
iudiciis in illo tribunali, & communitate.

Et licèt in ſancto Inquiſitionis officio requira- 112
tur integritas teſtium deponentium in crimine ſo-
licitationis ad actus turpes in actu ſacramentalis
confeſſionis, vt animaduertunt Acuña de confeſſ. ſoli-
cit. quaſt. 23. ſub num. 11. verſ. Ad integram probationem
Fr. Ant. de Souſſa eod. tract. 1. cap. 12. concluſ. 4. num. 8.
D. Io. Sanc. Abulenſ. in d. diſp. 11. num. 47. & conſtat
ex epiſtola generali lata Matriti, 4. Iulij anno. 1576.
ibi, informar al conſejo de la qualidad de las mugeres que
de a qui a delante teſtificaren contra los confeſſores de
auer cometido eſte delicto, y del credito que ſeles debe dar,
† debet tamen hæc informatio verbis tantùm fieri, 113
non verò contineri in ſcriptis eſt neceſſe, vt expreſsè
continetur in alia Epiſtola, 17. Martij anno 1568.
vbi in cap. 2. ita deciditur, Item quanto a la calidad de
los teſtigos, y credito que ſeles debe dar, aduertiran ſi ſon
mugeres deſoneſtas, y apaſſionadas, y alos demas defectos,
que podrian tener de lo qual ſo informaran de palabra de
perſonas graues, y ſin ſoſpecha con todo recato. Et in
quadam ſpeciali epiſtola ad inquiſitionem Cana-
rienſem miſſa 10. Nouemb. 1614. ibi, que el abono que
ſo haçe de teſtigos en eſta materia baſtara que ſe haga
verbalmente, & in alia eiuſdem inquiſitionis, 19.
Aprilis, 1627. ibi, los abonos de los teſtigos a la margen
de cada vno dellos verbalmente informados, quod &
transcriptum eſt ad inſtructiones, quæ commiſſariis,
& notariis ſancti officij traduntur, vbi in num. 12. ita
inſtruuntur, ſi fiere de ſolicitacion, deſpues que la muger
aya fecho ſu declaracion, ſi reſultare auer ſi do ſolicitada
en el acto de la confeſſion o cerca del, ſo informara el
commiſſario con mucho recato, y ſecreto de palabra ſin eſ-
criuir nada de la honeſtidad, y vida de la muger, y ſi es
tal que ſeledeba dar credito y lo que en eſto hallare, lo eſ-
criuira el dicho commiſſario deſumano a la margen de la
depoſicion de la tal muger, de qua meminit Fr. Sera-
phin. de Freitas ad Acuña de confeſſ. ſolicit. cap. 23. lit.
H. num. 26. & tenent Acuña ibidem num. 12. verſ.
qua dere, & Param. de orig. Inquiſit. lib. 3.
quaſt. 10. n. 165. verſ. de quorum vita,
& Souſſa de ſolicitant. tract. 2.
cap. 21. num. 7.

§. VI.

§. VI.

De recuſatione Commiſſarij, Notarij, & Nuntij, qui in informationibus puritatis intendunt.

SVMMARIVM.

1 *Iudices omnes recuſari valent tam ſeculares, quàm Eccleſiaſtici*, num. 3. *Etiam Epiſcopi*, num. 4. *Et Cardinales*, num. 5. *Delegati*, num. 6. *Commiſſarius ad recipiendas informationes puritatis*, ibid. *Inquiſitores hæreticæ prauitatis*, num. 7. *Notarius*, num. 15. *Nuncius, ſeu familiaris*, num. 17. *Contrarium*, à numero 18. *Limitatur*, num. 24.

2 *Acta poſt recuſationem inualida.*

3 *Diſcrimen inter recuſationem iudicis ſæcularis, & eccleſiaſtici*, & num. t o.

Iudex Eccleſiaſticus probatis recuſationis cauſis in totum à cognitione cauſæ remouetur, ibid.

7 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis in magna ſunt dignitate conſtituti, grauiſsimi, æquiſſimi, & prudentiſsimi, inter eos & ceteros iudices, quoad recuſationem diſcrimen nullum*, n. 9.

10 *Iudici ſeculari recuſato adiunctus datur.*

11 *Commiſſarius ad faciendum informationes puritatis quid faciet poſt propoſitam recuſationem.*

12 *Informatio puritatis pro incepta habetur poſtquam Commiſſarius fuerit profectus ad locum originis.*

13 *Commiſſarius turpiter procedens in peragendis puritatis informationibus in totum debet ab eis arceri.*

14 *Mandatum reuocatur quocumque tempore fides deficiat.*

16 *Officium iudicis ceſſat ſtatim poſt propoſitam recuſationem.*

17 *Qui grauare poteſt, poteſt recuſari.*

19 *Iuriſdictionem non habens recuſari non poteſt.*

20 *Appellatio & recuſatio pari paſſu ambulant*, *contrarium*, num. 21.

22 *Executor cum cauſæ cognitione recuſari poteſt.*

Merus non ita, & num. 23.

1 SOLENT aliquando prætenſores Commiſſarium informantem recuſare velut ſuſpectum, quod facere poſſe nullum dubium continet, quia iure ita ſtabilitum eſt circa omes iudices, qui qualem qualem cauſarum cognitionem habent, vt probatur *in l. apertiſſimi, 16. C. de iudic. cap. cum ſpecia-*
li, 61. de appellat. l. 1. tit. 26. lib. 4. recop. l. 22. vbi *gloſſ. 3. tit. 4. part. 3.* Auendaño *in cap. Prætor. 2. part. cap. 15.*
num. 8. Peña *in director. 3. part. ecmm. 30. verſ. tametſi*
verò, & alij infra referendi, † & ſi ſpreta recuſatione 2
vlterius procedant, nulla ſunt acta poſtea facta, ex
Bar. *in l. quia poterat ad Treb.* Abb. *num. 12. dec. 9. in. d.*
cap. cum ſpeciale, de appellat. Auend *citato loco num. 14.*
Boër. *deciſ. 258.* & ex pluribus allegatis per Bobad.
lib. 2. politica cap. 21. num. 158. lit. D. Lancel. *de attentat.*
2. part. cap. 4. per totum, Caballin. *milleloq. 864.* Paul.
Æmil. *deciſ. 7. num. 1. part. 3.* Puteo *deciſ. 170. lib. 1.* cum
aliis adductis à Valençuel. *conſ. 43 num. 170. & 172.*
& nouiſſimè & latè Ripoll. *var. reſolut. cap. 2. per*
totum.

Quod primò procedit non tantùm in iudicibus 3
ſecularibus, ſed etiam in eccleſiaſticis, vt probatur
in d. cap. cum ſpeciali, & cap. ſecundo requiris, 41. verſ.
Quod ſi coram ipſis, de appellat. cap. ſi quis contra clericum, 4. de foro compet. & ſi cauſæ legitimæ recuſationis fuerunt probatæ, omnino iudex à cauſæ cognitione remouetur, vt in dictis iuribus probatur, & ex
adductis à Seraphin. *deciſ. 781. num. 6.* & negocium
debet remitti ad ſuperiorem, ſeu de recuſatoris conſenſu tradi perſonæ idoneæ, vt in eo ſecundùm iuris
formam procedat, ex *d. cap. cum ſpeciali, in princip. de appellat.* & refert communis opinio, de qua teſtatur
Marqueſan. *in commiſ. de ſuſpect. ind. & adiunct. dand. 2. part. cap. 5. num. 15.* alias è contra facta nulla extabunt, vt ſuprà dixi & probat Alexand. *conſ. 89. vol. 1.* & Marqueſ. *citato loco*, & Io. Vvameſius *in dict. cap. ſecundò requiris, verſ. tertiò poſtulas, num. 2. de appellat.*

Secundò procedit generaliter in omnibus eccle- 4
ſiaſticis cuiuſcumque fuerint dignitatis, & præeminentiæ, etiamſi Epiſcopi, vt apertè probatur *in d. cap. ſi quis contra clericum cauſam habuerit, Epiſcopum ipſius adeat, qui ſi vt ſuſpectus fuerit recuſatus, executor ab eo deputetur, de foro compet.* vbi communiter DD. & refert, & ſequitur Marqueſ. *d. n. 15.*

Tertiò procedit, etiamſi Cardinalatus fulgeat 5
dignitate, quia ſimiliter poterit recuſari, vt probant, (omiſſa alia contraria opinione, quæ ſubſtineri non valet) Barbac. *in tract. de Card. leg. à latere quæſt. 3. num. 1. & 2. & quæſt. 5.* Gambara *eod. tract. cap. 1. num. 124.* Iacob Laurenc. qui alios refert *tract. de iudice ſuſpecto cap. 2. num. 11. 13. & 14.* Pariſ. *conſ. 31. num. 97. lib. 1.* Rol. à Valle *conſ. 19. num. 17. lib. 1.* dicentes, quòd etiamſi Cardinalis legatus fuerit à latere poterit recuſari.

Quartò procedit non tantùm in iudicibus or- 6
dinariis, de quibus ſumus loquatl, ſed etiam in delegatis, vel ſint eccleſiaſtici, aut ſeculares, vt probatur *in cap. ſuſpicionis, 39. de offic. deleg. cap. ſi contra 4. cap. iudex 5. eod. tit. in 6* Peña *in d. comm. 30. verſ. tametſi*, Did. Perez *in l. 1. gloſſ. 1. quæſt. 10. verſ. item poteſt recuſari, tit. 5. lib. 3. ord. fol. 568. in nouiſſima impreſſione*, Maranta *ſpeculo indic. 4. part. diſt. 5. num 42. & 43.* Acebed. *in l. 1. num. 29. tit. 16. lib. 4. recop.* Morla *in emporio 1. part. tit. 2. de iuriſd. num. 109. & 209.* & cum commiſſarius ad recipiendas puritatis informationes iudex ſit delegatus, recuſari poſſe, mllus inficiabitur, & probat Lara *d. c. 4. n. 94.*

Ex quibus ſequitur primò, quòd licèt hæreticæ 7
prauitatis inquiſitores in magna ſint dignitate conſtituti, atque eligi grauiſſimi, æquiſſimi, probatiſſimi, & prudentiſſimi præſumantur, vt obſeruant Sigiſm. Scaccia *de indic. lib. 1. cap. 87. à num. 1.* Fr. Did. Murillo *de las excellencias de Zaragoça tract. 2. cap. 22.* & plures alij apud Emman. Barboſ. *remiſſ. ad Ord. Luſitan lib. 1. tit 6 in princ. num. 4. pag. 151.* & apud Auguſt. Barboſ. *de offic. Epiſc. 2. part. allegat. 40. n. 37. col. 374.*

col. 374. & ideò doctiſſimi viri cenſuerint ; recuſari
non poſſe , vt voluerunt Archid. *in cap. quia plerique,*
de offic. ord. in 6. Ripa *tract. de peſte* 3. *part. num.* 140.
Roxas *ſing.* 100. *& in tract. de hæret.* 2. *part. tit. de priui-*
leg. Inquiſit. num. 435. Sigiſm Scaccia *de iudic. cap.* 67.
num. 7. Iac. Menoch. *lib.* 1. *de arbitr. quæſt.* 57. *num.* 40. *&*
9 *conſ.* 94. *num.* 12. *in fin. lib.* 1. † tamen cùm nulla ratio
differentiæ quoad recuſationem aſſignari valeat in-
ter eos , & cæteros iudices, aſſerendum eſt, æquè re-
cuſari poſſe , quod velut verius , licèt parum vſita-
tum, amplexi fuerunt Tabien. *in ſumma verb. inqui-*
ſitio, §. 4. *num.* 5. Simanc. *de cathol. inſt. tit.* 17. *num.* 51.
& 52. *& in Enchirid. tit.* 47. *de defenſion. num.* 26. Ey-
mer. *in direct.* 3. *part. tit. de recuſat. inquiſit.* vbi Peña
commen. 30. *verſ. cæterùm,* vbi ait , & bene , hanc opi-
nionem hodie confirmatam extare in inſtructioni-
bus Madrititiis Domini Valdeſij Anni 1561. & in
cap 52. licèt Peña , aut typographus errore ductus
dicat, cap. 15. & patet error ex verſ. ſeq. vbi verba re-
fert prædictæ inſtructionis, incipit. Atque hæc ſen-
tentia, ex qua cum eodem errore idem refert Nar-
bona *in l.* 20. *gloſſ.* 1. *num.* 70. *in fin. tit.* 1. *lib.* 4. *recop. pag.*
374. qui hanc etiam ſequitur opinionem , & extra
prædictos , quos adducit Peña, addit Param. *de orig.*
lib. 3. *quæſt.* 4. *num.* 54. *& ſeq.* & Iacob. Lauren. *in d.*
tract. de iudice ſuſpecto, cap. 2. *num.* 109. Farin. *de hæreſi*
quæſt. 185. *num.* 236. vtroſque refert hanc vltimam
ſequendo, Caſtro Palao *in opuſc. moral. tract.* 4. *diſp.* 8.
punct. tom. 8. *num.* 1. vbi *num.* 2. ait, requiri ad hoc gra-
uem cauſam ita vt hodie abſque dubio hæc procedat
ſententia.

10 Sequitur ſecundò diſcrimen maximum eſſe inter
recuſationes iudicum eccleſiaſticorum ex iure cano-
num , & inter recuſationes iudicum ſæcularium ex
iure ciuili, hoc igitur iure recuſatus iudex non in to-
tum à cauſæ cognitione remouetur, ſed adiunctus ei
datur, *d. l. apertiſſimi, d. Auth. ſi vero, C. de indic. d. l.* 22.
part. & d. l. 1. *recop.* in princ. huius §. adductæ, iure ve-
rò canonum iuſta recuſationis probata cauſa eccle-
ſiaſticus in totum à cognitione remouetur , vt ſupe-
riùs dixi, & hanc differentiam agnoſcunt Io. Vua-
menſ. *in cap. cum ſpeciali, num.* 1. *de appellat.* Iac. Lau-
ren. *d. tract. de iudic. ſuſpect. cap.* 5. *num.* 1. *&* 14. & poſt
eos Narbona *in d. l.* 59. *gloſſ.* 1. *num.* 234. *& ſeqq. tit.* 4.
lib. 2. *recop. pag.* 193.

11 Sequitur tertiò , quòd propoſita recuſatione , ſi
Commiſſarius inceptum habeat informatorium,
ſuperſedere debet , & mittere recuſationem ad
tribunal ſeu communitatem, à qua ſua pendet com-
miſſio, vt ibi deliberetur, an cauſæ recuſationis iuſtæ
ſint , ánque adiunctus adhiberi debeat , & qualis;
nam ſi cauſa fuerit iam incepta , itavt integra dici
non valeat, in totum remoueri non puto, (niſi cauſæ
aliud ob ſuam grauitatem ſuadeant , vt inferiùs di-
cam) ſed adiunctum dari deberi, *ex d. l. apertiſſimi , d.*
l. 22. *part & d. l.* 1. *recop.* Greg. *gloſſ.* 1. *in d. l.* 22. *per l. fin.*
tit. 5. *lib.* 3. *ord.* vbi ait, quòd idem ſeruari debet in re-
cuſatione iudicis delegati, cui adhæret Auend. *in d.*
cap. 23. *num.* 9. *&* 10. *lib.* 2. *prætor.* & deducitur *ex d.*
auth. ſi verò contigerit, C. de indic. l. nemo 4. *C. de iuriſd.*
d. l. 1. *&* 2. *tit.* 16 *lib* 4. *recop.* reſoluunt relati ſuprà , &
de praxi teſtantur Cobbarr. *in pract. cap.* 26 *num.* 1.
Morla *d. tit.* 2. *de iuriſd. om. iud. in princ. num.* 175. ſi ve-
rò inceptum non fuerit informatorium , cùm com-
miſſarius iuriſdictionem actu acquiſitam non ha-
beat, ſatius eſſe puto , alium de nouo eligere , ad fa-
uendum prætenſoris deſiderio & petitioni , & ne
in informatorio plures adſint, quod damnoſum eſſe
ſolet. In quo licèt diuerſa ſit cauſa ſecularium, qui re-
cuſari ſine cauſa poſſunt, & adiunctus datur , & ec-
cleſiaſticorum , qui ſine cauſa iuſta non recuſantur,
& cum adeſt, in totum arcentur à cauſæ cognitione:
& quaſi omnes commiſſarij informationum purita-
tis ſint eccleſiaſtici , & in rigore ſine iuſta cauſa re-
cuſati non poſſunt , tamen in his grauiſſimis negó-
ciis propter maximam honoris iacturam deſiderio
prætenſoris recuſatoris ſubueniendum ſuadeor ex
prædicta diſtinctione , quamuis ius ſtrictum aliud
ſuadeat, & ſic re integra alius debet nominari, ince-
pta verò non ita, ſed adiunctus dari. † Et pro incepta 12
habetur informatio, dum Commiſſarius acceptis lit-
teris ſuæ commiſſionis fuerit profectus ad locum
originis cùm actus ille dirigatur ad cõficiendum in-
formatione, & ſic habetur pro incepta , & debet ad-
iũctus dari, ni grauiſſimæ ſint cauſæ aliud ſuadentes.

Sequitur quartò, quòd ſi appareat commiſſarium 13
non rectè officio, & commiſſione vti, teſtes ſuſpectos
recipiendo, ea, quæ aduerſus prætenſorem commini-
ſcuntur, celando, munera, & dona accipiendo, aliàve
peſſima agendo, poterit omnino arceri , & alteri in-
formatorium committi , tum quia prædictæ cauſæ
grauiſſimæ , & iuſtiſſimæ ſunt , & oſtendunt frau-
dem, aut turpitudinem ſaltim in informanti , quem
ſuſpectum maximè reddunt , † tum quia ſi fides , & 14
rectitudo deficiant , poteſt quocumque tempore
mandatum reuocari, & data commiſſio , *ex l. poſt li-*
tem, 17. *iuncta l. item ſi ſuſpectus,* 19. *de procurat. l.* 24.
verſ. ca eſtonce, debe auerignar la ſoſpecha, tit. 5. *part.* 3.
vbi, *gloſſ.* 7. licet regulariter aliud iure ſit admiſſum,
dum res integra non eſt, *l. ſi verò* 12. § *ſi mandauero,*
Mandati, l. ſi pater. 3. *C. eod. cum ſimilibus.*

Sequitur quintò , quòd ſi notarius recuſetur , vt 15
poteſt, ex adductis ab Aceb & Paz citatis locis, Mor-
la *num.* 195. *fol.* 95. Rebuff. *de recuſat. art.* 9. *verſ. Nota-*
rius tamen, pag. mihi, 166. *in* 3. *tomo ad ll. Gallias,* ſuper-
ſedendum etiam erit in informatorio , & ſeruando,
quæ in commiſſario diximus , & faciunt tradita à
Zaballos *comm. contra comm. quæſt.* 680. & ab Auguſt.
Morla *in emporio d. tit.* 2. *in Rub. num.* 211. vbi plura
adducit ; † quia ſtatim poſt propoſitam recuſatio- 16
nem ceſſat officium iudicis, ex adductis per Lancel.
de attentat. 2. *part. cap.* 4. Millis *in repertor. verb. iuriſ-*
dictio, Paulus Æmilius, *deciſ.* 7. *num.* 1. *part.* 3. Valen-
çuela *conſ.* 43. *num.* 107. *& ſeqq.* & ſi in aliquibus com-
munitatibus vſitatum fuerit , recuſationes proponi
in eorum capitulo, ſeu tribunali, non verò coram in-
formanti , ſi tamen de facto ei intimetur recuſatio,
debet prædicta ſeruare , quia vſus ille nihil horum
detrahit.

Sed eſt dubium , an nuncius , ſeu familiaris , qui 17
teſtes ad examen ducit recuſari valeat, vt ab illo mu-
nere arceatur ? Et affirmatiua ſuaderi videtur , quia
excedere poteſt , inimicos prætenſoris ducendo ad
examen , ſeu nominatos à commiſſario inſtruere
circa prætenſoris qualitates, & mores, in quo grauá-
re poteſt, & per conſequens recuſari , vt probari vi-
detur ex pluribus iuribus ſtatim citandis, & confir-
matur ex ſententia Acebedi *in Rub. gloſſa Delegados,*
num. 1. *tit.* 16. *lib.* 4 *recop.* & Præpoſiti, quem allegat, *in*
c. cum parati, n. 22. *extra de appellat.* quatenus probant
nuncium recuſari poſſe.

At contraria ſententia verior, & ſequenda eſt, vi- 18
delicet quòd nuncius nec familiaris teſtes ad exa-
men dicens non poſſit recuſari, nec recuſatio admit-
ti, nec recuſatus a ſuo munere arceri, † tum quia nec 19
iuriſdictionem exercet , nec cauſæ cognitionem ha-
bet, *l. executorem* 8. *C. de execut. rei iud. cap. Paſtoralis,*
27. § *quia vero, de offic. deleg.* Morla *in emporio* 1. *part.*
tit. 1. *quæſt.* 19. *num.* 2. tum etiam quia ſicut appellari ab
eo non poteſt, *ex cap. nouit.* 43. *de appellat.* & probat
multis Parlad. *lib.* 1. *rer. quotid. cap. fin.* 2. *part.* § . 1. *num.*
3. *&* 4. ita nec recuſari, † cùm appellatio, & recuſatio 20
pari

pari paſſu ambulent, ex gloſſ fin. C. de ſent. & interloq. om iud. & gloſ. in cap. quoties, 2. quæſt. 6. Moila d. tit. 2. in princ. num. 211. & 212. Lancelot. 2. part. cap. 6. de attentatis poſt recuſat. num. 8. & cap. 8. de attentatis relat. pendente, num. 1. Io. Gut. lib. 1. pract. q. 94. num. 4. Emman. Barboſa remiſſ. ad ord. Luſit lib. 3. tit. 21. num. 2. in fin. Aug. Barboſ. tract. var. de locis communib. loco. 9.
21 num. 2. & loco. 96. num. 2. † Licèt ratio hæc ab aliquibus reiiciatur, conſtituentibus, non ideò quòd ſit prohibita appellatio, prohibitam eſſe recuſationem ſecundùm cap. poſtremo 36. de appellat. & DD. ibi communiter. Præpoſit. videlicet. Io. Andr. Abb & Dec. in cap. ſuper eo, el. 2. §. in cauſis, de appellat. adductos ad hoc per Bobadill. in politica lib. 2. cap. 20.
22 num. 61. lit. F. † Tum etiam, quia executor, ſeu nuncius, qui aliquam cauſæ cognitionem habet, recuſari tantum poteſt, non verò executor merus, qui nihil poteſtatis habet, ni merè executioni tradere, quod iuſſum à iudice habet, in qua non poteſt adeſſe grauamen ex parte nuncij, & executoris, licèt eſſe valeat ex parte iudicis mandantis, apud quem eſt cauſæ cognitio, nulla verò apud nuncium, nec familiarem, quæ ratio apertè probatur ex text. in cap. nonit. 43. vbi gloſſa verb. debuiſſet, de appellat. vbi Innoc. Abb Præpoſit. num. 7. Archid. in princ. Dec. num. 17. verſ. Si grauamen verò inferre non poteſt. Idem voluerunt Bart. in l. ſi quis, §. 1. de pœnis. Iaſſ. in l. fin. nu. 9. C. de iudic. Card in Clem. fin. §. eorumdem, num. 5. de foro compet. Montalic. in repetit. ll. regni, verb. recuſans, fol. 99. col. 1 in princ. & adducti per Bobad. lib. 2. politica. c. 20. num. 61. Card. Tuſch. in practic. concluſ. tom. 6. liter. S. concluſ. 907. num. 15. & 16. Sigiſm. Scaccia de appellation. quæſt. 52. limit. 11. num. 11. Mantica deciſ. 324. num. 3. Seraphin. deciſ. 156. Ripoll. var. reſol. cap. 2. ex num. 59. Tum denique, quia nuncius, & familiaris ita teſtes vocandi ius habent, vt ad quid vocentur, ignorent, nec eos inſtruere, nec alloqui valeant, & per conſequens nec inferre grauamen, atque ideò hanc opinionem, præter relatos tenent Rebuff. 3. tom. ad ll. Gall. tit. de recuſat. art. 9. gloſſ. vn. verſ. nec poterit recuſari, num. 48. & Paz. in praxi. 4. part. tom. 1. cap. 3. n. 45. & 46. Did. Perez in l. 4. gloſſa 1. verſ. Dubitari poterit, in
23 fin. tit. 8. lib. 3. ord. † quatenus hi duo aiunt, executorem mixtum, qui qualem qualẽ annexã habet cognitionem, recuſari poſſe quaſi aliud ſit in mero executore, cui omnis abeſt cognitio, & grauaminis inferendi poteſtas, quòd expreſſius defendit Auend. in cap. 23. prætor. num. 10. verſ. Item ex dicta lege, & num. 11. vbi alios citat. Parlad. rer. quotid. 2. part. cap. fin. §. 3. num 4. in fin. & num. 5. atque ita communiter praxi ſeruari refert Alphonſ. à Villadiego in politica cap. 5 in declarat. §. 20. cap. correct. num. 24. ex quibus patet, communem, & magis eſſe veriorem hanc opinionem, & praxi ſeruandam, maximè cùm nuncius, ſeu familiaris expectatæ fidei eſt, & arcani ob-
24 ſeruator. † Licèt aliquando. Si aliud prudenter expedire videatur, ad ſedandos animos prætenſoris, & ſuorum, ſeu ex non tuta nuncij fide aliáve de iuſta cauſa, & ſit alius, cui ſecurè hoc munus mandetur, arceri poterit, ſi verò alius deficiat, recuſatus, ſi probus eſt, non arceatur.

§. VII.

De relatione actorum à Commiſſario facienda, & qua forma & modo.

SVMMARIVM.

1 *Relatio ex triplici cauſa fieri poteſt. Prima ex violentiis, & perturbationibus, quas commiſſarius ſedare non valeat. Secunda ex dubio orto circa modum conficiendæ informationis*, num. 2. *Licèt ſufficiens dubium rarò euenire poſſit in cauſis puritatis*, num. 3. & 7. *Tertia cum informationibus perfectis mittere debet Commiſſarius plenam relationem eorum, quæ continent*, num. 8. *Quia plurimùm conducit, vt Capitulum, capella, ſeu communitas ſciat quantam teſtes mereantur fidem, & an fieri debeat in ſcriptis, aut verbis*, ibidem. *Quo modo fieri debeat*, num. 9. *Continere debet omnia cum ſuis qualitatibus, & circumſtantiis ad rem pertinentibus*, num. 10. *Recta & vera dicitur, cùm omnia in ſpecie, clarè & apertè narrantur*, num. 11. *Ex quatuor debet conſtare, primò ex integritate*, num. 12. *Secundò ex veritate*, num. 13. *Tertiò ex fidelitate, & puritate*, num. 14. *Quartò ex ſimplicitate & claritate*, num. 15. *Eius copia prætenſori tradi non debet*, num. 22. *Talis non dicitur, ſed ſubreptio, cùm confusè, & indiſtinctè fit*, num. 16. *Obſcura talis non dicitur, ſuſpicionem continet*, num. 19.

4 *Nemo melius quàm ipſe commiſſarius ſcire poteſt fidem, quàm teſtes merentur, & ſic diluere occurrentia dubia*, & num. 8.

5 *Princeps non debet conſuli in merè factis, quia eorum non habet ſcientiam*, num. 6.

6 *Ius certum in caſu dubio non cadit.*

17 *Probatio obſcura, & æquiuoca non releuat, & pro nulla habetur*, num. 18. *Suſpecta eſt*, num. 19.

19 *Paria ſunt obſcurè loqui, & nihil loqui.*

20 *Copia relationis de iure partibus præſtatur, & ad quid. Non verò in cauſis puritatis*, num. 22.

21 *Iudex relationem implere debet, dum partes diſcordant.*

OB triplicem cauſam relatio fieri poterit à commiſſario, & mitti ad ſuperiores, à quibus ſua 1
commiſſio emanat. Prima ſi à prætenſore, ſeu à conſanguineis eius violentiæ fuerint illatæ teſtibus, ſeu ortæ perturbationes, quas commiſſarius ſedare non valeat, nec liberè audeant teſtes veritatem propalare, debet relationem mittere ad tribunal ſupremum, vt opportunum prouideatur remediũ, & ſi opus ſuperſedeat in informatorio, & in examine teſtium, vt

ſu

in omnibus cauſis generaliter iure conſtitutum ma-
net. *ex l.1. C. de relat. l. ex illo. 13. C. de appellat. cap bona,*
4. §. nec obſtabat, de poſtul. prælat. cum ſimilibus. Vancio
de nullit. ex defectu iuriſd. ord. à num. 143. & ſeqq. Ma-
ranta *de ord. iudic. part. vlt. actu 2 num. 10.* Lancel. *in*
d. cap. 8. de attent. relat. pend. Per. Barboſ. *in l. eum qui,*
79. §. fin. num. 42. de iudic. cum aliis ab eis allegatis.
2 Secundò, dum in informatorio conficiendo, &
veritate probanda, ſeu in modo, quo id fieri poſſit,
aliquod magnum ſe offert dubium, quod in rei ma-
gnitudine commiſſarij mentem ſuperet, itavt du-
bius valde exiſtat, nec qua via ambulet, nec quò ſe
vertat, ſciat, debet ſuperius Tribunal conſulere, &
cauſæ relationem mittere, & reſponſum ſperare, vt
id fiat, quod iuſſum mittatur, ex l. eum quem. 79. §. iu-
dicibus, de iudic. l. fin. C. de legib. l. 1. & 2. C. de relat.
§. fin. ibi, *Si quid autem audientes iudices putauerint eſſe*
dubium: damus eis licentiam de his nunciare nobis, & con-
ſulere nos, vt dicant, quæ neceſſaria ſunt, & ita quod
agendum eſt, explicent, & faciant iuſta, & ſimul rationa-
bilia iudicia, in Auth. de iudic. nouel. 82. cap. intimaſti,
68. de appellat. l. 14. tit. 4. l. 11. tit. 22. l. 15. tit. 23. part. 3.
3 Speculat. *lib. 2. part. 2. tit. de relat.* §. 4. † quod rarò
euenire poſſe videtur in puritatis, & nobilitatis in-
formationibus, tum quia omnia prædicta iura lo-
quuntur de iure dubio circa ferendam ſententiam
omnibus viſis, & actis completis, & commiſſarij
harum informationum non tam de iure, quam de
facto agunt, nec ferre poſſunt ſententiam, ad quam
omnia mittunt acta ſuperioribus ſuis, qui de cauſa
4 cognoſcere valent, † tum quia nemo melius quàm
idem commiſſarius dubia circa qualitates prætenſo-
ris probandas diluere, nec aſſequi poteſt, cuius mu-
nus tendit ad plenam earum probationem, & fidem
teſtium aſſequendam, vt ſignificatur *in l. 3. §. in ma-*
5 *gis, de teſt.* quod omne in facto conſiſtit, † circa quod
non ſolùm Principem conſulere non debet, vt *in*
d. l. eum quem. 79. §. iudicibus, de iudic. Matth. VVeſem-
bek. *in paratitl. ad tit. de appellat. ſub num. 12. verſ. Eſt*
autem relatio. ſed ſi eum conſulat, ſe imperitum facit,
& oſtendit, vt probat Narbona *in l. 35. gloſſ. 5. num. 31.*
6 *tit. 3. lib. 1. recop. pag. 37.* † Nec quidem in facto dubio
ius certum cadere poteſt, Bald. *conſ. 365. certum eſt,*
circa medium, lib. 5. Ægid. Bellamer. *conſ. 48. num. 15.*
verſ. Quo ad primum. Feder de Senis *conſ. 152. in princ.*
relati per Aug. Barboſ. *Axioma 93. num. 3. & 5. pag. 58.*
nec Princeps factorum ſcientiam, ſed iuris tantùm
habet, quod diuerſum eſt ex diuerſitate factorum,
l. vt reſponſum. 15. C. de tranſact. cap. inuenis. 3. cap. de
muliere, 6. vbi bonus textus ad propoſitum *de ſpon-*
ſal. cap. habuiſſe, 7. 33. diſt. cap. graue, 74. 11. quæſt. 3. c in-
7 *dicantem. 11. §. ex præmiſſis, 30. quæſt. 5.* † Sed nihilo-
minus caſus euenire poterit, licèt rarò, quo neceſſe
habeat commiſſarius conſulere ſuperiores, & tunc
relatio fieri debet ea forma, quam inferius præ-
figam.
8 Tertiò perfectis informationibus, debet eas
commiſſarius mittere cum plena meritorum rela-
tione ad ſuum tribunal, ſeu communitatem, & cùm
iudex, qui examini teſtium præeſt, poſſit melius,
quàm alij, ſcire fidem quam merentur, vt *in l. 3. §. 1.*
de teſtib. & præter cæteros in noſtra puritatis mate-
ria loquendo conſiderat Chriſtoph. de Paz *in tract.*
de tenuta. 1. part. cap. 32. num. 80. plurimùm conducet
informantis relatio circa fidem, & integritatem te-
ſtium ad animos iudicum informandos de his, quæ
in actis continentur, & de aliis, quæ ex eis apparere
non poſſunt, ſiue hoc fiat in ſcriptis, vt accidit, cùm
commiſſarius non eſt ex tribunali, nec capitulo, nec
calculum fert in informationibus diiudicandis, ſiue
verbis, dum præſens eſt futurus in earum calculatio-
ne, vt adeſt in collegiis, & capitulis Eccleſiarum, in
ſancto verò Inquiſitionis Officio, & in ordinum Se-
natu ſemper relatio ſcriptis continetur, quia eorum
commiſſarii ſunt extra illa tribunalia, & ſtatutum
ita eſt, *in inſtruct. 34. commiſſariorum ſancti Officij. El*
comiſſario al pie de la informacion deſpues del ſigno del
Notario ha de informar al tribunal de ſu letra y firma, lo
que ſiente de la limpieça, y coſtumbres del pretendiente, y
de la muger, y del credito, que ſe puede dar à los tales te-
ſtigos. Et idem conſtitutum eſt in ordinum Senatu.
Forma autem ſeruanda in dicta relatione eſt, 9
quòd omnibus completis teſtibus & conteſtibus
examinatis, ſcripturiſque extractis debent commiſ-
ſarij ex cunctis ſimul rei veritatem indagare, de ve-
ro facto ſe inſtruere, teſtes inuicem regulare, quot
ſint pro puritate, & nobilitate, quótque pro macula,
& ignobilitate, & ponderare vtrorúmque rationes,
fundamenta, & qualitates, quid ex aliis teſtibus in
voce ſine ſcripto interrogatis perceperint, quidque
ex ſcripturis productis probatum appareat, omniá-
que recolligere cauſæ merita debent, vt ex omnibus
ita collectis facilè fidem, quam omnia acta meren-
tur, ſummare valeant, & relatio fiat, ſicut oportet,
† quia omnia cum ſuis qualitatibus, & circunſtan- 10
tiis ad rem pertinentibus in relatione contineri de-
bent, *arg. l. 1. §. fin. ſi fam. fur. fec. dic. l. certum. 6. ſi certum*
petatur, cum ſimilibus, ea deducendo ex coniunctio-
ne teſtium cum teſtibus, & ſcripturarum cum ſcri-
pturis, vt ad aliud dixit Bald. *in l. adeò. §. cum quis, de*
adq. rer. dom. & conſ. 338. incipit, *ea quæ veniunt, lib. 2.*
& faciunt tradita ab Ant. Pereg. *de fideicom. art. 16.*
num. 111. Dec. *conſ. 638. num. 7.* † Et hæc dicitur fieri 11
recta, & vera relatio cùm omnia in ſpecie clarè, &
apertè narrantur cum ſuis qualitatibus, vt optimè
ad propoſitum dixit ex Dec. *conſil. 695. num. 29.* So-
cin. iun. *conſ. 77. num. 84. lib. 1.* Natta *conſ. 636. num.*
192. lib. 3. Pelaez *de maiorat. 1. part. quæſt. 8. num. 12.*
Quæ, vt rectè fiat, ex quatuor conſtare debet, & 12
omnia comprehendit Pelaez loco citato. Primò, vt
integra ſit *ex l. 1. §. ſed nec ad nos, cum ll. ſeqq. C. de relat.*
l. ne cauſas. 15. C. de appellat. l. ſuper 3. ibi *relationibus*
plena maturitas eſt, l. ſi quando 4. ibi. *Omnem omnino*
cauſam relationis ſeries comprehendat. de relat. in C.
Theodoſ. lib. 11. cap. dudum. 22. §. cum autem allegationes.
de electione.
Secunda, quòd in omnibus, quæ continet, vera ſit, 13
l. fin. ibi, *vt reſponſuro principi vera precatio rem ape-*
riat cognoſcendam, C. de precib. Imperat. offer. faciunt iu-
ra cumulata per Matienç. *in Dialogo relator. 3. part.*
cap. 21. num. 4.
Tertia, quòd purè & fideliter omnia referantur. 14
cap. cùm Bertholdus. 18. §. licet autem. ibi. *qui cùm nobis*
omnia fideliter retuliſſet. de re iudic. cap. pura. 17. 3.
quæſt. 9. vbi *gloſſa. 1.* ait, *pura,* id eſt, *ſine dolo,* & melius
explicat idem textus in fin. ibi. *quod nihil etiamſi fue-*
rit bonum addatur.
Quarta, quòd ſimplex, clara, non obſcura, nec 15
æquiuoca ſit, *ex l. 2. de his quæ pro non ſcriptis, l. de ætate.*
11. §. nihil intereſt. 7. de interrogat. act. l. non intelligitur.
3. in princ. de iure fiſci, cap. in præſentia. 8. de probat.
cap. cùm dilecti 18 de accuſat. cap. erit 2. in fin. 4. diſt.
cap. ſi teſtes. 3. §. in teſtibus, vbi bona gloſſa *verb. ſimpli-*
citer. 4. quæſt. 3. † nam cùm omnia confuſè, & indi- 16
ſtinctè narrantur, potiùs dicitur ſubreptio, quàm
relatio. ex Menoch. *conſ. 1. num. 400.* Aym. Crauetta
conſ. 68. num. 3. Carol. Ruyn. *conſ. 56 num. 28 lib. 3.*
Thom. Gramm. *conſ. 34. num. 9. part. 1. deciſ. Pedam.*
142. num. 10. prout eos refert Pelaez *d. 1. part. quæſt. 7.*
num. 12. verſ. Hinc dicitur. † Quare nec obſcura, nec 17
æquiuoca probatio releuat. Annan. *in cap. auditis,*
num. 2. de reſtitut. in integrum. Aym. Crauetta *conſ. 725.*
num. 5.

Digitized by Google

num. 5. & conſ. 898. num. 22. Tib. Dec. reſp. 124.
num. 72. tom. 3. Philip. Corn. conſ. 254 num. 6. lib. 4. &
18 † & relatio, & probario obſcura pro nihilo habeu-
tur, ex text. in d. l. de ætate, 11. §. nihil intereſt. 7. de inter-
19 rogat. act. l. 2. de his, quæ pro nõ ſcriptis, † Et ſuſpecta præ-
ſumitur, ex l. non intelligitur 3. in princ. de iure fiſci, do-
cet gloſſ. verb ſimpliciter in d. cap. ſi teſtes, 2. §. induſtibus,
4. quæſt. 3. & obſcurè loqui, & nihil loqui paria ſunt,
dict. §. nihil intereſt. Soarez tom. 1. commun. opin. lib. 7.
tit. 19. n. 119. pag. 293. Aug. Barboſ. Axiom. 195. num.
2. pag. 104. Ad quæ omnia facilè & plenè adimplen-
da, valde commodum erit ab initio informatorij
breuirer in chattula annotare rationes, & qualitates
ſiogulotum teſtium, & inſtrumentorum, vt omni-
bus ita ſummaris, & in promptu habiris magis com-
modè relatio fiat, de quibus requiſitis videndus ſpe-
culator. 2. part. tit. de relat. §. qualiter, 5. n. 2. & in tit. de
remiſſion. §. videndum 4. n. 2. verſ. demum ad ſuperiorem.
20 Denique animaduerti debet, quòd etſi de iure,
dum relatio fit ad Puncipem, ſeu ad ſuperiorem, co-
pia partibus exhibeatur ad effectum, vt ſi alicui
minus plena videarur, valeat ſuas opponere ratione,
& ſuperioribus reſutatorios offerre libellos, vt ex-
preſsè iubetur in d. l. 1. & 2. C. de relat. c. intimaſti. 68.
de appell. d. l. 11. tit. 22. p. 7. Vueſembek ad tit. de appell.
n. fin. Auiles in cap. 20. prætor. verbo, Saber, verſ. Et teno.
Pet. Barboſa, in d. l. eum qui, §. fin. num. 75. de indic. & ſi
poſt ſcientiam tacuerit, apptobaſſe videatur, vt ex in-
de plenam efficiat fidem, ex l. 1. vbi Bart. n. 5. C. de re-
lat. Dec. in d. cap. intimaſti 68. n. 6. de appellat. Gregor.
verb. ante las partes, in d. l. 12. tit. 2. p. 3. nec auditur, ſi
poſtea aliquid opponere præſumar, l. 1. §. quæſitum, de
21 appellat. l. fin. Quando appellandum ſit. † & ſi partes cõ-
cordare nolint, poterit iudex relationem implere, &
plenè ita facta probabit, ex l. in venditione 8. §. fin. vbi
Bart. in fin. de bonis auctor. iudic. poſſ. & ex aliis pluribus
probat Pet. Barboſa in d. l. cum qui, §. fin. num. 39. de
22 indic. † tamen commiſſarius nullam copiam, nec
ſcientiam relatioois informationum puritaris dare
prætenſori, nec aliis debet, vt ſæpiùs dixi ſecre-
tò res agitur, & inſcio prætenſore in omnibos pro-
ceditur, quibus omnibus ſeruatis ſine dubio com-
miſſarius rite ſuum adimplebit munus.

QVÆSTIO VII.

De iure quæſito, quotuplex ſit, quando adquiratur, amittatúrve.

SVMMARIVM.

1 Intentum, & finis quæſtionis.
2 Ius quæſitum tripliciter conſideratur. Primò
in ſpe, à num 2. vſque ad. 25. Secundò ad
rem de quo, num. 26. & ſeqq. vſque ad
num. 110. Tertiò in re, de quo ex n. 108.
vſque ad num. 111. Sine facto adquiren-
tis tolli poteſt, num. 131.
Ius in ſpe aliquando intactum à iure ſerua-
tur, ſub d. num. 2. Et aliquando non venit
in conſiderationem, num. 3. Ratio huius
differentia, num. 4. Ex qua plura notabi-
lia inferuntur, num. ſeqq. Quod à iure ab
ipſo iure facilè tollitur, ſub d. num. 4. 4. Se-
cus ſi ab hominum proueniat diſpoſitione,
ibid. & n. 112. & ſeqq. maximè n. 117.
Minus eſt, quàm ius ad rem, & in re, &
ſic faciliùs renunciatur, n. 20. & 135. Tolli
ſine facto adquirentis non poteſt, n. 132.
Etiam ſi ex facto alicuius tertij quæſitum
fuerit, n. 133.
4 Princeps tollere poteſt quæ ſunt iuris ciuilis,
non ita quæ ſunt iuris naturalis vel gentiũ.
Actus incidens in cauſam, à qua incipere non
poterat, quando validus, ibid.
5 Princeps poteſt tollere, & minuere ius in ſpe,
quod prouenit à iuris diſpoſitione. Niſi actu
quæſitum fuerit, n. 6. Secus ſi ab hominum
proueniat voluntate, & diſpoſitione, & ex
leui cauſa poſſunt tollere inducta iure poſi-
tiuo, ſecus ſi ex iure naturali & gentium,
& ſic ius ortum ex præſcriptione & conſue-
dine, n. 7. Et poteſt ſucceſſorem inhabilem
reddere, etiam in præiudicium ſequentis in
gradu, n. 8. Niſi inhabilitas ab ſpeciali ho-
minis proueniat diſpoſitione, vel ſit iam al-
terius actu quæſitum, n. 9. Si verò illum re-
ſtituat in vita vltimi poſſeſſoris proderit
aduerſus ſequentem in gradu, & econtra
poteſt inhabilitare ne quis ab aliquo ad-
quirat, n. 10. Idem etiam eſt, dum ius proue-
nit ex contractu, quia nec tolli, nec minui à
Principe poteſt, niſi ex publica vtilitate &
pretio ſoluto, n. 11. Non habet facultatem
derogandi maioratibus nec mutandi eius
ſucceſſores, n. 119. & 120. Incapacem habi-
litat, n. 123. Clauſula, ſaluo iure alterius
ſubintelligitur, in omnibus eius conceſſio-
nibus, n. 124. Licèt poſſit priuilegiis dero-
gare, non tamen ſi ex eis eſt ius iam quæſitũ,
vel proueniat ex cõtractu, vel ex benè me-
ritis, vel pecuniis, n. 125. Licèt quidam vo-
lint quòd nec poſſit derogare priuilegio ſe-
mel conceſſo, n. 126. Poteſt tamen per legem
generalem iuri primogenituræ derogare,
n. 127. Et ſine lege, dum ius primogenituræ
ab eo ſumpſit originem, ſecus ſi à tertio, n.
128. Poteſt præiudicare in iure quærendo
ſpe non approbato, n. 129. Non verò præſu-
mitur velle tollere ius quæſitum, ex cauſa
oneroſa, n. 130.
Poteſtas abſoluta an ſit in Principe, ſub n. 11.
Plenitudo poteſtatis in illicitis potius dici-
tur plenitudo tempeſtatis, ibid.
12 Oppoſitio ad capellaniam, ſeu beneficium, quã-
do ius adquirat, & n. ſeqq. Si proueniat à iu-
re communi nullũ præſtat ius ſpeciale inter
oppoſitores, n. 13. Si verò proueniat ab ali-
qua ſpeciali diſpoſitione, vocatus expreſsè
ex oppoſitione conſequitur ius ad rẽ, n. 14.
Vbi defenditur opinio Io. Gut. Conſilio 1.
n. 24. Contra Pelaez de Meres Declaratur
amplius prædicta diſtinctio, n. 16. Concilia-
tur duæ contrariæ opiniones Pelaez de Me-
res circa propoſitũ dubiũ, n. 15. Vocatis ſpe-
cialiter à teſtatore tribuit ius in re contra
nonnullos, num. 24. Si verò plures vo-
centur ex certa deſcendentia & genere

inter eos nullum præſtat præcipuum ius, n. 17. Quod etiam locum habet in ſtatuto ſeu conſuetudine conferendi beneficia originarijs certi territorij, n. 18. Ad honores puritatis nullum ius tribuit, niſi ſpecificè nominatis à fundatore reſpectu extraneorum, non vocatorum, n. 19.

20 L. cum quidam 26. & l. in fraudem, 145. in princ. de iure fiſci conciliantur remiſſiuè.

19 Spes hæreditatis non aditæ renunciari poteſt in fraudem fiſci ſine ſolēnitatibus requiſitis ad adquirendum.

22 Prælatus poteſt renunciare bonis quærendis Eccleſiæ, aut monaſterio abſq; ſolēnitatibus.

Maritus ſiue mulier repudiare poteſt ſine conſenſu conſanguineorum requiſito ad alienandum, ibid. Et in creditorum præiudicium poterit renunciare lucra conſtanti matrimonio, quæſita, n. 23. Et legatum à marito relictum in præiudicium fiſci, ſi commiſerit delictum ex quo omnia bona confiſcanda veniant, n. 24.

25 Filius legitimam renunciare poteſt.

Hi tamen in fraudem creditorum lucra renunciantes peccant mortaliter, & conſulentes ſimiles renunciationes. ibid.

Renunciatio facta poſt latam ſententiam contra eum qui ſoluendo non eſt ex alijs bonis, quia in fraudem præſumitur, non attenditur, ibid.

26 Ius ad rem quale? & ex quibus adquiratur, num. ſeqq. Adquiritur ex admiſſione ad officium, & ex iuſſu faciendi informationes, n. 106. Dummodò ſeruetur forma requiſita ab ſtatuto, & ſi vnus non plures, fuerit oppoſitor, n. 107. Faciliùs adimitur quàm ius in re, n. 153. Et faciliùs renunciatur, ita vt nullum ius habeatur ad rem ſemel renunciatam, n. 154.

27 Electio tribuit ius ad rem, quod perfectum non dicitur, n. 28. Facilè amittitur, n. 29 & 34. Vbi de electionibus ad collegia & Eccleſias.

28 Vacatio prima non extinguitur per mortem eius qui ad rem tantùm habuit, ſecus ſi ius in re.

29 Non perfecta facilè reſoluuntur.

Electus intra menſem non conſentiens electionem iure ſuo priuatur, ibid. Et etiamſi intra tres menſes poſt conſenſum præſtitum confirmationem non petat, num. 30.

Et ſufficit ſi confirmatio petatur ab amico, num. 31.

Et ſi ſine confirmatione conceſſa ſe iniecerit in adminiſtrationem officij, aut præbendæ etiam iure priuatur, n. 32.

33 Acceptatio neceſſaria non eſt, vt electus ius adquirat ad rem.

34 Collegia ante deuentum ad electionem faciunt ſummariam informationem qualitatum prætenſoris, & examen litterarum præcedat, quod quidem cautè fit.

35 Præſentatio, & nominatio tribuunt ius ad rem, & quid ſint, & num. 37. & 37. Fieri debet à patronis poſt vacaturam, numero 38.

Aliàs facta, aut promiſſio præſentandi nulla eſt, n. 39.

A patronis laicis intra quadrimeſtre, & ab eccleſiaſticis intra ſemeſtre, num. 40. A quo tempore currat, n. 42.

Ratio differentiæ inter patronum eccleſiaſticum, & inter laicum, num. 47. & ſeqq. A patrono facta vim electionis habet, n. 50.

Plurium collectè, & ſimul facta an poſſit reiterari, num. 63. Laici, dum eccleſiaſticus præſentari debebat, & maculati dum purus, inualida, & ius præſentandi ad ſuperiorem redit, num. 81.

Inhabilis, cum conditione impetrandi diſpenſationem valida, & non priuatur patronus, nec pro ea vice facultate alium præſentandi, num. 83. Facta à Rege noſtro Hiſpaniæ velut patronus tribuit ius ad rem, n. 84.

41 Quadrimeſtre Regi patrono non currit.

43 Ignorantia patroni præſumitur, non ſcientia & ignorantia vnius ex alijs procedit, n. 45.

Craſſa, & ſcientia æquiparantur, num. 81.

Qualitatum aliquando excuſat patronum indignum præſentantem, & poterit ſecundò præſentare, num. 91. Probabilis facit quadriennium non currere, n. 92.

44 Præſumptio eſt pro patrono, niſi eius ſcientia apertè probetur.

46 Impedimentum, aut abſentia patroni ad non præſentandum intra ſignatum tempus ei prodeſt.

47 Patronus eccleſiaſticus poſt factam præſentationem variare non poteſt, ſecus laicus, qui poteſt variare, aut in diuerſis temporibus, aut vno contextu plures nominando, num. 48. ratio differentiæ, num. 49. Verior, num. 51. Vt laicus variare poſſit, quæ requirantur, ex n. 55. cum ſeqq. Indignum præſentans lethaliter peccat, n. 78. Eccleſiaſticus priuatur pro ea vice alium præſentandi, n. 79. Niſi inſimul cum patrono laico indignum præſentet, n. 80. & 81. Præſentare debet eum, qui qualitatibus requiſitis ſit præditus, n. 89. Et quæ debeat conſiderare ad ritè præſentandum, n. 90.

52 Variatio in iure quæſito non admittitur.

53 Conſilium mutare quando liceat.

54 Ius quæſitum præiudicari non poſſe, intelligitur ſi ſit perfectum, & dum aliud iure ſtatutum non eſt.

55 Variatio patroni laici multis concurrentibus fieri debet. Primò, quòd prima nominatio firma maneat, ſecundò, quod ius

ius præſentato adquiſitum extra præſentationē ſaluum exiſtat,n. 58. *Tertiò,quod nō niſi ſemel locum habeat*,n.61.

56 *Nominatus primò æquè idoneus præferendus eſt*,& n.57. *Maximè lite inita cum aduerſario,cui ſecunda præſentatio damnum afferre non poteſt*,n.58.*Etiamſi fuerit defunctus*,n.59.*Intelligitur*,n. 60. *Dum plures nominati à diuerſis patronis collitigant, & vnus decedit, quia tunc ſecundò præſentare non poteſt patronus, ſecus ſi præſentatus collitigat cum non præſentatis & moritur, quia tunc alium ſubſtituere poteſt*,n.60.

61 *Ius variandi pro vna tãtùm competit vice.*

62 *Infinitas,& pluralitas actuum vitanda,quia confuſionem parit.Patronus qui poteſt variare duos tantùm poteſt nominare,vt infinitas tollatur*,ibid.

64 *Præſentatus à maiori parte patronorum præferendus. Niſi indignus fuerit, quia tunc præferri debet dignus, à minori parte præſentatus*,n.66. *Ex concordia patroni Eccleſiaſtici, & laici præferendus præſentato ab aliquo eorum ſeparatim*, n. 77. *A patrono reiici poteſt per collegium,nec capitolum ſine iuſta cauſa*,n.87.*Quia cæteris præferendus eſt*,n. 88.

65 *Comparatio zeli ad zelum,nec meriti ad meritum non eſt facienda in legitima præſentatione.*

Patronus quando peccet præſentando idoneum omiſſo digniori,ibid.

67 *Dignior in dubio præferendus.*

68 *Idoneus æquè nominatis exiſtentibus gratificationi locus eſt.*

Idoneitatē maiorē cognoſci perdifficile, ibi.

69 *Iuſpatronatus mixtum,& eccleſiaſtici, & laici regulatur ſicut eccleſiaſticum, in priuilegiis & commodis, ſecus quoad diminutionem*,n.73.

Non cenſetur derogatum, niſi ſpecialiter derogatum,niſi ſpecialiter derogetur, num.74.

75 *Iuris patronatus mentione facta intelligitur de eccleſiaſtico.*

80 *Clericus & laicus patroni ratione patrimonij indignum præſentantes poſſunt intra quadrimeſtre alium præſentare, dummodò ignoranter,non ſcienter hoc fecerint*, n. 81.

81 *Scientia,& ignorantia craſſa æquiparantur.*

82 *Procurator cum generali mandato indignum præſentans vero patrono non præiudicat.*

85 *Impetratio generalis à ſummo Pontifice non præiudicat præſentato à patrono, niſi cum ſpeciali derogatione iuris patronatus, quæ præſumenda non eſt*,n.86.

93 *Prouiſio quid? Ius præſtat ad rem. Facta cenſetur ſub conditione,ſi in prouiſo adſint requiſitæ qualitates*,n.94. *Et prout fieri ſolitum eſt*, n. 95. *Prouiſiones dignitatum requirentium puritatem ſanguinis ſub conditione cenſentur facta, ſi adſit prædicta qualitas*,n.99.*Illi competit,in cuius menſe decedit, qui ius in re conſequutum habet*, n.109.

96 *Nemo cenſetur facere,quod non eſt conſuetum.*

97 *Inueſtitura præſumitur facta prout eſt mos.*

98 *Gratia Principis interpretatur ſecundùm modum,& formam ſalitam.Et facta à ſummo Pontifice de præbenda, quæ ſanguinis requirit puritatem, ſub eadem conditione facta cenſetur*,n. 100. *Et à Rege noſtro facta de habitu militari,iiſdem*, n. 102. *Adhuc non facta facilè adimitur*, n. 116. & 123. *Denegari poteſt re integra*, n. 149.

101 *Communitas ſeu capitulum an teneatur maculam,ſeu defectum prouiſi probare ad eius excluſionem.*

103 *Ius in re quando adquiratur in honoribus puritatis,&* & ex n.108.*maximè*, n. 111. *Quale,& quando adquiratur*,ex n. 108.& ſeqq. *Perfectum eſt,& ſi poſt eius adquiſitionem decedat beneficiatus,vacat de nouo beneficium per eius obitum, non verò prima durat vacatio*,n.108.& 109. *Dummodò acceptata fuerit collatio abſentis facta aliàs ius ad rem tantùm habet*,n.110.*Difficiliùs adimitur, renunciatúrque*, num. 156.

104 *Prætenſor in ſancto inquiſitionis officio ex oblata tantùm petitione nullum omnino ius conſequitur.*

105 *Querelæ aliquorum,qui prætendunt ius ex ſola oblatione petitiones reiiciuntur,& ſine cauſa eſſe dicuntur.*

112 *Ius quærendum facilè tollitur*,& n. 113. & *renunciatur*,n.114.

115 *Ratio non tanta habetur iuris quærendi; ſicut quæſiti.*

119 *Naſcituri idem ius habent ad fideicommiſſum quàm iam nati. Adquirunt dominium. Et pro natis habentur quoad ſuum commodum*,& n.20.

121 *Ratio eadem verſatur in eo, qui adeſt tempore teſtamenti, ſicut in eo qui ex poſtfact venit.*

123 *Incapax habilitatur ex gratia Principis.*

114 *Clauſula ſaluo iure alterius, ſubintelligitur in omnibus Principis conceſſionibus.*

131 *Ius adquiſitum ſine facto adquirentis tolli nō poteſt.Etiamſi in ſpe tantùm ſit, dummodò ex contractu,aut ex lege competat*, n. 132. *Etiamſi ex facto alicuius tertij quæſitum fuerit*, n.133.

Radicatum à lege, contractu, ſeu quaſi contractu operatur ſaltim ſpem conſiderabilem,n.134

Tolli eſt contra ius diuinum & poſitiuum. Nec dominia rerũ Princeps tollere poteſt,n. 136.

137 *Indices ius impartiendi munus habent, & multo magis bonam famam & honorem*, n.138

n.138.*Dum ius quaſitum nõ eſt, an poſsint ſuos informare animos ex informationibus per ſententiam reprobatis*, n. 147. & ſeqq.*Negatur*, n.150

139 *De minimis in cauſis honoris conſiderandum eſt, & dum agitur de auferendo ius alterius*, numero 140. *Ius pontificium de eis curam habet*, n.141.

142 *Prætenſor reiici non debet poſt inceptas informationes puritatis, ius habet conſiderabile*, n.150. *Habens ius adquiſitum nõ ita facilè repellitur, ſicut dum nullum*, n.146.

143 *Renunciatio iuris quaſiti quando ſit mera donatio. Et tunc dicitur cum ſit de iure certo, & radicato, ſecus aliter*, num. 144. *Inoffícioſa quando poſsit reuocari*, num 147. *Amiſſum quando dicatur, quod adquiri potuit, & non adquiritur*, ibid.

148 *Vis parua ſufficit ad euertendum ius nullũ.*

151 *Nemo repellitur per id, quod nihil eſt.* *Proximum lædere propter cauſam reiectam velut falſam, eſt contra æquitatem.*

155 *Auctoritas iudicis non requiritur ad renunciandum ius ad rem, ſecus ad renunciandum ius in re*, n.157.

1 CVM difficiliùs excludatur ab honore, ſeu dignitate, quĩ ius aliquod adquiſitum habet, quã qui nullum, & is non adeptum ius aliquando iam adquiſitum afferat, vt multoties euenit in ſancto Inquiſitionis officio, poſt oblatam tantum genealogiã cum petitione, aut verbaliter ſaltim, & conquætitur, ſi vel non admittatur, aut ſi differatur admiſſio; ex quo diminutionem ſuæ æſtimationis proponit; viſũ mihi fuit hic agere de iure quæſito quando adquiratur, quale, & quotuplex ſit, vt deinceps aboleãtur prædicta dubia, & importunæ prætenſorum preces, & allegationes iniuſte iuris quæſiti, & ſi aliquod ius acquiſitum habeant, illis obſeruetur, ſicut res, de qua agitur, & ius expoſtulant.

2 Ius adquiſitum tripliciter conſideratur. Primò, in ſpe, quod verè adquirendum venit, licèt actu acquiſitum non ſit, de quo plura iura loquuntur, quæ aliquando intactum illud obſeruant, vt facit *text. in l. patre furioſo, 6 de his, qui ſunt ſui & in l. cùm ita legatur*, aliàs *l omnia 31. § in fideicommiſſo. 6. l. cum pater, 77. § in libertis, 27. de leg. 2. l. fin. de pactis, l. ſi poſt mortem, 10. § fin. de contra tab. l ſpem, 3. C. de donat. l. ſi conſtante, 19. verſ. exceptis C. de donat. ante nupt.* & ſimiles in diſcurſu allegandi maximè *ex num.* 131. † Aliquando verò illud ſpernunt, tollunt, & impediunt, 3 *vt in l. 3. § illud, 5. verſ. adeò de lib. agn. l. 3. §. quæri 6. l. poſt finitam 11. de ſuſpect. tut. l. fin. C. de adq. poſſ. cap. quem ad modum, 25. de iureiur.* & cum adducendis inferiùs ex n. 112. cum ſeqq. † Quæ iurium differentia ex di- 4 uerſis cauſis oritur, præter quidem communiter iure traditam inter actus verè perfectos, & imperfectos, diſtinctionem, de qua præter adductos ſuprà q. 4. § 4. n. 139. agunt Eguinar. Varo, & Corraſ. *in l. pro parte, de ſeruit.* Din. *in reg. factum, de reg. iur. in 6.* Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa lim.* 12. Claud. Pratei *lib. 6. gnoſeon iuris tit. 7. c.* 4. relati à D. Fr. de Amaya *lib. 2. c. 5. n. 47.* quæ ad noſtrum inſtitutum magis pertinet illa eſt, quòd ſi ius quæſitum in ſpe ex iuris communis prouenit conceſſione, facilè ab eadem iure tollitur, vt faciunt *d. l. 3. § illud, verſ. adeò*, & cætera allegata iura: ſi verò ab hominum proueniat diſpoſitione, non ita facilè tollitur, qua ſpecie loquuntur iura primo loco adducta & ſic intelligenda puto tradita à Peregr. *de fideicom. art. 52. n. 35.* & licèt ab hac diſtinctione diſcedere videatur Ant. Fab. *de error. n. 14. & 15.* intelligendus eſt prout ipſemet explicat. 1. *iuriſp. princ. 2. confut. 3. circa fin.* dum non conſtat apertè de Principis voluntate, aliter ſecus, in dubio enim talis voluntas non præſumitur, quod & nos aſſerimus à qua conciliatione, ſeu diſtinctione plurium dubiorum ſolutio, & reſponſio proueniunt.

Primò poſſe Principem ius in ſpe quærendum, 5 quod à iuris communis cõceſſione prouenit, tollere, ſeu minuere, vt *in l. non fraudantur, 134. de reg. iur.* tradunt communiter DD. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum de lib. & poſth.* Alc. *reg. 3. præſ. 11. n. 7.* Pelaez *de maior. 2. partis initio n. 485.* Pereg. *d. art. 42. ex n. 151.* explicat Crauetta *de antiq. tem. 1. p. in initio ex n. 40.* etiã ſi conſiſtat in diſpoſitione hominis, dummodò primariò vim capiat à iure communi, potius quàm ab hominum voluntate ex traditis per Alc. *d. præſ. 11. n. 5.* & à Meno. *lib. 2. præſ. 9. n. 20. & lib. 4. præſ. 79. n. 3. & cõſ. 20. n. 29. & conſ. 157. n. 24.* Dec. *in auth. ſi qua mulier n. 22. C. de ſecund. nupt.* Ant. Theſaur. *dec. 227. n. 10.* & aliis adductis à Pelaez *citato loco, n. 487.* † niſi ius actu quæ- 6 ſitum fuerit, cui, non eſt credendum, velle Principem præiudicium afferre, *l. quoties 2. l. reſcripta 7. C. de precib. Imp. offer. & c. quamuis, 8. de reſcript. lib. 6.* Menoch. *de recup. poſſ. rem. 10. n. 201.* Aug. Barb. *clauſ. 157. n. 3. pag. 155.* Marc. Ant. Genuenſ. *pract. eccleſ. q. 10. n. 2. & q. 65. n. 4.* † Io. Gut. *conſ. 11. à n. 1.* Laur. Calcã. *conſ. 36. n. 28.* ſi 7 verò ius primariò ab hominis proueniat voluntate, & diſpoſitione, illud Princeps tollere poteſt, *ex l. 1. ſi quid in fraud. patr. l. in diem, 9. § non autem, de qua & aq. pluu. arc.* tradit Greg. *in l. 3. gl. verb. mugeres t. 13. p. 6.* Oldrald. *conſ. 94. n. 12. & 13.* Burg. de Paz *conſ. 18. n. 3.* Rol. à Valle *conſ. 85 n. 24. lib. 1.* Menoch. *conſ. 211. n. 97. cum ſeqq. lib. 3.* & in Papa loquitur *text. in c. ad aures 2.* vbi gloſ. & Ripa *n. 45. de reſcript.* Pereg. *art. 52. n. 16. & 81. & n. 154.* vbi plures, vnde dictum Principẽ in legibus humanis diſpenſare ex leui cauſa, Moneta *de commutat. vlt. vol. c. 7. n. 119. verſ. ſecundus*, Aug. Barb. *clauſ. 41. n. 11.* & 16. in iure verò naturæ, & gentiũ, & ſic in hominũ diſpoſitionibus non niſi ex iuſta cauſa Moneta *n. 120.* Barb. *12. citatis locis*, quæ publicã reſpiciat vtilitatẽ, ex relatis infrà ſub n. 11. atq; inde ius ex præſcriptione ortũ facilè Princeps tollit ex allegatis à Maſtrill. *3. de magiſt. c. 4. n. 312.* vbi quid in conſuetudine.

Secundò prouenit, quòd ſi Princeps, coadiuuando 8 diſpoſitionẽ hominis, reſtituat vocatũ qui aliàs inhabilis ex delicto erat ad ſuccedendũ, amiſſa integrè nanciſcitur iura, etiã in præiudiciũ ſequentis ſucceſſoris, vt *in l. 3 de natal. reſt. per l. 1. de contra tab.* & per alia iura quæ ad hoc adducit Bal. *in c. 1. Hic finitur lex Conradi in princ. col. 1. in vſib. feud.* & Dec. *conſ. 445. n. 70.* plures cumulant Pereg. *n. 487. citatis in locis*, Minchac. *lib. 1. controu. c. 1. ex n. 30.* & plures cumulat caſus Marc. Ant Genuenſ. *pract. eccl. q. 10. & q. 61. per totas*, quia tunc iuuat hominis diſpoſitionẽ, iuris ciuilis obſtaculum tollendo. † Quod etiã intelligendum 9 eſt ſecundùm propoſitã diſtinctionẽ, niſi inhabilitas proueniat ex ſpeciali teſtatoris diſpoſitione, quam tollere Princeps non poteſt, vt diximus, & niſi reſtitutio fiat poſt eius tertio in actu quæſitũ, quia mortuo iã vltimo poſſeſſore obtinuit fideicõmiſſum, vel maioratũ, cui Principis beneficiũ obeſſe non poteſt, ſecundùm Io. Gut. *d. conſ. 11. n. 2.* Menoch. *conſ. 103. n. 25. lib. 1. conſ. 275. n. 42. lib. 3.* de quo videndi plures apud Ant. Pereg. *d. a. 52. ſub n. 155.* Tib. Dec. *to. 1. crim. lib. 3. c. 35. à n. 155. cũ ſeqq. & to. 2. lib. 7. c. 40. n. 41.* Pelaez *de maior. 1. p. q. 12. per totã.* † Si verò reſtitutio 10 Principis fiat in vita vltimi poſſeſſoris proderit reſtituto eius beneficiũ reſpectu ſequentis vocati, cui ius

tantùm

tantum in ſpe eſt, & non actu, ex Dec. *d. conſ.* 445. *n.*
70. & Matth. de Afflict. *n.* 36. & And. de Iſſen. *n.* 19. *in c.*
1. *§. preterea vaſſallus.* Numquid ſi Princeps vſib. feud.
econtra verò poterit inhabilitare, ne quis ab aliquo
adquirat, vt *in l. cum pater, 77. §. filius matrem. 23. de leg.*
2. & in l. is cui bonis, 6. de verbor. l. ex ea. 9. de poſtulat.
Bar. *in l. 1. ſub n. 32. verſ. aut ſtatutum eſt prohibitiuum, C.*
de ſum. Trin. Tiraq. *ad ll. connub. gloſſ. 8. q. 26. n. 216.* pro-
vt hæc refert Peregr. *n.* 152. *cita loco.*

11 Tertiò prouenit, idem eſſe, dum ius quæſitum fuit
ratione contractus, quod tollere ſimiliter Princeps
non poterit, nec debet, etiam ſi in ſpe tantùm adqui-
ſitum ſit, quia non iure communi, ſed ex hominis cō-
petit diſpoſitione, *d. l. ſi quid in fraud. patr.* cum addu-
ctis à Bal. *in l ſi conſtanti, C. de donat. ante nupt.* & *conſ.*
431. *ad euidentiam præmittendum eſt, col. 2. lib. 2.* Dec.
in c. 1. n. 4. verſ. ſimiliter non obſtat, de reſcript. Crauet. *de*
antiq. 1. p. in princ. n 33. *& ſect. 1. n.* 38. Pereg. *n.* 127. Pe-
laez 543. *locis citatis,* Aug. Barb. *clauſ.* 41. *n.* 26. *& ſeqq.*
pag. 49. ad quod faciunt plura tradita à Carol. Ruin.
conſ. 3. n. 4. 5. & 20. lib. 1. quod enim non ex facto le-
gis nec Principis prouenit, ſed à priuatis, vel ſit in
vltima voluntate, vel inter viuos ratio naturalis di-
ctat à Principe, nec à lege ſine cauſa auferri non
poſſe, quia ratione publicæ vtilitatis poſſe Principē
ius quæſitū tollere omnes vno ore fatentur, *per l. itē*
15. §. 11. de rei vendic. l. Lucius 11. de euict. Pereg. *n.* 128.
citato loco, P. Greg. *de repub. lib. 7. c. 20. n* 37. *&* 54. Men-
doça *de pact. lib. 1. c. 5. n. 23. verſ. vel ſecundo* apud Ama-
ya *lib. 1. obſeruat. c. 1. n.* 63. Barboſa *n. 14. ſupra,* niſi ali-
ter publicæ vtilitati valeat ſuccurrere, ex Anchart.
Ant. Gab. & Mēnoch. apud Pelaez *n. 569. citato loco,*
& pretio ſoluto, ex Menchac. & Oſuald. locis citan-
dis, & ex Maſtrill. 3. *de magiſt. c. 4. n.* 352. 360. *& ſeqq.*
attamen alia poſſe Principem ex abſoluta poteſtate,
ſine tertij præiudicio in iure verè quæſito ei negari
non poteſt abſque diminutione ſuæ poteſtatis cum
Pelaez *ſub n.* 491. Caſtillo *de tertiis c. 41. ex n. 2.* qui
latiſſimè de hoc agit *circa medium.* Peregrin. *ex num.*
118. citatis in locis contra Amaya *numero 46. cum*
dub. ſeqq. Mendoça *quæſt. 2. ex num. 35. citatis in locis*
quorum contrarias ſententias ſic puto conciliari
poſſe, vt abſoluta poteſtas in Principe non conſide-
retur quoad tollendum ius verè quæſitum, ſic verò
quoad quæſitum ſpe competens ex iuris communis
cōceſſione, non ab homine, aliàs bene dicitur, potiùs
eſſe plenitudo tempeſtatis quàm poteſtatis, vt per
Crauet. *d. ſect. 1. n* 4. Mench. *illuſt. lib. 1. c. 5. n.* 17. Mat-
theac. *de via iur. lib. 1. c. 34. n.* 15. Ant. Fab. *iuriſprud. li. 1.*
tit. 1. princ. 2. confut. 3 & tit. 1. princ. 8. confut. 2. & in C. li.
1. tit. 11. diffin. 1. n. 10. Aug. Barb. *ſup. n.* 25. Oſu. ad Don.
lib. 5. com. c. 3 lit. A. pag. mihi 257. Caſtillo vbi ſuprà.

12 Quartò prouenit, deciſio illius quæſtionis, quan-
do ex oppoſitione ad capellaniam, beneficium ſeu
præbendam ius adquiratur, quia diſſonos inuenio
Doctores, & vera reſolutio eſt, quòd ſi ius opponendi
proueniat ex iure communi, & non ab aliqua homi-
num ſpeciali diſpoſitione, vt in Cathredalibus, &
collegiatis Eccleſiis ſunt ad minus duæ præbendæ,
vna iuris Pontificij, altera Sacræ Scripturæ, & Theo-
logiæ, in quarum vacatura poſſunt ſe opponere om-
nes, qui velint, ex qua oppoſitione nullum ius adqui-
ritur inter ipſos oppoſitores, ex adductis à Nic. Garc.
de benef. 4. p. c. 3. n. 65. *circa fin.* & latiùs *in n.* 81. quia
omnes ſunt inter ſe æquales, & iure communi pariſi-
cantur, nec habet vnus ius magis ſpeciale, quàm cæ-
13 teri, ex quo eis præfetatur, † atque ita intelligo Do-
ctores negantes ius adquiri ex oppoſitione, inter
quos eſt Caſſador. *dec. 18. de præb. per tot.* Philiarc. *de*
officio ſacerdotis, 2. p. li. 4. c. 13. Nic. Garc. *citato loco n.* 62.
in fin. Pelaez. *de maior. 2. partis initio n.* 474. vbi refert
Puteū *lib. 3. dec.* 255. & alios Gonçal. *ad reg. 8. Cancell.*
gl. 9. §. 1. n. 89. Sarnēſ. *de iure quæſito, q. 1. n.* 10. Aug. Bar-
boſ. *clauſ. 44. n. 8. pag.* 53. † Si verò aliqua ſit ſpecialis 14
diſpoſitio, ſeu vocatio ab ſtatuto, ſeu ab homine vo-
catus ſpeciatim ex oppoſitione adquirit ius ſaltim ad
rem, atque ita ſunt intelligendi Gomez *ad regulam*
Cancellariæ de non tollendo iure quæſito pag. 59. Rebuſſ.
in praxi beneficiali in declaratione nouæ prouiſionis n. 3.
pag. 216. Io. Gut. *conſilio 1. n.* 24. de quo ſine cauſa du-
bitauit Pelaez *in d. n* 474. quia cùm ibi loquatur Gut.
de oppoſitione facta per vocatum à teſtatore ad ca-
pellaniā, vt patet ex initio eiuſdem conſilij rectè lo-
cutus fuit, pro quo faciunt tradita per Bartholo-
mæū Soci. *conſilio 164. Viſa Bulla n. 20. lib. 3.* Nic. Gar.
d. c. 3. n. 61. licèt poſtea *n* 63. verius eſſe aiat, hac in
ſpecie ius conſiderabile tantùm adquiri, de quo ſta-
tim agam & ita loquuntur Sarnenſis *n.* 11. & Auguſt.
Barboſa *n. 9. locis citatis.*

Quintò ex prædicta differentia prouenit declara- 15
tio, ſeu conciliatio cuiuſdā cōtrarietatis quā inuenio
penes Pelaez de Meres, qui *in 2. partis initio d. n.* 474.
videtur defendere in prædicta ſpecie nullum ius ex
oppoſitione oriri quatenus dubitat de opinione Io.
Gut. *in d. n.* 24. qui conſtituit ius ad rē fuiſſe adquiſi-
tū ex oppoſitione de qua ibi. Et poſtea idē Pelaez *in*
4. p. q. 1. n. 161. in eadē ſpecie non tantùm ius ad rem
admittit, ſed etiā ius in re, quod maius eſt, vt poſtea
dicā, vt videlicet intelligatur prout in d. illatione di-
xi, alias ſibi contrarium extare non eſt dubiū, aut er-
rore lapſum circa intelligentiā dicti conſilij, & do-
ctrinæ, quod amplius exponitur in ſequenti intelli-
gentia.

At ego prædictam intelligo differentiā, vt vltima 16
eius pars circa ſpecialē diſpoſitionē cū diſtinctione
accipiatur, nā qui ſpeciatim à fundatore fuerint vo-
cati, & omnino ſunt alijs præferendi, & ſine dubio
habent ius quæſitū in re, cum ex oppoſitione videan-
tur acceptaſſe nominationem, ſeu vocationē à fūda-
tore factam eſto ſit aduerſus Nic. Garc. *de benef. d. c. 3.*
n. 63. qui loqui videtur in diſſimilibus terminis, quod
probatur ex Abb. *in c. cum in cunctis, §. inferiora, n. 11.*
de elect. Fel. *in c. nonnulli, n. 23. & 24. de præſcript.* Sta-
phil. *de litter. gratia, tit. de vi & effectu clauſul. §. de clau-*
ſulis non obſtatiuarum. Lambert. *de iure patron. q. 7. art.*
29. n. 3. Azor *inſt. mor. 2. part. lib. 6. c. 8. q.* 15. faciunt tra-
dita per Gomezium *in reg. Cancell. de non tollendo iure*
quæſito, pag. 59. Rebuf. *in praxi benef. in declarat. nouæ*
prouiſ. n. 2. pag. 216. Bart. Socin. *conſ. 164 Viſa Bulla, n.*
20. lib. 3. Caſtador *deciſ. 18. tit. de præb.* & adducta per
eumdem Garciā *citato loco n.* 75. quia iſti habent ius
certum ſpeciatim à teſtatore tributum, quod eis au-
ferri non valet, in cuius terminis loquitur Puteus, &
habent locū deciſiones adductæ ab eodē Nic. Garcia
citato loco n. 66. & ſeqq. † Si verò certum ius non ha- 17
beat, ſed plures ex genere, & deſcendentia à teſtatore
nominata ſe inuicē opponant, quorū ius dubium ſit,
præcipuū aliquod inter ſe nō habebunt, cùm omniū
æquale ſit, vt ait Mohedan. *dec.* 1. & Gonçalez *gl. 9. n.*
94. relati à Garcia *ſuprà n.* 71. † Quæ diſtinctio etiā 18
locum habet in ſtatuto, aut conſuetudine conferen-
di beneficia originariis certi territorij eſt in Grana-
tenſi, Genenti & aliis Diœceſibus Hiſpaniæ, quo-
rum meminit *in dict. initio. 2. part. num. 473. &*
474. & dict. 4. parte, quæſtion 1. num. 161. quia ſi
opponantur plures eiuſdem territorij, omnibus
eſt ius æquale, nec vllus eorum præcipuum habe-
bit, ex eod. Gonçalez *gloſſ. 9. §. 1. à num.* 94. Mo-
hedano *d. deciſ. 1. de præbend.* Abb. *in c. cum Bertholdus,*
num. 10. de re iud. Ripa *in rub nu. 70. de iudic.* reſpectu
verò incolatum alterius diœceſis habet quilibet
eorum ius ſaltim conſiderabile, quod eis auferri

ab alio præter Papam non poterit, vt bene explicat
Garcia citato loco n. 63. cui non adhæreo, quatenus
contrarium admittit in Summo Pontifice, cùm non
ſit vero ſimile velle ex clauſula generali derogare ſta-
tuto, ſeu conſuetudini ſpeciali ſecundùm Pelaez
in d. initio, num. 474. & d. quæſt. 1, num. 161. & plu-
res apud Auguſt. Barboſ. clauſ. 157. ex num. 1. pag.
155.

19 Sextò prouenit, in materia ſtatutorum puritatis,
quòd deficienti ſpeciali conſtitutione admittendi
certas perſonas, aut ex certo genere, & ſi plures oppo-
nantur, nemo ius quæſitum, nec ſpe quidem habebit,
vt eſt in ſancto Inquiſitionis officio, & Eccleſia To-
letana, & in aliquibus Collegiis ex Philiarc. de offic.
ſacerd. 2. p. lib. 4. c. 23. Pelaez citato loco. Nic. Garc. d. c.
3. n. 62. in fin. ſi verò ſit ſpeciale ſtatutum, aut diſpoſi-
tio admittendi certas perſonas, aut ex certo genere,
ſi plures concurrant, quorum nemo ſit primò voca-
tus, inter ſe præcipuum ius non habent, ſed æqua-
le, reſpectu verò aliorum non vocatorum ius habent
adquiſitum quod eis auferri non poteſt; ſi quidem
alius ſit primò nominatus ex oppoſitione inncta
prælatione ius in re conſequutus eſt, ex proximè di-
ctis.

20 Septimò prouenit, quòd ius in ſpe minus eſt, quàm
adquiſitum ad rem, ſiue in re, & ſic faciliùs renuncia-
tur, ſecundùm l. alienationis 28. verſ. qui occaſione ad-
quirendi, de verb. ſign. & text. in l. cum quidam, 26. de iu-
re fiſci, quæ antynomiam contrahit cum l. in fraudem,
45. in princ. eiuſd. tit. de quarum conciliatione, & in-
telligentia omnino videndi ſunt Oſuald. Illiger ad
Don. lib. 23. comm. c. fin. lit. C. obiect. 1. Cuj. ad d. l. 26. &
Alberic. de ſtatutis, 2. p. q. 24. Nellus de bannit. in 1. p. 2.
temp. q. 30. Tello Fernand. in l. 4. Tauri, à n. 62. cũ ſeqq.
P. Th. Sanc. de matrim. 6. diſp. 4. num. 8. verſ. Tertio alij
temperant. & in decal. lib. 2. c. 14. n. 52. & 53. Filliuc. &
21 Bonac. infrà n. 25. † allegati dicẽtes, quòd in fraudem
fiſci ſpes hæreditatis non aditæ renunciari valet,
etiam non adhibitis ſolemnitatibus ad adquiren-
dum requiſitis, ſecundùm Quintil Mandoſ. de ætate
minor. q. 11. per totam. Gracian. diſcept. for. to. 2. c. 271.
ex n. 10. Caſtell. in l. 55. Tauri, fol. 161 col. 4. Pet. Surd.
deciſ. 278. n. 8. & ideò maritus renunciare poteſt lu-
cris ex matrimonio quæſitis, in præiudicium credi-
torum, ex Pariſ. conſ. 127. lib. 1. Gracian. ſuprà tom. 1.
c. 132. n. 15. & ſeqq. & legato ſibi relicto in præiudi-
cium filiorum primi matrimonij, ex Surd. de aliment.
tit. 9. q. 4. ex n. 29. cum ſeqq. niſi in caſu de quo Gra-
cian. diſcept. for. 2. tom. c. 248. n. 25. ſicut cuilibet lega-
to in præiudiciũ creditorũ l. fin. C de adq. poſſ. Couarr.
in c. Rainaldus. §. 3. n. 12. verſ. add. præterea, de teſtam. P.
Th. Sanc. infrà citando loco, Gracian. diſcept. for. 3. to.
22 c. 458. n. 19. & 20. † & Prælatus abſque ſolẽnitate po-
teſt renunciare bonis quærendis monaſterio, vel
Eccleſiæ, vt in hæreditate loquendo tenuit Bar. in l.
fin. de bonor. poſſ. Bal in l. bonorum. q. 5. n. 7. C. qui admitti,
Abb. in c. 1. n. 21. & 22. de dolo, Fel. qui de communi
teſtatur, in c. in præſentia, q. 10. ſub n. 57. de probat. Me-
noch. de arbitr. caſu. 171. n. 53. Simoncel. de decret. li 3.
tit. 8. inſpect 9. n. 67. fol. 128. Rol. conſ. 15. n. 23. vſque ad
42. lib. 1. Aym. conſ. 152. n. 9. Rom. conſ. 184. vbi Man-
doſ. Lap. alleg. 25. in fin. Aldobr. conſ. 26. n. 83. & 84.
lib. 1. & mulier quæ ex ſtatuto tenetur ad alienandum
conſanguineorum adhibere conſenſum, repudiare
poterit hac ſolemnitate omiſſa, ex adductis ab And.
Tiraq. in l. 16. connub. gloſſ. 5. verb. contracter. n. 31. fol.
269. Gracian. Marchiæ deciſ. 12. n. 24. Gozadino conſ.
12. n. 6. de quo in noſtra Hiſpania attenta diſpoſitio-
23 ne, l. 54. & 55. Tauri, dubitat Io. Gut. alleg. 3. n. 15. † Et
in creditorum præiudicium poterit mulier renun-
ciare lucris conſtante matrimonio quæſitis, l. patrem,
19. de his quæ in fraud. cred. Bald. in rub. col. fin. C. de fide
inſtrum. Iaſſ. in l. poſt mortem, n. 3. de his, quæ in fraud.
cred. & in §. item ſi quis in fraudem, inſt. de act. Couarr.
in 4. 2. part. c. 7. §. 1. n. 12. † Et in fraudem fiſci legato 24
à marito relicto, ſi commiſerit crimen ex quo omnia
ſua bona confiſcanda veniant, ex adductis à Tib.
Dec. tract. crim. to. 2. lib. 7. c. 40. n. 25. Auend. in l. 4. Tau-
ri, gloſſ. 7. n. 6. Aceb. in l. 3. n. 140. tit. 10. lib. 4. recop. Rol.
à Valle de lucro dotis, q. 40. Ant. Peregr. de fideicom. art.
32. n. 127. Surd. deciſ. 140. per totam, & alij relati pe-
nes Pelaez de maiorat. 4 part. q. 23. n. 118. & faciunt
plura tradita à Matienço in l. 3. gloſſ. 7. à n. 1. cum ſeqq.
tit. 4. lib. 5. recop. † Et filius poterit renunciare legiti- 25
mæ, nec ideò eius patrimonium minutum dicitur,
vt dixit Io. Lup. in l. 2. Tau. n. 6. ad hoc adductus per
Io. Gut. in c. quamuis pactum, n. 33. de pact. in 6. & in §.
ſui, n. 96. inſt. de hæred. qualit. conuenit Pelaez de maio-
rat. 1. part. q. 60. n. 17. & expreſſiùs ſub n. 117. citato loco,
& per Strachã de mercatura, 3. part. de decoctorib. n. 38.
plures referuntur, & per Gracian. diſcept. for. 2. to. cap.
247. n. 37. & c. 249. n. 6. etiam in præiudicium credi-
torum, ex P. Th. Sanc. de matrim. lib. 6. diſp. 4. n. 7.
limit. n. 8. ad fin. verſ. tandem alij limitant ſequutò à
Graciano citato loco, c. 271. per totum, & à Fontanel.
de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 9. part. 5. ex n. 69. cum ſeqq.
conducunt tradita per Oſualdũ ad Don. lib. 19. com-
ment. c. 4. lit. Bb. verſ. Sine etiam, pag. mihi 486. hi ta-
men omnes renunciantes iuri ſuo in fraudem cre-
ditorum, quidquid in foro exteriori ſit, in interiori
tamen peccant mortaliter, ex P. Thom. Sanc. de ma-
trim. lib. 6. diſp. 4. num. 9. & in decalog. lib. 2. c. 14. n. 54.
& ex Gratiano & Fontanella locis citatis Vaſq. 1. 2.
q. 96. art. 5. diſp. 172. c. 3. n. 15. Filliuc. tract. 32. c. 5. q. 3.
n. 239. & alij penes Bonac. 1. de reſtit. q. 8. punct. 2. n. 36.
& diſp. 3. q. 8. punct. vlt. §. 1. n. 8. verſ. hoc. tamen, & ſeq.
Molina de iuſt. tract. 2. to. 2. diſp 435. ad fin. Grac. diſcep.
for. to. 2. c. 271. ex n. 24. vbi n. 26. ait, etiam peccare cõ-
ſulentes ſimiles renunciationes, ex P. Th. Sancio cita-
to loco, quæ omnia locum non habent poſt latam
ſententiam condemnatoriam circa delictum, quia
tunc renunciatio, velut in fraudem facta, non atten-
ditur, quin executio fiat in bonis renunciatis, vt
pronunciatum per ſenatum fuiſſe aſſerit Greg. in l.
12. gloſſ. engañoſa mente, tit. 10. part. 5. relatus per Gut.
in d. §. ſui, n. 95. & per Pelaez de maior. 4. part. quæſt. 23.
n. 137. & 138.

Secundò principaliter aliud ius quæſitum dicitur 26
ad rem, & quæritur multis ex cauſis, quas cumulat
Æneas de Falcon de reſign. q. 4. effect. 47. Sarnenſ. de non
toll. iur. quæſito. & ex aliis docent Nicol. Garcia de
benefic. 4. part. c. 3. per totum, & Filliuc. de ſtatu cleric.
tract. 41. c. 3. n. 94. ſed ex omnibus tres ſunt, quæ ad
noſtram tangunt materiam, de quibus ſingulis agam.
† Prima eſt electio, quæ tribuit ius ad rem, quod ha- 27
bet, qui eligitur à capitulo, à collegio, ſeu à commu-
nitate alia ad officium, præbendam, ſeu collegiatu-
ram, vt colligitur ex c. fin. de tranſl. Epiſc. Fel. in c. cau-
ſam, quæ, n. 26. & in c. in noſtra, n. 25. de reſcript. & in c.
cum Bertholdus, n. 2. cum ſeqq. de re iud. Falcon. de reſer-
uat. q. 4. princ. de effect. 47. n. 5. & ſeq. Nauarr. in c. ſi quã-
do, except. 10. n. 13. & except 11. n. 6. de reſcript. Staphil.
de liter. gratia, tit. de mod. prouiſ. n. 5. Zerola in praxi
Epiſc. 1. part. verb. ius ad rem, §. 2. Gonçal. ad reg. men-
ſium, gloſ. 15. §. 2. n. 1. & alij adducti à Nic. Garc. d. 4.
part. c. 3. n. 3. & 8. Aug. Barboſa de iure eccleſ. lib. 1. c. 19.
n. 22. & lib. 3. c. 15. n. 29. & de off. Epiſc. 3. part. alleg. 57.
col. mihi 265. in aliis eſt. 136. † vbi ex gloſ. verb. collatio. 28
in c. pen. de præb. in 6. ait, per electionem non adquiri
ius perfectum, nec perfectum dici beneficium, nec
prima extincta vocatio, quæ manet etiam mortuo
electo ante acceptationem, nec intelligitur ex eius
morte

morte vacaſſe, quod & contra Seluao. 3. part. de benef.
q. 1. & 11. tenent Gonçal. & Nic. Garc. num. 6. citatis
in locis.
29 Ex qua ratione etiam prouenit, quòd ius ex ele-
ctione quæſitum facilè amitti poteſt, quia non per-
fecta facilè reſoluuntur, quare ſi electus intra men-
ſem poſt electionis notitiam, ſeu ab aſſignato tem-
pore conſenſum non præſtiterit, ſuo iure priuatur, &
vacat prælatura, ex cap. quam ſit Eccleſiis, 6. §. cupien-
tes, verſ. Electus verò, vbi gloſ. verb. mentem, de elect. in 6.
extrau. Si religioſus. 2. vbi gloſ. eod. tit. inter commun.
Gonçal. gloſ. 15. num. 50. Aug. Barb. d. alleg. 57. n. 212.
30 col. 268. in aliis 238. † Et ſi poſt conſenſum præſtitum
intra tres menſes confirmationem non petat, manet
ſimiliter iure quæſito priuatus, gloſ. per text. ibi in d. c.
quam ſit. 6. §. electus verò, verſ. Cæterum. Gonçal. n. 51.
Barb. 213. locis citatis. Pet. Greg tract. rei benef. cap. 25.
31 num. 12. † Et ſufficit, ſi conformatio petatur ab ami-
co, etiam ſine mandato, ex gloſ. verb. petere, in d. §. ele-
ctus, verſ. Sed pone, quòd amicus. And. Tiraq. de pœn.
temper. cauſ. 22. num. 37. Azor. inſt. mor. 2. p. lib. 3. c. 29.
32 q. 11. Gracian. diſcept. for. tom. 3. cap. 573. num. 21. † Et
ſi confirmatione non petita, aut non conceſſa electus
ſe immiſcerit in adminiſtrationem officij, præbendæ,
ſeu dignitatis, iure quæſito ſimiliter priuatur, ex
text. in cap. auaritiæ, 5. de elect. in 6. & arg. c. cum qui. 18.
de præbend. in 6. cap. quanto. 3. de tranſl. Epiſc. Abb. in
cap. cum in cunctis, §. 1. num. 10. de elect. Flamin. de re-
ſignat. lib. 12. q. 13. num. 26. Gonçalez loco citato n. 52.
& Barboſ. 214. Nicol. Garcia de beneficiis 11. p. cap. 6.
à num. 17. cum ſeqq.
33 Ex dictis ſequitur primò, quod ad adquiſitionem
iuris ad rem ex electione, neceſſaria non eſt acce-
ptatio electi, cùm hoc ius quæratur ante electionis
acceptationem, vt probant Dominic. in d. c. quam ſit,
§. 1. num. 1. Felin. in d. c. cum Bertholdus cor. 18. de re iu-
dic. Zerola 1. p. praxis Epiſcop. d. verb. ius ad rem, §. 2.
& p. 2. verb. electis, §. 2. Mandoſ. reg. 32. quæſt. 15. num. 6.
& poſt eos Nicol. Garcia d. 4. part. cap. 3. num. 4.
34 Sequitur ſecundò, quòd electiones factæ à capi-
tulis Eccleſiarum de præbendis doctoratus & magi-
ſterij ex Pij V. conſtitutione & Decreto Conc. Trid.
ſeſſ. 24. de reform. cap. 18. & à capella collegiorum de
collegiaturis, tribuunt electis ius ad rem, antea verò
ex ſola oppoſitione nullum omninò conſequuntur
oppoſitores, vt ſuprà dixi; quare ne poſt electionem
ius ad rem adquirant in collegiis maioribus Hiſpa-
niæ, qui aliqua ſunt coinquinati macula in ſanguine,
in motibúſve, antequam ad eam accedant præcedit
litterarum examen, ſanguinis, & motum informa-
tio, & ſtricta inquiſitio, ne poſt ius quæſitum defe-
ctus notabilis appareat, quod certè cautè, & iuſtè re-
ceptum, & obſeruatum eſt.
35 Secundus modus adquiſitionis iuris ad rem præ-
ſentatio, ſeu nominatio eſt, dicitúrque præſentatio
exhibitio perſonæ per patronum Epiſcopo, vel alteri
ad quem pertinet inſtitutio, legitimè facta, vt defi-
nit Abb. in cap. eo noſcitur. de his quæ fiunt à prælat. & ex
eo cæteri, ex Roch. de Curſe de iure patronat. in prin-
cip. quæſt. 3. Card. Tuſch. lit. P. concl. 191. tom. 6. & alij
adducti à Barboſa d. 3. part. allegat. 71. num. 112. col.
36 407. † Nominatio autem eſt idem in effectu, vt pro-
bat ex pluribus Nicol. Garcia d. 4. part. cap. 1. num. 26.
37 & 9. part. cap. 1. dub. 19. num. 289. † quæ ius ad rem
præſentato, ſeu nominato tribuit, ſi rectè fuerit facta
ex Abb. oppoſ. 2. Felin. col. 1. & 2. in d. cap. cum Berthol-
dus. Ripa in Rub. num. 71. de iudic. adductis à Gonça-
lez in reg. 8. cancellar. gloſ. 15. §. 2. à num. 1. Marc. An-
ton. var. reſolut. lib. 2. reſol. 104. num. 13. Flamin. de reſi-
gnat. benef. lib. 2. quæſt. 23. num. 12. & lib. 7. quæſt. 1. n. 78.
cum ſeqq. plures refert, & latè de hoc agit Nicol. Gar-
cia d. 4. part. cap. 3. à num. 8. cum ſeqq. Aug. Barboſa
etiam plures cumulat d. 3. part. de offic. Epiſcopi, alle-
gat. 72. num. 15. col. 415. in fine, † quæ præſentatio 38
fieri debet à patronis poſt præbendæ vacaturam. ex
cap. fin. de conceſſ. præbendæ, cap. illud. 8. de iure patron.
ita vt antea facta, ſeu conceſſa poteſtas, ſeu promiſſio 39
præſentandi nullæ ipſo iure ſint, ex Lambert. de iure
patron. 1. part. lib. 2. quæſt. 6. art. 1. & 19. Rebuff. in praxi
benefic. 2. part. tit. de reprobat. benef. viuent. à num. 26.
Did. Perez in l. 1. gloſſ. 2. verſ. Non minus elegans, tit. 6.
lib. 1. ord. Spino in ſpeculo teſtam. gloſſ. 4. princip. n. 192.
Cabedo de patronat. reg. coronæ cap. 14. Cenedo in Col-
lectan. ad decretal. collectan. 160. † Et hæc præſentatio 40
fieri debet à patronis laicis intra quadrimeſtre, cap.
cum propter, 27. de iure patron. Et ab Eccleſiaſticis in-
tra ſemeſtre. cap. vn. §. verum. illo tit. in 6. Lambert. de
iure patron. lib. 2. part. 1. quæſt. 1. art. 1. Viuian. eod. tract.
2. part. lib. 7. cap. 1. Did. Perez in l. 1. tit. 3. lib. 1. ord. pag.
59. Cardoſo in praxi verb. Patronatus, num. 15. & 16.
Vgolin. de poteſt. Epiſc. cap. 51. in princ. num. 5. Franc.
Leo in theſauro fori eccleſiaſt. 2. part. cap. 6. num. 23.
Aloyſ. Riccius 1. part. collect. 119. & 2. part. deciſ. Nea-
pol. 228. num. 14. & ſeq. Nicol. Garcia de benefic. 5. part.
cap. 9. num. 209. † Fallit tamen hoc in Rege patro- 41
no, cui non currit quadrimeſtre etiam ſcienti, Ca-
bed. de patronat. reg. coronæ, cap. 28. num. 7. & 8. Barboſ.
d. allegat. 72. ſub num. 137. in fin. † Et licèt controuer- 42
ſum ſit an à tempore vacaturæ, an verò à die ſcien-
tiæ incipiat tempus prædictum; tamẽ verius & com-
munius eſt à tempore ſcientiæ currere, non ante, ex
adductis ab Andr. Tiraq. de retractu. tit. 2. §. 25. à n. 7.
Marc. Ant. var. reſol. lib. 1. reſol. 29. num. 19. & 20. Spino
in ſpeculo teſtam. gloſſ. 4. princip. num. 2. Cald. Pereira
de renouat. emphiteu. quæſt. 6. num. 23. Nicol. Garcia de
benefic. 10. parte. cap. 2. num. 24. Flores de Mena var.
quæſt. 3. à num. 20. lib. 1. Perez de Lara de anniuerſ. lib. 2.
cap. 9. num. 39. Leſſio de iuſt. lib. 2. cap. 37. num. 27. &
vtriuſque claſſis DD. refert Aug. Barboſa de offic.
Epiſc. d. allegat. 72. num. 134. vbi num. 136. Sic pluries
à Rota fuiſſe iudicatum refert. † Immò patroni 43
ignorantia potiùs præſumitur, quàm ſcientia, vt in
tempore præſentaſſe videatur. ex reg. præſumitur, de
reg. iur. in 6. tenent Ioſephus de Seſſe Aragon. deciſ.
189. num. 18. Ant. Monach. Florent. deciſ. 7. num. 13.
& Oſaſch. deciſ. 71. num. 23. † Et ſic præſumptio eſt 44
pro patrono, niſi apertè eius probetur ſcientia, ex
Menoch. lib. 6 præſumpt. 77 n. 14. Hier. Gab. conſ. 185.
num. 11. vol. 2. Rota apud Farin. deciſ. 520. in 1. colle-
ctione nouiſſim. & Garcia in d. cap. 2. num. 36. & 37.
† Et ignorantia vnius ex pluribus patronis prodeſt 45
ſcientibus, vt ſimul poſt tempus valeant præſentare
ex Nicol. Garcia citato loco num. 41. refert Auguſt.
Barboſa in d. allegat. 72. num. 135. & ſeq. † atque idem 46
eſt ſi patronus ſciens vacaturam fuerit iniuſtè im-
peditus ab aliquo, aut in iuſta abſentia, nam poſt
tempus tranſactum nominare poterit. ex Rebuff. de
pacif. poſſ. num. 304. Flores de Mena lib. 1. var. quæſt. 3.
num. 4. & 5. Viuian. in praxi iuris patron. 2. part. lib. 7.
num. 6.
Ex quibus differentia inducitur inter præſenta- 47
tionem patroni eccleſiaſtici, quæ ius in re præſtare
videtur, cùm variare non valeat. arg. text. in cap. publi-
cato, ſcrutinio. 58. vbi gloſſa verb. variare, cap. quod ſicut.
28. de elect. Barboſ. d. allegat. 72. num. 154. † Et inter 48
præſentationem laici, qui cùm variare poſſit, aut
vno contextu plures nominando, vt Epiſcopus,
quem malit, inſtituat, ex Clem. plures, § fin. vbi gloſſa
& DD. de iure patron. aut in diuerſis temporibus di-
uerſos nominando, & præſentando, cap. quod autem. 5.
cap. cum autem. 24. cap. paſtoralis. 29. de iure patron.
Perezius de Lara de anniuerſ. 2. part. cap. 9. num. 8.

vbi air clerico,collegio, ſeu vniuerſitati variare non
permitti,cui conuenit conciuis ſuus,Zaballos *comm.*
*contra comm.quæſt.*165. *&* 695. Io. Gutierr. *de iuram.*
*confirm.*3.*part.cap.*13. *per totum*, & alios plures alle-
gat.Barboſa *citato loco num.* 151. & ita videtur, quòd
non tantùm ius tribuat,ſicut patronus eccleſiaſticus,
49 † cuius diſcriminis plures rationes aſſignant Do-
ctores, ſed prædictus Doctor Luſitanus eam ample-
ctitur,quam dixi,videlicet, clericum patronum ideò
variare non poſſe,quia eius præſentatio vim obtinet
certæ,& conſtantis electionis, quæ ius in re electo,
præſtat ex dictis iuribus.
50 Quæ quidem ratio vera non videtur, tum quia
nullo iure cauetur præſentationem patroni clerici
vicem obtinere electionis, quia differunt in pluri-
mis, tum etiam, quia & ſi electiones vires caperet,
non ideò ius in re produceret, ſed ad rem tantùm,vt
de electione dixi, & probaui ſuprà ex num.27. &
probat idem Barboſa *citato loco allegat.*57. *num.*197.
*col.*264.vbi præſentationem,& electionem circa hoc
patificat, fatendo ex vtraque ius tantùm ad rem
naſci,tum quia ratio illa differentiæ aſſignata à Bar-
boſa parùm conuincit, & nihilominus ex ea res du-
bia manet,indiget enim alia ratione,qua oſtendatur,
cur eccleſiaſticæ præſentationi vis electionis tribua-
51 tur, non verò ſeculari; † tum quia verior eſt com-
munis ratio, quæ tradit, ideò clericos patronos va-
riare non poſſe, quia tenentur melius, quàm laici
præſentati idoneitatem inueſtigare & inuenire,velut
doctiores in rebus eccleſiaſticis, qualitatibus, & re-
quiſitis ſciendis, quam expreſsè approbauit *textus in*
*l.*7. *tit.*15. *part.* 1. approbátque idem Barboſa *ſub d.*
*num.*154.*verſ.Item alia poteſt eſſe ratio*,ex Lambertino
*de iure patronatus,lib.*2.*part.*2.*quæſt.*7.*art.*1. Io.Gutierr.
*d.*3.*part.de iuram. confirmat. cap.*13. *num.*2. Perez de
Lara *d.cap.*9.*num.*10.
52 Sed eſt difficultas, cur in præiudicium iuris ad
rem quæſiti ex patroni laici præſentatione ei liceat
variare, & alium præſentare, maximè attenta iuris
regula, qua in iure quæſito variatio non permitti-
tur,de qua agit *gloſſa in cap.noſtri,de elect.* Tiraq.*in l.ſi*
*vnquam,verb.libertis.n.*19. *C.de renoc. donat. & in l.bo-*
*ues,§.hoc ſermone,limitat.*23.*num.*5.*de verb.ſign.* & alij
allegati à Pelaez *de maiorat.*1.*part.quæſt.*50.*num.*102.
53 *& quæſt.*24.*num* 25. † vbi ex Arcbid.ait,ita eſſe con-
cordanda iura,quæ dicunt licere mutare conſilium,
& quæ dicunt non licere,vt eſt *text.in l.nonnunquam.*
6.*in princ.*vbi *gloſſa. de collat. Auth.de nuptiis, in prin-*
*cip.verſ.Maioris autem,coll.*4.*cap.mutare.*33.*de reg iur.*
in 6. Thom. de Thomaſſat. *in floribus legum.reg.*186.
Card. Tuſch. *lit.M. concl.*435. *tom* 5. Aug. Barboſa
*Axioma,*55.*num.*3.*pag.*55.Per.Surd *conſ.*167.*num* 10.
54 † Quia licèt certa, & generalis ſit regula, quòd in
præiudicium iuris quæſiti à tertio quicquam fieri
non poſſit, intelligenda eſt in iure perfectè adquiſi-
to, & dum aliud iure ſtatutum non eſt, quia tunc
cenſetur facta mutatio conſilij iuris auctoritate, &
prima præſentatio ſub conditione, niſi aliud poſtea
viſum fuerit ſecundùm iuris permiſſionem iterum
nominandi, quæ conditio cùm ſemper ſubintellecta
habeatur, nullum primo nominato præiudicium fit,
*text.in l.iniuriarum.*13. §.1.*de iniur.* plures apud Aug.
Barboſ. *Axioma.*135. *num* 8.*pag.*84. & nihilominus
plura concurrere debent, vt patronus laicus poſſit
variare, & ita primum nominatum non plurimùm
lædat.
55 Primò, vt ita fiat, quòd prima nominatio firma
maneat,ei accumulando ſecundam,nó verò eam tol-
lendo, ex Io. And.*in d. cap. cum autem,*24.*de iure pa-*
tron.& ibi communiter DD.Io. Gutierr.*d.cap.*13.*n.*4.
Nic. Garc. *d.*5. *part. cap.*9.*num.*211.*cum duobus ſeqq.*
Barboſa *d.alleg.*72. *ſub num.*158.*in medio.* Perezio de
Lara *in d.cap.*9. *num.*18. nec priuatiuè recedendo a
primo facta ex relatis à Mariano Anton. *lib.*1.*var.*
*reſol.*104.*num.*1. Barboſa *num.*159. Gutierr. & Lara
citatis in locis. † Et tunc primò nominatus æquè 56
idoneus præferri debet, & ab Epiſcopo inſtitui, ex
Gutierr. citato loco, licèt hac in ſpecie gratificationi
locum eſſe malit Barboſa *in d.allegat.*72. *num.*159.*in*
fin. ex gloſſ. in d. cap. cum autem 24. *de iure patron.* &
aliis,vbi *in num.ſeq.*ait,quod primò præſentatus ido-
neus admitti, & inſtitui debet, ſi ſecundus indignus
fuerit,nec tunc patronus punitur,ex Lambert. *de iu-*
*repatron.*2.*part.quæſt.*7.*art.*29.Viuian.*in praxi iuriſpa-*
*tron.*2.*part.lib.*10. *cap.*4. *num.*7. † Licèt vtroque caſu 57
primò nominatum præferri debere, cum Gutierrez
mihi videatur.
Secundò, ſi præſentatus extra præſentationem 58
aliquod ius adquiſierit,vt fit ex lite inita cum aduer-
ſario, ex qua poſt conteſtationem adquiritur ius
eam inſequendi, cui ex variatione patroni præiudi-
cium non aduenit, ex Dominico, & Franco *num.*3.*in*
*cap.*1.*Vt lite pendente*, *in* 6. Lancell. *de attentat.cap.*4.
*in præfat,à num.*560. *ſeu* 656.Cobbarr.*in pract.cap.*36.
*num.*7. *verſ. Tertio quandoque*, plures allegat Nicol.
Garcia *in d.cap.*9. *num.* 217., & alios Aug. Barboſa
*d.allegat.*72.*num.*162.† etiam ſi poſt inceptam litem, 59
& non finitam præſentatus decedat, ſeu fuerit aliud
beneficium conſequutus, quia tunc ſimiliter alium
præſentare non poterit, ex *cap.*1.*&* 2. *vt lite penden-*
te,in 6. Gonçalez *gloſſ.*51. *num.*212. † quod optimè 60
limitat Aloyſ.Riccius dicens ſic pluries à Rota fuiſſe
iudicatum,*in praxi reſolut.*159. *à num.*5. vt videlicet,
prædicta tantùm locum habeant, dum plures à di-
uerſis patronis præſentati collitigant, nam defuncto
vno, non poterit eius loco alius præſentari; ſecus
verò eſt, dum præſentatus litigans cum non præſen-
tatus decedit, nam tunc poterit ſubſtitui alius à pa-
trono; ne detur locus cautelis, & præmeditatis im-
pedimentis contra patronatus iura, ſicut & poterit
cum præſentatus prouiſus fuit ab ordinario,& dece-
dit, nam tunc ceſſant rationes dictorum iurium, ſe-
quitur, & alias Rotæ deciſiones adducit Barboſa ci-
tato loco.
Tertiò variationi locus ni ſemel non eſt, & ite- 61
rum præſentando ius amplius præſentandi patronus
amittit, tum quia hæc permiſſio propria tantùm in-
telligitur vice,*ex l.boues.*89.6.*hoc ſermone,de verb.ſign.*
Zaball.*comm.q.*265.*per totam.* † tum quia ratio expo- 62
ſtulat infinitatem & confuſionem tollere, quæ pro-
ueniunt ex actorum multiplicitate, & reiteratione,
ex *l.qui bona.*13. §.*vlt. de damno infecto.l.fideicommiſſa.*
11. §.*ſi quis decem.*18. *de leg.*3.*l.fin. C. de ſacroſ.Eccleſ.*
l.vn.C.de ſent. quæ pro eo. Calder.*conſ.*4;8.*alias.*21. *de*
*iurepatron.*vbi ait,quòd patronus, qui poteſt variare
plures accumulatiuè præſentando, poterit duos tan-
tùm præſentare,vt tollatur infinitas, refert, & alios
cumulat Aug.Barboſa *Axioma.*125.*pag.*79.& proba-
tur ex aliis adductis ab Andr. Tiraq. *in d.§.hoc ſermo-*
*ne.in reg. num.*25. Lambert. *de iure patron. d. quæſt.*7.
*art.*23.Aloyſ.Ricc.*in praxi citato loco.num.*4. Hamin.
*de reſignat.lib.*12. *quæſt.*3. *num.*21. Marc.Anton *lib.*1.
*d.reſol.*104.*num.*13.Zaball.*d.quæſt.*265.*&* 693.Io.Gu-
tierr.*d.cap.*13.*num.*3 *gloſſ.*1.*in l.*6. *tit.*15. *part.*1.Nic.
Garc.*d.cap.*9.*num.*214. Barboſ.*citato loco,d.allegat.*72.
*num.*161.& faciunt iura, & DD. adducti à Tiraq.16.
§.1.*num* 4. † Licet contrarium ex *Clem. plures,§.fin.* 63
vbi gloſſa verb.plures, & verb.præſentare, de iure patron.
voluerit Spino *in ſpeculo teſtam. gloſſ.*4. *num.*75. quod
intelligi debet de præſentatione plurium ſimul. &
collectè facta, vt ex eis vnus inſtituatur, quòd
non ſolùm laicus, ſed & clericus patronus facere
poteſt,

poteſt, vt ex pluribus explicat Garcia citato
loco.
64 Quartò, ſi plures ſint compatroni, & diuerſos
præſentauerint, præferendus erit, qui à maiori parte
fuerit præſentatus, ex cap. quoniam. 3. vbi gloſſ. &
communiter DD. de iurepatron. Lambert. citato loco
3. part. quæſt. 4. princip. art. 1. 4. & 6. Gracian. tom. 2. di-
ſceptat. forenſ. c. 211. ex n. 8. Seraphin. deciſ. 375. Aloyſ.
Ricc. citato loco reſolut. 173. Marian. Anton. lib. 1. re-
ſol. 104. num. 1. Rota deciſ. 117. part. 2. Farin. 2. part.
tom. 1. deciſ. 202. etiamſi omiſſus fuerit dignior. ex
gloſſ. in d. cap. quoniam verb. qui maioribus, & Did. Perez
in l. 2. verſ. Hoc tamen, tit. 6. lib. 1. ord. Mol. de primog.
65 lib. 2. cap. 5. num. 26. † Quia non eſt facienda compa-
ratio zeli ad zelum, nec meriti ad meritum, ſed
tantùm, quòd præſentatus, dignus ſit, eſt inſpicien-
dum; Roch. de Curte de iurepatron. verb. Honorificum,
quæſt. 4. art. 3. Gracian. num. 13. loco citato, vbi exponit
verum hoc in foro exteriori, ne res publica litibus
vexetur, ſecus in conſcientia, in qua tenetur patro-
nus, ſicut elector, digniorem nominare, vt ait, n. 10. ex
Couarr. in reg. peccatum. 2. p. §. 7. num. 5. Mandoſ. ad
Lapũ alleg. 22. quod in eccleſiaſticis patronis verum
puto, ſecus in laicis, vt ex Mol. de primog. lib. 2. cap. 5.
ex num. 67. declarat Gracian. citato loco. ex num. 15.
& generaliter de omnibus loquendo patronis, &
plures pro vtraque parte referendo Doctores re-
ſoluit Diana reſol. moral. 2. p. tract. 1. miſcell. reſol. 37.
pag. 98. & P. Thom. Sanc. conſ. moral. lib. 2. cap. 1. dub.
66 5. † Niſi à minori parte fuerit dignus præſentatus,
& à maiori indignus, quia hoc omiſſo ille confir-
mari debet, quia patronus ſcienter indignum præ-
ſentans pro illa vice ius præſentandi amittit, ex
67 cap. cum vos. 4. de offic. ord. † & generaliter receptum
eſt, quòd magis idoneus confirmandus venit, dum
alter indignus apparet, & ſi omnes digni ſint data
æqualitate in patronorum ſuffragiis, vel ſi omnes ab
vno fuerint præſentati, qui dignior eſt confirmari, &
præferri debet, ex cap. 3. de iure patron. & Lambert.
ad hoc adducto per Laram. lib. 2. de anniuerſ. cap. 3.
num. 24. Azor. inſt. moral, 2. part. lib. 6. cap. 22. quæſt. 14.
68 Aloyſ. Ricc. vbi ſuprà reſol. 196. † & ſi non digno-
ſcatur maior idoneitas, prout difficile eſt, ſed omnes
æquè idonei appareant, locus eſt gratificationi, vt
docet Perezius de Lara citato loco, cui adſtipulatur
gloſſa in cap. cum autem. 24. de iurepatron. Sayr in flori-
bus deciſ. 3. ſub tit. de iurepatronat. Cæſar Graſſis deciſ. 1.
num. 9. eod. tit. de iurepatron. Bonign. deciſ. 32. num. 6.
part. 5. Riccius d. deciſ. 173. num. 2. & alij adducti à
Barboſa d. allegat. 70. num. 199.
69 Quintò ex prædicta ratione, & differentia inter
eccleſiaſticum patronum, & laicum deducitur, quòd
ſi ſimul patronatum habeant, regulare ſe debent per
70 regulas iuris patronatus eccleſiaſtici; † tum quia
ratione connexitatis velut vnum quid conſideran-
tur, ex pluribus adductis ab Aug. Barboſa Axioma.
51. num. 1. & 2. pag. 14. & loco. 21. pag 309. & clauſu-
la 38. num. 4. & ſeqq. pag. 40. & eccleſiaſticum, velut
magis dignum trahit ad ſe ius laici velut minus di-
gnum, arg. l. communem fundum. 11. Quemadmod. ſeruit.
amitt. l. quæ religioſis. 43. de rei vendic. l. iuſtiſſimè 44. de
ædilit. edict. l. per minorem. 54. de iudic. cap. 3. de conſe-
crat. Eccleſ. cap. 1. eod. tit. in 6. cap. 3. de iudic. cap. ſacris.
12. in fin. de ſepultur. cap. per tuas 9. de arbitr. gloſſa in
71 cap. vn. de iure patronat. in 6. † tum quia, & ſi laicus
ſpiritualium incapax ſit, capax efficitur ratione con-
nexitatis, & ſocietatis cum clerico, vt in d. cap. per
tuas. 9. de arbitr. Couarr. in pract. quæſt. 34. num. 1. verſ.
72 Immò nihil refert, † quare ſicut clericus intra ſeme-
ſtre præſentare poteſt, poteſt & laicus, ex d. gloſſ. in
cap. vn. de iurepatron. in 6. & adductis à Perezio de
Lara 2. part. de anniuerſ. cap. 9. à num. 14. cum ſeqq. Gu-
tierr. d. lib. 1. cap. 13 num. 10. Aloyſ. Ricc. in citata aurea
reſolut. 458. Nicol. Garc. d. cap. 9. num. 110. Barboſa
d. allegat. 72. num. 131. † vbi in num. ſeq. bene hoc ex- 73
plicat, vt intelligatur quoad priuilegia, commoda, &
iurium augmenta, non verò quoad deminutionem.
† Inde inferens, quod ſicut iuſpatronatus laicale 74
non cenſetur derogatum, ni ex ſpeciali derogatione,
ita & mixtum, ex gloſſa & DD. in cap. cum dilectus.
28. de iure patronat. Flamin de reſignat. lib. 2. quæſt. 4.
num. 5. Marian. Anton. var. lib. 1. reſolut. 39 n. 9. & 10.
†. vbi ait, quòd in dubio mentione facta iuris patro- 75
natus intelligitur eccleſiaſticum. Aug. Barboſa d. al-
legat. 72. num. 133. vbi alios adducit, † & ſimiliter 76
ſi laicus, & eccleſiaſticus non concordent, poterit
laicus intra ſemeſtre variare, & alium nominare ex
Lambert. de iure patron. 2. part. lib. 2. quæſt. 7. art. 6. † Sed 77
ſi primò ambo concorditer præſentauerint, poſteá-
que laicus alium nominet, primus præſentatus ex
concordia præferri debet, ex Abb. in d. cap. cum au-
tem, num. 4. de iurepatron. Andr. Tiraq. de iure primog.
quæſt. 17. opin 11. num. 5. verſ. Primo quia, vbi loquitur,
etiamſi ſecundò admiſſus fuerit adeptus poſſeſſio-
nem. Aug. Barboſa n. allegat. 72. num. 166.
Sextò, patronus ſiue clericus, ſiue laicus, qui indi- 78
gnum præſentat, lethale contrahit peccatum, ex
Azor. inſt. moral. 2. part. lib 6. cap. 31. quæſt. 4. Pelaez de
maiorat. 1. part. quæſt 48. num. 30. Aug. Barboſ. de offic.
Epiſc. 3. part. allegat. 72. num. 105. Gracian. diſcept. fo-
renſ. 2. tom. c. 211. num. 14. & faciunt tradita per Mart.
Bonac. de reſtitut. diſp. 1. quæſt. 2 punct. 12. num. 6. &
ſeqq. † In foro verò exteriori eccleſiaſtici priuantur 79
ſicut eligentes pro ea vice iure præſentandi, ex cap.
cum in cunctis. 7. §. fin. de elect. Aloyſ. Riccius citato lo-
co reſolut. 142. per totam. maximè num. 4. Zaball. comm.
q. 659. num. 4. Marian. Anton. lib. 3. reſol. 19 num 15.
† Et laici, aut clerici ratione patrimonij indignum 80
præſentantes poſſunt intra quadrimeſtre alium no-
minare, ex text. in cap. cum vos. 4. vbi gloſſa, verb. Minus
idoneè. de offic. ordin. † dum modò hoc ignoranter fe- 81
cerint, nam ſi cum ſcientia certa criminis, ſeu cauſæ,
ob quam indignus redditur, aut cum præſumpta,
dum craſsè contra fundatoris expreſſam volunta-
tem, quam ignorare non præſumitur, veluti ſi preſ-
byterum expreſsè vocatum omiſerint, & laicum no-
minent, aut loco puri ſanguinis requiſiti à teſtatore,
notoriè maculatum præſentauerint ad ſuperiorem
ius nominandi redditur, vt in auth. de ſanctiſſim. Epi-
ſcop cap. 18. incipit, ſi quis oratorij. coll. 2. nouel. 23. Lam-
bert. de iurepatron. 1. part. lib. 2. quæſt. 10. princip. art. 4.
num. 23. Andr. Tiraq. in d. l. boues. §. hoc ſermone, limit. 1.
num. 32. de verb ſign. Roch, de Curte. verb Honorificum.
num. 15. & 16. Rebuf. in praxi benef. tit. Pœna contra
collatores, à num. 1. cum ſeqq. Mol. de primog lib. 2. c. 2.
num. 38. Did. Perez in l. 2. verſ. Pro quo ſit, & verſ. Ter-
tia concluſio, tit. 6. lib 1. ord. Cald. Pereira de poteſt. eli-
gendi, cap. 6. num. 60. & 61. Maſch. concl. 593. num. 5.
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 58. num. 11. Vgolin. de po-
teſt. Epiſc. c. 51 §. 1. num. 4. verſ. Secundò. Marc. Ant.
lib. 1. reſol. 19. num fin. † Quod intelligendum eſt, 82
cum duabus limitationibus. Prima, vt ſi fortè pro-
curator habens generale mandatum nomine patro-
ni indignum, ſeu inhabilem præſentauerit, non no-
cebit patrono, ſecus ſi mandatum eſſet ſpeciale ad
nominandum inhabilem, nam tunc perinde eſt, ac ſi
nominatio ab eodem patrono fuiſſet facta, & ita
ſunt intelligendi Franc. Marcus deciſ 480. incipit,
quæritur quando procurator, part. 1. & Campanil. in di-
uerſor. iur. can. Rub. 11. c. 19. num. 461. & quòd opus ſit
ad hoc mandatum ſpeciale, probant Riccius in praxi
reſolut. 171. num. 193. Card. Mantica de tacitis &
ambig.

ambig. tom.1. lib.7. tit.16. num. 39. Cald. Pereira de
empt.& vend.cap.15.n.11. Seraphin.deciſ.559.part.1.
83 † Secunda, quòd ſi inhabilis, ſeu indignus præſen-
tetur ſub conditione impetrandi diſpenſationem,
non priuetur nec pro ea vice patronus facultate
alium præſentandi, & poterit ea vti intra quadri-
meſtre cumulatiuè ſaltim, vt reſolutum à Rota com-
memorant Farin.1.part.tom.2.deciſ.168. Ricc.in pra-
xi reſolut.186.vel ſi clericum debeat præſentare, po-
terit nominare de proximo clericandum petendo
eum ordinari intra tempus ad præſentandum ſigna-
tum ex Flamin. Pariſ.de reſignat. benef. lib.4. quæſt.2.
num.5.& 6.Maſſobr.de praxi habendi concurſ.prælud.7.
dub.21. num.86. Secundùm impreſſionem Rom. ſic
intellectis per Aug. Barboſ. Axioma 6. num. 9.
pag.8.

84 Septimò prouenit in noſtra principali materia,
de qua agimus, quòd præſentationes factæ ad Epi-
ſcopatus, & præbendas aliquas huius Regni à noſtro
potentiſſimo Hiſpaniarum Rege, qui patronus ea-
rum exiſtit, ſeu à patronis collegiorum ad collegia-
turas, in quibus ius præſentandi habent, ſeu ad alias
præbendas, ſeu dignitates, tribuunt præſentatis ius
85 ad rem; † nec eis nocet impetratio quælibet gene-
ralis à Summo Pontifice obtenta, ni expreſsè facta
illius iuris derogatione, ex text. in cap. ſi motu proprio,
23.vbi Dominic. num.6. de præbend.in 6.Clem.1.de of-
fic.ordin.cum ſimilibus Felin. in cap. in noſtra, num.4.
& Ripa in cap.ad aures, num.12.de reſcript. Flam.Pa-
riſ.de reſign. benef.lib.10. quæſt.2. à num.73. cum ſeqq.
Selua.3.part.quæſt.11. num.1. Menoch. de arbitr. caſu
201.num.43. & 149. Franc. Burſat.conſ.351.num.12.
86 lib.4. Nicol.Garc.d.4.part.cap.3.num.21. † Quæ de-
rogatio non eſt præſumenda à Papa, qui iura inta-
cta relinquere tertiò ſimplex præſumitur, nec iura
patronorum comprehenſa cẽſentur in reſeruationi-
bus, quomodocumque loquantur, ex l.2. §.ſi quis à
Principe, Nequid in loco pub. cap. ſuper eo, 15. de offic.
deleg. & ex pluribus congeſtis ab eod.Nicol.Garc.5.
87 part. cap.1. num.571. † Nec quidem præſentatus à
vero patrono reiici poterit per collegium, nec ca-
pitulum abſque iuſta, & aperta cauſa, nec alius non
præſentatus eius loco admitti ex ſuperiùs relatis, &
probant text.in cap.ex inſinuatione, 14. cap. illud.8. de
88 iure patron.cap.decernimus, 16.quæſt.7. † Et ideò præ-
ſentatus eſt cæteris omnibus præferendus, ex addu-
ctis per Zaballos comm. contra comm. quæſt. 693.
num.27. & Perezio de Lara lib.2. de anniuerſ.cap.3.
num.22.

89 Octauò prouenit, maximè ex ſexta ſuperiori de-
claratione, quòd patroni omnino tenentur præſen-
tare præditos qualitatibus requiſitis à fundatore, &
ſtatuto, vt impuritatis materia, de qua loquimur, qui
à parentibus oriantur puris, & nobilibus, & ſint bo-
nis præditi moribus, literatúmque non ignari, vbi
ſcientia requiritur; aliàs quidem, ſi requiſitas ſper-
nant qualitates, aut ſcienter eas omittant, carebunt
illa vice iure præſentandi, ex d. cap.cum in cunctis.7.
§.fin.de elect.cum cæteris ſuprà adductis, & commu-
nitates, aut prælatus eligere, quèm velint, poterunt.
90 † Et extra prædictas qualitates debent patroni alias
conſiderare in præſentando, quas nouiſſimè cumu-
lat Auguſt.Barboſa d.allegat.72. à num.201.cum ſeqq.
91 vſque in fine. † Niſi requirantur qualitates, quas veri-
ſimiliter ignorare patronus poteſt, aut actu exiſtant,
quæ excludunt, quarum ſcientiam, etiam adhibita
diligentia conſequi omnes non poſſunt; immò tunc
ignorantia earum potius præſumitur, & iterum po-
terit ſecundò præſentare, cum iuſta ignorantia hoc
ei tribuat, nec negligentem arguat, cap.2 iuncto, c.qui
diuerſitatem.5.de conceſ.præb.gloſſa verb. Diſtulerit, in
cap. quam ſit. de elect.in 6. Io.de Ligna.in clem.vnic.
verb.Continuum. de reſtitut. in integ. † Et probabilis 92
ignorantia facit quadriennium non currere, arg.
tradita per Bart. in l.3.num 3. C. ſi ex falſis inſtrum. ex
Card.in Clem.vn.verſic.Quinto quæro.de reſtit.in integ.
Abb.in cap.cum in litteris.num.13.extra eod.& conſ.32.
videtur primò.num 3.part.1. Iaſſ.in Auth.quas actiones,
num.35.C.de ſacroſ.Eccleſ. Iacob de ſancto Georg. in
l.petendæ.C.de temp.in integ.reſtit. & alij, quos allegat
Bern.Diaz reg.653.fallent.6.vbi additio Cotta in me-
morabil.iuris, verbo, reſtitutionis tempus, & verb.tempus
reſtitutionis, Petr.Gerard.ſing.18.verſ.Sed vnum. Hip-
pol.ſing.572. Marc.Ant. Eugen.conſ.25.num.69.lib.1.
quod pluries euenire poterit in ſanguinis qualitati-
bus exquirendis, quæ plerumque diu latent, & poſtea
ſuſcitantur.

Tertius modus adquiſitionis iuris ad rem eſt pro- 93
uiſio, dum quis nominatur à ſuperiori prouidendi
ius habenti aliquod officium, ſeu dignitatem, ex qua
adquirit ius ad rem, tum quia ſubſtituat vim electio-
nis, ſeu præſentationis, quæ, vt diximus, illud ius tri-
buunt, tum etiam quia prouiſio nominatio eſt, quæ
etiam ius ad rem tribuit ex Nauarr. in cap.ſi quando
except.10.num.13.& except.11.num.6.de reſcript. Man-
doſ.reg.32. quæſt.15.num.8. † Tum denique, quia pro- 94
uiſio facta videtur contradictione, ſi in prouiſo, ad-
ſint requiſitæ qualitates, & antequam id conſtet, &
admitti ſit iuſſum, & ab eo acceptatum, non poteſt
ius in re oriri, ex adductis à Pontif.in Clem.1.num.29.
vt lite pendente. Gonçalez gloſſ.1.§.2.n.59. Mandoſ.
de ſignat.gratia, tit. de mandatis de prouidendo ad fin.
Nicol.Garcia d.4.part.cap.2.num.55.& cap.3.num.59.
& 60.faciunt. Tradita per Aug. Barboſ.appellat.228.
num.1.pag.281.

Quod confirmatur magis ex eo, quod prouiſio- 95
nes, licèt ex mera gratia, & voluntate procedant fa-
ctæ cenſentur, vt ſolitum eſt, ex ratione textus in l.ſi
ſeruus plurium, 50.§.fin.de leg.1.l.legatis.65.§.ſi vnus, de
leg.3. l.cum alimenta. 22. l.fin. ibi, ante omnia eſt in-
ſpiciendum, quæ ſolitus fuerat ei præſtare, de alim.& ci-
bar.leg. l.ſi quando, 29. in fin. l.Pediculus. 32. §.1. l.inter
veſtem.33.de auro & arg.leg.l.34. ibi. ni de facer otras
coſas que no vuieſe vſado, tit.12.part.5.l.24.ibi, era vſa-
do en ſu vida, tit.9.part.6.vbi Greg. Io.Lop. in cap.per
veſtras.de donat.inter. Menoch.de præſumpt.lib.1.quæſt.
28.num.5. Oldrald.conſ.129. in queſtione qua quæritur,
& conſ.216.circa primum. † Nec enim credendum eſt 96
voluiſſe facere, quod conſuetum non eſt, ex Bart. in
l.gerit.num.28.de adquir.hæred. Bald.in l.fideicommiſſa,
§.ſi ſeruo, de leg.3. Maſch.de probat. concl.61.num.2.
† vnde prouenit inueſtituram cenſeri factam ſecun- 97
dùm vſum, & conſuetudinem, ex Abb.in cap.in præ-
ſentia, num.28.de probat.Felin.in cap.1.num.13.eod. vbi
Butrius num.13. Menoch. conſ.111. num.14. lib.2. &
conſ.313.num.5.lib 4 Corneo conſ.51. num.2. lib.3.
† & gratiam Principis interpretari ſecundùm mo- 98
dum, & formam ſolitam, ex Ægidio Boſſio in pract.
crim tit.de remed. à ſola clem proced.num.7. Pelaez de
maiorat. 2. partis initio num. 223. faciunt pro his per
plurima congeſta ab Aug. Barboſa loco com.102. per
totum, pag.333. † Quare ex eadem ratione prouiſio- 99
nes, & gratiæ officiorum, & dignitatum puritatem
ſanguinis requirentium fiunt ſub tacita conditione,
ſi qualitates requiſitæ non deficiant, & antequam id
appareat, & declaretur, non poteſt ius in re adqui-
ri, ſed tantùm ad rem, vt probatum relinquimus.

Vnde prouenit primò, quòd facta gratia à Sum- 100
mo Pontifice de præbenda, ſeu beneficio in Eccleſia,
quæ habet puritatis ſtatutum ab ipſo confirmatum,
intelligitur ſub conditione largita, ſi adſit prædicta
qualitas, nec poteſt antea ius in re ex ea oriri, eſto ſit
aduersùs

aduerſùs Aug. Barboſ. *de offic. Epiſc. 1. part. tit. 2. gloſſ.*
101 17. *num.* 35. dicenteio, † quod ſi non probetur per-
fectè à capitulo excluſionis cauſa, prouiſus admitti
debet virtute ſuæ prouiſionis, nam etſi à capitulo
non probetur plenè macula, dummodò puritas non
ita ſpecificè probetur, ſicut expedit ex ſtatuto, cùm
præſumpta non ſufficiat, vt in ſeq. quæſt oſtendam,
non poterit prouiſus admitti virtute litterarum ſuæ
prouiſionis, nam etſi eius virtute immiſſionem pe-
tat, cùm tamen deficiat eius tacita conditio puritas
videlicet plenè, & ſpecificè, non præſumptione, pro-
bata, deficit vis & effectus litterarum, & admitti non
poterit, de quo latiùs agam infrà quæſt. ſeq. §. fin.
illat. 1.

102 Secundò prouenit, quòd facta à Rege noſtro
Hiſpaniæ gratia habitus militaris D. Iacobi Alcan-
taræ, ſeu Calatrauæ, ille, cui confertur gratia, adqui-
rit ius ad rem, ante qualitatum verificationem, &
approbationem, atque ſimiliter idem ius adquirit
ille, cui eſt facta gratia, ſeu prouiſio alicuius officij
titularis ſancti Officij Inquiſitionis ab illuſtriſſimo
Domino Inquiſitore generali, ſeu à cæteris tribuna-
libus Inquiſitioois familiaturæ, commiſſionis, aut
103 notariatus, aut alterius ſancti Officij miniſterij. † Ius
autem in re non conſequitur ni factis, & appro-
batis qualitatum informationibus, & ex manda-
to accipiendi poſſeſſionem poſtquam fuerit acce-
ptatum, vt dicam inferiùs.

104 Tertiò prouenit, quòd prætenſor, qui in ſanctæ
Inqoiſitionis Officio petitionem intulit ad impe-
trandum gratiam officij, ſeu miniſterij, nullum ius
adquirit nec in re, nec ad rem, nec in ſpe ſaltem con-
ſiderabile ante elargitam gratiam, & conſignatio-
nem pecuniarum ad expenſas penes depoſitarium
ad hoc nominatum, vt colligitur ex deciſ. Rotæ ad-
ductis à Nicol. Garcia *d. 4. part. cap. 3. à num. 65. cum
duobus ſeqq.* Gonçalez *gloſſ. 9. §. 1. à num.* 88. & quidem
pluries ita ioſſum, & deciſum habemus à ſupremo
ſanctæ Inquiſitionis Senatu in epiſtola generali ad
omnia tribunalia lata Matriti 9. Aprilis anno 1619.
& alia 28. Ianuarij anno 1620. vbi iubetur, qood
prætenſores de hoc moneantur tempore oblationis
libelli, vt ſciant ex eo nullum adquirere ius, & fa-
ciunt ad hoc tradita ſuperiùs circa ius quæſitum ex
105 oppoſitione. † Ex quihus deducitur ſine iure, & ra-
tione eſſe aliqnorum conqueſtus, & querelas, qui ex
ſola libelli oblatione, ſiue ex verbali petitione ius
prætendunt, quia dicunt ex denegata admiſſione
oriri notam contra ſuam, & ſui generis puritatem, &
honorem, quod nihil eſt, cùm cauſæ plures eſſe poſ-
ſint, quæ honorem non reſpiciunt; ex quibus admitti
non poſſunt, & ſi fortè reſpiciant, non ex eis honor
læditur, ſed ex macula à ſuo genere adquiſita, quæ ſi
exinde in vulgum augeatur, ſibi imputet, qui abſque
qualitatibus requiſitis honorem ſubripere voluit.

106 Quartò prouenit, quòd poſt admiſſionem, &
ioceptas informationes qualitatum prætenſoris ius
ei adquiritur conſiderabile, ſeu vt ego intelligo ad
rem in prætenſo officio, & dignitate, ex Puteo *deciſ.*
253. *lib.* 3. Mandoſ. *conſil.* 51. *in fin* Gonçalez *d. gloſ.* 9.
107 §. 1. *num.* 92. *& ſeq.* † Dummodò ſeruetur forma legi-
tima conſtitutionum, & ſtatuti, vt animaduertit Pu-
teus citato loco Rebuff. *in reg. de in formis gloſſ.* 13. *in
princip.* Caſſidor. *de præbend. deciſ.* 22. & a Rota ita
fuiſſe deciſum refert Nicol. Garcia *d. cap.* 3. *num.* 80.
& ſimol ſi vnus, non plures fuerint oppoſitores, de
quorum qualitatibus receptæ ſunt informationes,
quia tunc nulli eorum ius adquiritur ex Mohed. *de
præbend. deciſ.* 1. Gooçalez *citato loco num* 94. Nicol.
Garcia *num.* 71.

108 Tertius principalis modus adquirendi dicitur ius
in re, qui cæteris perfectior, & præſtantior eſt, & ad-
quiritur in beneficialibus poſt accuptatum manda-
tum faciendæ collationis, etiam ante eam factam,
nec adeptam poſſeſſionem, ex *cap. ſi tibi abſenti, 7. de
præbendis, in 6. & ex cap. fin. de conceſſio. præbendæ. eod.
lib. gloſſ. celebris verb. collatio, in cap. quodam.* 40. *de præ-
bend.* Franc. *num.* 3. *Domin.* 2. *in d. cap. ſi tibi.* Rebuff *in
praxi beneſic. reg. de non toll. iure quæſito gloſ.* 6. *num.* 38.
Flamin *de reſignat. quæſt.* 16 *num.* 2. *lib.* 2. *& lib.* 10. *quæſt.*
6. *num.* 2. *&* 55. *& quæſt.* 9. *num.* 5. Corraſ. 4. *part. de be-
neſic. cap.* 1. *num.* 14. Cobb. *lib.* 3. *var. cap.* 16. *num.* 3. *&* 5.
Aloyſ. Ricc. *in collectan. deciſ. part.* 5. *collect.* 1650.
P. Mol. *de iuſtitia, tract.* 2. *diſp.* 2. *verſ. Dixi ſuperius, &
diſp.* 3. *in fin.* Filliucio *de ſtatu cleric. tract.* 41. *c.* 3. *n* 89.
Gonçalez *in reg. de menſibus, gloſ.* 15. §. 1. *n* 31. P. Th.
Sanc. *conſ. mor. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 30. *n.* 2. *pag.* 271. Aug.
Barboſ. *citato loco* 3. *part. allegat.* 57. *num.* 198. *col.* 264.
Nic. Garc. *d.* 4. *part. cap.* 2. *à num.* 2. *cum ſeqq.* † Quare 109
cùm ius hoc perfectum dicatur, ſi poſt eius adquiſi-
tionem, etiam ante adeptam poſſeſſionem decedat
præbendarus vacat per eius mortem, non verò durac
ptima vacatura, & ille prouiſionem habebit, in cu-
ius menſe mors euenerit, ex Flamin. *d. quæſt.* 8. *num.* 2.
Poteo *deciſ.* 148. *lib.* 2. Gonçalez *d. gloſ.* 15. §. 2. *num.* 34.
& adductis à Barboſa *d. num.* 198. *poſt medium*, cui ad-
de alios plures congeſtos à Nicol. Garcia *in d. cap.* 2.
n. 14. † Dummodò acceptata fuerit collatio abſen- 110
ti facta, quia tunc adquirit ius in re, ante verò acce-
ptationem ius ad rem tantùm retinet, nec dicitur
beneficium per eum vacare, cui facta fuit in abſentia
collatio, ſecundùm Gonçalez *num.* 6. citato in loco,
& gloſ. 26. *num.* 14. & Barboſ. vbi proximè, & in no-
ſtris terminis declarat Perezius de Lara *lib.* 2. *de an-
niuerſar. cap.* 4. *ſub num.* 56. *ante fin.* vbi loquitur de
collatione præbendæ ſanctæ Eccleſiæ Toletanæ fa-
cta à Romano Pontifice, ſeu ab illuſtriſſimo Archie-
piſcopo Toletano; † & videtur locum etiam habere 111
in cæteris officiis & honoribus ſancti Officij, &
regij Ordinum Senatus, & collegiorum, cùm in-
formatorium confectum, & approbatum extat, &
iuſſum eſt poſſeſſionem dare, ſeu recipere iuramen-
tum, & titulum tradere, ſi acceptatum fuerit à præ-
tenſore, ex tunc enim ei adquiritur ius in re, cum
nihil aliud deficiat ni poſſeſſionis apprehenſio.

Ex omnibos igitur vſque adhuc dictis ſequitur, 112
quòd ſi nullum ius quæſitum prætenſor habeat, licèt
adquirendum veniat, non eſt in iuris conſideratione,
& facilè tolli, & impediri poteſt, ex *l.* 5. *§. ſi pater.* 5. *de
iure dotium. l.* 1. *§. vtrum.* 6. *ſi quid infra iud. patroni l. quod
autem,* 6. *in princ. Quæ in fraud. credit. l. ſi ſponſus.* 5. *§. ſi
maritus.* 13. *de donat. inter. l.* 1. *§. confertur.* 23. *de collat.
bon. l. fin. C. de adquir. poſſ. l. filius, paciſcendo,* 26. *C. de pa-
ctis, cap. quemadmodum.* 25. *de iureiur.* plura alia cumu-
lat Hojeda *de incompatib. benef. cap.* 23. *num.* 30.
D. Chriſtoph. de Paz *de tenuta* 1. *part. cap* 37. *num.* 55.
& 68. optimè ac eruditè Oſualdus ad Don. *lib.* 23.
comm. cap. 18. *lit C. pag mihi.* 1145. Alex. *conſ.* 196. *n.* 5.
lib. 1. Aym. Crauetta *conſ.* 114. *num.* 14. Caualcan. *deciſ.*
28. *num* 14. Curt. Iun. *conſ.* 147. *col. fin.* † Immò & fa- 113
cilè tolli ius quærendum probant *ex l. pactum inter
heredem.* 46. *de pactis, & cap. ex ore,* 3. *de his, quæ fiunt à
maiori parte, cap.* 2. vbi *gloſ. de tranſact. cap. fin. iuncta
gloſ.* 2. *de donat. inter, Clem. gratia, de reſcript. cap fin. de
conceſ. præbendæ, in* 6. *extrauag.* 1. *Ioannis* 22. vbi *gloſ.
verb. ius ad rem. de conceſ. præbendæ, in antiquis.* Puteo
deciſ. 265. *lib.* 2. † atque ex eadem ratione faciliùs 114
renunciatur, quàm ius quæſitum, *l. ſeruus.* 3. *d. l. filius.*
23. *C. de pact.* tenent Bald. *in l. illud. quæſt.* 3. *C. de ſacroſ.
Eccleſ.* Andr. Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. donatione lar-
gitus, num.* 181. *C. de reuoc. donat. & de retract. lignag.
§.* 1. *gloſſ.* 9. *n.* 125. Paul. Caſtr. *in l. cum pater. §. libertis.
num.* 7.

Digitized by Google

num.7.de leg 2. Maranta diſp.9. num.12 Caualc. d.deciſ 28.num.24.1.part. Aym.Craueta d.conſ.114 Hipolit.ſing.194. Aug. Barboſ.Axioma.135.num.1.& 2. &
115 alij ſuperiùs allegati ex num.20. † quia non tanta habetur ratio iuris quærendi, ſicut quæſiti, l.ſi ita ſcriptum.45. §.1.l.ſi ſcripſiſſet.46. de leg.2. Hoieda d. cap.23.num.31. Brun.à Sole in locis commun.verbo,ius,
116 num.21.Auguſt.Barboſa citato loco num.1. † Quare in gratiis elargiendis à noſtru Rege potentiſſimo, ſeu à Domino Inquiſitore generali in ſanctæ Inquiſitionis Officio, ſeu à tribunalibus inferioribus, & in Eccleſiis Cathedralibus,collegiis, & aliis communitatibus libera eſt facultas adimendi ius non quæſitum ex adductis à Mol. de primog. lib.1.cap.8.à n.28.
117 Hoieda d. cap.23. num.32. † Quod procedit, vt in principio huios quæſtionis dixi, dum gratia à Principe,ſeu Tribunali initium,& finem capit ſine interuentu alterius voluntatis,vt in gratiis, de quibus loquimur,ne contra nos ſit reſolutio Molinæ, meo vi-
118 deri veriſſima, citato loco num.31. † qui loquitur in maioratuum ſucceſſione, quæ principaliter ab inſtitutoris voluntate prouenit, in cuius derogatione non ita eſt libera facultas,ſicut in gratiis, de quibus loquimur,impartiendis, quare Princeps non poterit gratiam facere maioratus in præiudicium vocato-
119 rum, etiamſi adhuc nati non ſint; † tum quia idem ius habent naſcituri ad fideicommiſſum, quàm iam nati,ex l.pronunciatio, 195. §.familiæ, de verb.ſign. l.5. de interd.& releg. l.Gallus,29. §.ille caſus,15. vbi Bart. de lib. & poſth. cum aliis adductis per Valençuel.
120 conſil.7. num.25. & ſeq. † tum quia naſcituri ita adquirunt dominium, quod ad eos poteſt pertinere, ſicut iam nati, l.diui.5.§.pactis, C.de natur.liber. cum iuribus relatis à Tello in l.27.Tauri,num.2.& quo ad ſuum commodum pro natis habentur.l.qui in vtero,
121 7.de ſtatu homin. Menoch. conſ.411. num.16. † Tum etiam, quia eadem habetur ratio eius, qui adeſt tempore teſtamenti, ſicut eius,qui ex poſtfacto venit,ex text.in l.ſi ita fuerit.9.de leg.3. plures nouiſſimè cumular Aug. Barboſa appellat.99.num.9. & 10.pag. 200.& bene ponderat Pelaez de maiorat. 2.partis ini-
122 tio à num.460. cum ſeqq. † vbi ait, non eſſe æquum Principi iuſto,& qui Dei poteſtate, & voluntate regnum gubernat, & cuius cor in manu eiuſdem eſſe debet,derogare legibus, conditionibus, grauaminibus, & vocationibus maioratuum, nec admittere alios cum vocatorum excluſione, vel ſint nati, ſiue non, tempore quo Princeps vult facere derogatio-
123 nem. † Quod alter ſe habet in merè gratioſis, quæ tribui à Principe valent,non ſolùm digno, ſed etiam incapaci, qui ex conceſſione ſcienter facta habilitatur, & idoneus redditur, ex text in l.quidam conſulebant 17.de re iud.vbi Bart.& DD.& idem Pelaez in 1. part. quæſt.2. num.147. & faciunt tradita ab Abb.in cap.conſtitutus, col 2. de relig. domib. Ripa in l.ex facto, num 11. de vulg. & pup.Andr. Tiraq.de ceſſante cauſa, limit.1.à num.10.cum ſeqq. Ant. Gamma deciſ.278. &
124 Barbat. conſ.49.& conſ.55. lib.4. † Et qua ratione in omnibus Principis conceſſionibus ſubintelligitur clauſula,ſaluo iure alterius, ex Dec.in l.milites,num 6. C.de milit.teſtam. Alciat.reg.1.præſumpt.11. num.2. Zephal.conſ.186. num.16.lib.2 latè Aug. Barboſ.clauſul.
125 157.ex num.1. pag.155. † Et licèt Princeps priuilegiis ſemel conceſſis derogare ad libitum valeat, ex iuris natis regulis, & non habet locum, dum ex eis iam eſt ius tertio quæſitum ex Io. Fab.in §. ſed naturali num.4. inſt. de iure natur. Hoſtienſ. in loco ibi à Fab.citato. Bald.in l.1.col.3.verſ.Facit ad quæſtionem ſolut. matrim. ad hoc adductu à Greg. in l.23.gloſ. no valdra, tit.9. part.6. & facit quod tradit Ant. Gom. comm. opin lib.6. tit. de clauſul. concl.2. num.2.

nec dum procedunt ex contractu, vel interuenit pecunia,vel merita,ſecundùm Pinel in Rubr. 1.part.c.2. col.pen & vlt.Pereg.de iure fiſci,lib.1.tit.3.num.28. Petra.de poteſt.Princip.c.32. dub.2.num.154. Camill.Borell. de præſtantia Regis Catholici, cap.53. num.6. cum ſeqq.Mol.de primog.lib.4. cap.3. num.18.cum ſeq. Sanctatell lib.1.reſolut.·7. num 3. Aloyſ. Ricc part 4.collect.862.Suarez de leg.lib.8.cap.37.num.4. & 10. latè Maſtrillo.1. de magiſtr.c.4. ex n.162.321.323. & ſeq. 411.& 424.Tiraq in l.ſi vnquam, verb.Donatione largiens,num.11.C.de reuoc.don.Fel.n.12. Aret.28.in cap. nouit. de iudic. Roder. Suar. alleg.9. Ruland.conſ.76. num.13. & ſeq.vol.2. & conſ.13 num.21. & ſeq. vol.3. Valaſc.conſultat.72.num.5.& conſult.120.num.9. Natt. conſ.122.num.20.& conſ.260.n.5. Burſat.conſ.16.n.44. & ſeq.vol.1. Bardel. conſ.22. num.20. Mohed.deciſ.6. num.2.de priuileg.Afflict.deciſ.128.num.10. † Licèt de 126
iure ordinario non poſſe Principem derogare priuilegio ſemel conceſſo malint Pet. Barboſ. in Rub.1. part.num.6.ſol.matrim. Matienço in l.11.gloſ.9.num.4. tit.7. & in l.6.gloſ.1. num.5. & ſeq. fol.193. & gloſ.2. num.18.tit.10.lib.5.recop.fol.196. vidēdi plures vtriuſque claſſis apud Aug. Barboſ. clauſula. 41. num.13. & 14.pag.48 Maſtrillo tamen citatis locis has opiniones benè explicat, † per legem tamen generalem 127
poteſt Princeps iuris primogenituræ derogare, vt tenet idem Matienço in l 7. gloſ.7. num.8. & 9. tit 7. lib.5.recop. Peregr.de fideicom art.52.n.113. Pelaez 2. partis initio num.567. qui in 4. part quæſt.1. limitat.6. num.75.ex Aym.Craueta conſ.135.num.31.ait,†quòd 128
Princeps poterit tollere ius primogenituræ ſemel per donationem conceſſum, dum ex eius facto originem ius quæſitum ſumpſit, ſecus verò ſi ex facto alterius emanarit, & initio. 2. partis.num.485 † alia 129
vtitur diſtinctione, vt videlicet Princeps poſſit præiudicare in iure quærendo ſpe non approbato, vt per Anchar.conſ.291.Dominus Papa.Alciat.reg.3.præſumpt.11.num.7. † non verò præſumitur velle tolle- 130
re ius quæſitum ex cauſa onerosa, niſi habeat notitiam claram illius iuris, & ex plenitudine poteſtatis non verò ordinario iure, ſecundùm Fel. in cap.fin. num.3. verſ.Ad illud autem, de conſtitut. Peregr.d.art. 52.ex num.116 cum ſeqq.pluribus,vbi latè de materia Craueta de antiq. temp. 1.part.in princ. n.54. cum duobus ſeqq. conducunt plures relati ſuprà ſub n.125. immò etiam de plenitudine poteſtatis non poteſt dominia rerum tollere, vt nouiſſimè plures referendo tenent Aceb.in l.1. num.23. tit.1. lib.4.recop. Ceball.comm.contra com. tom.4.quæſt.906.num.255.D Io. del Caſtillo quotid.contron.lib.2.cap.28. & lib.3.cap.6. num.8 & de tertiis.c.41.ſub num.2.verſ.Addo. Marr.de clauſul.1.part. clauſula.259. num.9.in vlt.impreſſ. & de iuriſdict.4.part.cent.2.caſu 195 per totum.And.Fachin. lib.8.controuerſ.cap 63.verſ.Contrarium docuerunt multi. Bobadilla in politica lib.2.cap 16.num.162. Peregr. d.art 51.num.127. verſ.Verum hæc.& ex num.130.cum ſeqq. vbi bona vtitur diſtinctione, & alij plures penes Aug Barboſa clauſula 41. num.24.& 25.pag.49. & penes Amayam lib.1.obſeruat. c.1.n.51.

Sequitur etiam econtra ius adquiſitum ſine facto 131
adquirentis (loquor reſpectu eorum, quæ dixi ſuprà n.112 & ſeqq.tolli non poſſe, ex text. in l.id quod noſtrum.11.de reg.iur.l ſic.de pactis. l.vero procuratori,11. verſ.Alia cauſa,l.aliud.126.de ſolut. l.ait Prætor.10.§.ſi debitorem,16.Quæ in fraud.cred. & notatur in l.quæſitū eſt,14 de pignor.l.ſi quis,12.de man teſtam.l.ſi cum Hermes,7.C.locati.Gonçalez d.reg 8.cancel.gloſ.16.n.116. Zephal.conſ.12.n.33.tom.1. Gozandino conſ.42.n.19. præter allegatos ab Aug Barboſa citato loco d.n.24. & 32.†quod extendit Bald.in l ſi conſtanti,n.4.per il- 132
lum textum C. de donat. propter nupt. etiamſi ius

quæſitum

quæſitum ſpe tantùm ſit, vt ſi per legem, ſeu per contractum fuerit in ſpe irreparabile ius conceſſum, non poſſit in præiudicium alterius tolli, quem ſequuntur Iaſſ *in d.l. fin. col.1. de conſtit. Princip.* Dec. *in cap. quoniam, num.25. extra eod. & conſ.259.col.3. verſ. Sed breuiter his non obſtantibus, & conſ.607.num.* 12. Carol. Ruin. *conſ.* 186. *num.2. col.pen. vol.1.* Rol. à Valle *conſ.10. num.37. vol.3.* Io. Guttier. *conſ.21.*
133 *n.18.* & alij ſuperiùs ad idem relati; † etiamſi ius quæſitum fuerit ex facto alicuius tertij, ex notatis *in d.l.fin. de pactis. l.ſenſiu.3. C. eod.* Auend. *in cap.17. prætor. num.8. 1.part.* Aceb. *in l.10. num.8 tit.6.lib.2. recop.* Roder. Suarez *conſ.9.num.19.* Hier. Grat. *reſp.*
134 *81. num.21.* Ater. *conſ.74. num.10.* † Quia ius radicatum ex lege, contractu, ſeu quaſi contractu operatur ſaltim ſpem conſiderabilem, & probabilem ex cauſa de præterito radicatam, vt probat ex multis ſuo ſolito more Andr. Tiraq. *de iure primog. quæſt. 40. num.96. & quæſt.43. num.20.* Oldrad. *conſ.224. num.27.* Ruyn. *conſ. 3. num.2. & 6. & col.fin. vol.1.*
135 Aret. *conſ.3. circa fin.* † Et quòd ius in ſpe quæſitum retractari non poſſit, probat idem Andr. Tiraq. citato loco. Dec. *conſ.468. num.26.* Octauian. Cachetan. *deciſ.Pedam.129. num.7.* Vldar. Zaſio *de feud. alienat. col.17. verſ. Cum enim.* Peregr. *de fideicom. d. art.*
136 *52.num.16.35.& 81.* † Quia ius alterius tollere ſine iuſta cauſa, non tantùm eſt contra ius poſitiuum, ſed etiam contra diuinum, quo cauetur ius ſuum cuique tribui, & ne indebitè quis lædatur, *cap. ſatis peruerſum, 56. diſt. cap. inuiſtum, 16. quæſt. vlt.* Paulus Fuſcus *de viſitat. lib.2. cap.26. poſt num.13.* Bald. *in l.2. num.4. C. Quib. ex cauſ. ſerui propr. am.* conducunt tradita per Martam *d.caſu 165.ex num.15. cum ſeqq.*
137 † Maximè à iudicibus, quibus ius ſuum cuique impartiendi munus eſt, & ſicut tenentur res familiares, & ius earum Domino tribuere, *gloſſ. in l.ſanctio legum, de pœnis.* Bart. *in l.1. col.3. verſ. Item ſecundum, & tertium membrum, de condict. indeb.* Bald. *in l.1.n.17. C. Quomodo & quando iudex.* Zephal. *conſ.79.num.21.*
138 *vol.1. & conſ.254. num.5. tom.2.* † Ita maiori ex ratione honorem, & bonam famam non auferre, ſed potius eam protegere debent, ex Oralora *de nobilitate, 3.part. cap.1. num.6. & ſeqq.* D. Regens à Ponte
139 *conſ.9.num.30. tom.2.* † etiam de minimis conſiderationem habendo. *l. & in maioribus, 20. C. de appellat.* Arias Pinel. *in Rub.1. part. cap.2. num.8. & 24. C. de reſcind.* Matienço *in l.12. gloſſa, 3.num.2 tit.6.lib.5.re-*
140 *cop.* † Quia dum agitur de auferendo iure alterius de minimis curandum eſt, vt *in l.1. §. illud, de coniug. cum emancip. lib. eius, & in l. quamuis 13. vt in poſſ. legat. l.1. §. cum dicitur ſi cui pluſquam. l. ſi proprietarius, 22. in fin. princ. de dom. infect.* & ex eodem Matienço ibidem ex Bruno, & Tello Fernandi, & arg. tradita à Gom *in §. pœnales, num.4. inſt. de act.* Cobarr. *lib.1. var. cap.3. num.11. & 12.* Menoch. *conſ. 36. num.*
141 *44. lib.1.* † & procedit etiam de iure canonum, quod de minimis etiam curat, vt *in cap. de appellationibus, 11. de appellat.* Io. Zephal. *conſ.223. num.34.*
142 Ex quibus infertur primò, quòd ſemel gratia facta officij, ſeu dignitatis, quæ requirat puritatem, ſeu ſanguinis nobilitatem, ſi iam ad informandum proceſſum fuerit circa prætenſoris, & ſui generis qualitates, cùm res non poſſit dici integra, & verſetur in ardua hominis cauſa, non libera manet facultas eum eiiciendi, nec remouendi à conſequutione officij, & ſui honoris, ni cauſa magna, & iuſta exiſtat, ad quod facit, quod ſuprà tradidimus circa adquiſitionem iuris ad rem, maximè circa præſentationem, & prouiſionem, quæ omnia huc adduci poſſunt, ad quæ iudices in ſimilibus, cauſis plurimùm debent reſpicere.

Infertur ſecundò intelligentia illius regulæ, renunciationem videlicet iuris quæſiti meram donationem eſſe, *ex l. in ædibus, 9. in princip. de donat. l. ſi maiores, 25. C. de tranſact. l.6. tit.7. part.1.* cum aliis plena congeſtis manu per And. Tiraq. *in l. ſi vmquam, verb. Donatione largitus, à num.173. cum* 143
ſeqq. C. de reuocand. donat. † vt videlicet intelligatur de iure radicato, & certo, vt loquuntur prædicta iura, non verò de incerto, & quòd deficere ex contingentibus valet, atque intelligi debent, Couarr. *lib.2. var. cap.4. num.8* Matienço *in l.7. gloſſ.6. num.7. tit.10. lib.5. recop.* Io. Gutierr. qui alios refert *alleg. 3. num.14.* & tra- 144
dita per Ant. Peregr. *d. art. 52. num. 33.* † Et hoc ſenſu verum eſt, quod tradit Bald. *conſil. 183.* Refutatio facta abſque cauſa, *lib.4.* quod videlicet, ei renunciatio ſit inofficioſa, poſſit æquè reuocari, ac donatio, veluti renunciatio legati relicti in teſtamento legitimo donatio dicitur, cùm recta via à morte teſtatoris in legatarium tranſeat fictione iuris, ex Bart. Dec. & Doctoribus *in l. non fraudantur, de reg. iuris.* And. Tiraquell. *de retract. lib.1. §. 26. gloſſ. 1. num.13. in fin.* Franc. Burſat. *conſ.118. num.8. lib.2.* & hoc ſenſu verum eſt, quod dicitur, amiſſum videri, quod potuit adquiri, & non adquiritur. *l. 3. quæ in fraud. cred. l. & ſiue quid. 27. ex quib. cauſ. maior.* licèt aliud ſit de iuris rigore, *l. non videntur, 83.* vbi Dec. *num. 3. l. non poteſt videri, 208. de regul. iuris.* Auguſt. Barboſa *Axioma, 25. num. 2. & 3. pag. 19.* Pelaez *d. 2. part. initio ſub num.569.* 145

Infertur tertiò verus intellectus illius diſtinctionis, de qua D. Chriſtoph. de Paz *de tenuta lib.1. cap.32. num. 55. 66. & 68.* quòd videlicet ſi prætenſor in ordinum Senatu, Eccleſia Toletana, atque in collegiis maioribus, & in aliis communitatibus ius adquiſitum habeat ex gratia iam facta, ſeu vigore præſentationis, ſeu electionis non ita facilè poſſit repelli, ſicut poſſet nullo quæſito iure; & ſic requiritur maior defectuum probatio ad eius repulſam, quod verè ex iam dictis colligi videtur. † Non ve- 146
rò illud, de quo principaliter ibi agit Paz, nempè iudices non poſſe ſuos inſtruere animos, dum ius quæſitum eſt ex reprobatis, ſed ex legitimis, plenis, & iure approbatis informationibus; poſſe tamen dum ius quæſitum non eſt ex reprobatis teſtibus ſe inſtruere, & 147
prætenſorem repellere; † tum quia licèt reprobatæ informationes nullam efficiant fidem, vt ipſe probat, & non ſuo loco dicemus, ad euertendum tamen ius nullum parua, & nulla vis ſufficere debet, *arg. text. in l. nam & ſi ſub conditione, 5. de iniuſto rupto. l. ſi tutor, 4. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. neceſſ. non eſt, cap. ad diſſoluendum. 13. de deſponſat. impub.* † tum 148
etiam quia ea in ſpecie res integra videtur eſſe, ſaltim quoad iuris adquiſitionem quando liberum eſt gratiam denegare, etiam nullo obice exiſtente, ad notata *in l. fideicommiſſa. 11. §. quamquam. 7. de leg.3. vbi gloſſ. verb. voluerit. & in cap. ſi gratioſè. 5. de reſcript. in 6.* Natta *conſ. 608. num.5. vol.3.* † Nihilominus tamen, ſi ad infor- 149
mandum circa prætenſoris qualitates ventum ſit, aliter dicendum ex iure, ratione, & æquitate indubium puto, tum quia ex inceptis informationibus ius ſaltem conſiderabile conſequitur prætenſor, vt repelli non valeat, ni ex iuſta cauſa 150

propter damnum generi ex repulſa obuenientes, & iuſta cauſa non oritur ex probationibus reprobatis, quæ nihil ſunt, nec probant, & nullum quod eſt nullam cauſam, nec impedimentum præſtat, *l.4. §. condemnatum, de re iud. cap. non præſtat. §2. de reg. iur. in 6.*
151 Card. Tuſch. *li. N. concl. 140. per totam, tom. 5.* † Tum etiam quia prædicta diiudicatio, & expulſio debet fieri ex iure & ratione, nulla quidem ratio, nec ius dictat, quem repellendum cum infamiæ nota vigore eius, quod nihil eſt, & quod ab ipſo reprobatum manet iure, Vantio *de nullit. tit. Quoties, & intra quod tempus, num. 53.* relatus à Mariano Antonin. *lib. 2. var.*
152 *reſol. 18. num. 3.* † Tum denique, quia aduerſùs æquitatem eſt lædere proximum propter cauſam reiectam, & velut falſam damnatam, vt ſunt informationes reprobatæ, niſi fortè plures ſint idonei oppoſitores, quorum quilibet eligi poterit, etiam nullis reprobatis actis exiſtentibus, vt latiùs dicam infrà quæſt. 11. §. 4. illat. 1.
153 Infertur quartò ius ad rem faciliùs adimi, amittique quàm ius in re, ex Rota *deciſ. 8. de renunciat. in antiquis*, & faciliùs renunciari, Rota *deciſ. 14. num. 3. illo eod. tit.* Flamin. Pariſ. *lib. 7. de reſignat. be-*
154 *nefici. r. quæſt. 1. num. 76.* † ita vt nullus poſtea recurſus maneat ad rem ſemel renunciatam, *l. quæritur. 14. § ſi venditor. 9. de ædilit. edicto, l. 1. §. videndum, de ſucceſſor. edicto. l. generaliter. 13. C. de non num. pec. l. ſi quis iuſiurandum. 11. C. de reb. cred.* Mol. qui alia iura cumulat, *de primogen. lib. 4. cap. 4. num. 44.*
155 Hier. Gab. *conſ. 127. num. 6 lib. 1.* † Nec quidem auctoritas ſuperioris requiritur ad eius renunciationem, ex Innocent. *in cap. cum in dubiis, de renunciat.* Archid. *in cap. deliberatione, de offic. leg. in 6.* Card. Zabarellæ *in Clem. 1. ſub num. 16. de renunciat.* Boër. *deciſio. 308. ſub num. 1.* Rota *deciſ. 7. num. 3. de iure patron. in antiquis, & deciſ. 8. num. 2. eod. tit. in nouis, & deciſ. 17. num. 7. de præbend. & deciſ. 8. de renunciat. in antiquis.* Sed ſufficit coram ſuo notario fieri, ex Philippo Probo ad Io. Monach. *in cap. quoniam, num. 3. de renunciat. in 6.*
156 Ius verò in re difficiliùs amittitur, & tollitur, vt *in cap. ſi is cui. 39. de præbend. in 6. cap. fin. de conceſ. præbendæ. eod. lib.* Rotæ *deciſ. 7. de præbend. & deciſ. 2. num. 1. de renunciat. in nouis.* Roman. *conſ. 329. num. 16.*
157 Rolando *conſ. 21. num. 59. lib. 2.* † cuius renunciatio ſuperioris auctoritatem requirit, *cap. admonet. 4. de renunciat.* Archid. *in cap. deliberatione, de offic. leg. in 6.* Calderino *conſ. 3. eod. tit.* Io. Prob. ad Io. Monach. *in cap. clerici, num. 7. de cleric. coniug. eod. lib.* faciunt tradita à Ludouico Gomez *in reg. Cancellariæ de iure quæſito non tollendo quæſt. 4. in princip.* quare ad eius amiſſionem pleniores requiruntur probationes, vt ſuperiùs dictum & probatum manet, & hæc ſufficiant pro huius quæſtionis enucleatione.

QVÆSTIO VIII.

De probationibus, & præſumptionibus puritatis, & nobilitatis, & infectionis ſanguinis.

1 *Introductio quæſtionis.*
Probationes in noſtro tractatu primum locum obtinent, ibid.
2 *Oſtendere, quæ probationes deſiderentur ex puritatis ſtatutis, perdifficile eſt.*
Duo principia iuris ſunt quo ad probationes puritatis quaſi pugnantes inter ſe, ibid. & ſub num. 7. *vbi magis explicatur.*
3 *Qualitates requiſita ab ſtatuto neceſſariò probanda liquidò ſunt; aliàs ſtatuti diſpoſitio locum habere non poteſt, & quidem adeſſe tempore oppoſitionis, nec ſufficit ſi ſuperueniant, & ſi iure præſumantur.*
4 *Cauſa, & defectus ad repellendum pleniſſimè ſunt probandi.*
5 *Qualitas tendens in alicuius præiudicium plenis verificanda venit probationibus.*
6 *Cauſa ad excludendum liquidò conſtare debet.*
7 *Macula ad excludendum ex noſtris ſtatutis debet ex veris oſtendi probationibus non quidem præſumptiuè.*
Cauſa omnis obiectiua probari liquidiſſimis debet probationibus, ibid.
8 *Caſus dari poſſunt, quibus nec probentur qualitates requiſitæ ad admittendum, nec macula, nec defectus ad excludendum, quod ſummè notandum eſt.*

POSTQVAM diſcuſſimus de ſtatutis puritatis, de natura iudiciorum, quibus agitur de ea probanda, de illius maculæ, & nobilitatis natura & origine, & de forma informatorij conficiendi, & denique de iure quæſito, videre neceſſe & vtiliſſimum erit, quæ probationes deſiderentur ex prædictis ſtatutis, tum quia, præcipuum in noſtra materia, & tractatu locum obtinent; † tum quia id oſtendere ſummè difficile iudico, cùm videam duo extrema & iuris principia in limine quæſtionis ita diuerſa, vt inuicem inter ſe pugnantia videantur, † cùm ius notum ſit, ad prætenſorem admittendum debere ſpecificè, & clarè probari qualitates requiſitas ab ſtatuto, aliàs eius diſpoſitio locum habere non poterit, ex *text. in l. cum actum. 17.* vbi communiter DD. *de neg. geſt.* latè Andr. Tiraq. *de retract. lign. §. 8. gloſſa 7. num. 1.* Petr. Cauall. *de homicid. num. 520. & in reſolut. crim. caſu 56. num. 29. & 33. & caſu 225. num. 2.* Maſch. *de probat. concl. 1249. per totam.* Gratianus *diſceptat. forenſ. tom. 1. cap. 90. num. 95. & 2. tom. cap. 293. num. 28. & Marchiæ deciſ. 198. num. 1. & deciſ. 214. num. 2. & deciſ. 228. num. 1.* Farin. *deciſ. 78. num. 1. in fin. & deciſ. 483. num. 5. & deciſ. 673. num. 2. part 1. & deciſ. 225. num. 2. & deciſ. 603. num. 1. part. 2. in poſthum.* Card. Tuſch. *in pract. concl. lit. Q. concl. 106. quaſi per totam.* Boër. *quæſt. 115. num. 3.* Hip. Rimin. *conſ. 69. num. 4.* Pelaez *de maiorat. 4. part. quæſt. 26. n. 320.* & plures alij infrà hac quæſt. §. 2. referendi, vbi de hoc latiùs, quod in tantum eſt verum, vt ſit neceſſe probare, qualitatem à lege, ſeu ſtatuto requiſitam tempore oppoſitionis adeſſe, nec ſufficiat probare, quod poſtea ſuperueniat, *l. 2. de excuſ. tut. leg. ſi eo tempore, de reſcript. in 6. l. 2. verſ. Peroſi, tit. 17. part. 6.* Abb. *num. 10.* Dec. 5. *in cap. poſt ceſſionem, de probat.* Iaſſ. *in l. 1. in princ. & num. 6 C. de teſtam.* Suar. *alleg. 12. num. 5.* Auend. *c. 13. prætor. n. 13. verſ. Octauũ, & c. 23. n. 7. p. 1.* Io. Bapt. Coccin. *dec. 123. n. 1.* Gracian. *March. dec. 198. n. 8.* ex Pariſ. *conſ.*

conſ.62. num.36. vſque ad 44. lib.4. Et quamuis iure præſumatur, dum ſpecificè lege, ſeu ſtatuto requiritur, ſi ſpecificè non probetur nihil, & ex adductis per Gracinn. *diſcept. for. tom.4. c.745. n.56. & c.748. n.16. & 17. & c.752. n 42. & cap.753. n.20. & 21. & tom.5. c.829. n.5. & 6. & cap.926. num.3.* cum pluribus allegandis infra n.9. §.2. pluribus in locis maximè num. 51. & 52.

4 E contra verò video eodem iure conſtitutum, ad aliquem repellendum ex defectu in ſtatuto comprehenſo, eſſe neceſſe, quòd perfectiſſimis defectus probetur probationibus, alias repelli non poterit, ſecundùm *text. in cap. ſuper his, 16. cap. accedens. 23. de accuſat. cap. 1. cap. vt circa. 4. de elect. in 6.* & ex diuerſis Rotæ deciſionibus in puritatis cauſis loquentibus probant Ricciol. *de neophyt. c.7. num.18.* & Aug. Barboſa *de officio Epiſc. 1. part. tit.2. gloſſ.17. num 40. pag.*
5 208. & in aliis eſt *num.49. pag.97.* † quia qualitas tendens in præiudicium alicuius plenis verificanda venit probationibus, ex Caſſad. *deciſ.10. de præbend.* & Rota *deciſ.531. part.1. diuerſ.* probat Nic. Garcia *de benefic. 5. part. cap.3. num.213. & part. 6. cap. 2. num. 209.*
6 † & ad excluſionis pœnam, neceſſe eſt, quòd liquidò de eius cauſa conſtet, alias locum habere non poterit per *text. in l. in teſtamento. 27. de cond. & dem.* probat Bald. *in cap.1. Qualiter Dominus propriet. prin. in vſib. feud. & in L.1. oppoſit.4. C. de his, quæ pœna nom.* Alex. *conſ.33. num.1. lib.2.* Pelaez *de maiorat. 1. part. quæſt.1. num 362. verſ. Ex quibus infero, & num.364.*
7 † Et ideò quòd macula ad excluſionem horum ſtatutorum debeat ex veris oſtendi probationibus, tum verò ex præſumptionibus dixit Valençuela *conſ. 90. num.172.* Et omnis cauſa obiectiua ex liquidiſſimis oſtendi debet probationibus, *ex cap. ſignificaſti, de diuort. gloſ. verb. opponit, & verb. apertiſſimis,* & DD. communiter *in c.1. § ſi quis igitur, de except. in 6.* Mohedano *deciſ.130. num.1.* Farin. *deciſ.117. ſub num.11. & deciſ.277. ſub num.4. & deciſ. 425. num.4. p.1. in poſth.* quæ, vt vides, contraria videntur, & rem explicatu difficilem conſtituunt; nam requiri ad amiſſionem plenam qualitatum probationem, & ad repulſam, quod liquidò defectus conſtent, non verò præſumptiuè, ita pugnantia videntur, vt concurre-
8 re, nec medium inter ea conſtitui poſſit, † maximè cùm caſus dentur, vbi nec qualitates ad admiſſionem probentur, nec ad repulſam defectus, vt accidit, dum probationes contrariæ ita manent, vt neutrum probatum dicatur, & inuicem elidantur, vt ſuo loco dicemus, & dum deficiunt teſtes, qui agnouerint patres, & auos prætenſoris, & ſic eorum qualitates improbatæ maneant, vt accidiſſe commemorat in D. Iacobi Zebedæi maiori Salmanticenſi collegio, Valençuel *conſ.90. num.45.* de cuius difficultatis nodo diſſoluendo, & de modo, quo qualitates debeant probari ex noſtris ſtatutis hac in quæſtione, & ſeqq. agendum eſt, quod vt melius conſequatur, & explicite, & diſtinctè procedam, quæſtionem in tres diuidam partes.

1 De probationibus, & præſumptionibus in genere.

2 De præſumptione puritatis, an præſumatur, & ita præſumpta ſufficiat ex noſtris ſtatutis.

3 De optimis, & vtilibus illationibus in materia ex præcedentibus deductis.

§. I.

De probationibus, & præſumptionibus in genere.

SVMMARIVM.

1 *Probationis vtilitas, deriuatio, definitio, & diuiſio, remiſſiuè.*

2 *Qualitates ſanguinis ſunt accidentales, inuiſibiles, & in nulla parte reſident corporis ſenſitiua, & ideò difficilis iudicantur probationis.*

Filiatio, & deſcendentia ab antiqua radice difficilis ſunt probationis, quia ſub ſenſu corporis nequeunt cadere, ibid.

3 *Qualitates prædictæ poſſunt probari ex minus legitimis probationibus, & indiciis, & præſumptionibus, & coniecturis,* num. 4.

5 *Probatio ex coniecturis, & præſumptionibus in his, quæ ſunt difficilis probationis dicitur concludens.*

6 *Quæ ſunt difficilis probationis, probantur indiciis, & coniecturis, & in eis qualibet probatio habetur pro plena, & concludenti,* n.7.

8 *Præſumptio quid? eſt triplex. Prima iuris, & de iure,* num. 9. *Secunda iuris tantùm,* num.11. *Alia hominis,* num.13.

10 *Lex pro certo habet, quod præſumit, aut fingit.*

12 *Præſumptio iuris dicitur liquidiſſima probatio. Hominis ita dicitur, quia in homine conſiſtit, ſicut præſumptio iuris, quia in lege ſiſtit,* num.14. *Potentior vincit minorem,* num.16. Negatiua *validior, quàm affirmatiua,* ibid. *Quod adducitur ad probationem puritatis & nobilitatis,* num.17.

15 *Præſumptiones in dubiis non in certis ſedem habent.*

18 *Quilibet præſumitur manere in eodem ſtatu, & eiſdem conditionibus, quas ab origine habuit.*

19 *Initium rei inſpiciendum eſt.*

20 *Res quocumque vadit, ſecum fert ſuas qualitates, & conditiones. Grauamine affecta grauata perpetuò manet, vſque ad contrarium probetur,* num.21.

22 *Natura omnes homines æquales fecit.*

23 *Nobilitas ex peculiaribus cauſis fuit introducta, & ideò non præſumitur, niſi plenè probetur.*

24 *Quilibet in dubio velut plebeius tractatur, & in compedibus quandoque detinetur.*

25 *Qualitas Chriſtiani veterani vnde proueniat.*

26 *Hiſpani omnes ex gentilitia gente ad fidem fuerunt conuerſi. Et habentur pro puris, & Chriſtianis veteranis,* num.27.

OMiſſis igitur probationis vtilitate, deriua- 1
tione, definitione, & diuiſione, de quibus communiter agunt DD. *in Rub. ff. & C. & Decretalium de*

probationibus,& Ioſ.Maſch.& Fuln.Pacian.*in ſuis inte-
gais tractatibus de probat* Iac.Menoch.*de præsūt.lib.*1.
in præfat. Rebuff. *in l.mulieres, §.res abeſſe , verb. pro-
bat. de verb.ſign.* Franc. Duar. *lib.* 1. *diſp. cap.*27. &
*ad tit.de probat. cap.*2. Hugo Douel. *lib.* 23. *comm.
cap.*1. Petr. Greg. *lib.*43. *cap.*9. Medicis *de diffinit.*2.
*part. cap.*3. Paz *in praxi* 1. *tom.*1. *part.*8. *temp.* Did.
Petez *in Rub. tit.* 2. *lib.* 3. *ord. gloſ.*1. Aceb. *in Rub.
num.*2. *tit.*6. *lib.*4. *recop.* Proſp. Farin. plures refe-
rens 1. *tom. quæſt.*36. *num.*4. Cardoſo *in praxi verb.
probatio.* quia non eſt meum hîc agere ex profeſſo
de probationibus , & earum natura, quia de hoc in-
tegra confici poſſent volumina , ſed tantùm de ſpe-
cialibus modis , quibus puritas & nobilitas probari
conſueuerunt,& poſſunt, quos referam,& oſtendam
in hac,& ſeqq.quæſtionibus , quare nunc de proba-
tionibus in genere non plus agendum , nec immo-
randum curaui,& quia ſatis earum tractatio , & ex-
plicatio ex prȩcitatis patent.

2 Sed ſaltim vnum non prætermittam , quòd qua-
litates ſanguinis, de quibus probandis nunc agi-
mus accidentales ſunt,& inuiſibiles,& in nulla reſi-
dent parte corporis,vt *in ſeq.§.oſtendam*, & ideò dif-
ficilimæ iudicantur probationis ſicut & filiatio , &
deſcendentia ab antiqua radice , vt *ex text.in l.filium.
6.de his qui ſunt ſui,& in l Lucius.*83.*de condit.& dem.*
probant communiter DD. quia ſub ſenſu corpotis
nequeuot cadere,vt probant adducti à Maſch *de pro-
3 bat.concl.*409.*per totam.* † & ideò poſſunt probari ex
minus legitimis probationibus, vt docent DD.*ex
cap per duas*,10.*§.quin verò,de probat. cap.tranſmiſſa.*3.
*in fin.*iuncta *gloſſis in verb.indiciis, & verb.teſtibus, Qui
filij ſint leg.* Maſch.*concl.*753.*num.*1. *& concl.*791.*n.*1.
& ſeqq. Menoch. *de arbitr. lib.*2.*caſu* 89.*n.*36.*& ſeqq.*
Card.Paleot.*in tract.de notis & ſpuriis , cap.*23.*num.*6.
Dueñas *reg.*299. *num.*4. Burſat.*conſ.*278.*n.*25. *& ſeqq.
vol.*3.Alc.*reſp.*6.*num.*12.Natta *conſ.*473. *n.*12 *& ſeqq.*
4 † & ex indiciis,& præſumptionibus ſecundùm Lam-
bert.*de iure patronatus lib.*2.*part* 2.*art.*4. *quæſt.*10.*prin-
cip.* *n num.*5.*cum ſeqq.*Natta *conſil.*235.& 378. Burſat.
*conſ.*151. *num.*36. *cum ſeqq.lib.*2. Nic. Boër. *deciſ.*42.
*num.*52. atque etiam coniecturis ex Burſato *conſ.*93.
*num.*1.*lib.*1. Celſo *conſ.*10. *num.*3. & *conſ.*44. *num.*1.
Cutt.iun.*conſ.*220.*num.*37. & aliis adductis à Maſch.
5 *d.concl.*409. *per totam.* † & probatio ex coniecturis,
& præſumptionibus in re difficilis probationis di-
citur concludens,ſecundùm Cobb.*in cap.filius,num.*1.
de teſtam. Sequutum à Rota apud Seraphin. *deciſ.*
6 1459. *num.*6. † quod & generaliter conſtitutum eſt
in omnibus quæ ſunt difficilis probationis,in quibus
probant indicia,præſumptiones , & coniecturæ , ex
*text in l.qui ex libertis.*11. *de bon poſſ.ſecundum tab.l.non
omnis.*5.*§ n barbaris,de re milit.l.ſi vicinus.*9.*C.de nupt.
l.conſenſu.*8.*§ ſuper plagiis. C.de repud.cap.veniens*,38.
de teſt. cap.Michael 15. *de filiis presbyt.* probant DD.
communiter *in l.nam hoc.* vbi Salic. *num.*2. Rom.3.
Alex.3.*C.vnde leg.* Mantic. *de tac.& amb. lib.*8.*tit.*15.
*num.*11.& aliis relatis Alciat *de præſumpt.reg.*2.*num.*4.
Andr.Tiraq. *de retract.conuent.in præfat.a num.*37.*cum
ſeqq.* Stephan.Gracian.*diſcept forenſ.cap.*192.*num.*12.
plures allegat. Farin.1. *tom. de delictis , quæſt.*20.*n.*36.
Ign.del Villas.*in ſilua lib.*1. *reſp.*9. *num.*33. & 14. fa-
ciunt tradita à Craueta *de antiq. temp.*1. *part.in princ.
num* 1.*& ſect.Viſo de fama. num.*30. Cobb *lib.*1. *var.
cap.*3.*num.*3.*verſ.Verum quoties.*Ant Marteratenſ.*var.
reſol.lib.*3. *reſol.*17. *num.*1. *& reſo.*20. *caſu* 5. *verſ. Et
quamuis teſtes,& reſol.*44.*num.*4.Card.Mantica *de ta-
citis & ambig.conuent. lib.*8.*tit.*17.*num.*6. Menoch *de
arbitr.caſu* 245.Maſch.*de probat. concl.*1417. *num.*11.
plures refert Aceb. *in l.*6. *num.*1. *tit.*9. *lib.*4. *& in l* 4.
7 *num.*52.*tit.*6. *lib.*8. *recop.* † vbi ait , quòd in his quæ
difficilis ſunt probationis , quælibet informatio
habetur pro plena , & concludenti probatione , ex
doctrina Bart. *in l. in illa ſtipulatione , l.*1. *in fine. de
verb.oblig.* quem ſequitur Iaſſ.*ibid. num.*18.*&* 19. de
qua doctrina à Valençuela improbata , ſeu malè in-
tellecta plenius diſſeram infrà 2. part. quæſt.6 §.1.
ex num.19. cum ſeqq. & his tantùm animaduerſis
circa probationes in genere , tranſeundum eſt ad
ſecundam noſtræ quæſtionis partem , quæ de præ-
ſumptionibus inſcribitur , de qua etiam paucis
agam ; quia nec mei eſt inſtituti , de ea latè agere,ni
quatenus opus ſit ad noſtrum tractatum , & ejus in-
telligentiam.

Eſt igitur præſumptio probabilis coniectura 8
ex certo ſigno proueniens, quæ alio non edocto
pro veritate habetur , ex Bald. *in l. Rub. C. de
probat.* Alc. *tract. de præſump. in princ.* 3. *part.* in-
cipit, *Veniamus, num.*1. & colligitur ex Hug.Doñel.
*lib.*25. *comm. cap.*3. *& in l.*1. *num.*1. *C. de probat.* P.
Th. Sanch. *in decalog. lib.*1. *cap.*10. *num.*13. *verſ. Se-
cundò*, & congerit plura Farin. *d.quæſt.*36. *à num.*67
cum pluribus ſeqq. & probari videtur *in l.* 8. *verſ.
En aun ay otra natura , vbi gloſſ.*2. *tit.* 14. *part.*3.
exornant communiter Doctores *in Rub. extra , de
præſumpt.*

Quæ principaliter tripliciter diuiditur , vt alia 9
ſit præſumptio iuris , & de iure , nempe dum lex
non ſolùm præſumit , ſed ſimul velut de vero &
certo diſponit , nec probationem in contrarium ad-
mittit , ex Alc. *de præſumpt. in princ.* 2. *partis* , inci-
pit , *videndum num.* 3. Menoch. *eod. tract. lib.* 1.
quæſt. 13. *num.*17. *& quæſt.*8. *num.*1. Maſch. *de pro-
bat. lib.*1. *quæſt.*10. *num.*48. *& concl.*1228. *à num.*1.
Franc. Mantic. *de coniect. lib.*1. *tit.*3. *num.*3. cuius
plura exempla habemus in iure , *vt in l. cùm anus.*
102. vbi Socin. *num.*73. & 74. *de cond. & dem. l. à
Diuo Pio* 15. *§ ſi pignora.* 3. *de re iud. l. antiqua.*13.
*C. ad SC. Velleian. l.fin. in fin. C. ad SC. Macedon.
l.fin. C. Arbitr.tut l ſi qui.* 34. *C. ad l Iul. de adult.
cap.*1. *cap ex qui fidem.*30. *de ſponſal.* & in aliis iuri-
bus relatis à præcitatis DD. in quibus circa rem
præſumptam velut de certa ſtatuitur ; † quia lex 10
pro certo habuit quod præſumit , ſeu quia fin-
git , certum eſſe id , de qua diſponit , vt dixit Ac-
curſ. *verb. præſumptioni. verſ. Sed prima habet , in l.
fin. de eo quod metus cauſa.* quem præter ordinarios
refert , & ſequitur Matth. VVeſembek *in paratit.
l.tit. de probat num.* 14.*verſ.Prima equidem, in fine.*

Alia dicitur præſumptio iuris , quam ſuperius 11
ex Baldo , & aliis definiuimus , quæ non reiicit in
contrarium probationem , ſed ius ita præſumit,
dum aliud non apparet , quæ propriè non dicitur
probatio,ſed probationis releuatio , vt colligitur ex
*l.*1 *minus.*72.vbi Bart.*de cond. & dem.* quia tantùm re-
leuat ab onere probandi. *l.ſi ne poſſidetis.*16. *C.de pro-
bat.l.ab en.*5.*C.eod.l.bona fides.*31 *depoſiti.*Bart per hæc
iura , *in l.in illa,in fin de verbor.* & alia plura cumu-
lat Aym. Craueta *de antiq. temp.* 1. *part. sect. viſo
de fama , num.*26. Hipolit. *ſing.*451. incipit , *decreui*,
Menoch. Maſch. & aliis in locis citatis , † & hoc 12
in ſenſu dicitur liquidiſſima probatio , dum vide-
licet aliud non apparet *ex gloſſ. in l.ſi tutor. C. de
peric. tut. & in l. licet Imperator.* vbi Alex. & Iaſſ *de
leg.*1.& ex aliis referendis latiùs in § ſeq.huius quæſt.
pluribus in locis.

Alia præſumptio dicitur hominis , quæ in ſen- 13
ſu , & iudicio tantùm conſiſtit iudicis , quare de-
finitur , vt ſit veriſimilis coniectura, quæ per ſe ple-
nam non efficit fidem , ni aliis , quibus perficia-
tur , iunctis adminiculis , vt colligitur *ex l. in-
ſtrumenta.*5. *l.rationes.*6. *C. de probat. l.indicia*,19. *C.*
de

de rei vendic. l. abſentem. 5. de pœnis. cum ſimilibus ex-
plicant Menoch. lib. 1. præſumpt. quæſt. 5. num. 16.
14 Maſch. d. quæſt. 10. & d. concl. 1228. † Sicut igitur
iuris præſumptio dicitur, quia à lege, & iure pro-
cedit, ita hæc hominis nuncupatur, quia in ho-
mine tantùm conſiſtit, ex Menoch. d. quæſt. 5.
à num. 4. cum ſeqq. quod optimè explicat Matth.
VVeſembek. in d. Rub. de probat. à num. 14. & plu-
ribus relatis à Farin. d. quæſt. 36. à num. 85. cum
aliis, à quibus res petenda eſt, nos autem plu-
ra omittimus, paucis contenti, quæ ad noſtrum tan-
tùm conducunt tractatum.
15 Primò, præſumptiones in dubiis tantùm ſedem
habent, non verò in certis, & in quibus veri-
tas apparet, quod communiter probant DD. ex
l. fin. de probat. l. continuus, 137. §. cum ita. 2. de ver-
bor. l. ſi certis annis, 28. C. de pactis. Lambert. de iu-
repatron. lib. 2. quæſt. 5. princip. art. 19. num. 3. Aodt.
Tiraq. in l. ſi vnquam, verb. libertis, num. 14. C. de
reuocand. vbi adducit text. in cap. ſi pater. de te-
ſtam. & cap. veritati. 8. diſt. text. in l. iure noſtro, 26.
de teſtam. tut. quem perpetuò mente tenendum di-
cit Pelaez de maiorat. 2. part. quæſt. 4. illat. 2. num. 27.
vbi quaſi infinitos adducit ad hoc DD. Menoch.
de præſumpt. lib. 1. quæſt. 79. num. 9. Maſch. de pro-
bat. lib. 1. quæſt. 8. num. 16. Ant. Gab. qui benè rem
explicat lib. 2. comm. opin. tit. de ſententia, concl. 10.
Greg. Lop. in l. 33. tit. 14. part. 5. gloſ. allegationes.
Aceb. in l. 3. num. 158. tit. 10. lib. 4. recop. & in l. 2.
num. 3. tit. 17. lib. 4. eiuſd. & conſ. 1. num. 8. Alphonſ.
Narbona in l. 20. gloſ. 22. num. 81. tit. 1. lib. 4. recop.
Valençuela conſ. 63. num. 187. & conſ. 90. num. 168.
plures cumulat Aug. Barboſa Axioma. 186. num. 1.
pag. 114.
16 Secundò, quòd in hac præſumptionum materia
potentior minori præfertur, & negatiua potentior
eſt affirmatiua, ex l. 1. §. ſi pendeat. Ad Macedon.
l. 3. §. liberti, verſ. Sed patronum, de ſuſpect. tut. iun-
cta. l. 1. §. conſequens, eod. tit. Bald. in l. filium. 1. lect.
de his, qui ſunt ſui. relati à Menoch. lib. 2. de arbitr.
caſu. 472. num. 27. Alc. reg. 3. præſumpt. 39. num. 62.
Tiraq. de primog. quæſt. 24. num. 10. & 12. vbi ad-
ducit. l. ſi ſic ſtipulatus, & ibi Iaſſ. in 2. notab. de ver-
bor. gloſſ. quam dicit ſingularem Paul. in l. hoc ge-
nus, vbi etiam Bart. de cond. & dem. Oldrad. conſ. 16.
ſub num. 3. & alia plura cumulat idem Tiraq. in l.
boues, §. hoc ſermone limit. 7. de verbor. ſign. Bart. Ce-
pola in l. venditione, num. 33. de vſucap. pro empt.
Dec. conſ. 3. num. 4. Pariſ. conſ. 19. num. 63. lib. 2. Pe-
laez de maiorat. 2. part. quæſt. 4. illat. 8. num. 98. &
ſeqq. quod valdè ſingulare eſt ad hoc, quòd ſi quis
intendat probare ſe filium nobilis eſſe, aut ſangui-
nis puri, cuius ſint præſumptiones aliquæ veriſimi-
les, ſi adſint aliæ idem negantes æqualis potentiæ
debent præferri, ad quod facit aliud, de quo infrà
hac quæſt. §. 3. illat. 9.
18 Tertiò omnes res præſumuntur in eodem ſtatu, &
cum eiſdem qualitatibus manere, quas ab origine
habuerunt, ex text. in l. quod dicitur, 5. in princip. vbi
Bart. de impenſ. in res dotal. fact. cap. vnic. de vaſallo de-
crepitæ ætat. in vſib. feud. Vldar. Zazio conſ. 13. num. 5.
lib. 1. & conſ. 12. num. 89. Iac. Menoch. lib. 1. præſumpt.
quæſt. 24. à num. 10. cum ſeqq. & lib. 6. præſumptio. 64. à
19 num. 1. † & ideò cuiuſcumque rei initium inſpici
debet ad agnoſcendas eius qualitates, l. ex fundus. 56.
de cond. & dem. l. qui id quod. 33. de donat. l. ſi filius. 3.
C. ad Maced. Crotus conſ. 135. num. 7. conſ. 137. n. 13.
20 Roland. conſ. 33. num. 31. lib. 4. † Et quocumque va-
dit ſecum fert omnes ſuas qualitates, & conditiones.
l. filio quem pater. 23. de lib. & poſth. l. ſi vnus. 27. §. pa-
ctus ne peteret 2. verſ. Quod ſi non, de pactis, vbi com-
muniter DD. l. cum fundo, 36. de ſeruit. ruſt. cum aliis
pluribus congeſtis per Aug. Barboſ. Axiom. 199. n. 5.
& ſeqq. pag. 123. † & res ſemel grauamine affecta 21
grauata perpetuò manet, ex traditis à Mol. lib. 1. de
primog. cap. 3. num. 13. cum pluribus ſeqq. Pelaez eod.
tract. 1. part. quæſt. 48. num. 90. niſi contrarium aper-
tè probetur.
Quartò cùm natura omnes in origine, & initio 22
homines efficeret æquales, vt in l. manumiſſiones, 4. de
iuſt. & iure, princip. inſt. de libertin. l. . . tit. 21. part. 4.
† & nobilitas ex peculiaribus cauſis fuerit poſtea 23
de nouo introducta, non præſumitur, nec quis nobi-
lis, niſi hoc ſufficienter probet, ex text. in l. ſi verò, 5.
§. qui pro rei qualitate, qui ſatiſd. cog. iunctis quæ ibi
tradunt DD. de pace tenenda, plura cumulat Andr.
Tiraq. de nobilit. cap. 10. num. 13. Baëça de inope debit.
cap. 10. num. 100. Couarr. lib. 1. var. cap. 16. num. 10. in
fin. Auendaño in cap. 14. Prætor. num. 24. 2. part. Aceb.
in Rub. num. 83. & ſeqq. & in l. 4. à num. 13. tit. 2. lib. 6. re-
cop. Maſch. de probat. concl. 1094. à num. 1. Padilla in
l. ædibus, num. 5. cum ſeqq. C. de ſeruit. & aqua. Io. Gar-
cia de nobilit. gloſ. 10. num. 1. & gloſſ. 11. num. 51. &
gloſſ. 12. num. 5. Io. Gutierr. lib. 3. pract. quæſt. 14. à n. 4.
cùm ſeqq. Tib. Dec. conſ. 66. num. 5. lib. 3. Menoch. qui
plures cumulat lib. 6. præſumpt. 60. & conſ. 121. num.
11. Did. Perez in l. 6. verſ. Ex quo infertur, tit. 2. lib. 4.
Flores de Mena 3. var. quæſt. 23. num. 88. Gamma de-
ciſ. 86. in fin. & deciſ. 322. num. 3. Valaſc. conſultat. 191.
num. 21. Cabed. deciſ. 73. num. 10. part. 2. Aug. Barboſa
Appellat. 164. num. 14. pag. 258. † quare in dubio, & 24
ante apertam probationem nobilitatis velut ple-
beius tractatur, & in compedibus quandoque deti-
netur pro debito ciuili, vt in caſu de quo Io. Gutierr.
de iuram. confirm. 1. part. cap. 16. num. 6. & lib. 4. pract.
quæſt. 14. num. 10. Aceb. in l. 4. & 7. num. 29. in fin. &
num. 30. tit. 2. lib. 2. recop. Narbona in l. 14. gloſ. 1. num.
106. eiuſdem tit. & lib. recop. pag. 316. Flores de Mena
var. quæſt. 23. ſub num. 88. pag. 325.
Quintò, qualitas Chriſtiani veterani prouenit ex 25
immemoriali obſeruatione fidei Catholicæ, non
ſparſa cum macula Hebræorum, Sarracenorum, nec
hæreticorum in aliqua aſcendentium linea, vt ſuprà
quæſt. 1. §. 4. & quæſt. 4. §. 2. latè dixi, † & Hiſpani 26
omnes à temporibus & aduentu D. Iacobi ad Hiſpa-
nicas regiones ab hinc 1592. anni ſecundùm com-
putationem Card. Baronij tom. 1. annal. Eccleſ. ann. 34.
P. Azorij inſt. moral. 2. part. lib. 1. cap. 7. verſ. Duæ ſuper-
ſunt. Ambroſij de morales lib. 9. cap. 4. Campanili diuer-
ſory iuris canon. Rub. 7. cap. 6. num. 160. fuerunt ex gen-
tilitate ad Catholicam conuerſi fidem, & eam con-
ſtanter ſemper obſeruauerint, vt ſtatim probabo in
initio ſeq. §. † Qualitas puritatis exinde proueniens 27
Hiſpanos omnes ſequitur & patrocinatur, & omnes
habentur pro Chriſtianis veteranis, niſi contrarium
probetur, cum præſumi non poſſit, eis prædictam
deficere qualitatem, ex ratione tertia proxi-
mè relata, cuius veritatem, & an prædicta
ſufficiat præſumptio ad veram
probandam puritatem in
§. videbimus.

* * *

§. II.

De præſumptione puritatis, & an detur præſumpta puritas? ánque reſpectu ſtatutorum puritatis ſufficiat.

SVMMARIVM.

1 *Hiſpani omnes præſumuntur Chriſtiani veterani, originem trahunt à Gentilibus conuerſis, temporibus Diui Iacobi, & præſumuntur probæ, & genuina progeniei, non impuri ſanguinis, nec infectæ radicis,* num.2. *Contrarium verius*, n.56. & 62. *Aduentus D. Iacobi in Hiſpaniam hodie dubio caret propter auctoritatem Vrbani Papæ VIII.* ſub d.num.1.

3 *Præſumptio puritatis an ſufficiat ex noſtris ſtatutis ad eorum honores obtinendos. Affirmatiua fundatur*, à num.4. cum ſeqq. *Auctores, qui eam ſequuntur referuntur*, num. 19. *Et plura ad propoſitum inferuntur*, à num.21. cum ſeqq. *Negatiua verior iudicatur, & eius fundamenta reſeruntur*, à num.34. cum ſeqq. *Auctores, qui eam patrocinant adducuntur*, num.59. *Et contrariis fundamentis ſatisfit*, à num.64. cum ſeqq.

4 *Præſumptionem iuris pro ſe habens probatam habet ſuam intentionem, nec plus tenetur probare*, & num.5.

6 *Præſumptiones iuris liquidiſſimæ dicuntur probationes.*

Ius requirens liquidiſſimas probationes verificatur in præſumptionibus, ibid.

Statutum requirens lucidiſſimas probationes habet ſatis in præſumptionibus, ibid.

7 *Orinndi ex immaculata patria puri præſumuntur, & boni.*

8 *Qualitas ex gentilibus conuerſis ad fidem deducta quaſi naturalis eſt.*

9 *Cauſa naturalis ſemper ineſſe præſumitur, & non reiici per accidentalem.*

Qualitas è maioribus proueniens immutabilis, ibid. *Proueniens à natura ſemper adeſſe immutabiliter præſumitur*, num.10.

10 *Quilibet præſumitur eſſe talis, qualis naturaliter debet eſſe, niſi contrarium probetur.*

11 *Habens ex natura certum ſtatum præſumitur illum ſemper poſsidere.*

Naturale quod eſt per accidentalem vmbram non obrumbatur. ibid.

12 *Negans qualitatem iure naturæ præſumptam eam probare tenetur, quia contrariam habet iuris præſumptionem.*

13 *Aſſerens aliquem indignum id plenè probare tenetur. Maximè dum quis indignus dicitur ex aliqua turpi cauſa, vt generis macula eſt*, num.14. *Explicatur* num.69.

15 *Quilibet præſumitur rectè poſsidere qualitates prouenientes ex patria & parentibus*, & num.16.

17 *Idem eſt maculam, ſeu defectum non eſſe, & non apparere, explicatur*, num.70.

18 *Natus inter Chriſtianos non tenetur probare, Senatum ex puris, & orthodoxis parentibus. Contrarium* num.72. & ſeq.

Mortuus inuentus inter Chriſtianos præſumitur fidelis, ibid. & num.74.

20 *Nemo præſumitur ortus ex infecta radice, ſed ex proba, & genuina progenie.*

21 *Poſſeſsio puritatis Hiſpanorum ſufficit ad illius qualitatis plenam probationem. Titulum poſsidenti ſufficientem tribuit*, n.22. *Nec poſſeſſor titulum oſtendere tenetur*, num.23.

24 *Idoneus quilibet præſumitur.*

Probatio coniecturalis ſufficit ad probandum benemerita. ibid.

25 *Probationibus qualitatum contrariis æqualiter extantibus, præferenda quæ pro puritate eſt.*

26 *Teſtimonia puritatis præferenda eis, quæ circa maculam ſunt.*

27 *Teſtium minori numero pro puritate magis credendum.*

28 *Teſtes pro macula, quia nituntur contra iuris præſumptionem debent eſſe idonei, & maiores omni exceptione.*

29 *Corruptio iudicis non præſumitur.*

30 *Teſtium idoneitas non eſt neceſſe probari, ſed ſufficit præſumpta à iure. Et ita nec articulari*, num.31.

32 *Iudicium temerarium, quo iudicamus aliquem eſſe, è Iudæis, vel Mauris, filium Clerici, ſpurium, ex inceſtu natum, ex adulterio, ſiue ex alio damnabili coitu, an conſtituat peccatum lethale, vbi reſertur ſententia negans. Affirmans verò verior iudicatur*, num.33.

35 *Qualitas ſpecialiter requiſita ſpecialiter debet probari, quia non tantùm requiritur quòd adſit, ſed etiam vt conſtet adeſſe*, num.36. & ſub num.68.

37 *Bonus, & integer quilibet præſumitur.*

38 *Bonitas, & integritas ſpecialiter requiſita, ſpecialiter debet probari, nec ſufficit præſumpta.*

39 *Puritas ab ſtatutis requiritur, vt ea extante poſsint iudices prætenſorem admittere.*

Quidquid requiritur ad fundandum iuriſdictionem, & poteſtatem iudicum debet conſtare, & iudicibus liquere, ibid.

40 *Conſtare quid ſignificet, conditionem denotat.*

41 *Præſumptio eſt veritas veriſimilis non certa.*

42 *Statuta præcitatis requirunt puritatem certam, & quod iudices de ea habeant ſuos animos informatos.*

Iuriſdi

Iuriſdictione conceſſa in caſu certo, ea vti iudices non poſſunt in caſu coniecturali & præſumpto, ibid.

43 Petens munus ſe dignum aſſerit ad illud aſſequendum, & num. 44. Vbi quod poſitionem impetrans habitum illi poſitioni neceſſarium adeſſe fatetur.

Allegans qualitates certas eas probare debet, eo modo quo conſueuit communitas, ſub d. n. 43.

Officium largitur modo ſolito, ibid.

45 Tantum non habet locum ni probatis qualitatibus, quas requirit.

46 Volens peruenire ad finem vult ſeruatis mediis, ſine quibus aſſequi non poteſt.

47 Libertas naturalis res eſt, & iure præſumitur.

48 Liberum, ſeu ingenuum ſe dicens id probare tenetur.

49 Gratiæ elargiuntur ſub conditione, ſi qualitates requiſitæ interueniant.

50 Gratia Principis ex obſeruatione, & conſueto interpretatur.

51 Qualitate ſub conditione requiſita à lege ſeu ſtatuto non ſufficit præſumpta, nec coniecturata.

52 Probatio illa requiritur quæ ex natura rei haberi poteſt.

Statuta puritatem conditionaliter requirunt.

Verba, Donec, & niſi, conditionem important.

Conditio ante omnia verificanda ex legitimis probationibus, & adimpleri pro parte non ſufficit, tam in ſenſu negatiuo, quàm affirmatiuo, ibid.

53 Statuta verum requirunt factum non præſumptum.

Probatio præſumptiua vera non dicitur, ibidem.

45 Statuta de filiis loquentia intelliguntur de naturalibus, non de adoptiuis.

55 Qualitas accidentalis non præſumitur.

56 Puritas mutabilis non conſtans eſt.

57 Quilibet præſumitur probus, & purus, non natus ex infecta radice. Niſi cùm negocium habemus cum eo, quia tunc talis non præſumitur, num. 58. Nec cum adeſt tertij præiudicium. Nec ad prouidendum officium nec futurum negocium, ibid.

58 Chriſtianus in alterius damnum nemo præſumitur, ſicut nec bonus., quamuis regulariter aliud ſit.

60 Qualitates verè naturales præſumuntur.

Natura ſicut eſt immutabilis, ita præſumuntur quæ ab ea procedunt, ibid.

61 Accidentia mutabilia ſunt, & non præſumuntur.

62 Deſcendentia ex veteribus Chriſtianis accidens eſt, & deficere poteſt.

Catholicum eſſe non præſumitur, ibid.

Qualitates puritatis & nobilitatis accidentales ſunt, non naturales, ibid.

63 Puritas deficere poteſt in genere, non verò in indiuiduo, qui ab inſtanti conceptionis ſuas habuit qualitates.

64 Macula in genere, nec in indiuiduis deficere non poteſt, poſtquàm ſemel illos coinquinauit.

65 Maior ratio non eſt, quæ quis ab antiquis deſcendat Chriſtianis, quàm à conuerſis.

66 Puritas quamuis eſſet qualitas naturalis reſpectu noſtrorum ſtatutorum non ſufficeret.

Exiſtentia vera puritatis conſtat ex veris probationibus, non ex præſumptis, ibidem.

67 Statutorum proprium eſt aliquid de nouo inducere.

Statuta puritatis nihil noui peterent ſi præſumpta ſufficeret puritas, ibid.

68 Præſumptione puritatis exiſtente poteſt deficere puritas.

Puritas non eo probatur quòd macula non probetur, ibid.

71 Idem eſt quoad puritatis ſtatuta maculam eſſe, & puritatem non conſtare ex veris probationibus.

72 Baptizatus præſumitur natus ex orthodoxis parentibus.

73 Presbyter verè non baptizatus, ſed putatiuè an verum Corpus dominicum conficiat in ſacrificio Miſſæ.

74 Differunt, natum ex orthodoxis parentibus præſumi baptizatum, & præſumi purum.

AD quod in primis neceſſariò eſt ſciendum communem, & vſque adhuc indubitatam extitiſſe opinionem, quam paulò ante tetigi, quòd præſumptio iuris omnibus Hiſpaniarum originariis patrocinatur: qua Chriſtiani veterani reputantur, quia cùm orginem trahant à gentilitiæ gentis progenitoribus, qui poſt D. Iacobi maioris Apoſtoli prædicationem ſtatim & libenter Catholicam amplexi fuerunt fidem, vt probant Tertulianus *in lib. aduerſus Iudæos cap de natiuitate Chriſti, fol.* 106. Valdes *de dignit Reg. & Regnor. Hiſpan. cap. 6. à num. 8. cum ſeqq* Chriſtophorus de Caſtro *in Hiſtoria Deiparæ Virginis Mariæ cap.* 18. Fr. Didacus Morrillo *en la fundacion milagroſa de la capilla angelica del Pilar.* c. 5. Auguſtus Morlanes *in allegat. Pro Eccleſia Beatæ Mariæ de Pilari Cæſaraugustæ num.* 10. Gregor. Lopez Madera *de excellentiis Hiſpaniæ cap. 6. & in diſcurſibus montis ſacri Granatenſ. cap. 3. fol.* 144. Michaël Martinez del Villar *de votis, & motiuis pro eadem Eccleſia Beatæ Mariæ de Pilari num.* 15. plures Doctores, quos cumulat Bart. Lorente *en el indice de los auctores, que afirman la venida de Santiago à Eſpaña*, & omnes, qui de eadem re ſcripſere, vt fuerunt D. Io. à Velaſco Caſtellæ Conneſtabilis, Hernando Oxea, Didacus del Caſtillo, Ferreolus *in lib. de Maria auguſta virgine lib. 1. cap. 2.* D. Anton. *part. 1. hiſtoria tit. 6. cap. 7.* Ambroſ. de Morales *in Chronicis Hiſpaniæ 1. part.* 1

lib.9.c.7.fol.218.Zurita lib.1.annal.Aragon.ca.44. fol.
18.P.Io.Mariana 1.part.Hiſtoriæ Hiſpanæ lib.4.cap.
2.Hieron. Roman.in Chronica de las republicas lib.
1.cap.2.& 3. Rhades de Andrada en la hiſtoria de las
tres ordenes militares,en la de Santiago cap. 1. Garibai
lib.7.cap.3.& 4.& lib.23.cap.72.Maurus Ferrer en la
hiſtoria de Santiago, Fr. Ferdinado del Caſtillo en la
hiſtoria de ſanto Domingo lib.1 cap. 1. Ant. Beutet en
Chronicas de Eſpaña 1.part. cap. 23. Fr. Enriquez de
Monroi Franciſcanus in Apologia aduerſus ſtatutum
Toletanum,D.Iſidorus de vita,& morte Sanctorum cap.
73. quorum aliquos refert Auguſt. Barboſ. de offic.
Epiſc.1.part.tit.3.cap.8.num.28. col. 288. Perezius de
Lara de anniuerſ.& capellan.2.part.cap.4.num.67.Hier.
Zaballos comm.contra comm.quæſt.900.num. 107. Va-
lençuela conſ.90. num. 56. Et maximè aduentus D.
Iacobi in Hiſpaniam comprobatur hodie auctorita-
tate D.N.Vrbani Papæ, VIII. qui in breuiario no-
uiter excuſo in 2. lectione ipſius feſti affirmatiuè
appoſuit dictum aduentum, tamquam res certa & in
dubitata,cum antea ſub dubio eſſet poſita his verbis:
Mox Hiſpaniam adiiſſe & ibi aliquos ad fidem conuer-
tiſſe eccleſiarum illius prouinciæ traditio eſt, quæ per di-
ctum ſummum Pontificem fuerunt ſublata, & in-
dubiè, & affirmatiuè poſita,† præſumuntur omnes
2 probæ ac genuinæ progeniei, non verò impuri ſan-
guinis,nec de infecta nati radice,ex ratione text. in l.
cum quidam,24.de leg.2.l.3.C.de infant.expoſ.cap.fin. de
præſumpt.cap. cum deputati,16.de indic.cap longinqui
tate,64.& cap.ſeq.12.q.2.gloſſ.verb.dubitetur,in l.ſi ve-
ro 1.§.qui pro rei qualitate,vbi Bart.num.5.Iaſſ.15.Qui
ſatiſd.cog. Aceb.in Rub.num.163.tit. 2. lib. 6. recop. Io.
Gutiert.lib.3.pract.q.13.n.3. Hier. Zaballos & Pere-
zius de Lara citatis in locis,Farin. in pluribus deci-
ſionibus de quibus ſuprà quæſt.2.ſub num.29.maxi-
mè deciſ.167.à num.31.& deciſ.182.num.4.& deciſ.
204.num.3.part. 1. tom. 1. quibus fauent Menoch.
lib.1.præſumpt.1.à num.1.Maſch.de probat. concl. 878.
num.4.quem in aliis concluſionibus,& alios Docto-
res recenſet Farin.de indic. & tortura,quæſt.47.n. 277.
quatenus probant bonum,& bonæ famæ, & proge-
niei quemlibet præſumi.
3 Vnde prouenit dubitabilis quæſtio, an hæc pu-
ritatis præſumptio ſufficiat ex noſtris ſtatutis ad eo-
rum honores obtinendos? Et affirmatiua ſuaderi
videtur.Primò,quia Hiſpani omnes puri eſſe ſangui-
4 nis præſumuntur,vt diximus,† ſed habens pro ſe iu-
ris præſumptionem probatam habet intentionem,
nec plus ei incumbit probare, & onus probandi in
aduerſarium transfert.Igitur præſumptio pro Hiſpa-
nis legitimam conſtituet probationem ad prædictos
obtinendos honores.
5 Minor patet ex text.in l. ſi Chirographum, 14. & l.
ſeq.& l.fin.in fin.de probat l.generaliter,24.§.ſi petitum,
7. de fideicomm. libert. cum pluribus aliis adductis à
Maſch de probat.lib.1.quæſt.10.num.50.& concl. 1227.
num.1 & 2.Farin.qui plures refert de indiciis, & tor-
tura quæſt.47.num.52.& in noſtris puritatis terminis
loquendo in deciſ. 335. num. 1. 2. part. 1. tom.
Menoch. lib. 1. præſumpt. quæſtion. 13. à n. 2.
6 Confirmatur primò, quia iuris præſumptiones
plenæ,& liquidiſſimæ dicuntur probationes, ex no-
tatis in cap.afferte,2.de præſumpt. & in l. licet Impera-
tor,24.de leg.1.Alciat.de præſumpt.3 part.nu.3.Maſch.
d.quæſt. 10.num 40.& ſeqq.Farin.d.quæſt.47. num. 292.
quare Maſch.ibid num.41.dixit, quod licèt iure ſpe-
cialiter requirantur liquidiſſimæ probationes, veri-
ficantur in præſumptionibus à iure inductis,& Alex.
in d.l.licet Imperator,num.7. inquit, quòd ſi ſtatutum
lucidiſſimas expoſcat probationes, iuris ſufficiunt
præſumptiones,Perezius de Lara in d.cap.4. num. 53.
Io.à Roxas 1.part.de hæret. à n. 322. cum duobus ſeqq.
Igitur patet prædicta ratio.
Confirmatur ſecundò,Hiſpani ex integra, & im- 7
maculata patria ſunt oriundi,vt dixi,ſed tunc omnes
puri ita præſumuntur, vt nihil amplius probare te-
neantur: Igitur nec in ſpecie propoſita.¶ Minor iu-
re cōſtās eſt ex text.in l.quod ſi nolit.31. §.1. qui man-
cipia,21.de Ædilit. edicto, ibi, præſumptum enim eſt,
quoſdam ſeruos bonos eſſe, quia nationis ſunt non infa-
matæ,& in cap.ſi gens Anglorum,10.& cap.ſeq.56. diſt.
l.2.ibi,e porque eſtos fueren eſcogidos de buenos lugares,
tit.2.part.2.Simanc.de Cathol.inſtit.50. num. 9.& 10.
quem refert,& ſequitur Farin.d.q. 47.n. 278. Maſch.
concl.222.n.3.
Confirmatur tertiò,ab initio catholicæ fidei Hiſ- 8
pani gentes eam profeſſi fuerunt, Chriſtum domi-
nium noſtrum agnouerunt, & verum Deum eſſe
crediderunt, qualitáſque exinde proueniens quaſi
naturaliter Hiſpanicam ſequuta eſt progeniem, ſe-
cundùm rationem text.in l. 3. de interd. & releg. Pe-
rezium de Lara in d.cap.4.num. 69. Io. Garcia de no-
bilit.gloſſ. 12. num. 43. & fuſiùs Valençuela conſ. 90.
num.47. † Sed cauſa naturalis ſemper ineſſe præſu- 9
mitur,nec ab accidentali reiecta cenſetur, l. ſi quis 9.
de lib.& poſth.l.3.§.qui autem,1. de tutel. Greg. in l.2.
gloſſ 14.circa medium,tit.24.part. 4. Maſch. de probat.
concl.157.num.2.& concl.1177.num. 7. Zaballos com-
mun.contra comm.4.tom.quæſt.905.num 53.plures apud
Auguſt.Barboſ. Axioma 40. num. 31.& 34. pag. 29.
maximè quæ à genere & maioribus proueniunt,
quæ immutabiles vocantur in l.ius agnationis, 34. de
pactis,l.iura ſanguinis 8. de reg.iur. cum aliis inferiùs
adducendis.Igitur non ſolùm pro Hiſpanis præſum-
ptio eſt puritatis, ſed & immutabilis, & conſtans
in omnibus.
Confirmatur quartò,quod ex rei natura,& prima 10
eſſentia prouenit,immutabile, & ſemper adeſſe præ-
ſumitur,ex adductis in præced. §. num. 18. & ſeqq.
probántque gloſſ. & DD. in l.ne codicillos, 5. de codi-
cill.vbi Bal.concluſionem allicit, quòd quilibet præ-
ſumitur eſſe talis, qualis naturaliter debet eſſe, niſi
contrarium probetur,& gloſſ.& DD. in cap. is qui fi-
dem 30.de ſponſal.& in cap.ſi fortè 11. verb. ſcientia, de
elect in 6.Franc.Marc.deciſ.139. lib. 1. Maſch. de pro-
bat.concl.1254 num. 86. Franc. Mantica de coniectur.
vlt.volunt.lib. 11.tit. 4. nu 2. † Quare Alciat.de præ- 11
ſumpt.1.à num.1.multis probat quòd certum a natu-
ra habens ſtatum, præſumitur illum ſemper poſſide-
re,& per accidentalem vmbram, quod naturale eſt,
obumbrari non debet, vt ſuperiùs dixi, & probat
And.Tiraq. de retract. lignag. §. 30. gloſſ 1. num. 26.
Gonçalez ad reg 8.Cancell gloſſ.11. num.43. † & qui 12
hanc qualitatem iure naturæ præſumptam negat, id
probare tenetur,cùm contrariam habeat iuris præ-
ſumptionem Bart.in d.l.nec codicillos, 5. num. 1 C. de
codicill. Igitur patet prædicta ratio & veritas huius
ſententiæ.
Confirmatur quintò,ex vulgatiſſima ratione,quia 13
aſſerens aliquem indignum id plenè probare tene-
tur: at repellens aliquem ab honore prætenſo illum
eſſe indignum aſſerit. Igitur id probare tenebitur,
aliàs admitti ille debet, ¶ Maior patet ex text. in l.
ſeruos,20.de manum.teſtam.l.cum pater.77. §. rogo. 25.
de leg.2.l.quoties 18.§.qui dolo,1.de probat. l. omnimodo,
32.in princ.de inoff.teſtam.cap.dudum,fin. de præſumpt.
Anton.Gabr.lib.7.tit. de probat. concl. 2. num. 9. Me-
noch.de præſumpt.1.num.1.Maſch. concl. 222. num. 2.
Franc.Mantica de coniect.lib.12.cap. 5. num. 22. & in
puritatis cauſa loquendo ita dixit Farinac.deciſ.494.
nu.12.part.2.† maximè cùm indignus quis dicitur ex 14
aliqua turpi cauſa,vt generis macula eſt, & dixi in
quæſt.1.

quæſt. 1. §. 4. & quæſt. 4 §. 2. & §. 7. ex num. 88. cum ſeqq. quia tunc debet pleniſſime probari, cùm multo minus præſumatur vt deciſum à Rota fuit, & refert Cæſar Graſſis *deciſ.* 17. *n.* 10.

15 Confirmatur ſextò quilibet præſumitur iure, & rectè poſſidere qualitates, quæ communiter omnibus conueniunt ex patria, & parentibus *arg. l. cum,* 22. *de probat. l. in finalibus,* 11. *fin. regund. l. ſi prinſquam* 15. *de oper. noui nunciat. gloſſ. in l. ſi vero,* §. *qui pro rei qualitate. Qui ſatiſd. cog.* ſed omnes in Hiſpania poſſident ex gentilibus ſuis progenitoribus ſanguinis
16 puritatem, præſumptiuè ſaltim. † Igitur præſumi debet, omnes eam rectè poſſidere, vt pro talibus ſemper habeantur, nec amplius probare ſit neceſſe, ſecundùm, *l. circa,* 14 *de probat. l.* 5. ibi, *e decimos, que quãdo alguno andubieſſe por libre, ſi el otro le demandaſſe en juicio, diciendo que es ſierno, e el otro reſpondieſe que non es aſſi, mas que es libre, que eſte, que faç la demanda, debe probar, e non el otro, que es en ſu poſſeſſion de libertad, ſi non quiſiere, tit.* 14. *part.* 3. cum alijs adductis à Io. Garcia *de nobilit. gloſſ.* 11 *num.* 69. *&* §. 1. *num.* 11. Valençuela *conſ.* 90. *n.* 66. *& ſeq.* qui hoc extendunt ad omnes ſtatus cauſas.

17 Confirmatur ſeptimò, idem eſt, ſeu defectum non eſſe, & non apparere: ſed nos loquimur de præſumptione puritatis, dum contrarium non apparet. Igitur ita debet prætenſor admitti, ſicut, ſi verè macula non eſſet, admitteretur. ¶ Maior probatur, *in l. cum in lege,* 33. *de cõtrah. empt. l. cũ ita,* 33. *alias, l. omnia.* 33. §. *cũ ita,* §. *ſpecies,* 5. vbi Bald. *de leg.* 2. *cum res* 47. §. *itaque* 2. *de leg.* 1. *cap. ſolemnitates,* 16. §. *de Eccleſiarum, de conſecrat. diſt.* 1. Abb. *conſ.* 18. *in princ. lib.* 1. Dec. *conſ.* 1. *num.* 132. *lib.* 1. Farin. *deciſ.* 167. *num.* 35. *&* 42. adducti per Auguſt. Barboſ. *Axioma.* 574. *num.* 9 *pag.* 108. Cardinal. Tuſch. *lit. P. concluſion.* 84. *per totam, tom.* 6.

18 Confirmatur octauò, & vltimò, natus inter Chriſtianos non tenetur probare ſe natum ex puris, & orthodoxis parentibus, cùm hoc ſatis ex iuris præſumptione probatum habeat, ſecundùm text. ſingularem *in cap. veniens, fin. in fin. de preſbyt. non baptizato,* vbi Card. *num.* 6. Anchar. *etiam* 6. Buttio 5. Abb. 1. & his relatis ita ſpecificè voluit Auguſt. Barboſ. *de canonic. cap.* 13. *num.* 33. *& de offic. Epiſc.* 1. *parte, tit.* 2. *gloſſ.* 17. *num.* 16. *col.* 206. in alijs eſt *num.* 45. *pag.* 97. & Hieron. Zaballos *comm. contra com. quæſt.* 900. *n.* 95. *& ſeqq.* Farin. *deciſ.* 167. *num.* 40. *cum ſeqq. part.* 1. *recent.* Ricciol. *de neophyt. cap.* 7. *num.* 9. *&* 13. *in fin.* ſicut etiam inuentus mortuus in terris Chriſtianorum, præſumitur fidelis, *gloſſ. in cap. Preſbyteris,* 68. *diſt. & in cap. ſi eos* 148. *de conſecrat. diſt.* 4. Ricciol. *citato loco num.* 10. Igitur & ſi poſitiuè puritas non probetur, admitti debet ex puritatis ſtatutis ille, cuius macula plenè non apparet.

19 Quare hanc ſententiam defendere videtur Bald. *in l. cum ita,* 33. §. *ſpecies, num.* 2. *&* 1. *de leg.* 2. *& in l.* 1. *num.* 10. *C. ſi quis omiſſa cauſa teſtam.* & Salicet. latè diſputans *in l. Actor. num.* 10. *C. de probat.* Felin. *in cap. fin. num.* 11. *de præſumpt.* Butr. *in cap. vn. num.* 11. *de ſcrut. in ord. fac.* & alij plures adducti à Menoch. *lib.* 1. *præſumpt.* 1. *numero* 36. & aliqui ex allegatis à Maſch. *de probat. concl.* 878. *n.* 6. Valençuela magis ſpecificè loquens in *d. conſ.* 90. *num.* 55. *&* 70. & nouiſſimè D. Io. del Caſtillo *controuerſ. iuris tom.* 6. *lib.* 5. 2. *part cap.* 123. *num.* 17. vbi plures citat, & rationes reddit, quas nos infrà refutamus, & inutiles in noſtra dicimus ſpecie. Farin. *d. deciſ.* 167. *num.* 31. *& ſeq. & num.* 19. *& deciſ.* 182. *num.* 4. *& deciſ.* 494. *à num.* 1. *part.* 1. *tom.* 2. *& deciſ.* 335. *num* 1. *part.* 2. *tom.* 1. vbi expreſsè de puritate ſanguinis. Fabio de Anno *conſ.* 80. *num.* 84. *& conſ.* 08. *num.* 39. *part.* 1. Alex. Ludouiſ. *deciſ.* 498. *num* 1. vbi annotat. plures alias refert deciſiones, & idem nouiſſimè facit Auguſt. Barboſa *de canonic. cap.* 13. *num.* 31. *&* 34.

Et quòd nemo præſumatur ortus ex infecta radice, ſed ex proba, & ingenua progenie, probant ex *l.* 3. *C. de infant. expoſit. & ex cap. cum deputati,* 16. *de indic.* cum ibi notatis, Io. Gutierr. *lib.* 3. *part. quæſt.* 14. *num.* 3. Aceb. *in Rub. num.* 163. *tit.* 2. *lib.* 6. *recop.* Pelaez *de maiorat.* 1. *part. q.* 51. *n.* 24. 20

Ex quibus ſequitur primò, quòd hæc præſumptio, ſeu quaſi poſſeſſio puritatis in Hiſpanos, & in eorum deſcendentes deriuata ad plenam ſufficit illius qualitatis probationem, *arg. l. liberis,* 7. §. *fin. de liber. cauſa.* Fulgoſ. *in l.* 1. *in princ. de probat.* Bald. *in l. non ignorat. num.* 10. *C. de his, qui accuſ. non poſſ. & conſ.* 351. *num.* 1. *vol.* 1. quibus in locis, dum hac in re notabilia 21
docet; † vnum quòd quaſi poſſeſſio cuiuſque qualitatis titulum ſufficientem poſſeſſori, & ſucceſſoribus eius tribuit, in quantum plena contrarij non 22
adſit probatio. † Alterum, quòd qualitates, quæ naturaliter ſiſtũt in eo, qui adhuc eſt in quaſi poſſeſſione illarum, ita præſumuntur, vt poſſeſſor earum titulum oſtendere non habeat neceſſe, cùm amplius non requiratur, niſi quod non probetur contrarium, pro quo eſt bonus *text in cap.* 1. *de ſcrutin. in ord. fac. c. dudum,* 16. *de præſumpt. & in c. ſi quid.* 23. *diſt.* 86. cum ſimilibus, quod circa poſſeſſionem nobilitatis ſingulare eſt, & memoriæ tenendum. 23

Sequitur ſecundò, quòd ſicut idoneus quilibet præſumitur, ita etiam ad omnia munera ſubeunda bene meritus, quia vtrique eadem ineſt ratio, vnde venit intelligendum, quod noſtrates tradunt, ad benemerita videlicet probanda cõiecturalem ſufficere probationem, vt docuit Alc. *reg.* 1 *præſ.* 16. *n.* 3. *& reſp.* 584. *n.* 5. Meno. *de arb. cent.* 2. *caſu* 4. *n.* 3. Iaſ. *conſ.* 184. *col. pen. verſ. ſed præmiſſa, vol.* 2. prout eos refert Pelaez *de maiorat.* 1. *part. quæſt.* 22. *n.* 190. loquens in maioratibus, & primogeniis, ad quæ ſufficit præſumpta bene meritorum probatio, inter quam, & noſtram ſpeciem nulla videtur poſſe aſſignari recta diſparitatis ratio. 24

Sequitur tertiò, quòd ex duplicibus, & æqualibus informationibus puritatis, & maculæ erit illa præferenda, quæ pro puritate facit, cui adhæret iuris præſumptio, & in concurſu ſemper præualet opinio, & fama bona, *ex d. cap. cum in tua,* vbi Abb. *num.* 10. *de ſponſal.* atque ita pluries iudicatum fuiſſe à Rota Romana recenſet Auguſt. Barboſa *de offic. Epiſc.* 1. *part. tit.* 2. *gloſſ.* 17. *ſub num.* 38. *in fin. verſ. & ſi contingat,* & alijs relatis approbat Valençuela *conſ.* 92. *num.* 204. *&* 215. de cuius veritate agam in ſeq. §. illat. 10. in fin. 25

Sequitur quartò, teſtimonia circa puritatem eſſe præferenda aliis, quæ circa maculam feruntur, vt voluit Card. *in d. cap. cum in tua, gloſſ. fin. de ſponſal.* Felin. *in cap. cum contingat. num.* 2. *de reſcript.* Ant. Gab. *de teſtib. concl.* 4. *num.* 29. Fulu. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 50. *num* 81. Frederic. de Senis *quæſt.* 74. *num.* 2. Gutier. *conſ.* 35. *num.* 27. *&* 28. Farin. 1. *tom praxis, quæſt.* 47. *num.* 170. Hojeda qui de puritate ſpecificè loquitur, *de incompatibilit. benefic. cap* 23. *num.* 143. & idem de- 26
fendit Valençuel. *conſ.* 90. *num.* 50. *&* 65. † & ibidem 27
num. 53. ait, quòd etiam minori numero teſtium circa puritatem, & bonam famam ſit magis credendum, quia ſe conformant cum iuris præſumptione, & probatur *ex cap. fin. de præſumpt. & cap.* 1. ibi, *illum quem indignum eſſe, non nouit, dignum debeat æſtimare, de ſcrut. in ord. fac.* Alber. *in l. qui verò,* §. *qui pro rei, qualitate, num.* 7. *Qui ſatiſd. cog.* Bald. *in l. eam quam, num.* 8. *C. de fideicom.* Ang. *in repetit. l. ſciendum, num.* 25. *de verbor.* Fulgoſ. *in leg.* 3. *numero* 3. *de probat.* &

relati

relati à Farinac. *de teſtib. quæſtion.* 65. *numero* 258.

28 Sequitur quintò, teſtes ad probandum, cùm ni-
tantur aduerſus iuris præſũptionem, debere idoneos,
& omni exceptione eſſe maiores, ex Th. Gramm. *ſu-
per conſtitut. Regni, num.* 1. *fol.* 77. *& conſ.* 35. *num.* 36.
relato, & ſequuto à Tib. Decian. 2. *tom. crimin. lib.* 8.
29 *cap.* 38. *num* 3. † qui loquuntur in probanda corru-
ptione iudicis, pro quo adeſt iuris præſumptio ex
Iaſ. *in l. ſciendum, num.* 10. *de verbor.* Specul. *tit. de pro-
bat.* §. *fin. num.* 10. *verſ. Quod quando aliquis.* 1. *part.* plu-
ribus relatis ab Ildephonſo Narbona, *in l.* 31. *gloſſ.*
16. *num* 2. *&* 8. *tit.* 7. *lib.* 1. *& in l.* 10. *gloſſa* 18. *num.* 64.
& ſeqq. tit. 1. *lib.* 4. *recop.* quæ ratio cum æquè locum
habeat in noſtra ſpecie, idem dicendum videtur,
quod probat Valençuella *dict. conſ.* 92. *num.* 83. *&*
168.

30 Sequitor ſextò, quòd etſi idoneitas teſtium ex-
preſsè in aliqua requiratur conſtitutione, opus non
eſt ſpecificè eam probare, ſed ſufficit præſumpta à
iure, ſecundùm *text. in l. merito,* 51. *Pro ſocio, l. quoties,*
18. §. *qui dolo, de probat. l. ſi quis ſeruum,* 9. §. *ſi in ſeruo, de
ſeruo corrupto, l. item apud Labeonem,* 15. §. *ſi commu-
nem,* 36. *de iniur. vbi gloſſ. l. moneor.* 4. *C. ſi ſeruus expor-
31 tand. l. omnimodo,* 32. *C. de inoff. teſtam.* † atque ideò
idoneitatem teſtium ſpecificè articulari, nec probari
non eſſe neceſſe, voluit Narbona *in l.* 31. *gloſſ.* 16. *num.
tit.* 7. *lib.* 2. *recop. & in l.* 82. *gloſſ.* 2. *à num.* 45. *tit.* 5 *lib.* 2.
eiuſdem recop. pag. 240. de cuius veritate ego egi ſuprà
q. 6. §. 5. ex n. 103.

32 Sequitur ſeptimò, iudicium temerarium, quo iu-
dicamus, quem è Iudæis ſeu Mauris ortum ducere,
vel filium eſſe clerici, ſpurium, ex inceſtu, ſeu ex
adulterio, aliòve damnabili coitu natum, non indu-
cere peccatum lethale, quia qualitates naturales
ſunt, vt probaui ſuprà, nec culpæ, nec dedecori à pru-
dentibus tribui valent, vt docuit Pet. Nauarra *de re-
ſtitut lib.* 2. *cap* 4. *num.* 450. cui etiam accedunt Leſſius
de iuſt lib. 2. *cap.* 29. *dub.* 2. *n.* 14. Azorius *inſt. moral.* 3.
part. lib. 13. *c.* 11. *dub.* 4.

33 Quibus accedere non poſſum, quia etſi prædictæ
qualitates, poſtquam homini in natiuitate cohæ-
rent, naturales, ſint, nec poſſint ei imputari, tamen
cum valde inter nos exiſtimationem lædant, & in-
famiæ notam inurant, vt circa maculam probaui
ſuprà quæſt. 1. §. 4. & quæſt. 4. §. 2. & circa filios ille-
gitimos in eadem quæſt. 4. §. 6. in initio, & poſtea
iudicium temerarium circa eas nobilitet, & in re
grauiſſima proximum lædit, & apud omnes eius opi-
nionem minuit, & eum arcere poteſt à magnis di-
gnitatibus, & honoribus ſine iuſta cauſa, proindé-
que peccatum gignit lethale, vt voluerunt Mol. *de
iuſt. tract* 4. *diſp.* 6. *num.* 5. Valencia *tom.* 3. *diſp.* 5. *quæſt.*
4. *punct.* 3. Soto *lib.* 2. *de iuſt. quæſt* 4. *art.* 3. §. *pari modo,
verſ. & è conuerſo quamuis.* Sayr. *Claui Reg. lib.* 12. *cap.*
3. *num.* 28. Regin. *lib.* 24. *praxis fori pœnit. num.* 22. Em-
man. Saa *in ſumma, verb. iudicium temerarium, num.* 2.
Aragon. 2. 2. *quæſt* 60. *art.* 3. *concl.* 2. Salon. *ibid. propoſ.*
1. *pag.* 78. apud Mart. Bonacin. 2. *tom de reſtitut. diſp.*
2. *quæſt.* 7. *de iudicio temerario, punct.* 1. *propoſit.* 2. *num.* 6.
verſ. ſed mihi probabilior.

34 Sed omnibus his non obſtantibus, contraria ve-
rior, & tenenda eſt ſententia in noſtra quæſtione
principali, quia etſi præcedens opinio tot ſit ratio-
nibus munita, & generaliter de iure vera ſit, in noſtra
tamen ſpecie nec vera, nec tenenda eſt, nec quidem
verum eſt omnino, puritatem ſanguinis in omnibus
Hiſpanis præſumi, & ſi verè præſumeretur, quoad
noſtra ſtatuta non ſufficeret, ni ſpecificè, & poſitiuè
exiſtat probata, vt ius, & ſtylus omnium tribunalium
intrepidè tenet, & obſeruat, ſtylus verò omnibus
notus eſt, & ius ex ſequentibus apertè apparé-
bir.

Primò, apud omnes conſtitutum manet, quòd 35
qualitas ſpecialiter requiſita ſpecialiter ſit proban-
da, nec præſumpta ſufficiat, ſed à noſtris ſtatutis ſpe-
ciali ratione, & ſine qualitas puritatis expoſcitur.
Igitur poſitiuè probari debet, nec præſumpta ſuffi-
ciet. ¶ Maior patet ex Bart. & communiter DD. *in l.
cum actum,* 17. *per text. ibi, de neg. geſt. & in l. qui iuraſſe,*
26. §. *qui pater, de iureiur.* Marſil. *in l. ſi quis nec quæſtio,
num* 130. *de quæſt.* Aym. Cranet. *de antiq. temp.* 1. *part.
ſect. Quæritur etiam à num.* 37. *maximè* 40. *& conſil.*
225. *per totũ* And. Tiraq. qui plures cumulat *lib.* 1. *de
retract.* §. 32. *gloſſ. vn. num.* 92. Anton. Gabr. *lib.* 7.
concl. 2. *num.* 9. Menoch. *lib.* 5. *præſumpt.* 1. *à num.* 56.
Maſch. *de probat. concl.* 1147. *num.* 11. *& concl.* 1262.
num. 2. Fulu. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 18.
Auend. *de exeq. mand. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 7. & Gregor. *in l.*
23. *gloſſ. de buena, tit* 9. *part.* 4. Alciat *de verb. ſign. pag.*
46. *& reg.* 3. *præſumpt.* 2. *num.* 9. Matienço *in l.* 1 *gloſſ.* 5.
à num. 11. *tit.* 4. *& in l.* 1. *gloſſ.* 8. *num.* 2. *tit.* 7. *lib.* 3. *recop.*
Stephan. Gracian. *diſcept. forenſ. tom* 1. *cap.* 90. *num.* 25.
& part. 2. *cap.* 283. *num.* 28. Aceb. *in l.* 6. *num.* 14. *vſque
ad* 18. *tit.* 9. *lib.* 3. *recop.* Mol *de primog. lib.* 2. *cap.* 6. *num.*
29. *&* 30. Pelaez *eod. tract.* 4. *part. quæſt.* 26. *num.* 32. Bo-
bad. *in politica lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 224. Hier. Zaball. *com-
mun. contra commun. quæſt.* 900. *à num.* 112. Narbona *in l.*
82. *gloſ.* 2. *num.* 37. *tit.* 5. *lib.* 2. *recop.* † Cùm ideò deſide- 36
retur qualitas, non tantùm vt adſit, ſed etiam vt con-
ſtet adeſſe, *ex text. in l. Diuus* 24. *cum l. ſeq.* vbi Bart. &
DD. *de teſtam. milit. l. non ignorat.* 9. *C. de his qui accuſ.
non poſ.* cum adductis à Io. Lopez *in l.* 45. *Tauri, num.*
2. *&* 3. & licèt aliàs iure præſumatur, ab ſtatuto ideò
ſpecialiter requiritur, vt eius præſumptio non ſuffi-
ciat, ſed vt verè ſubſiſtere conſtet, ex Alc. *reg.* 3. *præſ* 2.
n. 6. *verſ. ſed tu dic.*

Confirmatur primò, iure quilibet bonus, & inte- 37
ger præſumitur, *l. cum pater* 77. §. *rogo.* 25. *de leg.* 2. *l.
ſeruos,* 20. *vbi gloſ. de man. teſtam. l. omnimodo,* 32. *C. de
inoff. teſtam. ca. fin. de præſumpt.* † & ex pluribus iuris, & 38
Theologiæ auctoritatibus probat Menoch. *lib.* 1. *præ-
ſumpt.* 1. *à num.* 1. *cum ſeqq. & præſumpt.* 4. *à num.* 1. &
Farin. *de indic. & tortur. quæſt.* 47. *num.* 277. At dum
bonitas, & integritas ſpecialiter requiritur non ſuf-
ficit præſumpta, ſed ſpecialiter venit probanda. Igi-
tur & puritas, dum ſpecialiter requiritur, ¶ Minor
patet ex Alc. *num.* 10. & Menoch. 34. *& ſeq.* citatis in
locis, Maſch. *concl.* 222. *num.* 15. cum aliis apud Fa-
rin. *de teſt. quæſt.* 61. *à num.* 6. *cum ſeqq.* & dum qualitas
idoneitatis in teſtibus requiritur, idem probant Fu-
lu. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 64. facit *l. non
putauit.* 8. §. *non quæuis,* vbi Bart. notat *de bon. poſſ.
contra tab.* Acebed. *in dict. l.* 6. *num.* 14. *titul.* 9. *lib.* 3.
recop.

Confirmatur ſecundò, ideò puritas ab ſtatuto re- 39
quiritur, vt ea mediante iudices admittere prætten-
ſorem valeant, aliàs non, vt ex ipſiſmet ſtatutis patet:
ſed dũ quis deſideratur ad iudicũ poteſtatẽ, & iuriſ-
dictionẽ debet cõſtare, & iudicius liquere. Igitur vt
liqueat, & conſtet, probari omninò debet, ¶ Mino-
rem probat *text. in l. hac autem,* 5. §. *non defendi.* 1. vbi
*conſtare debet, liqueréque Prætori. Quibus ex cauſ. in
poſſ. eatur,* & facit *text. in l.* 2. §. *ſed ſi dubitatur, l. ſi quis
ex aliena* 5. *de iudic l.* 1. §. *ait Prætor. Nequid in loco
publ. l. Prætor.* 4 §. *docere,* 12. *de vi bon. rapt.* Abb. & DD.
in cap ſi Clericus laicum, de foro compet Bart. *in l. ſi fini-
ta,* §. *Iulianus, de dãni, infect. & in l multum intereſt. de
cond. & dem.* Andr. Fachin. *controu. lib.* 11. *cap.* 18. *ver-
ſic. contraria ſententia, in fin.* Pet. Barboſ. *in* 3. *part. Rub.
n.* 60. *ſol matr. & in l.* 1. *&* 2. *n.* 150. *de iudic.* Moneta *de
conſeruat. c.* 6. *n.* 57. *& ſeqq.*

Eſt

40 Eſt euim conſtare apparere, certum, & manifeſtum eſſe, l.cum y.8.§ modus 10.de tranſact.l.eum actum 19. de neg. geſt. Rebuff. qui plura congerit in l. tigni, 61.verſ.Conſtat,de verb.ſign.fol mihi,441. & quod per ſpecialem,claram,& non præſumprum probationem patet,Maſch.de probat.concl.75.num.21. Card. Tuſch. lit.C.concl.782.num.1.tom.2. Aug. Barboſa dict.66.per totam,maxime num.6.vbi plures,pag.215. & clauſul.25. num.6.pag.26. & hoc verbum denotat conditiunem, quæ ſi non adimpleatut iuriſdictionem non tribuit. Steph. Gracian. diſcept.forenſ.869. num. 25. & 991. num. 11. & alij penes eumdem Aug.Batboſ. d. clauſ. 25. num. 3. & 4. & de verbo liquere videatur idem Gracianus diſcept.forenſ.1 tom.cap.72.ex num. 47. maximè, 49. quod diuerſum eſt à præſumptione, quæ in dubiis, & non conſtantibus vero ſimilius eligit, text.in cap.conſtitutis,45.§.ſi quis autem, de teſt. Franc. Mantic.de coniect lib.1.tit.1.num.8. verſ. Item præſum-
41 ptio,† & ideò præſumptionem, veritatem veriſimilem,non certam dixit Corn.conſ.197.num. 7. vol. 3. Farin.de indic.quæſt.36.n.77.quæ caſui noſtro adaptari non poteſt.

42 Confirmatur tertiò, ex noſtris ſtatutis certa requititur puritas, & quòd iudices de ea animos habeant informatos,vt admittere prætenſorem valeant ex Io.Roxas ſing.104.& adductis ſuprà qoæſt.1. §.4. & quæſt.4 §.2.ſed dum in caſu, ſeu qualitate certa tribuitur iuriſdictio, non ea vti iudex poterit in caſu coniecturali,& præſumpro ex text.in cap. 1. de cenſib. in 6.cap.1.de pœnis, eod. lib. Belluga in ſpeculo Princip. rub.11.§.viſo, 3.& n.4.Valençuel.conſ.52.n. 6. Igitur iudices honores, & officia tribuere non poterunt, ſi puritas non verè,ſed præſumptiuè apparet.

43 Confirmatut quartò, petens ſe ad munus cooptari,dignũ ſe aſſerit eſſe, poſſideréque requiſitas qualitates;at qui qualitates certas,etiã tacitè allegat,tenetur ad earũ ſpecificã probationẽ, quia ſtante ſua aſſeueratione,nihil ius præſumit,l.Diuus, 33.de re iudic. l.cum te.9.C.de probat.l.ſi minorem 4.C.de integ.reſtit.l. non ignorat.9 vbi Bald.C.qui accuſ.non poſſ.Bar. in l. 1. num.25.ſi cert.pet.& in l.in illa,8.à num.4.cum ſeqq. de verbor.Alex.Trentacinq.var.reſol.lib.2.reſol. 2. per totam,Brun.à Sole in locis communib.verb. agens,2.Aug. Barhoſ.Axiom.19.num.3.pag.18.Maſch.de probat.concluſ.1262 à num. 14. & in ſeq. concl. 1263.à num. 1. Menoch.de adipiſc.rem.3.num.164.Stephan.Gracian. deciſ.March. 198. num. 24. Igitur tenebitur probare prædictas qualitates, quas tacitè adeſſe affirmat, co modo,& fama,qua probare conſueuit communitas, ſeu tribunal,cui ſe ſubiecit,ex adductis ſup. quæſt.5. verſ.Quintò probatur,ex num.21.& infra, §.3.illat. 1.per totam, & probat Perezius de Lara de anniuerſ. 2.part.cap.4.num.27.& 62. cùm largiri cenſeatur officium modo ſolito, ex l. magiſtratus, 25. vbi notat Bar.num.2. municip. facit text.in l. quod ſi nolit. 31. §. quia aſſidua, 20. de Ædil. edicto, leg.ſi prius 17. §. rectè placuit,de aqua,& aq.pluu.arc.

44 Maior probatur,quia poſitionem impetrans, habitum illi poſitioni neceſſarium adeſſe fatetur, & aſſerit,l.Titio vſuſfructus,96.in princ.de cond.& dem.l. manumiſſiones,4.de iuſt & iure cap.ad diſſoluendum, 13. §.interloquendo, de deſponſat.impub cap. quod verò formatũ,8.32.q.2.& quæ Bart.& DD.afferũt in l.decem. 110. de verbor. quare impetrans legitimationem illegitimum ſeipſum dicit,l.2.C.de iure aur.annul. vbi Bald.plura ſimilia adducit,& facit text.in l.moueor.4. C.ſi ſeruus export. venenat. cum ſimilibus congeſtis per Nic.Euerard.in topicis, loco, à priuatione ad habitum,26.num.1. & 2. & per Auguſt. Barboſ. Axioma. 189.num.1.pag.115.Maſch.de probat.concl.974. à n.3. Igitur qui honorem puritatis appetit, illius qualitatis poſſeſſorem ſe dicit, & cætera omnia habere requiſita.

Confirmatur quintò ex vulgari iuris regula, quia 45
eſt conſtitutum,non poſſe locum ſtatuti diſpoſitionem habere,ni ſpecificè probatis qualitatibus, quas requirit,vt conſtat ex adductis ab And.Tiraq. de retract.lignag.§.8.gloſſ.7. num. 1. & à Pet. Cauall. de homicid num.520.& in reſol.crim.caſu,56.num.29.& 33. & caſu,115.num. 1. Stephan. Gracian. diſcept. forenſ. tom.1.cap.90.num.95.& part.2.cap.293. num. 28. Hipol.Bonacoſa in quæſt. crim. verb. Qualitas, verſ.ſi in diſceptationem.Maſch. de probat. concl. 1249. Cardin. Tuſch. in pract.concl.106.lit.Q.tom.6.per totam, Boërio quæſt.115.num.3.Hipol.Rimin.conſ.69.num.4.cum aliis ſuprà pro 1. ratione, & pro eius 1. confirmat. adductis.

Confirmatur ſextò, qui vult peruenire ad finem, 46
illuc peruenire velle videtur ſeruatis mediis, ſine quibus aſſequi non valet, aliàs nihil faceret, quod præſumi non poteſt,ex reg l. quoties, 80. de verbor. l. quoties,12.de reb.dub.l.quoties,67.de reg. iur. facit text. in l.illud.77.vbi Bart.Paul.& DD.de adq.hæred.text.in cap.ex parte,9.vbi Abb. num. 3. & cæteri Canoniſtæ de ſponſal. at ſtylus omnium tribunalium poſitiuam requirit qualitatum probationem.Igitur præſumendum eſt, ita eorum honores à quolibet apperi, vt eius qualitatum ſpecifica præcedat probatio.

Confirmatur ſeptimò,libertas naturalis res eſt, & 47
iure præſumitur,l.altius,8.C.de ſeruit.& aqua, l.manumiſſiones,4 de iuſt.& aliæ apud Pichard.tract. de nobilit.commun.inter vir.& vxor.num.4. & 5. Maſch. de probat.concl.280.num.4. & alij apud Gracian. diſcept. forenſ.1.tom.c.24.n.18.

Sed nihilominus, ſe liberum, & ingenuum aſſe- 48
rens,id probare debet, quia tunc nihil ius præſumit. Ergo ſimiliter,qui ſe purum dicit, & ſi aliàs de iure præſumeretur,ſpecificè illam debet probare qualitatem,vt in terminis dicit Zaballos d.quæſt.900.n.122. ¶ Minor patet ex text.in l.circa,14.de probat.l. 1. ibi, quoties quæreretur genus,vel gentem quis haberet, nec ne, eum probare oportet, illo eod. tit. vbi gloſ. ſubiungit, ſi quis dicit ſe Italicum debet hoc præciſè probare, melior text.in l.matrim,17. C. de probat.DD. communiter in d.l.vt circa,& in l.prius, C. de ſeruit. vbi Bar. num. 7. Bal.3.Alberic.13.Immol.24. & docent Menoch. lib. 5.præſumpt.1.num.36.& 37.Card.Tuſch.lib. 6. concl. 16.num.93.lit.Q. quos & alios adducit Zaballos, d. quæſt.900.num.116.cum ſeqq. Fulu. Pacian. de probat. lib.2.c.18.ex n.25.& c.20.n.10.

Confirmatur octauò, conceſſiones & gratiæ elar- 49
giuntur ſub conditione ſi qualitates requiſitæ interueniant, quod fit expreſſè in ſupremo Inquiſitionis ſenatu,alias ſubintellectum maneret,l.ſeruo, 69.§ ſi fundus,3.l.legatum eſt,116.§.fin deleg.1.& gratia Principis ex obſeruantia interpretatur, & cum grauaminibus,& conditionibus intelligitur ſolitis, ex text.in cap.cum dilecto,3.de conſang.& affin.Ripa in l.2.num.2. de priuileg.Dec.in cap.ad hæc.num.37. de poſtulat. prælat.Mol.de primog lib.2.cap.6.num.58.fol. 260. Capic. deciſ. 189. cum aliis ad hoc adductis à Pelaez de maiorat.4.part.quæſt.20.num. 317. & 330.† At qualitas 50
ſub conditione ab ſtatuto, ſeu lege requiſita verè,& realiter ſubſiſtere debet, nec ſufficit præſumpta, nec coniecturata. Igitur ſimiliter puritas ſub conditione petita.

Minorem probat text. in l.vlt. C. de his qui veniam 51
ætatis impetrau.& in.l.Lucius, 83. vbi Bart. & DD. de cond.& dem. Anton.Fab.lib.1.iuriſprud.3.princ. 4.pag. 113. Auguſt.Barboſ qui alios refert,de appellat. verb. 99.n.16.pag.201.& alij allegati ab Oſua. Illigeto,ad

Donel.

Donel.lib.6.comm.cap.19. lit. D. Menoch. lib. 5. præ-
52 ſumpt.1.à num.35.† & licèt probatio regulariter ſpe-
ctetur,quæ ex natura rei haberi poteſt, vt ex Bart. & Immol.probat Farin. de indiciis quæſt. 46. num. 38. & ideò filiatio,quæ difficilis eſt probationis,gloſſ. fin.in l.Lucius,& communiter DD.coniecturis,& præſumptionibus probatur, ex adductis à Maſch. de probat. concl.787.per totam,maximè num. 11. Mantic. de tac. & amb.tom.1.lib.8.tit.19.num.6. tamen ſi conditionaliter petatur, deficit conditio, d. l. Lucius quia cùm verè non poſſit filiatio probari,nec ſufficiant coniecturæ, nec præſumptiones ad implementum conditionis, habetur pro impoſſibili filiationis adiecta conditio,vt omnes notant in d.l Lucius, ratio eſt penes Felin.in Rub.num.3.de probat Bart.in l. ait Prætor. §.fin.de re iudic.Bald.conſ.265.num.3.vol.2. quod ſtrictiùs procedit,& bene huic ſpeciei adaptatur. Et in aliquibus ſtatutis,præcipuè in Toletano,puritas ſanguinis conditionaliter requiritur, vt conſtat ex illis verbis,& Donec informatio prædicta videretur, & alibi ibi,non niſi clerici illuſtres aut nobiles, verbum enim, Donec,conditionem importat,vt in l.pater Seuerinam, 101.§.fin. vbi Bar.de cond.& dem.l.legatum,17.de ann. leg.l.generaliter, 32. §. duas filias, 6.de vſuf.& iidem, verbum,Niſi,vt in l.quibus diebus,40. §. quidam Titio, de cond.& dem.& in l.1.§.idem ſcribit depoſiti, & ideo ante omnia verificanda ex legitimis venit probationibus,vt in text.in l.id quod 19.de conſtit pecun. l. quoties 14.§.pen.de nouat.l.neceſſariò,8. §. quod ſi pendente, de peric.& comm.rei vend. Craucta conſ. 498. num. 8, nec ſufficit adimpleri pro parte,ſed in totum,ex text. in l ſi hæredi plures,5.de condit. inſtit. l. ſi is qui ducenta 13.§.vtrum,3.de reb.dub.§.pen.inſt.de hæred.inſt. Iaſſ. in l.generaliter,num.1.& 3.C.de inſtitut.Mantic. de tac.& amb.tom.2.lib.14.tit.42.num.9.Craueta conſ.344.num. 5.vol.3.Hondedeo conſ.60.num.17.vol.1. Surdo deciſ. 135.in princ.quia conditionis natura eſt, prout iacet impleri,non diuiſim,nec limitatiuè, ſed abſolutè, & perfectiſſimè ex text.in l. qui duobus 23.l.cui fundus, 56.de cond.& dem.Tib.Dec.conſ 129. num. 47. vol 3. Craueta conſ.349.num.23.& 25.vol 5.Honded.d.conſ. 60.num.17.& 18.tamen in ſenſu negatino, l. 10. l. ſi quis ita ſtipulatus,129.de verbor.l.hoc genus,106. l.ſi ita legatum. 102. de cond. & dem. quàm in affirmatiuo, l. qui ſub conditione 111.l cum ſeruus,85. illo tit. l. ſi quis hæredem 7.l.generaliter 6.C.inſtitut Batt.in l. 1. num. 1. de cond. & dem. Oſaſcho deciſ. 145. num. 9. Craueta conſ.406 num.6.& 7.vol.3.& conſ 744.num. 4. vol. 5. Corn.conſ.98 num. 8.vol. 2. & magis ſpeciatim verificanda conditio debet, dum negatiuè concipitur, vt in noſtris ſtatutis ex l. Lucius 85 de hæred.inſt. l. generaliter,C. de inſtit. & ſubſt. Abb. in cap. inter ceteras de reſcript.Rip.in l.hæredes mei,§.cum ita,num.29.ad Treb. Alex.Trentacinq.de ſubſtit. 1. part cap. 17. num. 38. Mantic.deciſ.247.& 249.Cephal.conſ.16.num.20.vol. 2.& poſt eos Ioſephus Ramon.conſ.30.n.34.

53 Confirmatur nonò,ſtatuta ſemper verum factum,
non verò præſumptum requirunt; ſed præſumptiua probatio non verè talis dicitur,l. vn. ſi tab. teſtam. ex tab.Bertazol.conſ.50.num.6.vol.1.Cepola conſ.57.Veroio,conſ.19.num.15.& 16.vol.3. Card. Tuſch. lib. 6. cond.16.à num. 27. vſque ad 93. lit. Q. Igitur ſtatuta puritatis intelligi debent de vera, & ſpecifica probatione, non verò de præſumpta. ¶ Maior pater ex l. 3.§.hæc verba,6.vbi Bart.de neg.geſt.Greg. in l. 2. gloſſ. 4.ante medium,tit.31.part.7.Alphonſ. à Villagut, de extenſ.cinuſcumque diſpoſit num 6. & ſeq. & num. 100. pluribus adductis ab Oſaſco deciſ.pedam.21. num.13. & à Pelaez de maiorat.1.part.quæſt.51.num. 115. cum. ſeqq.num.137.& 140.& 173.Farin. 1.part. fragm. lit E.num.218.& à Perezio de Lara d.cap.4. num.107.&
109.† Etſi ſtatutum loquatur de filiis, intelligi de- 54
bet de naturalibus, non verò de adoptiuis, ex Dec. conſ.399.Roch.de Curte de iurepatron. fol. 2. faciunt plura tradita ab Auguſt.Barboſa,appellat.99. ex num. 75.pag. 207. & interpretari propriè non verò ſecundum quid ex l.mercis, 07.de verb ſing.l ſi maritus, 15. §.legis,ad leg.Iul. de adulter. Franc. Conſcius in Rub num.47.verſ.vndecimò acceda,de legatis.

Confirmatur decimò qualitas accidentalis non 55
præſumitur,cùm quotidie mutationem accipiat, & alterationem,& vt conſiderant DD in cap.1 § ſi quis ruſticus,de pace tenenda,& relati à Menoch. lib.6.præſumpt. 60. num. 1. & probat Auguſt. Barboſ. de offic. Epiſc.à part.allegat.10.num.17.& Axiom 5.num. 1. & 4.pag.7.cui adde gloſſ.in cap ſi ſorte, 11. verb. ſcientia,
verſic.eſt quædam extrinſeca,de elect in 6 † At puritatis 56
qualitas mutabilis eſt, cùm olim puros hodie maculatos videamus, vt inferiùs latiùs dicam, & conſiderant And. Tiraq. de nobilit. cap. 10. num. 10. & 13. Aceb.in Rub.num.37.& 159.in fin.& 160.tit.2.lib. 6. recop.Menoch.de præſumpt.lib.6.præſumpt.60. Zaballos d quæſt.900.num.118. & 121. Io. Guttierr. lib. 3. pract.quæſt.14. num. 17. vbi ait, quòd puritas in ſola opinione,& reputatione conſiſtit, & ex eis verè, & legitimè tantùm probatur. Igitur probari erit neceſſe extare ſine diminutione,nec alteratione.

Confirmatur vndecimò, & vltimò, nam etſi qui- 57
libet generaliter probus & purus,non verò natus ex infecta præſumatur radice, vt ſuperiùs probaui ex Aceb.in d.Rub.num.163.& Pelaez d.quæſt.51.num.14.
& Guttierr.ſuprà quæſt.13.nu. 3.† intelligendum eſt, 58
cùm nihil facere habeo cum eo; at dum ſpeciatim negocium cum eo eſt,& ex ſua improbitate,ſiue macula damnum timeri valet,non ſufficit præſumptio, ſed inquirendum eſt an deficiat, vel non prædicta qualitas, & electores debent hominem talis conditionis eligere, vt optimè probat vnica, & ſingularis gloſſa verb.ſcientia,in cap ſi ſorte,verſ.Dicit. Io. de elect. cui accedit alia ſimilis gloſſ.verb.teſtentur, in cap placuit,de infantibus,111.& in cap ſi eos,148. verb. contendimus,de conſecrat.diſt.4. Maſch. de probat. concl. 163. num.3.& 6.Io.Menoch.in cap.ſi ſorte,num.9.de elect.in 6.vbi Buttrio num.9.& Gemin.col.pen Alc.reg 3. præſumpt.1.num.12.Fulu.Pacian de probat.lib. 2. cap. 14. num.5.vbi quòd in alterius damnum nemo præſumitur Chriſtianus, quod valde notabile eſt, ſicut nec bonus ex Fel.in d.cap.vlt.de præſumpt.n.12.& alij apud Gracian.diſcept.forenſ.tom.3.cap. 537. num. 28. & ita nec antiquus Chriſtianus in præiudicium tribunalium,& contra prohibitionem ſtatutorum inde bene procedit quod Alc.3.præſumpt.15.dixit, nempe, ad prouidendum officium vel futurum negocium neminem bonum præſumi, & ſequuntur Menoch. 2. præſumpt.85.num.8.Maſtrill.de magiſt.6.cap.10. num 9. & alij ex præcitatis,& quòd in alterius damnum nemo præſumatur bonus præter citatos, probant idem Menoch.1.de arb.99.n.9.& 5.præſumpt.2.1.num 19. & 20.Maſch.de prob.q.10.num 26.& concl.1006.num. 60.Farin. 1.tom.quæſt.47.num.288.& ſeqq. Oſuald.24. Don.cap.19.lit.E.pag.mihi,1270.per text.in cap.cum in iure 31. de off. deleg. nec ex omiſſa diligentia excuſationem electores merentur,ex Pelaez 1 part quæſt.51. num. 55. Igitur manet ex dictis, quòd puritas non præſumitur,& ſi præſumeretur,non ſufficeret niſi verè,& ſpecificè probata ad obtinendum puritatis munera ex noſtris ſtatutis.

Quare hanc amplexi ſunt ſententiam Alc. reg. 3. 59
præſumpt.1 num.35.& 36.Maſch.de probat. concl. 878. & adducti à Farin.d quæſt.47.à num. 287. & 294. cum ſeqq.Menoch.lib.5.præſumpt. 1. num. 35. & 46. Fulu. Pacian.eod tract.lib.1.cap. 7. num. 18. & ſpecificè loquentes

quentes in puritatis probatione, tenent Perezius de
Lara *de anniuerſ. lib. 2. c. 4. n. 38.* Hiet. Zaballos *d. q. 900.*
à n. 110. cum pluribus ſeqq.
60 Cui veræ ſententiæ nihil obſtant contrariæ ra-
tiones, & fundamenta, quæ habent locum in qua-
litatibus, quæ honoribus naturaliter inſunt, qui-
bus bonus, & idoneus quilibet præſumitur, nam
ſicut natura immutabilis eſt præſumuntur omnia,
quæ ab ea procedunt, dummodò contrarium non
probetur, §. *ſed naturalia, inſt. de iure natur.* §. *mi-*
nus, inſtit. de heredit. quæ ab inteſt. l. eas obligationes,
8. *de cap. diminut. leg.* 5. *titul.* 24. *part.* 4. *leg.* 34.
titul. 34. *part.* 7. & iura alia adducta à Pichard.
de nobilit. communic. inter vir. & vx. num. 4. vt
bonitas animi, integritas corporis, & alia his ſi-
61 milia, vt ſubdit idem Pichard. vbi *num.* 79. † quæ
autem extra naturam ex accidenti proueniunt, mu-
tabilia ſunt, & adeſſe non præſumuntur, quia
quotidie accidentia mutantur, tolluntur, & ad-
ueniunt cum ſubiecti alteratione, vt conſidera-
uit Pet. Antonin. à Petra *de fideicomm. quæſtion.* 12.
num. 804. & plures apud Auguſt. Barboſ. *Axioma.*
5. *num.* 4. *pag.* 7. & ideò non præſumuntur, *l. ſi verò*
5. §. *qui pro rei qualitate. Qui ſatiſd. cog. l. item ve-*
niunt 20. §. *cum prædiximus. de petit. hæred. l. ſine poſ-*
ſidetis 16. *C. de probat. l. cum aliquis,* 21. *C. de iure de-*
liber. Ripa *in cap. Eccleſia ſutrina, num.* 26. *de cauſa*
poſſ. & prop. Dec. *in l. vt liberis, num.* 21. *C. de*
collat. Alciat. *reg.* 2. *præſumpt.* 44. *num.* 6. *& præ-*
62 *ſumpt.* 45. *num.* 65. † Vt eſt deſcendentia ex veteri-
bus Chriſtianis, quæ qualitas accidentalis eſt
& poteſt adeſſe, & deficere, quod proprium ac-
cidentium eſt, ſicut & eſſe Catholicus, quod na-
tura non efficit, ſed voluntas, id velut verius,
& tutius eligendo, quod plurimi decepti, & ob-
cæcati relinquunt, & prauè, quod dolendum eſt,
ſpernunt, maximè, vt bene conſiderauit Zaballos
d. quæſt. 800. *num.* 131. cùm Chriſtianorum fides non
ab origine proueniat mundi, nec poſtea omnes il-
lam ſuſceperint, ſed vnuſquiſque ſuam fuit ſequu-
tus ſectam, aut legem, ex qua quidam poſt mul-
tum tempus ad Catholicam ſunt conuerſi fidem:
euenit etiam idem in eorum deſcendentibus, qui
ſi ex eis fuerint, qui ſtatim fidem Chriſti ſuſ-
ceperunt, aut paulò poſt, Chriſtiani erunt vete-
rani, & puritate fulgebunt, ſicut macula, qui or-
tum capiunt à recenter conuerſis, & Chriſtiani
noui ab Hiſpanis nuncupantur, & è noſtris repel-
luntur ſtatutis, omnes equidem qualitates ſimiles
non naturales, ſed accidentales nuncupantur, vt
dixit Bal. *in l in actionibus,* 5. §. *plane,* 4. *num.* 4. *de in li-*
tem iur. & in cap. fin. num. 6. *de præſumpt.* And. Tiraq.
de nobilit. cap. 10. *num.* 3. *eleganter,* Otalora *de nobilit.*
part. 3. *cap.* 8. *num.* 11. Menoch. *præſumpt.* 60. *num.* 4.
lib. 6. & multis adductis Fulu. Pacian. *de probat. lib.* 1.
63 *cap* 54. *num.* 1. *& ſeqq. pluribus.* † Quod ego intelligo
reſpectu totius generis, in quo adeſſe, & deficere pu-
ritatis qualitas poteſt, & eſt velut accidens, quod
non præſumitur, niſi probetur, vt ex relatis colli-
gitur, non verò reſpectu indiuiduorum, qui an inſtā-
ti conceptionis ſuas indelebiles habuerunt qualita-
tes, quæ non accidentia, ſed naturales dici poſſunt,
64 cùm amplius nec deficiant, nec tollantur. † In
quo diuerſa cauſa eſt maculæ, quæ etiam reſpectu
vniuerſi generis ampliùs deficere non poteſt, &
in omnes tranſit deſcendentes; puritas verò fami-
liæ per maculam de nouo cōtractam deficere valet,
vt latiùs dixi ſuprà quæſtion. 1. §. 4. & quæſt. 4. §. 2.
& ideò præſumi non poteſt, vt notatur in *l.* 1. *C. de*
dignit. lib. 12. *gloſſ. in dict. leg. ſi verò,* §. *qui pro rei*
qualitate. Qui ſatiſd. cog. Benincaſ. *de paupertate, &*

eius priuileg. quæſt. 3. *num.* 56. Anton. Fab. *ad titul. C.*
Quid res iud. non nocet. deffinit. † Nec quidem ma- 65
ior ratio eſt, qua quis ab antiquis deſcendat Chri-
ſtianis, quàm à cōuerſis, vt cōſiderauit Zabal. citato
loco *n.* 131. nec vt vna qualitas præſumatur, alia nō.
Secundò licèt verum eſſet, quòd puritas ſit qua- 66
litas naturalis, & iure præſumatur (quod negamus)
tamen cùm ſpecialiter noſtra ſpecialiter noſtra ſta-
tuta eam realiter adeſſe expoſcant, non ſatiantur cum
iuris præſumptione, ſed eam omninò repellunt, &
expoſcunt veram puritatis exiſtentiam, quæ ve-
ris efficitur probationibus, vt præter cæteros
explicuit Alciat. *reg.* 3. *præſumpt.* 2. *num.* 6 *verſ. Sed*
tu dic. & num. 7. quem ad hoc relatum poſtea vidi
penes Zaballos *dict. quæſt.* 900. *num.* 115. *verſ. Cui*
doctores, quibus adde Felin. *in cap. cum in iure, limit.*
5. *de offic. deleg.* Card. *in Clement.* 1. *notab.* 2. vbi An-
char. *num.* 4. *de conceſ. præbenda,* Dec. *in cap.* 2. *num.* 6.
& 7. *de elect.* Maſch. *de probat. concluſ.* 222. *num.* 10. *&*
11. & loquendo in ſtatutis exorbitantibus tenent
Tiraq. *de retract. lign* §. 1. *gloſſ.* 7. *n.* 1. *in princ. verſ. & fa-*
cit etiam, Gracian. *diſcept. for. to.* 4. *c.* 742. *n.* 66 † & cùm 67
proprium ſit ſtatutorum, de nouo aliquid ſtatuere
ex Franc. Duar. *in l.* 3. *de adquir. poſſ.* & adductis ab
Oſualdo Illiger. ad Donel. *lib.* 26. *comm. cap.* 2. *lit. A.*
& relatis ſuprà *quæſt.* 4. §. 1. *num.* 11. *&* 12. nihil noui
eſſet per noſtra ſtatuta ſtabilitum, ſi ſufficeret præ-
ſumptio iuris, quæ omnibus eſt communis, & quid
ſpeciale non habet, ſicut enim naturales qualitates,
quæ iure ſemper præſumuntur, ſpecificè probari de-
bent, quando expreſsè ab ſtatuto requiruntur, ita &
puritatis qualitas ex noſtris ſtatutis probanda ſpe-
ciatim venit, & iure præſumpta nihil efficit; † non 68
tam quia deficiat præſumptio, ſed quia deficere po-
teſt puritatis qualitas, non obſtante iuris præſum-
ptione, vt plenis probationibus exiſtentibus, iuris
præſumptio veritati, & certitudini cedat. Vnde con-
ſtat minus verè fuiſſe deciſum apud Alex. Ludouiſ.
deciſ. 498. *num.* 3. quòd eo ipſo quòd impuritas non
probetur, cenſetur probata puritas, cùm vt patet ſit
contra iuris regulas, & mentem ſtatutorum, & quia
qualitates requiſitæ ab ſtatuto, & ſi iure præſumatur
ſpecificè ſingulæ ſunt probandæ ex pluribus conge-
ſtis per Grac. *diſcept. for. to.* 4. *c.* 745. *n.* 10. *& c.* 748 *n.*
16. *&* 17. *& c.* 752. *n.* 6. 30. *&* 40.
Ex quibus ſatisfactum manet contrariæ ſententiæ 69
rationibus præter, 5. 7. & 8. cōfirmationem. Sed quin-
ta nihil obſtat, quia dum agitur de puritate ſpecificè
probanda, non eſt, quia aſſeratur, prætenſorem in-
dignum, nec maculatum, ſed inquiritur, an ſit dignus,
& purus, quod diuerſum eſt à cōfirmationis præſup-
poſito, niſi poſt factas informationes appareat de-
fectus impediens, quo reprobantur, & repellitur præ-
tenſor, quia cauſa tunc ad ſuperiores deuoluta per
appellationem aliud eſt dicendum, vt dicam infrà §.
ſeq. illat. 1. immò dum prætenſor cooptari appetit,
ſe dignum, & purum dicit, vt probaui in 4. & 6. con-
firmat, quod veris oſtendere tenetur probationibus,
modo & forma ſolita in tribunali, & cōmunitate, in
qua prætēſio acciocta eſt, vt ſuprà latiùs dictū manet.
Septima confirmatio ſimiliter nihil facit, nam 70
eo tantùm, quòd macula non apparet, ſatisfa-
ctum non eſt ſtatutis volentibus, non tantùm
quod macula non ſit, ſed etiam quod vera, &
poſitiua exiſtat probata puritas, † cum idem ſit 71
ex eorum mēte macula & defectus impediens, ac pu-
ritatē ex veris non conſtare probationibus, illa quia
expreſsè prohibita, hæc, quia non apparēdo, incerta
eſt, cùm debeat eſſe certa, arg. ea quæ notant DD.
in leg. duo ſunt. 30. *teſtament. tut. & in capit. cum*
tibi, 13. vbi, *gloſſ. de teſtam.* & facit *text. in d l. cum*

in leg.33.de contrah. empt. cum ſimilibus, vide infrà hac q.§.3.ſeq.ſub n.19.

Nec octaua confirmatio faciat, nam *text.in d. cap. veniens, 3. de presbyt. non baptiz.* loquitur tantùm de præſumptione baptiſmi eius, qui ex orthodoxis parentibus natus, & inter Chriſtianos commoratus ſacro Baptiſmate inſignitus potiùs præſumitur, quàm Cathecumenus ex violenta iuris præſumptione, vt *ex d.cap. veniens*, probant Ludouic. à Paramo *de orig.inquiſ.lib.3.quæſt.8.à num.70.cum ſeqq.* Henriq. *in ſumma lib.2.cap.31.§* idem Auguſt.Barboſ. *de offic. epiſc.lib.2.allegat.2.num.8.*† vbi *num.ſeq.*ait, hanc baptiſmi præſumptionem efficere, quòd licèt Presbyter conficiens Sacramentum ex deficientia baptiſmatis, nec ordinatus exiſtat, nec verum ſacrificium conficiat, nec manet ex eo Corpus Dominicum, tamen vtiliter ſibi, & proficiet, ſicut verum Sacramentum ex fide præmiſſa Eccleſiæ virtute, & Dei magnificentia; † quod plurimùm diſtat ab ſpecie noſtra, quia non bene ſequitur ex præſumptione baptiſmi, quia ex parentibus eſt ortus catholicis, & inter Chriſtianos commoratus, quòd etiam puritate fruatur, & ſit ex puris procreatus, vt ex illo deducunt textu Ricciolus Barboſa & Zaballos, cum bene ſequatur, quòd ex parentibus Chriſtianis natus baptizatus exiſtat, ſed non quòd purus maneat, de quo vltimo nos hîc agimus, non verò de primo, & licèt fateamur in illo baptiſmum præſumi, negamus, ideò puritatem adeſſe, immò illo ſtante, hanc deficere poſſe, de quo ampliùs ambigendum non eſt, ſicut nec dum quis inuenitur mortuus in terris Chriſtianorum qui licèt fidelis præſumatur, non tamen purus, vt ſatisfaciat noſtris ſtatutis ex eadem ratione.

---

§. III.

Proponuntur perutiles quædam illationes ex præcedentibus deductæ.

SVMMARIVM.

1 *Quis probare teneatur puritatem & maculam, Tribunal maculam ad repellendum. An prætenſor puritatem, vt admittatur*, n. ſeqq. *Quòd Tribunal maculam probare debeat, fundatur*, à n.2.cum ſeqq. *Sed limitatur*, num.9.&.10. *Contrarium oſtenditur*, à num. 11. cum ſeqq. *Diſtinguitur*, à n. 15.cum ſeqq.

Exponitur.num.19.

Oppoſita ratio diluitur, numero 20. & ſeqq.

3 *Poſſeſſor honoris puritatis, & ſuum genus ſunt in actuali quaſi poſſeſſione illius qualitatis.*

4 *Fundans ſe in alterius defectu, aut ignobilitate eam probare tenetur.*

5 *Communitas, & eius fiſcalis tenentur maculam & alios prætenſorum defectus probare.*

6 *Prouiſi à ſede Apoſtolica non aſſerunt qualitates requiſitas habere, ſed immiſſionem petunt virtute ſuarum litterarum*, & n. 20.

Contrarium, n.21. & 22.

7 *Capitulo repellere volenti incumbit onus probandi defectum, ſeu maculam: præcipuè interpoſita appellatione*, num. 8. *Niſi deſerta per prouiſum fuerit*, num. 9. *vel ex parte capituli aliqua eſt probata macula*, num. 10.

9 *Veniens per viam querelæ, ſeu reſtitutionis tenetur ſuam cauſam iuſtificare, & iniuſtitiam ſententiæ oſtendere.*

11 *Communitas non aſſerit prætenſorem maculatum, nec ideo obſtringitur ad probandum maculam.*

12 *Prætenſor tenetur ſuas qualitates probare per commiſſarium ad hoc electum in communitate.*

13 *Qui vult admitti debet ſe probare talem, qualis requiritur eſſe.*

14 *Rem petens certo hominum generi tantùm conceſſam probare debet, ſe illius generis eſſe.*

15 *Qualitates ſanguinis, & cætera, quæ ſtatuto requirantur, probari debent in prima inſtãtia per prætenſorem modo in communitate ſolito; ſecus in ſecunda inſtantia appellationis*, n.16.

Qualitates etiam negatiuæ requiſitæ per ſtatutum probari debent per eum qui honorem aſſequi vult, maximè ſi habeant incluſam affirmatiuam. Et talis probatio debet fieri verè & non præſumptiuè, ſub num. 14.

16 *Communitas debet probare in cauſa appellationis iuſtitiam ſententiæ repulſiuæ, per veras & euidentes probationes*, n.17. *Non genericè, ſed ſpecificè*, n. 18. *Non tamen tenetur præciſe maculam admittendi probare, ſed ſufficit, quod puritas, & requiſitæ qualitates non ita maneant probatæ, ſicut expedit ex ſtatuto*. n. 19.

19 *Idem eſt maculam eſſe, ac puritatem non probari eo modo, quo decet*, & n.21.

Medium non ſufficit probatum, vbi extremi probatio requiritur, ibid.

Bona fides vbi ſpecialiter requiritur, non ſufficit medium, quod eſt inter bonam & malam fidem, ibid.

Dubius an dicatur eſſe in bona fide, remiſſiuè, ibid.

22 *Prouiſio datur à Summo Pontifice ſub conditione, ſi adſint requiſitæ qualitates.*

Clauſula nõ obſtãtibus ſtatutis nõ tollit ſtatuta conformata à ſummo Pontifice, nec quæ certam habent formam ibid. & n. 44. *Prouiſus admitti petit ſub tacita conditione ſuæ prouiſionis*, ſub d.n.22.

Prouiſio deficit deficiente eius tacita conditione, ibid. ſub d.n.12.

Prouiſus à Papa dignus & diſpenſatus præſumitur, & eum non honorantes, &

dubitan

dubitantes de eius idoneitate ſacrilegium committunt, non tamen locum habet vbi ſunt puritatiſ ſtatuta, n. 22. Conceſsiones apoſtolica non faciunt ſtatutum nec præciſam obſeruantiam, ibid. ſub n. 22.

23 Iudices non habent liberum arbitrium reprobandi informationes, nec repellendi prætenſorem. Admiſſus ſemel in vna communitate ſi iterum admitti vellet ad alium non eſt opus alia probatio.

24 Præſumptio iuris contrarium aſſerentem grauioribus onerat probationibus.
Communitates non onerantur grauioribus probationibus maculæ, propter præſumptionem puritatis, ibid.

25 Qui contrarium non aperit, non grauatur onere maioris probationis.

26 Teſtes, qui magis adhærent iuris præſumptioni præferuntur contrariis.
Teſtes proprietate non præferuntur cæteris de macula, quia ceſſat præſumptio, ibid.

27 Expoſiti & vulgo quæſiti ſtatutis puritatis locum non faciunt, & n. ſeqq.

28 Admittendus ex certis parentibus procreatus eſſe debet ex noſtris ſtatutis, & reiicitur ex incertis parentibus natus, n. 29.

30 Improbabile eſt quod incertum.

31 Expoſitus cognomen patris ferre non poteſt.

32 Patrem non habet qui incertum habet.

33 Suſpicio oritur ex incertitudine parentum.

34 Spurius & vulgo quæſitus nõ ſubſtinet pœnas impoſitas filiis ob delictum patris, & ſic nec habebit honores mediante ſanguine patris.

35 Expoſitorum, ſpuriorum admiſſio eſt contra ſtatutorum mentem.

36 Spurij non debent eſſe melioris conditionis quàm legitimi.

37 Tutor incertus quamuis certiorandus veniat iure non poteſt dari. Ratio huius proponitur, & ponderatur.
Incertitudo non vitiat, quando certitudo ſperatur, ibid.

38 Expoſitus an præſumatur natus ex legitimo coniugio, an irregularis, n. 41. & 42.

39 Filij legitimi rarò, aut numquam à parentibus exponuntur.

40 Præſumptio ſumenda à communiter accidẽtib. Exponere infantem repugnat valde legitimæ filiationi, ibid.

43 Conſtitutio Gregorij 14. anni, 1591. qua expoſiti ad præbendas admittuntur adduci ad cauſas puritatis non poteſt, & quare.

44 Statutum ſpecialiter derogari debet.

45 Expoſiti ex omnium ore incapaces ſunt ex puritatis ſtatutis.

46 Statutum requirens, quòd admittendus non ſit ex Iudæis nec Mauris, nec maculatus admittit expoſitos ex Perezij de Lara opinione, à qua caueri ſuadetur, à n. 48.

47 Statuta tantùm diſponunt quãtum loquũtur.

48 Diſcrimen nullum eſt inter verba macula, & deſcendentia à nouiter conuerſis, aut pœnitentiatis.

49 Macula an ſit, incertum eſt, incertis exiſtentibus parentibus.
A deffectus requiritur notitia cauſæ, ibid.

50 Statutum maculatos excludens tantùm admittit eos, qui certò maculati non ſunt.

51 Naturales & ſpurij, ſi certi ſunt parentes admittuntur ex puritatis ſtatutis. Ex eis verò, quæ nobilitatem expetunt, naturales tantùm, n. 52.

53 Incertitudo parentum quando filios excludat & quando non, & n. ſeqq. Si incertum ſit, an prætenſor filius ſit Petri, an Ioannis, vtriſque qualitates probandæ ſunt, & ſi ambo puritate, & nobilitate ſunt præditi admittendus venit, ibid. Si verò vnus nobilis, & purus eſt, alter verò non, reiiciendus venit, n. 58. & ſeqq. & quid dum procreatus fuit in figura matrimonij ſub. 63.

54 Certum eſt, quod per neceſſarias demonſtratur conſequentias.

55 Demonſtratio optima deducitur ex duobus combinatis. Totum probatur probatis partibus, ibid.

56 Qualitates requiſitæ ſufficienter deducuntur ex ſimilitudine ſanguinis duorum & amplius quærendum non eſt, n. 57.

59 Certum ex diuerſis non deducitur.

60 Extremum vnum in habile totum medium corrumpit.

61 Dubium ſi vertatur, an prætenſor ſit filius Petri, an Ioannis, quorum alter maculatus & ignobilis eſt, alter nõ, non eſt cur magis prætenſor præſumatur purus, quàm maculatus, nec cur magis nobilis, quàm ignobilis.

62 Probationes æquales vna alteram tollit & elidit.

63 Ratio maior verſatur in excludendo eum qui poteſt eſſe filius certi maculati, quàm in excludendo expoſitos.

64 Exteri huius Regni an admitti poſſint ex puritatis ſtatutis, & an nobiles reputentur, remiſſiuè.

65 Teſtes, qui ex iuris præſumptione purum prætenſorem aſſerunt, nihil probant; Non plus probant quàm eorum ratio, n. 66.

67 Negatiua, quæ à iure præſumitur, probabilis eſt, & teſtes de ea deponentes cæteris præferuntur, hoc tamen ad puritatis ſtatuta extendi non poteſt.

68 Statutum requirens puritatem ſanguinis non ſolùm in admittendo, ſed in eius aſcendentibus indiſtinctè, de omnibus probari requirit, ſecus ſi in certo gradu.

99 Qualitates diuerſæ in diuerſis probatæ informationibus, neutra manent probata, ex veriori opinione, & quid ſi nec puritas nec macula probentur.

70 *Prætenſor,ſicut admitti non poteſt nullis receptis informationibus,ita nec cum nihil probatum manet.*

Probatio dubia nihil eſt in deferendis honoribus, maioratibus, & fideicommiſsis, ibidem.

71 *Teſtes pœnitentiam aſcendentium firmantes præferendi eam negantibus.*

Pœnitentia eſſe poteſt, & ab aliquibus ignorari,ibid.

1 PRIMO ex præcedentibus infertur, quis teneatur probare puritatem, aut maculam,
vtrùm tribunal? an verò prætenſor? macula videlicet à tribunali,puritas verò à prætenſore,vt admit-
2 ti valeat vel non. † Quod autem a tribunali macula
ſit probanda ſuadetur ex eo,quod ſuprà in §.præced.
in principio,& poſtea dixi, puritatem videlicet iure
præſumi,& omnes Hiſpanos in poſſeſſione eſſe puri ſanguinis; atque ideò onus contrarium probandi
in aduerſarium transferri, & comprobatur ex aliis
3 ſuperiùs pro affirmatiua ſententia adductis. † Et ſi
fortè prætenſor, ſeu alter ex eius familia honorem
puritatis poſſideat,res dubio carere videtur,qui cùm
ſint in vera puritatis poſſeſſione, nihil probare tenebuntur, ex notis iuribus *in l.cui neceſſitas*, 39. *l. liberis*,7.§. *vlt. de lib. cauſa*, *l.ſi is qui* 15.§.*ſi ſeruus*, *de vſucap. l.circa* 14. *de probat. l.ſi priuſquam* 15. *de noui oper.nunciat.l.eam quæ*,21.*C.de liber.cauſa,cap. ſi Iudex laicus*, 12. *verſ. ſicut de ſentent. excommun. lib.* 6.
Thom. Gramm. *deciſ.* 67. *num.* 4. Caſſan. *conſ.* 54.
Bald. *in l. ex perſona*, *num.* 2. *C. de probat.* vbi docet
hanc poſſeſſionem transferre onus probandi in ad-
4 uerſarium negantem. † Et quòd fundans ſe in alterius ignobilitate, aut defectu, teneatur illum probare, velut ſuæ intentionis fundamentum, tenent
And.Tiraq. *de nobilit. cap.* 10.*num.* 14. Ioſ. Maſch. *de probat.concl.*1094.*n.*3.Iac. Menoch. *lib.* 6.*præſum.*60.
*n.*5.Fab.de Anna,*conſ.*80.*n.*3 *lib.*1.ex quibus defendit
5 Valençuela *conſ.*90.*num.* 39. & 66. *cum ſeqq.* † quod
communitas, & eius fiſcalis tenetur maculam &
alios defectus prætenſoris probare, & conueniunt
Farinac.*deciſ.*227.*num.*2.2.*part.*& *deciſ.* 204. *num.* 2.
& 3.& *deciſ.*182.*num.*4.& *deciſ.*196. *num.* 3.& *ſeqq.*
1.*part.* & cum hac reſidere videtur Perezius de Lara
2.*par de capellan.cap.*4.*num.*24.iuncta *num.*23.antecedenti,& Rota apud Io.Bapt.Coccin.*deciſ.*68. *num.*1.
& nouiſſimè Ricciol.*de neophyt.cap.*7.*ex n.*7.*cum ſeqq. plurib.* Aug.Barboſ.*de offic.Epiſcopi* 1. *part. tit.* 2. *gloſſ.*
6 17.*n.*35. † dicens,quòd dum prouiſi petũt admitti
ad præbendas Eccleſiarum, in quibus ſunt puritatis
ſtricta ſtatuta,non aſſerunt ſe puros in ſanguine eſſe,
nec cæteras habere requiſitas qualitates, ſed petunt
immiſſionem virtute ſuæ prouiſionis, quam ſi capitulum vult excludere, cauſam exclutionis tenetur
probare,*ex cap.dilecti*, 8. *de except. l.* 1. *in princ.* vbi
gloſſa,ſi quadrup.paup.fec.dic.& *n.*36.ait, quòd de iure
nemo natus inter Chriſtianos grauatur onere probandi, ſe eſſe ortum ex puris,& Chriſtianis parentibus, ſed ita de iure præſumitur, ex ſuprà relato *cap. veniens,in fin. de preſbyt.non baptiz.*atque idem repe-
7 tit *de canonic.c.*13.*n.*32.& *duob. ſeqq.* † Vnde capitulo
volẽti repellere prouiſum tãquam impurum incũbit
onus probandi maculam ſecundùm *reg. l. ab ea parte*,
5.*de probat.*& *l.* 2. *de except.* & ita ſæpius reſponſum
extat per Rotã,vt patet ex *dec.*176.1.*part.diuerſ.*& ex
Seraph.*dec.*50.& 355.& ex aliis ibi per Barb.relatis;
8 † quod procedere ait,quando capitulũ reiicit prouiſũ tãquam impurũ, & ille appellauit, nam indubie
in cauſa appellationis onus probandi maculam incumbit capitulo, ſicut incumbebat in prima inſtantia, vt cenſuit Rota *in Toletana portionis*, 28. *April.*
1561.coram Gropperio & *deciſ.*277.*n.*2. in nouiſſimis apud Farin.2.*p.*& *dec.*167.*ex n.*31.*cũ ſeqq.*& *dec.*
204.*n.*2.& 3.*to.*1.*recent.*eiuſdẽ Farin.& Rota apud Io.
Bapt.Coccin.*dec.*68.*n.*1.2.& apud Alex.Ludouiſ.*dec.*
455. *n.* 2. & 15. quæ omnia tranſcripſit Barboſa ex
Ricciol. *d. c.*7.*ex n.*8.quem omnino vide.

Quod tamen dupliciter limitant, iidẽ Barb.*n.* 38. 9
alias 47.& Ricc.*n.*16.& 17.citatis locis.Primò vt nõ
habeat locũ cũ cauſa appellationis per prouiſum eſſet deſerta, ex quo ipſe grauatur onere probandi ſe
purum, quia ex deſertione appellationis inſurgit
præſumptio pro geſtis à capitulo, & prouiſus cùm
veniat per viã querelæ,ſeu reſtitutionis in integrũ,
tenetur ſuam cauſam iuſtificare,& plenè iniuſtitiam
ſententiæ oſtendere,Innoc.*in c.tenor de ſent.*& *re iud.*
atque ita deciſum à Rota fuiſſe refert Seraphin.*deciſ.*
355.*n.*1.*in fin.*& *n.*2.*col.mihi*,288. & *in alia Toletana Canonicatus*, 13. *Nouemb.*1609.coram illuſtriſſ.Lan-
cellotto.† Secundò,cum ex parte Capituli eſt aliqua 10
probata macula, ad quam diluendam prouiſus tenetur ſe probare purum explicitè & poſitiuè, vt Rota
cenſuit in eadẽ Toletana Canonicatus ſuprà relata,
& apud Seraphin.*deciſ.*50.*verſ. Quod ſi capitulum,col. mihi.* 28. quia & tunc prouiſus contra probationem
capituli poterit ſuam puritatem oſtendere,& probare,ex eod.Seraphin.*d.deciſ.*50.quibus patrocinari videtur Valençuela.*d.conſ.*90. *n.* 39. & vtrũque repetit
idem Barboſa *de canonic.c.*13.*n.*35.

Sed contraria ſententia probari videtur ex addu- 11
ctis ſuprà in §.præced.pro vltima negatiua & veriori opinione,& quia numquã Tribunal,nec Communitas aſſerit prætenſorẽ maculatũ ante receptas informationes aliàs eum ab initio non admitteret,nec
gratiã impartiretur,nec ad informandum accederet:
immò idẽ prætenſor ſe purũ dicit,dũ admitti petit ad
officiũ,ſeu honorẽ puritatis,vt ſuperiùs dixi, & probaui,& cõmiſſarius eius etiã nomine eligitur à Ca-
pitulo,vt dixi ſuprà q.6.§.1.ex n.12.maximè,20.† & 12
per eum debet ſuam puritatẽ probare, aliàs deficiet,
velut deficiente præcipua qualitate,*ex l.ait Prætor.* 4.
§.*Docere*,12.*de vi bon.rapt.*cũ multis ſuperiùs allegatis,& congeſtis per And.Tiraq.*de retr.lign.*§.8.*gloſ.*7.
*n.*1.† & generaliter loquendo,qui ad honorẽ,officiũ, 13
ſeu maioratũ admitti vult,tenetur ſe talem probare,
qualẽ eũ voluit eſſe conſtitutio,vocatio, ſeu ſtatutũ,
l.Diuus,33.*de re iud.*Brun.à Sole *locis com.verb. agens*,
2.Aug.Barb.*axiom.*19.*n.*3.*pag.*18.& ex Menoch.*conſ.*
322.*n.*45.*lib.*4. & ex aliis docet Pelaez 1. *de maior.q.*
50.*n.*123.† Intendens rem certo hominũ generi tan- 14
tùm conceſſam probare debet, ſe illius generis &
qualitatis eſſe,*arg.l.codicillis*,89.*alias l. Lucius*, 88.§.
*matre,de leg.*2.*l.ſi ita quis*,135.§ *ea,l.*3 *de verb.*Alc. *reg.*
3.*præſumpt.*17.*per totam*,Cãpeg.*de dote*.5.*p.q.*79. *n.*1.
Lara,2.*de capell.c.*4.*à n.*23.*cũ ſeqq.*etiãſi qualitates negatiuè requirantur per ſtatutũ,vt tenẽt *gl.in l.*2.*verſ. Negatiuæ qualitatis,de prob.*Bar.*n.* 5. Alex. 9. Iaſſ. 14.
Ripa 13.*in l.in illa,la.*1.*de verb.*Innoc.*in c.ſuper his*, *n.*
10 *de accuſ.*Gemin.*in c.* 1. *n.* 3.*de confeſ.in* 6.Ant.Gab.
*de probat.concl.*6.*per totã*, Alex.*conſ.*39.*in princ.lib.*1.
Crau.*con.*112.*n.*6.Mohed *dec.*7.*de except.*Far.*in poſth.*
*dec.*116.*ſub n.*3.& *dec.*486.*ſub n.*2.*p.*1.& *dec.*457.*n.*3.*in fin.*& *dec.*665.*n.* 3.*p.*2.maximè cùm negatiua talis naturæ eſt,vt incluſam habeat affirmatiuã ſicut negatiua maculæ incluſã habet affirmatiuã puritatis, & è
contra,vt ſuo loco diximus,& per Afflict.*dec.* 324.*n.*
9.& per eũdem Farin.*d.deciſ.*116.*ſub d.n.*3.quæ quidẽ
probatio negatiuæ qualitatis debet fieri verè,nõ præſũptiuè,ex Achill. *dec.* 1.*de prob.*& ex eodẽ Far.*deciſ.*
468.*n.*7.*p.*2.*in poſth.*Præcipuè vbi agitur de præiudicio

tertij,

tertij, vt ibi per eumdem Farin. ex Abb. *in cap. cum in iure n. 1. verſ. ſed hac ratio*, & ibi Barbatia, *n. 2. verſ item cùm agatur, de offic. deleg.* Menoch. 1. *præſumpt. 36. in fin.* Afflict. *deciſ. 345. n. 6.* ſicut in noſtra ſpecie puritatis probandæ agitur de præiudicio Tribunalis, ſeu communitatis, cui damnum prouenit ex receptione maculati contra ſuas conſtitutiones, & ſtatuta, & etiam aliis, qui poterant admitti, & habent requiſitas qualitates.

15 Ego verò nihilominus diſtinctione vti, eſſe neceſſe, arbitror quia aut loquimur in limine prætenſionis, ſeu in prima inſtantia, dum agitur de probandis prætenſoris qualitatibus ad eum admittendum, & tunc indubiè puto, quòd puritas, & aliæ requiſitæ qualitates, quibus pendet admiſſionis ius, debent plenè probari, cùm aliàs deficiat præcipuum admiſſionis fundamentum, nec ſufficiens ſola præſumptio, vt probari, & tunc etiam verum eſt, quòd prætenſor tenetur probare ſuam puritatem, & requiſitas habere qualitates, non vt aſſeram, quod ipſe inquirat, & producat teſtes nec alias offerat probationes, ſed quod ita probatio qualitatum ex ſua parte fiat, ſicut Tribunal, ſeu communitas facere conſueuit, & quæ requiruntur, vt admitti valeat, ex informatorio ſolito more facto plenè appareant, atque ita ſunt intelligenda adducta pro hac parte fundamenta, & Perezius de Lara *d. c. 4. n. 13. & 24.*

16 Aut loquimur in ſecunda inſtantia poſt factas informationes, & ſententiam latam, & cauſam per appellationem ad ſuperiores deuolutã, tunc enim capitulũ, ſeu tribunal oſtendere tenetur effectus, & impedimẽta, ex quibus fuit reiectus prætenſor, cùm ſint cauſæ ſententiã expulſiuã, & reprobatoriã iuſtificantes, & capitulum afferat impedimentum adeſſe ad recipiendum præſentorem, ad cuius probationem omnino tenebitur, *l. in bello, 12. §. facta, ex captiuus l. quæcumque 13. §. 1. de pub. in rem act.* Innoc. *in cap. tranſmiſſa de præſcript.* Dec. *in cap. pro debilitate, col. 4. de*
17 *offic. deleg.* † & quidem veris, & euidentiſſimis probationibus eſt oſtendendum, *ex leg. fin. §. illud. etiam, C. de tempor. appellation. l. fin. circa medium, C. de ord. cogn. cap. cupientes, 16. §. quod ſi per viginti, iuncta gloſſ. 1. verb. plena fides, de elect. in 6.* Iaſſ. *in l. ſi quando, num. 8. C. vnde vi*, Bart. Chaſſan. *in conſuetud. Burg. Rub. 4. §. 20. in textu* ibi, *ou que elle ait empeſchement, verſ. & allegants*, Maſch. *de probat. concluſ. 884. num. 2. & ſeqq.* & in ſpecie Coccinus
18 *deciſ. 68. num 2.* † & probari debet non genericè, ſed ſpecifice, ex Chaſſaneo citato loco, & Bal. *conſ. 33.* incipit *ſtatuto cauetur, lib. 5.* Card Tuſch. *in ſuis pract. concl. 30. num. 5. & 13. lit. I. tom. 4.* & Rebuf. *in l. vn. C. de Metropoli.* Berito, *lib. 11.* & hac in ſpecie accipienda ſunt adducta pro prima ſententia, & deciſiones Rotæ Farinacij, Seraphini, & cæteræ à Barboſa & à Ricciolo adductæ.

19 Quod non ita intelligendum eſt, vt in prædicta ſpecie teneatur capitulum, aut communitas probare ſpeciatim maculam admittendi, ſed ſufficere, ſi oſtẽdat puritatem non ita manere probatam, ſicut expedit ex ſtatuto, quia ſi ex defectu teſtium, ſeu ex obliuione, aut propter antiquitatem parentum non ſit ſufficienter puritas prætenſoris probata, ſententia expulſionis à capitulo lata iuſtitia nititur, & intẽtio Promotoris Fiſcalis eſt optimè fundata & nihil aliud probare tenebitur, vt ſententia confirmetur, cùm nõ maneat probata præcipua qualitas, nec præſumpta ſufficiat, nec ſit adimpletũ cũ requiſitis per ſtatutum. Nihil igitur amplius requiritur, ni quod capitulum, aut eius Fiſcalis iuſtificationẽ oſtendat ſentẽtiæ qua reprobatur informatorium puritatis, & prætenſor repellitur, ſiue ſit ex macula verè probata, ſiue ex defectu probationis puritatis, quia ex vtroque idem oritur effectus, vt dixi *in § præced. n. 71.* quia vbi extremum probari ſpecialiter requiritur medium probatum non ſufficit, vt de medio inter bonam, & malam fidem, vbi poſitiuè bona requiritur, dixerunt Bart. *in l. ſed ſi lege, §. ſcire, n. 4. de petit. hered.* Fel. *in cap. de quarta, num. 31. de præſcript.* Franc. Beccius *conſil. 95. num. 15.* Socin. Iun. *conſ. 150. num. 19. vol. 1.* faciũt tradita per Couarr. *in reg. poſſeſſor. 2. part. §. 7. n. 3.* & per Ferd. Vaſq. *illuſt. li. 2. cont. 77.* & alios apud Oſu. ad Don. *li. 5. com. c. 16. lit. A.* nouiſſime Caſtillo *de tertiis c. 26. n. 15. verſ. verè.* ſic inter puritatẽ, & maculam eſt medium, nempe non conſtare de illis quod non ſufficit, vbi puritas probari poſitiuè requiritur, licèt contraria nobis ſit, *deciſ. 185. n. 4. & ſeqq.* apud Farin. *1 part. Rota.*

Nec tunc obſtabit, prouiſum non petere immiſ- 20
ſionem, quia aſſerat ſe purum, ſeu qualificatum, ſed vigore ſuæ prouiſionis, quæ adimpleri debet, ni plenè defectus appareat probatus, vt demonſtrant Ricciol *num. 11. verſ. additur & num. 12. loco citato* Barboſa *in d. gloſſ. 17. nu. 35.* † *alias num. 44.* quia 21
duplicitet reſpondeo. Primò quòd defectus manet perfectè probatus, vt non adimpleatur prouiſio, quoties puritas, & cæteræ qualitates non manent probatæ ſicut petitur ab ſtatuto, quamuis macula non plenè appareat, nam defectus puritatis, & eius probationis eiuſdem ſunt potentiæ, vt ſuperiùs dixi. † Secundò reſpondeo, quòd prouiſio dari cenſe- 22
tur à ſummo Pontifice ſub conditione, ſi adſint requiſitæ qualitates, cùm non videatur derogaſſe ſtatutis iuſtis à ſuis prædeceſſoribus confirmatis, vt ſunt text. expreſſi *in cap. cum acceſſerint 8. de conſtitut. cap. cum ordinem 6. de reſcript. cap. dilecto. 63.* vbi *gloſſ. verſ. idem eſſet de appellat. cap. ex parte. 13. de priuileg* ex Felin. *in cap. nonnulli. in princip. num. 10. de reſcript. & in cap. conſtitutus, num. 21. verſ. Conſidera tertiò. eod. tit.* & aliis apud Monetam *de commut. vlt. vol. cap. 7. num. 190. cum ſeqq.* nec certam formam requiſitam ab ſtatuto, niſi illius expreſsè facta derogatione, vt conſuluit Aym. Craueta *conſil. 572. n. 19.* relatus per Cardin. Tuſch. *lit. C. concluſ. 349. num. 10. tom. 1.* & per Auguſt Barboſ. *clauſula 84. num. 8. pag. 97.* Mantic. *de tac. & amb. lib. 3. titul 9. num. 15. & 41.* nec etiam cenſetur diſpenſaſſe cum prouiſo, cuius qualitates ignorabat, *cap. ſi eo tempore, quæſt. de reſcript. in 6.* Vanæo *de nullit. ex defectu iuriſd. deleg. ſub num. 56.* Caſſad. *deciſ. 9 de reſcript.* & prouiſus, licet ſua prouiſione nitens, petit ſub tacita eius conditione, nempe qualitates requiſitæ, prout decet, maneant probatæ, quæ ſi deficiat quacumque ex iuſta cauſa, deficit etiam petitio, & ratio eum admittendi virtute ſuæ prouiſionis, quæ nulla redditur ex deficienti eius tacita conditione, *arg. l. 1. §. fin. de cond. & dem. iuncta leg. interdum 37.* vbi communiter DD. *de verbor.* & tenent adducti à Pelaez *de maiorat. 1. part. quæſt. 30. num. 62.* & quamuis videatur, quòd gratia Pontificis faciat nominatum dignum, & quod diſpenſet cum eo, *l. quidam conſulebant, 57. de re iud.* ita quòd licèt indignus ſit, debeat ab omnibus honorari, aliàs Sacrilegium committent, *l. 1. C. de Domeſtic. lib. 12.* immò etiam dubitantes de illius idoneitate, *l. 3. C. de crim. ſacril.* locum hoc nõ habet, dum adſint puritatis ſtatuta a Sum. Põtificibus cõfirmata, quorũ derogatio non præſumitur, ſicut nec alia locum habent de quibus Marc. Ant. Genuenſ. *pract. Eccleſ. q. 619. per totam*, Caſſan. 1. *Catalogi, conſid. 4. num. fin.* Gracian. 2. *diſcept. 284. num. 14.* & Valençuela *conſil. 82. numero 16. & 18.* atque ex hoc bene dicitur, quòd prouiſiones Apoſtolicæ non faciunt ſtatum

nec præciſam obſeruantiam ex Lambertiuo *de iure patron. 3. q. 7. a. 6. & 7. col. 2. poſt mediũ.* Mareſc. *var. 2. reſol. 30. n. 6. & 8.* Ruyn. *cõſ. 34. ſub n. 11. verſ. & idẽ in quantum lib. 1.* Dec. *cõſ. 126. col. pen. in fin. cũ ſeq.* Ægid. *deciſ.* 107. Achill. *deciſ. vn. de ſtatu benefic.* dum adeſt hæc aut ſimilis non adimplendi cauſa, etſi enim gratia Principis perfecta dicatur ante executionem ex Mol. 2. *de primog. cap. 7. num.* 64. & ex pluribus Maſtrill. *3. de magiſtr. cap. 7. num. 59. & ſeq. & 4. cap. 14. num.* 44. tamen dum conditionalis eſt, non ita, *arg. text. in l. Bouem. 47. §. pen. de Ædil edic.* & adducta ab Oſualdo. 15. ad Don. *capit. 11 lit. A. pag. mihi.* 1290.

23 Dixi, *quacumque ex iuſta cauſa,* nam iudices in iudicandis informationibus puritatis liberum habent arbitrium eas reprobandi, nec repellendi prætenſorem, ſed quantum ratio, ius, & cauſæ tribuunt, & patiuntur, aliàs reuocanda venit ſententia per ſuperiores, vti factum in prædictis deciſionibus credendum eſt.

Vnum tamen eſt quòd qui in vna Eccleſia ſeu communitate fuit admiſſus ad vnum officium, ſeu præbendam factis informationibus ſuarum qualitatum, ſi poſtea in eadem Eccleſia ſeu communitate velit admitti ad aliud officium ſeu præbendam, non eſt neceſſe, facere alias informationes, vt de reſignãte canonicatum, & poſtea alterum obtinente in eadem Eccleſia dixerunt Ricciol. *de neophyt. cap. 7. num.* 26. & Barboſa *de Canonic. cap. 13. ſub num.* 47. quod in ſancto officio ſeruatur in electis per tribunalia particularia, ſed ſi hi velint admitti ad officium, cuius prouiſio, & titulus pertinent ad Inquiſitorem generalem, verùm fieri debent ſuarum qualitatum informationes, ſicuti ſeruatũr in praxi.

24 Secundò infertur, quòd licèt iuris præſumptio contrarium aſſerentem grauioribus oneret probationibus, *ex tex. in l. fin. in princ. Quod met. cap. l. 1. §. per contrarium de lib. agn.* Ant. Gam. *dec. 82. n. 2.* Meno *conſ. 230. num. 48. lib. 3.* Maſch. *de probat. lib. 1. q. 10. n. 38.* Mohed. *deciſ. 7. de except.* Zephal. *conſ. 158. num. 18. & conſ. 241. num. 97. & conſ. 250. num. 70.* Valenc. *conſ. 92. num. 201.* Alex. Lodouiſ. *deciſ. 498. num. 2.* qui duo loquuntur in ſpeciali puritatis probatione, tamen in ea locum hoc habere non poteſt, quidquid illi ſentiant, tum quia puritas non præſumitur, & ceſſat ratio, quæ pariat grauius probationis onus, tum quia etſi præſumeretur, nullum operaretur effectum, quoad puritatis ſtatuta, quæ reiiciunt præſumptionem illius qualitatis, & expetunt veras probationes. Tum etiam quia tribunal & communitas dum informatorium conficere iubet, nihil affirmat, ſed quales ſint, intendit prætenſoris probare qualitates, non maculam tantum, ſed ſimul puritatem inueſtigare curat: vt probetur, quæ verè exiſtat, aut puritas, vt prætenſor admittatur, aut macula, vt reiicia-

25 tur, & cũ † nullam aſſerat, non eſt, cur probandi grauiori onere affligatur *arg. tex. in l. ea quidem 5.* & quæ ibi notant Bal. & Sal. *not. 2. C. ſi mancip. ita fuer. al* & adducta à Valenc. *conſ. 12. num.* 38 quid autem ſit circa nobilitatis probationem hac in ſpecie dicam infrà *q. 10. §. 5. ex n. 28. cum ſeqq.*

26 Tertiò infertur, quòd etſi receptum communiter ſit, quòd teſtes, qui iuris præſumptioni magis adhæreant, præferantur contrarium aſſerentibus, etſi numero pauciores ſint, ex *cap. fin. de præſumpt. cap. 1. de ſcrut. in ord. fac.* probat Bal. *in l. eam quam, n. 8. C. de fideicomm.* Fulgoſ. *in l. 3. num 3. de probat.* Alber *in l. qui verò, § pro rei qualitate, num. 7. Qui ſatiſd. cog.* Ful. Pacian *de probat. 1. cap. 60. n. 81.* Rebuff. *tract. de reprob. teſt. num. 120.* Ant. Gab. *tit. de teſt. concl. 4. num.* 23. Boërio *deciſ. 23. num. 25.* atque ideò præferendos qui puritatem aſſerunt cum iuris præſumptioni magis adhæreant, velint Hojeda *de incompatibilitate benefic. 1. part. cap. 23. num. 143. & ſeq.* Hieronym. Ceballos *commun. contra commun. quæſt. 822. à num* 40. Io. Garcia *de nobilitate, gloſſ. 7. in fin. & gloſſ. 18. §. 1.* Gracian. *4. diſcept. 678. num. 5.* & alij apud Valencuel. *dict. conſil. 90. num. 50. & 52. & 84.* ſubſtineri tamen non valet, cùm deficiat principale fundamentum, quod eſt præſumptio puritatis, & ſi non deficeret, non attenditur reſpectu horum ſtatutorum, vt dixi, immò præferendos, qui maculam aſſerunt, quia magis ſpecificè loquuntur, oſtendam infrà 2. part. quæſt. fin. §. 3. 27

Quartò infertur, quòd expoſiti, & vulgo quæſiti his ſtatutis locum non facient, nec ex eis dignitates, & honores adipiſci poterunt, quia præter tradita à Perezio de Lara *in dict. cap. 4. num.* 37. & à me in §. præced. pro negatiua ſententia, quæ omnia huc adduci poſſunt, mihi probatur du- 28
plici ex ratione. † Prima, quia per hæc ſtatuta apertè cauetur, quòd diligendus, ſeu cooptandus purus exiſtat ex omni ſua aſcendentia nominatim ex parentibus, auis, proauis, & deinceps, & per conſequens, quòd ex notis, & certis oriatur parentibus, vt eorum puritas, & nobilitas probari poſſint, vt & ſentit Perezius de Lara *num.* 41. incertorum enim incertæ ſunt qualitates, *l. cum ex pluribus, 31. de manum. teſtam.* † Vnde reiiciun- 29
tur, qui ex incertis ſunt progenitoribus, quorum ſanguinis qualitates, non poſſunt probari, vt notant gloſſ. & D D. *in l. quia ſemper, 5. de in ius vocand. & in l. filium 6. de his, qui ſunt ſui, & in l. vulgo concepti, de ſtatu hom. & in l. Lucius,* vbi Bart. *de cond & dem.* Dec. *conſ. 11. num.* 19. † Et idem dici- 30
tur improbabile, quia incertum, in Auth. vt hi qui obligatas, §. *vt autem, iuncta gloſ. verb. incertum, coll. 6.*
† Et ſicut expoſitus cognomen patris deferre non 31
poteſt, non quia ius prohibeat, ſed quia incertum habet, nec habere conſtat, DD. *in d. l. filium,* & Rebuf. *in l. ſubſignatum 39. §. incertus, verſ. Secundo, de verb. ſign. fol. mihi,* 301. & faciunt adducta per Couarr. *2. part. de ſponſal. & matrim. cap. 8. §. 5. in princ.* ita ſimiliter, nec qualitates ſubſtinet paternas, quia incer-
tas habet; † ſicut nec patrem habere intelligitur, cùm 32
incertum habeat, §. *ſi aduerſus ea, 13. inſt. de nupt. gloſ. in d. l. quia ſemper,* nec enim ſibi proſpicere poteſt ex bonis parentis tam internis naturæ, & ſanguinis, quàm externis, & temporalibus, vt notant DD. in relatis locis, & apud Sayr. *in theſauro, lib. 6. cap. 10. verſ.*
Prima opinio, † vbi ait quòd ex parentum incertitu- 33
dine oritur ſuſpicio eorum infamiæ, cui conuenit Deciſio Seraphini 1081. *n.* 3.

Confirmatur, nam ſicut ſpurius, & vulgo quæ- 34
ſitus euadit pœnas infamiæ patris hæretici, ſeu proditoris contra maieſtatem regiam, quia filius eius incertus eſt, ſecundùm Cobbarr. *lib. 3. var. cap. 8. num.* 3. Villadiego, *de hæret. quæſtion.* 13. & veriſſimam vocat P. Thom. Sanc. *in decalog. lib. 2. cap. 27. num. 1. circa fin.* ita ſimiliter amittere debet dignitates, & honores, ad quos aſcendere eſt opus mediante paterno ſanguine, & bonis qualitatibus, quæ vtroque in caſu incertæ ſunt, & ſicut in vno non nocent, nec in alio prodeſſe poterunt, eadem ratione, & vulgatis.

Secunda ratio eſt, quia iſtorum admiſſio con- 35
tra ſtatutorum mentem, & finem eſſet, & hoc velamine admitterentur inſciè, & procaciter maculati, cum magna communitatum, & tribunalium iniuria, & dedecore, & expurij ex maculatis orti parentibus, his abditia, conſequerentur, quod ritè capere non poſſent; † atque melioris eſſent con- 36
ditionis, quàm legitimi, qui ex macula paterna à puritatis arcentur honoribus, ad quos admitteren-

tur

tur expoſiti, licèt ex ſpurciſſimis nati progeni-
toribus; quod iuri, & rationi omnino repugnat.
37 † Ad quod iure vnum conſidero circa rationem,
qua tutor incertus, licèt poſtea certiorandus veniat,
dari pupillo non poteſt, *ex text. in l. tutor incertus,*
20. *de teſtam tut. §. tutor. 28. inſt. de leg.* quamuis incer-
titudo cæterarum rerum, ſi poſtea certiorandæ ve-
niant, diſpoſitionem non vitiet, ex adductis à Petr.
Greg. *ſyntagm. iur. 3. part. lib. 42. cap. 43.* Menoch. *lib. 4.
præſumpt.* 107. Couarr. *in cap. cum tibi, num. 14. de teſta-
ment.* Spino *in ſpeculo gloſſ.* 10. *num.* 11. cum congeſtis
ab Aug. Barboſa *Axioma.* 116. *num. 6. pag.* 75. In quo
dubio Io. Fab. *in d. §. tutor.* vbi eum ſequitur Ogno-
tom. *num.* 10. inquit, quia incertus tutor poteſt eſſe,
quidam Ribaldus, qui non tutor, ſed deſtructor eſſet
pupilli, & rerum ſuarum, & Rebuff. *in d. l. ſubſigna-
tum, §. incertus, verſ. Quarto,* ait, *quia inhabilis & pupil-
lo inimicus ſic poſſet tutor eſſe.* & *gloſſ. in l. ſi quis à filio,
§ ſi quis plures, in verb. elegerit de leg.* 1. dixit, *quia id
eſſet periculoſum pupillo.* Nunc igitur ad rem, ſi ex-
poſitus, & incertæ qualitatis homo ad ſimiles
cooptaretur dignitates, nónne paſſim eueniret à Ri-
baldo, ſeu Iudæo relaxato ortum trahere? & inha-
bilem, & tribunalis inimicum ad eius conuolare ho-
nores, & dignitates turpiſſimè quidem, & cum eius
ignominia & damno? nónne hoc valde periculo-
ſum eſſet cæteris collegis, & ſociis, tribunalique ipſi?
38 Ex quibus primò deducitur ratio illius dubij,
alias maximè controuerſi, an filius expoſitus præſu-
matur natus ex legitimo matrimonio? cui affirma-
tiuè reſpondent Io. de Annan. *in cap. 1. de infantib.
expoſit.* vbi etiam Anchar. relati & ſequuti à Card.
Paleoto *in tract. de notis & ſpuriis, cap. 63. num. 7. & 8.
fol. 73. in 8. vol. tractatuum.* DD. quibus nouiſſimè ac-
cedunt Perexius de Lara *in compend. vita hom. c. 7. n.* 50.
& alij apud Aug. Barboſam *de offic. Epiſc. 3. p. allegat.*
51. *n.* 150. & apud D. Io. del Caſtillo *lib. 4. controuerſ. 2.
part. tomo 6 cap. 114. num.* 21. quod certè ex præmiſſis
39 rationibus defendi non poteſt. † Et quia filij legiti-
mi ex legitimo nati coniugio rarò, aut numquam
à parentibus exponuntur quantum viles, & pauper-
rimi exiſtant, cùm pietati paternæ repugnet, ſed fre-
quentiùs hoc eueniт in filiis extra matrimonium ex
40 illicito coitu habitis; † vnde à communiter acci-
dentibus ſumenda eſt præſumptio, potiùs quàm à
rarò, aut numquam euenientibus, vt melius pro-
bant Quintilian. Mandoſ. *de ætate minor. quæſt. 1.
num. 24. fol. 4. & quæſt. 3. num 12. fol. 8.* Bart. *in l. qui-
dam cum filium, de verbor.* Couarr. *in Clem. ſi furioſus,
num. 9 de homicid.* Menoch. *de arbitr. caſu* 366 *n.* 10.
Petr. Barboſ. *in rub. 1. p. num. 19. ſol. matrim.* Pelaez *de
maiorat 3. part. quæſt. 15. num.* 183. vbi ad hoc adducit
l. fin. tit. 20. part. 2. l. 20. tit. 3. part. 6. quia, vt optimè di-
xit Rota apud Seraphin *deciſ.* 1081. *num.* 3. exponere
infantem repugnat valde legitimæ filiationi, quæ
ſententia mihi verior, & tenenda eſt.
41 Secundò deducitur, quòd expoſiti irregulares ſunt
ad ordines, & beneficia eccleſiaſtica obtinenda, ſicut
omnes illegitimi, quia infames, vt probaui ſuprà
quæſt. 4. §. 6. ex num. 6. & ſaltim de iure communi,
(ſecus reſpectu ſpecialis conſtitutionis, de qua infrà
num. 43.) expreſsè docent Couarr. citato loco, &
Salcedo *in pract. crim. cap. 14. lit. C. in fin.* Maynk *de ir-
regularit. lib. 1. cap. 11. num.* 1. Candelab. aureum *tit. de
irregularit. à num.* 120. Henriq. *in ſumma lib. 11. c. 20.
§. 2.* Filinc. *de irregularit. num.* 14. Vazq. 1. 2. *diſp.* 66.
num. 48. Io. del Caſtillo *lib 2. quotid. controuerſ. cap.* 19.
num. 51. P. Suarez *tom. 5. de cenſur. diſp. 50. ſect. 4. n.* 4.
Rebell. *de obligat. iuſt. 2. part. lib. 1. quæſt. 3. ſect. 2. n.* 15.
Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. num* 77.
verſic. Septimo. dicentes ſecuriorem hanc eſſe opi-
nionem, quibus accedunt Nic. Garcia *de benefic. 7.
part. cap. 2. num. 8. cum duobus ſeqq.* Mart. Bonacina
1. *tomo de irregularit. diſp. 7. quæſt. .. punct 3. num.* 10.
dicens probabiliorem, & Petr Barboſ. *in Rub. 1 part.
num. 20. ſol. matrim.* Viuald *in rub. de irregularit. n* 123.
Velaſco *de priuileg pauper. 2 p. q 65. num* 201.
Licèt contrariam malint, & ſequantur alij plores, 42
ex text. in cap. lator. 5. cap peruenit. 11. cap. ex tenore.
14. *Qui filij ſint leg. & cap accedens.* 14. *de purgat can.*
inter quos eſt Menoch. *lib. 6. præſumpt.* 54. *num.* 20.
& de arbitr. d. caſu 396. *num. 15. &* 16. Maſch. *de pro-
bat. concl.* 799. Gironda *tract. de priuileg. explicat.
num. 1441. & ſeqq.* Fr. Emman. Roder. *tom. 1. quæſt.
reg. 13. art. 1. & quæſt. 14 art. 3. col.* 6. Stephan. Gratian.
diſceptat forens. cap. 135. *num. 51. cum ſeqq. & cap.* 267.
num. 22. & allegati à Nicol. Garcia citato loco *num.*
7. & à Mart. Bonacin. & à Velaſco *num.* 198. vbi pro-
ximè, & nouiſſimè hanc ſequitur magis communem
aſſerens Aug. Barboſ. *de offic. Epiſc. 3. part. allegat.* 51.
num. 149. col. 97. vbi *à num.* 148. *cum ſeqq.* pro vtra-
que diſſerit parte, ſed prima magis rationi conſona,
& ex præſumptione veriſimiliori orta, atque ſecu-
rior mihi ſemper viſa fuit.
Et quamuis in puritatis materia loquendo con- 43
trarium maluerit, Valençuela *d. conſ. 90. num.* 70. ex
Gregorij XIV. conſtitutione anno 1591. edita,
qua cauetur, quòd expoſiti velut legitimi, & puri ſan-
guinis ſint habiti, & admittantur ad omnes Eccle-
ſiarum præbendas, vt referunt P. Henriq. *in ſumma
morali Theolog. tom. 2. lib. 14. cap. 8. num. 10. lit. K. in an-
notat.* & Sayr. *in theſauro lib. 6. cap. 10. num. 39. verſ. Se-
cunda opinio*, tamen in nihilo nobiſcum pugnat,
tùm quia loquimur ſecundùm ius commune, non
verò ſecundùm ſpeciales conſtitutiones, tum quia in
Hiſpania receptam non cognouimus conſtitutio-
nem illam, maximè in tribunalibus, & Eccleſiis quæ
ſtatutum habent puritatis. tum quia etſi recepta
fuiſſet, intelligi oportet generaliter prout loquitur
in omnibus præbendis Eccleſiarum, in quibus alia
ſpecialis contraria non ſit conſtitutio, vt eſt in Ec-
cleſia Toletana, & aliis, quæ habent ſpeciale puri-
tatis ſtatutum à Sede Apoſtolico confirmatum.
† Quod non manet ex illa conſtitutione deroga- 44
tum, *arg. text. in cap.* 1. vbi DD. *de conſtitut. in* 6. te-
nent DD. allegati ſuprà *ſub num.* 21. etiamſi haberet
clauſulam, *non obſtantibus ſtatutis. ex gloſſ. fin. in cap.
cum non deceat.* 30. *de elect. in* 6. Felin. *in cap. nonnulli.
num. 10. & in cap. conſtitutus. num. 21. verſ Conſidera
tertiò. de reſcript.* cum aliis pluribus allegatis per
Aug. Barboſa *clauſ.* 84. *num. 1. & 2. pag.* 96. niſi aliud
in contrarium ſit conſtitutum, aut conſuetum. In
cæteris verò in quibus rigidum deficit ſtatutum, &
eſt conſuetudo eos admittendi virtute dictæ conſti-
tutionis aliud eſt dicendum.
Quæ quidem opinio reſpectu ſtatutorum purita- 45
tis, velut verior, & indubitabilior communiter de-
fenditur, & practicatur, vt faſſi fuerunt plerique ex
DD qui, etſi aſſerant expoſitos legitimos, & non ir-
regulares eſſe habendos, tamen fatentur aliud eſſe in
Eccleſiis, quæ ſtrictum habent puritatis ſtatutum, ad
quarum præbendas incapaces ſunt, vt voluit, & do-
cet Garcia Gironda *in d. tract. de priuileg. explicat.
num. 1443 & ſeqq.* Perexius de Lara *d. cap. 4. num.* 37.
relati ab Aug. Barboſa *de officio Epiſc. d. allegat.* 51.
num. 151.
Sed cauendum eſſe cenſeo à declaratione huius 46
opinionis, quam ponit idem Lara *ibidem à num.* 39.
cum ſeqq. dicens, quòd ſi per ſtatutum ſolùm requi-
ratur, quòd admittendi non deſcendant ex Iudæis,
vel Mauris, nec ſint alia infecti macula, vt ſi dicat,
non admittantur neophyti, nec macula infecti, nam

runc admittendos eſſe expoſitos vult, quia ſtatutum
eſt iure contrarium, *ex cap. eam te, 7. de reſcript.* & re-
ſtringendum venit, nec eſt extendendum ad non ex-
47 preſſa, *ex text. in l. ſi vero, 64 §. de viro. ſol. matrim.* † Et
macula expreſsè in ſtatuto excluſa non eſt in expo-
ſitis, & ſtatuta tantùm diſponunt, quantùm loquun-
tur ex Bald. *in l. teſtamentum. in fin. C. de teſtam.* ſecus
verò, ſi illa adiiciatur qualitas, quòd ſint ex notis pa-
rentibus, & puri ſanguinis, quæ cum in expoſitis
non poſſint probari, admitti non poterunt, quem
approbant Gracian. *tom. 1. diſceptat. forenſ. cap. 267. &*
num. 24. & Ricciol. *de neophyt. cap. 7. num. 13.* & Giron-
da citato loco *num. 1444.* & poſt hæc ſcripta vidi hos
referentem Velaſco *de priuileg. pauper. 2. p. q. 65. §. 2.*
num. 199. & ſeq. Barboſa *de canonic. cap. 13. ſub*
num. 47.

48 Cauendum, inquam, eſt à prædicta affectione,
nam vt ſuprà quæſt. 4. §. 1. illat 6. ex num. 51. proba-
ui, nulla hodie in noſtra Hiſpania differentia eſt in-
ter hæc verba, macula, & deſcendentia à nouiter
conuerſis, aut pœnitentiatis, ex quibus velut effe-
ctus macula prouenit, & dum ſtatutum prohibet ad-
mitti macula notatum, intelligitur de illo, qui ma-
culam à ſuis maioribus habuit, qui alio in ſignifi-
catu impurus, & Chriſtianus nouus dicitur, inter
quæ verba nullum eſt diſcrimen, & vnum quid ſi-
gnificant; nec quidem intelligi tantùm ſtatutum
poteſt de illo, qui per ſe, & ſuo facto maculam ha-
bet, ſed etiam de eo, qui è parentibus maculam
49 contraxit, † qui cùm incerti ſint, eſt etiam incerta
filiorum macula; ad quam ſciendum requiritur no-
titia cauſæ, id eſt parentum, vt *in l. 1.* vbi notat Ang.
de iuſt. & iure, l. ſed & ſi quod, 25. §. interdum, de vſufr.
Nic. Euerard. *in topicis loco, ab effectu, num. 7. in fin.* &
eſt etiam *text. in cap. intelligentia. 6.* vbi *gloſſ. verb. ex*
cauſis, de verb. ſign. Et ſic ſcire impoſſibile eſt, an ad-
mittendus ex Iudæis, aut Mauris deſcendat, ánve
ſit macula infectus, quæ ſemper è parentibus proue-
nit, cùm ignoremus parentes, nec verificari ſtatuti
diſpoſitio poteſt, nec requiſitæ probari qualitates, vt
50 neceſſe eſſe, in præced. §. oſtendimus. † Et dum ſta-
tutum maculatos excludit, tantùm admittit eos, qui
certò maculati non exiſtant, ex dictis *in §. præced.*
num. 53. & ſeq. expoſiti verò, & quorum ignorantur
parentes verè puri dici non poſſunt, cùm etſi macu-
lam habeant, ignoratur ſicut ignorantur parentes, &
ſi admitterentur fraus ſtatuto fieret, quod dubio mi-
hi caret. Nec obſtat ſtatuta puritatis odioſa eſſe
velut contra *cap. eam te, de reſcript.* ideóque reſtrin-
genda *l. ſi verò 64. § de viro, 9. ſol. matr.* tum quia omni-
no odioſa eſſe negamus ſuprà quæſt 3. § 2. & 3. ſuffi-
cienti ratione, tum etiam quia nihil eſt, quod ſtatuta
vtantur his, aut illis verbis, cùm vtraque idem ſigni-
ficent, ac expoſtulent, vt latè demonſtraui *in d. quæſt.*
4. §. 2. ex num. 54. cum ſeqq.

51 Quintò principaliter infertur, quòd ſi parentes
noti ſint, admitti poterunt omnes filij tam naturales,
quàm ſpurij, & inceſtuoſi in communitatibus, in
quibus adeſt puritatis ſtatutum, quia quoad ſangui-
nem, & eius qualitates, nullum inter eos conſtitui-
tur diſcrimen, ſecundùm Bald. *in l. fratres, num. 1. verſ.*
Aduerte intelligas, C. de inoffic. teſtam Abb *in cap. in*
litteris, num. 1. de teſtib. Auiles *in cap. 4 præter. verbo,*
parientes, num. 1. Nauarr. *conſ. 4. num. 2. de iurepatron.*
Valençuel. *conſ. 10 num. 15.* Io. Gutierr. *lib. 1. pract.*
quæſt. 61. num. 9 & lib. 4. quæſt 7. num. 14. ni ſpeciatim
maneant in ſtatuto excluſi, vt factum quandoque vi-
dimus.

52 Quoad verò ſtatuta, quæ nobilitatem expo-
ſcunt, alia eſt cauſa filiorum naturalium, qui nobili-
tate fruuntur paterna, alia quidem ſpuriorum, qui
naſcuntur ex inceſtuoſo, & damnato coitu, qui
nobilitate non fruuntur, nec admitti poterunt ex
prædictis ſtatutis, *ex l. 1. tit. 11. part. 7.* Alex. *conſ. 6.*
num. 13 lib. 2. relato à Pelaez *de maiorat. 1. part. quæſt. 2.*
num. 108. Otalora *de nobilit. 2. part. 1. principalis, cap. 3.*
num. 8. Auendano *in dictionar. verbo. Hijo natural. verſ.*
Iſta tamen regula. Roxas *de ſucceſſion. cap. 15.* Tiraq.
de nobilit. cap. 15. num. 10. Tello *in l. 11. Tauri, num. 2.*
Pereg. *de fideicomm. art. 22. num. 84* Dueñas *reg. 69.*
Paleotus *de notis & ſpuriis, cap. 27. num. 8.* Meneſes *in*
l. naturales, in princip. num. 9 & ſeqq. de præſcript. verb.
Gracian. *diſcept. forenſ. 1. tom cap. 554. num 52.* Farin.
deciſ. 681. num. 3. p. 1 poſth. Io. Gutierr. *lib. 1. pract. quæſt.*
23. num. 4. vbi plures congerit, & Perezius de Lara *in*
compend. vitæ hom. cap. 7. num. 5. Nicol. Garcia *de bene-*
fic. 7. part. cap. 15. num. 49. plures apud Aug. Barboſa
appellat. 164. num. 7. & ſeqq. Burſat. *conſ. 52. num. 27.*
Menoch. *conſ. 117. num. 51.* Acebedo *conſ. 14. num. 27.*
& 29.

Sextò infertur, quòd ſi incertitudo qualitatum ex 53
parentum proueniat incertitudine: ſimiliter non ſit
prætenſor admittendus ex eadem ratione, quia ſi in-
certum ſit, cuius, Petri videlicet, aut Ioannis filius ſit,
nec ſit maior demonſtratio pro paternitate vnius,
quàm alterius, vtriuſque ſunt probandæ qualitates, &
ſi vterque puritate, & nobilitate fulgeat, admitten-
dus erit, ſi verò maculati ambo appareant, reiicien-
dus, cum vtraque ſpecie certæ ſint qualitates præ-
tenſoris, iuxta quas iudicium ferendum eſt, † cùm 54
certum dicatur, quod per neceſſarias conſequentias
demonſtratur. *l. certum 6. de reb. cred.* etiamſi per re-
lationem ad aliud *l. venditor. 7. §. huiuſmodi, de contrah.*
empt. Andr. Tiraq. *in l. connub. gloſſ. 5. num. 186* Me-
noch. *de arbitr. quæſt. 68. num. 52.* Aug Morla *in empo-*
rio, 1 parte, tit. 9. de contrah. empt. quæſt. 9 num. 9. † tum 55
quia ex duobus paribus ſimul iunctis, ſeu combina-
tis optima rei deducitur demonſtratio, ſecundùm
text. in l. gallus, 29. §. ille caſus 15. vbi communiter DD.
de lib. & poſth. & in cap. cum dilectus, vbi Abb. *de ſucceſ.*
ab inteſt. gloſſ. in l. 1. de reg. iur. & in l. Lucius, de his qui
not. inf. & in l. proſpexit, Qui & à quibus. Bald. *in l. te-*
ſtium, col. 7. de teſtib. Card Tuſch. *lit. A. concl. 503. n. 1.*
& 2. tom. 1. Aug. Barboſa *loco 21. pag. 309.* Tum quia
ad totum probandum ſufficit conuenire teſtes in ſin-
gulis partibus, ex quibus rectè totum inferatur, ex
doctrina Innoc. & Abb. apud Pereg. *de fideicomm. art.*
43. ſub num. 79. in medio. † tum quia proportionaliter 56
requiſita deducitur qualitas, & eius probatio ex ſi-
militudine ſanguinis duorum, à quorum vno certo
fuit prætenſor procreatus, quod ſufficit, ſecundùm
text. in l. ſufficit. 56. vbi *gloſſ. de condict. indeb.* Bald. *in l. ſi*
emancipati 9. C. de collat. cum congeſtis ab Euerardo
loco, à proportione; † tum quia, qualitatem, quam 57
inquirimus, a quocumque ex parentibus habemus,
nec amplius curandum eſt, *l. 1.* vbi Bald. *in princ. de*
liber. & poſth. l. hac conſultiſſima, 8. C. qui teſtam. fac.
poſſunt.

Si verò alius puri, & nobilis ſanguinis eſt, alter 58
verò non, & de vera dubitatur filiatione, nec plus
pro vno, quàm pro alio probatum apparet, eſt res du-
bia, & habemus incertitudinem, & ſpeciem, quam
propoſuimus in initio huius illationis, & eſt idem
dicendum, ſicut in expoſitis diximus, quia prætenſor
velut incertæ qualitatis admitti non debet, vbi ſunt
puritatis ſtatuta, † tum quia ex diuerſis duorum 59
qualitatibus certum quid colligi non valet. *l. Papi-*
nianus. 20. de minor. l. fin. de calumniat. cum ſimilibus,
Stephan. Gratian. *Marchiæ deciſ. 31. num. 8. & deciſ.*
42. num 10. Valençuela *conſ. 1. num. 79. & conſ. 5. n. 26.*
& conſ 67. num. 31. & conſ. 92. num. 30. † Tum quia 60
vnum extremum inhabile totum medium corrúpit.

l. neceſ

l.neceſſariò.8.in princ.verſ.Quodſi pendente,de peric. &
comm.& rei vend.l.bonorum,24.§ an autem.Rem ratam
habeti,cum ſimilibus adductis à Pelaez de maiorat.2.
61 part. quæſt.1.num 32. † Tum quia nulla maior ratio
eſt, qua in ſpecie propoſita filius purus ceputetur,
quam maculatos, arg.text.in l.ſi Titius, 16. cum ibi
notatis,per Paul. Caſtrenſ. & DD. de condit.inſtit. &
ita non prodetit, vbi certa puritas requirirut, ex di-
62 ctis ſuperiùs,& in §.præced. † Tum etiam,quia exi-
ſtunt pro vtraque parte æquales probationes, qua-
rum vna elidit alteram,& oppugnat, quaſi nihil ma-
neat probatum, ex Donelo lib.24. comm.cap.19.n.5.
Ant.Fab.de error.pragm.lib.19.errore.1.cum aliis alibi
63 adductis. † Tum denique, quia maior ratio hoc in
caſu verſatur ad excludendum, quàm in expoſitis, in
quibus ſpecialis maculæ timor non eſt,ſed reticiun-
tur,quia adeſſe poteſt;hîc verò interuenit certa ma-
cula in vno ex parentibus, quæ velut certior,& pro-
pinqoior magis timenda eſt, arg.l.1.§.ſed ſi quis.5.de
carbon.edicto, cap.vbi periculum, de elect.in 6. l.4. vbi
gloſſ.2.tit.17.part.3. Altamitano de viſitat. verb. de-
beant quidem num.30. Barboſa Axioma. 177. num.1.
pag.110. & magis ad propoſitum Matc. Ant. Ge-
nuenſ. practic. Eccleſ.q 541.num.3. & res mihi dubio
caret: Vnum tamen eſt, quod hoc dubium ceſſabit,
dum prætenſot procreatus eſt ex coniugata cum ſuo
mariio cohabitanti, nam tunc, & ſi vertatur du-
bium,an ab alio fuerit genitus,cenſetur filius mariti,
non alterius præſumptione iuris, & de iure,vt in l.fi-
lium 6.de his,qui ſunt ſui,cum concordantibus,l.9. tit.
14.p.3.l.7.in fin.vbi gloſ.fin.tit.2. p.4. & in ſumm. & in
l.1.tit.15.p.4.& vtrobique Greg.& l.31.tit.9.p.6.hæc
autem præſumptio non admittit probationem in
contrarium etiam quoad noſtra puritatis ſtatuta, in
quo differt à præſumptione iuris tantùm, de qua in
præcedentibus, & in tota hac quæſt. loquuti
ſumus.

64 Septimò infertur, non admittendos huius regni
exteros, quorum potitas ſpecificè probari non po-
teſt, quia diſtinctio qualitatum ſanguinis ſaltim
quoad puritatem,in aliis non eſt prouinciis, ſicut in
Hiſpania, vt refert Did. Velazquex in defenſ.Statuti
Toletani.cap.31.verſ.Apud nationes, pag.mihi 71. at-
que ita non facilè erit probare, an ex Chriſtianis de-
ſcendant antiquis,an è nouiter conuerſis ad fidem,ſi
verò ex antiqua,& nota oriantur familia, aliquando
admittuntur, & à ſupremo ſanctæ generalis Inquiſi-
tionis Senatu indulta ad eos admittendos indulgeri
ſolent, licèt in aliquibus epiſtolis præcipuè in lata
Matriti 16.Octobtis anno 1575. eorum admiſſio ge-
neraliter ſit prohibita, pro quibus faciunt tradita
citca nobilitatem à Io. Gutiert. & ab eo allegatis
lib.3.pract.quæſt.14.ex num.24.cum pluribus ſeqq.

65 Octauò infertur, quòd ſi teſtes citca puritatem
deponentes eam teddiderint tationem, quòd nihil
putitati aduerſum audierunt,& ex iuris præſumptio-
ne dicant prætenſorem purum, vt non ſemel de fa-
cto vidi, nullam efficiunt fidem, & nihil omnino
probant, quotum teſtimonium corruit ex reddita ra-
tione,quæ iutis præſumptio tantùm eſt,& ſicut hæc
per ſe non ſufficit, ita nec teſtimonium, quod eam
66 pto fundamento habet; † quia cùm regulari debeat
per rationem,text.in l.cum ratio.7.de bonis. damnat. C.
fideicommiſſa,11.§.hac verba,de leg.2.cum ſimilibus, ſi
ratio nulla,nullum ſimiliter erit teſtimonium,ſecun-
dùm Bald. in l.1. num.4. in fin. ſi certum pet. & in cap.
cum cauſam. num.15. vbi etiam Abb. num.6. extra de
teſtib. Maſch. de probat. concl.1369. num.52. Octau.
Caccheran.conſ.66.ſub num.17.lib.1.

67 Nonò infertur, quòd licet negatiua ex ſua natura
improbabilis ſit, tamen dum à iure præſumitur, &
probari poteſt, teſtes pto ea cæteris præferuntur, vt
dixit Franc. Curtius Papienſ. tract.de teſtib. concl.26.
num.55.ad medium, & poſt eum Farinac. de teſt.quæſt.
65. num.238. quod quidem in noſtra puritatis ſpecie
locum habere non poteſt, quia hæc qualitas non
præſumitur, & teſtes eam aſſerentes remouent ſen-
ſum ab actu,& nihil probant, ſi alij ſint contrariam
qualitatem aſſerentes, niſi addant alias circunſtan-
tias,quarum reſpectu probatio iure procedat,vt cum
Perezio de Lara in d.cap 4.num.81. pleniùs oſtendam
infrà 2. parte, quæſt vlt. §.3. contra alios aliud vo-
lentes.

Decimò infertur, quòd ſi ſtatutum non ſolùm 68
puritatem requirat in admittendo, ſed etiam in om-
nibus eius maioribus indefinitè, debet omnium pu-
ritas ſpecificè probari,non tantùm patrum, & auo-
rum,ſed cæterorum etiam, quãtumcumque antiquiſ-
ſimi exiſtant, & teſtes generaliter, & de auditu ſal-
tim de eorum debent deponere qualitatibus vt pra-
xi ſeruatur, nec ratione antiquitatis præſumi puritas
eorum poteſt, ſecus verò ſi ad certum ſe ſubiiciat ſta-
tutum gradum, quia etſi vſque ad illum præſumpta
probatio locum habere non poſſit,ad cæteros tamen
gradus apptimè poterit extendi contraria opinio, in
quibus ſpecifica illa qoalitas non requiritur.

Vndecimò infertur, quòd ſi puritas, & macula 69
æquè ex duplicibus informationibus probatæ ma-
neant, licèt communis ſententia ſit, vt præualeat,
quæ pro putitate extat, quia in cõcurſu ſemper præ-
valet bona fama, ex text. in cap.cum in tua, 27. vbi
Abb.num.10.de ſponſal. & ex pluribus Rotæ deciſio-
nibus in puritatis materia loquendo voluit Auguſt.
Barboſa de offic. Epiſc. 1.part. tit.2. gloſſ.17. num.38.
verſ. Et ſi contingat. & ex aliis probat Hojeda de in-
compatib.benefic. cap.23. num.143. & Zaballos comm.
contra com.3.tom. quæſt.821. num.40. & ſeqq. quos ſe-
quitur Valençuela conſ.92. n.215. & iterum conſ.90.
num.50. & 51. & 84. & Ricciol. de neophyt.cap.7.ex
num.3. vbi probat, quòd ſi nec puritas, nec macula
probatæ maneant in informatione debet prætenſor
admitti,quia non obſtat ſtatutum in caſu omiſſo, &
in n.22. vbi magis ſpecificè loquitur, & plures citat.
Tamen verius eſt, quòd in propoſita ſpecie nulla il-
larum qualitatum probata manet, nec probatio pro
puritate ſufficiet ad admiſſionem ex puritatis ſtatu-
tis,tum quia puritas non præſumitur,& ſic ceſſat ra-
tio præcipua contrariæ ſententiæ,tum etiam quia vt
dixi ſuprà in 3.illas,nulla eſt ratio,qua teſtes pro pu-
ritate præferantur cæteris contrarium volentibus,
tum etiam qoia pares probationes contrariæ ſeipſas
elidunt, & fidem tollont, & ita confunduntur, vt
nihil maneat probatum, vt paulò ſuperiùs probaui.
& latiùs infra 2. part. quæſt.vlt. §.3. num.51. † Et 70
ſicut nullis factis probationibus admitti non poteſt
prætenſor,ita nec cùm nihil eſt probatum ex æqua-
litate, & confuſione probationum, aut aliter. tum
quia teſtes maculam aſſerentes affirmatiuè depo-
nunt, negántque adeſſe contrariam magis ſpecificè,
quare aliis contrariis præferri debent, vt latiſſimè
probabo, infra 2.parte d. quæſt. vlt.§ 1. contra Za-
ballos,& alios,& non confunduntur, nec eliduntur
ex contrariis, vt prædixi. ex præmiſſa ratione in lo-
co citato clariùs explicata.Tum denique,quia in de-
ferendis his honoribus puritatis, ſicut & in maiora-
tibus & fideicommiſſis, ita certa probatio requiri-
tur,vt per dubiam deueniendum ſit ad excluſionem,
potiùs quàm ad admiſſionem, ex Grato conſ.68.n.8.
lib.1.Natta conſ.206. num.8.lib 1. Rimin.iun. conſ.50.
num.55. lib.1. Cephal. conſ.430. num. 7. & ſeqq. &
conſ.437. num.13. & ſeqq. quos refert, & ſequitur
Hondedeo conſ. 78. num. 8. & ſeqq.lib.1. & conſ.51.
num.59.

*num.*59.*lib.*2. Menoch *conſ.*522. *num.*3. Peregr.*conſ.* 149.*num.*11 *lib.*5.*& conſ.*67.*num.*10. *eod. lib.* quos refert & ſequitur Fuſario *de ſubſtitut. quæſt.* 615. *num.*5.

71 Decimoſecundò, & vltimò inferri poteſt ex proximè dictis, quòd ſi ſtatutum tantùm requirat, quòd admittendus, nec eius pater, nec auus terminatè in ſancto Officio pœnitentiam non ſubierit, & ſint teſtes recepti in informatorio ſibimet iouicem contrarij, & pugnantes, quorum alij pœnitentiam firmant, & alij negant, præferuntur affirmatiui cæteris negantibus, eùm eſſe poſſit vera pœoitentia, & quod aliqui ex teſtibus eam neſcierunt, ex *gloſſ. verb. Conſenſerint, in l. diem proferre. §. ſi plures, de recept. arbitr.* Zaballos *comm. contra com. quæſt.*900. *à num.*82. cum aliis ibi, & a me adductis infra 2. part. quæſt. vlt. §. 2. reg. 12.

Ex quibus conſtitutum manet, quòd puritatis qualitas poſitiuè, & ſpecifieè probanda eſt, nec præſumpta ſufficit, atque ideò conſooum erit, ounc videre, ex quibus plenè probari debeat, quod in ſeqq. quæſtionibus oſteodam, & de ſingulis probationis ſpeciebus dilucidè diſcutiam.

QVÆSTIO IX.

De teſtibus, quando in cauſis puritatis ad teſtimonium ferendum teneantur, & ex quibus puritas & nobilitas poſſint & debeant probari.

SVMMARIVM.

1 *Digniora ſunt, quæ viua proferuntur voce.*
Probatio teſtium primum locum obtinet, ibidem. *Et dicitur probatio clara & euidens*, num. 2.
3 *Qualitates ſanguinis ſicut maximè conſiſtunt in populi opinione, ita per ipſius populi organa ſunt probandæ.*
Informatio puritatis nulla eſt, quæ à teſtibus non incipiat, & inter cæteras optima habeatur, ibidem, & in num. 4.

1 CVM digniora, quæ viua proferuntur voce,
fueriot ſemper habita ex Iuſtiniano Imp. *in*
*Auth. de inſtrum. caut. & fide, §. ſi verò tale, Nouel.*73.
meritò teſtium probatio primum debet locum ob-
tinere, vt multis probat Maſeh. *de probat. in princ.*
2 *quæſt.*5. *à n.*3. *& deinceps*, † & dicitur probatio ela-
ra, & euidens, *in text. in cap. tua nos.*8. *de cohabitat. Cle-*
3 *ric. & mulier*, † præcipuè in ſanguinis qualitatibus
exquirendis, quæ maximè conſiſtunt in publica re-
putatione, & populi opinione, ex Io. Gutierr. *lib.*3.
*pract. quæſt.*14. *num.*17. & latè dicam in ſeq.
quæſt. in princip. & deinceps, & debent probari
per ipſius populi organa, & voces; & ita nulla
prorſus occurrit puritatis probatio, quæ à teſtibus
initium non ſumat, & inter cæteras optima ha-
beatur.
4 Et non ſolùm in praxi, ſed ab omnibus iuris Do-
ctoribus receptum eſt, quòd puritatis, & nobilitatis
probatio à teſtibus debet incipere, vt probant *ex*
*l.*8. *cum ſeqq. l.*33. *& ſeqq. tit.*11. *lib.*2. *recop.* Io.
Garc. *de nobilit.* in pluribus locis, maximè *gloſ.*
18. §. 1. *& gloſ.*25. *à num.*5. Aceb. *in Rub. num.*170. *tit.*2.
*lib.*6. *recop.* & Io. Gotierr. citato loco, quibus conueniant Petra *de fideicom. quæſt.*11. *num* 105. Peregr. *eod. tract. art.*43. *num.*87. de quo genere probationis in hac quæſtione agendum eſt, ad cuius meliorem directionem, & explicationem, eam in quatuor partes ſcindam:

1 De obligatione teſtium ad ferenda teſtimonia in cauſis puritatis.
2 Quo modo puritas, & macula poſſint probari per teſtes de viſu.
3 De teſtibus ſingularibus.
4 De teſtibus de auditu, de cæteris teſtium ſpeciebus in ſequentibus dicam quæſtionibus.

---

§. I.

De obligatione teſtium ad ferenda teſtimonia in cauſis puritatis.

SVMMARIVM.

1 *Omnes tenentur, ſi vocati à iudice fuerint teſtimonium ferre tam foro animæ, quàm exteriori, cuius ſunt plures iure admiſſæ exceptiones, remiſſiuè*, num. 2.
Vtrum teſtis iuratus, & interrogatus à iudice ſemper veritatem fateri teneatur, ibid.
3 *Teſtis iuratus toties poteſt tacere veritatem quoties iniuratus non debet reuelare.*
Iuramentum non tollit tacendi ius, nec nouam inducit obligationem, ibid.
4 *Qui ſecretò maculam nouit etiam iureiurando interpoſito eam exponere non tenetur, immò reuelando peccat. Non tamen debet ſimpliciter reſpondere, ſed amphibologicè, in mente reſtrictione retenta, ex qua ſit vera negatio maculæ*, num. 5. & 54. *Quando ad eam declarandam teneatur*, num. 35.
6 *Impedimentum occultum matrimonij ex vi monitorij denunciandum, niſi oriatur ex infamia, ſeu peccato occulto*, num. 7.
8 *Statuta puritatis reſpiciunt publicam vtilitatem, ob quam ſecretum detegere licet.*
9 *Teſtis iuſtè interrogatus à iudice tenetur delictum occultum exponere.*
10 *Diſcrimen eſt inter ſecretum per accident, & inter naturale, illud quidem reuelandum iudici eſt, alterum verò non, niſi ex iuſta cauſa, quæ autem hæc ſit dicitur*, num. 11. *Et inter rem, in qua vnus teſtis vtilis eſſe poteſt, & inter eam, in qua nulla vtilitas ex vnico teſtimonio prouenire poteſt*, num. 12. *In primâ ſpecie tacere non poteſt teſtis. In ſecunda ſic dummodò ſciat, ex aliis non poſſe probari*, num. 13. *Nemo obligatur ad faciendum actum inutilem*, ſub d. num. 12.
14 *Detegere maculam occultam familiæ poteſt eſſe contra charitatem tantùm, & ſimul contra iuſtitiam, & quo modo.*

15 *Reue*

15 *Reuelatio maculæ occultæ fieri poteſt ob bonum finem, ad vitandum videlicet proximi damnum, qui vult matrimonium contrahere, vel dum capiuntur informationes à tribunali, ſeu communitate.*

16 *Regula generalis tradi non poteſt ad ſciendum, quando teſtes teneantur propalare maculam occultam apud iudicem, quando verò non.*

17 *Teſtis qui ſecretò ſcit maculam illius, qui communiter eſt bene reputatus, & ſcit ex aliis probari non poſſe, eam tacere valet, ſi verò dubius ſit, eam exponere debet*, & num. 18. *Dum quidem ſimul ſunt alij teſtes, ſeu Scripturæ, quamuis occultæ, quibus probari poſsit macula, itidem*, num. 19. *quia ſecretum tunc non verè dicitur*, num. 20. *Peccatum occultum proximi detegendum non eſt dum inquiritur cauſa elargiendi legatum pium, eleemoſynam, aut gradus in vniuerſitatibus*. ſub d. num. 17. *Secus dum agitur de promouendo ad ſacros Ordines, ad beneficium, ſeu publicum munus, dummodò remedium ex reuelatione ſperetur*, ſub n. 19. *Infamia illius, qui per mendacium bonam conſequutus fuit famam detegi poteſt, ſi ex ea communitas lædi poteſt*, ſub d. num. 19. *Infamia occulta pandenda eſt, ne inhabilis officium, aut beneficium aſſequatur*, ſub d. num. 19.

21 *Scriptura memoriam perpetuat, & ſemper loquitur, licèt fieri ſecretò poſsit, vt omnes obliget ad tacendum*, num. 22.

23 *Audiens maculam à detractoribus, & inimicis, puritatem verò à fide dignis, illam tacendo hanc dicere poteſt.*

24 *Fides detractoribus non præſtanda.*

25 *Sciens non fide dignis, verè neſcit.*

26 *Maculam, aut proximi infamiam ſciens à leuibus, & non fide dignis etiam iuridicè interrogatus eam exponere non tenetur. Sicut etiam dum non certè ſcitur, nec cauſa, nec ratio ſcientiæ, niſi Leuis*. num. 27.

Scire eſt veritatem viſu, vel alia corporis ſenſu perceptam retinere, & per cauſas, & primas rationes intelligere, ibid.

Paria ſunt neſcire & dubitare, ibid.

28 *Nemo tenetur ſe exponere periculo leuitatis.*

Cauſa ſufficiens ad declarandum maculam generis qualis, ibid.

29 *Sciens maculam à fide dignis, quorum non recordatur, vel ab ignotis, aut nihil certum ſcientibus, an exponere eam iudici interroganti teneatur.*

Auditus maculæ ſine ratione an probent remiſsiuè, ibid.

30 *Audiens maculam à Titio, qui iam circa eamdem eſt examinatus, an eam declarare teneatur.*

31 *Auditum maculæ à fide dignis, ſeu communiter ab omnibus teſtis exponere tenetur.*

32 *Diſcrimen inter obligationem denunciandi, & teſtimonium ferendi*, & num 34 *Et an locum habeat in noſtra ſpecie*, num. 33.

34 *Denunciatio duo copulatiuè requirit, & quæ.*

Teſtimonium veritatem tantum expoſcit, ibidem.

35 *Reſolutio propoſiti dubij, nempe quando teſtis maculam occultam exponere iudici teneatur.*

36 *Teſtis ſciens deſcendentiam à ſacellis benedictis ex affixis in Eccleſiis, licèt per accidens ſit arcana, eam iudici exponere tenetur. Et prius prætenſorem monere, vt ſe abſtineat, quod non admittitur.*

37 *Sacella benedicta ideò in Eccleſiis affiguntur, vt notoria omnibus ſit pœnitentia.*

38 *Præiudicium communitati prouenire poteſt ex taciturnitate deſcendentia à pœnitentiatis per ſanctum Officium, temperatur & declaratur*, num. 45.

39 *Sciens maculam occultam eius, in cuius genere adeſt actus poſitiuus puritatis, eum purum dicere poteſt ex veritate, quam efficit res iudicata. Niſi macula publica ſit, & per alios poſsit probari. Si verò tres actus poſitiui ſint, vtraque ſpecie eum purum dicere tenetur*, num. 40. *Si verò prætenſor communiter bene ſit reputatus, & moribus bonis ſit præditus, teſtis maculam, quam ſecretò ſcit, dum eſt dubius, an per alios poſsit probari, tacere poteſt*, num. 41. *Aliud verò eſt, ſi prauis exiſtat moribus, & ſit inquieti animi, quia tunc maculam cum prauis moribus dicere iudici debet*, num. 42. *Manutentio officij puritatis adducit magnum puritatis fundamentum*, ſub d. num. 39.

43 *Nemo tenetur cum graui ſuo præiudicio maculam declarare, veluti ſi ei tangat, vel tumulti, & ſeditiones in familia timeantur.*

44 *Sciens ſecretam maculam ſub ſigillo naturali, aut ſub virtuali, quocumque caſu eam tacere debet, ſecus verò dum non adeſt cauſa iuſta tacendi, etiamſi cum iuramento ſecretum promiſerit*, ſub num. 45.

46 *Quiſque tenetur maculam proximo falsò tributam, ſiue erroneè, aut æquiuocè, etiam non vocatus coram iudice declarare, & veram cauſam exponere ad liberandum prætenſorem.*

47 *Teſtis regulare debet ſuum reſponſum circa qualitates ſanguinis ſecundùm ius, aut ſtatutum, quo interrogatur, quod magis ibi declaratur.*

48 *Teſtes debent, quod nouerint declarare, & nullum relinquere dubium, cum ratione, etiam de ea non interrogati, ſiue ex auditu,*

fama,

fama,aut certa ſcientia cum propria credulitate.

49 *Teſtes celantes veritatem , quam exponere tenentur peccant lethaliter , & quandoque ad reſtitutionem tenentur* , & num.50.& 59. *Et falſus & periurus dicitur, & velut talis punitur* , num.51.& 53. *Falſum coram iudice dicentes ſi damnum ſatisfaciant non tenentur iterum comparere ad veritatem dicendam , niſi aliter fieri reſtitutio non valeat*, ſub num.49.

51 *Mendacium numquam licet , & dicitur cùm negatur,quod verè ſcitur*,num.52.

55 *Teſtis falſum ſine iureiurando aſſerens , aut veritatem celans ordinaria falſi plectitur pœna.*

65 *L. nullum,14.C.de teſtibus exponitur.*

Falſi,& fraudulenti,qui verè dicantur,ibid. & num.58.

57 *Amphibologiis vti quando liceat.*

Teſtes ſeruare ſecretum debent ſui teſtimonij, & eorum , de quibus fuerunt interrogati, aliàs puniri poterunt extraordinariè ſaltim,num.61.

Propoſitum in mente retentum , & non explicitum in nihil operatur , ſub d. num.58.

Iurare duplici ſenſu , nec amphibologicè non licet extra iudicium,ſub d.num.53.

Opinio P.Th. Sancij 3.ſum. cap.6.num.15. *ſuſpecta eſt*, ibid.

1 IN cauſis nobilitatis , & puritatis omnes te-
nentur,ſi vocati à iudice fuerint ad teſtifican-
dum , & veritatem dicendam tam iure externo, vt
colligitur *ex l.3.§.exhibere 9. de tab. exhib. cap.1. &*
per totum tit.de teſt.cog.l.35.tit.16.part 3.l.6.tit.6.lib.4.
recop. & expreſsè in puritatis cauſis loquendo, ita
tenet Perezius de Lara *in allegato cap.4. num.14 in*
fin.& latiùs in *num.141. fin.* quam in animæ interno
foro,vt docent D.Thom.2.2.*quæſt.70.art.1.*vbi Theo-
logi omnes, Sayr. *Claui Reg. lib.12. cap.20. num 29.*
P.Azor.*inſt moral.3.part.lib.13.cap.27.* Leonard.Leſ-
ſius *de iuſt lib.2. cap.30. dub.6.* Fr.Emman. Roderic.
in ſumma de ordine iudiciario , cap.7. num.·. Valenc.
2.2 *quæſt.14. diſp.5. punct.*·. *verſ. Poſtremo notandum.*
Valer.Regin.*lib 24. praxis num.46.* Vincent. Filliuc.
in 8 præcept. tract.40. cap.8. num.228. & ſeq. Martin.
Bonacin. *diſp.10. quæſt.3. punct.3. num.4.de iudic pu-*
blico,tom.2.& cæteri omnes tam Theologi,quàm iu-
riſperiti.

2 Cuius regulæ plures ſunt iure admiſſæ exceptio-
nes, quibus aliqui excuſantur à ferendo teſtimonio,
& ſumendæ ſunt ex locis communibus , quia nunc
de eis ſpeciatim agere non curaui , ſed tantùm de
vtili dubio in materia , an ſemper teſtis iureiurando
à iudice rogatus circa generis qualitates teneatur
veritatem fateri ? Et quidem ſunt etiam plures cau-
ſæ,in quibus non adſtringitur ad propalandam veri-
tatem;immò aliquando non debet, & ſi faciat,letha-
liter peccabit. Ad quod aliam generalem præfigam
3 regulam ; † Toties videlicet teſtem iuratum poſſe
veritatem ſubterfugere tacendo , quoties iniuratus
non debet reuelare , quia iuramentum non tollit ta-
cendi ius,nec nouam , nec contrariam obligationem
loquendi producit,*ex l.fin. C.de non numer. pecun.* do-
cent communiter DD. ex Io. Gutierr. *de iuram. con-*
firm. 1.part.cap.27. num.2. & ita declarant , & tenent
Leonard. Leſſius *de iuſt.d.dub.6. num.5.* Vinc.Filliuc.
tract.40.in 8.præcept.cap.6 num.188.verſ.Ex his patet,
& cap.8.num.231. & plures quos cumulat D.Io.San-
cius Abulenſ. *in ſelect. & pract.diſp.46. num.17. verſ.*
Nam eadem cauſa , qui etſi loquantur in diuerſa ſpe-
cie, eſt tamen einſdem rationis ; conueniunt ; relati
per Aug.Barboſ.*Axiom.134.num.2.*

Ex quo infertur,quòd is,qui ſecretò maculam no- 4
uit , non tenetur etiam ſub iureiurando à iudice in-
terrogatus eam exponere,vt tenent Valencia,Rodri-
guez , & Leſſius *num.45. verſ. Secundò*, locis citatis
Azorius *d.3. part. lib.13.cap.27. dub.5.* Salon *de iuſt.*
quæſt.70.art.1.concl.vlt. Soto *eod. tract. lib.5. quæſt.6.*
art.2.col.pen. Petr.Nauarr.*de reſtit.lib.2. cap 4. n.219.*
& ſeqq. Auila *de cenſur.diſp.5.dub.2.concl.3.*P.Suarez
tom.5.diſp.20.sect.3.num.11. P.Th.Sancius *in decalog.*
lib.3.cap.6. num.23. & conſ.moral. lib.6. cap.5. dub.1.
*num 1.in fin.*Sayr.*Claui reg.lib.12.cap.14.num.20.* Fil-
liuc.*tract.4.præcept.8. cap.8. verſ.Secundò. & tract.14.*
cap.2. quæſt.8. num.29. Val. Regin. *d.lib.24. num.47.*
Matt. Bonac. 2. *tom. de iudic. publico,diſp.10. quæſt.3.*
punct.3. num.6. & in vltima diſput. nouiſſimè edita de
onere,& oblig.denunc.punct.1.§.5.num.1. & 2. & è no-
ſtris iureperitis probant Bald. *in l.nullum. C.de teſtib.*
cum allegatis à Iac. Menoch.*lib.2. de arbitr.caſu.355.*
per totum. Curia Piſana *lib.3.cap.1. num.4.* Carratto
in aliquas leges noua recop.cap.4. num.10.& adducti à
Io. Gutier. *can quæſt.lib.1.cap.11. à num.47. cum ſeqq.*
Aug.Barboſ.*de offic.Epiſc.3.part. alleg.51.num.33. col.*
69.& allegat.96. num.69. col.632. Alphonſ. Narbona
in l.82.gloſſ.4. à num.12.tit.5. lib.2. recop.pag.249. im-
mò reuelando peccat,vt prædicti omnes fatentur,&
cet P.Ant. Fernandez de Cordoba *inſtrucion de con-*
feſſores 2.part.cap.12.num.2. † Sed non debet negan- 5
do ſimpliciter reſpondere, quod eſſet mendacium,&
numquam licet , ſed amphibologia vti,intelligendo
in mente,neſcio ita,vt fateri nunc tenear, quo ſenſu
verum dicit , & iuſta ſigilli cauſa excuſat à reſpon-
ſione directa ſecundùm interrogantis mentem ex
Rodriguez , & Th.Sancio, locis citatis,& Io.Sancio
Abulenſi *in ſelect. diſp. 46. num.10.* & ex aliis ci-
tatis.

Quod etſi limitetur,dum ex monitorio ad denun- 6
ciandum matrimonij impedimenta , dubitatur , an
quod ſcitur in ſecreto , denunciari debeat , & affir-
matiuè ſub lethali peccato reſpondeant Io. Gutierr.
can. quæſt lib. . cap.11. num.21. & 27. & *de matrim.*
cap.59. P.Th. Sancius *eod. tract.lib.3 diſp.13.num.2.*
Valer.Regin.*lib.31. num.228.* Martin. Bonac.*de ma-*
trim. quæſt 2. punct.6. num.20. † Tamen ſi hoc arca- 7
num impedimentum oriatur ex infamia , ſeu proxi-
mi peccato occulto , non eſt obligatio denunciandi
cum proprio incommodo, ſeu aliorum ſcandalo , vt
ſequi poterit ex macula occulta nobilis familiæ pa-
tefacta;ex Fr.Emman. Roderic *in ſumma 1. part.cap.*
217. num.9. Mart. Bonacina *d.punct.6. & d.num.20.*
Fr.Baſilius Ponce de Leon *de impedim. matrim. c.26.*
§.4.verſ.Denique. Aug. Barboſ. *de officio Epiſcopi.2.p.*
alleg.32.num.16.

Sed vrget primò,quòd in noſtra puritatis materia 8
hoc procedere non videtur , quia interſunt ſtatuta
ob vtilitatem, & bonum publicum puritatem & no-
bilitatem deſiderantia, & agitur de vitando maximo
damno communitatum ex maculati receptione , &
ceſſat tacendi ius,& adeſt obligatio exponendi veri-
tatem apud iudicem interrogantem ob bonum pu-
blicum interueniens,& ne bonis moribus contrarie-
tur,ſecundùm *text.in cap.quanto.16. de iureiur.cap.non*
eſt

eſt obligatorium, 58. de reg. iur. in 6. & ex ratione,
text. in cap. in malis. 2. quæſt. 4. Bald. in l. fin. Qui ſa-
tiſd. cog. Iac. Menoch. centur. 6. caſu 537. num. 38. Lud.
à Paramo de orig. Inquiſit. lib. 3. quæſt. 7. num. 50. Pet.
Lazat. tract. de monitor. ſect. 1. quæſt. 16. num. 5. & ex
D. Th. 2. 2. quæſt. 70. art. 1. ad 2. docent Soto de iuſt.
lib. 5. quæſt. 7. art. 1. verſ. Quapropter concluſio. & de
detegendo ſecreto membro 2. quæſt. 7. dub. vlt. an-
te 4. concluſ. Caiet. & Salon. in d. quæſt. 70. art. 1. con-
cluſ. 3. Valenc. d. diſp. 5. punct. 1. verſ. Poſtremo. Leſ-
ſio d. lib. 2. cap. 30. dub. 6. num. 47. Nauarr. in dict.
cap. 18. num. 54. Petr. Nauarra de reſtitut. lib. 2. cap.
4. num. 223. P. Azor. inſt. moral. 3. part. lib. 13. cap.
31. dub. 4. Vincent. Filliuc. citato loco d. cap. 8. num. 229.
verſ. Secundo. Mart. Bonacina 2. tom. tract. de reſtitut.
diſp. 2. quæſt. 2. de obligat. ſecreti, punct. vnic. num. 9.
vbi adducit Mol. Regin. & alios, vnde dicendum
videtur, quòd in cauſis puritatis tenentur teſtes
occultam propalare maculam ratione publicæ vtili-
tatis, licèt vtilitas publica, quam exponunt prædicti
Doctores diuerſæ ſpeciei eſſe videatur.

9 Vrget etiam ſecundò, quòd teſtis tenetur, dum
iuſtè interrogatur, delictum occultum manifeſta-
re in Inquiſitione ſpeciali, nec aliquid tegere po-
terit, maximè cùm periculum in futurum timetur,
vt accidit in noſtra ſpecie ex receptione maculati,
nam communitas periculis exponitur, & dedeco-
re afficitur, vt primùm probat D. Thom. 2. 2.
quæſt. 69. art. 1. Soto de tegendo ſecreto membro 2.
quæſt. 7. concl. 1. & ex Syueſtro, Nauarro, & Petr.
Nauarra, & Leſſio tenet ac docet P. Ioſephus Al-
drete de relig. diſcipl. tuenda lib. 1. cap. 7. num. 12.
& ex eodem Soto lib. 5. de iuſt. quæſt. 7. art. 1. Azo-
rio inſtit. moral. 3. part. lib. 13. cap. 28. dub. 2. verſ. Si
quæras. Salon. dict. quæſt. 70. art. 1. controu. 1. Aragon.
ibid. in fin. ad ſolut. 2. Sayr. Claui Reg. lib. 12. cap. 20.
num. 6. Valencia 2. 2. diſp. 5. quæſt. 14. punct. 1. ad fin.
tenet Mart. Bonacina de indic. publ. diſp. 10. quæſt. 3.
punct. 3. propoſit. 1. num. 5. P. Thom. Sanc. conſil. mor.
lib. 6. cap. 6. dub. 41. Contra Sylueſtrum, Armillam,
Angelum, & Leſſium ſibi contrarium in locis ibi
per Bonacinam relatis, quibus accedit Vincent.
Filliuc. in quæſt. moral. 2. tom. num. 229. verſ. Quar-
to, & num. 239. verſ. Quarto. & Io. Sanc. Abulenſ.
in pract. diſp. 43. num. 39. qui alios refert, licèt non
ſequatur, probabiliorem vocat Diana reſol. moral. 2.
part. tract. 5. miſcell. reſol. 100. pag. 217. & videtur di-
cendum, quòd ſimiliter teſtis circa qualitates gene-
ris interrogatus iuridicè maculam occultam iudici
exponere tenebitur.

10 Ad quorum, & totius materiæ explicationem
tria velut certa præmittenda ſunt, primum, maxi-
mam exiſtere differentiam inter occultum per ac-
cidens, dum quidam caſu vidit delictum patrare,
aut à ſuis maioribus, ſiue à ſene defuncto macu-
lam generis nouit, quæ ex diuturnitate tem-
poris in occulto adeſt, abſque aliqua tacendi
promiſſione, & inter occultum naturale, dum
traditum eſt cum onere expreſſo tacendi, aut vir-
tuali, ſeu tacito, veluti dum conſilium, aut au-
xilium petitur, aut ex officio, aut ex loco tacen-
di manet obligatio, quibus ſpeciebus maius adeſt
tacendi ius, quàm in prima, in qua dum iudex ve-
ritatem inquirit, non eſt ius tacendi, ſed veri-
tas, prout ſcitur, detegenda eſt, vt loquuntur
DD. proximè citati; in illis verò ſpeciebus etiam
cum iureiurando ius tacendi extat, & omnino
reticendum ſecretum eſt, vt loquuntur DD. ad-
ducti ſuprà num. 4. niſi cauſa iuſta reuelandi ſit, vt
11 ſunt intelligendi relati num. 8. † Cauſa enim iuſta
reuelandi eſt, dum conſulitur bono proximi, aut
impeditur eius damnum, ſiue ſpirituale, ſiue tempo-
rale, aut interuenit bonum publicum, ex Soto de iuſt.
5. quæſt. 7. art. 1. Leſſio lib. 1. cap. 11. dub. 9. & 10. Petr.
Nauarr. de reſtitut. lib. 2. cap 4. num. 341. Sayr. Claui
Reg. lib. 11. cap. 6. num. 18. Rebell. de reſtit. lib 4. quæſt. 2.
Bañez 2. 2. quæſt. 73 art. 2. dub. 1. concl. 2. vbi Salon. con-
trouerſ. 3. concl. 1. fol. mihi 599. & alias iuſtas cauſas vi-
de apud Mol. de iuſt. & iure tract. 4. diſp. 14. per totam,
& diſp. 26. n. 7. & alibi ſæpius, & apud Reginald. lib.
24. n. 70. & apud Filliucium tract. 40. n. 129.

Secundum præmiſſum eſt, quòd etiam conſtituen- 12
da eſt differentia, dum res de cuius probatione agi-
tur, talis naturæ eſt, vt vnici teſtis depoſitio aliquid
vtilitatis ſit allatura, vt communiter euenit in inqui-
ſitione ſpeciali delictorum, in quibus vnicum teſti-
monium proficit ad plurima, ad infligendam, videli-
cet, torturam, carcerandum delinquentem, & ad con-
demnationem in expenſis, & ad alios vtiles effectus, à
quibus priuari læſa pars, aut publica vtilitas in pu-
niendis delictis non debet per taciturnitatem teſtis,
in qua ſpecie veriſſimam iudico opinionem relatam
ſuprà num. 9. ſicut etiam probat quoad reuelandum
impedimentum occultum matrimonij. P. Th. Sanc. de
matrim. lib. 3. diſp. 13. ſub. n. 2. in 2. ratione. † Et dum res 13
probanda, aut iudicium talis naturæ eſt, vt vnicum
teſtimonium nihil ſit profuturum, vt in famæ proba-
tione, & in indaganda puritate, aut nobilitate, aut in
aliis in quibus requiruntur plures teſtes, & vnicus
fidem aliquam non facit, nec conſiderabiles producit
effectus, & cùm nemo teneatur ad faciendum actum
inutilem, & nullius momenti, l. hæc ſtipulatio. 14. §. 1.
vt leg. nom. cau. l. vn. C. de theſaur. lib. 10. Pet. Surd. conſ.
307. & conſ. 345. num. 17. & deciſ. 260. num. 5. cum ſeqq.
& deciſ. 276 num. 4. cum ſeqq. non debet ſecretum de-
tegere ex quo nullus ſperatur effectus, optimè Fil-
liuc. tract. 40. num. 132. Leſſio lib. 2. c. 11. dub. 9. n. 62. in
fin. in qua ſpecie veriorem iudico ſententiam Sylue-
ſtri verb. teſtis. quæſt. 8. Armillæ num. 10. & Angel. n. 28.
eodem verbo Leſſij de iuſt. lib. 2. cap. 30. num. 49. & Vin-
centij Filliucij 2. tom. tract. 40. num 229. verſ. Quarto,
& num. 230. verſ. Quarto. volentium non teneri te-
ſtem deponere apud iudicem delictum, quod proba-
ri plenè, non poſſe, ſcit, & conuenit Petr. Nauarra de
reſtit. 2. cap. 4. n. 53. Io. de la Cruz plures de ſchola
D. Th. referens in direct. conſcient. 2. p. pr. 8. art. 4.
dub. 13. Diana, & alij apud Io. Sancium locis citatis
ſuperiùs ſub n. 9. Nec diſplicet diſtinctio Soti de iuſt.
lib. 5. quæſt. 7. n. 1. in fin. dicentis teſtem conſcium cri-
minis, & quod per alium non poteſt probari, minimè
teneri iudici aperire, dum procedit per viam in-
quiſitionis, ad quam formandam infamia requiri-
tur, quæ deficit in propoſita ſpecie; ſecùs verò ſi pro-
cedat per viam accuſationis ex ratione, quam ſu-
periùs ſignauimus, ſequitur Reginald. lib. 24. n. 157.
quamuis contrarium innuere videatur. Filliuc. d. n.
230. in 4. ſpecie, noſtra tamen diſtinctio magis com-
prehenſiua, & vera eſt.

Tertium præmiſſum eſt, quòd detegere macu- 14
lam familiæ oblitam, ſeu occultam poteſt eſſe ad-
uersùs charitatem, & non contra iuſtitiam, v. g. reue-
lare publicam pœnitentiam ob hæreſim inflictam,
aut ob deſcendentiam à cruce ſignatis, quæ iam ob
temporis tranſcurſum oblita communiter eſt, in-
ducit tantùm contra charitatem peccatum, quia
ſicut ægrè ferremus aliis reuelare ſimilem defe-
ctum occultum nos tangentem, ita debemus ta-
cere tangentem proximum noſtrum; non verò in-
ducit peccatum contra iuſtitiam, quia nullum ius
iniuriato adimitur, quod & per ſententiam iam
fuit ſublatum, & non redditum per tranſcurſum tem-
poris, nec per obliuionem. Aliter enim poteſt inſurgi

peccatum contra charitatem, & ſimul cootra iuſti-
tiam, ſi reuelatio fiat occultæ deſcendentiæ à con-
uerſis, quos *tornadicos*, aut *marranos* Hiſpani vn-
camus; quòd ſi contra charitatem patet ex red-
dita ratinne ad primum membrum huius diſtin-
ctionis, contra iuſtitiam verò, quia maiores il-
lius nullum contra fidem patrauerunt facinus,
ſed conuerſionis exercuerunt virtutem, nec in-
famiam aſſequuti fuerunt ex iure, nec ex ſua
culpa. Igitur eos infamare occultam detegen-
do maculam erit contra iuſtitiam, ita tenent
Mercado *de reſtitut. cap. 11. verſ. Item ſon tranſgreſ-
ſores*, & Medina *in Codice reſtitutionis*, §. 35. &
poſt eos explicat Petr. Nauarra *de reſtitut. lib. 2.
cap. 4. à num. 197. cum quatuor ſeqq.* Reginald. *lib. 24.
num. 86.* Sayr. *Claui Reg. lib. 11. cap. 6. num. 27.* Arag.
2. 2. quæſt. 72. art. 2. dub. 3. Mol. *de iuſt. tract. 4. diſp. 33.*
quamuis in vtrnque caſu tantum peccate contra
charitatem malit. Leſſ. *de iuſt. lib. 2. cap. 11. num. 82.*
ſequutus per Filliuc *tract. 40. num. 102. & 103.* niſi
ita infurmatus contemptui habeatur apud audien-
15 tes infamiam, vt Filliuc. ibid. fatetur † Quòd noo
habebit locum, dum reuelatio ob bonum finem fit,
& ad vitandum proximi damnum, quod præpon-
deret iniuriæ alteri prnueoienti, vt accidit, dum
quæritur de alicuius qualitatibus ad matrimonium
cum eo ineundum, aut capiuntur informationes
cauſa ingrediendi Eccleſiam, aut collegium, aut
ad honores puritatis obtinendos, quibus ſpecie-
bus reuelatio fieri poteſt abſque peccato, vt ab
omnibus receptum videtur, & ſpeciatim ita ex-
plicat Nauarra citato loco *num. 301. & 308.* &
Mart. Bonacina *de reſtitut. diſput. 2. quæſt. 4. punct. 8.
num. 6.* & conducunt tradita per Mol. *de iuſt. & iure
tract. 4. diſp. 24. num. 8. & diſp. 33. num. etiam* 8. cum
aliis citatis & Reginald. *lib. 24. num. 79. verſ. Morta-
liter*, autem faciunt tradita per Paul. Laym. *lib. 3.
tract. 3. 2. part. cap. 3. num. 5. cauſ. 2. & 3.* & per Fil-
liuc. *tract. 40. num. 97. in fin.*

16 His ſuppoſitis circa præſens dubium, & oſtenden-
dum teſtium obligationem ad maculam generis iu-
dicio propalandam, tradi non poſſe arbitror regulam
generalem, per quam ſuas teſtes dirigant depoſitio-
nes, cum plures ſunt ſpecies, & circunſtantiæ, ex
quibus obligatio detegendi arcani variari poteſt,
quare vt omnia cõplectar, rem per diſtinctas caſuum
concluſiones explicare libuit, quę ordine ſequuntur.

17 Sic igitur prima concluſio, ſi prætenſor, cuius in-
formationes ſumuntur, & vniuerſa eius familia in
puritatis fuerint quaſi poſſeſſione, & habiti commu-
niter pro liberis ab omni macula, & ſanguinis ſpur-
citia, & priuatim aliquis nouerit generis labem ex
maiorum traditione, ſiue aliter, quam certò ſcit non
poſſe probari aliis probationibus, non tenetur iu-
dici interroganti eam exponere, quia in ſecreto
adeſt, & ſuum nihil eſt profuturum, teſtimonium
cùm vnus teſtis in cauſis puritatis nihil probet aliis
coorrariis extantibus. Filliuc. *tract. 40. num. 132.*
Sicut etiam dum agitur de elargienda eleemoſyna,
aut gradu litterarum in vniuerſitatibus, aut alia
munera quæ non elargiuntur niſi præditis rectis mo-
ribus, & vita non debet detegi crimen occultum, de
quo infamia inquiſitus non laborat, ſed tantùm deli-
ctum citius eſt infamia, niſi ex taciturnitate ſcanda-
lum ſequi poſſit, aut citò ſimile delictum publican-
dum veniat, quia his ſpeciebus, & ſimilibus tantùm
detegi poterit, non aliàs ſecundùm Mol. *de iuſt. & iu-
18 re. tract. 4. diſp. 24. num. 7.* † In dubio autem cùm non
eſt certum, nec noſci valet, an alij ſint teſtes, ſeu
probationes eiuſdem maculæ, eam propalare iu-
dici petenti debet, quia ius veritatis dicendæ
certum ſemper eſt, nec tollitur per dubium ſub-
ſequens. Sic intelligo Sayr. *Claui Reg. lib. 12. cap.
20. num. 3. & 4. & dub. 2. & 3.* & Filliuc. *tract. 40.
ſub num. 232.* ex alibi copioſè dictis, niſi fortè in ca-
ſu 7. concluſionis infrà.

Secunda concluſio, ſi non tantùm nouerit ma- 19
culam, ſed etiam teſtes, aut Scripturæ, aut iu-
dicialia acta, quibus macula probari poſſit ſecre-
to non naturàli ei innoteſcant, quæ aliter non va-
leant apparere, ni ex eius teſtimonio, tenebitur
veritatem, & cæteras oſtendere probationes. tum
quia iuſtè rogatur, & abeſt cauſa iuſta reticendi,
tum quia interuenit damnum communitatis, ad
quod vitandum tenetur, & habet bonum & ho-
neſtum finem reuelandi, vt expreſsè tenet Mart.
Bonacin. *de reſtitut. diſp. 2. quæſt. 4. punct. 8. num. 6.
pag. mihi 76.* cum relatis ſuprà præmiſſo 1. *ſub num.
12.* Molin. *d. diſp. 24. num. 6.* loquens de promouen-
do ad ſacros Ordines, ad beneficium, ſeu ad publi-
cum munus cui dedecus proueniat ex illius admiſ-
ſione, & dicens tunc debere reuelari occultum deli-
ctum, etiamſi de eo non inquiratur, dummodò ſpe-
retur remedium, quia tunc ob bonum publicum
tacendum non eſt. Sicut etiam infamia illius, qui
per mendacium bonam conſequutus eſt famam ex
qua communitas lædi poteſt detegi debet, Petr. Na-
uarr. *de reſtit. lib. 2. cap. 4. num 141.* Leſſio *de iuſt. lib. 2.
cap. 11. dub. 10.* Reginald. *lib. 24. num. 92.* Filliucius,
tract. 40. num. 106. & 107. & infamia occulta panden-
da eſt ne inhabilis officium, aut beneficium aſſe-
quatur, extra dictis per Sotum *de iuſt. lib. 5. quæſt. 7.
art. 1.* Nauarr. *in man. cap. 18. num. 31.* Leſſi. *de iuſt.
lib. 2. cap. 11. dub. 9. num. 59.* Filliuc. *tract. 40. n. 129.*
Paul. Laym. *lib. 3. ſect. 5. tract. 3. part 2. cap. 3. num. 5.
cauſa 2. & 3.* Bonacina 2. *tom. de reſtitut. diſp. 2. quæſt.
4. punct. 8. num. 5.* dummodò aliter non poſſit impe-
diri ex præcitatis. † Tum quia quòd aliis teſtibus, & 20
Scripturis probari poteſt, non vere ſecretum dici-
tur, ex adductis à Genuenſ. *in pract. Neapolit. cap. 2.
num 1.* Lazar. *de moniter. ſect. 2. quæſt. 11. num. 10.*
& apud Mattin. Bonacin. in nouiſſime editis, *diſp.
6. de onere & oblig. denuncian. punct. 1. §. 4. propoſit. 2.
num. 4. verſ. Secundo ſequitur*, quod iterum dixerat
in tract. de cenſur. diſp. 2. quæſt. 6. punct. 1. num. 11.
† Maximè ſi ſcripto poſſit maculata deſcendentia 21
probari, quia ſcriptura memoriam perpetuat, ſe-
cundùm Bald. *in l. iubemus. 29. num. 7. C. de teſtam.
per text.* ibi, & ſemper ſcriptura loquitur, & quod
continet continuò refert, conſiderat Maſch. *de
probat. in princ. quæſt. 6. num. 28. in fin.* latè Cardin.
Tuſch. *in pract. tom. 7. lit. S. concluſ. 81. per totam.*
† Licèt ſcriptura ita ſecretè fieri poſſit, vt om- 22
nes obliget ad tacendum ex Bart. *in l. fraudem,
in princip. de his quib. vt indign.* Decius *in l. quo
tutela. 73. §. vi factum. verſ. Clam. de reg. iur.* quos
ſequitur Tib. Decian. *tract. crim. lib. 7. cap. 17. num.
7.* Menoch. *de arbitr. cent. 6. caſu. 537. num. 2* Fa-
rinac. *4. tom quæſt. 112. num. 215.* & poſt eos Nar-
bona *in l. 82. gloſſ. 1. num. 12. tit. 5. lib. 2. recop.
pag. 232.* de qua nos nunc non loquimur. Vn-
de colligitur non tutè, nec ratione conſuluiſ-
ſe quemdam Theologum teſtificatum in ſan-
cto Inquiſitionis Officio circa cuiuſdam puri-
tatem, qui conſcius erat maculæ, & proceſſus,
ex quo apparebat, vt in ſuo teſtimonio macu-
lam, & proceſſum taceret, quia in ſecreto ade-
rat, nec ab alio præter teſtem noſcebatur, & licèt
Theologus eſſet, & doctus, eum in hoc non laudo.

Tertia concluſio, qui maculam à detractoribus, 25
& inimicis prætenſoris, & ſuæ familiæ audiuit, &
à fidedignis, & integris perſonis eiuſdem puritatem
accepit,

accepit,poterit,immò debet, illam tacere, & hanc
24 aſſerere, & affirmare, † tum quia detractoribus fi-
dem præſtare, & quidem eos libenter audire pec-
cato non caret, ſecundùm Nauarr. *in man. cap.* 25.
num. 46. docet Leſſius *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 50.
verſ. Septimo. & Vincent. Filliuc. *in* 8. *pracept. tract.*
25 40. *cap.* 8. *num.* 230. *verſ. Sexto.* † vbi ait, quòd ſi
ſciuit à perſonis non admodum fide dignis perin-
de eſſe, ac ſi neſcierit, ex Nauarro, & Leſſio al-
26 legatis; † tum quia accipiens maculam, aut proxi-
mi infamiam à leuibus, & non fide dignis non
tenetur, nec iureiurando interrogatus, eam indi-
ci exponere, vt apud omnes communiter video
receptum, ex P. Th. Sancio *de matrim. lib.* 3. *diſp.*
13. & à Io. Gutierr. *eod. tract. cap.* 59. *num.* 11. *&*
quaſt. can. cap. 11. *num.* 71. Sanctarel. *tract. de hære-
ſi. cap.* 9. *num.* 16. Mart. Bonacin. 1. *tom. de cenſur. diſp.*
2. *quaſt.* 6. *punct.* 1. *num* 13. & iterum *in vltimo tom.
diſp.* 6. *de onere denunc. puncto.* 1. §. 4. *num.* 1. *verſ. Hinc
ſequitur.*
27 Quæ concluſio primò declaratur, vt etiam
procedat, dum maculam, nec eius cauſam non
certè ſcimus, & interrogati de ratione ſcientiæ
nullam aut leuem oſtendere valemus,tum quia dum
ita ſcimus,non verè,nec realiter conſcij ſumus,cùm
ſcire propriè ſit veritatem viſu,vel alio corporis ſen-
ſu perceptum retinere, ſeu per cauſas, & primas ra-
tiones intelligere, ſecundùm Ariſt. lib. 1 poſter. &
adductos à Valençuela *conſ.* 25. *num.* 21. & qui dul-
cius eſt verè neſcit. *l. manifeſtiſſimi.* 22. § *ſin autem
neſcius* 2. *C. de furt.* Tiraq. *in l. ſi vnquam. in princip.
num.* 96. *C. de reuocand.* Menoch. *de arbitr. caſu* 75.
num. 7. Sarmiento *lib.* 2. *ſelectar. cap.* 10. *num.* 5. Aug.
28 Barboſa *Axiom.* 78. *num.* 4. *pag.* 50. † Tum quia, noſ-
metipſos exponeremus periculo leuitatis, & præ-
tenſorem damno, quod fortaſſis iniuſtè patere-
tur, reuelando contra eum, quæ verè & realiter
non ſcimus, Fr. Emman. Roderic. 1. *part. cap.* 79.
num 7. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 24.
num. 63. Lazario *de monitor. ſect.* 2. *quaſt.* 12. *num.* 2.
Campanil. *var. reſol. cap.* 15. *num.* 10. *verſ. Alios.* Vgo-
lin. *de cenſur. cap.* 48. §. 5. *verſ. Verùm, in fin.* Martin.
Bonacin. 1. *tom. diſp.* 2. *de cenſur. quaſt.* 6. *punct.* 1.
num. 12. *& iterum d. diſp.* 6. *punct.* 1. §. 4. *num.* 1. Aug.
Barboſa *de offic. Epiſc.* 3. *part. allegat.* 96. *num.* 66.
ad quod aduerte, non eſſe neceſſe agnoſcere pri-
mam maculæ cauſam, & originem, ſed ſuffice-
re,eam audiuiſſe à fide dignis, à ſuis maioribus, aut
communiter ab omnibus,quæ erit iuſta cauſa, & ra-
tio ad teſtimonium ferendum.
29 Secundò declaratur præcedens concluſio, vt
etiam locum habeat, dum teſtis maculam audi-
uit à fidedignis, ſed non meminit eorum, aut
ab ignotis, aut nihil certum ſcientibus, ex Va-
ler. Regin. loco citato, & aliis apud Bonacin.
d. quaſt. 6. *num.* 14. *& in d. diſp.* 6. *punct.* 1. §. 4. *ſub
num.* 1. *verſic. Tertio.* Auguſt. Barboſa *d. allegat.* 96.
num. 67. Licèt quoad primam partem circa ma-
culam auditam à fidedignis, quorum memoria
abeſt, vel qui ignoti ſunt, plurimùm dubitem
in puritatis cauſis, in quibus teſtimonia de au-
ditu, etiam ab ignotis, & oblitis prodeſſe poſ-
ſunt, ex infrà in 4. declarat. dicendis, maximè
iunctis veriſimilibus aliis, vt alibi dicam con-
tra Perezium de Lara volentem, quòd teſtes de
auditu puro plenè probent in puritatis cauſis,
etiam nulla ratione exhibita, nec auctoribus au-
ditus aſſignatis, licèt hæc ſecunda declaratio
intelligi poſſit in merè occultis, quam, veriſimile
eſt, non plenè poſſe probari.

Tertiò declaratur, vt ſi macula à Titio fuerit 30
audita, & aliunde eam non agnouerit teſtis, &
Titius fuerit circa idem examinatus, non tene-
tur de eo teſtificare, quia eius dictum nihil am-
plius probat, quàm Titij teſtimonium, ex Na-
uarro *in cap. inter verba*, *num.* 292. 11. *quaſt.* 3. Ia-
cob de Graſſis *in aureis deciſ. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 3.
Bonacina locis citatis in primo, *num.* 15. & in
ſecundo, *num.* 2. verſ. Reſpondeo negatiuè, præ-
cipuè ſi ſciat, aut probabiliter ſuſpicetur, Ti-
tium in examine tacuiſſe ſuam aſſertionem, quia
tunc in dubium mihi eſt, non teneri ad decla-
randum ſimile auditum, tum quia inutile in
fide eſt, cùm magis non probet, nec efficiat,
quam auctoris teſtimonium. Tum etiam quia ſe
exponit periculo leuitatis, & vt de eius fide du-
bitetur, ad quod nemo tenetur, ſubintellige ta-
men has declarationes prout infrà in 5. de-
clarat.
Quartò, declaratur prædicta tertia concluſio, 31
quòd licèt teſtimonium de auditu parum fidei, in
cæteris efficiat cauſis, tamen cùm probatio ma-
culæ maximè in opinione, fama, & auditu con-
ſiſtat, tenetur teſtis iuridicè interrogatus expo-
nere, quæ audiuit ab vno, ſeu à pluribus viris
fidedignis, vt ab eis veritas petatur, ſi adhuc
viuant, aut ſi defuncti fuerint, vt fidem effi-
ciat teſtimonium de auditu, vt docent plures
ex præcitatis Doctores, & teſtatur Martin. Bo-
nacina *in dict. quaſt.* 6. *punct.* 1. *num.* 13. *verſ. Vbi
eſt, & in dict. diſput.* 6. *de onere denunc.* §. 4. *num.* 1.
verſ. Secundo edicta, poſt medium; & dicam infra ſeq.
quæſt. §. 2. ex num. 22. cum ſeqq.
Quintò, intellige omnes prædictas declara- 32
tiones in ſpecie, qua loquuntur prædicti Docto-
res, nempe dum adeſt denunciandi obligatio ob
præceptum ſuperioris, ad cuius obedientiam om-
nes tenemur, quia tunc in prædictis cauſis, &
ſpeciebus tacendi, & non denunciandi ius eſt;
ſecus verò cùm à iudice vocatur, & iureiuran-
do teſtis interrogatur, qui debet omnimodam ex-
ponere veritatem eo modo, quo eam ſcit, vt expreſ-
sè volunt, & declarant omnia ſupradicta Nauarr.
citato loco *num.* 135. Auila *de cenſur.* 1. *part. cap.* 5.
diſp. 5. *dub.* 2. *concl.* 10. Sayr. *Clau. Reg. lib.* 12. *c.* 14.
num. 33. Lazar. *de monitor. ſect.* 1. *quaſt.* 20. *num.* 10.
& alij apud Sanctarell. *in tract. de hæreſi*, *cap.* 9.
num. 131. quos refert, & ſequitur Martin. Bonaci-
na *in d. diſp.* 6. *de onere & oblig. denunciandi*, *punct.* 1.
§ 4. *propoſ.* 2. *num.* 5. *verſ. Primum eſt.* † Quæ limitatio 33
ſi vera eſt, quoad puritatis materiam, de qua lo-
quimur omnino deſtruit omnia ſupradicta, cum
non agamus de obligatione denunciandi macu-
lam, ad quod rarò eam ſcientes tenentur, ſed de
veritate dicenda cùm iuridicè teſtis interrogatur,
qua in ſpecie ſecundùm prædictos non eſt ta-
cendi ius, ſed veritatem propalandi obligatio.
Sed nihilominus contrarium verius credo, nam
cùm adeſt reticendi extra iudicium obligatio,
adeſt etiam ſi cum iuramento iuridicè interro-
getur teſtis, vt poſſit amphibologicè tacere,
vt probaui ſuperiùs num. 3. Iuſta quidem cauſa
excuſat à reſponſione ſecundùm interrogantis
mentem, niſi in aliquibus ſpeciebus, in quibus
damnum ſequi ex teſtimonio non timetur, vt in
ſpecie 3. declarationis ſuprà poſitæ, & ſi quæ ſunt
ſimiles.
Nihilominus tamen inter denunciationem, & 34
teſtimonium plurimùm intereſt; nam ad denun-
ciationem duo copulatiuè requiruntur nempe

veritas & probatur, vt tenet Matt. Bonacina *d. diſp. 6. punct.* 1. §. 4. *num.* 4. *verſ. Tum quia denuncians*; teſtimonium verò veritatem tantùm requirit, ſecundùm *text. in l. eos.*4. *l. teſtium.* 14. *C. de teſtib.* & probant Nauarr. Auila, & cæteri proximè relati, quia denuncians calumniæ pœnas ſubit, ſi oppoſita non probet, *l.* 1. §. 1. *Ad SC. Turpil. cap.* 1. *& per totum tit de calumniat. cap.* 2. *cap. ſi quem.* 8. §. *notandum.* 2. *quæſt.* 3. & teſtis ſi veritatem dicat ad plus non tenetur, vnde licèt à denunciando defectus probationis excuſet, non ita ſemper à teſtificando, vt colligitur ex ſuprà
35 dictis maximè in 2. præmiſſo. † Ex quibus concludendum eſt, quoad ferenda teſtimonia, quòd ſi dictum teſtis aliquam iudicio eſt allaturum vtilitatem, & habeat ſcientiam certam, aut auditum cum ratione, & à fide dignis traditum, non ſub ſigilli naturalis obligatione teneatur omnino ad dicendam veritatem eo modo, quo eam ſcit; ſecus verò ſi teſtimonium afferre non poteſt commodum, aut res ſub ſecreto naturali noſcatur, aut ſi eius ſcientia ſine ratione, aut incerta à vilibúſve, & non fide dignis tradita, quia tunc ceſſat propalandi obligatio, vt ex dictis clarè colligitur.

36 Quarta concluſio, ſi teſtis priuatim ſciat prætenſoris deſcendentiam à relaxatis, ſiue reconciliatis, aut pœnitentiatis per ſanctum Officium, & hoc nouerit per ſacellum benedictum ex affixis in Eccleſiis, aut per aliam cauſam publicam, licèt per accidens ſit arcana, & communiter ignoretur, tenetur ſub iureiurando interrogatus
37 à iudice eam propalare, † tum quia affixio illa publicè ideò fit, vt notoria omnibus exiſtat pœnitentia, ſecundùm *text. in cap. fœlicis*, 5. *de pœnis, in* 6. Io. Zañez Parlad. *lib.* 1. *rer. quotid. cap. fin.* Perez de Lara *in d. cap.* 4. *num.* 124. *& ſeq.* & ſi deſcendentia illa ignoretur communiter, nihil eſt, ſed tantùm attendenda præcipua cauſa, quæ publica dicitur, non accidens, nec obliuio ex poſtfacto ſequuta ſecundùm Leſſium *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 11. *dub.* 13. *num.* 82. Azorium *inſtit. moral.* 3. *part. lib.* 13. *cap.* 6. *dub.* 8. Bonacina *de reſtitut. diſp.* 2. *quæſt.* 4. *punct.* 6. *num.* 4. Et per contrarium ſenſum P. Mol. *de iuſt. & iure.* 5. *tom. tract.* 4. *diſp.* 24. *num.* 8. *diſp.* 33. *num.* 8. vbi vult, quòd prætenſor moneri debet ſecretò de macula, ſeu defectu ſui generis, vt ſe abſtineat, quòd ſi non faciat detegi poteſt, ac debet, quanta cum minori illius iactura fieri poſſit, ſed prædicta monitio ſicut non ſemper tuta, ſic nec ſemper
38 neceſſaria mihi videtur. † tum etiam, quia communitati, ſeu tribunali magnum poteſt ſequi ex taciturnitate præiudicium, recipiendo ex defectu probationis maculatum, cui obuiare tenetur, vt colligi poteſt ex Doctoribus relatis ſuprà, & ex Soto de iuſt. lib. 3. quæſt. 4. art. 4. in corollario in fin. & expreſſius in noſtra ſpecie loquendo Petr. Nauarra d. lib. 2. de reſtit. cap. 4. num. 301. iunctis, quæ antea dixerat ſub num. 298. verſ. loquimur igitur,

39 Quinta concluſio, ſi prætenſor, & ſuum genus in actuali puritatis fuerit quaſi poſſeſſione ex actu poſitiuo iam obtento, & quis maculam ſecretò norit, poterit eam tacendo prætenſorem dicere purum, cum tuta poſſit conſcientia ſequi veritatem rei iudicatæ, & deponere contrariam, quam priuatim nouit, & quia ille, & ſuum genus in quaſi poſſeſſione ſunt puritatis, à qua ex paucorum ſcientia priuari non debet, *arg. l. liberis.* 7. §. *fin. de liber. cauſa.* Bald. *in l. non ignorat, num.* 10. *C. de his qui accuſ. non poſ. & conſ.* 351. *num.* 2. *vol.* 1. & quia manutentio officij, quod haberi niſi à puris non poteſt, eſt magnum puritatis fundamentum, vt dixit Rota apud Io. Baptiſt. Coccinum *deciſ.* 68. *num.* 12. *&* 13. Aliter atque erit, ſi ſcientia maculæ publica fuerit, aut pluribus conſtet, itaut veriſimiliter poſſit probari, quia debet tunc veritatem, quam ſcit declarare, cùm effectum ſortiri poſſit teſtimonium, & ſententia lata non verè tranſierit in iudicatum, niſi quoad contrarium probetur, vt ſuo loco dicam.

Sexta concluſio, ſi prætenſor, & ſua familia fuerint conſtituti in vera quaſi poſſeſſione puritatis, quia tres actus poſitiuos in legitimis adquiſitos habent tribunalibus, qui ex noſtra pragmatica rem efficiunt iudicatam, poterunt teſtes maculam quomodocumque notam tacere, & eos puros declarare, intelligendo ſecundùm effectum dictæ pragmaticæ, & rei iudicatæ, & iuris indelebilis, quod adquirunt, dummodò omnes actus poſitiui comprehendant lineas maculatas, vt dicam infrà 2. part. quæſt. 4. aliàs quidem aliud dicendum eſt. Sicut dum macula, aut defectus acquiſitus & ortus fuit poſt obtentos prædictos actus poſitiuos, ad ea quæ diximus ſuprà quæſt. 4. §. 4. ex num. 149. cum duobus ſeqq. quia tunc aliud dicendum eſt. 40

Septima concluſio, ſi familia prætenſoris ſit in communi puritatis reputatione & fama, conſtituta abſque vllo actu poſitiuo, & teſtis noſcat maculæ cauſam, eſt tamen dubius, an ſint alij, qui eam ſciant, & plenè probari valeat, & prætenſor bonis ſit præditus moribus, ex cuius admiſſione nullum communitati veriſimilior timeri poteſt damnum, ſequi valebit communem puritatis opinionem, & ſuam ſpecialem deponere ſcientiam, & illius intuitu prætenſorem purum declarare, ita vt ex propoſito in mente retento mendacium non dicat, pro qua concluſione facit doctrina Soti *de iuſt. lib.* 3. *quæſt.* 4. *art.* 4. *in fin.* licèt hodie, cùm tres ſententiæ puritatis ius reale generi adquirant, & conſtituant rem iudicatam, damnum ſequi poteſt notabile communitatibus ex hac admiſſione, & magis dubia reddi hæc concluſio quare ea parcè in praxi vtendum eſt 41

Octaua concluſio, ſi in eadem caſus ſpecie, prætenſor inquieti, & eleuati animi fuerit, prauiſque præditus moribus, ex cuius receptione notabilia damna communitati veriſimiliter ſequi poſſunt, debet maculam quomodocumque notam exponere ſimul cum prauis prætenſoris moribus, quia damnum quod inde communitati minatur graue eſt, cui occurrere, & communitati ſubuenire tenetur, ſecundùm Syluestrum *verb. Secretum, ſub num.* 1. Nauarr. *cap.* 58. *num.* 53. Mol. *de iuſt. tom.* 4. *tract.* 4. *diſp.* 5. *num.* 6. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 24. *num.* 122. Iac. à Graſſ. *de caſib. reſeruat. lib.* 1. *cap.* 36. *num.* 10. & alios communiter. 42

Nona concluſio, nemo tenetur cum magno, & graui ſuo, aut ſuorum præiudicio maculam, quã ſcit, declarare, vt ſi conſanguineus ſit, & proprium defectum detegere cogatur, ad quod non tenetur, aut ſi macula eum non tangit, ſed immineat timor mortis, aut alterius maximi periculi, aut tumultus & ſeditiones inter conſanguineos, quibus tacẽdo iure occurrere poteſt, ex communiter recepta ſententia penes Couarr. *in pract. c.* 18. *n.* 7. Nauarr. *c.* 25. *n.* 50. Marc. Ant. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol. cap.* 1. *num.* 6. Soto *de ratione detegend. ſecretum, memb.* 2. *q.* 7. *dub.* 5. Leſſio *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 30. *dub.* 6. *ſub num.* 50. *verſ. Sexta* 43

ta

to. Azor. *inſtit. moral.* 3. *part. lib.* 13. *cap.* 27. *dub.* 6. Vincent. Filliuc. *in* 8. *præcept. tract.* 40. *cap.* 8. *num.* 130. *verſ. Quinto.* Mart. Bonacina *diſp.* 10. *ad* 8 *præcept. quæſt.* 3. *punct.* 3. *propoſit.* 1. *num.* 8. *& diſp.* 6. *de onere & obligat. denunc. punct.* 1. § 3. *num.* 1. *in nouiſſimè editis, in fine vltimi tomi.* Aug. Barboſ. *de offic. Epiſc.* 3. *part. alleg.* 96. *num.* 70. qui etſi loquantur in denunciatione eadem eſt ratio in teſtimonio ferendo ex ratione in initio huius §. propoſita, & ita expreſsè aſſerit Mart. Bonacina *in d. punct.* 3. *num.* 8. *de iudic. publ.* licèt rarò ſequantur prædicta damna ex teſtimonio in puritatis cauſis, quia omnia arcanè fiunt, aliquando tamen ex circumſtantiis timeri poſſunt, & procedet concluſio.

44 Decima concluſio, ſi ſecretum nouerit ſub ſigillo naturali, aut ex conſilio, auxiliòve ſibi petito, non poteſt iuſta detegendi in iudicio cauſa adeſſe etiam interpoſito iureiurando, licèt interueniat damnum proximi, ſeu communitatis, eſto ſit aduerſus quoſdam ex citatis Doctoribus, vt optimè docent Bar. & communiter DD. *in l.* 1. *de præuaricat.* Ang. *in tract. malefic. in verb. falſario, num.* 49. Boſius *in tract. crim. de carcer. fideiuſſ. relaxat. num.* 30. Proſp. Carauit. *in rit. magnæ Curiæ, ritu.* 3. *num.* 14. & allegati à Menoch. *d. cent.* 6. *caſu* 537. *num.* 2. Lazar. *de monitor. ſect.* 2. *quæſt.* 16. *per totam, maximè à num.* 9. *cum ſeqq.* docéntque ex Corduba, Nauarro, & Petro Nauarra Leſſios *d. dub.* 6. *ſub num.* 14. *verſ. Secundo.* Soto *de tegendo ſecreto. memb.* 2. *quæſt.* 7. *concl.* 4. Vinc. Filliuc. *in quæſt. moral. d. tract.* 40. *cap.* 8. *num.* 230. vbi ait, quòd dum vertitur damnum totius Reipublicæ reuelare tenetur, Mart. Bonacin. *d. diſp.* 10. *in* 8. *præcept. quæſt.* 2. *propoſit.* 1. *num.* 6. *& d. diſp.* 6. *de onere & oblig. denunc.* §. 5. *num.* 1.

45 † Etſi igitur receptum ſit, quòd dum communitatis damnum, ſeu proximi vertitur, ſecretum naturale detegi poſſit, intelligendum tamen eſt de grauioribus damnis, quæ communitatibus ſequuntur ex infecti receptione, maximè, quia vt præſuppoſitum extat, veriſimile eſt, quòd maculæ probatio plena non ſit habenda, & teſtimonium erit inutile, & ſi probari poſſit, non tanti communitatis damnum eſt habendum, vt per illum naturale frangatur ſigillum. Quare ſi amicus, Theologus, aut aduocatus maculam nouerint ex conſilio, vel auxilio eis petito, & poſtea à iudice interrogentur, taceant ſcientiã prædictam, & ſi idem aliunde ſciant, palàm faciant, ex citatis, niſi rei ſtatus, & periculi magnitudo aliud prudenti ſuadeant, dum verò non habet cauſam iuſtam celandi maculam, de qua per iudicem interrogatur legitimè, veritatem fateri tenetur, etiamſi promiſerit cum iuramento ſecretum ſeruaturum, quia iuramentum non tollit obligationem dicendi veritatem, cum aliàs vinculum eſſet iniquitatis, quæ eſt communis ſententia ex D. Th. 2. 2. *quæſt.* 70. *art.* 1. *ad* 2. Reginald. *lib.* 24. *num.* 159. Sanchez, Suarez, Layman, Filliuc. apud Bonacin. 2. *tom* 2. *præcept. diſp.* 4. *de iuram. quæſt.* 1. *punct.* 4. *num.* 3. *& de reſtit. diſp.* 2. *quæſt.* 2. *punct. vn. num.* 9. *verſ. Et hoc valet primo.*

46 Vndecima concluſio, ſi prætenſori falſa opponantur deſcendentia, ſeu iniuſta macula à maleuolis inimicis, ſeu cum errore, aut æquiuocatione, qua honoris aſſequutio detinearur, & quis ſciat veram deſcendentiam & puritatem, & erroris cauſam, qua detecta prætenſor ſuum aſſequetur honorem, tenetur non tantùm vocatus & iuridicè interrogatus, veritatem oſtendere, ſed etiam non vocatus ſponte ſe offerre ad eam aperiendam, & eripiendum prætenſorem à ſimili conflictu, & iniuria, abſque ſui læſione, maximè ex charitate, qua tenemur proximi innocentiæ, & honori conſulere, ſecundùm D. Thom. 2. 2. *d. quæſt.* 70. *art.* 1. *ad* 2. vbi Caietan. & Salin. *controu.* 2. & cæteri expoſitores Nauarr. *in d. cap.* 25. *num.* 47. Azor. *d. lib.* 11. *cap.* 31. *dub.* 4. Leſſius *d. cap.* 30. *dub.* 6. *num.* 44. Sayt. *Claui Reg. lib.* 12. *cap.* 10. *num.* 29. Perr. Ant. *in quæſt. canon. de monitor. quæſt.* 11. *ſect.* 3. *num.* 4. *&* 5. Ant. Fernand à Cordoua *inſtruct. de confeſſ.* 2. *part. cap.* 82. *num* 8. & Vincent. Filliuc. citato loco *cap.* 8. *num.* 229. vbi ait, quod ſi proximus iniuſta laboret infamia, quiſque ſponte tenetur teſtimonium ferre ad eum eripiendum, & alij plures, quos adducit Martin. Bonacin. *in tract. de homicid. quæſt. fin. ſect.* . , *punct.* 11. *num.* 3. *&* 4. *& diſput.* 10. *circa* 8. *præcept. quæſt.* 3. *punct.* 3. *propoſit.* 2. *num* 10. & è noſtris docent Ludouic. à Param. *de orig. inquiſit. lib.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 50. Alphonſ. Narbona *in l.* 82. *gloſſ.* 5. *num.* 43. *& ſeq. tit.* 5. *lib.* 2. *recop. pag.* 259. P. Thom. Sanc. *conſ. moral. lib.* 6. *cap.* 5. *dub.* 1. *num* 4.

Decima ſecunda concluſio, maior obligatio 47 teſtificandi circa puritatem interuenit; dum teſtes interrogantur vigore ſpecialis ſtatuti, quàm ſi ex iure communi, nam etſi vtroque caſu deponere veritatem debeant, tamen ex diuerſitate iurium, cauſarum, & finis, quibus interrogantur, eſt diuerſa reſpondendi obligatio, nam ſtatuta requirunt puritatem indefinitè in omnibus aſcendentibus propter ſpecialem rationem, & finem, & eo in ſenſu tenentur teſtes reſpondere; ius verò commune certos ſignat gradus, extra quos quilibet purus iudicatur ad obtinenda munera illo conceſſa iure: atque ideò dum teſtis interrogatur de puritate ad ordines ſuſcipiendos, ad beneficia obtinenda, ad perpetuam rei memoriam, & ad ſimilia, non tenetur reſpondere de puritate in rigore, ſed ſecundùm requiſitam ex iure communi, vt dixi ſuprà quæſt. 4. §. 4. illat. 4. & dicam infrà quæſt. 14. §. 4. ex num. 29. cum ſeqq. Ex quo multi, qui teſtimonium diuerſum proferunt in informationibus ſecretis vigore rigoroſi ſtatuti, ac dixerunt in aliis publicis informationibus ex iure communi tueri poſſunt à peccato, contrarietate & periurio, cùm diuerſitas teſtimonij à diuerſitate cauſarum oriatur, quod damnabile non eſt, immò honeſtè, & iuſtè procedit, dummodò animus proferentis rectus ſit, & à peccati vacet cogitatione, vt latiùs etiam in d. quæſt. 14. § 4.

Decima tertia concluſio, teſtes interrogati de puritate tenentur, quod nouerint declarare, & nullum relinquere dubium in ſuo teſtimonio, & eo modo exponant, quo ſciunt, & cum ratione ſcientiæ, etiamſi de ea non interrogentur, ſi ex auditu, aut publica fama, aut de certa deſcendentia à conuerſis, ſeu damnatis per ſanctum Officium, ita exprimant, nec partes iudicum ſumant, nec iudicent an vera ſit fama, quæ pro macula eſt, an non, vt dixit Perezius de Lara *in d. c.* 4. *num. fin.* quia etſi auditus tantùm fuerit, eum exponere debent, ſicut veram famam, vt dicam in ſeq. quæſt. §. 2. num. 22. & ſeqq. ſi verò famam non veram iudicent, ita exponere debent, cum rationibus & cauſis quas ad ſic iudicandum habent. 48

Decima, quarta, & vltima concluſio, in ſpeciebus 49 prædictarum concluſionum, in quibus diximus teſtes ad veritatem dicendam teneri, ſi fuerint legitimè interrogati, & eam celauerint, indubiè lethaliter peccabunt, & quandoque ad reſtitutionem tenebuntur, maximè cùm obligatio oritur ex iuſtitia, ſecus ſi ex charitate tantùm, vt communiter tenent Doctores ex Salin. 2. 2. *quæſtione* 70. *controuerſ.* 3.

concluſ.5. Leſſio lib.2. de iuſt.cap.30.dub.7.Nauarr. in ſumma cap.25.num.4. Filliucio tract.32. de iuſt. & reſtit.cap.3.num.77. & cap.8.num.196. & Syluest. Soto, & Caiet. Valenç. Reginald. & Tolet. ad hoc adductis à Mart. Bonac. d.diſp.10. de accuſat. quæſt.3. punct.3. propoſ.4. num.15. teſtes verò legitime interrogati de iuſtitia veritatem dicere tenentur, vt dicam infrà illat 3. ſub n.59. non tamen teſtis, qui ſemel eorā iudice negauit veritatem, tenetur iterum ſe eidem offerre ad illam propalandam, ſed ſufficit, ſi damna ſatisfaciat, quia præceptum dicendæ veritatis eſt tranſiens, & durat ſolùm dum iudex interrogat, ſecundum P. Th. Sanch. lib.3. decalogi cap.7. num.8. Pa. Laym. lib.3. Theolog. mor. tract.6. cap.5. ex num.3. Bonac. 2.tom. ad 8. precept. diſp.10. quæſt.3. punct.2. num.8. & punct.3. num.17. Diana de reſol. moral. 26. tract.1. miſcell. quo plurimum dubito, dum aliter reſtitutio fieri non poteſt, niſi contrarium coram eodem iudice fatendo, vt in cauſis puritatis, in quibus alia ſatisfactio condigna eſſe non poteſt, oi contrarium dicendo coram eodem iudice, quod fateri debent iidem DD. cùm dicant, damna ex falſo teſtimonio omninò eſſe reſarcienda, quod fieri debet modo poſſibili, & ſic dicendo contrarium coram eodem iudice, dum aliter damnum reſarciri oon poteſt, quod generaliter loquendo docet Paul. Laym. cap.4. num.8. verſ. His adde, citato loco.

50 Ex quibus conſtat, oullum eſſe dubium circa incurſum peccati mortalis, ſi ſcienter, aut eum ignorantia inuincibili, quod propalare tenetur, ſecundùm DD. communiter, & Pet. Nauarra de reſtit. lib.2. cap.3. num.250. cum ſeqq. præter alios plures adductos à Mart. Bonac. ad 8. precept. diſp.10. quæſt.3. punct.3. n.15.
51 † quia apertè mendacium cum periurio committit, quod nunquam licet, quacunque etiam iuſta cauſa exiſtente, cùm intrinſecè malum ſit, ſecundùm D.Th. 2.2. quæſt.100. art.3. D. Aug. in Pſalm.5. in verſ. Perdes omnes qui loquuntur, relatum in cap. ne quis 14. 22. quæſt.2. Sayr. Claui reg. lib.12. cap.2. num.82. Nauarr. in cap. humanæ aures, 21. quæſt.5. Leſſium de iuſt. lib.2. c.47. dub.6. Licèt tacere aliquando liceat ex gloſ.1. in d. cap. Nequis, etiamſi iuſiurandum interueniat, noo qui-
52 dem ſimpliciter negando, quod ſcimus, † quia mendacium interueniet, cùm ſit aduerſus veritatem, quod verè ſcitur, noſci negare, ex D. Aug. lib.1. contra men-
53 dacium. cap.41. D.Th. citato loco, art.1. † qoare ſi iureiurando adiecto, & iudice interrogante, veritatem directè quis taceat, verè periurus, & falſus dicitur, & iure velut talis punitur l. presbyteri, 8. verſ. ſi forte, ibi, vera ſuppreſſerint, vbi communiter DD. præcipuè Bart. num.1. itidem Caſtrenſ. & Bald. num.7. C. de Epiſc. & cleric. cap.1. in fin. vbi etiam, commoniter DD Abb. num.1.3. & 4. Anchar.3. Hoſtienſ.6. in verb. occultat. Annan.4. Matian. Socin.2. & 3. iuncto n.44. verſ. Et eſt aduertendum, & 45. & ſeq. de crim. falſi. Tib. Dec. tract. crim. tom.1. lib.6. cap.10. num.30. And. Tiraq. de pœnis tempor. cauſa 44. num 15. cum ſeqq. Menoch. de arbitr. lib.2. caſu 310. num.14. Maſch. de probat. lib.1. quæſt.5. num.70. & ſeqq. Peña in direct.3. part. comm. 111. verſ. Falſum autem, & aliis relati ab Aug. Barboſ. de officio Epiſc. alleg.50. num.24. col.68. & Farin. de teſtib. quæſt.67. num.220. & 227. vbi magis ſpecificè in
54 noſtra loquitur ſpecie. † Sed dum iuſta cauſa tacendi adeſt, debet amphibologia vti, in mente retinendo qualitatem, qua exiſtente verum ſit, quod profertur, ſecundùm adductos à P.Th.Sanc. in decalog. lib.1. c.7. per totum. Valentia 2. num. diſp.5. quæſt.13. punct. Mart. Bonac. de iuram. diſp.4. quæſt.1. punct.12. per totum.

55 Ex quibus primò infertur, quòd ſi teſtis abſque iureiurando præſtito falſum aſſerat, ſeu veritatem, quam ſcit, celet, delictum falſi committere, & ordinaria eſſe plectendum pœna, vt reſoluunt Felio. in cap.3. num.5. de teſt. cog. Iaſſo in repet. l. admonendi, num. 223. de iureiur. Dueñas reg.153. ad fin. Iul. Claro, §. falſum, num.11. Cenedo in collect. ad Decretal. collect.139. num.3. Hortenſ. Caualcan in tract. de teſt.3. part. n.56. Salcedo ad Bern. Diaz in pract. crim. can. cap.96. verſ. Quintò, in nouiſſimis, Aug. Barboſ. poſt omnes d. alleg. 50. num.26.

Secundò infertur verus intellectus ad text. in l. 56
nullum, 14. ibi, quorum voces falſitate, vel fraude non carere perſpexerint. C. de teſt. & quæ ibi adducunt, Bald. num.3. in 2. notab. Salic. n.2. Io. Sicul.3. exinde colligentes, quòd teſtes, qui dicunt mendacium, propriè dicuntur falſi, qui verò tacent veritatem fraudulenti vocantur, qnos refert, & ſeqoitur Farin. citato loco num.233. vt intelligantur, verum dicere, quoad ſecundam partem diſtinctionis, dum teſtes veritatem celantes amphibologia, ſeu circuitu vtuntur, quo attento mendacium non proferant, ſecundùm communem ſententiam de qua P.Th.Sanc. citato loco n.12. 14. & 22. Suarez de iuram. lib.3. cap.11. à n.4. Valencia, & Bonacina locis paulò ſuperiùs citatis, & ideò falſi dici non poſſunt, ſed fraudulenti tantùm, cum
fraude vtantur, vt mendacium excludant, † quibus 57
amphibologiis vti non poſſunt, oi ex iuſta cauſa, aliàs mortaliter peccant, ex Soto de iuſt. quæſt.1. art.1. circa ſolut. ad 4. verſ. Quod ſi rurſus, & verſ. Hactenus de his. Philiarch de offic. Sacerd. tom.1. part.2. lib.3. c.14. paulò poſt princ. Leſſio de iuſt. lib.2. cap.52. dub.9. n.48. Sayr. Claui reg. lib.5. cap.4. num.25. & D. Io. Sanc. Abulenſ in ſelect. & pract. diſp.35. num.1. & 3. & eſt communis ſecundùm P.Th. Sancium, d. lib.3. in Decalog.
cap.7. à num.1. Bonacina citato loco num.2. † Si verò 58
ita negent veritatem, vt ſimul mendacium dicant, dicendo neſcio, cum verè ſciant, falſi verò dicuntur, quia falſum quod eſt, ſicut verum iureiurando exprimunt, in quo falſitas conſiſtit, qui etiam periuri exiſtunt, deficiente verò iuramento falſi tantùm dicuntur, atque ita loquuntur DD. allegati ab eodem Farinac d. n.127. vbi expreſsè aſſerit hac in ſpecie falſitatem committi, in vtroque autem caſu peccatum lethale gignit tacere veritatem, vt omnes communiter fatentur, & comprehenditur in quacumque diſpoſitione, ſeu ſtatuto contra falſos, & ſimiliter qui mendacium amphibologicum proferunt quoad forum exterius, à quo interiora non attenduntur, nec propoſitum in mente retentum aliquid operatur ſecundùm text. in l. repetendi, 7. vbi DD. C. de condict. ob cauſam l. ſi maiorem, 25 l. cum donationis, 34. C. de tranſact. cum ſimilibus. Atque ideò nullo pacto procedit opinio P.Th.Sancij. 3. ſumma c.6. n.15. aiētis poſſe quemlibet, vti amphibologia confabulando cum aliis extra iudicium, & cùm ſolus adeſt, nec ideò dici mendacem, nec perperum, quod quidem anſam præbet multis fraudibus, & peccatis, & DD. quos citat loquuntur, dum adeſt iuſta cauſa in iudicio, quæ extra adeſſe non poteſt, cùm nemo tunc iurare cogatur, & ſic deficiendo cauſa, quoeumque ſit, aderit peccatum & periurium, quod mihi dubium non continet, nec quod prædicta opinio maximè ſuſpecta ſit.

Tertiò infertur, quando tacens, ſcienter verita- 59
tem in iudicio teneatur ad reſtitutionem damnorum exinde prouenientium, nam ſi exiſtat iuſta cauſa tacendi nulla reſtituendi obligatio, ſicut nec peccatum, oritur: ſi verò abeſt, vtrumque naſcitur, quia interrogatus iuridicè veritatem dicere ex iuſtitia tenetur, ex cuius violatione prouenit reſtitutionis obligatio, de quo nemo dubitabit, vt dixi ſuprà quæſt.6. §.5. illat.7. vbi ſimiliter

oſtendi,

oſtendi, an ex culpa veniali oriatur reſtituendi obligatio, quoad verò teſtem tacentem, latè diſſerit Mart. Bonacin. 2. *tom. in decalogi precept. diſp.* 10. *q.* 3. *punct.* 3. *propoſit.* 4. *per totam*, qui alios citat. Et ſi non deſint, qui aſſerant, teſtem iuridicè interrogatam tacendo veritatem ad reſtitutionem non teneri, inter quos ſunt Vilalob *tom.* 2. *tract.* 12. *diffic.* 1. *num.* 12. Io. de la Cruz *in direct. part.* 1. *pr.* 8. *art.* 4. *dub.* 1. *concl.* 3. Syluio. 2. 2. *quæſt* 71. *art.* 1. *quer.* 2. *concl.* 6. Pitigian. *in pract. crimin. part.* 2. *cap.* 6. *lib.* 191. quos ſequitur Diana *reſol. moral.* 3. *part. tract.* 5. *miſcel. reſol.* 101. quia non tenetur ex commutatiua iuſtitia veritatem dicere, ſed tantùm ex charitate & ex obedientia & iuſtitia legali debita iudici præcipienti. Sed quod maius delirium? Illa quidem iuſtitia legalis, ratione cuius teſtis veritatem dicere tenetur nónne magis reſpicit ad iura partium tuenda, quàm ad aliud itavt ob hoc publicè interſit, ne probationes pereant; *l. curent.* 20. *de teſt.* & qui negando, dum fateri tenetur, hoc iure partem priuat, non tenetur ratione iuſtitiæ commutatiuæ? Quare verius hanc ſequuntur Malderus 2. 2. *pract* 6. *cap.* 2. *dub.* 9. §. *duo tertio.* Torrian. 2. 2. *diſp.* 52. *n.* 1. & Azor *part.* 3. *lib.* 13. *cap.* 27. *dub.* 4. & ſatis probabilem vocat Diana & veriorem Bonacina locis citatis, & patet veritas, nam teſtis iureiurando promittit dicere veritatem, iureiurandum verò promiſſorium producit obligationem iuſtitiæ commutatiuæ, ſicut quilibet alius contractus Guttierr. 1. *part. de iuram. confirm. cap.* 34. *num.* 1. *in fin.* Sarmiento *lib.* 1. *ſelect. interpret.* 3. Fortun. Garcia *in cap.* 1. *ex num.* 100. *extra de pact.* Forcat. *dialogo.* 53. contra alios non rectè ſentientes, igitur teſtis ratione iuramenti promiſſorij tenetur dicere veritatem ex iuſtitia commutatiua, & ſic eam non dicendo, ad reſtitutionem tebitur, ita præter relatos, ex D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 70. *art.* 4. Filiuc. *tract.* 40. *cap.* 8. *quæſito.* 9. *num.* 252. Mart. Bonacin. *ad.* 8. *precept. decalogi, diſp.* 10. *quæſt.* 3. *punct.* 3. *ſub num.* 9. *in nouiſſima impreſſione*, Sayr. *Claui reg. lib.* 12. *c.* 20. *num.* 29. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 24. *n.* 163. & 166.

60 Quartò infertur, quòd teſtes, non tantùm tenentur veritatem dicere, ſed etiam alias circunſtantias adimplere, ad quas ſui muneris ratione tenentur, vt eſt ſeruare ſecretum ſui teſtimonij, & interrogationum factarum à iudice, quod promittunt aliquando expreſsè, ſub interpoſito iureiurando, aliàs tacitè, attenta diſpoſitione, aliter enim quaſi falſi puniri poſſunt, ſecundùm *text. in l. qui falſo*, 16. ibi, *vel vtrique parti prodiderint*, vbi gloſſa interpretata eſt, id eſt, *reuelauerunt teſtimonia ſua, de teſtibus*, *l. nullum* 11. *C. eod. gloſſa in l. minimè, de legib.* Roman. *conſil.* 346. *n.* 12. Hipolit. *in Rub de probat. num.* 188. Tib. Dec. *tract. lib.* 7. *cap.* 17. *num.* 15. *in verſ. vel ſi ſecreto*, teſtimonium dixerunt, ac deinde illud reuelarentur. Proſper Caraceſta *in ritus magne Curiæ ritu*, 3. *n.* 5. Menoch. *d. caſu.* 537. *n.* 35. & nouiſſime docent P. Ioſephus Aldrete

61 *de religioſa diſciplina tuenda lib.* 1. *c.* 10. *n.* 14. † dicens, quòd ſaltim pœna extraordinaria arbitraria puniri poteſt teſtis reuelans ſuum teſtimonium, & factas interrogationes, & Alphonſus Narbona *in d. l.* 82. *gloſſ.* 4. *n* 45. *tit.* 5. *lib.* 2. *recop. pag.* 252. quod maximè procedit in cauſis puritatis, in quibus teſtis publicandi numquam veniunt, & ſub iureiurando, aut ſaltim fide præſtita promittunt ſecretum ſeruaturos, & ideò ad reticendum ſtrictiori adſtringuntur vinculo ex ſuperiùs & alibi dictis.

§. II.

An generis macula per teſtes de viſu probari valeat, & quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Origo, & deſcendentia à Iudæis probatur per teſtes. Et an de viſu hodie poſſint eſſe*, num. 2.

3 *Teſtes, qui agnouerunt alicuius aſcendentes diuertiſſe à fide Catholica, & obſeruaſſe legem ei contrariam, probant ſimul cum obſeruatione maculam ſuorum deſcendentium*, & n. 4.

Producti in vno iudicio, non proſunt in alio, num. 14.

Examinati in alio iudicio, ſi adhuc viuant repeti debent, vt probent in cauſis puritatis, n. 40.

4 *Radice probata probantur effectus, & ſi eſt infecta, infecti ſunt qui ab ea deſcendunt.*

Effectus manent manente cauſa, ibid.

5 *Teſtimonia antiqua Sancti Officij de crimine contra fidem, an, & quando probent maculam deſcendentium ab eis*, & numeris ſeqq.

Si ex eis itum eſt in ſententiam, res dubio caret, n. 6.

Dubium verſatur, an ſi nulla fuerit lata ſententia prædicta nuda teſtimonia probent contra deſcendentes. Negatiua ſententia, ex n. 8. cum ſeqq.

Contraria velut verior eligitur à numero 16. & ſeqq.

Qui eam defendant, num. 33. *Contrariis ſatisfit*, num., 8.

6 *Res iudicata verum efficit, & nocet deſcendentibus omnibus, iura ſanguinis adimit, & ius quoad omnes conſtituit.*

8 *Arceri deſcendentes ab honoribus ſuorum aſcendentium pœna eſt.*

9 *Delictum extinguitur & pœna defuncto ante ſententiam non delinquente.*

10 *Delinquens criminoſus nec infamis ante ſententiam eſt, nec dicitur.*

11 *Acceſſorium ex principali regulatur.*

Cauſa prima ſalua, & ſalui ſunt prouenientes ab ea, ibid.

12 *Infamis vt quis dicatur, ſententia requiritur, etiam in crimine hæreſis.* n. 13. *Contrarium*, n. 21.

15 *Teſtimonia non probant, ſed teſtes, explicatur*, n. 38. & 39.

16 *Sententia & probationes in crimine hæreſis æquiparantur.*

17 *Obſeruationes hæreticæ probatæ arguunt quemlibet obſeruatorem illius hæreſis.*
Cauſa probata probantur effectus, ibid.
18 *Pœna ipſo iure impoſita ſententiam requirit, non circa delictum, ſed quoad modum & formam executionis*, n. 19.
Lex, quæ præſumit, aut pœnam ipſo iure imponit, ſententia eſt, ibidem ſub. num. 18.
20 *Facinus non ſententia coinquinat hominem.*
21 *Hæreticus occultus ſine ſententia an infamis*, & n. 22.
Vbi quòd eſt irregularis.
24 *Filij ex probationibus hæreſis patris ſine ſententia inhabiles ſunt.*
25 *Hæreticus probato delicto infamis.*
Radix inhabilis excludit prouenientes ab ea, ibid.
Radice ſublata tollitur radicatum, ibid.
26 *Infamia iure canonico irrogatur ex ſolo crimine.*
27 *Probatio ex viſu potentior quàm auditus.*
28 *Ratio maior eſt excludendi filios hæretici quàm conuerſi de nouo ad fidem*, & n. 30.
29 *Probatio maculæ non tam dirigitur circa crimen maiorum contra fidem, quàm circa eorum religionem.*
31 *Deſcendentes veri hæretici non debent eſſe melioris conditionis, quàm deſcendentes conuerſi.*
32 *Filij hæreticorum iure ſunt inhabiles, conuerſi & eorum geniti fauoribus proſequuntur.*
34 *Probationes per euidentiam facti, aut per confeſſionem requiruntur, vt filij hæreticorum puniantur ex delicto patris, contrarium*, n. 35. & 36.
35 *Probationes dum requiruntur verificantur in legitimis & ordinariis.*
Idem eſt probare delictum per teſtes, ac per confeſſionem, etiam ſi euidens & concludens requiratur probatio, ibid.
41 *Tot teſtes requiruntur ad probandum maculam in noſtra ſpecie, quot requiruntur ad principale delictum probandum.*
42 *Filij hæretici defuncti apud exteros hæreticos licèt non patiantur iuris pœnas, expelluntur ex noſtris ſtatutis, atque etiam filij hæretici relapſi conuerſi*, numero 56.
43 *Filij ſuſpecti de hæreſi non incurrunt pœnas*, declaratur, ibid.
44 *Clericus ſuſpectus de hæreſi an amittat beneficia.*
45 *Filius ſponte patrem hæreticum reuelans licèt pœnas euadat, ex noſtris excluditur ſtatutis.*
46 *Filij relapſi pœnitentis relaxati, & combuſti pœnis ſubiiciuntur.*

PRIMO igitur pro certo ſupponendum eſt, quòd per teſtes rectè probatur origo & deſcendentia à Iudæis, Mahometanis, & hæreticis, velut ſi aſſerant vidiſſe, & cognouiſſe aſcendentes, ſeu eorum aliquas obſeruaſſe Moyſi antiquam legem, ſeu Mahometi ſectam ſpurciſſimam, aut hæreticorum errores. 1 † Et licèt hodiè in noſtra Hiſpania videatur non poſſe probari deſcendentia à Iudæis, nec Mauris per teſtes de viſu, cùm ab ea expulſi fuerint Iudæi non conuerſi ad fidem Catholicam ab hinc centum triginta & ſex anni Mahometani verò centum, & viginti ſex, ex computo prout annos refert Lud. à P Paramo *de orig. lib. 2. tit. 2. cap. 6. num. 13. & 16.* & conſtare videtur *ex l. 2. tit. 1. lib. 8. recop.* Garibay *lib. 19. cap. 1. fol. 13. & 72.* Io. à Roxas *ſing. 37. num. 4.* Acebed *in l. 2. num. 42. tit. 2. lib. 8. recop.* Greg. *in l. 1. gloſſ. viuieſen, tit. 24. part. 7.* Hieron. Zurita *in annal. Arag. tom. 5. lib. 1. cap. 6.* Genebrard. *In Chronographia, lib. 4. pag. 399.* Picus Mirandul. *lib. 1. aduerſus aſtrologos cap. 12.* Bart. Carrança Archiep. Tolet. *in ſumma parua concilior, ad cap. 3. Concilij 6.* Tolet. *repertor. inquiſit. verb. Iudæus, verſ. ſed an poſſint Iudæi expelli*, cuius temporis memoria ex viſu hodie nemini eſſe poteſt, (non loquor de auditu, poſtea in §. 4. acturus de eo) tamen dupliciter euenire poteſt, quòd ſint teſtes de viſu, & cognitio aſcendentium obſeruantium legem Moyſi, ſeu Mahometi ſectam. 2

Primò ſi cognouerint, aſcendentes alicuius diuertiſſe à fide catholica poſt prædictas expulſiones, & obſeruaſſe aliquam hæreſim, legem aut ſectam Chriſto contrariam, probant illam obſeruationem, 3 Vt notum iure eſt, & probatur *in cap. vt officium 11. §. verum, in princ. & in cap. accuſatus, 8. §. licèt, de hæret. in 6. cap. cum ad ſedem, 15. §. nos prioris*, vbi *gloſſ. de reſtitut. ſpoliat.* Zanchin. *in tract. de hæret. cap. 12. num. 1. verſ. ſecundo modo*, Iac. Simanc. *de cathol. inſt. cap. 64. per totum, & in enchirid. tit. 35.* Peña *in director. 3. part. comm. 111. & ſeqq.* Ioſ. Maſch. *de probat. concl. 855. n. 1. & ſeqq.* Hier. Zaball. *comm. contra com. quæſt. 271. n. 1.* † & per conſequens etiam probant maculam illorum, 4 & ſuorum deſcendentium, quia effectus eſt illius obſeruationis, ex qua prouenit labes in poſteros omnes, & probata prima cauſa, & radix arguit omnes effectus, qui ex ea præcisè ſolent prouenire, ex *text. in l. ſed & ſi quod 25. §. inter eum, de vſufr. cum ſimilib.* & ſemper effectus manente cauſa, *l. ſemper 5. §. negociores, 3. de iure immunit.* And. Tiraq. *de ceſſante cauſa part. 1. num. 18.* Surd. *conſ. 302. num. 5.* cùm cauſa non poſſit eſſe ſine effectu, Iaſ. *in l. re coniunctè, num. 108. de leg. 1.* Corn. *in l. admonendi, num. 4. de iureiur.* Crauetta *conſ. 101. num. 15.* & probata radice infecta, quæ ab ea procedunt eadem laborare infamia conſtat, *ex l. liberorum. 220. de verb. ſign.* Pelaez *de maiorat. 2. part. quæſt. 6. num. 224.* quia omnis radix eam in palmites ſemper eiicit virtutem, quam ipſa in ſe habet, ſecundùm Ariſt. *de generat. animal. lib. 1. cap. 19.* Neuizan. *in ſylua nupt. lib. 4. num. 132. pag. 371.* & faciunt tradita ab Antonin. Capicio *deciſ. 18. à numero 1. cum ſeqq.*

Secundò verificari poteſt in pluribus ſancti Officij teſtimoniis antiquis, quorum plura vidi, in quibus 5 quorumdam aduerſus fidem crimina, & apoſtoſia apparebant, aut deſcendentia à relaxatis, ſeu reconciliatis per Sanctum Officium, & nunc dubitatur, an hodie illorum obeſſe valeant deſcendentibus, & eos maculatos reddant, vt honores puritatis non poſſint obtinere?

Et

Et quidem ſi in ſententiam t um, & proceſſum
eſt,& fuerunt velut apoſtatæ,ſeu hæretici aſcenden-
tes,ſeu eorum aliqui damnati, nullum dubium eſt,
quòd impuritas poſterorum planè, & ritè maneat
6 probata, tum ex proximè dictis, † tum etiam quia
ſententia, & res indicata veram effecit rem illam,*l.
res indicata*,207.*de reg.iur.l.ingenuum*, 25. *de ſtatu ho-
min.C.cum inter*,13.*cap. quoad conſultationem*,15. *de re
iud.*& iura ſanguinis adimit,& mutat,*l.3.§. ſed etſi de
conditione*,2.*de iureiur.& in l.ſiue contra*, 3. *in princ. de
agnoſc. & alend.lib.* Alberic. *de ſtatutis*,2. *part. quæſt.*
103.*num.*2.Pelaez *de maiorat.4.part.quæſt.* 14. *num.*5.
iisque quoad omnes facit,*d.l.ingenuum*, DD.*in l.2.C.
Quib.res iud.nocet*,Tiraq. *de nobilit.cap.* 37. *num.* 7. &
ita nocet omnibus deſcendentibus ex *l.1.§.de muncia-
ri*,14.*de inſpic.ventre l.1.de except. rei iud. l.* 17.*tit.* 9.
part. 6. & iuribus proximè adductis, & adducendis
latè infrà in q.13.& 17.

7 Maius & præcipuum dubium eſt, an ſi aduerſus
aſcendentes nulla fuerit de crimine cauſa facta, nec
ſententia lata, ex ſolis teſtificationibus in diuerſis
matricibus,ſeu proceſſibus inuentis macula ſufficiē-
ter probata maneat, vt prætenſor arceri poſſit à
8 Sancti Officij muneribus & honoribus? † Et negatiua
ſententia probari videtur.Primò quia arceri deſcen-
dentia dignitatibus, & honoribus ob contractam
in ſanguine maculam aſcendentium facinoris pœna
eſt,vt patet ex pluribus allegatis ſuprà quæſt. 2. &
alibi,Peña *in Director.*1.*part.comm.*4.*verſ. Hac autem
infamia*, & colligitur ex *text.in cap.2.§.hæretici, & §
9 ad hæc.& cap.ſtatutum*,15.*de hæret.in* 6. † At delictum
ſimul cum pœna defuncto delinquente ante ſenten-
tiam, omnino ita extinguitur, vt ad hæredes ex eo
nihil tranſmittatur. Igitur ante ſententiam mortuo
delinquente arceri eius deſcendentes ab honoribus
non debent.

Minor probatur ex *l.ſi eum* 10.§. 2. *verſ. idem deſ-
cendum,ſi quis cantion.l.inde* 23.§.*hanc actionem*, 8. *ad
l.Aquil.melior.text.in l.*1. ibi, *Hæredes non teneri, nec
cæteros quidem ſucceſſores,de primat.delict.l.defuncto*, 6.
de public.iudic.l.Senatus Conſilium,15.§.*ſi propter mor-
tem,ad S.C.Turp.*optimus text.*in l.crimen.* 26. *de pœ-
nis,l pupillum*,111.§.1.*de reg.iur.l. vn. C.ex delicto de-
funct.l.furti* 15.*C.de furt.l.*1.cum aliis ibi,*C.ſi reus vel
accuſ.mor.§.pen verſ.Eſt enim certiſſima,inſt. de perp.&
temp.act.l.*28.*tit.*23.*part.*3.*l.*7.*tit.*1.*l* 4.*tit.*3,*part.* 7. &
vbique Greg.*& in l.*14.*gloſ.*6.*d.tit.* 23. Gom. *lib.* 3.
*var.cap.*1.*num.*78.*cum ſeqq.*Plaça *in epitome delict. lib.*
1.*cap.*38 *num.*2.Ferd.Vaſq.*controu.illuſtr.cap.* 96. *à n.*
7.*cum ſeqq.*vbi hoc extendit ad pœnam ſtatus priua-
tiuam,Iul.Clar.*in pract.§.fin.quæſt.*51.*num.*16.Peregr.
de iure fiſci lib. 4. *titul.* 5. *à numero* 1. cum pluribus
aliis.

Confirmatur primò, delinquens ante ſententiam
10 nec criminoſus, nec dicitur commiſiſſe delictum,
nec pro infami habetur, etiamſi conuictus pluribus
ſit teſtibus,vt probatur *in l. Atletas*,4.§.*calumniator,l.
non alia*,19.*de his,qui not.infam.l.*1.§.*quorum*,4. §.*quæ-
rere*.5 .*ad S.C.Turp.*Greg.Lop.*in l.* 2.*gloſſ.* 6. *circa me-
11 dium,per text.ibi,tit.*1.*part.* 7. † At quod non opera-
tur in principali, nec itidem in acceſſorio,nec ab eo
prouenientibus. Igitur magis patet prædicta ratio.
¶ Minor conſtat, quia ſi in prima cauſa non opera-
tur,nec in poſtea productis,nec producendis, vt *in l.
manumiſſiones*,4.vbi notat Bal.*de inſt.*idem Bal. *in cap.*
1.*in princ. Quibus mod.feud.am.*& facit *text.in l.*1.§.*fin.
de condict.ſine cauſa*,& dictum notabile Bald. *in l. cum
mul.er.col.*21.*ſol matrim.*vbi ait,quod ita ſe habet cau-
ſa ad productionem effectus, ſicut deſtructio cauſæ
ad deſtructionem effectus,prout refert Pelaez *de ma-
iorat.*1.*part.quæſt.*38 *ante num.* 84. & tradita per Mar-
tam *de iuriſd.*1.*part.cap.* 23. *num.* 14. & per Auguſt.
Barboſ.*Axioma*,40.*num.*27.*&* 28.

Confirmatur ſecundò, vt quis infamis dicatur, 12
ſententia omnino neceſſaria eſt: at in ſpecie noſtra
nulla eſt lata ſententia,vt præſuponimus. Igitur nec
hæretici, nec ſua progenies infamia erunt notari,
cùm idem iuris ſit in cauſa, ac in cauſato,& econtra,
ex l. dotem quam 6. *de collat.* deducunt communiter
DD.quorum aliquos refert And. Tiraq. *in tract. ceſ-
ſante cauſa* 1.*part.num.*15.Nic.Euerard. *in topicis loco,
à minori num.*6.Barboſa citato loco,*num.* 26. ¶ Maior
probatur *in l.*1.§. *qui in iudicio,l.furti* 6.*de his qui not.
infam.l.infamem*,7.*de publ.iudic.l.in iniuriã*, 10.*l.ſi furti*,
8.*l.non damnatos*,18.*C.illo tit.ex quib.cauſ.infam. irrog.
l.*1. vbi Greg.*tit.*6,*part.*7.Ant.Gom. *lib.* 1. *var. c.* 11.
*num.*38.

Confirmatur tertiò ſpeciatim in crimine hæreſis, 13
de quo loquimur, ad cuius infamiam tam hæretico,
quàm eius filiis, irrogandam ſententia declaratoria
ſaltim omnino requiritur,vt probant Burſat.*conſ.*14.
*num.*18.*&* 23.Simanc.*de cathol.inſtit. tit.* 9. *num.* 205.
Caſtro *lib.*1.*de lege pœnali,cap.*15 *in fin.*P.Azor.*inſtit.
moral.tom.*1.*lib.*8.*cap.*13.*poſt quæſt.*8. *in* 7. *hæretic. pœ-
na*,prout eos refert P.Th.Sancius *in decalog.lib.*2.*cap.*
26.*num.*1.*verſ.At verius eſt.* Farin.*de hæreſi quæſt.*189.
num. 56. Igitur deficiente ſententia, deficiet infa-
mia.

Secũdò probatur principalis ſentẽtia quia teſtes in 14
vno producti iudicio non probant in alio, præcipuè
inter diuerſas perſonas: at nunc agimus de generis
probanda macula per teſtes adductos in fidei cauſa,
& in diuerſo iudicio, & inter diuerſas perſonas, vt
patet. Igitur teſtes illi nullam efficient fidem in pu-
ritatis cauſis. ¶ Maior patet *ex l.ſi vnus*,27.§.*ante om-
nia,de pactis,l.ſæpe*,63.*de re iudic.l. Claudius*, 16.*in fin.
Qui potiores,l.Lucius*,21.*in fin.de his,qui not.infam. l.*3.
*de colluſ.deteg.cap.ſuper eo.*15.*de offic.de leg.cap.quamuis*
25.*de re iudic.l.*20.*tit.*22.*part.*3.*& toto tit. C. quib. res
iud.non nocet,& C.Res inter alios acta, vel iudicata aliis
non nocere*,& paſſim DD.de quibus infrà in q. 13.vbi
latè de materia.

Tertiò probatur,teſtes, & teſtimonia in plurimis 15
differunt,& in fide, & in poteſtate iudicandi per ea,
teſtes verò plenam efficiunt fidem,& per eos iudices
cauſas diſcernere debent, non quidem ita teſtimo-
nia,quæ nec fidem efficiunt, nec per ea iudices iudi-
care valent .at hæc de quibus loquimur non teſtes,
ſed teſtiioonn dicuntur. Igitur nec fidem efficient,
nec per ea iudices iudicare poterunt.¶ Maior apertè
conſtat ex *text.in l.*3.§.*idem Diuus*,ibi, *Teſtibus ſe non
teſtimoniis crediturum,& in §.Gabino*, ibi, *Alia eſt au-
ctoritas præſentium teſtium.alia teſtimoniorum, quæ reci-
tari ſolent,de teſtib.*bonus text. *in cap. tua nos*, 8. ibi,
*in eo caſu ad condemnationem eorum ſola teſtimonia non
ſufficiunt,cùm non ſit teſtimoniis ſed teſtibus iudicandum,
de cohabitat.cleric.& mulier.& in cap teſtes*,15.3. *q.* 9.
cap.ſi teſtes,3. §. *Alia eſt auctoritas præſentium teſtium,
alia teſtimoniorum,& quæ recitari ſolent*,4.*quæſt.*3.exor-
nat D.Chriſtoph.de Paz *de tenuta* in noſtra materia
loquendo,1.*part.cap* 31.*num.*81. ¶ Pro qua negatiua
ſententia faciunt DD. quos tacito nomine adducit
Azorius *inſtitut.moral.lib.*6. *cap.* 4. *quæſt.* 3. *verſ. Alij
verò.*

Contraria tamen affirmatiua ſententia mihi ma- 16
gis probatur. Primò quia nullum eſt iure conſtitu-
tum diſcrimen inter ſententiam ſupra hæreſim,& in-
ter eius probationes,recipiantur ante, vel poſt mor-
tem delinquentes, quia vtraque in ſpecie hæreticus,
& ſua progenies infamia notantur, vt apertè proba-
tur *in cap.ſtatutum*,15.ibi, *qui tales eſſe, vel tales etiam
deceſſiſſe probantur,de hæret.in* 6. vbi quoad hoc æqui-
parantur

Digitized by Google

parantur probationes, & ſententia. Igitur habemus textum expreſſum noſtram opinionem probantem.

17 Secundò probatur dñ hæreticalia facta, ritus & obſeruationes manent aduerſus maiores probatæ, præſumuntur illius legis, aut ſectæ obſeruatores eſſe, secũdùm text. in c. contra chriſtianos, 13. de hæret in 6. Io. à Roxas 1. part. de hæret. num. 303. & ſeq. Lud à Paramo de orig. inquiſit. lib. 3. q. 9. num 9. perplures allegati à Farin. de hæreſi q. 187. n. 16. at macula deſcendentium prouenit ex maiorum alienis obſeruationibus contrariis fidei catholicæ. Igitur probata illa cauſa, ſequi debet macula velut effectus, arg. text. in l. fin. C. de nupt. cap. tranſlato 3. §. quia non ſemel, de conſtitut. Nauarr. in cap. quis aliquando §. in Leuitico, notab. 23. num. 10. de pœnit. diſt. 1. Lapus allegat. 88. n. 8. cum adductis ſuprà n. 4.

18 Nec vrgebit, quod etiamſi ipſo iure imponatur pœna, ſententia neceſſariò requiritur ex pluribus adductis à Peregr. de iure fiſci lib. 4 tit. 5. à n. 8. cum ſeqq. Menoch. de recuper. rem. 5. n. 68. & in tract. de arbitr. caſu 220. à n. 6. quia dum lex præſumit, aut pœnam imponit, ſententia eſt, ſecundùm Boſſium tit. de ſentent. num. 47. cum aliis pluribus adductis per Farin. 1. part. praxis q. 10. n. 70. verſ. ſed his non obſtantibus, & licèt ſaltim declaratoria requiri videatur, per textum, qui ad hoc videtur expreſſus in cap. cum ſecundum, 19. de hæret. in 6. & per allegata à Peregr. & Menoch. ſuprà:

19 † intelligi tamen debet quoad modum, formam, & executionem pœnarum, ſed non vt ideò ſuſpendatur legis diſpoſitio, & præſumptio delicti, nec incurſus infamiæ, quæ certa eſt, quoties certum fuerit factum, ex quo procedit, licèt executio confiſcationis bonorum, in qua poteſt eſſe magis, & minus ſuſpendatur, quoad per iudices declaratoria feratur, vt clarè colligitur ex textu in d. cap. cum ſecundùm, ibi, Bona hæreticorum ipſo iure de fratrum noſtrorum conſilio decernimus confiſcata, confiſcationis tamen huiuſmodi executio, vel bonorum ipſorum occupatio fieri non debet per Principes, aut alios dominos temporales, antequam per Epiſcopum loci, vel aliam perſonam eccleſiaſticam quæ ſuper hoc habeat poteſtatem, ſententia ſuper eodem crimine fuerit promulgata, quoad verò alias pœnas, quæ non pendent ex futuro euentu, & ſemper eædem ſunt abſque augmento, nec diminutione à commiſſi delicti tempore, ſeu poſtquam notorium cunè factum eſt per probationes, nulla eſt opus declaratoria ſententia, vt cum Boſſio & aliis benè intellexit Farin. in d. n. 70. & melius P. Thom. Sancius in Decalog. lib. 2. cap. 26. n. 2. vbi probat, infamiæ pœnam ab hæretico lui, poſtquam ſuum delictum fuerit notorium, & quod nihil aliud requiratur, vt eius filij infames maneant, ni probationes legitimæ, docet in c. 77. n. 28. vbi optimè loquitur, de quo ampliùs infrà in 4. ratione.

20 Tertiò probatur, facinus, non ſententia coinquinat hominem: at in ſpecie noſtra facinus plenè probatum præſupponimus. Igitur ex ſola hæreſis probatione etiam ſine ſententia coinquinatio inſurget. ¶ Maior patet ex text. in l. palam 43. § fin. ibi quia factum lex, non ſententiam notauerit, de ritu nupt. l. ictus fuſtium, 22. de his, qui not. infam. l. infamem. 7. de public. iudic. l. ad tempus, 5. l. eos qui, 12. de decurion. l. 4. §. ad tempus, de re milit. l. fuſtibus ceſſum. 16. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. gloſſ. 12. & 4 in l. 5. tit. 16. part. 7. Rebuff. tract. de reprobat. teſt. num. 224 Bal. in l. quod Nerua, depoſit. Io. Corraſ. lib. 4. miſcell. cap. 2. n. 8. & in paraphraſi Sacerd. 1. part. c. 4 n. 14.

21 Quartò quia & ſi non deſint, qui maluerint ac infamiam ex hæreſi eſſe neceſſe, quòd interueniat ſententia, tamen & contraria verior, & receptior eſt, quam indubiè firmat Peña in direct. 1. part. comm. 4. à verſ. His ita poſitis, cum ſeqq. Alphonſ. à Caſtro de iuſta hæret. punit. lib. 2. cap. 9. Greg. in l. 16. gloſ. 3. tit. 4. part. 6. P. Th. Sancius in d. cap. 26. n. 2. Cantera in quæſt. crim. q. 1. de tangent punit. delict. c. 1. de hæret. n. 9. vbi ait, dic quod etiamſi ſit occultus, eſt infamis infamia iuris, ſi autem eſſet notorius, licèt non ſententia contra eum prolata, eſt infamis, non ſolùm infamia iuris, verùm etiam infamia facti, differt tamen à Sancio loco citató, cùm aſſerat, 22
† quòd occultus hæreticus patitur infamiam iuris etiam nulla lata ſententia, quod negatur à Sancio, ſed non iure, quia verius eſt, quod Caſtro, Peña, & Cantera locis citatis opinantur. † Et ſic hæreticus 23
occultus abſque ſententia irregularis eſt, vt fert communis opinio ſecundùm allegatos à Marc. Bonacin. de irregularit. diſp. 7. q. 3. n. 1. & 3. & ſpecificè in noſtris loquens puritatis terminis tenet, & benè explicat Fr. Emman. Roder. tom. 1. regular. q. 14. art. 8. & P. Th. Sanc. in decalog. lib. 2. c. 25. n. 2. Ricciol. de iure perſon. lib. 5. c. 17. n. 6. Aug. Barboſa de offic. epiſc. 2. part. alleg. 10. ſub n. 34. in vlt. impreſſione; † & ſimiliter filij in- 24
habiles manebunt ex probationibus delicti patris, cuius infamia cauſa eſt infamiæ filiorum, & vtraque ab eodem fonte prouenit, & inuicem vna alteram ſequitur, & committatur, vt expreſsè voluit Peña loco citato, verſ. Hæc autem infamia, & faciunt tradita à P. Th. Sancio d. c. 27. n. 28. vbi optimè ad propoſitum loquitur, & dubio caret per l. 4. vbi Aceb. in fine ita animaduertit, tit. 3. lib. 8. recop.

Confirmatur primò, pater hæreticus delicto pro- 25
bato habetur ipſo facto pro infami & inhabili ad obtinendum puritatis munera, vt probatum manet: ſed inhabili exiſtente radice excluduntur omnes, qui ab ea proueniunt. Igitur patet magis prædicta ratio. ¶ Minor probatur ex l. 1. §. fratres, & ex ibi notatis, ſi qui aliq. teſt. probib. l. fin. C. de verb ſign. Auth. de hæret. quæ ab inteſt. defer. § reliquum plura congerit Pelaez de maiorat. 2. part. quæſt. 2. n. 81. 83. 85. 118. & ſeq. & n. 122. & quæſt. 4 illat. 1. num. 37. & 38 per cap. 1. §. hoc autem. Quæ in feud. dari poſſunt, & quia radice ſublata tollitur radicatum l. 1. C. de lat. liber. toll. Marc. Anton. Genuenſ. pract. Eccleſ. q. 37. n. 3.

Confirmatur ſecundò, indubitatum eſt, quod iure 26
canonico ex ſolo crimine irrogatur infamia, ſecundùm Veroium in cap. 1. n. 44. de accuſ. Viui. in commun. opin. verb. Accuſare non poteſt, Card. & Alex. in cap. prohibentur, verſ. Nota, quòd regulariter, 2. q. 1. Iul. Claro in praxi, §. fin. q. 14. n. 9. D. Io. Vela de pœnis delict. c. 5. de accuſat. n. 34. vbi ex ſolo crimine velut infamia ab accuſando repellitur. Igitur & ab omni honoris conſecutione.

Quintò probatur hæc eadem ſententia, quia ma- 27
culata deſcendentia per teſtes de auditu probatur, vt probabo infrà §. 4. At fortior eſt probatio de viſu, & propria ſcientia, quàm de auditu, & nunc agimus, de teſtibus, qui primæuam maculæ cauſam agnouerunt, & viderunt, vt ſignificauit Imp. Iuſtinianus in §. fin. ibi, veritas magis occulata fide, quam per aures animus hominum infigitur, inſt. de Grad. cognat. Igitur à fortiori de viſu teſtes maculam probabunt.

Sextò probatur concludenter quoad inſtitutum 28
noſtrum, etiamſi vera eſſet ſententia eorum, qui volunt, infamiam eum non contrahere ex delicto hæreſis, qui per ſententiam iudicialem non ſit damnatus: nam maior ratio verſatur in excluſione progeniei illius qui crimen contra fidem probatum habet, quàm eius, qui poſt fidem ſuſceptam priori cæcitate demiſſa, eam conſtanter ſubſtinuit, nec quid cõtra illã patrauit, vt patet, & ſtatim probabo: ſed hi excludũtur ex noſtris ſtatutis, vt ex eis patet, & ſuo loco dixi, Igitur maiori ex ratione illi excludi debet.

Confir

29 Confirmatur primò,cùm agitur de probanda ſan-
guinis qualitate ad honores ſuſcipiendos, non tam
de hæreſis maiorum crimine, quam de eorumdem
religione,moribus, & natura quæritur, quæ ſi non
orthodoxæ fuerint, remouent ſuos, & ſuam proge-
niem à prædictis honoribus, etiam nullo ab eis
patrato facinore, quod punitione egeat, nec
infamiam iuris producat: ſeu nunc agimus de pro-
bationibus,quæ maiorum religionem, & mores ca-
tholicæ fidei contrarias demonſtrant. Igitur patet
prædicta ratio, & maius fundamentum pro noſtra
ſententia.

30 Confirmatur ſecundò, teſtes de conuerſione ma-
iorum ad noſtram fidem,quæ virtus eſt, nec crimen
conſtituit, nec cauſam præſtat ferendæ ſententiæ,
maculam plenè probant deſcendentium, vt patet ex
dictis ſuprà quæſt. 4. §. 2. Igitur multo magis teſtes
qui maiorum receſſum à fide aſſerunt catholica, cum
grauiſſimum conſtituat apoſtaſiæ crimen, etiam ſi
nulla adhuc lata fuerit ſententia. ¶ Conſequens pa-
tet,nam ſi vbi minor ratio eſt & delictum deficit,
ſufficiunt teſtes ſine ſententia; ergo magis debent
ſufficere,vbi maior interuenit ratio, & grauiſſimum
delictum, quod nigriorem parere maculam faten-
dum eſt,ex adductis ab Euerard.loco à minori,*n.*1.&
à Barboſ.*loco* 73.*pag.* 327.

31 Confirmatur tertiò, non debent melioris eſſe
conditionis deſcendentes hæretici,qui à fidei Chri-
ſti ſecuro porto ad alienam ſe tranſtulit legem,quàm
conuerſi, qui priſtina cæcitate dimiſſa noſtram fue-
runt amplexi fidem, conſtantérque eam ſubſtinue-
runt,vt dicitur *in cap.eam te.7.vbi gloſſ.fin.de reſcript.*
cum adductis ſuprà quæſt.3.§.3.num.62. ſed admiſſa
contraria ſententia ſequeretur, quod melioris eſſent
conditionis deſcendentes hæretici, ad quorum ex-
cluſionem ſententia eſſet opus, & probationes non
ſufficerent,quam conuerſi progenies, quæ ſine ſen-
tentia ex ſolis probationibus excluderetur, vt patet.
Igitur contrariam admitti ſententiam, non ſolùm
contra ius eſſet,ſed etiam contra æquitatem, condu-
cit bona ratio tradita à P.Emman.Roder.*tom.*1.*regul.*
*quaſt.*14.*art.*2.*verſ.Quod ſequenti ratione probatur*, &
benè conſiderauit Fr. Anton. à Souſſa *in aphoriſ.in*
Inquiſition. lib. 3. *capit.* 23. *ſub numero* 23. *verſic. &*
quia.

32 Confirmatur quartò,nam licèt ius inhabiles red-
dat hæreticorum filios ad beneficia,& ordines ſacros
ſuſcipiendos,vt *in d.cap.ſtatutum,*15.*cap* 2.§ *heretici,*
de heret.in 6.P.Th.Sancius citato loco,*cap.*28.*num.*7.
Sayr *de cenſur.lib.*6.*cap.*10. *num.* 40. Filliuc. *in praxi*
*fori pœnit.tract.*20.*cap.*9.*quaſit.*3.*num.*236.*& ſeqq.*cum
aliis apud Mart.Bonac.*de irregularit. diſp.*7. *quaſt.* 3.
*punct.*7.*à num.*1.filiis tamen conuerſorum fauet,gra-
tiis & honoribus proſequitur, vt *in d. cap. eam te.* 7.
cum cæteris à me adductis in loco ſuperiùs citato,&
eos admittit ad omnia beneficia,& ordines ſacros,vt
docet P.Suarez *de cenſur.diſp.*43.*ſect.*3.*num.*8.Filliuc.
*num.*241.& Mart.Bonac.*num.*11. citatis in locis. Igi-
tur patet maiorem eſſe rationem repellendi filios
hæreticorum,quàm reiiciendi nouiter conuerſos, &
eorum deſcendentes ab honoribus puritatis, & eùm
hi reiiciantur ex ſolis probationibus, ex maioritate
rationis eſſe illos repellendos.

Quare hanc ſententiam defendere videntur P.
33 Suarez 5.*tom.in* 3.*part.diſp.* 43. *num.* 2. P. Azor *inſt.*
*moral.tom.*1.*lib.*8.*cap.*13.*poſt.*8.*quaſt. in* 8. *pœna heret.*
verſ.Deinde quares Filliucius *quaſt moral. tract.* 22. *n.*
34 228.& Sayr.*de cenſur.lib.*6.*cap.*10.*nu.*40.† vbi in fine
requirit probationem per euidentiam facti, ſeu per
confeſſionem, vt filij ex patris hæreſi ſine ſententia
infames, & inhabiles maneant, quem ſequuntur P.
Thomas Sancius *in d.lib.*2.*Decalogi cap.* 27. *num.* 28.
Filliucius loco citato quod verè contrariatur iuris
regulis,ex quibus docemur; † quod dum probatio- 35
nes requiruntur, debet intelligi de legitimis, & or-
dinariis tam in ciuilibus,quàm in criminalibus, ſe-
cundùm reg *l.vbi numerus,*12.*de teſt.cap.in omni nego-*
*cio,*4.*cap.licet vniuerſis,*23.*extra eod. cap. relatum,* 11.
*cap.cùm eſſet,*10.*de teſtam.cap.*1.*&* 2.2.*q.*3. *cap. ſi quis*
teſtis 3.§.*vbi numerus* 4.*q* 2.*&* 3.*cap.fin.*35.*q.* 7. exor-
nat Ioſeph.Maſch.*de prob.in præfat.q.*5. *à n.* 117. latè
ampliat Farin.*de teſtib.q.*63.*à n.*232.vbi *n.*234 oſten-
dit,idem eſſe probare delictum per teſtes ordinarios,
ac per delinquentis confeſſionem *per l.qui ſententiam*
16.*vbi DD C. de pœnis*, cum aliis quos adducit DD.
etiam ſi euidens, & concludens requiratur probatio,
vt per d.iura voluit Auend.*in cap.*1. *Prat.* 19. *verſ.ſic*
itaque tribus teſtibus, relatus à Narbona *in l.* 11.*gloſſ.*
16.*n.*6.*tit.*7.*lib.* 1.*recop.pag.* 216. † Et cùm *in d. cap.* 36
ſtatutum de heret.in 6.tantùm requiratur patrem hæ-
reticum eſſe,aut talem deceſſiſſe probari, intelligen-
dum eſt de probationibus plenis ordinariis, ſecun-
dùm cauſæ naturam,& quæ in ſimili delicto admit-
ti ad plenè probandum ſolent, non verò de aliis ex-
traordinariis,& plenioribus probationibus, ni ſpe-
ciatim ita ſtatutum ſit, & ſi in grauioribus delictis
pleniores requirantur probationes, ſufficient, non
tantùm facti euidentia, & confeſſio partis,ſed etiam
teſtes, & præſumptiones legitimæ, vt eſt ius con-
ſtans, ſunt etiam pro hac opinione DD. citati ſuprà
in 4. ratione.

Ex quibus probata manet hæc noſtra affirmatiua 37
ſententia, & ſimul contrariis fundamentis plenè ſa-
tisfactum præter duas vltimas rationes, de quarum
prima, quæ loquitur de teſtibus in alio iudicio exa-
minatis plenè agam infra q.13 vbi ei ſatisfaciam,&
de materia pleniſſimè actum relinquam, quare hîc
non plura.

Vltima autem ratio deſumpta ex textu *in l.* 3. §. 38
idem Diuus 3 *&* §.*Gabino*, 4. *de teſt.* cum cæteris ibi
adductis,nihil obſtat, quia illa iura intelligi genera-
liter debent in omnibus cauſis,ni aliud ſtatutum iu-
re reperiatur, vt in noſtra ſpecie habemus conſtitu-
tum hæreticos, & eorum filios infames manere ex
nudis tantùm probationibus abſque alio iudicio,
nec ſententia,vt *in d.cap.ſtatutum,* & cum quis habẽs
contra ſe teſtes ad probandum ſufficientes aliquam
hæreſim,eo ſolo infamis maneat, & ei probationes
noceant, ita etiam & deſcendentibus eius, ex dictis
ſuprà num.25 & dicendis infrà quæſt. 13. §. 2. inter
quos nullum poteſt conſtitui diſcrimen. † Præterea 39
in puritatis cauſis,de quibus loquimur,interueniunt
plures aliæ rationes, quæ faciliorem in hoc dubio
exitum præbent,tum quia defectus citationis,& pu-
blicationis, ex quo non plenè probant teſtimonia,
nihil obeſt in puritatis iudiciis, in quibus non ad-
mittuntur citatio nec publicatio,vt dixi ſuprà quæſt.
5.tum etiam quia in ſimilibus cauſis de nihilo alio
agitur ni de animis iudicum informandis, quod fie-
ri poteſt ex minus legitimis probationibus,vt ſpeci-
ficè probat D.Chriſtoph.de Paz *de tenuta* 1.*part.cap.*
32. *num.* 76. *&* 78. tum denique quia probationes
circa ſanguinis qualitates de re antiquiſſima ſunt,in
qua non poſſunt inueniri teſtes de viſu, & ſufficiunt
probationes,quæ aliàs non ſufficerent, vt dicam in-
frà §.4.in 1.& 5.ratione,& quæſt.10. §. 2. in 1. & 7.
ratione,ex quibus apertè conſtat, quòd licèt de iure
teſtimonia plenè non probent, tamen aliud dicen-
dum in puritatis cauſis & in aliis, quæ difficilis ſunt
probationis.

Sed ad pleniorem prædictorum explicationem 40
aliqua inferenda veniunt. Primò quòd ſi prædicti
teſtes,

Digitized by Google

teſtes, aut eorum aliqui, quorum habentur teſtimonia adhuc vitam agant, debent de nouo repeti aliàs nihil probabunt, vt ex formà narrandi, ex probatione verborum, ex vultúque eorum, faciliùs poſſint rei veritatem iudices eruere, & vniuſcuiuſque ſermoni congruam adhibere fidem, vt *in d.l.3.§. Diuus*, vbi *gloſ.verb.Non teſtimoniis, de teſtib.* & cùm propter difficultatem probationis plena teſtimoniis adhibetur fides, illa ceſſante nihil efficient, ni de nouo repetantur teſtes, vt probabo infra q.14.§.2.n.16. & q.13.§.1.ſub n.2.

41 Secundò infertur tot teſtes requiri ad probandum maculam in propoſita ſpecie, quot ſufficerent ad plenè probandum delictum contra delinquentem, & cùm certa in hoc tradi regula non poſſit, ſed iudicum arbitrio relinquatur, qui hoc ſumere debēt ex circunſtantiis, & qualitatibus rerū, perſonarū & teſtimoniorū, vt *in d.l.3.§.1.l.ob car.21.§.ſi teſtes,3.de teſt.* ita nec in noſtra ſpecie quid certum conſtitui poteſt, rei tamen grauitas, pondus, & defectus, qui in prædictis teſtimoniis interueniunt, plus duorum, aut trium teſtium expoſcunt, maximè cùm hi non ſufficiant ad defuncti memoriam damnandam, *ex d. cap.accuſatus,8 §.in eo.de hæret.in 6.* Simanc. *de cathol. inſtit.tit.18.de defunctis, num.* 12. 13. *&* 19. *& in Enchirid. tit.62.num.5.fol.* 113. *in tergo*, & cùm repeti, nec de nouo examinari non valeant, & patiantur alios defectus, maiori numero res eget, ad perfectam conſtituendam probationem, niſi ex imperfecto velint iudices in puritatis cauſis ſuos inſtruere animos, vt poſſe dixi ſuprà ex Paz *de tenuta dict. capit.* 32. *numero* 76. *&* 78. quia tunc pauciores ſufficient.

42 Tertiò infertur, quòd in ſpecie puritatis probandæ non poteſt locum habere notabilis opinio P. Henriq.*lib.4.de irregularit.cap.5.n.4.* & Emman. Saa, *verb.Hæreſis n.*4.& P.Th Sancij *in decalog.lib.2.c.27.n.*28.& Filliucij *quæſt.moral.tract.22.n.228.verſ.infertur quintò*, aientium quòd patre hæretico inter hæreticos defuncto filius non patitur pœnas infamiæ, nec cæteras, quæ in locis hæreſi infectis omnino deficiunt; quia etſi difficultate non careat circa filios eius, qui ex orthodoxa fide ad hæreticos voluntariè tranſit, & in hæreſi decedit, etſi vera in ſe eſſet ratione loci hæreſibus infecti, reſpectu tamen noſtræ catholicæ patriæ, apud quam quilibet hæreticus, quocumque ſe transferat, infamia notatur, eiúſque poſteri dehoneſtantur, aliud indubiè aſſerendum eſt, & quidem admitti eorum nemo poterit ad puritatis honores, qui claritatem ſanguinis omnino expoſcūt, & tranſitus ad hæreſes ſanguinem totius poſteritatis coinquinat, & prauos mores, & inclinationes naturales arguit, vt notabiliter dixit Simanc.*de catholic. inſtit.tit.35.n.15* & Pelaez *de maiorat.1.part. q.51.n.*26. quæ in omnes transferuntur poſteros, atque etiam in habilitationis pœna.

Quartò infertur, declaratio alterius Azorij opi-
43 nionis, qui *lib.6.inſtit.moral.c.4.q.3.verſ.ſi rogas*, eamdem admittit infamiam in filiis ſuſpecti de hæreſi, quæ *in d. c. ſtatutum*, imponitur filiis veri hæretici, quem ſi intelligas de hæretico ex iuris præſumptione, qui in effectu ſaltim pœnarum verè talis dicitur, vt exemplum habemus *in c.contra Chriſtianos, de hæret. in 6.* de quo & nos egimus ſuprà q.3.§.3.illat. 2. bene ſequitur, & procedit eius opinio. Si verò ſuſpicio fuerit vehemēs, ſeu leuis, & pater nullam ſancti officij pœnitentiam ſubierit, inhumanum eſſet, filios ita graues pati pœnas, cùm nec facto, nec iure verè hæreticus dicatur, atque ita intelligendus venit P. Th.Sancius *in d.c.27.num.29.* qui prædictam Azotij opinionem nimis duram appellat, qua etiam ſpecie loquuntur DD.apud Farin.*de hæreſi q.190.n.86. & q.191.n.38.& 67.* Acebed.*in l.3.n.58.tit. 3. lib. 8. recop.* Parlad.3.*quotid.differ.108.n.13.& ſeqq.* † atque etiam 44
intelligendus venit Peña *in direct.2.p.comm.162. vol. 6.verſ.beneficia verò*, vbi ait Clericum de hæreſi ſuſpectum non ipſo iure priuatum manere à beneficiis, licèt quandóque per ſententiam priuandus veniat, quod melius explicuit idem Farin.1.*p.fragm.crim lit. C.n.268.* vbi apertè loquitur de clerico hæretico ſuſpecto de violenta præſumptione, & de vehementi etiam circa quandam Rotæ deciſionem de qua ibi per eum, cum aliis congeſtis ſuprà *quæſt.3.§.3.n.* 33.

Quintò infertur, quòd etſi iure ſit receptum, quòd 45
filius ſponte reuelans patrem hæreticum manet immunis ab omnibus pœnis filiis hæretici impoſitis, vt docent *arg. text.in l.quiſquis,5.§.vlt.C.ad l. Iul. maieſt.* Peña *in direct.2.p.comm. 15. verſ. Hoc addiderint, pag.mihi*,117.Tib.Dec.*lib.5.crim.c.45.n.5. & c.51.n.* 802.P.Th.Sancius *in decalog.lib.2.c.27.n.30.* Farin.*de hæreſi q.191.§.1. n.37.* tamen hoc locum habere non poteſt quoad noſtra puritatis ſtatuta, quia iſte filius cum ſua progenie erit excluſus ab eorum honoribus ex rationibus ſuprà redditis.

Sextò & vltimò infertur excludi ex puritatis ſta- 46
tutis filios & deſcendentes hæretici relapſi conuerſi maiori ex ratione quàm excluduntur ex iure communi, de qua agunt relati à P.Th.Sanc.*in decalogum, lib.2.c.27.q.3.n.23.* Mol.*de iuſt.to.3.diſp.658.num.* 19. Azor.*lib.8.c.13.n.8.pœna*, Suarez *de cenſur. diſp.* 43. *ſect.3.n.4.* Filliuc.*tract.22.n.226.* vbi *n.ſeq.* ex præcitatis idem eſſe ait, in filiis cuiuſlibet conuerſi, qui nihilominus fuit comburendus Curiæ ſeculari traditus, & quidem ſummo iure & cōueniunt plures penes Aceb.*in l.3.n.26.& 27.tit.3. lib. 8. recop.* & dicit veriorem Parlador.3.*quotid.differ.108.n.12.*

§. III.

Vtrum puritas, & macula per teſtes ſingulares probari valeant, & quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes ſingulares non probant. Mille tantum probant quantum vnus.*

2 *Teſtis ſingularis quis dicatur?*
Diuerſa coniungi non poſſunt, ibid.

3 *Teſtes ſingulares deponentes de actibus, qui coniungi poſſunt, & tendunt ad eumdem finem, quando probent*, & n. 9.

4 *Fama,*
5 *Conſuetudo,*
6 *Poſſeſſio,*
7 *Iuriſdictio,*
} *Probātur per teſtes ſingulares, explicatur & declaratur*, n.22.

10 *Teſtes de diuerſis actibus deponentes, qui tendunt ad idem, in vnum conuenire cenſentur.*

11 *Teſtes ſinguli ſemiplenè probant, & in ciuilibus coniunguntur ad plenè probandum*, & n.12.

13 *Hæreſis,*

13 *Hareſis, Simonia, Vſura & Similia,* } *Non probantur per teſtes ſingulares & quare*, n.ſeqq.

14 *Teſtes de diuerſis loquentes coniunguntur.*

15 *Hareſes diuerſa coniungi inter ſe non poſſunt*, & n.16.18.& 56.

17 *Diuerſitas rerum & factorum inducit diuerſitatem in teſtibus.*

19 *Differentia inter famam & ſimiles, & inter hareſim & catera delicta.*

20 *Actus fama & conſuetudinis licèt diuerſi videantur tamen iidem ſunt reſpectu cauſa.*

21 *Genus per ſuas ſpecies oſtenditur, non econtra.*

22 *Actus fama iuriſdictionis, & ſimilium ſi per ſe principaliter intendantur probari, non ſufficiunt teſtes ſingulares, & quid in crimine hareſis*,n.54.

23 *Puritas & macula an per teſtes ſingulares probentur*, n. ſeqq.

Teſtes ſingulares non ſufficiunt ad probandum maculam ex certa, & terminata cauſa,n.23. *Secus generaliter*, n. 25. & ſeqq. *Exempla vtriuſque apponuntur*,num. 57. cum ſeqq.

24 *Teſtes non differunt propter diuerſas circumſtantias,qua ad idem tendunt.*

26 *Probatio regulatur ſecundùm ſubiectam materiam.*

27 *Qualitates ſanguinis ſunt fantaſtica,non naturales, non ſubſtantia ſed attributa accidentalia, variabilia,qua nec habentur,in corpore, nec in parte corporis ſenſitiua:ideóque difficilis probationis.*

Probantur per teſtes ſingulares:

27 *Qua ſunt difficilis probationis,*
28 *Religio*, & n. 54. *(actus,*
29 *Quid in genere per ſingulos*
30 *Qua coniungi poſſunt.*
31 *Origo.*
32 *Quaſi poſſeſſio,*
33 *Seruitus,*
34 *Qualitates ſanguinis,*
35 *Vita honeſta, vitióſave,*
36 *Fama communis,*
37 *Diffamatio*,& n. 51. & ſeqq. *declaratur*,n. 53.
38 *Antiqua,*
39 *Parentela, & deſcendentia.*
62 *Nobilitas,*
63 *Ignobilitas,*

40 *Deſcendentia an probetur per teſtes ſingulares, diſtinguitur,& exponitur*,n.43. cum ſeqq.

41 *Cap.licet ex quadam*, 47. *de teſtibus.*

42 *Cap.de parentela*,8. 31.q.6.

43 *Conſanguinitas ad diſſoluendum matrimonium probari debet per diſtinctionẽ certorum graduum,explicatur magis*,ſub n.44.

44 *Matrimonium ſicut res ſpiritualis difficilius diſſoluitur,quàm contrahitur.*

45 *Differentia inter probandum impedimenta matrimonij,& inter probationem puritatis, & macula.*

46 *Puritas & macula non probantur neceſſariò per diſtinctionem graduum*, & n. 49.

47 *Deſcendentia ad ius patronatus poteſt probari ſine diſtinctione graduum.*

48 *Teſtes diſcordantes in ſumma obligationis, qui praferantur.*

50 *Conſanguinitas & deſcendentia ſine certis probatur gradibus, dum certitudo de eſſentia non eſt.*

51 *Teſtes ſingulares quando probent verba iniurioſa ad recantandum palinodiam ex lege noſtri Regni*,& n.ſeqq.

Iniuria recens non probatur per teſtes ſingulares, ſecus ſi antiqua,ibid.

54 *Teſtes ſingulares quando probent obſeruationem ſecta,aut legis contraria fidei noſtra.*

56 *Teſtes an probent hareſim quam ſinguli diuerſo tempore,& loco dicunt audiſſe.*

57 *Macula per teſtes ſingulares quomodo probetur.*

58 *Rationes,qua coniungi inter ſe poſſunt, coniunguntur ad probationem macula, ſecus ſi coniungi non valeant.*

59 *Teſtes quorum aliqui dicunt deſcendentiam à reconciliatis,& alij à pœnitentiatis probant.Aſſerentes maculatã deſcendentiã aſſignãdo diuerſos gradus ſimiliter probant*, num.60.

61 *Sacelli benedicti vulgò, Sambenitos, dicti, probant non tantùm pœnitentiam,ſed etiam maculam deſcendentium.*

62 *Nobilitas probatur per teſtes ſingulares, & etiã ignobilitas*,n.63. *Qua talis dicitur ab ignobili ſtirpe,ſicut macula ab infecta*,n.64.

65 *Teſtes ſingulares,vt probent, debent eſſe plures,fide digni,& omni exceptione maiores*, n.67. *& ita probãt maximè cõcurrentibus indiciis, & adminiculis*,n.66. *Ex quacũq; exceptione nihil probant*,n. 68. *Maximè ſi defectus reiiciatur eo in negocio, de quo agitur*,n. 69.

67 *Teſtes ſingulares nobiles probant.*

Nobilitas facit vt dicto nobilis ſtetur, ibidem.

68 *Specialia duo an ſimul concurrere poſsint vel non*,& n.69.

70 *Singularitas diuerſificatiua,& adminiculatiua probare poteſt,ſecus obſtatiua.*

71 *Teſtes in probanda conſanguinitate non eſt neceſſe quod cognouerint eos, de quorum coniunctione deponunt in cauſis, qua non ſunt reſtricta ad certos gradus,ſecus aliter.*

72 *Teſtes quorum alij agnouerunt parentes, & alij auos,alij verò habent notitiam coniunguntur ad plenè probandum.*

73 *Teſtes ſingulares quando probent in aliis iudicüs, & quando non.*

74 *Iudex deliberare poteſt, quanta ſit teſtibus ſingularibus adhibenda fides. Poteſt teſti vnico ex coniecturis veriſimilibus credere plenè,* n. 75.

76 *Teſtis vnicus cui nihil opponi poteſt probat cum adminiculis.*

1 REGVLA eſt in iure tam certa, quàm nota &
vulgaris, quòd teſtes ſingulares plenè ſaltim
non probant, *ex text. in cap. bonæ memoriæ* 23. §.
contra legati, delect. cap. licet cauſam 9. *de probat. cap.
tam litteris*, 23. vbi *gloſſ. verb. ſoli, de teſt. cap. cum
Eccleſia Sutrina*, 3. §. *nos igitur, de cauſa poſſ. & prop.
cap. cum dilecti* 18. *de accuſat. cap. nihilominus* 16.
3. *quæſt.* 9. Quare Bald. *in leg. iureiurandi*, 9. *col.* 2.
num. 4. *C. de teſt.* dixit, quòd mille teſtes ſingulares tantum probant, quantum vnus, quem communiter cæteri fuerunt ſequuti, vt videre eſt penes
Peñam *in direct.* 3. *part. commun.* 121. *à verſ. His
ita poſitis, cum ſeqq.* Simanc. *de cathol. inſtit. tit.* 64.
num. 69. *& ſeqq. & in enchirid. tit.* 37. *per totum*,
Io. à Roxas 2. *part. de hæret. aſſert.* 6. *à num.* 120.
cum ſeqq. vbi doctè, & cum ratione loquitur, optimè etiam Io. Guttierr. *lib.* 3. *pract. quæſt.* 12. *à num.*
4. *cum ſeqq.* Aym. Crauetta *de antiq. temp.* 4.
part. ſect. ſed enim, num. 7. *&* 8. *& conſ.* 41. *à num.* 1.
cum ſeqq. Ioſ. Maſch. *de probat. concluſ.* 954. *num.* 20.
Petra *de fideicomm. quæſt.* 12. *à num.* 501. & aliis pluribus illius quæſtionis, Gracian. *diſcept. tom.* 4. *cap.*
78. *num.* 25. *& tom.* 5. *cap.* 909. *num.* 6. cum cumulatis per Farinac. *in ſuo tract. de teſt. quæſt.* 64. *à num.*
33. *&* 37. *cum ſeqq.* vbi latiſſimè de materia.

2 Ratio eſt, omiſſis aliis aſſignatis à citatis DD.
quòd cùm teſtes ſingulares dicantur, quia teſtantur de vnicis, ſingulis, & inter ſe diuerſis rebus,
dictis, aut factis, quæ inter ſe coniungi non poſſunt, ſecundùm *text. in l. Papinianus*, 20. *in princip.
de minor. l. naturaliter*, 12. §. *nihil commune* 1. *l. permiſceri*, 52. *de adq. poſſ. l. Sancimus*, 14. *verſ. ſed quid
autem, C. de donat. l. ſi maritus* 10. *C. de donat. inter l.
vſuræ* 10. *C. de vſuris*, eſt idem, ac ſic vnuſquiſque
in ſpeciali cauſa ſeparatim depoſuiſſet, & ſolus eſſet
in ſuo dicto, & teſtimonio, & cum ſinguli per ſe
fidem non efficiant, nec ius plenam vni præſtet fidem, nec omnes ſimul ad probandum iungi valeant,
quia diuerſi, manet res abſque plena probatione, &
tantùm cum vnico teſtimonio, vide benedicunt
prædicti Doctores, quod tantum probant teſtes nulle ſingulares, quantum vnus.

Ex qua ratione deducitur, quòd ſi dicta teſtium
3 non ita diuerſa fuerint, nec actus, de quibus deponunt, vt omnes ſimul tendant in vnum quid, cuius
natura ſit formari ex diuerſis f..ctis, ſeu vocibus, nec
conſiſtere valeat abſque illa actuum diuerſitate, &
ſi teſtes teſtes ſingulares exiſtant, coniungi ſimul
4 valent, & plenè probant, † exemplum habemus in
in probatione famæ, quæ propriè conſiſtit in pluribus, & diuerſis populi vocibus, & loquutionibus,
qua vocum diuerſitate probata, dummodò contrarietas non interueniat in fama, & quæ probari intenditur, plenè ipſa fama manebit probata. † Item
5 ſimile in conſuetudine habemus exemplum, quæ ex
obſeruantia plurium actuum conſtituitur, *l.* 1. *C. Quæ
ſit longa conſuet. l. an in totum* 3. *C. de ædific. priuat.*
DD. *in cap. fin. de conſuetud.* Bart. *in l. de quibus, num.*
12. vbi Iaſſ. 85. *de legib.* Bald. & Salic. *in l.* 2. (quæ ſit
longa conſuet. † & in poſſeſſione, quæ ex pluribus
6 diuerſis factis) dicitur, & conſeruatur, nempe ex perceptione fructuum, penſionum, locationum, cenſuum, & collectarum ſolutione, ſatione, & plantatione, ex præceptis, & actibus iuris poſſeſſorij
in re factis ſignatura, ſeu conſignatione, & clauſione rei velut traditæ, clauium receptione, viciniæ
ſcientia, & aliis ſimilibus, quæ omnia tendunt ad
quid vnum poſſeſſionis probandum, vt omnia congerunt, & probant DD. *ad Rub. & tit. de adquir.
poſſ.* præcipuè Matth. Vveſemb. *num.* 6. Hug. Donel.
lib. 5. *comm. à cap.* 6. *cum ſeqq.* maximè *cap.* 8 *&* 12. † 7
Atque etiam exemplum habes in Iuriſdictione, cuius exercitium in pluribus conſiſtit diuerſis actibus,
vt puta in præceptis, mulctis, cauſarum cognitionibus, collectis, & perceptione commodorum, & aliis,
quibus ſingulis probatis per ſingulares teſtes, quos
iudici ſufficere viſum fuerit, manebit iuriſdictio
probata, † ſicut & fama, conſuetudo, & poſſeſſio 8
per actus cuique accommodatos, vt quoad iuriſdictionem de magis communi pluribus relatis teſtatur
plures penes Emman. Barboſ. *remiſ. ad ord. Luſitan.
lib.* 3. *tit.* 55. *concluſ.* 3. *num.* 9. *pag.* 368. Farin. *d. quæſt.*
64. *à num.* 182 *cum ſeqq.* † vbi *num.* 187. bene intel- 9
ligit, dummodò omnes prædicti actus probati tendant ad eamdem iuriſdictionis ſpeciem probandam,
ſecus ſi ad diuerſas; veluti ſi alij afferant merum imperium, & alij de mixto, atque ita intelligendus venit Io. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 2. §. 1 *num.* 39. *verſ.* Vnum
tamen nota, quatenus negat, poſſe iuriſdictionem
probari per teſtes ſingulares, cùm loquatur de probandis certis eius actibus, ad quorum probationem
requiruntur conteſtes, nec ſufficiunt ſingulares, vt
ampliùs inferius oſtendam.

Quorum veritas magis ex duplici conſtat ratione: 10
Prima, nam teſtes qui de ſingulis actibus eamdem
cauſam & originem habentibus, deponunt, conueniunt in vnum quid certum, nempe in vnam cauſam,
& originem illorum actuum, qui ſemper ab ea ſolent
prouenire: & ſic in genere ſaltim perfectè illam
probant, vt tenent adducti ab Aym. Crauetta *de antiq.
temp.* 4. *part. princip. ſect. ſed enim, num.* 14. & à Io. Guttierr. *lib.* 3. *pract. quæſt* 12. *num.* 10. & per Farinac. *d.
quæſt.* 64. *num.* 159 *& ſeq.* & per Emman. Barboſ. loco
citato *num.* 6. maximè cum plures ſunt actus ex totidem teſtibus probati, qui veritatem cauſæ demonſtrant, cùm non ſit veriſimile tot teſtes conuenire
in tot actibus licèt diuerſis, qui ab vnica cauſa originem trahunt, ni cauſa ipſa vera exiſtente.

Secunda ratio eſt, quia ſinguli teſtes per ſe ſemi- 11
plenam probationem, aut ſaltim præſumptionem
conſtituunt, vt *in l.* 1. §. *ſi quis roget*, 2. *Teſtam. quem
adm. aper. l. Theopompus* 14. *de dote præleg. cap. veniens*,
10. *cap. licet* 23. *de teſt.* communiter probant DD. vt
teſtantur Villalob. *commun. opinio lit. T. num.* 92.
Anton. Gabr. *de teſt. concluſ.* 1. *num.* 49. Maſch. *de probat. lib.* 1. *quæſt.* 11. *num.* 2. *&* 3. cum aliis ibi: † quæ 12
omnes præſumptiones ſaltim in ciuilibus, vt ſunt
prædicta exempla, coniunguntur, ad hoc plenè probent, vt volunt *gloſſ. verb. legitimis, in l.* 1. *de excuſat.
tut. & in verb. illorum, in cap. veniens, el* 1. *de teſt.* Anton.
Gom. *tom.* 3. *de probat. delict. n.* 16. Iul. Claro *in pract.* §.
fin. q. 36. *verſ. tu ſcis*, Maſch. *de prob. concl.* 1223. *n.* 1. *&
ſeqq.* Meno *de arbitr. q.* 89. *n.* 65. *& ſeq. & de præſumpt. li.*
1 *q.* 39. *n.* 13. 18. *& ſeq.* Valeçuela *conſ.* 21. *n* 57. *& ſeq.*

Ex qua ratione ſequitur, quòd hæreſis, ſimonia, & 13
ſimilia non plenè probãtur per teſtes ſingulares deponẽtes de ſingulis actibus, ſeu delictis quod verius
eſſe puto de iure cõmuni, (nã in vſuris de iure noſtro
regio contrariũ eſt ſtatutũ, *per l.* 4 *tit.* 6. *lib.* 8. *recop.*
Auend. *de exeq. mand.* 1. *part. cap* 1. *n.* 19. *verſ. & idẽ
genus, &* 2 *part. cap.* 28 *num.* 2. Aceb. *in l* 6. *n.* 5. *tit.* 9. *lib.*
3. *recop.* & alij plures penes Em. Barb. *n.* 12. citato loco

Ign.

Ign. del Vilar. *in ſylua reſponſ. 9 à numero* 58. vbi aiunt, quòd debent eum ſingularibus teſtibus concurrere aliæ præſumptiones, Narbona *in leg.* 82. *gloſſ.* 2. *ex numero* 16. *tit.* 5. *lib.* 2. *recop.* †) tum quia
14 in his cauſis ſingulares teſtes non poſſunt coniungi ratione rerum, quas aſſerunt, quia omnino ſunt diuerſæ, nec ratione originis, quia nullam habent præter delinquentis voluntatem, & legem prohibentem, ex quarum ratione coniunctio
15 fieri nullo modo poteſt; † Tum etiam, quia ſicut diuerſæ hæreſes, (loquamur de eis ſpeciatim, vt quæ dicenda ſunt ad cætera trahantur) coniungi inter ſe non poſſunt, vt efficiant vnum integrale, *leg. Sancimus*, 34. §. *ſi quid autem*, *C. de donat. leg. vſura*, 10. *C. de vſuris*, nec inferri poſſit de vna ad aliam, & ſi omnes aduerſus vnum principium, & fidei veritatem dirigantur, ita nec teſtes ſingulares de diuerſis hæreſibus teſtantes coniungi in ſuis poſſunt depoſitionibus, nec inferri de vno ad alium, vt ex omni-
16 bus vnum quid probatum maneat: † non enim valet coniungi Trinitatis negatio, cum negatione poteſtatis ſummi Pontificis, nec inferri de vna ad aliam: nec quidem fidei veritas, aduerſus quam omnes diriguntur hæreſes, & ex ea dicitur caudas habere ligatas, negata videtur in vna ſpecie, quia probetur eius negatio in altera, & multo minus ſequitur fidei veritatem genericè in omnibus negatam exiſtere: cùm bene concurrere valeant, non credere vnum articulum, & credere cæteros omnes, nec credendum hoc ex illo eſſe, cùm vnum ab alio ſæpè ſæpius contingat abeſſe, nec ex pluribus ſpeciebus probatis etiam plenè, genus vniuerſum probatum cenſetur, ni omnibus probatis, aut niſi genus vniuerſum appareat abſolutè, & plenè probatum, quæ quidem cum ita diuerſa ſint, vt coniungi inter ſe non valeant, nec coniungi poterunt teſtes de eis ſingulis deponentes, itavt nec ratione rerum, nec per cauſam, quia criminaliter agitur, nec ratione originis prædicti teſtes diuerſarum hæreſum coniungantur ad aliquid in ſpecie, nec in genere
17 probandum, † cùm diuerſitas rerum, & factorum neceſſariò inducat diuerſitatem in teſtibus, quæ eos coniungi non ſinit, vt docuit Bart. *in leg.* 1. §. *idem Cornelio*, *de quaſt.* Felin. *in cap. cum cauſam, colum* 4. *verſ Primo caſu*, *de probat.* vbi etiam Dec. *num.* 11. & Paul. Æmil. *Rota deciſ.* 98. *num.* 4. *part.* 3. Beroi. *conſil.* 142. *num.* 11. *&* 12. *lib.* 3. Ruin. *conſil.* 114. *num.* 1. *lib.* 5. Rimin. *conſil.* 429. *num.* 4. *lib.* 3. Cardin. Tuſch. *lit. D. concl.* 517. *per totam, tom.* 2.

18 Et ſi in vnica tantùm ſpecie hæreſis teſtium diuerſitas conſiſtat, velut ſi vnus dicat, Petrum in foro dixiſſe, Deum non trinum, & vnum, & alter in domo, eadem verba audiſſe proferat, idem omnino aſſerendum eſt, quia nec prædicta ſpecies ex his ſingularibus teſtibus manebit probata, cùm non ſequatur negationem in vno loco fuiſſe prolatam, eo quòd aſſertam in alio probetur, nec coniungi valeant prædicta teſtimonia ad quid certum probãdum, nam cùm intendatur probare Petrum eſſe hæreticum circa Trinitatis myſterium, quia illud negauit in foro, & in Eccleſia, & in domo, & non certò appareat illud negaſſe in foro, nec in Eccleſia, nec in domo, nec poterit conſtare negatum in genere diuinum myſterium, cùm huius generis probationem deduci ſit neceſſe ex probatione illarum ſpecierum, quæ plena non eſt, nec erit ſimiliter quoad genus. Ex quibus rationibus euidentiùs cõſtat de veritate huius opinionis, quàm ex traditis à Peña, Rox. & Simancas, & ab aliis penes Emman. Barboſ. *dict. lib.* 3. *tit.* 55. *num.* 2. *pag.* 367. in locis citatis, quos & alios conſultò prætermitto, nam non auctoritatibus fulciri volo hanc ſententiam, ſed eius veritatem rationibus tantùm oſtendere intendo.

Nec nobiſcum pugnat, quod de fama, conſue- 19
tudine, & iuriſdictione ſuperiùs dixi, ex quarum ſingulis actibus probatis per totidem teſtes ſingulares deducitur earum plena probatio, inter quas, & hæreſis crimen magnam conſtituo differentiam, tum quia illarum rerum tractatio conſtituit iudicia ciuilia, in quibus diuerſæ probationes coniunguntur ad plenè probandum, non verò ita in criminalibus, vt paulò ſuperiùs probaui; † tum quia actus famæ, & conſuetudinis, 20
& ſimilium, licèt inter ſe diuerſi videantur, reſpectu tamen cauſæ à qua proueniant, quaſi iidem ſunt cenſendi, cùm ſinguli ita ſuæ cauſæ iungantur, vt ab eadem ſemper prouenire dicantur, & teſtes de eis deponentes incidunt in idem, in eandémque cauſam, præcipuè quia actus illi non principaliter per ſe probari intenduntur, ſed propter ſuam cauſam, & originem, à qua proueniunt; quæ primò à teſtibus inquiritur, & deducitur ex illa actuum diuerſitate per ipſos teſtes allata, quia cùm natura illarum rerum ſit, habere diuerſitatem in actibus, & in exercitio iuris ſui, per ipſam diuerſitatem probantur, nec reiicere poſſunt, quod ex ſuâmet natura habent, nec hoc impugnat, nec in eo adeſt inconueniens: quod diuerſum eſt in hæreſi, & cæteris criminibus, quorum ſinguli actus ita in ſua eſſentia perfecti ſunt, vt per ſe tãtùm 21
conſtituant reum hæreticum, Simoniacum, &c. independenter ab alia cauſa; & debent velut perfecti perfectè probari, & qui per ſe abſque alia cauſa operantur, nec enim intenditur probare quid in genere, ſed actus hæreſis, & Simoniæ ſpecialiter, & debent plenè probari, nec generica ſufficit, vbi ſpecifica quæritur probatio, nec quidem delictum committitur in genere, ſed in ſpeciali actu, qui ita probari oportet, vt exinde ſequatur probatio, ſicut præceſſit delictum; genus quidem oſtenditur per ſuas ſpecies, non verò ſpecies per genus, ſicut conſtituitur genus ex pluribus ſpeciebus, non enim plures ſpecies ex vnico genere, cuius probatio, vt rei naturæ conueniat, eodem modo fieri debet, vt probetur genus per ſpecies, non verò ſpecies per genus, & quidem genus probatur ex ſpeciebus, ſi ipſæ perfectè probentur, cùm plura imperfecta conſtituere vnum perfectum non valeant, ſicut etiam non erit certum genus, ni certè appareant eius ſpecies, cùm quid certum ex incertis prouenire non valeat, vt ipſa ratio dictat.

Ex qua ratione primò deducitur, quod ſi 22
ſinguli actus famæ, iuriſdictionis, & ſimilium probari intendantur principaliter per ſe, non quatenus ſuæ adiunguntur cauſæ, & velut acceſſorij ſunt, debent per conteſtes non ſingulares probari, & quilibet eorum per duos ſaltim teſtes, vt de iuriſdictione cum Ioann. Garcia ſuperiùs dixi, ſi verò cauſa ipſa, nempe iuriſdictio per ſpeciales actus in genere probari intendatur, & teſtes cauſam ſcientiæ, & rationem aſſignantes aiant, vnus quod ſcit, iuriſdictionem apud Petrum eſſe, quia vidit eum mulctam imponere, alter quia eius vigore executionem fieri agnouit, alius quia præceptum iuris dictionale imponi aſpexit, & ſic cæteri, ſimul omnes iuriſdictionem plenè probant, cuius veriſſimæ ſententiæ auctor

fuit Batt. *in leg. de quibus numero* 14. *de legib.* quem alij fuerunt ſequuti , quos refert Farinac. *in dict. quaſtion.* 54. *num.* 192. quod etiam procedit in probanda vna origine , ſeu vno integrali ex ſuis diuerſis partibus , quæ probari debent forma proximè aſſignata , aliàs ſecus , atque ita intelligendi veniunt adducti ab eodem Farinac. citato loco , *num.* 155. *&* 162. qui nimis generaliter loquuntur.

Secundò deducitur vera reſolutio , & reſpon-
23 ſio ad noſtram principalem quæſtionem , qua quærimus , an puritas , ſeu macula probari poſſit per teſtes ſingulares quia ſi macula (in qua maior difficultas eſt) probari intendatur ex aliqua certa , & determinata cauſa , nempe ex deſcendentia ab eo qui fidem deſeruit Catholicam vel qiud ſpeciale aduerſus eam patrauit , aut qui fuit relaxatus, vel reconciliatus , alitérve punitus per Sanctæ Inquiſitionis Officium , ſiue quia prouenit à ſacello benedicto ex affixis in Eccleſia , ſeu à nouiter conuerſo ad fidem , aut ex ſimilibus , debent teſtes conuenire in eamdem cauſam , deſcendentiam , nec ſufficient ſingulares alij aliam aſſeren-
24 tes , † licèt ſi referant circunſtantias diuerſas in ſe , quæ tamen tendunt ad eamdem cauſam , & originem probandam & coniungi valent , vt plenè eam probent , vt rationibus ſupra oſtendi & probant Aym. Craueta *de antiq. temp. 4 part. ſect. ſed enim* , *num.* 9. Emman. Barboſ. *num.* 6. *&* 7. citato loco , & Ioann. Guttierr. *lib.* 3. *practic. queſt.* 12. *numero* 8. & alij infra in 4. 5. & 6. ratione adducendi.

25 Si verò puritas & macula probari intendantur generaliter , & independenter a certa , & determinata cauſa , & origine , vt communiter fit , cùm prædictæ qualitates inueſtigantur vigore ſtatutorum puritatis , ex quibus inquiſitio generaliter fit circa qualitates inquiſiti , & circa opinionem, & famam , in qua ille , & ſui maiores vſque adhuc ſunt conſtituti , & teſtes ſingulares admittuntur , & probant plenè ; quia omnes modi , & circunſtantiæ , quæ poſſunt excogitari ad probandas prædictas qualitates , per teſtes ſingulares probantur , & per conſequens ipſæ qua-
26 litates , † quarum probatio regulari debet ſecundùm naturam eorum ex quibus conſtituuntur , *arg. text. in leg. cuius effectus* 148. *de reg. iur. leg.* 3. *C. de ſum. Trinit. leg. rem non nouam* , 14. *verſ. ſic etenim* , *C. de iudic. capit quatuor* , 27. *vbi gloſſ. verb. doceat.* 12. *queſtion.* 1. cum ſimilibus , ex quorum ſingulorum probatione apparebit huius rationis , & ſententiæ veritas.

27 Primò , quia vt ſæpè ſæpius dixi , prædictæ qualitates non ſunt naturales , ſed fantaſticæ , non ſubſtantia , ſed attributa accidentalia variabilia, quæ nec habentur in corpore , nec in parte corporis ſenſitiua vt de nobilitate dixit Andr. Tiraquel. & alij , quos refert , & ſequitur Ioan. Guttierr. *lib.* 3. *practic. quaſtion* 14. *num.* 16. atque ideò difficilis ſunt probationis , vt ex *text. in leg. Lucius* , 83. *de cond. & dem.* communiter colligunt DD. & probaui in dict. quæſtion. præced. & dicam in ſeq. §. numero 4. & plenè probantur per teſtes ſingulares ſecundùm Bertazol. *concluſ.* 273. *numero* 5. *& ſeqq* Farinac. *in d. quaſt.* 64. *num.* 297.

Secundò , dum agimus de probandis prædictis
28 qualitatibus , præcipuè intendimus probare ex qua aſcendentes prætenſoris fuerint religione, an ex Catholica , ſeu ex aliena , & reprobata, vt probaui latè ſuprà quæſtion. 4. §. 2. ſed religio , quæ ex pluribus actibus , ritibus , & ceremoniis conſtituitur per teſtes probatur ſingulares , vt dixi ſuprà ex Craueta , & Ioann. Guttierrez , & probat Farinac. *in dict. quaſtion.* 64. *n.* 159. Igitur & puritas, & macula velut effectus obſeruantiæ religionis.

Tertiò , licèt contrariæ ſint DD. opiniones circa 29
probandum quid in genere per teſtes ſingulares, de cuius veritate ſuperius egi , illud tamen communiter magis ſequuntur , quod dum non agitur de certis probandis actibus , rei , quæ probatur , natura hoc neceſſario requirit , ſufficiunt teſtes ſingulares de ſingulis actibus deponentes , vt ſpecificè probant Stephan. Lambert. *de contract. eorum* , *gloſſ.* 12. *numero* 26. & eo, aliis relatis Farinac. *in dict. quaſtion.* 64. *numero* 164. at nunc non agimus de probanda puritate , aut macula ex certis actibus , ſed in genere, nec illarum qualitatum natura hoc expoſcit. Igitur teſtes ſingulares ſufficiunt.

Quartò , teſtes ſingulares probant , dum 30
eorum depoſitiones coniungi valent ad vnum finem , idémque obiectum probandum , ex Ioann. Guttierr. *in dict. quaſtion.* 12. *numero* 8. Maſch. *de probat conclus* 379. *num.* 14. Aym. Craueta *de antiq. temp.* citato loco , *& in conſil.* 73. *numero* 34. *ad medium.* Petra *de fideicomm. quaſtion.* 12. *numero* 517. *in fin. &* 597. & in aliis , quos congerit Farinac. *dict. queſt.* 64. *num.* 147. Emman. Barboſa *dict. num.* 6. *&* 7. quod licèt generaliter intellectum difficultate non careat , tamen in his, quæ difficilis ſunt probationis , & in antiquo conſiſtunt , & poſſunt conſtitui ex pluribus vocibus , quæ communem efficiant reputationem vera eſt prædicta ſententia , vt ſuperiùs probauimus , & dicemus infrà in 9. ratione : ſed dum agitur de probandis prædictis qualitatibus , earum cauſa principaliter intenditur, quæ ex pluribus conſtitui poteſt , quorum depoſitiones valent coniungi ad probationem illarum , vt per ſe patet. Igitur ad earũ probationem ſingulares teſtes ſufficient.

Quintò , dum agitur de probanda puritate , ſeu 31
macula , principaliter quæritur , an aliqua generis ſit origo infecta , & an puræ ſint omnes eius lineæ : ſed dum agitur de probanda origine , iure admittuntur teſtes ſingulares , præſertim ſi ad genus , & familiam pertineat ſecundùm Felin. ſic notabiliter tenentem *in cap. licet ex quadam* , 47. *num.* 2. *verſ. Secundò reſtringenda eſt* , *de teſt.* Aym. Craueta *in d ſectione* , *ſed enim numero* 14. & faciunt tradita à Gut. *in d.q.* 12. *n.* 11. Igitur patet ſententia noſtra.

Sextò , probatur , dum agitur de puritate , ſeu 32
macula alicuius probanda principaliter intenditur probare quaſi poſſeſſionem , in qua ille ex communi reputatione habetur circa prædictas qualitates, vt pluribus adductis probat Ioann. Guttierr. *lib.* 3. *pract. quaſt.* 14 quaſi per totam maximè *num.* 6. iunctis *num.* 22. *&* 25. at quaſi poſſeſſio cuiuſque rei per teſtes probatur ſingulares , ex Aym. Craueta *dict. ſect. ſed enim* , *num.* 11. Antonin. Gabr. *titul. de teſt. concluſ.* 2. *num.* 32. iuncto *num.* 14. Petra citato loco *num.* 190. *&* 591. & aliis ibi , *& num.* 601. *&* 604 *&* 612. *& ſeq.* Flores de Mena *var. quaſt.* 22. *num.* 42. Emman Barboſa *num.* 8. citato loco. Oſaſch. *deciſ. Pedam.* 99. *num.* 25. Cæſar. de Graſſis *deciſ.* 78. *n.* 10. Bertazol. *conſil.* 20. *num.* 16. *in fin.* vbi teſtatur de communi. Igitur & quaſi poſſeſſio prædictarum qualitatum.

Septimò, macula generis eſt velut ſeruitus quædã 33
à genere, ſeu familia debita vt colligitur ex iuribus addu

adductis à Ioann. Garcia *de nobilitat. gloſſ. 6. numero 48. verſ. immo aunque la executoria*, & dicam infrà quæſtion. 13. §. 2. numero 40. & qoæſtion. 17. ex numero 40. at ſeruitus, per teſtes ſingulares plenè probatur, ſecundùm Felin. poſt Innocent. *in dict. cap. licet ex quadam, 2. limit. verſ. Iſtam doctrinam, de teſt.* Anton. Gabr. *de teſt. concluſ. 2. num.* 593. 595. *&* 620. licèt diſtinguentem videam Maſch. *de probat. concluſ.* 1213 *num.* 61. *& ſeq.* Igitur & macula generis.

34 Octauò qualitates generis, & perſonarum per teſtes ſigulares probantur ſecundùm Bald. *in capit. cum omnes, numero 26. & ſeq. de conſtit.* Corrado *in pract.* 12. *num. de teſt. & de eorum ſingularit. num.* 25. *ſub 6. limitat.* Petra *d. quæſt.* 12. *numero* 601. *verſ. idem in moribus, & verſ. item in probanda, vita alicuius*, & poſt omnes Farinac. *dict. quæſt.* 64. *num.* 224. at in informationibus puritatis agitur de probando ſanguinis, & generis qualitates. Igitur poterit fieri per teſtes ſingulares.

35 Confirmatur, vita honeſta, ſeu vitioſa alicuius ex teſtibus probatur ſingularibus ex Maſch. *concluſ. numero* 37. Petra citato loco *numero* 593. *&* 601. *verſ. Item in probatione honeſta vita*, Aym. Craueta *conſil.* 73. *ſub numero* 33. Rimin. *conſil.* 274. *à numero* 1. *lib.* 2. Ioſephus Eudon. *concluſ.* 64. *verſic. & ad probandum.* Emman Barboſa *remiſ. ad ord. Luſitan. lib. 3. titul.* 55. *concluſ.* 3. *num.* 13. *pag.* 369. At macula ſanguinis ex vitio maiorum prouenit, & ex obſeruantia hæreſis, quæ omnium maius vitium eſt. Igitur eodem debet probari, ſicut eius cauſa.

36 Nonò probatur, præcipua ſanguinis qualitatum probatio conſiſtit io cómuni reputatione voce, & fama populi, ex Ioann. Guttierr. *in dict. quæſtion.* 54. *per totam.* & dicam latè in ſeq. quæſt. in princip. & poſtea, ſed communis reputatio, & fama ex teſtibus probatur ſingularibus, nempe ſi vnos dicat in platea audiuiſſe, alius in via, alius in domo, ſioe quia ille dixit audiuiſſe à Tirio, & Seio, iſte à Marco, & Caio, aut quia alter commemorat audiuiſſe menſe Aprilis, alter menſe Maij, tamen omnes ſimul famam, & communem reputationem concludunt, *arg. l. ob carmen.* 21. *§. fin. de teſt.* Bart. *in leg. de minore, §. plurimum numero* 24. *de minorib.* Peña *in director.* bene explicans 3. *part. commun.* 19. *verſ. rurſus ſi teſtes*, Petra citato loco, *quæſtion.* 11. *numero* 377. *&* 449. Gabr. *de teſtam. concluſ.* 2. *numero* 36. Maſch. *de probat. concluſ.* 749. *numero* 23. Farin. qui alios allegat *de medic. & tortura, quæſtion.* 47. *numero* 265. *& tractat. de teſtam. quæſtion.* 64. *numero* 253. Emman. Barboſ. citato loco *numero* 14. Igitur fama & communis reputatio prædictarum qualitatum probari poterunt per teſtes ſingulares.

37 Decimò, probatur ex ſimilitatione cum præcedenti, nam generis macula nihil aliud eſt, quam quædam communis diffamatio deſcendentiæ a conuerſis ſiue pœnitentiatis per Sanctum Officium, vt probaui ſuprà quæſt. 4. §. 2. ſed quælibet diffamatio ex teſtibus ſingularibus probatur ſecundùm Bald. *in leg.* 1. *num.* 8. *quæſt. C. de teſtam. & in leg. ea quidem numero* 56. *C. de accuſat.* & allegatos à Cobbarr. *lib. 3. var. cap. 3. num.* 1. Anton. Gabr. *lib. 1. de teſtam. concluſ. 2. num.* 38. Petra *dict. quæſt.* 12. *num.* 5. *&* 13. 54. 598. *& num.* 611. *&* 613. *&* 622. Maſch. *concluſ.* 236. *num.* 1. *concluſ.* 749. *num.* 24. *& concluſ.* 895. *num.* 3. *&* 4. Farin. *dict.* 1. *part. quæſt.* 47. *num.* 304. *& de teſt. d. quæſt.* 64. *num.* 254. Emman. Barboſ. *ſupra num.* 15. Igitur diffamatio maculæ probari per teſtes poterit ſingulares.

Vndecimò, dum circa qualitates generis inquiritur, de adquiſitis ab omnibus aſcendentibus generaliter quæritur, qui antiquiſſimi eſſe ſolent, & de antiquiſſima re probanda agitur, quæ à viuentibus agnoſci non potuit, nec concordare valent in requiſitis, & in qualitatibus rerum nunc non apparentium, inuiſibilium, & accidentalium, quorum memoria conſtans eſſe non poteſt, nec nocere ſingularitas teſtium, ex ratione *text. in leg. carbonianum.* 3. *§. duæ autem, verſ. finge de Carbon. edicto. leg. peregrè*, 44. *in princip. de adquir. poſſ.* Bart. *in dict. §. duæ autem, numero* 8. & Alber. 5. Petra *in dict. quæſtion.* 12. *num.* 878. Iacob. Ægid. *tract. de teſtam. numero* 5. *verſ. an antiquum ſit negocium*, Alexand. *conſil.* 65. *numero* 3. *& ſeq. lib.* 2. Auguſt. *conſil.* 25. *numero* 4. Gramm. *deciſ.* 60. *numero* 7. *verſ. Secundo conſideranda perit, & numero* 14. *& ſequenti.* Igitur ſingularitas teſtium in macula, ſeu puritate antiqua probanda obeſſe non debet. 38

39 Duodecimò, & vltimò, dum agitur de parentela, & deſcendentia probanda teſtes admittuntur ſingulares, qui alij de vno, alij de alio deponant gradu, ex Felin. *in dict. cap. licet ex quadam*, 47. *num.* 2. *verſ. ſecundo reſtringenda eſt*, & aliis allegatis à Maſch. *concluſ.* 411. *in fin. gloſſ.* Abb. & cæteri *in dict. capit. licet ex quadam, gloſſ. in capit. de parentela*, 8. 38. *quæſtion.* 6. *gloſſ.* 1. *in fin.* *l.* 17. *tit.* 9. *part.* 4. Emman. Barboſa, *num.* 25. citato loco & Farinac. *de teſt. dict. quæſt.* 64. *num.* 262. ſed nos agimus de probando, an prætenſor ex maculata proueniat deſcendentia, vel non. Igitur poterit probari ex ſingularibus teſtibus. Ex quibus apertè hæc ſententia abſque dubio probatur.

40 Sed ei tria maximè obſtant; Primò, qoòd in probanda deſcendentia opus eſt quòd ſaltim duo teſtes de ſingulis deponant gradibus, & ſic conteſtes requiruntur, ex adductis per Farinac. *ibidem num.* 266. 41 † Secundò, obſtat *text. in dict. capit. licet ex quadam*, vbi expreſsè deciditur, qoòd teſtes ſingulares non probant deſcendentiam nec conſanguinitatem. 42 † Tertiò, *text. in dict. capit. de parentela*, 8. in illis verbis, *& proinde tam in gradibus diſcordare*, iunctis aliis inferioribus ibi; *in quibus omnibus non debet aliqua varietas, vel contrarietas inueniri*, 31. *quæſtion.* 6. quibus ſignificatur, in probandis deſcendentiæ gradibus debere teſtes concordare abſque vlla varietate, nec contrarietate, ex quibus ſingularitas etiam apertè reiicitur.

43 Quæ veriſſima ſunt, & ratione maxima nituntur in ſpecie, de qua loquuntur; nec quidem ideò contra nos pugnant, illud paret, quia prædicta iura, & rationes procedunt in conſangoinitate probanda ad effectum diſſoluendi matrimonium, ad quod eſt opus exacta graduum probatio per conteſtes, non ſingulares depoſitiones, nempe ſi duo teſtes de vno gradu, alij duo de alio, & ſic de cæteris deponant, ex quibus rectè deſcendentia probata manet oec ſingularitas, ſed coocordia adeſt; dum verò teſtes diſcordes, ant ſingulares inueniuntur, deſtruunt probationem ad diſſoluendum matrimonium, nam ſi quidam teſtes à communi ſtirpe quatuor gradibus diſtare coniuges aſſerant, alij verò dicant quinque gradibus differre, qui ſibi ipſis contrariantur, non proſunt ad diſſoluendum matrimonium, nam ſi fides præſtatur teſtibos circa quatuor gradus conſanguinitatis, coniuges ſeparandi veniunt, qoia matrimonium nullum eſt ratione conſanguinitatis

in gradu prohibito, *ex tex. in c. non debet*, 8. *de conſang. & aſſinit.* Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *de matrim. can.* 3. ſi verò fides adhibeatur illis, qui in quinque gradibus cognatos eſſe aſſerunt, matrimonium mero iure validum eſt, cùm prohibitio illuc non extendatur, quo dubio potius ius aſſiſtit his, qui pro patrimonio
44 deponunt, † quod difficilius iam contractum diſſoluitur, quàm de nouo contrahitur, ad exemplum rerum ſpiritualium, *leg. conſenſit.* 8 *in princip. C. de repud. cap. inter corporalia* 2. *de tranſlat. Epiſcop. cap. cum locum* 14. *de ſponſal. cap. ex parte*, 9. *de conuerſ. coniug.* quæ ratio, & ſpecies *d. c. licet ex quadam*, *& dict. cap. de parentela*, diuerſæ rationis eſt ab hac de qua nunc loquimur, ſi verò intra gradus prohibitos omnes teſtes loquantur veluti alij de ſecundo, alij de tertio, & alij de quarto probabunt matrimonij impedimentum, quod à quocumque petatur, habetur, ex pluribus adductis à Peregrin. *de fideicomm. artic.* 43. *num.* 63. ex quibus ſufficit probatio facta intra gradus à lege, ſeu ſtatuto ſignatos.

45 Atque ideò contra nos, vt dixit, non pugnat, quia inter probanda matrimonij impedimenta, & inter probationem puritatis & maculæ, de quibus loquimur, maxima adeſt differentia, cùm impedimentum conſanguinitatis circa matrimonia gradum obtineat limitatum, vſque ad quartum videlicet, extra quem contrahere permittitur, & contractum non diſſoluitur, niſi ex apertis, & indubitatis probationibus impedimentum appareat, quod cùm in certo gradu conſiſtat, debet certo, & indubitato conſtare, & ſi ex probationibus contrariis certus prohibitus non demonſtretur gradus mero iure matrimonium ſubſtinetur ex prædictis iuribus, vt in magis difficili ſpecie probat Marc. Antonin. Ge-
46 nuenſ. *in practi. Eccleſiaſt. quæſt.* 280. *per totam*; † ſed dum agitur de puritate, aut macula probanda, nullus intercluditur gradus, & vtraque procedit vſque in longiſſimam metam, quare nihil intereſt, an alij teſtes de vlteriori gradu deponant, & alij de propinquiori, dummodò conueniant omnes in eamdem ſtirpem putam, aut maculatam, à qua prætenſor oriatur ex *text. in l. pronunciatio*, 159. §. *familiæ* 2. *de verb. ſign.* Cabedo 2. *part. deciſ.* 73.
47 *num.* 13. † Et in cauſis patronatus, qui defertur iure nobilis ſanguinis, & deſcendentiæ, quæ non poteſt probari per diſtinctionem graduum, & matrimonium poterit probari per famam, & teſtes ſingulares ſecundùm Bald. *in cap. cum ſuper*, *de renunciat.* docet Lambert. *de iure patronat.* 2. *lib.* 2. *art.* 4. *numero* 5. *in* 10. *quæſt. princip.* & aliis pluribus relatis Pelaez *de maiorat.* 2. *part. quæſt.* 8. *num.* 91. & in puritatis materia loquendo, ita fuiſſe à Rota iudicatum in Toletana portione apud Illuſtriſſimum Mantic. *deciſ.* 154. *num.* 7. & 8. inter impreſſas, teſtatur Auguſt. Barboſ *de offic. Epiſcop.* 1. *part. titul.* 2. *gloſſ.* 17. *num* 37. & probant
48 plures paulò inferius referendi; † cui rei eſt ſimile, (licèt prima facie diuerſum videatur) quod paſſim à Doctoribus traditur, circa teſtes diſcordantes in obligationis ſumma, qui alij de maiori, alij de minori quantitate aſſerunt, tamen obligationem ipſam probant, vt ſaltim contracta appareat in minori ſumma, ſecundùm *text. in leg. diem proferre*, 27. §. *ſi plures* 3. *de arbitr. leg. inter pares*, 38. *in fin. de re iud. leg. Sempronius Proculus*, 47. *de leg.* 1. *cap.* 1. *de arbit. in leg.* 16. *titul.* 22. *part.* 3. Parlad. 3. *tom. quotid. differ. in princip. quæſt.* 9. *num.* 1. allegatos plures à Fa-
49 rinac. *dict. quæſt.* 64. *à numero* 233. † Ita ſimiliter in ſpecie noſtra, licet teſtes in gradibus diſſonent, conueniunt tamen in eamdem originem, & radicem, quæ principaliter intenditur probari, & cùm certa ſit, & eius qualitates conſtent, graduum diuerſitas, ſeu longinquitas ad rem nihil facit, ſecundùm Felin. *in aut. capit. licet ex quadam*, *num.* 2. *verſicul. Secundò reſtringenda*, Aym. Craueta *de antiq. temp.* 4. *part. ſect. enim*, *num.* 14. & alios infra referendos.
† Et hoc eſt, quòd communiter habemus re- 50
ceptum abſque contradictione vlla, quod ex natura negotij, de quo agitur, præcisè non requiritur certorum graduum probatio, ſufficit probare in genere conſanguinitatem, & deſcendentiam abſque vlla graduum certitudine, nec computatione, vt probant plures adducti à Iulu. Paciano *de probat. lib.* 2. *capit.* 12. *numero* 38. Mandoſ. *conſil.* 83. *numero* 21. *& conſil.* 356. *num.* 38. *& vol.* 1. Peregrin. *de fideicomm art.* 43. *numero* 65. Rubeo *conſil.* 16. *numero* 16. Zephal. *conſil.* 137. *num.* 38. *vol.* 1. Fab. de Anna *conſil.* 88. *num.* 20. & quòd in noſtra materia non ſit opus illa formalis graduum computatio, quæ requiritur *in dict. cap. licet ex quadam* 47. *de teſt.* communiter receptum eſt, ſecundùm Io. Garcia *de nobilit. gloſſ.* 18. §. 1. *numero* 3. *verſic. Ex quo ſenſu*, & allegatos à Cabedo ſuprà, & Perez de Lara *dict.* 2. *part. capit.* 4. *numero* 12. & 13. Auguſt. Barboſ. *dict. gloſſ.* 17. *numero* 37. & à D. Ioann. del Caſtillo *controuerſ. Iuris tom.* 6. *lib.* 5. 2. *part. capit.* 122. *ſub numero* 24. vbi ait in antiquis non eſſe neceſſe, quòd interueniant omnia requiſita *dict. cap. licet ex quadam*, licet pleráque requirantur, quæ ſecundùm ſubiectam materiam & regulares in materia teſtium doctrinas communiter requiruntur, quia prædictus textus tantùm loquitur de probanda conſanguinitate in certo gradu ad diſſoluendum matrimonium, & requiritur plena, & certa graduum probatio, quod diſſimile valde eſt à noſtra ſpecie, de quo plura etiam congerit Nicol. Garcia *de benefic.* 7. *part. capit.* 15. *à num.* 28. & nos infrà in §. ſeq. ex n. 15. cum pluribus ſeqq.

Ex quibus maximè ex decima, & vndecima 51
ratione primò deducitur, veram exiſtere ſententiam Ignatij del Villar *in ſuo* 9. *reſponſo num.* 48. volentis, quòd ſi in ſpecie text. in *leg.* 2. *titul.* 10. *lib.* 7. *recop.* quæ loquitur de quatuor verbis maioribus iniuriæ, quorum, pœna palinodiæ recantatio eſt, ſint teſtes contrarij, aut varij circa tempus, aut locum, vel in vtroque, ita vt ſingulares exiſtant & caſus nouus, & recens fuerit, non probant, & reus abſoluendus venit ex deficiente probatione; ſi verò iniuria antiqua fuerit, & longum tempus tranſactum, ſecus dicendum, quia diſſonantia in teſtibus, ſeu ſingularitas circa tempus ad defectum memoriæ tribuitur, non ad diuerſitatem factorum, cum memoria hominum labilis ſit ex iuribus relatis in d. 11. ratione, & probat *text. in dict. cap. fin.* 7. *quæſt.* 7. cum aliis adductis ab eodem Ignac. del Villar citato loco *numero* 43. *verſ. bene verum eſt*, *cum numero ſeqq.* nec mirum ſi in aliquibus differant, non tamen ſubſtantia verborum, in qua omnes conuenire debent, vt dictum, & probatum eſt in ſuperioribus, & tunc conteſtes, & non ſingulares eſſe præſumuntur, quæ vtilis diſtinctio eſt, & praxi paſſim occurrens.

Cui adde, idem eſſe dicendum, cùm agitur non 52
de probandis certis verbis iniurioſis, ſed de diffamatione, & diuulgatione eorum in pluribus

locis

locis coram diuerſis, quia tunc probant teſtes ſingulares, tum quia diffamatio conſtituitur ex diuerſitate iniuriarum hic,& alibi illatarum, cui officere non debet diuerſitas teſtimoniorum, tum etiam, quia omnes teſtium depoſitiones in vnum diffamationis finem coniungi valent,& illum plenè probant, non verò ita in probandis ſingulis verborum prolationibus,quæ cùm certæ,& determinatæ ſint,debent certè per conteſtes,non ſingulares probari, & ita intelligi oportet Craueta *conſ.78.col.1.& 2.* Petra *d.quæſt.*
53 *12.num.595.*& Farinac. *d. quæſt.64. num.279.* † Quatenus volunt, quòd verba diffamatoria poſſint per teſtes ſingulares probari, quia ſi eos aliter intelligamus, aut generaliter prout loquuntur, vera non erit eorum ſententia, ſed in praxi hæc opinio difficultate non caret, maximè quoad imponendum pœnam ordinariam palinodiæ, quæ grauiſſima eſt, & durum maximè imponi per teſtes tantum ſingulares, ad extraordinariam verò ſufficere puto.

54 Secundò deducitur vera intelligentia opinionis Iac. Simanc.*de Cathol. inſtit. tit.64.num.75.& 76. & in Enchirid.viol.Relig.tit.57.de teſt.ſingul. num.fin.*allegati,& ſequuti à Farin. *de hæreſi quæſt.*188. §.9.*n.*157. volentia, quòd ſi agatur de probanda obſeruatione legis, aut ſectæ Lutheranorum videlicet, Sacramentariorum,vel Anabaptiſtarum,& ſimilium,ſufficiunt teſtes ſingulares quorum alij de vno ritu, alij de alio teſtentur, ſi modò deponant ea forma, quam ſuprà ſignauimus *num.*22. & manebit plena probatio illius obſeruationis, & reum verè illius legis, aut ſectæ ſectatorem eſſe, cuius apparet ritus obſeruaſſe ſecundùm *cap. contra Chriſtianos. de hæret.in* 6.& ita praxi ſeruari apud fidei Tribunalia in Regno Luſitaniæ cognoui, de cuius iuſtitia agit latè, & nouiſſimè Fr.Ant.de Souſſa *in quæſt.vn. de teſtib.ſingularib.in cauſis fidei*, quæ extat in fine ſuorum aphoriſmorum
55 Inquiſitorum, † ſecus verò ſi allegentur,& intententur probari certus actus, facta, aut ceremoniæ, in quarum probatione ſi teſtes ſint ſingulares,nihil erit probatum, cum reſpectu certorum actuum illa dicatur incerta probatio, quæ nihil prodeſt ex redditis rationibus, quæ ſpecies plurimum diſtat ab eo,quod de probatione hæreſis in genere diximus ſuprà n.19.
56 & ſeqq. † Et reddit difficilem aliam opinionem eiuſdem Iac. Simanc. *in Enchirid. d. cap.57. num.8.* quatenus ait, plenam efficere fidem teſtes, qui vario loco, & diuerſo tempore eamdem audierunt hæreſim,ſi fidedigni, & plures ſunt, & veriſimilia deponant, quam periculoſam vocat Ign. del Villar. *in d. reſp.9.num.*43.

57 Tertiò deducitur, quod ſi in probanda generis macula ſint teſtes, qui eam aſſerant ea ratione, quia agnouerunt aſcendentem extra fidem Catholicam fuiſſe,alij quia conſanguineus ex eadem linea eiectus fuit propter puritatis defectum ab aliqua communitate,ſeu honore, alij, quia ita eſt publica & communis opinio & cæteri, quia audierunt de eadem alloqui macula, etiamſi nec in perſonis, a quibus audierunt,nec in loco, nec in tempore conueniant, ſeu alias diſſimiles aſſignent rationes, ex quibus ſingulares exiſtant,quæ tamen poſſint coniungi ad maculatam deſcendentiam probandam, plenè ac perfectè
58 probant. † Secus verò erit, ſi rationes ita contrariæ exiſtant, vt coniungi non valeant ad quid certum probandum, veluti ſi aliqui impuritatem aſſerant, quia prætenſor deſcendit determinatè à certa perſona, nempe Petro, qui legem Moyſis ſeruauit, aut qui aliter punitus fuit per ſanctum Officium Inquiſitionis, alij quia ortum capit ab eodem Petro, qui ſectam Mahometi fuit amplexus, alij quia idem Petrus Lotheranus extitit, qualia coniungi non valent, cum veriſimile non ſit, vnam, & eamdem perſonam tot leges, & ſectas diuerſas obſeruaſſe; ſicut nec ſi dicant prætenſorem maculatum, alij ex deſcendentia ab Hebræis, alij à Sarracenis, alij à Lutheranis, aut ſi quidam dicant maculam prouenire à conuerſis nouiter ad fidem: alij à relaxatis, ſeu reconciliatis per ſanctum Officium,inter quos adeſt maximum diſcrimen,ne ſi appareat circumſtantia, quæ eos coniungat,velut ſi aliquis ex aſcendentibus prætenſoris conuerſus ad fidem poſtea delinquiſſe probetur, & ideò punitum per ſanctum officium, ſeu vnus aſcendens conuerſus, alius punitus appareat, aut vnus Hebræus, & alter Mahometanus, aut Lutheranus probetur, quæ omnia concurrere valeant, nec reiiciendi ſunt teſtes de ſingulis deponentes, † ſi qui- 59
dam aſſerant maculam prouenire à relaxatis per ſanctum Officium, alteri à reconciliatis,& denique alij à pœnitentiatis,quia vulgus hæc vocabula confundit, nec diſcrimen inter ea conſtituit, nec apponendum eſt inter teſtes diuerſimodè de eis differentes, quæ omnia probantur ex differentia, quæ adeſt, inter ſingularitatem adminiculatiuam, quæ probat in cauſis, quas ſuprà retulimus, & inter obſtatiuam, quæ cum contrarietate eſt, & nihil probat vt exemplo Danielis 13.tenet Eymer. 3.*part. direct. quæſt.72.* vbi Peña *comm.121.verſ.Sed quo apertius*, cum pluribus relatis ab Acuña *de confeſſ.ſolicit. quæſt.22.num.7.* vbi Freitas *num.*18. & à Souſſa *eod.tract.1.part.c.11. num.3.*

Quartò deducitur,quòd teſtes maculam probant, 60
ſi aſſerant prætenſorem ſuam originem trahere a relaxatis,ſeu pœnitentiatis per ſanctum Officium, ſeu à ſignis cruçatis in Eccleſiis ad damnatorum memoriam affixis vulgò,Sambenitos,dictis,etiamſi deſcendentiam diſſimilibus probent rationibus & gradibus, qui valent coniungi ad certam deſcendentiam probandam, & in graduum computatione diuerſi ſint, velut ſi alij diſcant prætenſorem ab ſtirpe maculata per quatuor gradus diſtare, & alij per quinque,& ſic de cæteris, quia cùm graduum longinquitas,ſeu propinquitas ad rem,non plurimùm attineat, dummodò certa deſcendentia ſit, & in ea concordent teſtes, eorum diſſonantia circa gradus, & rationes nihil obſtat, vt probant DD. adducti ſuprà num. 47.

Dixi, *à ſignis cruçatis*, quia plenè probant, non 61
tantùm contra ipſum damnatum, ſed etiam aduerſus eius deſcendentes, ex ratione *text. in l.ingenuum. 25.de ſtatu homin.cap.cum inter.13.de re iud.* quia cum originem trahant à ſententiis latis in ſancto Inquiſitionis Officio, & ſint velut ſigna executionis earum, quæ aduersùs omnes probant, vt dicam infrà, quæſt. 17. ita etiam ſigna cruçata, vt probat Perez de Lara *in d.cap.4.num.*124. vbi ait, quòd fidem efficiunt, ac ſi inſtrumenta eſſent publica, ex Sicard. *in Rub.de probat.num.*8. & meritò cùm eorum appoſitio ſit virtute ſententiarum, quæ rem efficiunt iudicatam, ex Paramo *de orig. Inq. lib.1. tit.2. cap.5. per totum.*

Atque eadem locum habent in probanda nobili- 62
tate, quæ cùm maximè conſtituatur ex diuerſitate actuum nobilium,vt *in l.7.& 8.& 27. tit.11. lib.2.recop.* & probat Io.Gutiert. *lib.3.part.quæſt.*14.*num.*14. & illorum actuum probatio per teſtes ſingulares fieri valeat,oritur nobilitas plenè probata, vt in ſpecie probant Io.Garc.*de nobilit. gloſſ.2.§.1.num.33.cum pluribus ſeqq.*vbi *num.*36. idem admittit in probanda 63
ignobilitate, quia contrariorum eadem eſt diſciplina, faciunt tradita per eundem Io. Garc.*gloſſ.7.n.*33. & per Valençuel. *conſ.*90. *num.*42. & ſicut nobilitas per actus nobiles probatur, ita etiam per ignobiles

ignobilitas, ex Felin. & aliis *in d.cap.licet ex quadam.* Ant. Gab. *lib. 1. tit. de teſtib. concl. 2. num. 18. & 47.* &
64 aliis à Garcia adductis *in d.num. 33.* † Et ſicut macula deducitur ab ſtirpe infecta, ita & ignobilitas ab ignobili, *ex l.liberorum. 220. de verb ſign.cap 2. §. hæretici, de hæret. in 6. iuncta l. 2 tit. 21. part. 2. arg. text. in cap. quod dilectio, 3. cap. fin. de conſang. & affin.* Io. Garc. *de nobilit gloſ. 18. §. 1. num. 4.* Bart. Socin. *conſ. 241. n. 7. vol. 2.* & ſtirps probatur per teſtes ſingulares, vt ex Lara, & Barboſa ſuperiùs probaui, & ita omnes qualitates, quæ ab ea proueniunt.

65 Quæ omnia pluribus concurrentibus intelligenda ſunt, primò dummodò teſtes plures ſint, nam cùm admittuntur ſingulares, idem non ſufficit numerus, ac ſi conteſtes eſſent, vt probant Simanc. *de cathol. inſtit tit. 64. num* 81. & allegati à Maſch *de probat. concl. 856. num. 15.* & ab Alphonſ. Narbona *in l. 2. gloſſ. 2. num. 9. tit. 2. lib. 8. recop. pag. 902.* & in puritatis cauſis ita communiter obſeruatur, quia cùm agatur de re vaga, & intellectu imperceptibili, de qua varij varia ſentiunt, & de maximo familiarum præiudicio, debet pluribus probari, vt in magis periculoſis, & grauibus negotiis ſuccurſu maioris probationis ſubueniatur, vt *in l. 1. de carbon.* cum ſimilibus, qualis autem debeat eſſe numerus certò aſſignari non poteſt, ſed indicum arbitrio relinquitur, vt perſonarum, & dictorum qualitatibus, & circunſtantiis penſatis ratione id regulent, & arbitreutur.

66 Secundò intellige, vt indubitabilius procedat hæc noſtra opinio, ſi cum teſtibus ſingularibus concurrant aliæ coniecturæ, & præſumptiones, quibus in omnibus cauſis fit plena, & firma probatio, ſecundùm Couarr. *lib. 2. var. cap. 3. num. 5. verſ. Et ſanè.* Paul. Caſtrenſ. *conſ. 281.* incipit, *In cauſa iſta.* Craueta *de antiq. temp 4. part. ſect. ſed enim, num. 26.* quos tranſſcripſit Narbona *in l. 82. gloſ. 2. num. 34. tit. 5. lib. 2. recop. col. 239.* ex Io. Gutierr. *lib. 3. pract. quæſt. 12. num. 17.* Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 86.* Idem Craueta *conſ. 73. num. 26.* Ant. Gab. *lib. 1. de teſt. concl. 2. in fin.* adductus à Seraph. *deciſ. 1029. num. 12. col. mihi 42. 2. part.* Petra *de fideicom. quæſt. 12. num. 526. & 604. & num. 707.* cum aliis pluribus penes Farin. *in d. quæſt. 64. num. 302.* ſi tamen numero plures ſint in probanda puritate, ſeu macula ſufficient teſtes ſingulares, etiam ſine aliis indiciis, & præſumptionibus.

67 Tertiò intellige, dummodò fidedigni, & integri teſtes ſint, quia in omnibus cauſis in quibus admittuntur teſtes ſingulares debent eſſe probi, & optimæ opinionis omnique exceptione maiores, vt in cauſis nobilitatis animaduertit Io. Garc. *in d. gloſ. 2. §. 1. num. 40.* & quòd iudex poſſit teſtibus ſingularibus fidem præſtare ſi eos videat integros eſſe, & fidedignos, docent plures adducti à Ioan. Gutierr. *d. quæſt. 12. num. 15.* & à Farin. *d. quæſt. 64. num. 304. cum ſeqq.* Narbona *in l. 35. gloſ. 2. num. 4 tit. 25 lib 4 recop. pag.* 714. Et quòd ſi teſtes nobiles ſint, quamuis ſingulares probent docet Marc. Ant. Genuenſ. *practic. Eccleſ. quæſt. 672. num. 4.* præter allegatos à Farin. citato loco, & ab Emman. Barboſ. *remiſſ. ad Ord. Luſitan. lib. 3. tit. 55. concl. 3. num. 44. pag. 370.* Necuzan. *in ſylua nupt. lib. 5. num. 123.* quia nobilitas eſt cauſa, qua ſtetur dicto nobilis ex Craueta *conſ. 144. num 6. in princ.* Crot. *conſ 332. num. 10. vol. 1.* Rota apud Farin. *deciſ.*
68 *469. num. 3. in fin. p. 1. poſthum.* † Immò quòd ex quacumque exceptione, quam patiuntur ſingulares teſtes nihil probent, ni duo ſpecialia ſimul concurrant, ſingularitas videlicet, & defectus alter, contra *l. cum poſt. 69. §. gener 4. de iure dotium. l. 1. cum ibi notatis, C. de dot. promiſſ.* & plures allegatos penes Aug. Barboſa *Axioma. 211. num. 1. pag. 128.* tenet idem Narbona aliis relatis *in l. 82. gloſ. 2. num. 55. & 82. tit. 5. lib. 2. recop. pag. 241. & 244. & in l. 2. gloſſ. 5. num. 11.*
& 12. tit. 21. lib. 8. recop. pag. 908. † quod intelligi po- 69
teſt in puritatis cauſis, dum defectus talis eſt, vt per eum teſtis repelleretur, vt ſi inimicitia, aut ſimilis defectus fuerit; ſecus verò ſi ex eo non reiiciatur, vt ſi fœmina ſit, quæ producitur ad puritatem probandam, licèt in cæteris negotiis non habeatur pro integra, quare ſi ſingulares fuerint, fidem efficient, cum reſpectu horum iudiciorum non concurrant duo ſpecialia in prædicta ſpecie, præterquam quòd non omnino verum eſt, quòd iure ſit prohibitum concurrere duo ſpecialia, quod omitto, quia non huic multum prodeſt. Interim tamen video Alciat. *in c. 1. in princ.* vbi Pariſ. *num. 2. de præſcript.* Cottaſ. *in l. qui liberor. num. 184. de ritu nupt.* Barboſa *in l. 1. 3. p. num. 47. ſol. matrim.* Fachin. 8. *controu. cap. 75. verſ. Nunc de ſingulis* Suarez *in l. quoniam in prioribus ampl. 1. num. 6. per l. ſingularia, ſi cert. pet. l. licet. §. 2. de iure dot. §. ſi ab hoſtibus. inſt. Quib. mod. ius pat. pot. ſol.*

Quartò intellige omnia prædicta in ſingularitate 70
diuerſificatiua, & adminiculatiua, ſecus verò in obſtatiua, quæ nullam fidem efficit, generaliter loquendo in omnibus cauſis, & ſi iudices teſtibus ſingularibus poſſint fidem ex iuſta cauſa præſtare, vt ſuperiùs dixi, & probant Couarr. citato loco *num. 5. verſ. Hinc profectò.* Ant. Gab. 8. *concl. 2. num. 61.* Petra *d. quæſt. 12. num. 527. 534. 623.* & aliis, Menoch. *de arbitr. caſu 90. num. 6.* Farin. *d. quæſt. 64. num* 310. non tamen ita in ſingularitate obſtatiua, in qua teſtes ſibi ipſis inuicem contrariantur, & fidem ad inuicem tollunt, ſecundùm adductos à Peña *in d. comm. 121. verſ. Vltimo eſt.* Gabr. citato loco *num. 9. verſ Et hæc non infringit.* Farin. *d. quæſt. 64. num. 312.* Narbona *in l. 2. gloſſ. 2. num. 11. cum ſeq. tit. 2. lib. 8. recop. pag. 902.* præter adductos ſuprà *num. 59.*

Quintò intellige, quod etſi teſtes circa parente- 71
lam deponentes debeant agnouiſſe eos, de quorum lineis, & gradibus teſtimonium ferunt, ſecundùm *text. in d. cap. licet, ex quadam 47.* ibi, *Perſonas expreſſis nominibus, vel demonſtratione, vel circumloquutione ſufficienti deſignent, & ab vtroque latere ſingulos gradus clara computatione diſtinguant, de teſt.* Andr. Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 16. num. 1.* Ioſephus Ludou. *de probat. concl. 1. illat. 85.* Petr. Anchar. *conſ. 52.* incipit, *Pro clariori deciſione, col. 2. verſ. Vlterius creditur.* Phil. Corn. *conſ. 78. num. 5. & ſeqq. vol. 3.* tantum tamen procedit, dum agitur de probanda parentela reſtricta ad certos gradus, & cum ſolemnitatibus, de quibus *in d. cap. licet ex quadam*, non verò vbi gradus certi, nec
requiſita illa requiruntur. † Quare ſi ſint teſtes, qui 72
agnouerint patres, & auos, alij parentes tantùm, & alij ſolam eorum habuerint notitiam, plenè omnes ſimul probabunt ex redditis rationibus, & licèt requiratur, quòd ſint, qui maiores agnouerint, aliàs plena non erit probatio, fallit tamen dum propter eorum antiquitatem, non ſunt, qui eos agnouerint, vt diſpoſitum eſt *in l. 8.* ibi, *O ſi no ay memoria de auer conocido à ſu padre, ò à ſu abuelo, a lo menos depongan del de oidas, tit. 11. lib. 2. recop.*

Sextò, quòd etſi maiori ex cauſa teſtes ſingulares 73
non probent in alio iudicio præter id, in quo fuerunt producti, vt infra quæſt. 13. latiùs probabo, tamen in puritatis cauſis aliud dicendum eſt, tum quia teſtes ſingulares in eis probant, & in cæteris ſtatus cauſis, vt probaui ſuperiùs, tum etiam quia ex eis poſſunt iudices ſuos inſtruere animos, dum tantùm proceditur veritate inſpecta, vt ſuo loco dixi, & faciunt tradita ſuprà *num. 67.*

Septimò, & vltimò prædicta omnia intelligenda 74
veniunt ni iudici aliud viſum fuerit ex teſtium

rationibus

rationibus, qualitatibus,& aliis circunſtantiis,in cuius arbitrio relinquitur, quanta fides præſtanda ſit ſingularibus teſtibus, vt præter ſuprà adductos probant Bald. *in cap. ſuper hoc,num.* 12. per illum text. *de renunciat.* Ant. Corſet. *ſing* quod incipit. *duos teſtes,* quos ſequitur Corraſ. *in l. admonendi,num.* 96. *de iureiur.* Crauetta *conſ.* 75. *num.* 12. *& conſ.* 134. *num.* 37. & Ioſephus Ludou. *deciſ. Lucenſ.* 3. *num.* 14 *&* 15. Socin. *conſ.* 262. *num.* 62. *lib.* 2. *conſ.* 11. *num* 6. *lib.* 3. Marſil. *ſing.* 114. incipit *Vulgatum.*

75 Quod in tantum procedit, quòd ſi eum vnico, & ſingulari teſte concurrant coniecturæ, & veriſimilitudines poteſt iudex ei plenè credere, vt docent Bart. *in l* 1. *§. idem Cornelio, de quæſt.* Menoch. *de arbitr. caſu* 99. *in fin.* Socin. iun. *conſ* 56. *num.* 5. *lib.* 4 & ita conſiderauit Rota in Placentina bonorum die 5. Nouembr. 1584. apud Seraph. Oliuar. *deciſ.* 676. *num.* 2.
76 *col. mihi,* 678. in nouiſſima impreſſione. † Ex qua ratione dixit eadem Rota apud eumdem Seraph. *deciſ.* 1000. *num.* 3. *col.* 1150. quòd vnicus teſtis cum adminiculis, cui nihil opponi poſſit, probat matrimonij contractum, etiamſi dubius fuerit de tempore contractus, quod eſt ſingulare, & vtile eſſe poteſt, & conueniunt Io. Andr. *in cap. fin. num.* 4. *verſ. Nam & vt dicit, de ſucceſſion.* Cæſar de Graſſis *deciſ.* 3. *num.* 6. *de probat.* Io. Baptiſt. Coccin. *deciſ.* 462. *num.* 1. atque ita intelligendus venit Valençuela *conſ.* 90. *num.* 125. quatenus de teſte ſingulari loquitur, in cuius ſpecie eſt magnum diſcrimen, cùm loquatur de confeſſione matris, aut aui, quæ ſecundùm eum nepoti nocere non debet, de quo latè agam infrà 2. part. quæſt. 6.

---

§. IV.

De teſtibus de auditu, quatenus regulariter probent, & quid in puritate, & nobilitate probanda ſit ſeruandum.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes debere deponere de his, quæ perceperint ex quinque ſenſibus corporeis, quo pacto intelligendum. De auditu regulariter non probant,* num. 2. *Limitatur pluries,* num. 3. & ſeqq.

4 *Nobilitas & cæteræ qualitates ſimiles probantur per leues probationes.*

Quæ difficilis ſunt probationis, num. 4.
5 *Filiatio,*
6 *Conſanguinitas,*
8 *Quæ probantur indiciis, & præſumptionibus,*
10 *Memoria,*
11 *Dominium,*
12 *Antiqua limitatur,* num. 16. 23. 39. & 56.
} *Probantur teſtibus de auditu.*

7 *Conſanguinitas, deſcendentia, & qualitates ſanguinis per indicia, & præſumptiones probantur,* & num. 9.

13 *Probationes requiruntur ſecundùm naturam negotij.*

14 *Antiqua ex leuibus probantur probationibus.*

15 *Teſtes de auditu puro ſine ratione an probent, & vbi agitur de magno præiudicio,* num. 16. & ſeqq. *Doctores contrarij conciliantur circa prædictum dubium,* num. 17. *& verius,* num. 21. *Opiniones conſulentium non tanti habendæ ſicut ſcriptorum,* in fin. num. 15.

18 *Solemnitates cap. licet ex quadam, 47. de teſt. non requiruntur in leuibus, ſecus in magni ponderis.*

19 *Deſcendentia vſque ad quatuor gradus agnoſci poteſt à viuentibus.*

20 *Probatio conſanguinitatis in certo gradu non oritur ex teſtibus de auditu, & fama.*

Probatio ſpecifica vbi requiritur non ſufficit generica, ibid.

22 *Gradus certi non ſunt præfiniti in probando puritatem, & generis maculam.*

23 *Teſtes de auditu vt probent an concurrere fama debeat, declaratur,* num. ſeqq.

24 *Probatio auditus tunc ſimul requirit famam cum ex facto commodè oriri fama poteſt.*

25 *Diſcrimen inter teſtes deponentes de ſolo auditu, & inter teſtantes de fama.*

26 *Teſtes deponere poſſunt de auditu abſque eo quòd ſit fama.*

27 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*

28 *Teſtibus deponentibus de fama de ea plenè conſtare debet.*

29 *Probatio conſanguinitatis, & puritatis non requirit exactam computationem graduum.*

30 *Teſtes deponentes maculam ex puro auditu abſque alia ratione an probent? Affirmatiuè reſpondetur,* ex num. 31. & ſeqq.

Negatiua vt verior eligitur & fundatur, num. 33. & ſeqq.

32 *Opinio antiquiſſimæ originis probatur ex nudo auditu.*

33 *Inimicis cauſa calumniandi danda non eſt.*

34 *Probatio nudi auditus ſine ratione non prodeſt, maximè in cauſis arduis.*

Cauſa in qua agitur de honore familiarum grauior eſt cæteris, ibidem.

35 *Teſtes facilè inueniuntur qui dicunt ſic, & ſic rem audiuiſſe.*

Dictum vnius facilè ſequitur multitudo.

36 *Mendacijs locus dandus non eſt.*

37 *Teſtes in cauſis ſtatus rationem ſui dicti etiam non interrogati reddere debent.*

38 *Cautè agendum eſt, ne ex probatione auditus nobiles familiæ iniuriam patiantur.*

39 *Auditus probatio in antiquis an admittatur ex iure partitarum in omnibus cauſis Reſpondetur negatiuè,* ibidem & duobus num. ſeqq. *Contrarium velut verius eligitur,* num. 42. & ſeqq.

Parentela, conſanguinitas, nec qualitates ſanguinis

ſanguinis non comprehenduntur in diſpoſitione legum partitarum circa probationem auditus, in d. num. 39.

40 *Dictio taxatiua ita firmat diſpoſitum, vt omne aliud neget, ſimilia & eiuſdem rationis includit*, num. 49. *Et ita penitus excludit extranea, vt cuncta ad rem pertinentia includat*, num. 50.

41 *Diſpoſitio iuris communis circa probandum ædificia, & aquæducta antiqua an extendatur ad omnes caſus antiquos.*

42 *L. ſi arbiter, 28. de probat.*

L. 29. tit. 16. part. 3. expenduntur & declarantur, in num. 49. & 51.

43 *Lex tot caſus comprehendit quot ratio amplectitur.*

Ius idem vbi eadem ratio, ibid.

44 *Extenſio diſpoſitionis quando locum habeat, & quando comprehenſio.*

45 *Ratio ſcripta in lege, aut ſtatuto faciliùs extenditur, quàm non ſcripta. Et comprehendit omnes caſus qui ſub ea degunt, etiam in pœnalibus, & correctoriis*, num. 46.

47 *Poſitio generis includit propriè omnes ſuas ſpecies.*

48 *Ratio non ſcripta in diſpoſitione cuius vna tantùm aſsignari poteſt, idem ac expreſſa operatur.*

52 *Verbum*, talis, *eſt idem, quod ſimilis,*

L. 28. tit. 16. part. 3. intelligitur, ibid. & num. 53.

54 *Tempus antiquum quale ? diſtinguitur*, num. 55.

56 *Probatio auditus an noceat ei, qui eſt in quaſi poſſeſſione qualitatem ſanguinis per honorem actualiter poſſeſsione qualitatum ſanguinis per honorem actualiter poſſeſſum.*

Poſſeſsio non tollitur per probationes priuilegiarias, & præſumptas, ibid.

57 *Poſſeſsio eſt cauſa præſumendi verum dominium, & proprietatem ſanguinis.*

Magis præſumitur pro poſſeſsione, & titulo quàm pro auditu, ibid.

50 *Poſſeſsio honoris ſanguinis prodeſt poſsidenti, vt expoliari non poſsit per teſtes de auditu, ſecus ſi nouiter agatur de obtinendo in alio Tribunali, ſeu communitate.*

59 *Poſſeſsio honoris, vt tolli non poſsit per teſtes de auditu, prodeſt poſsidenti tantùm, non verò cæteris ſuis conſanguineis. Ratio diſparitatis traditur*, num. 65. & ſeqq.

60 *Familia ius non adquirit ex vno, ſeu duobus actibus poſitiuis poſſeſsis ab vno, ſeu duobus ex ea genitis.*

61 *Negatiua totum concludit.*

62 *Sententia ſtatus prodeſt omnibus, non tamen nocet, ſi tranſierit in rem indicatam, ſecus aliter*, num. 63.

64 *Nemo in plus grauatur quàm in eo quod conſentit.*

Probationes, puritatis in vno recepta tribunali in alio nocere non debent, ibid.

65 *Diſcrimen nullum eſt inter ius quæſitum admiſſo ad honorem puritatis, & inter quæſitum generi ex illius admiſsione, contrarium*, num. 66. & ſeq.

67 *Poſſeſſor vt ſpolietur, pleniores requiruntur probationes.*

Duplex vinculum maiori vi diſſolui debet.

Defectus tituli contra poſsidentem probari oportet per veras probationes, non per auditum, ibid.

68 *Probationes quibus aliquid reprobatur debent eſſe manifeſta.*

69 *Turpius eiicitur, quàm non admittitur hoſpes.*

70 *Teſtes de auditu integri eſſe debent, & vnde ſumenda eorum qualitates. Et audiſſe à pluribus non ab vno tantùm*, num. 71.

Ab auctoribus fid dignis, num 74. *A maioribus, & antiquioribus, non ab aliis*, num. 76. *Ante litem motam, & de tempore auditus*, num. 77. *De propria credulitate*, num. 78. *Qui ab antiquioribus audiſſe dicunt cæteris præferendi ſunt*, num. 79.

72 *Diſcrimen inter probationem certi auditus ex certis perſonis, & inter probandum famam ex diuerſis vocibus, & auditu*, & num. 73.

75 *Teſtes, qui puritatem aſſerunt, eo quòd ita audierunt à Prætenſore, ſeu à conſanguineis, domeſticis, & familiaribus non probant.*

76 *Collaterales maiores non dicuntur. Teſtes de auditu deponere debent non odio, amore, timore, vel commodo procedere, cum aliis requiſitis remiſsiuè*, ſub num. 79. verſ. Octauò.

80 *Probatio auditus etiam in antiquis ſuſpicione laborat.*

81 *Sicut facile eſt audire, ita facile eſt credere.*

82 *Homines ex natura faciles ad credendum.*

83 *Teſtimonium de auditu eſt præter, & contra formam, & regulas iuris.*

84 *Iudices quid attendere debeant circa probationem auditus, & ſuum dirigendum arbitrium*, num. 85.

EST communiter receptum ſit, quòd teſtes 1
debent deponere de his, quæ perceperint ſub aliquo ex quinque ſenſibus corporeis, vt pluribus probat Menoch. *lib. 5. præſumpt. 21. num. 10.* intelligendum eſt, dum teſtis præſentialiter adfuit, aut adeſſe negotio potuit, non verò dum ex aliorum relatione aliquid cognouit, vt Caliſtratus Papa optimè ſignificauit

ſignificauit *in cap.teſtes,* 9.3. *quæſt.*9. 2 † quare teſtificans de his,quæ ab alijs auditu percepit,fidem regulariter non facit,vt iuris regula eſt, tam nota, quàm omnium communis, & vulgatis, *ex text in l.teſtium,* 18.*verſ.Niſi quinque teſtes,C.de teſt.cap.tam litteris,* 33. *in princ.* ibi, *niſi de auditu tantum, cap.licet ex quadam* 47.*verſ.Statuimus,de teſt.*& vtrobique DD. & Canoniſtæ *in cap.præterea,*27.*illo eod. tit.text. in d.cap.teſtes,* 15.3. *quæſt.*9. *& de iure regio. l.*28. *tit.*16.*part.*3. vbi Gregor.*gloſſ. in l.*2. *§ pen.de aqua & aqua pluu.arc.* & in Auth.*de hæred. & falc. ſub cap.*2. *§.fiat igitur inuentarium, verſ.Si vero adſint aliqui,* ibi, *Et iuſiurandum teſtium dicentium ſe,& adfuiſſe iis, quæ geſta ſunt,& vidiſſe,quæ tunc agebantur.* Nouel.1. Specul.*de teſte,* §.1. *num.*53. *&* 54. Ferrar. *in praxi, in forma oppoſit. teſt. verb.de auditu,* Bald. & communiter DD. *in l.ſi arbiter,de probat.* Maranta *in ſpeculo tit.de teſtium product. num.*10. Maſch. *de probat.concl.*151. *num.*1. *cum ſeqq.* Fulu.Pacian.*eod.tract.lib.*1.*cap.*9.*num.*11.*& ſeqq.* Menoch. *de arbitr.caſu* 475 *num.*4. *& conſ.*149.*num.*24 *lib.*2. Cacheran *conſ.*66.*num.*18. Seraphin *deciſ.*1121. *num.*2.*&* 4.explicat latè quando teſtis de auditu probet,vel non, Cantera *in ſuis quæſt.crim. tangent. probat. quæſt.*2. *num.*19.*vſque ad* 21.*pag.mihi,*172.*& ſeqq.* Roman. *conſ.*312. Decio *conſ.*172. *col.* 2. Cuman. *conſ.*78. Curt.Iun. *conſil.*17. Aym. Craueta *de antiq. temp.*1.*part.ſect.Viſo de fama,& num.*2. præter allegatos à Farin. 2. *tomo de teſtib. quæſt.* 69. *à num.*2. *cum ſeqq.* vbi latiſſimè de materia, præter congeſtos per Emman. Barboſa *remiſſ. ad ord. Luſit. lib.*3. *tit.*55. *concl.*2.*num.*1.

3 Quæ regula etſi generalis, & in iuris ratione vera ſit, tamen plures habet limitationes, quibus in ſpecie noſtræ quæſtionis aliud ſuadetur, quod videlicet puritas, macula, & nobilitas per teſtes de auditu probentur. 4 † Primò, quia vt in §.præced. tetigi: omnia, quæ ſub corporis ſenſu nequeunt cadere,difficilis ſunt probationis,vt ſunt prædictæ qualitates, conſanguinitas,deſcendentia, & parentela, & ſimiles, vt ex *l.Lucius,*83.*de cond. & dem.* communiter colligunt DD. adducti à Maſch. *de probat. concl.* 409. *per totam.* Menoch. *de arbitr. cent.*5. *caſu* 475. *num.*11.Cabedo *deciſ.*73. *num.*12. at omnia quæ difficilis ſunt probationis teſtibus de auditu probantur. Igitur & omnes prædictæ qualitates. ¶ Minor patet ex adductis per Bald. & DD. *in d.l.ſi arbiter, de probat.* Io.Andr.Abb.Anchart. Fel. Butr. & Annan. *in d.cap.licet ex quadam.* Aym. Craueta *d.ſect. Viſo de fama, ſub num.* 4. *verſ. Et vbi ſufficeret teſtimonium de auditu.*Minſing.*obſeruat.*58. *num.*2.*centur.*6. Menoch. *d.caſu* 475. Maſch. *concl.*104. *à num.*1. *& concl.*395. *num.*5. Fulu. Pacian.*eod.tract. d.cap.*9.*num.*45. Farin. *de teſtib.quæſt.*69 *num* 48. immò quòd nobilitas & ſimiles qualitates probentur per leues probationes, tenuit Rota *deciſ.*14. *de præbend. in antiq.* & apud Ægid.*deciſ.*114. & apud Farin. *deciſ.*79. *num.*1.*in fin. p.*2.*poſthum.*

5 Confirmatur primò, vt plenè prædictæ qualitates probentur, apparere prius eſt neceſſe filiationes aliquorum ſaltim aſcendentium vſque ad prætenſorem,vt ratio,& praxis quotidiana ſuadent: at filiatio per teſtes de auditu rectè probatur. Igitur & qualitates, quæ per probationem filiationum inueſtigantur. ¶ Minor conſtat ex adductis à Peregr. *de fideicom.art.*43. *num.*81.*in fin.* Maſch.*de probat.concl.*797. *num.*19. Iaſſ.*conſ.*114.*num.*18.*vol.*1. Franc.Aretin.*conſ.* 37.*num.*2.*& ſeq.* Rubeo *conſ.*16. *dub.*3.*à num.*14.*cum ſeqq.* cum aliis adductis per Farinac. *d.quæſt.*69.*num.* 63.*cum duobus ſequentibus.* Emman. Barboſ. *num.*13. citato loco.

6 Confirmatur ſecundò, per conſanguineorum qualitates agnoſcitur, an prætenſor debitis ſit præditus qualitatibus, vt admitti ad prætenſum poſſit honorem,cùm vnum,& communem ſanguinem omnes habeant, ex adductis à Pelaez *de maiorat.* 1 *part. quæſt.*6.*num.*400. *&* 401. & à me ſuprà quæſt.4 §.1. num.1.& ſeqq. Sed conſanguinitas per teſtes de auditu probatur, ſecundùm Maſch. Pacian. Peregr. & Farin.*num.*103.*& ſeqq.* Emman.Barboſa *num.*9. locis citatis. Igitur & cæteræ qualitates.

Secundò probatur principalis opinio, de qua loquimur,quia conſanguinitas,& deſcendentia,& ſanguinis qualitates probantur per indicia, & præſumptiones: † ſed omnia, quæ indiciis,& præſumptionibus poſſunt probari, probantur etiam per teſtes de auditu,vt communiter tenent DD.*in cap.præterea, de teſtib.* Iaſſ.*in Rub.num.*9.*& ſeqq.de iureiur.* Fulu.Pacian. *de probat. lib.*1. *cap.*9. *num.*41. *lit.E.* Alex. *conſ.* 187.*In hac cauſa,num.*15. *verſ.Præterea in caſibus,lib.*2. Hunded. *conſ.*15.*n.*38. † Igitur & prædictæ qualitates. ¶ Maior probatur *ex text. in l.filium.* 6. *de his qui ſunt ſui,gloſ.verb.quoties,in l.*1.*de probat.*docet Maſch. *in d.concl.*409. *num.*3.Franc. Aret.*conſ.*37. *num.*2.*verſ. Venio igitur ad ſecundum.* Pelaez *de maiorat.* 2.*part. quæſt.*7.*num.*72.& pluries reſolutum fuiſſe à Rota refert Nic. Garc. *de benefic.*7. *part. cap.*15. *ſub num.*28. *paulò poſt principium,& num.*29. & idem format Seraphin.*deciſ.*1282.*num.*6.*col.*311. 7 8 9

Tertiò probatur, dum agitur de puritate probanda,nihil aliud quæritur,ni qualis ſit memoria hominum circa eam, vt ex Io.Gutierr.*lib.*3.*pract. quæſt.*143. *à num.*14. *cum ſeqq.* dicam in ſeq. quæſt. at memoria cuiuſque rei apud homines extare probatur per auditum. Igitur & prædictarum qualitatum. ¶ Minor patet,ex traditis per gloſſ.& DD. *in d. l.ſi arbiter, de probat. & in l.*2.*§.idem Labeo,de aqua,& aqua pluu.arc.* vbi Cuman. *num.*3. Immol.6. Curtio *in l.*1.*num.*59. *ſi cert.pet.* Butr.*in d.cap.licet ex quadam, num.*8. Hect. Æmil. *in tract.de teſt. verſ.Teſtis de auditu,num.*20.*fol.* 260.Maſch.*concl.*104.*num.*9. *&* 10. Emman.Barboſ. *num.*18.*citato loco.* 10

11 Quartò,dominium,& proprietas cuiuſque rei per teſtes de auditu probantur ſecundùm adductos per Maſch.citato loco *num.*18.*verſ.Contrarium.* Menoch. *de arbitr.lib.*2 *caſu* 475. *num.*11. *verſ. Ego certe.* Emman.Barboſa *ſupra num.*8.cum qua opinione aliis relatis reſidere videtur.Farin.*in d.quæſt.*69.*num.*139.ſed dum agitur de probandis qualitatibus ſanguinis, præcipuè inueſtigatur eius proprietas, & quaſi poſſeſſio, quam apud omnes prætenſor, & ſuum genus habent,vt dixi in præced.§.num.3a.Igitur & ſanguinis qualitates.

12 Quintò probatur, iure receptum eſt, quod in antiquis teſtes de auditu plenè probant: at cum de puritate,& deſcendentia probanda agitur, qualitas antiquiſſimæ aſcendentiæ,& originis inquiritur, quæ plerumque ob temporis longinquitatem obumbrari ſolet, *cap.longinquitate,*64.*in princ.*12 *quæſt.*12.*l.*2. *tit.*21.*p.*1. Perezius de Lara *de anniuerſ.*2.*part.cap* 4. *num.*11.Igitur aſcendentia antiqua, puritas,& macula generis plenè per teſtes de auditu probari poterunt. ¶ Maiorem probat *text.in l.ſi arbiter,*28.*de probat.*vbi DD.communiter,*l.*29.vbi Greg. *tit.*16.*part.*3. Franc.Ripa *num.*87. & Cagnol. *poſt num.*223.*in l.*1.*ſi certum pet.* Maranta *in ſpeculo*, 6. *part. verſ.Tertium productio,num* 18.Felin.*in cap.veniens,el.*1. *num.*16.*de teſt.*Ant.Gab. qui plures refert,& de magis communi teſtatur, *tit.de teſt. concl.*3. *à num.*1. Aym. Craueta *de antiq. temp.*1.*part.d.ſect.viſo de fama,num* 2.Maſch. *d.concl.*104. *per totam, & concl.*165. *num.*5.*&* 8. *& concl.*419. *à num* 9. Menoch. *d. caſu* 475. *num.*10. *& ſeq. & conſ.*241. *num.*23. *lib.*3. plures cumulat Ioan.

Garc.

Digitized by Google

Garc. de nobilit. gloſ.18.§.1.num.7. & alibi ibi, Pelaez de maiorat.4.part. quæſt.20. num.306. fol. mihi 233. in tergo. Fulu. Pacian. de probat lib.1. d. cap.9. num.45. & alios plures cumulat Nic. Garc. de benefic.7.part. cap.15.num.35. & latè de hac re agit Farinac. in dict. quæſt.69. a num.135. cum ſeqq. Puteo deciſ.78. lib.1. Phil.Dec.conſ.321. num.8. Bart.Socin conſ.89.num.2. lib.1.Corneo conſ.33.num.22.lib.1. & conſ.12.lib.3.& conſ.317.num.3.lib.3. Aretin.conſ.37. num.2. verſ. Venio igitur ad ſecundum. Natta conſ.135. num.6. lib.2. Burſat.conſ.343.num.70.lib.4 Roman.conſ.26.& conſ. 109. & conſ.424. & in l.ſi verò. §.de viro, ſol. matrim. Barbat. conſ.6.& conſ.18.lib.2. Zephal. conſil.137. ſub num.45 lib.1. Tib.Dec. reſponſ.77.num.3.lib.3. atque ita fuiſſe per Rotam judicatum teſtatur Seraphin. Oliuar.deciſ.799.num.2. 1.part.col.mihi.847. nouiſſimè, latiſſiméque D. Io. del Caſtillo controu. iur.tom. 6. lib.5. 2.part. cap. 122. ex num.24. & Ant.Peregr. de fideicomm.art.43.num.81.& ſeqq. Emman. Barboſa remiſſ.ad ord.Luſitan.lib.3.tit.55.concl.2.num.5.

13 Ratio eſt, quia ius expoſcit probationes ſecundùm naturam cuiuſque cauſæ, & cum alia ſit ſcientia rei nouæ, & alia antiquæ, & ignotæ, diuerſæ requiruntur probationes formæ, & in nouis, quarum ſcientia ex viſu eſſe poteſt, teſtes de viſu ius requirit;
14 † in antiquis verò, cùm non ita ſint, qui ea nouerint, vt ait IC. in d.l.ſi arbiter, & in d.l.2. §.idem Labeo, & d.l.19.part. leuiores ſufficiunt probationes, & teſtes de auditu maiorum ſufficiunt, l.cenſus.10. de probat. Maſch.concl.1224.num.3.cum ſeqq. Menoch. de arbitr.caſu 115. Simon de Prettis de interpret.defunct. vol.lib.5.dubit.4.& vlt.num.223.cum ſeqq. quos & alios adducit Pelaez de maiorat.1. part.quæſt.45.num.9. Perezius de Lara in noſtra loquens materia puritatis,
15 de anniuerſ. & capel lib.2.cap.4. num.11. † vbi ait, ex hac ratione admitti teſtes de auditu etiam puro, & nulla reddita ratione, nec eorum, à quibus audierunt expreſſione ex Petra de fideicom.quæſt.11.num.59. Zephal conſ.137.num.45. & Barnabas Cornaçano deciſ. 45.num.20. quod in noſtra materia valde periculoſum eſt, & plurimùm habenas laxat, nec ſequendum puto, vt ratione inferiùs oſtendam, ex num.31.

Quare hanc ſententiam communiter amplectuntur DD. quos retulimus ſuprà num 22. & magis ſpecificè circa probationem nobilitatis, & puritatis eam ſequuntur Auend. in dictionar. verb. Iudio, verſ. Deſcendentia de genere Iudæorum, Salced. in pract.crim. can.cap.22. alias 23.num.20. Nauarr.conſ.6. ſub tit. de hæret. Caſtro lib.1. de iuſta hæret.punit.cap.23. Hojeda de incompatibilit.benefic.1.part.cap.23. à num.40. licet ſeq.num. aliquo modo dubitare videatur, vt infrà ex num.71. dicam, & explicabo, Maſch. de probat.concl. 512.num.8. Aceb. in rub.num.170.tit.2. lib.6.recop. Io. Gutierr.lib.3.pract. quæſt.14.num.17.& 18. Mantica deciſ.274.num.9. ad hoc cum aliis adductus per Barboſam de Canonic.cap.23.num.40. vbi plures deciſiones Rotæ recenſet. Pelaez de maiorat.1.part.quæſt.45. num.10. vbi loquitur de antiqua affinitate probanda, & in quæſt.51. num.23. vbi de deſcendentia à Iudæis, & quòd dum agitur de probando, quòd quis deſcendit à tali gente, vel parentela antiqua ſufficiunt teſtes de auditu, probat in 2.part. quæſt.7.num. 77. ex eodem Maſch. concl 60. num.72. & concl.511. num.1.cum ſeqq. & concl.840. per totam. Aretin.conſ. 37.num.1.Curt.Iun.conſ.220.num.44.& 46.lib.2. idem Pelaez in 4.part.quæſt.10. num.338. & ſeq & n.343. vbi de deſcendentia antiqua probanda, & plures alij allegati à Nicol. Garc. de benefic. d.7.part.cap.15. num.35. Perezius de Lara in d.cap.4. n.11. & 14. cum pluribus cumulatis per D. Io. del Caſtillo lib.5.tom.6 controuerſ.iur.2.part.cap.122.per totum. Peregr. de fideicomm.art.43. ex num.81. Fabio de Anna conſ.88.num. 7. vbi alios adducit, & in num.ſeqq. alias imperfectas admittit probationes circa nobilitatem antiquam, latè Valençuel.conſ.90.à num.72. cum ſeqq.& conſ.92. num.190 & conſ.93.num.34.& 36. licet in cauſis puritatis, de quibus agit in d.conſ.90.& 92. in contrarium inclinari videatur, quia hoc magis erat commodum cauſis, de quibus ibi agebat, vt paſſim conſulentes efficiunt, reſpiciendo non tam veritatem, quàm commodum ſui clientuli, notant Craueta de antiq.temp.1.part.ſect.Propoſitum.3.num.48.& 4.p.ſect. materia, num.48. pag.mihi 207. Mioſing.lib.6.obſeru. 60. & alij apud Oſuald. ad Don.lib.26.comment.4.c.2. lit. A. pag. mihi 1399. contra allegatos per Emman. Barboſ. remiſſ. ad ord. Luſit. lib. 3. tit 64. §.1. num.6. pag.421. nos verò verum, quod eſt, tantùm amamus, & admittimus.

16 Sed hanc opinionem quadruplicitet limitatam video per DD. Primò, vt non intelligatur, dum agitur de magno præiudicio, quia dubitant, an ſit neceſſe, quòd eadem ſolemnitas, quæ requiritur in d.cap.licèt, ex quadam, interueniat in probatione conſanguinitatis, dum agitur de ea ad alioa fines præter diſſolutionem matrimonij, & ſunt qui affirmatiuè reſpondeant ex d.l.28. tit.26 part.3. Io. Garc. de nobilit gloſſ.18. num.4. & ſeqq. & gloſ.19. §.1. num.5. poſt medium, ſecundùm gloſſ. & Bart. in d.l. 2. §.item Labeo, de aqu. & aquæ pluu. arc. Pelaez de maiorat.2.part. quæſt.7. num.62. in nouiſſima impreſſione, vbi adducit Paul.Caſtrenſ.conſ.56. num.4.part.1. & tenet Hippolit. Rimin. conſ.563 num.220. vſque ad num.165. vol.4. quam opinionem maxima ratione fundari dixit Valençuel. in puritatis materia loquendo conſ.90. num.73. Contra Ant. Peregr. de fideicom. art.43. num.81. Iaſſ. conſ.16. dub.3. à num.18. vol.1. Franc. Aretin. conſ.37. num. 2. & ſeqq. Rubeum conſ.16. dub.3. & num.14. vſque ad 18. Simon de Prettis lib.5. de coniect. vlt. volunt. dub.4.& vlt. ex num. 222. fol. mihi 246. Hier. Zaball. comm. contra comm.3.part.quæſt.778. Nicol. Garcia de benefic.tom.2. 7.part. cap.15. à num.28. adductos à D Io del Caſtillo controuerſ. quotid. tom.6. lib.5. 2.part. cap.122. num.1. & contra alios infrà referendos.

17 Sed conciliare has contrarias opiniones conatur idem Valençuela ibidem num.75. & ante eum Farinac. d.quæſt.69. num 233. & duobus ſeqq vt quæ aſſerit, ſolemnitates d. cap. licet, ex quadam, non requiri extra ſpeciem illius textus, obtineat locum in cauſis leuibus, & parui præiudicij. Altera verò affirmatiua in arduis, & magni ponderis, quæ cauſis matrimonialibus ſimiles exiſtant, quod etiam ita formant adducti à Craueta de antiq. temp 2. part. d. ſect. viſo de fama, ex num.3. cum ſeqq. Burſat.conſ.230. num.160. Zephal. conſ.250. num.19. lib.2. Mazzol. conſ.4. num.166. &
18 deciſum tradit Ant. Capic.deciſ.19. num.4. † vt videntur eſſe cauſæ honoris, & famæ, quæ cæteris omnibus magni habentur, & pluris ab hominibus æſtimantur, ex Ariſt.4. Ethic. cap.3. cap.deteriores. 6 quæſt 1. Paul. in l.ſi qui aduocatorium.num 2. C.de poſtulando, Pett. Gerard. ſing. 2. num. 10. & ſing.33. num 4. & ſeq. & ſing.82. num.7. Couarr lib.1. var. cap.11. num.4. Peguera quæſt. crim. cap.13. num.2. & ſic videtur, quòd in eis requirantur eædem ſolemnitates, quæ in d. cap. licet ex quadam, exprimuntur.

19 Prædicta tamen diſtinctio ſuſtineri nequit, nec vlla ratione, nec auctoritate iuridica fulcitur, quia rationes decidendi, d. cap. licet, ex quadam, duæ tantùm ſunt. Prima, quia in eo agitur

de

de propinqua deſcendentia quæ regulariter loquendo agnoſci potuit à viuentibus vſque ad quartum videlicet gradum, vt clare demonſtratur in eodem text. ibi, *cum iam quartum gradum prohibitio non excedat*, & clariùs *in l.2.* ibi, *Falta el quarto grado que llamamos viſabuelos, porque dende en aquel tiempo non ſe pueden acordar los omes*, *tit.3. part. 2.* de qua Io.Garc. *gloſſ. 2. & d. gloſſ.18. §.1. & gloſſ.20. num.4.* & ideò non habet locum probatio auditus, niſi cum requiſitis illius textus.

20 Secunda decidendi ratio eſt, quia in matrimonij diſſolutione certorum conſanguinitatis graduum probatio neceſſaria eſt, quæ non oritur ex auditu incerto, & generali, ſed ex teſtimoniis & rationibus certis cum diſtinctione graduum, quia vbi requiritur probatio ſpecifica, non ſufficit generica, *l. interpoſitas*, 13. *C. de tranſact.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloſſ.16. num.4.* Honded. *conſ. 29. vol. 2.* Valençuel. 8. *num.29. & conſ.90. num.* 152. & ſicut ſunt certi prohibitionis gradus, ita ex certa probatione conſtare debent, vt reſoluunt plures allegati à Nicol. Garc. *de benefic. 7. part. cap.15. à num. 28. cum pluribus ſeqq.* & dixi in §. præced. num. 43. & 44. cum ſeqq.

21 Ex quibus rationibus verior oritur diſtinctio prædictarum opinionum, quòd videlicet vbicumque certi gradus conſanguinitatis requiruntur non ſufficiat probatio auditus, niſi cum qualitatibus, *dict. cap. licet ex quadam*, vt exemplum eſt in ſucceſſionibus in quibus inter collaterales decem gradus aſſignati iure ſunt, quare non ſufficiet probare conſanguinitatem in genere, ſed in ſpecie per graduum diſtinctionem, vt de facto defendiſſe commemorat Pelaez *de maiorat. d.quaſt. 7. num. 62.* & Mareſcotto *var.1. reſol. 70. num. 1. & 3.* Graciano *5. diſcept.999. num.6. & 2. & num.13.* qua ſpecie vera eſt prima opinio ſuprà relata; at vbi certi gradus non requiruntur, aut de re antiqua agitur, ceſſant prædictæ rationes, & per conſequens diſpoſitio, *dict. cap licet ex quadam*, vt optime declarant, & defendunt Greg. *in l.20. gloſſ.1. tit.9. part.4.* Maſch. *de probat. concl. 419. à num.6.* Anchar. *conſ. 52. num.7. & 8.* Alex. *conſ.52. lib.1.* Natta *conſ.388. lib.2* Alc. *reg.1. præſumpt.8. num.9.* cum pluribus adductis à Nic.Garc. *de benefic. d.cap. 15. à num.28.* & à me ſuprà ex num. 12. cum ſeqq.
22 † vt verificatur in probatione puritatis, ſiue generis maculæ, in qua nulli ſunt gradus præfiniti: ſed prædictæ qualitates indiſtinctè petuntur ab omnibus aſcendentibus, etiam antiquiſſimis, & memoriam hominum excedentibus, in quibus non eſt neceſſe ſeruari ſolemnitates, *d. cap. licet ex quadam.* Immò quidem ſeruari impoſſibile eſſet, ſicut nec habere memoriam omnium aſcendentium, & cùm prædictæ qualitates à certo non proueniant gradu, huius incertitudo actum non viriat, ſed ſufficiet per auditum ſtirpem puram, aut maculatam probari, nulla etiam graduum adhibita diſtinctione, vt pluries cenſuit Rota apud Aug. Barboſ. *de offic. Epiſc. 1. part. gloſſ. 17. num. 37.*

23 Secundò noſtra principalis opinio limitatur, vt probatio auditus tantùm locum habeat, cùm ſimul fama concurrit probata cum aliis adminiculis ſecundùm DD. communiter *in d.cap. licet ex quadam*, vbi Ioan.Andr. *num.3.* Hoſtienſ.2. Abb.3. Fel.1. Ant. Gab. *de teſt. concl.3. num.3.* Aym. Crauetta *de antiq. temp. 1. part. ſect. Viſo de fama, à num.3.* Hojeda *de incompatib. benef. cap.23. num.14.* Farinac. *d.quaſt.69. num.134.* & ſequitur hanc opinionem in materia puritatis ſpecificè loquendo Valençuela *conſ.90. num.72. & 83.* quibus fauet *d.l.29. tit.18. part.3.* ita vt ſecundùm hos ſola auditus probatio etiam in antiquis non ſufficiat, nec plenè probet.

Cuius limitationis duplicem conſtituo declarationem, ſeu diſtinctionem. Primam ex Nicol.Garc. *in dict. 7. part. cap.11. num.45. verſ. Tamen id intelligendum videtur*, vt probatio de auditu tunc famam ſimul requirat, cùm ex factis, ſeu rebus, de quorum agitur probatione, commodè oriri poteſt fama, quia ſunt ita publica, & ſenſibus expoſita, vt pateant oculis, & hominum iudicio, ſicut ædificia, & fabrica antiqua, quæ viſibilia ſunt, & omnium oculis palam expoſita: ſecus verò ſi abſcondita, & imperceptibilia exiſtant, ſicut puritas, & macula, deſcendentia, & parentela, quæ non ita ſunt viſibiles, nec ad oculum omnibus patent, & ideò circa has qualitates probandas, famam cum auditu concurrere, non eſt neceſſe, vt probant allegandi infrà ſub num 32. 24

Alteram verò diſtinctionem conſtituo inter te- 25
ſtes deponentes de ſolo auditu maiorum, & inter
aſſerentes ſpecificè publicam famam, ſicut eam con-
ſtituerunt Felin. *in cap. ſi diligenti, num.12. in princ.*
de præſcript. & Alex. *conſ. 25. vol.4.* quos refert &
ſequitur Petra *de fideicom. quaſt.11. num.71.* † Quia 26
poſſunt eſſe teſtes, qui de auditu deponant maio-
rum abſque eo, quòd adſit fama, vt rectè voluerunt
Iul.Clar. *in pract. quaſt. 62 num. 8.* Crauetta *conſ.178.*
& poſt eos Ant. Fab. *in C. lib 9. tit.20. defin.5. num.1.*
& cenſuit Rota apud Seraphin. *deciſ. 488. num.1.*
col. mihi. 470. vbi dixit, non ideò, quòd teſtes aſſe-
rant audiuiſſe à ſuis maioribus etiam publicè, pro-
bant famam, tum quia non apparet, quòd ſui
maiores conſtituant maiorem populi partem; † tum 27
quia huiuſmodi dictum velut indefinitum verificatur, ſi à duobus ex ſuis maioribus audiuiſſent, ex
traditis ab Alex. *conſ. 80. ſub num.8. verſ. Dominus*
Franciſcus de Gandino octauus teſtis, lib.3. & conſ.146.
num.4. & 5. lib.7. Sed non ideò quòd non probent
ſicut teſtes de fama, ſequitur non probare velut te-
ſtes de auditu maiorum. † Quare ſi de fama directè 28
teſtes deponant, debet conſtare de ea ex aliorum teſtium depoſitione, ſeu ex aliis probationibus, & de omnibus, ex quibus ipſa conſtituitur fama, quia tunc eſt fundamentum dictorum teſtium, qui nihil probant, ni appareat id, in quo ſuas fundant depoſitiones, vt in ſpecie, de qua Seraph. *decif.488.* & infrà in proxima quæſtione ſpecialiter agam, & ita loqui videtur Hojeda loco citato, vbi *num.140.* hanc communem appellat, licèt in contrariam propendere videatur. Si verò teſtes deponant de ſolo auditu maiorum, qui fortè eis maculam prætenſoris, & eius familiæ aperuerint, plenam efficient fidem, modò concurrant requiſita, de quibus ſpeciatim inferiùs agam, etiam ſine fama, nec aliis adminiculis, nec indiciis, aliàs teſtes de auditu hac in ſpecie non probarent, ſi aliis probationibus in antiquis indigerent, nec vera eſſet hæc ſententia, de cuius veritate aſſerimus, & iuribus, & rationibus probauimus.

Quibus conducit, quod Perezius de Lara conſtituit *in d. cap. 4. num. 12.* dum agendo de hac auditus probatione in cauſis puritatis, dixit, quòd in parentela, & puritate probanda non eſt opus illa tam exacta computatio graduum, & ſolemnis probatio, ſicut expoſcit, text. *in dict. cap. licet ex quadam, de teſt.* vbi requiri fama videtur, ſimul cum auditu ex DD. allegatis a Farin. *in d.num.134.* 29

quæ ſolemnitas non requiritur in ſpecie noſtra; ſecundùm Laram, & DD. quos adduximus ſuprà in
30 §. præceden. num.50. † Immò magis hoc ampliat idem Petezius citato loco *num.*11. aſſerendo, quòd etiamſi teſtes ſint de auditu puro, nec reddant rationem, nec dicant, à quibus audierunt, probant in puritatis cauſis, & ita expreſsè docet, neceſſe non eſſe, quòd alia probatio concurrat cum probatione auditus, nec fama quidem, nec adminicula, vt apertè ſenſus demonſtrat.

31 Quod an verum ſit in ſenſu, quo expreſsè loquitur Lara, videndum eſt nempe an ſit verum, quòd teſtes de auditu plenè probent maculam, etiamſi nuditer deponant, nec rationem, nec auctores auditus expreſſerint? & affirmatiuè reſpondendum videtur, ſecundùm Petram *de fideicom. quaſt.*
32 11. *num.*505. & Zephal. *conſ.*137. *num.*45. † quia cùm non aliod agatur, ni opinionem antiquiſſimæ originis probare, ſufficiet, ſi tantummodò fiat per eiuſdem opinionis auditus, ſecundùm *l.*8. ibi, *Pero ſi el abuelo huuiere ſi de tan antiguo, que los teſtigos no lo pudieron conocer, que a lo menos depongan del de oidas, tit.*11. *lib.*2. *recop.* & reſoluunt Craueta *de antiq. temp. d. ſect. Viſo de fama, num.*30. *& ſeq.* Peregr. *de fideicom. art.*43. *ſub num.* 81. *in fin.* Maſch. *de probat. concluſ.*410. *à num.*1. Couar. *in pract. cap.* 21. *num.*7. Ioan. Garc. *dict. gloſſ.*18. §.1. *num.*1. *&* 2. Cabedo *de-*
33 *ciſ.* 76. *num.*16. † Ego verò in praxi huius opinionis circa qualitates ſanguinis probandas plurimum inuenio difficultatis, & periculi, tum quia ampla inimicis relinquitur via calumniandi, & falſas maculas cooperiendi, qui præmaximè in ſimilibus cauſis palliatè, & abſconditè ſolent interuenire, cum maxima nobilium familiarum iniuria, & detrimento, quod nullibi
34 licet, † tum quia de re graui, & nimis præiudiciali agitur, vt oſtendit text. *in l. ſi inimicitia.* 4. §. *ſi autem ſtatus, de his quibus vt in dign.* & nulla grauior, nec maioris ponderis occurrere valet cauſa, quàm vbi agitur de honore familiarum, *ex l.*2. §. *pen. de orig. iur.* Ferd. Vazquez *controu. illuſtr. cap.*11. *num.*7. *& ſeqq.* & ex aliis rectè
35 probat Valençuela *conſ.*92. *num.*76. *&* 81. † Tum quia de facilè teſtes inueniuntur, qui dicunt ſic, & ſic rem audiuiſſe, vt animaduertit Aochar. *conſ.* 194. *vol.*2. Aym. Craueta *de antiq. tem.*1. *part. d. ſect. Viſo de fama num.* 9. *&* 12. probant Petra *de fideicomm. quaſt.* 13. *num.*82. Menoch. *de arbitr. lib.*2. *caſu* 475. *& ſeqq.* Cuman. *conſ.*77. *col.* 2. *verſ. Ad quartum*, & dictum vnius, etiam ſine ratione, & cauſa, facilè ſequitur multitudo, text. aureus *in cap. cum in iuuentute.* 12. *verſ. Scientes quod dictum*, vbi *gloſſ. verb. facilè ſequitur, de purgatione can.* notat Malch. *concl.*748. *num.*7. faciunt tradita per Valençuel. *conſ.*90. *num.*74. à quibus ſi ratio non exquiratur facile mendacia cooperientur,
36 & ſicut vera ſequerentur, † quibus non eſt dandus locus, *l. ſi pater.*4. §. *quotiens.* vbi Benedict. à Plumbino *num.*1. *de manum. vindict. cap. per tuas.* 12. *verſ. Nos autem, Qui filij ſint leg. cap. nuper.*4. *verſ. Licet obuient, de Bigamis, cap. quicumque.* 81.
37 *diſt.* † Tum denique, quia ſpeciale eſt in ſtatus, & puritatis cauſis, quòd teſtes etiam non interrogati ſui dicti reddant rationem, ſecundùm Ant. Gum. *tom.*3. *var. cap.* 12. *num.* 10. *verſ. Et idem eſt, quando deponunt.* Farin. *de teſtib. quaſt.*70. *num* 45. Emmao. Barboſa *in remiſſ. ad ord. Luſit. lib.*3. *tit.* 55. *concl.*4. *num.*7. *pag.*371. maximè cum hæ qualitates non ſenſu corporeo, ſed intellectu tantùm cognoſcantur, & tunc teſtes etiam non interrogati ſui dicti debent rationem reddere, vt nouiſſimè probat in ſpecie Barboſa *de canonicis. cap.*13. *num.* 44. quare verius puto, quòd teſtes de auditu rationem ſui teſtimonij reddere debent, ſeu eos nominare, à quibus audierunt, aut tam plures eſſe, & fidedigni, integri, & maiores omni exceptione, vt verum dicere iudicibus perſuadeant, aut alia concurrant, quæ eorum dicta veriſimilia efficiant, aliàs nihil mihi probabunt.
† Et quidem in auditus probatione circa puritatem 38
cautè agendum eſt, ne honor familiarum ex tam imperfecta probatione iniuria proſternatur, & plurimùm ſunt conſideranda requiſita, quæ inferiùs proponam, atque ita intelligendi veniunt Nicol. Garc. & ab eo allegati *in d.*7. *part. cap.*15. *num.*35. & à me ſuperiùs tradita, quatenus prædicti volunt, quòd teſtes de auditu etiam ſine fama, nec adminiculis, ſinéque requiſitis *text. in dict. cap. licet ex quadam*, probant conſanguinitatem, vt procedat eorum opinio, dum in re graui, & nimis præiudiciali teſtes ſui dicti rationem reddunt, & plures, & expectatæ fidei ſunt, & exprimunt auctores auditus, ſeu alias circunſtantias, quæ animos iudicum ad credendum inducant, aliàs imbecillis, & modica probatio erit paucorum teſtium, & ſine ratione auditus, quæ quidem magis iuri, & æquitati, & rationi conueniunt.

Tertiò limitatur principalis opinio ex noſtro 39
ſeptem partitarum iure, quo ſtatutum habemus, teſtimonium de auditu tantùm admitti in caſu ſpeciali antiquorum ædificiorum, cum excluſiua omnium cæterorum caſuum, & ſpecierum etiam antiquarum, vt apertè deciditur *in d.l.*29. ibi, *Mas en otro pleito non debe ſer cabido teſtimonio de oida, ſinon como deſuſo diximos, tit.*16. *part.*3. *& in l.*28. *precedenti*, dixerat Rex Ildephonſus, quòd teſtimonium de auditu non debet admitti ni in caſibus à iure expreſſis, & cùm puritas, nec parentela expreſſæ non ſint in prædictis legibus, videtur dicendum, quòd non poſſint ex auditu probari.

Quæ ſententia confirmatur primò ex prædicta 40
dictione taxatiua, ſeu excluſiua cæterorum caſuum, quæ ita affirmant diſpoſitum, vt omne aliud neget, ſicuti probatur *in l. qui ſella.* 7. *verſ. Qui actum, l. inter actum* 12. *cum l. ſeq. l. Lucius* 37. *de ſeruit. ruſt. l. ſi quis alia.* 18. §. *ſi cùm ius haberet. Quemadm. ſeruit. amit. l. qui aliena.* 32. *alias. l. liberto,* 31. §. *libertos.* 4. *de neg. geſt. l.* 5. §. *cum Titio, de adim. leg. l. fin. C. de patr. poteſt. l. ob æs.* 12. *C. de præd. minor. l.* 3. *C. de patrib. qui fil. diſtrax. cap. cum Eccleſia ſutrina.* 3. *de cauſa poſſ.* Bart. & DD. *in l ſi quis ius dicenti.* Andr. Tiraq. *de retractu conuent.* §. 1. *gloſſ.*6. *num* 2. *cum ſeqq.* Placa *in epitome delict. lib.* 1. *cap.*1. *num.*16. Ant. Gabr. *de verbor. ſignif. concluſ.*5. *lib.*6. Aym. Crauet. *de antiq. temp.*4. *part. in princ. à num.*97. *cum ſeqq.* Fulu. Pacian. *de probat. lib.*1. *cap.* 31. vbi latè de hac re agit. Igitur negat, & excludit puritatem, & deſcendentiam.

Secundò confirmatur ex iure communi *in d. l. ſi* 41
arbiter, 28. *de probat. & in d. l.*2. §. *idem Labeo*, 8. *de aq. & aqu. pluu. arc.* ex quibus fuit deducta *d.l.*29. *part.* vt notat ibi Greg. *gloſſ.*1. quibus cauetur, quòd ſi agatur de probandis ædificiis, ſeu aquarum torrente, cuius initij memoria non ſit, non extantibus, qui meminerint, ſufficiet adeſſe, qui audierint, & *gloſſ. in d.l ſi arbiter, & in dict.* §. *idem Labeo*, quærit, an ad alios caſus, quorum non extet memoria, ſit extendenda illorum iurium deciſio, & reſoluit negatiuè

negatiuè, pront refert Io. Garc. *d.gloſſ.* 18. §.1 *num.* 14. (licet ego non inueniam prædictas gloſſas ita decidere, aiunt quidem tantùm caſus dictorum iurium eſſe ſpeciales, quod diuerſum eſt ab eo, quod Garcia affirmat) & quamois Bart. & poſt eum cæteri illam reiiciant opinionem tameo cùm approbata exiſtat per *d. l. part.* nobis non licebit eam reiicere, & Bart. & ſequaces approbare, quod certè maximè rorſit Ioannis Garciæ mentem citaro loco *num.*14.*verſ. Sed aduerte ad vnum*, vt à communi recedere ſit coactus, quàm & nos probamus, & expreſsè Garciam reiiciendo amplectuntur Nicolaus Garcia *d.cap.*15. *num.* 35. *in fin.* & D.Io. del Caſtillo *tom.*6. *controuerſ lib.*5. *part.*2.*cap.*122.*à num*27.quem poſt hæc ſcripta vidi.

42 Sed inquam, mihi non tanti Ioannis Garciæ argumentatio præponderat, vt à commmi recedere audeam, quæ vtroque iure veriſſima ſemper viſa mihi fuit:nec aliquid oppugnat *d. l.*29. *part. in qua,* ſicut in prædictis iuris ciuilis legibus, ratio adſcripta eſt. *E porque* (inquit) *a caece muchas veçes, que a tales labores como eſtas ſon antiguas, que non a ome ninguno viuo que las vieſe faҫer, porende tuuieron por bien los Sabios antiguos que ficieron las leges antiguas, que en tal pleito como eſte, que valieſe teſtimonio de oidas*; & coouenit *d. l.ſi arbiter,* ibi, *poteſt enim hoc memoria non teneri, intra annum (puta) factum, cum interim nemo ſit eorum, qui meminerint*, & iterum in fine ait, *cum memoria operis facti non extaret*, quia igitur in factis tam antiquis vita hominum nec memoria ſupereſſe non poteſt, vt ſint qui de viſu, & propria ſcientia poſſint deponere, admittitur probatio, quæ ex natura rei haberi poteſt, & ſi ex temporis tranſcurſu teſtes de viſu noo ſint, de auditu admittuntur, quod certè extendi debet ad omnes caſus ſimiles, qui ob tempus longinquum non poſſint per teſtes de viſu probari, & ideò rectè à DD. communiter extenditur ad probationem puritatis, & deſcendentiæ antiquæ, quod & veriſſimum, & iuris ratione indubitatum eſſe iudico.

43 Primò, qoia lex tot caſus comprehendit, quot ratio amplectitur, *l.neque leges*, 10. *l.non poſſunt*.12. *de legib.l.*1 *tit.*33.*part* 7. vbi *gloſſ.fin.* Cic.*in topicis,Valeas*(inquit)*æquitas quæ paribus cauſis paria iura deſiderat.* nihil enim iure tritius, quam vbi eadem ratio, idem ius coſtitui debeat, *l. illud.*32. *in princ. ad l. Aquil.l.oratio.*16. *de ſponſal. l. lex Iulia.*4. *de fundo dotali, l. à Titio.*108. *de verbor.* latè Donel. *lib.*1.*comm. cap.*14. Nic. Euerard. *loco, a ſimili, num.*1.*&* 2. Pet. Pekius *de teſtam. coniug. lib.*4. *cap.*3. *num.*4.*& cap.*4. *num.*6. Alphonſ. à Villagut. *de extenſ. leg non corrector. à num.*1. *cum ſeqq.* præter alios plures congeſtos ab Auguſt. Barboſ. *Axiom.* 197. *num.* 3. *pag.*121. non verò ratione extenſionis, ſed ex proprio intellectu, & comprehenſionis. *l. nominis.* 6.§.1. *de verb. ſign.* Bald.*in l.quod verò*, 14. *num.*4. *de legib.* & plura adducit Andr. Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. libertis, num.* 45. *C. de reuoc. don.* Palac Rub. *in l.* 1. *Tauri, num.*51. idem Io Garc. *in præfat. num* 48. & adducti à Zaballos *comm. contra com. quæſt.*540. *num.*4. Menoch. *de arbitr. caſu* 84. *num.*0. *& de recup. rem.* 14.*num.*20. Petr. Pek. citato loco *lib.*4. *cap.*5.*num.*6. plura tradit Farin. 1. *part. fragm. lit. E. num* 51. *&*
44 *ſeqq.* Aug. Barboſa *ſuprà num.*7. † quando enim in pluribus caſibus eadem eſt ratio, ea ipſa decidit omnes, oon per extenſionem, ſed ſicut ſpecies generi ineſt, ſed quando rationes ſpecie differunt, ſunt tamen ſimiles habet extenſio locum, id eſt, progreſſio de termino ad terminum per adæquationem,& pariiatem;vt totidem verbis dixit Oſuald.Illeger.ad Donel. *d.lib.*1 *cap.*14 *lit.A.* cui conueniunt congeſti à Barboſa citato loco *num.*4.

Quo præcipuè locum habet, dum ratio in lege, 45
ſeu canone ſpecificè ſcripta inſpicitur, quia tunc ex vi comprehenſionis omnes caſus ipſa adæquantur ratione, *ex dict. l. nominis*, §. 1. tenent Euerard. & Pekius locis citatis, Aym. Craueta *dict.* 4. *part. in princip. num.* 90. *& ſeqq. & ſect. videamus modo, num.*19. Alphonſ.à Villagut.*de extenſ.leg. correct. & pœn.ſimul, num.*36.*& ſeqq.* latiſſimè Farin. citato loco *num.*166.*& ſeqq.*

Ampliatur primò, nam expreſſio rationis tanti 46
eſt, vt licèt in pœnalibus, & correctoriis extenſio non fiat, ex vi ſcripta rationis comprehenſi videntur omnes caſus, qui rationi ioſunt, ſecundùm text. *in l.emptor.* 65. §. *fin.* ibi, *& ea reddita ratione, de rei vendic. l. in fideicommiſſi*, 3. §. *cum Pollidius*, ibi, *idque ſibi mater ideo placuiſſe teſtamento comprehendiſſe, de vſur. l. cum mulier.* 47. vbi Alex. *ſol. matrim. l. his ſolis.*7. ibi, *ſatis etiam cautum putamus, C. de reuoc. don.* cum adductis ab Aug. Morla *in emporio.* 1. *part. tit.* 1. *de legib. quæſt.*6. *num.*16. Euerard. & Villagut. & Farinac. *num.*78. *&* 168. citatis in locis, Menoch. *de recop. rem.*14. *num.*18. *& ſeqq.* Aym. Craueta 4.*part.de antiq. temp. in princip. num.*86. *& ſeqq. & in* §. *videamus modo. num.*18.*& ſeqq.* cum aliis poſtea adducendis, & ita maioti ex ratione ſpecies noſtra in dictis comprehendi iuribus debet.

Ratio eſt, quia ſicut poſitio generis iocludit pro- 47
priè & natoraliter omnes ſoas ſpecies, ita expreſſio rationis capit omnes ſuos caſus, qui ſub ea militant, ex natura ipſius rationis expreſsè quæ faciliùs,quàm tacita extenditur, ſecundùm text. *in l.eſt. differentia,* 9. *in quib. cauſ. pig. tac. cont.cap. quòd à te.* 3.*de cler. coniug.* refert Palac. *in d.l.Tauri, num.*42.84.*& ſeq.* & docent Paul. Caſtrenſ. *in l.ſi vero,* §. *de viro, ſol. matrim. & in l. quamuis, in fin. C. de fideicom.* Immol. *in d.* §. *de viro*, 2. *fall.* vbi latiùs Iaſſ. *in l. de quibus,* 32. *de legib. & in Auth. Quas actiones, num* 21. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Ripa *num.*63. & moderni *in l.ſi conſtanti, ſol. matrim.* Abb. *in cap.fin. de reſcript. & in cap. nihil, de elect.* Zaballos *comm. contra com. quæſt.* 540. *num.*3 Fulu. Paciano *de probat.lib.*2.*cap.*31 *num,* 45. & in pœnalibus loquendo, Immol. *in d.*§. *de viro,num.*24. idem admittit, ſicut in correctoriis,& ſolet allegari text. *in cap.*1. §. *ſed quia natura, Quæ fuit prima cauſa benef.amit. in vſibus feud.& gloſ.ſingularis verb.Italia,in cap.*1 *de tempor.ordin.lib.*6.& tenent Zaball.& Morla citatis in locis,& Villagut. *num.*15. *& ſeqq.* Dec. *in l.factum*, §.*in pœnalibus.*7 *fal.de reg iur.* Craneta *d.*§.*videamus modò,a num.*18. Marc. Ant.Engen. *conſ.*49.*poſt num.*19. *& ſeq.* quare maiori ex ratione debet prædictarum legum diſpoſitio comprehendere omnes caſus antiquos, quos viſus, nec vita hominum aſſequi non valent,cùm extenſio fauorem continet,quo facilius probentur res difficilis probationis,vt in ſpecie,de qua nunc loquimur.

Ampliatur ſecundò ſupradicta iuris regula, vt 48
locum etiam habeat, vbi ratio in lege, ſeu canone ſcripta non eſt,ſed vnica tantùm aſſignari poteſt, quia tunc expreſſa cenſetur, & operatur extenſionem,ſeu vt melius dicam comprehenſionem, ſecundùm gloſſ. & communiter DD.*in l.quamuis, C.de fideicom:& in l.non dubium.C.de legib.* & adductos plures Andr. Tiraq. *in tract. de ceſſante cauſa, limit.*21. *à num.*7. *cum ſeqq.* Ripa citato loco *num.*71. Villagut. *in d. rub. de extenſ. leg. correct. & pœn.* ſimul, *num.* 63. *& ſeqq.* & *de extenſ. leg. pen.* reſpectu meræ pœnæ. *num.*23. & alij adducti à Farin. *d. lit.E.*

*num.*17 *&* 180. *cum ſeqq.* & ideò licèt prædicta ra-
tio non maneret ſcripta in dictis iuribus, cùm vnica
ſit,debebat omnes antiqoos comprehendere caſus.

49 Nec obſtant contraria, noo primùm ex dictione
taxatiua, ſeu excloſiua aliorum caſuum, de qua
in d. l. 19. *part.* quæ tanti Ioanni Garciæ momenti
fuit, vt à communi veriſſima eum recedere coëge-
rit, quia dupliciter reſpondeo. Primò naturam di-
ctionis taxatiuæ eſſe excludere tantùm diſſimilia, ſi-
miliáque, & quæ ſimilis ſunt rationis amplecti,
ad quod adduci ſolet. *l.*1. §.1. *ſi menſ. falſ. mod. dix,*
gloſſ in l.illud,18. vbi etiam DD. *C. de ſacroſ. Eccleſ.*
*gloſſ. & text. in l. ob as.*12. *C. de præd. min. & in l. ita*
nobis cordi, 28. *C. ad l.Iul de adult.* Cortaſ. *in l.ad-*
monendi. 2. *part num.*48. *de iureiur.* Fulu. Pacian. *d.*
*cap.*31. *num.*6 *cum ſeqq.* Farin. citato loco *num.*255.
& ſeqq. vbi & eodem Paciano, & Euerardo huic
rei, quamdam donat interpretationem & intelli-
gentiam, plures apud Auguſt. Barboſa *diction.* 97.
*num.*5. *&* 8. *pag.*230. *& dict.* 401. *num.*8. *pag.*371
50 *& dict.*330. *num.*2. *pag.*375. † Et ita penitus exclu-
dit extranea, vt cuncta ad rem pertinentia inclu-
dat, *text. in Clem. exiui*, §. *cum autem natura*, vbi
Card. *de verb. ſign.* quare dixit Bald. *in l.nullus*, *C.*
ad l.Iul. maieſt. dictionem taxatiuam excludere tan-
tùm diſſimilia, de quo plenè egit Euerard. *in topi-*
cis loco, à natura taxatiuarum, num. 4. *verſ. Se-*
cundo limitatur, & in loco, à ratione legis larga,
num. 45. *& loco ab vſitato, num.*11. præter alios
relatos infrà 2. part. quæſt. 4. art. 3. ex num.7.
& cùm ratio prædictorum iurium æquè inter-
ueniat in probandis qualitatibus antiquiſſimæ fa-
miliæ, neceſſariò eorum deciſio obtinete lo-
cum debet, etſi quidem tatio hæc aliquid
contineat difficultatis ex conſidetatione Paciani, &
Farinac. *num.*356. *& ſeq.* citato in locis, omnino diſ-
ſoluetur.

51 Secundò reſpondeo, quòd illa verba *d. l.*29. *Mas*
en otro pleito non debe ſer cabido teſtimonio de oida,
ſinon como de ſuſò diximos, videlicet in eadem lege
cùm dixit, quod in antiquis, quorum memoria de
viſu eſſe non poteſt, teſtes de auditu poſſunt ad-
mitti, verificantur oon ſolùm in caſu ſpeciali ex-
preſſo, ſed in omnibus contentis in ratione ex-
preſſa, ibi, *Sontan antiguas que non a ome ninguno*
vino, que las vieſſe facer, quæ comprehendunt om-
nes antiquos caſus, qui cognoſci, nec videri à vi-
uentibus non potuerunt, quia clauſula, ſeu verba
generalia ad proximè ſpecialia dicta referri debent,
text. in l.ſi de certa, 31. vbi Iaſſ. *num.* 2. plura iura ad-
ducit, *C. de tranſact.* Peregr. *de fideicom. art.*16. *num.*
104. *cum ſeqq.* Aug. Barboſ. *clauſula.*62. *ex num.*1. *pag.*
71. *& clauſula.*70. *ex num.*1. *pag.*76. & à nobis infrà 2.
part. quæſt.7. ex num. 8.

52 Pro quo intellectu, primò expendo verba illa,
que en tal pleito como eſte, tale enim eſt idem, quod
ſimile, & refertur ad orationem proximam, in
qua fuit appoſitum, & quam directè reſpicit, vi-
delicet, *a los tan antiguos que non a ome*, &c. ex
adductis à Peregr. *de fideicom. art.*29. *num.*15. *&* 28.
Alex. *conſ.*101. *num.* 13. *circa fin. lib.*7. Card. Sera-
phin. *deciſ.* 822. *num.* 2. Aug. Barboſ. *clauſul.* 178.
pag. mihi. 179. ergo expreſsè voluit textus compre-
hendere omnes caſus antiquos, qui per teſtes de viſu
probari non valent, vt hi omnes per teſtes de auditu
probentur.

¶ Secundò pro eodem intellectu expendo *text. in*
*l.*8. *tit.*11. *lib.*2. *recop*, ibi, *Pero ſi el aquelo ouiere ſido tan*
antiguo, que los teſtigos no le pudieron conocer, que a lo
menos depongan dul de oidas, quàm ad hoc ponderant
Couarr. *pract. quæſt.*21. *num.*7. Cabedo *deciſ.*73. *n.*16.
quos refert & ſeqoitur Perez. de Lara *d. cap.*4. *n.*11.
ex quibus deducitur, quòd etſi in cauſis puritatis,
& nobilitatis præciſè requiratur, quòd teſtes agno-
uerint patres, & auos prætenſoris, tamen ſi ob illo-
rum antiquitatem nemo ſit, qui de viſu deponere
valeat, auditus ſufficiet; & patet huius opinionis
veritas.

Nec itidem obſtat. *l.* 28. *eiuſdem tit. & partita*, 53
qua Io. Garcia probat teſtimonium de auditu non
poſſe admitti niſi in caſibus à iure expreſſis, quia
apertè comprehenſi manent in illa lege omnes an-
tiqui caſus, qui in memoria hominum ob eo-
rum antiquitatem conſiſtere non valent, &
comprehenſio non præciſè debet eſſe ſpecialis,
ſed ſufficit, quod comprehendantur ſub vnica
ratione expreſſa in dictis iuribus, quæ velut ge-
nus comprehendit omnes ſuas ſpecies, & ca-
ſus antiquos, & per conſequens puritatem, &
maculam, nobilitatem, & cæteras ſanguinis
qualitates, quæ ab antiqoo proueniunt, vt
probatum manet, & conducunt tradita per D.
Ioan. del Caſtillo *tom.*6. *controu. lib.*5. 2. *part. cap.*122.
*ex num.*17.

Quod aotem dicatur tempus antiqoum, vt pro- 54
batio de auditu admittatur, licèt arbitrio iudicum
relinqui quidam malint, vt reſoluunt Menoch.
de arbitr. caſu 3. *num.*1. Franc. Viuio *lib.* 1. *comm.*
opin. 144. *tom.*1. Maſch. *dict. concl.* 411. *num.*7. *&*
8. Aluar. Valaſc. *de iure emphut. quæſt.* 9. *num.*22.
Alex. *conſ.*187. *num.*12. *lib.*2. Pariſ. *conſ.*104. *num.*
23. *lib.*1. Iaſſ. *conſ.* 114. *lib.*1. Burſat. *conſ.*93. *num.*
4. *lib.* 3. Tib. Decian. *reſp.* 18. *num.* 210. *lib.*1. &
poſt omnes Aceb. *in Rub. num.* 224. *tit.* 2. *lib.*6.
recop. † Tamen regulariter loquendo, diſtinctio 55
valde commoda, & rationi conſona à qoibuſ-
dam proponitur inter tempus antiquum reſpectu
inſtrumentorum, quod ceotum annorum eſſe debet,
& reſpectu teſtium in quibus ſexaginta anni ſuffi-
ciunt, ſecundùm Nic. Garc. *de beneſic.*11. *part. cap.*2.
num 261. *cum ſeqq* maximè *num* 264. *in medio, & ſeq.*
& à Rota ita fuiſſe reſolutum refert Seraph. *deciſ.*75.
*num.*2. & dicam ego latiùs infrà in quæſt.10. ſeq. §.3.
ex nom.14. & in quæſt 15. 6.3. ex num.50. quare hæc
pro nunc breuiter dicta ſufficiant.

Quartò, & vltimò limitatur hæc noſtra princi- 56
palis opinio, vt locum non habeat, cùm is, aduer-
ſus quem deponunt teſtes, eſt in puritatis, & nobili-
tatis quaſi poſſeſſione actuali, veluti ſi poſſideat offi-
cium ſanctæ Inquiſitionis, inſigniam D. Iacobi,
ſiue militarem aliam, aut præbendam in Eccle-
ſia Toletana, aut ſimilem obtineat honorem, cui
officere non poterit probatio auditus maculæ,
aut ignobilitatis, tum quia præſens ſtatus, id eſt,
ipſa actualis poſſeſſio repugnat, requiritque ve-
ras probationes, & reiicit priuilegiarias, & præ-
ſumptas, *l. ſiue poſſidetis.* 16. *C. de probat.* cum ſimi-
libus, tum quia ſicut poſſeſſio ipſa certa eſt, ita
per veras & certas probationes tolli, & admitti
debet probatio quidem auditus imperfecta, & in-
certa eſt, † tum qnia poſſeſſio eſt cauſa, vt præ- 57
ſumatur verum dominium, & proprietas ſanguinis,
ex *l. fin. C. de rei vendic.* & ex Abb. Ripa, & aliis tra-
dit Io. Garcia *de nobilit. gloſſ.*18. §.1. *num.*10. Io. Gu-
tierr. *lib.*3. *pract. quæſt.*14. *num.*34. *& ſeqq.* vbi ad hoc
adducit Aym. Crauera *de antiq. temp.*1. *part. ſect. Vi-*
*ſo in hac prima. ſub num.*2. *verſ. Vel ſi præſens, & ſect. Vi-*
*ſo de fama, num.*32. *& ſeq.* Alc. *reg.*3. *præſumpt.*21. *num.*
15. & in noſtra puritatis materia loqnentes probant
Perezius de Lara *in d. cap.*4. *num.*15. vbi adducit *de-*
*ciſ.*176. *n.*6. *&* 7. *in nouiſſimis.* Rotæ Rom. & Valenç.
*in d. conſ.*99. *n.*82. *&* 83. vbi præter prædictos adducit

Ripam *in l.rem, quæ nobis in fin.de adquir. poſſ.* & Vi-dat. Zaſium *conſ.5. num.3. lib.1.* tum denique, quia ſimile officium, ſeu dignitas ſemper poſſidetur virtute ſententiæ approbationis informationum puritatis, & cum titulo, pro quo magis præſumitur, quàm pro contrario auditu & fama, vt ex Afflictis *deciſ.178. num.16.* tenet Ariſmino Tepato *lib.1. tit.de publica voce & fama,verſ.Fama ſæpe.*

58 Qoam limitationem dupliciter ego intelligo. Primò cum eodem Perezio de Lara *ibidem num.17.* vt tantùm locum habeat in Tribunali, collegio, ſeu communitate, in qua admiſſus fuit ad officium, ſeu dignitatem, qui nunc aduerſam habet auditus probationem, per quam repelli, nec ab officio, & poſſeſſione priuari non poterit, niſi veræ, & legitimæ appareant probationes maculæ, & deſcendentiæ ab infectis, reſpectu verò alterius Tribunalis, & communitatis locum habere non poteſt, cui alterius factum nocere non debet: & ideò, ſi poſt adeptum honorem in vno, appetat poſtea cooptari in alio nocebit ei auditus probatio, ſicut ſi alibi non fuiſſet admiſſus. conuenit Ricciol. *de neophyt. cap.7. num.26. & 27.* & Lara *de capellan.2. part. cap.4. num.20. & 21.* adductus per Auguſt.Barboſa *de offic. Epiſc. 1.p. tit 2. gloſſ.17. ſub num.48.*

59 Secundò intelligo reſpectu ipſius admiſſi tantùm, non verò totius ſuæ familiæ, & cognationis, nec quidem reſpectu filiorum eius, quia ſi poſt admiſſionem alius eiuſdem familiæ, & deſcendentiæ admitti appetat in eodem tribunali, & communitate, in qua alter fuit cooptatus, & habeat plenam probationem ſuæ maculæ, & impuræ deſcendentiæ per teſtium auditum repellendus venit, tum quia macula ad repulſam ſufficiens ex legitimis probata apparet probationibus. tum quia & ſi ex adepto munere familia ſit in quaſi poſſeſſione puritatis, eſt tantùm vſque ad contrarium probetur per legitimas probationes, vt ſunt teſtes de auditu, ſicut probatum manet, & dicemus infrà in quæſt. 13. §. 2. & quæſt.17.
60 † Tum quia verius eſt, quòd generi nullum ius quæritur ex vnico, ſeu ex duobus actibus poſitiuis obtentis in tribunalibus, quæ ſtatuta ſtricta puritatis habent, vt apertè conſtat ex noſtra Pragmatica *in 4. Item porque auiendo en todas las materias*, in illis verbis. *Pero ſi los tres no fueren cumplidos, y ſolamente huuiere vno, o dos declaramos, que no ſe a de dar por paſada en coſa iuzgada la nobleça, y limpieça, ni los deſcendientes tendran adquirido derecho alguno, y que ſe les ayan de hacer nueuas prueuas de ſu calidad en la forma ordinaria.* Nota igitur verba; *ni adquirido derecho alguno*, quæ omne ius generi negant ex vno, ſeu duobus actibus poſitiuis nobilitatis, & puritatis, tam videlicet in proprietate, quam in poſſeſſio-
61 ne, † cùm particula negatiua addita illi verbo, *derecho alguno*, ita iuris adquiſitionem negat, vt quamcumque excludat, *l. qui vti. 69. hac verba 124. l. vrbana familia. 166. l.verbum. 181 de verb. ſign.* Petr. Rebuff. *in l. Labeo. 14. §.rem amiſiſſe, in fine, illo eod. tit.* & tunc proceditur ad informationem, & iudicatur, ac ſi nullum ius genus adquiſitum haberet per regulas ordinarias iuris, & ſic per teſtes de auditu, & per famam, quod mihi omni dubio caret. Eſto ſit contra Perezium de Lara *in d.cap.4. num.17.* vbi contrarium ſequitur, vt demonſtrant verba illa, *vel illius conſanguinei ex illa parte, ex qua ei macula adſcribitur.* quod nec iure verum: nec praxi receptum, nec mihi placet.

Sed his duo maximè obſtare videntur, vnum, 62
quod deſumi poteſt ex eodem Perezio de Lara *ibidem, & num.18.* & ex regula foris qua cauetur, quòd ſententia lata in cauſa ſtatus, licèt aliis nocere non poſſit, prodeſſe tamen ſolet, vt probatur præter adducta per Laram *in l. tum alieni, 28. §.fin. de neg. geſtis; l.loci corpus. 4. §.ſi fundus, ſi ſeruit. vindic. l. communiem.10. Quemadm ſeru. amit. l ſi cùm vno.4. ſi ex nox. cauſ. agatur, l.Poſthumus 6. § ſi quis ex his, de inoff. teſtam. l.5. §. ſed & ſi forte, de iudic. l.2. §. ex his, de verbor. l.ad probationem.21. C.de probat. l.21. tit.22. l.5. tit. 23. part. 3.* Gregor. *in l.7. verb. Los otros hermanos, tit.15.part.4.* DD. communiter *in l.ſæpe, pen. de re iud.* & ex aliis traditis à Cobb. *in pract. cap.13. num.1.* Pelaez *de maiorat.2. part.quæſt.4. illat.2. num.32.* Menchaca *controuerſ. vſu freq.lib.1. cap.13. num.52.* & cauſæ ſtatus ſunt ex, in quibus agitur de puritate, & nobilitate probanda, quarum ſententia licèt conſanguineis non noceat, debet tamen prodeſſe.

Dico tamen verum eſſe in noſtra materia, quod ex vnico, ſeu duobus actibus poſitiuis non adquiritur ius aliquod generi vniuerſo, ſeu conſanguineis, vt ſuperiùs ex noſtra Pragmatica dixi: & ſi aliquod quæri poſſet, non eſſet conſiderabile ad excludendas ordinarias probationes prædictarum qualitatum.
† Nec obſtant prædicta iura, quia loqui ſunt intel- 63
ligenda, dum lata ſententia tranſit in rem iudicatam, quæ verè talis dicitur *ex l.1.tit.21.part.3.* probant Aceb. *in l.12. num.4 tit.5. lib.3.recop.* Pelaez *de maiorat. 1. part.quæſt.1. num.274.* in eis verò quæ feruntur in ſummariis iudiciis, quæ numquam rem efficiunt iudicatam, vt ſunt quæ latæ fuerunt in puritatis cauſis, vt dicam infrà quæſt.17. §.1. num. 53. aliud eſt dicendum, quia horum iudiciorum ſententiæ tantum ſubſtinennit, donec aliud probetur, nec quidem aſſerendum eſt, qua ex admiſſione vnius ius quæratur vniuerſo generi, & communitati grauamen, vt non poſſit reiicere alium ex illo genere, licèt ſint ordinariæ probationes de eius macula, cùm communitas ius admiſſi approbauerit pro vna tantùm vice, &
non pro toto genere, nec ad ſemper. † Et præ- 64
iudicium ſibi afferre in plus iure non probatur, ſecundùm rationem, *text. in l. nauis onuſta. 4. §. cum autem. Ad l.Rhod. de iactu, l. Titia cum teſtam. 34. § qui in vita.5. l. vnum ex familia, 67. §. ſi rem. 8. de leg. 2. l Sticho. 34. in fin. de vſufr. leg. l.2. §. interdum, ad l. falcid.* & notata *in l. 1. C. ſi plures vna ſent. condemn. fuer.* Bart. *in l.2 §. item. num.5. ſi quis in ius vocatus.* Bald *in l.2. in fin. C. de ſeruit.* Iacob *in tract. feud. verb Et cum adhærentibus, num.14.* Alex. *conſ.48. viſis. num.9. vol.6.* Mol. *de primog. lib.1. cap 4. num 10.* Peregr. *de fideicom. art. 1. num. 33. & art. 34. num. 72.* Card. Tuſch. *pract. concluſ.156. per totam. lit. O. tom.5.* Marian. Anton. *variar.reſolut. lib.1. reſol. 97. num.4. & reſol. 111. num. 40.* Et quia probationes receptæ in vno Tribunali de diuerſa perſona nocere alteri non debent, *ex text. in l.11. l.ſi cum frater, C.res inter alios acta, l.2.C.de fide inſtrum gloſſ.in l.2.*vbi Dec.*num.44. C.de edendo.* Abb. & communiter Doctores *in cap. quamuis, de re iudic.* Lara *in dict. cap. à num.19.*

Alterum, quod obſtare dixi ſupradictæ intelli- 65
gentiæ, & proximè dictis, eſt, quòd videtur nullum diſcrimen conſtitui poſſe inter ius quæſitum admiſſo ad honorem, & inter quæſitum vniuerſo ſuo generi, quia vt dicam infra quæſt. 13. §. 2. ſententia circa qualitates ſanguinis alicuius lata non tam eum purum dicit, quam vniuerſum

ſuum genus, ex quo in illum omnes qualitates, &
iura ſanguinis proueniunt. *l. 3. de diſcord. & releg.*
cum ſimilibus, quæ indiuidua ſunt; & non poſ-
ſunt diuerſo iure cenſeri inter ipſoſmet eiuſdem
generis, & familiæ, & quod vni prodeſt, debet
etiam omnibus prodeſſe, ſecundùm *text. in l. ſi à te,*
9. §. Iulianus, & in l. exceptio, 28. iuncta *gloſſ,* ibi, *de*
except. rei ind. l. 19. & 21. tit. 22. part. 3. Suatea *in*
l. poſt rem iudicatam extenſ. 1. num. 10. de re ind. Par-
lad. *rer. quotid. lib. 2. cap. fin. 3. part. §. 3. num. 1.* Pelaea
de maiorat. 4. part. quaſt. 14. num. 17. iunctis aliis pluri-
bus, quæ in dict. quæſt. 13. §. 2. & in quæſt. 17. re-
feram.

66 Dico etiam, quòd in prædicta ſpecie, & hac, de
qua loquimur, adeſt maxima differentiæ ratio,
nam licèt approbata maneat in vno actu poſitiuo
puritas totius generis, eſt tantùm vſque ad aliud
probetur, ſicut & ſententia ſanguinis reprobatoria
non in plus vniuerſo generi nocet, niſi vſque ad
contrarium probetur, quæ eſt velut tacita conditio
in omnibus ſententiis circa puritatem latis, vt
infrà quæſt. 17. num. 53. & hæc probatio fieri po-
teſt ſolito more tam per teſtes de auditu, quàm
67 per famam. † Sed cum agitur de ſpoliando ad-
miſſo, non tam ſpoliandus veniat à ſua & ſui
generis adquiſita puritate, ſed etiam ab officio,
quod actu & verè poſſidet, ad quod pleniores re-
quiri probationes nemo eſt, qui ambigat, ex *text.*
in cap. ſuper his, 16. de accuſat. cum aliis adductis à
Perezio de Lara *in d. cap. 4. ſub num. 56. verſ. Secus*
autem ſi iam ſit electus, de quo etiam ſuprà in
quæſt. 6. §. 1. tum quia hîc duo concurrunt vincu-
la, quæ maiorem requirunt probationem, & de-
bent maiori vi diſſolui, ex vulgaris adductis ab
Aug. Barboſa *Axioma 79. num. 1. pag. 50.* tum quia
poſſidet iuſto titulo, cuius defectus probari de-
bet propriè per veras, & legitimas probationes,
non per auditum, quo exiſtente poteſt deficere
68 veritas, † & probationes, quibus aliquid reproba-
tur, debent eſſe manifeſta, *text. in §. item verbo-*
rum, vbi gloſſ. de inutil. ſtipul. Rebuff. *de reprobat. teſt.*
num. 8. Io. de Annan. *conſ. 97.* incipit, *in cauſa, col. 2.*
Valençuela *conſ. 41. num. 72.* tum etiam, quia in
primo caſu agitur de repellendo, in ſecundò verò
de admittendo de nouo ad officium non poſſeſ-
ſum, ad cuius denegationem minor probatio re-
69 quiritur, † cùm turpius eiiciatur, quàm non ad-
mittatur hoſpes, ſecundùm *cap. quemadmodum, 25.*
de iureiur. Nauarr. *conſ. 1. num. 6. de Iud. & Sarrac.*
Perezius de Lara *d. cap. 4. ſub num. 56.* Tum deni-
que, quia praxis omnium tribunalium ita obſer-
uat, & fieri de facto non ſemel vidi, aliàs genus,
ex quo aliquis ad honorem puritatis ſemel ad-
miſſus fuit, haberet ius adquiſitum, & præci-
puum ad cæteros honores eiuſdem communita-
tis, quod nec cogitandum eſſe, ius apertum ad-
monet, & veriſſima quidem eſt hæc opinio, nec
quid continet difficultatis.

70 Sunt igitur vera omnia ſuprà dicta circa pro-
bationem aud tus, ſi intelligantur cum aliquibus re-
quiſitis ſubſtantialibus, vt plenè probet. Primò enim
requiritur, quòd teſtes integri ſint, expectatæ
fidei, & maiores omni exceptione, vt proba-
tur *in text. in dict. cap. licet, ex quadam*, ibi, *niſi*
fortè perſona graues extiterint, quibus fides ſit me-
ritò adhibenda, vbi gloſſ. & communiter Docto-
res quos referunt Fulu. Pacian. *de probat. lib. 1.*
cap. 9. num. 40. Hojeda *de incompatib. benefic. dict.*
cap. 23. num 40. verſ. Quintò declaratur. & Farinac.
dict. quæſt. 69. num. 94. & num. 106. D. Io. del Ca-
ſtillo *controuerſ. iur. tom. 6. lib. 5. 2. part. cap. 122.*
num. 10. Mareſcott. *var. 1. reſol. 70. ſub num. 8.* Gra-
tian. *5. diſcept. 969. num. 9.* quæ qualitates non tam
ſumendæ ſunt ex auctoritate, ſeu diuitiis teſtium,
quàm ex eorum integra fide, & fama bona, ſe-
cundùm celebrem gloſſam, *in dict. cap. licet ex*
quadam, verb. perſona, vbi communiter Doctores
de teſtib. facit, *text. in cap. ſi teſtes. 3. §. in teſtibus 1.*
vbi bona gloſſa *verb. Dignitas, 4. quæſt. 3.* & licèt ibi,
& in §. ſeq. incipit, Teſtium fides, inſpiciantur
dignitas, & grauitas teſtium, intelligendum eſt,
ſi fides, & integritas ſimul adſint, quia non tan-
tùm dignitati, & grauitati tribuendum eſt, quan-
tum fidei, & bonitati perſonarum, *§. fin. in fin.*
inſt. de ſuſpect. tut. cum adductis à Farinacio. *in d.*
num. 94.

Secundò, quòd audierint non ab vno, ſed à plu- 71
ribus ſaltim à duobus, ſeu tribus, vt probat *text. in*
d. cap. licet ex quadam, & l. 20. ibi *(a ſi dixere lo oyo*
aun ome ſolo è non amas; non le deben creer, tit. 9. part.
4. & tenent communiter Doctores, quos referunt
Craueta *in d. ſect. viſo de fama, num. 11.* Ant. Gab.
de teſt. concl. 3. num 4. lib. 1. Maſch. *de probat. concl.*
104. num. 10. & concl. 395. num. 6. Menoch. *de arbitr.*
caſu 475. n. 12. Folu. Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 9.*
num. 37. & à Farinac. *num. 79.* & à D. Io. del Ca-
ſtillo *num. 12.* & Mareſcottus citatis in locis. Ho-
jeda citato loco, *cap. 23. num 40. verſ. Hæc tamen*
communis, vbi in verſ. Sexto declaratur, ait, debere
teſtes ab eiſdem audiuiſſe, ita vt conteſtes exiſtant,
ſecus ſi à diuerſis, nam tunc ſingulares eſſent, &
non probarent ex Craueta citato loco *num. 12.* &
aliis, quos refert, & Valençuela *d. conſ. 60. n. 77.* vbi
idem omnino dicit, & conſentit Io. Garc. *de nobilit.*
gloſſ. 1. ſub num. 49. circa medium.

Quæ declaratio deſtruere videtur maxima ex 72
parte ea, quæ ſuprà in §. præcedenti tradidimus
circa teſtes ſingulares, ſed vt vtrumque concilietur,
& intelligatur, dicendum puto, quòd ſi teſtes tan-
tùm deponant de auditu duorum, vel trium, &
vnuſquiſque diuerſum ſignet auctorem, ita vt in-
ter ſe non conueniant in perſonis, à quibus au-
dierunt, non plenè probant; quia tunc nullus au-
ditus manet probatus niſi ex vnius teſtis aſſertio-
ne, quæ non probat, nec cum aliis coniungi
valet, quamuis Peregrin. *de fideicom. art. 43. ſub*
num. 80. circa fin. dicat, ſufficere ſi à diuerſis teſtes
audierint, ex Abb. Hoſtienſi, Innoc. & Butrio *in*
d. cap. licet ex quadam. qua in ſpecie ſunt intelligen-
di Hojeda, Valençuela, & Garcia locis citatis: ſi
verò teſtes non tantùm intendant probare certum
auditum ab eiſdem, ſed etiam famam, & publi-
cam reputationem, & dicant publicè audiuiſſe,
etiam ſi addant certos auditus à diuerſis perſonis
probant ex dictis in præced. §. aut ſi ita teſtes
plures exiſtant, & deponant, quod valeant con-
iungi ad plenam probationem, eorum diuerſitas
non officiet, ſecundùm tradita in proximè cita-
to loco. † Ratio diſparitatis eſt, quia in prima ſpe- 73
cie intendunt teſtes probare auditus certos, &
neceſſe eſt certa probatio, & quòd omnes con-
ueniant in eadem re, & in eiſdem auctoribus, à
quorum ſingulis duo ſaltim audiſſe debuerunt,
vt inde certitudo, quæ inquiritur appareat, *arg.*
l. interpoſitas. 18. C. de tranſact. Alex. *conſil. 133.*
ſtantibus his, num. 13. vol. 7. In ſecundò verò ca-
ſu probari intenditur fama, quæ ex natura ſua
vaga, & diuerſa eſt, hinc inde circumiens,
nec mirum ſi per eamdem diuerſitatem au-
ditus probetur, aut ſi plures exiſtant teſtes
diuerſorum audituum, ex quibus iudices poſ-
ſint ſuos inſtruere animos, & eos coniungere
ad

ad plenam probationem,quare in hoc membro plures teſtes requiruntur,quàm in primo, vt ſuppleant prædictum diuerſitatis defectum; & plurimùm iudices debent reſpicere formam teſtimoniorum, quia maximè diſtat, quòd teſtes principaliter auditum aſſerant,& quòd eum pro ratione ſui teſtimonij, & credulitatis afferant,quia in hac ſpecie plus efficiunt fidei,quàm in prima,ſecundùm diſtinctionem traditam in præced.§.n.22.

Tertiò requiritur, quod auctores auditus fide di-
74 gni,& integri fuerint ex relatis iuribus,& *d.l.*20.*par.* ibi, *Que lo oyera a omes de mala fama, o a otros quales que fueſen enemigos,o mal querientes,o a tales,que ſi ellos meſmos viniesſen a teſtimoniar, que non recibirian ſu teſtimonio*,& probant communiter DD.ſecundùm Menoch.*de præſumpt.lib.*1.*quæſt.*5.*num.*44.Hojeda,& Caſtillo *num.*13.& Farin.*num.*94.& 106. *& ſeqq.* citatis in locis,Afflict.*in c.vn.n.*31.*ſi de inueſtit. inter Domin. & Vaſall.lis oriatur*, Zephalo *conſ.* 82. *num.* 45. *lib.* 1. Corn.*conſ.*78.*num.*6.*in fin.* Hip.Rimin.*conſ.*363.*num.* 75.*& ſeqq.lib.*4.& alij adducti a Valençuela *d. conſ.* 90.*num.*78.Ratio eſt, quia abſurdum eſſet, illos admitti,quorum repellerentur auctores vt notabiliter dixit Perra *de fideicom.quæſt.*53.*num.*62. Mareſcottus *d.n.*8.

Vnde ſequitur ex aduerſo,non admitti, quia aſſe-
75 rant audiuiſſe puritatem ab ipſomet prætenſore,ſeu eius conſanguineis,domeſticis, & familiaribus, qui omnes etiam ſuſpecti dicuntur, vt probauit Rota apud Seraphin.*deciſ.*1075.*n.* 3. & dicam latiùs infrà in q.11.de conſanguineis.

76 Quartò aſſerere teſtes debent à ſuis audiuiſſe maioribus,& antiquioribus,non verò ab aliis, qui non tam rectè, & ſpecificè poterunt gradus, & puritatis qualitates agnoſcere,& diſtinguere,an ſcilicet macula prætenſoris,& ſuæ familiæ obueniat ex hac,aut ex illa linea,ſeu deſcendentia, cum multoties ob conſanguinitatem, ſeu coniunctionem prætenſoris cum impuris maculam teſtes aſſerant cum errore & deceptione,quæ omnino abeſt,vt probatur *in d.cap. licet ex quadam*,ibi,*ab antiquioribus quidem ſuis*, & iterum ibi, ſe accepiſſe à ſuis maioribus, vbi notant gloſ.& communiter DD.& alij allegati ab And. Tiraq.*de retract.lign.*§.1.*gloſſ.*5.*illat.*83. & Ant. Gab. *d. concl.*3.*de teſtib.num.*6.Peregr.*d.art.* 43.*ſub n.* 80. vbi *ex gloſſa in d.c.licet ex quadam*, ait, intelligendum de maioribus eorum,de quorum agitur parentela, non verò teſtium,Gracian.*ſ.diſcept.*969.*n.* 9. Ioſeph. Ludouic.*de probat.concl.*1. *illat.* 83. Caſtillo *num.* 15. & 58.Hojeda *d.num.*40 *verſ. tertiò declaratur*, qui alios adducunt. Valenc. *n.*85.citatis in locis,vbi ait, quòd teſtes debent deponere, audiuiſſe à ſui maioribus adinuicem de illa parentela, lineis, & gradibus colloquentibus,& alios cumulat Farin.*d.q.*69.*n.*110.vbi *in num.ſeqq.* dixit, quòd hi à quibus teſtes audiuiſſe deponunt debent eſſe aſcendentes, & non collaterales,ex Hector Æmilio *tract.de teſtib.de auditu num.*56. *fol.*271.*& in Rub.teſtis affinitatem deponens,num.* 9. & 10.*fol.*127.quia cùm *in d.cap. licèt ex quadam* requiratur,quòd auditus à maioribus proueniant,non poteſt verificari in collateralibus, qui maiores non dicuntur ſecundùm Bal.*in d.cap.licet ex quadam num.*2. *verſ.in maioribus*,Card.Tuſch.*lit.M.concl.*21. *num.* 5. *tom.*5.Auguſt.Barboſ.*appellat.* 137. *num.* 5.*pag.* 144. quod certè ſequendum præcisè non eſt in puritatis probatione, nec quidem in cauſis matrimonialibus, in illa quia non requirit ſolemnitates *d. cap. licèt ex quadam*,vt ſuperiùs probaui, in his etiam, quia verba illa illius textus,*ab antiquioribus quidem ſuis*, & illa,*accepiſſe à ſuis maioribus*, non ſunt præcisè intelligenda de aſcēdentibus,& maioribus in rigore,ſed de quibuſlibet aliis antiquioribus extraneis fidedignis, qui,ſi vitã agerent,teſtimoniũ ferre poſſent circa eãdem deſcendentiam, quæ per quoſlibet teſtes extraneos,ſi integri fuerint, probari poteſt; ita vt maioritas non tam ex ſanguine, quàm ex antiquitate & notitia maiori ſumenda ſit, & verbum antiquiores, & maiores non tantùm accipitur pro antiquis aſcendentibus, ſed etiam pro quibuſlibet ætate ſenioribus defunctis,vt ex eodem verbo apertè conſtat,& probant And.Tiraq.*de primog.q.*1.*n.*51. Rebuff. *in l.* 2.*verb maior.pag.* 23. *de verb.ſign.* Stephan. Gracian. *diſcept.forenſ.cap.*456.*n.*82.& 83.Card.Tuſch. *lit. M. concl.*19.*n.*1.*tom.*5.Aug.Barboſ.citato loco *n.*1.Alex. *conſ.*4.*Ponderatis,n.*2.& 3.*lib.*5.

Quintò requiritur,vt dicant audiuiſſe ante litem 77
motam,& ſic de tempore auditus teſtificari debent, vt ex eo iudices agnoſcere valeant, quanta ſit fides depoſitionibus adhibenda,& quantum auditus præceſſerint opinionem, quæ probari intenditur, ex *d. cap.licèt ex quadam*,ibi,*ante litem motam*,*d.l.* 20. *part.* ibi,*ſamnque dixeſſe, que lo oya a muchos deſpues, que el pleito fue començado*,vbi Greg. *gloſ.*4. Cranetta *de antiq.temp.*1.*part.ſect.Viſo de fama n.*6.Maſch. *de probat. concl* 410.*num.*19.Paciano *eod.tract.lib.*1.*cap.* 9. *n.* 39. Menoch.*de arbitr.caſu* 475.*num.* 14. *verſ. Quartò requiritur,& conſ.*431.*n.*45. *verſ. Tertia eſt ratio*, *lib.* 4. Hojeda *d.num.*40.*verſ.ſecundò declaratur*.Farin. *n.* 96. *& ſeqq* Valençuela *n.*76.Caſtillo, 11. citatis in locis Alex.*conſ.*82.*n.* 3.*vol.*5.Dec.*conſ.*521.*n.* 8. Hondedeo *conſ.*17.*n.*47.*lib.*1.Riminald.*conſ.*363.*n.*90. *lib.* 4. Pelaea *de maiorat.*1.*part.q.*45.*n.*20. Graciano *d. diſcept.* 969.*n.*10.vbi,*n.ſeqq.*ponit rationes,& *in n.*12.limitat dum teſtes examinantur in loco longinquo, quod in facto antiquo non admitto.

Sextò requiritur, quòd teſtes non tantùm depo- 78
nant à maioribus,ſeu antiquioribus audiuiſſe, traditúmque accepiſſe, ſed ſimul propriam aſſerant credulitatem,& intelligentiam, nempe quòd ita intellexerunt ab eis ſecundum Fel.*in cap.tam litteris*, *n.*4. *de teſt.*Hector Æmil.*de teſt.de auditu n* 49.*fol.* 270. & ſimul quòd ita verum eſſe teſtes indubiè credunt,vt patet ex *d.cap licèt ex quadam*, ibi, *& credere ita eſſe*, vbi communiter DD.*& ex l. ſola*,vbi,*gloſ. verb.ſola, C.de teſt.l.*26.vbi *gl.*8.*tit.*26.*part.*3.*& gloſ. in l.cum hi. verb.audiet Prætor.in §.vult igitur oratio*, vbi Bald.*n.*2. *de tranſact.*Ant.Gab.*de teſt.d.concl.*3.*n.*7.Maſch.*de probatio concl.*1363.*n.*16.Fulu.Pacian.*n.*40. Hojeda *d. n.* 40.*verſ.Quartò declaratur*, Caſtillo 19. Valençuela, 188.Farin.99.locis citatis,Boër.*conſ.*30.*n* 7. & idem Farin.*q.*68.*n.*115.*& ſeq.*ait,quòd non tantùm debent teſtes dicere,*ſe ita credere*,ſed etiam,*ſe ita firmiter credere & quòd in eorum conſcientia non dubitant*, ſecundùm Bal. *in cap.* 1. *de ſum. Trin.* quem refert Iaſſ. *in Rub.n.*11.*de iureiur.*licèt eum non ſequatur, & Cyn. *in l.teſtium n.*9.*verſ.Primo caſu,in fin.C.de teſt.* & licèt verum credam,quòd teſtes debent afferre propriam credulitatem,ſufficiet tamen,ſi eam ſimpliciter aſſerant, abſque magis firma aſſertione ex qua, & ex iuramento ſatis cætera colliguntur, vt velle videtur Iaſſ.citato loco.

Septimò intelligenda omnia prædicta ſunt, vt
teſtes de auditu, qui ab antiquioribus rem accepiſſe 79
aſſeruerint,maiorem efficiant fidem, quàm qui à iunioribus,vt *ex tex.in l.fin.de fide inſtrum.& in l.ſi qua ſunt*,5.*Famil.ercisc.& in l.ſi chorus*,79.§.1.*de leg.* 3. *firmauit gloſ.in verb.perſona.verſ.vel ſeni,res,in d.cap. licèt ex quadam*,& eſt ſimilis *gloſ.in l. cum quid*, vbi etiam cõmuniter DD.*de reb.cred.*And.Tiraq.*de primog.præf. num.*148.vbi *in num.ſeqq.* id ampliat, & intelligit in certis ſpeciebus,licet in alijs non, Minſinger. *obſeruat.*38.*poſt prin.c.cent.*4.Seraph.*deciſ.*533.*n.* 2.*col.*511.

& deciſ. 1129. n. 2. tom. 2. col. 146. vbi notabiliter dixit, quòd teſtes nimis animoſe deponentes, quòd ipſi melius ſciant articulata, & totam rem antiquam, quàm antiquiores, & qui de eo tempore fuerunt, deponunt inueriſimile, & ideò ſunt ſuſpecti, nec probant, quod valde ſingulare eſt.

Octauò animaduertant, quòd etſi plura deducantur requiſita ad probationem auditus per Doctores ex *d. cap. licèt ex quadam*, quorum aliqua nunc omittimus, ideò eſt, quia vel ſub relatis comprehenduntur, vel neceſſariæ non ſunt ad probandum puritatem & nobilitatem, de quibus nunc agimus, videri tamen poterunt per Doctores relatos ſupra, & breuiter omnes congerit Ant. Peregr. *de fideicom. art.* 43. *num.* 80. vnum tamen non omittam, quod teſtes proprio iuramento formare debent, ſe ad ferendum teſtimonium in cauſa ipſa odio, amore, timore, vel commodo non procedere, vt totidem demonſtratur verbis *in d. cap. licèt ex quadam*, & colligunt relati, & communiter omnes.

80 Quæ omnia ſimul in auditus probatione concur-
rere requiritur, quia hoc genus probationis, etiam in
antiquis maxima laborat ſuſpicione, fragile, & pro-
ſternabile à DD. appellatur, vt conſtat ex adductis
per Crauet. *de antiq. temp. d. sect. viſo de fama, num.* 9.
Meno. *d. caſu.* 475 *n.* 7. *& ſeq.* & à Far. *d. q.* 69. *num.* 101.
81 † quia ſicut ex ſe facilè eſt audire ita facile eſt credere,
quãuis nec fundamentũ, nec veritatis tramitẽ, quod
dictum eſt, capiat, vt ex *c. cum in iuuentute*, 10. *verſ.*
ſcientes, de purg. canon. conſiderat Maſch. *de probatio.*
82 *concl.* 748. *num.* 7. † Immò ſunt homines prauæ natu-
ræ, & faciles ad credendum *l.* 1. *§. dolum, de eo, per*
quẽ factũ erit, c. Deus, 2. *q.* 1. *c. quãuis,* 75. 11. *q.* 3. *c. iudi-*
cantem, 11. 30. *quæſt.* 5. *cap. ſi quis prapropera* 27. vbi *gloſ.*
8? *verb. videri* 50. *diſt. cap. ſi quid vero* 23. 86. *diſt.* ita vt
nec tranquillitas, nec portus ſecurus puritati, nec ho-
nori nobilium inueniatur, quin facilè ex prauis lo-
quutionibus, auditu & leui hominum credulitate de-
coræ proſternantur familiæ, & poſteri dehoneſten-
tur, cum maximo Regni, & reipublicæ detrimento,
vt latè probaui ſupra quæſt. 1. §. & dicam infrà 2.
part. q. 1. § 1. & ſeqq. & facit *text. in cap. innocens* 23.
83 *quæſt.* 4. † atque ideò communiter receptum eſt à DD.
quod teſtimonium de auditu eſt, præter, & contra
formam & regulas iuris, vt *in d. cap. licèt ex quadam*, &
Hect. Æmil. *de teſt. de auditu n.* 6. *&* 7. Fulu. Pacian. *d. c.*
9. *n.* 13. & aliis adductis tradit Farin. *d. q.* 60. *num.* 7. &
84 clariùs *n.* 9. † Ex quibus iudices harum cauſarum
plurimùm animaduertere debent, an teſtes aliqua ex
parte ſuſpecti ſint, an odio, an inimicitia, an ex me-
liori contrariorum teſtium ratione fragiliter ...
ſeu eorum fides diminuatur, quia his & ſimilibus ca-
ſibus facilè fidem amittunt, nec credi debent, vt ani-
maduertunt Craueta *n.* 9. Menoch. 8. locis citatis,
Cuman. *conſ.* 7. *col.* 2. *verſ. Ad quartum*, Hipolit. Rim.
conſ. 187. *num.* 56. *& ſeq. & conſ.* 222. *n.* 15. *in fin. lib.* 2.
Curt. Iun. *conſ.* 17. *n.* 1. *lib.* 2. Valençuela *conſ.* 92. *n.* 195.
85 & collecti à Farin. *d. q.* 69 *n.* 101. † & omnibus probè
penſatis pro ſuo arbitrio ex iure, ratione, & æquitate
regulato inſpicere debent, quanta ſit teſtibus de au-
ditu fides adhibenda, ſecundùm Abb. *in cap. cum lit-*
teris, num 9. *de teſtib.* Hect. Æmil. *n.* 11. Menoch. 1. *&*
12. *verſ. Ego pariter.* Farin. 47. *&* 102. locis citatis, ita
vt potiùs illis fidem præſtent, qui magis rei veritati
accedunt, & veriſimilia deponunt, ex Rebuff. *tit. de*
probat. teſt. n. 25. Rol. à Valle *conſ.* 14. *num.* 55. *lib.* 1. *&*
conſ. 27. *num* 27. *lib.* 3. Anton. Gab. *de teſt. concl.* 4. *n.* 18.
lib 1. And. Tiraq. *in l. ſi vnquam in præfat. num.* 42. *C. de*
reuocand. Villalob. *in ærario comm. opin. lit. T. num.* 100.
Menoch. *de retinenda rem.* 3. *n.* 721. Maſch. *concl.* 1364.
num. 8. de quo latiùs agam infra 2. part. quæſt. ſiu. &
hæc ſufficiant pro huius quæſtionis enucleatione, nam cætera, quæ ad teſtes pertinent in ſequentibus erunt videnda quæſtionibus, ſed priùs de fama & communi reputatione agamus, quæ ſimilis eſt his, quæ de auditu diximus.

QVÆSTIO X.

Quatenus puritas, & nobilitas per famam, & communem reputationem probentur.

SVMMARIVM.

1 *Probatio per famam, & per auditum ſimilatur.*

2 *Fama quid? & in quo conſiſtat,* & num. 3.
Ex vana voce populi, nihil, num. 4.
In quo à rumore differat. n. 5.
Ex quo oriatur, n. 7.
Bona ex bonis factis oritur, & mala ex malis, n. 9.
Publica quemlibet conſtituit in quaſi poſſeſſione ingenuitatis, & nobilitatis, num. 15.

3 *Rumor quid? attendendus non eſt, ſicut nec erronea vulgi opinio.*

6 *Statutum de fama loquens eſt intelligendum de vera.*

10 *Infamia quid? & perpetuò durat.*

11 *Puritas, & nobilitas ex quibus proueniant, tales ſunt ſicut vulgus opinatur.*

13 *Purus & nobilis verè eſt, quem talem vulgus iudicat.*

15 *Exiſtimatio communis plus efficit in probatione puritatis, & nobilitatis, quàm lex.*

16 *Nobilem dicere nihil eſt, niſi addatur pro tali communiter habitum.*

17 *Articulus de reputatione & fama magis neceſſarius eſt, quàm dicere, ortum ducere à tali domo, ſeu ſtirpe nobili.*

18 *Probatio nobilitatis, & puritatis per famam, & communem reputationem tantùm procedit, vſque ad contrarium probetur. Et dum reputatio, & opinio communis eſt,* n. 19.

20 *Vtilitas huius quæſtionis quanta?*

QVIA ſimilis eſt probatio puritatis, nobilitatis, quæ per famam, & communem fit reputationem ei, quæ per auditum efficitur, de qua egimus in præced. quæſt. & §. vt conſtat ex pluribus iuris Doctoribus, qui has duas probationum ſpecies confundunt, promiſcuè de eis agendo, vt videre poteris ex allegatis ſuprà, & inferiùs adducendis, & apertè conſtat ex Io. Garcia *de nobilit. gloſ.* 18. §. 1. *n.* 6. *&* 7. de ea nunc agere decreui, & licèt tractatum de teſtibus, quibus puritas poteſt probari, ſcindere 1
videatur,

videatur, re tamen vera non officio, quia etſi diuerſæ
appareant, plurimùm ſimilitudinis habent, & quaſi
vinculo cognationis iunguntur, præterea quia fama
per teſtes præcipuè probatur, de quibus inſimul
agendum eſt, ſed prius quid fama, & quot eius ſint
ſpecies breuiter dicam.

2 Fama igitur eſt vox alicuius rei in populo orta ex
fidedigna, & veriſimili cauſa, vt colligi poteſt ex
Bart. *in l. de minore, § plurimum de quæſt.* & communi-
ter DD. quæ conſiſtit in hominum iudiciis, & credu-
litate, dum ex ſolo auditu iudicium formant circa
res, aut facta proximi, aliàs cum iuſta cauſa, quæ in
primis attendi debet, vt infrà dicā, & eſt vera fama, de
qua iura & DD. cōmuniter loquūtur, vt *text. in l. 3. §.*
eiuſdē quoque, ibi, *alias veluti cōſentiens fama confirmat*
rei, de qua quæritur, fidem, de teſt. vbi, *gloſſ. verb. confirmat.*
cap. qualiter & quando, 24. verſ. ex quibus auctoritatibus,
de accuſat. cap illud. 5. §. ipſo verò Epiſcopus, in fin. ibi,
præſertim cum ei non niſi per famam de ſententia contra
eum probata conſtaret. de cler. excom. cap ſi teſtes, 3. §. ſæpe
ſine publicus, (qui deſumptus videtur *ex d. l. 3. §. eiuſdē*)
3 *4. quæſt. 3.* † Aliàs ſine iuſta & legitima cauſa, & tunc
non fama, ſed vanus rumor dicitur, qui attendi non
debet, vt *in l miles, 11. § mulier, 12. ad l. Iul. de adulter.*
in illis verbis, *falſis rumoribus inducta*, & ita intelli-
gitur *text. in cap. 2. de elect.* vbi *gloſſ. verſ. populi*, addu-
cit bonum text. *in l. ſi conſtet, 12. de appellat.* & melio-
rem *in l. decurionum filij, 12* vbi, *vanæ voces populi non*
ſunt audiendæ, nec enim vocibus eorum credi oportet, C. de
pœnis, *ex ratione text. in cap. cum de iuuentute, 12. §.*
ſcientes, de purgat. canon. Zaball. *comm. contra comm. q.*
302. *num. 3. & 4.* ſicut nec quælibet erronea vulgi
opinio *l. ſi dicitur. 56. in princ. de euict.* Mantica *de tac.*
& amb. lib. 3 tit. 7. n. 33. de quo etiam ſuprà egimus in
4 præced. quæſt. & 5. † Ex quibus dixit Rolandus *conſ.*
56. lib. 4. non debere attendi famam probatam per
vanam vocem populi Bald. *conſ. 123. num. 4. part. 3.*
Aym. Grauet. *conſ. 366. n. 4.* Corn. *conſ. 329. n. 5. vol. 1.*
& conſ. 130. num. 6. lib. 4. Matth. Mattheſ *ſing. 51.* vbi
additio num. 12. Fab. de Monte *in tract. fin. regund. c. 59.*
n. 8. quam differentiam inter famam & rumorem
elegantiſſimè deſcripſit Cephal. *conſ. 549. num. 49. &*
5 *ſeq.* † Dicens, quòd ideò rumor non inducit famam,
quia vana vox eſt ſicut ſomnium, quod ſæpiſſimè à
vero deuiat; vulgi enim opinio, & vagus incertis ſe-
dibus rumor, qui ſuæ præconia ignorat, falsò ſibi
nomen famæ vindicat, ſola enim fama eſt, quæ ex
pluribus cauſis originē trahit, & quæ veriſſimilibus
nititur coniecturis quam integri teſtes dicunt, to-
tius eſſe muncipij, & vt & poſt Bart. *in d. §.* pluri-
mùm, tradiderunt Socin. *conſil. 166. num. 1. vol. 2.* &
additiones ad Mattheſil. *d. ſing. 51. num. 12.* & ad
6 Guid. Papa *quæ. Gratianopoli, 201.* † de qua vera fama,
non de rumore populi intelligendum eſt ſtatutum
quod famam pro vera requirit probatione, vt mul-
tis probat And. Tiraq. *de nobilit. cap. 17. n. 97. pag. mihi,*
546. & plura cumulat Maſch. *de probat. concl. 749 per*
totam, maximè à *num. 5* & Menoch. *de præſumpt. lib. 1.*
q. 1. à num. 39. cum ſeqq. per doctrinam Bart. *in d. l. de*
minore, §. plurimum, num. 32. de quæſt. relatam per Ro-
tam apud Io. Baptiſt. Coccinum *decif. 215. n. 5.* cum
cæteris relatis.

7 Quæ fama ſicut in hominum iudiciis conſiſtit,
ita & ipſi homines ei cauſam præſtant ex ſuis factis,
aut bonis, aut prauis, & ſceleſtis, vt conſiderant Bart.
num. 55. & ſeqq. Alex. *à num. 6.* Marſil. *47. & ſeqq. in d. l.*
de minore. §. plurimum. de quæſt. explicat Maſch. citato
8 loco, *num. 2. & 3.* † Ex bonis igitur factis bona oritur
fama, quæ exiſtimatio vocatur, & iure definitur, vt ſit
dignitatis in republica illæſæ ſtatus legibus, & mo-
ribus comprobatus, vt *in l pen. §. exiſtimatio 1. de ex-*
traord. cognit. l. 1. tit. 6. part. 7. Matth. Vveſembek. *in*
Rub. de his, qui not. infam. num. 1. vbi etiam DD. com-
muniter, Per. Gregor *ſyntagm. iuris, 3. part. lib. 31. c. 19.*
num. 5. videodus Vgo Donel. *lib. 18. comm cap. 6. fol.*
mihi, 1022. vbi Oſuald. Illiger *lit. F. & G.* Maſch. cita-
to loco *n. 3.*

Ex prauis etiam factis praua oritur fama, quæ in 9
noſtro iure infamia vocatur, quaſi non fama, dum
exiſtimatio apud bonos, & honeſtos viros grauata
exiſtit, de qua loquitur *text. in d. l. de minore, §. plurimum,*
de quæſt. l. 1. & 2. § fin. l. qui autem, 3. cum ſeqq. de
his, qui not. infam. & in l. 1. & per totum, C. eod. l. 2. de ob
ſeq. à liber. & libert. præſt. † Et ſic definiri poteſt, vt ſit
læſæ dignitatis ſtatus moribus & legibus improba- 10
tus, vt per *text. in d. l. pen. §. exiſtimatio*, definiūt cōmu-
niter DD. maximè Bart. & Paul. Caſtr. *in d. l. 1. de his,*
qui not. infam. Angel. *in tract. de malefic. in verb. Quod*
fama publica precedat. num. 8. Fr. Emman. Roderic. *in*
praxi regular. tit. 2. cap. 13. num. 5. & 6. infamia autem
ſemel contracta perpetuò durat, quia licèt infamia
iuris tollatur, facti verò tollere ſolus Deus poteſt, vt
in l. 6. vbi *gloſſ 5. tit. 6. part. 7.* rectè dixit Tib. Decian.
tract. crim. tom. 1. lib. 5. cap. 48. num. 31. Tiraq. *de nobilit.*
cap. 15. num. 18. Oſuald. ad Don. *lib. 18. comm. cap. 8. lit.*
X x. pag. mihi 329. & dixi ſuprà quæſtion 2. num.
34.

Vnde prouenit circa probationē nobilitatis, & pu- 11
ritatis de quibus agimus, & quæ à maioribus in po-
ſteros deriuātur, & proueniūt ſi præceſſerūt præclara,
& bona facta aſcendentiū, orietur bona fama, & opi-
nio puritatis, & nobilitatis deſcendentium, ſin verò
fuerint praua erit ſimiliter fama praua, & orietur
macula, ſiue ignobilitas; dummodò facta bona, ſiue
mala eius generis fuerint, ex quo prædictæ conſti-
tuantur qualitates, alias ſecus, vt ſpecificè ſuprà q. 1.
§. 4. & q. 4. §. 2. per totum.

Prouenit etiam, quòd prædictæ qualitates puri-
tatis, & nobilitatis plerúmque tales reputantur, qua- 12
les in fama, & communi hominum opinione inue-
niontur, vt ex *text. in l. cum Delanionis, 18 § Aſinam, 2.*
de fundo inſtructo, l. 1. §. 1. de flumin. d. l. pen. §. exiſtima-
tio, l. prouidendum, 7. C. de poſtul. vbi gloſ. Bal. & Salic.
ad fin. C. ſi ſeru. aut libert. ad Decur. aſpir. lib 10. & ex l. ſi
procu. 10. C. mandati, probant Bart. Caſſan. *in Catalo-*
go glor. mundi part. 8. conſid. 16. in princ. & infrà refe-
rendi; † & ille purus, ſeu nobilis iudicatur, quem
talem vulgus opinatur, & econtra, vt *in l. 8* ibi, *eſtu-* 13
uieren pacificamente en reputacion y poſſeſſion de hom-
bres hyos dalgo, tit. 11. lib. 2. recop. probat Ioann. Gut-
tierr. *lib. 3. pract. q. 14. à n. 6. cum ſeqq.* Aceb. *in Rub. n.*
159. tit. 2. lib. 6. recop. Couar. *lib. 1. var. cap. 16. n. 10. &*
in pract. c. 21. n. 7. Matienço *in l. 7. gloſ. 4. n. 3. tit. 7. lib 5.*
recop. Io. Garcia *de nobilit gloſſ 7. per totam*, Farin. 1.
part praxis q. 47. n. 101. & decif. 551. n. 2. & decif. n. 1 p.
2. in poſthum. & alij apud Auguſt. Barboſ. *Appell. 264.*
ſub n. 15. pag. 258. † immò quod in probatione harum
qualitatum plus exiſtimatio communis efficiat, 15
quàm lex ex Ripa *reſp. 26. n. 8. lib. 2.* refert Io. Got-
tierr. citato loco *n 6. in fine*, ex quibus oritur ratio il-
lios nobilis dicti Baldi *in l. 2. per illum text. C. ſi ſeru.*
aut. libert ad Decur. aſpir. lib. 10. † quòd fama publica
conſtituit quemlibet in quaſi poſſeſſione ingenuita- 15
tis, & nobilitatis quem refert & approbat, Andr.
Tiraq. *de nobilit. cap. 10. n. 8. in fin.* & ante eum Fel. &
Dec. *in cap. veniens, el. 1. de teſt.* quos referunt Io. Gut-
tierr. citato loco, *n. 7.* & Valençuela *conſ. 90. n. 37.* † 16
Et idem Tiraq citato loco *n. 6 circa medium*, ait, hoc
in tantum eſſe verum, quod ad probandum nobilita-
tem non ſufficit dicere quem eſſe nobilem, niſi ad-
datur, quòd pro tali vulgò reputatur quaſi ipſa nobi-
litas ex ſola vulgi opinione ſiſtat, ad quod ibi plures
adducu,

adducit,idem ad litteram refert non tamen Tiraquello nominato, Maſch.*de probat. concl.* 1095. *n.* 8. vbi olios plures adducit,inter quos eſt Couuarr. *lib.* 1.
17 *var.cap.* 16.*n.*10.Menoch.*de arbit.caſu*,670.*n.*4.Guido Papa *deciſ.*88.incipit,*ſed quero an nobilis*,*col. pen.* † & ideò dixit Chaſſan.*conſ.*64.*n.* 11. quòd in nobilitatis probatione magis neceſſarius eſt articulus de reputatione,& fama,quàm dicere, quòd ſit ex tali domo, & ſtirpe nobili, cùm dictum hoc abſque illo nullum ſit ſecundùm adducta per Tiraq.*in d.c.*10. *n.* 6.Socin.*conſ.*246,*verſ.Prima ratio*,*col.*2.quem ad hoc adducit Chaſſan.*in ſuo Catalogo* 8.*part.conſid.*16. *verſ.* *& ideò hoc caſu*,& per Maſch.*de probat.d. concl.* 1095. *n.*12.Gut.*n.* 8.citato loco.

18 Quod dupliciter limitatur, Primò,vt probatio per famam,& communem reputationem tantùm procedat,vſque ad contrarium probetur,cum populi aſſertiones quandoque mendoſæ appareant, vt *in l. Barbarius*,3.*de offic. Prætor.& in l.ſi priuatus*, 17. *Qui & à quibus*,cum ſimilibus ſuprà relatis,& infrà §.1.*in fin.* referendis,& docet Bart.Chaſſan.*d.conſid.*16.*verſ.& horum*,And.Tiraq.citato loco,*ſub n.* 6. *in fin.* vbi ait, quòd huic communi opinioni ſtandum eſt tantiſper,dum mendacem eſſe appareat, quem referendo ſequitur Ioſephus Maſch.citato locu,*n.* 10.

19 Secundò limitatur, vt tantùm procedant prædicta,dum reputatio, & communis opinio fuerit immemorialis ex latè traditis ab Otalora *de nobilit.* 3. *part.cap.*7.*per totum*,& aliis relatis a Io.Gut.*in d.q.*14. *num.*9.

20 Prouenit denique, & apertè apparet,quanta ſit vtilitas huius quæſtionis, in qua ſumos acturi, quo modo puritas, & nobilitas probari valeant per famam, & communem reputationem, quæ in primis attendi debet in harum qualitatum verificatione, quod vt ritè,& perfectè, debitaque cum diſtinctione oſtendatur vniuerſam quæſtionem ſciſſam in ſex partes tradam & agam iu

1 De famæ probatione in genere, quatenus, generaliter probet in cauſis omnibus.

2 De forma & modo probandi puritatem, & nobilitatem per famam, & communem reputationem.

3 Quomodo ſecerni valeat fama,quæ meretur fidem ab ea, quæ infirma, & debilis eſt, vt rectè agnoſcatur earum fides.

4 De his, quæ cum fama concurrere debent,vt fidem mereatur.

5 De praxi, & modo diiudicandi per contrarias famas eiuſdem rei.

6 An vno, eodémque tempore, & loco concurrere valeant duæ famæ contrariæ,quæ ſimul veræ ſint.

---

§. I.

De famæ vi, quanta iure ſit, & quatenus probet.

S V M M A R I V M.

1 *Fama non plenè, ſed ſemiplenè tantum probat*,& num.2.

Præcipuè in ciuilibus, non in criminalibus, num. 3.

Nec in ciuilibus arduis,num.4.

Nec probat ſimul cum vnico teſte de viſu, num.5.

Niſi ſimul habeat plures teſtes de auditu, num.6.

Vel alia concurrant adminicula n. 7.

Vel ſi fama vehemens fuerit,n.8.

Et ſimul plura ſubſtantialia concurrant adminicula,n.11.

Proficit ad torquendum, n.12.

Et ad inquirendam,num. 13.

Et ad capturam, n.14.

Maximè ſi oriatur ſtatim poſt delictum,ſecus ſi ex internallo,n. 15.

Fragilis, fallax & pernicioſa eſt, numero 16.

9 *Teſtes circa famam deponentes loqui de præterito debent,non verò tantùm de præſenti. Explicatur*,n.10.

REGVLA iuris certa eſt,quòd fama, licèt plu- 1
ribus teſtibus,& ritè ſit probata,non plenè regulariter probat ex iuribus ſuperiùs addoctis,& notatis communiter per DD. *in l.de minore* 10. §. *plurimum,de quæſt.& in cap. veniens,el* 1.*de teſt.l.*3.vbi Greg. *gloſſ.*1.*tit.*30.*part.*7.Ant.Gom.3. *tom. var. cap.* 13. *de tortura reor.n.*10.Couarr.*in epitome* 2.*part.cap.*8.§. 3. *num.*3.& plures penes Ioſeph.Maſch.*de probat. concl.* 753.*num.*1.Peña *in direct.*3.*part. commun.*110. *lit. K. verſ.Primum ergo dicit*,& penes. Farin.1.*tom. de indic. & tortura q.*47.*n.*3.*& ſeqq.*

Dixi,*non plenè*, quia ſaltim ſemiplenam probatio- 2
nem ex fama oriri communiter aſſerunt DD.per relata iura,vt videre eſt penes Canterā *in quæſt.tangent. probat quæſt.*3.*de indiciis ſufficient ad tortur. ſub num.*8. *verſ.in aliis autem cauſis*,*pag.*211.*col.*1.vbi vritur pluribus diſtinctionibus, quibus rei veritatem demonſtrare conatur.Ignat.del Villar *in ſylua reſp.*9.2. *part. n.*13.vbi præter plures DD.adducit pro hac ſententia *text.in c.illud*,11.*de præſumpt.& in c.ex litteris*, 32. *de iureiur.* Maſch. *numero* 6. Farinac. 54. locis citatis.

Quod intelligendum eſt primò in ciuilibus, pro- 3
ut loquuntur prædicti DD. dummodò plenè, & legitimè fama maneat probata,ſecus verò in criminalibus,in quibus pleniores requiruntur probationes & fama etiam legitimè probata ſemiplenam non efficit probationem,nec ſufficit ad torturam ni iunctis aliis adminiculis,vt rectè probat Ignac. del Villar,Cantera,& alij citati,Simanc.*in enchirid.tit.*52.*de tormentis*,*n.*19.Peña *in direct.*3.*part comm.*11.*verſ.Primum ergo*,vbi in verſ.ſeq. limitat in fama vehementi, quæ ſemiplenè probat, ſecundùm eum ibi, & bene explicat quæ dicatur vehemens fama. Villalob.*comm. opin.verb.fama,num.*7. Iul. Claro *in pract. crim.* §.*fin. quæſt.*21.& omnium latiùs Maſch.*concl.*754.*à num.* 1. *cum ſeqq.*& Farin.*d.quæſt.*47. *num.* 59.& alibi paſſim, Franc. Anton. à Souſa *in aphoriſm. lib.* 2. *cap.* 24. *num.*16.

Secundò intelligendum eſt,vt locum non habeat 4
in cauſis ciuilibus arduis,quæ criminalibus æquiparantur, vt probant DD.communiter *in cap.* 1. *de appellat.* Bal.*in cap.veniens,num.*7.*de teſt.* vbi ad hoc adducit *text.in l.propter litem*,21.vbi bonus caſus,*de excuſat.tut.*Menoch.*de præſumpt.lib.*1.*quæſt.*41.*num.*11.

Maſch.

Maſch.d.concl.754.num.15.Decio, conſ.210. viſo puncto,in fin Burſat.conſ.97.num 17.vol.1.Alc.reſp.6.n.13. Valençuel.conſ.90.num.187.& conſ.92.num. 192. vbi plures refert Farin.ſuprà n.64.

5 Tertiò intellige, vt nec fama ſimul cum vnico teſte probet in criminalibus,nec in ciuilibus arduis, vt probant Ant.Gom.lib.3.var.c 13.n.7.& 10.adducti à Peña in d.comm.110.lit.C.verſ.Secunda regula eſt, gloſ.& DD.in d.cap.veniens,de teſt. Maſch. d. concluſ. 754.n.3.Menoch.citato loco,q.40.n.10. & d.q.41.n. 9.Iul.Clar.in d.§.fin.q.63.verſ.fin.Zaball.comm. contra comm.q.302.num.5.& Valençuela d.conſ.90.num.187. ſecus autem erit in ciuilibus ordinariis , in quibus diximus famam ſemiplenè probare,cui ſi adiungatur teſtis,qui aliam efficit ſemiplenam,plenè ſimul probabunt,vt declarat Dec.in d.cap.1.n 64.de appellat.Felin.in d.cap.veniens,n.16.in fin.Maſch.de probat lib.1.q. 11.n.6.& in d.concl.753.n.11.Menoch.lib. 1.præſumpt. q.41.n.4.

6 Quartò intellige,niſi ſimul cum fama concurrant plures teſtes de auditu, quia tunc plenè omnes ſimul probabunt,ſecundùm adductos per Maſch.d. concluſ. 753.num.13.& per Farin.d quæſt. 47. num. 77. ſecus verò ſi teſtis de auditu vnus tantùm fuerit,vt ibi per eos. Quod ego in cauſis de nouo emergentibus non admitterem,in quibus probatio auditus à probatione famæ vix ſegregari poteſt,& difficillimum erit,niſi fortè qui committere delictum viderunt mortui, ſiue abſentes fuerint, à quibus alij audierint , qua in ſpecie magis illis famæ origo tribuenda eſt,quam ex illorum auditu aliam præter famam conſtituere,probatione in antiquis verò indubitabiliùs procedit hæc ſententia.

7 Quiorò intellige , niſi cum fama alia concurrant adminicula,quibus plenè in ciuilibus probabit , ſecundùm gloſſ. in l. vbi adhuc 29. C. de iure & in cap. cum in diœceſi,15.verb.manifeſtos,de vſuris,quæ ad hoc citat d.cap.ex litteris,12.de iureiur.cap.ſi duo 4.35.q.6. Alc.reg.3.præſ.3.Maſch.de probat. d.concl.753. n. 29. nam & ſi prædicti DD.& alij adducti à Farin. citato loco n.86.generaliter loquantur, intelligendos puto in ciuilibus tantùm præter d. gloſſ. manifeſtos, quæ apertè loquitur in vſurarum crimine, tamen Maſch. & ab eo citati loquuntur in ciuilibus , quia in tota illa concluſione, quatenus fama probet in ciuilibus, explicat,quia in ſeq.concl.754.ſpecialiter de criminalibus agit, præterquam quod alij DD. ita hoc explicant,conſtituentes famam in criminalibus,cum aliis adminiculis ſemiplenè tantùm probare, vt ex pluribus docuit Ignac.del Villar in d.reſp 9.in 2.part.ſub n. 13.& de communi teſtatur Iulius Clar.in pract.crim. §.fin.q.21.verſ.fama ſola , adductus cum aliis à Peña d.3 part.direct.comm.110 lit.E.reg.3.num.4. Immò ex Dec.in d.cap.veniens,num. 23. de teſt. & ex Rota deciſ. 16.in nouis,voluit Valençuela in d.conſ.90.n. 186. & ſeq.quod etiam cum aliis adminiculis plenam , nec ſemiplenam fama conſtituat probationem in cauſis arduis.quod certe nimis ſtrictè procedit,quia ſaltim ſemiplenè probat,& ſi adminicula vrgentiſſima fuerint pluſquam ſemiplenè poterit probare,dummodò cum omnibus requiſitis fama probata maneat , de quibus infrà , & in ſequentib. §§. latiùs erit agendum.

8 Sextò intelligenda veniunt de fama vehementi, aliàs ſecus,vt ſuperiùs ex Peña tetigi,& probant Bar. & Alex.in addit.ad cum lit.C.in d.l.de minore, §. plurimum,de quæ.Bal.in cap.1.§. iniuriã , de pace iuram.firm. in vſib.feud.allegati plures apud Maſch. d.concl. 754. num.5.& apud Menoch.d.caſu. 261. num. 2. & lib. 1. præſumpt.89.num.32.Farin.ſuprà num. 28. & 19. vbi ex Maſch.& aliis ait, iudicium arbitrio relinqui,qualis ſit vehemens fama,& in ſeqq.num.regulas tradit, quibus arbitrium iudices regulare debeant, quod & bene explicat Peña d.comm.110. lit. K. verſ.ſed tota difficultas,& ſeq.

Septimò intelligas velim, dummodò teſtes de fama deponentes non tantùm loquantur de præſenti tempore,ſed etiam de præterito, quia ſi deponant de tempore præſenti,nec famam probant , vt deciſum pluries fuiſſe reſoluunt Caputaq.deciſ.9.part.1. Rota apud Seraphin.deciſ.1075.n.4.col.87. & deciſ. 1103. num.4.vbi adducit Abb.in cap.licèt ex quadam,n. 3. de teſt.Corn.conſ.198.num.18.lib. 2. Roman.ſingul. 753. idem Seraphin.deciſ.1251.n.1.vbi ampliat, in num.2. etiamſi à duodecim, vel tredecim annis hoc intellexiſſe aſſerant,quia aſſertio hæc verificari poteſt etiam de præſenti , ex ſingulari Bart. Doctrina in l. Celſus,num.23. de vſucap. † Quod ego intelligo,dum teſtes deponunt de fama antiqua,quia tunc non ſufficit,quòd fama nunc ſit, ſed quod antea per plurimos fuerit annos, in quibus recenter orta nihil probat , vt in ſeqq. §§. dicam. In factis verò de nouo emergentibus, vt puta ante duos , vel tres dies optimè probabunt teſtes,qui de tempore præſenti aſſerãt famam eſſe quod verificatur in illis paucis diebus, iorraquos eiuſdem famæ origo fuit. 9 10

Octauò intelligenda omnia prædicta ſunt , ſi in probatione famæ concurrant plura ſubſtantialia requiſita ſine quibus nihil omnino probabit , vt videlicet initium habuerit à cauſis veriſimilibus , grauibus & vrgentibus, non à falſis , & apparentibus ; ab honeſtis & fidedignis perſonis,non à vilibus , maleuolis, nec inhoneſtis,inimicis, nec æmulis inquiſiti, quia ſicut hæc cauſæ nihil per ſe probant , nec probabit fama ex eis orta, vt ſingula ſpeciatim probabo infrà in hac quæſt.§.4. 11

Et tunc,etſi omnia hæc concurrant,non plenè,vt dixi, fama probabit ni ſemiplenè tantùm in criminalibus verò ad torquendum ſufficiet concurrentibus adminiculis aliis,vt probaui ex Peña,Cantera & Ignac.del Villar citatis in locis, & probant Simanc. de catholic.inſtit.tit.65.n. 36. & in enchirid. loco citato, Petra,de fideicom.quæſt.13. num. 137. Maſch. d. concl. 754.à num.5.cum ſeqq.Menoch.lib.1.de præſump.q.89. n.133.Iul.Clar.in pract. §. fin. quæſt. 21. ver.fama ſola, eſtque communis , & apud practicos paſſim ſeruata. 12

Efficiet tamen ſola abſque adminiculis indicium ad inquirendum ex text.in c qualiter,& quando, 24. de accuſat.docuit Fel in veniens,n.14.ad fin.verſ.Vnde ſufficit ſola fama,de text.Boſſio tit.de inquiſit.n. 27. in fin. Iul.Clar.in d.§ fin.q.20. verſ. ad inquirendum. Maſch. concl.513.n.2.& in relata concl.754.n 19.Menoch citato loco q.88.n.6.Fr.Ant.à Souſſa in aphoriſm. inquiſit.lib.2.c.25.n.15.vbi adducit Farin.in q.47.n.37.cum communi. 13

Proficiet etiam fama nuda ad capturam,ex l.ſi vacantia,5.C de bon.vacantib.lib.10.& d. cap. qualiter & quando,cap.inquiſitionis,21.de accuſat.Maſch. d. n. 19. Paris de Puteo in tract.ſindicat.verb.captura,cap.2.n.5. Angel.de maleſic.verb quod fama publica n.4. verſ. aduertendum tamen eſt. Fallit etiam in hæreſis crimine, in quo ad capturam prouenire non poterunt iudices, ni adſit ſaltim ſemiplena probatio , ſecundùm Simanc.de catholic.inſtit.tit.16.n.1.& ſeq.& tit 43.n.12. & in enchirid.tit.25.n.1. cum pluribus relatis per Farin.de hæreſi q.185.n.7. 14

Quæ omnia maximè procedũt,dum fama orta eſt ſtatim poſt delictum commiſſum , quia tunc eidem crimini ineſſe videtur,ex l.quod ait,13.§.fin.ad l.Iul.de adulter.l.3.§.cũ igitur,9.de vi,& arm. nõ tãtùm ad inquirendum,& carcerandum ſufficit, ſed ad torquendum 15

adducit in confirmationem ſuæ ſententiæ, *& in num.* 160. *&* 161. & Auguſt. Barboſ. *de officio Epiſcopi* 1. *part. tit.* 2. *gloſſ.* 17. *num* 41. vbi cùm in *num.* 40. anteced. dixiſſet, ſanguinis maculam debere concludenter probari, poſtea ita ait, ideò per famam concludenter probari non poteſt, niſi ſit perpetua, & illæſa apud omnes, & appareat potuiſſe oriri ex aliqua probabili cauſa, quæque contrariis probationibus non debilitetur, atque ita pluries iudicatum a Rota fuiſſe teſtatur, & conuenit D. Ioann. del Caſtillo *controuerſ. iuris lib.* 5. *tom.* 6. *part.* 2. *cap.* 123. *ſub num.* 17. *& ſeq.* & quidem prædicta tranſcripſit Barboſa ex Ricciolo *de Neophyt. cap.* 7. *num.* 18. *&* 19. & etiam quaſi ad litteram repetit de canonicis *c.* 13. *n.* 36. 37. *&* 40. quod an verum, & quomodo concurrere debeant prædicta requiſita in ſequentibus videbimus.

2 Contraria verò ſententia aliis pluribus vrgentioribus, & ſequendis rationibus probatur, videlicet quòd puritas & nobilitas plenè, & concludenter probantur per famam, & communem reputationem, vt ex ſequentibus apparebit rationibus. Primò quia fama probat plenè in his, quæ ſunt difficilis probationis: ſed nobilitas, & puritas difficilis ſunt probationis, vt pluries probaui. Igitur poterunt per famam probari.

Maior patet ex traditis per Dec. *in d. cap.* 1. *num.* 41. *de appellat.* Hipol. de Marſil. *in d. l. de minore* §. *plurimum num.* 84. *& ſeq. de quæſt.* Iul. Clar. *in d.* §. *fin. quæſt.* 21. *col.* 3. Boſſio *de partu ſuppoſito n.* 20. Maſch. *de probat. concl.* 853. *n.* 22. Bart. ab eo cum aliis allegatus *in l. ſiquidem, C. ſol. matrim. & in l. continuus*, §. *cum ita, de verbor.* & idem Maſch. *concluſ.* 791. *num.* 7. & Menoch. qui explicat ea, quæ ſunt difficilis probationis *de arbitr. iudic. caſu* 89. *num.* 87. cum aliis ibi, *& caſu* 116. Surd. *conſ.* 293. *ex num.* 31. vbi latè *vol.* 2. Farinac. *deciſ.* 481. *n.* 3. *vol.* 1. *in poſthum.* vbi ita ſæpè fuiſſe deciſum teſtatur. Acebed. *in l.* 6. *à num.* 1. *tit.* 9. *lib.* 3. *recop.* quem & alios allegat Alphonſ. Narbona *in l.* 82. *gloſſ.* 2. *num.* 20. *&* 21. *tit.* 5. *lib* 2. *recop.* vbi ait, quòd fama, & alia quælibet informatio habetur pro exacta, & plena probatione in his, quæ ſunt difficilis probationis conuenit Zaball. *commun. contra comm. quæſt.* 302. *num.* 10.

Ex qua ratione cùm filiatio ita ſit difficilis pro-
3 bationis, vt velut impoſſibilis iudicetur à DD. vt dixit Maſch. *concl* 787. *num.* 5. *& concl.* 791. *num.* 3. vbi adducit Menoch. *de arbit. caſu* 89. *num.* 88. etiam ſi cauſa ſtatus ſit & grauiſſima, quæ huic, de qua agimus, aſſimilatur, vt ex Rotæ *deciſ.* 404. *num.* 2. *part.* 3. *lib.* 3. *diuerſ. ſacri Palacij.* probat Valençuela *conſ.* 68. *num.* 69. tamen ex fama, & communi reputatione probatur, vt reſoluit idem Maſch. *d. concl.* 791. *à num.* 4. Menoch. citato loco *num.* 89. pro qua opinione adducunt *text. in l. filium* 6. *de his, qui ſunt ſui, & in cap. tranſmiſſa* 3. *vbi gloſſ. verb. à vicinia. Qui filij ſint legitimi, cap. per tuas* 10. ibi, *& eius filius nominatus fuit, de probat.* vbi communiter DD. Petra *de fideicom. quæſt.* 11. *num.* 439. *cum ſeqq. & in num.* 441. *in fin* de magis communi firmat contra alios aliud volentes, & Farin. *in d. quæſt.* 47. *num.* 94. *&* 96. hoc ſaltim intelligentes quoad onus contrarium probandi in aduerſarium transferendum, & quoad vtrimque effectum plenè fama probat antiquam filiationem, de qua nos agimus, vt teſtatur idem Maſch. citato loco *n.* 9. Couarr. *in epitome*, 2. *part. cap.* 8. §. 3. *num.* 9. *in fin.* Iac. Put. *deciſ.* 418. *num* 2. *part.* 2. Pelaez *de maiorat.* 1. *part. quæſt.* 45. *num.* 16. vbi poſt ſexaginta annos antiquam vocat filiationem.

4 Secundò probatur, in informationibus puritatis, & nobilitatis ex ſtatutis præcipue quæ*r*itur circa proprietatem, & poſſeſſionem qualitatum prætenſoris, & ſui generis, vt notum eſt: at poſſeſſio, & proprietas cuiuſque rei per famam concludenter probantur. Igitur & puritas & nobilitas.

Minor patet quoad proprietatem ex pluribus adductis ab Andr Tiraq. *de iure primog. in præfat. num.* 107. *per gloſſ. in leg. at qui natura*, §. *cum me abſente, de neg. geſt. & in l. litibus, C. de agric. & cenſit*, *lib.* 11. *& de præſcript.* §. 1. *gloſſ.* 4. vbi latiùs, Aym. Crauetta *de antiq. temp.* 1. *part. ſect. viſo in hac, num.* 3. Pelaez *de maiorat.* 4. *part. quæſt.* 20. *num.* 311. *&* 341. quibus adde plures allegatos per Farinc. citato loco *num* 106. *&* 1 8. Quoad verò poſſeſſionem probant communiter DD. *in cap. veniens* 10. *de teſt. & in cap. quid ſit nouale*, 21. *de verb. ſign.* plures adducti ab Anton. Gabr. *de reſtitut. ſpoliat. concluſ.* 5. *num* 109. Petra *de fideicomm quæſt.* 13. *num.* 138. Maſch. *concluſ.* 753. *num* 23. Menoch. *de recuper. rem.* 15. *num* 41. Crauetta *concluſ.* 34. *num.* 11. Pelaez *num.* 113. Farin. *num.* 129. *& ſeqq.* locis citatis.

Confirmatur primò, quia fama interueniente anti- 5
qua poſſeſſione plenè iuſpatronatus probat, ſecũdùm Bald. *in l cum ſuper, num.* 1. *C. de rei vendic.* Lancell. *de attentat.* 2. *part. cap.* 6. *de attentat. lite pend. in præfat. num.* 651. Marian. Antonin. *var. reſolut.* 109. *num.* 43. *lib.* 1. Pelaez *d. quæſt.* 20. *num.* 307. *&* 378. Nicol. Garcia *de benefic.* 5. *part. cap.* 9. *num.* 83. *& ſeq.* Auguſt. Barboſa *de offic. Epiſc.* 3. *part. alleg.* 72. *num.* 43. Farin. *d. quæſt* 47. *num.* 133. Puteo, *deciſ.* 60. *& deciſ.* 140. *in fin. & deciſ.* 142. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 157. *in fin.* Rota apud Seraphio *deciſ* 1103. *num.* 6. *col. mihi*, 120. *& deciſ.* 1120. *num.* 4. *col.* 153. *& deciſ.* 1141 *num.* 6. *col.* 158. *part.* 2. Igitur & puritatem, & nobilitatem ex eadẽ ratione.

Confirmatur ſecundò quaſi poſſeſſio iuris incor-
poralis, & inuiſibilis iure plenè per famam pro- 6
batur, vt ſunt omnes qualitates ſanguinis, virtutes, & cæteræ animi qualitates, & proprietates, *ex l. prouidendum*, 7. vbi notat Bald. *C. de poſtul.* Iaſſ. *in leg. admonendi, num.* 246. *de iureiur.* Fel. *num.* 9. Dec. 41. *in d. cap. veniens, de teſt.* idem Dec. *in d. cap.* 1. *num.* 38. *de appellat.* Alexand. ad Bart. *in d. l. de minore*, §. *plurimum, poſt num.* 38. *lit. B.* vbi etiã Marſil. *n.* 101. *de quæſt.* Tiraq. *de nobilit. c.* 10. *n.* 8. *& cap.* 37. *num.* 84. Farin *num.* 101. citato loco. Igitur patet veritas dictæ rationis.

Tertiò probatur, maior, & fortior probatio eſt, 7
quæ ex fama prouenit, quàm ex auditu: ſed auditus in caſu materia noſtra ſufficit ad plenam probationem, vt probaui ſuprà in præced. quæſt. §. 4. per totum. Igitur ex maiori ratione ſufficiet fama & communis reputatio.

Maior patet, quia certior, & indubitabilior probatio eſt, quæ à pluribus prouenit, quàm à paucis, vt per ſe patet, & probatur *in cap. licet ex quadam*, vbi, *per teſtes numero plures, de teſt & in cap. in noſtra* 32. *eod. cap. licet cauſam* 9. *de probat*, & in ſpecie de qua loquimur Seraphin. *deciſ.* 1482. *num.* 1. *&* 3. ſed fama eſt aſſertio plurium, & totius populi: auditus verò ſufficit, ſi proueniat à duobus, ſeu tribus antiquioribus, ſeu maioribus, vt probaui ſupra in d. §. 4. Igitur probatio per famã firmior auditu erit, vtitur hoc argumento Felin. *in dict. cap. veniens*, 10. *ſub num.* 16. *verſ. & adducitur ratio*, *extra de teſtib.*

Quartò fama, & communis hominum reputa- 8
tio non ſolùm in antiquis, quæ agnoſci à viuis non potuerunt, vt inferiùs in 7. ratione, dicam: ſed etiam in his, quæ hominis vitam, non excedunt, plenè ſtatus poſſeſſionem probat, vt conſtat ex *text. in leg. ſi mater tua* 6. *C. Ne de ſtatu*

defunct. l. 2. vbi Bald. C. ſi ſeru. liber. lib. 10. Andr. Tiraq. de nobilit. cap. 10. num. 8. verſ. Hinc quoque eſt, in fine, Maſch. concl. 751. num. 40. & alij adducti per Zaball. comm. contra comm. quæſt. 202. num. 11. Valençuela concl. 90. num. 37. ſed nos agimus de probando in antiquis, ſtatum, & quaſi poſſeſſionem puritatis, & nobilitatis. Igitur ex maioritate rationis prædictæ qualitates per famam plenè probantur.

9 Quintò probatur, paria ſunt eſſe talem, & haberi pro tali, ſecundùm Bald. in leg. conuenticula num. 6. C. de Epiſcop. & cler. & in leg. cum ſuper, C. de rei vendic. Innocent. in d. cap. veniens, 34. num. 4. de verb. ſign. plures apud Auguſt. Barboſ. Axioma. 174. num. 12. pag. 108. Perezium de Lara in d. cap. 4 num. 100. ſed per famam & communem reputationem apparet qualiter quis reputetur, & ſit habitus circa ſui generis qualitates. Igitur nulla melior probatio puritatis, & nobilitatis eſſe poteſt, quàm publica vox, & fama, illorum enim æquiparatorum eadem eſt ratio, & debent eſſe iidē effectus, l. Gallus 29. §. & quid ſi tantum, de lib. & poſth. Flam. Pariſ. de confid. benefic. quæſt. 27. num. 74. & quæſt. 28. num. 82. Zephal. conſ. 138. num. 25. Gratus reſp. 91. num. 19. lib. 1. idem Perezius de Lara citato loco num. 201. Alphonſ. à Villag. de extenſ. leg. corrector. & pœn. ſimul num. 64. cum aliis pluribus Auguſt. Barboſ. Axioma. 14. num. 1. pag. 15. & loco 6. n. 1. pag. 306.

10 Sextò probatur, ad incorporalia adquirenda tria requiruntur, nempe bona fides, titulus, & quaſi poſſeſſio: vt patet de bona fide in l. 2. de præſcript. longi temp. l. bonæ fidei, 110. de verb. ſign. de titulo in l. 4. C. de præſcript. longi temp. l. nullo 24. c. de rei vendic. & de quaſi poſſeſſione, in l. ſine 25. de vſucap. c. ſine poſſeſſione 3. de reg. iur. in 6. ſed fama & communis reputatio hæc producit omnia. Igitur incorporalia, & ſic puritas, & nobilitas per famam probari poterunt.

Minor patet, fama, & reputatio communis inducit bonam fidem, ſecundùm Bart. in l. Celſus num. 4. de vſucap. maxime in immemoriali quaſi poſſeſſione, vt nos loquimur, & in ſpecie noſtra requiritur, ex notatis in cap. 1. de præſcript. in 6. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. caſu 42. num. a Præſtátque titulum, qui ex immemoriali quaſi poſſeſſione, & eius communi opinione oritur, ex l. 2. §. ductus aquæ, de aq. & aquæ pluu. arc. cum ſimilibus. Et denique quaſi poſſeſſio etiam prouenit ex communi reputatione, ſecundùm notata per DD. in leg. Barbarius 3. de offic. Prætor. l. 2. vbi etiam, DD. C. ſi ſeru. aut libert. ad Decur. lib. 10. quæ omnia latiùs probat Ioann. Guttierrez lib. 3. quæſt. 3. pract. quæſt. 14. à num. 18. cum ſeqq. & conducunt congeſta per Salgado de reg. protect. 1. part. prælud. 1. num. 125. & ſeq. & ſeq. & num. 132. & habent locum in probanda generis macula, & ignobilitate, quia contrariorum eadem eſt diſciplina, vt conſiderant ad propoſitum Io. Garcia de nobilit. gloſſ. 7. num. 23. Valençuela conſ. 90. n. 42.

11 Septimò & vltimò probatur, nam receptiſſima, & indubitabilis DD. opinio eſt, quòd in antiquis fama pleniſſimè probat: at nos agimus de probanda puritate, & nobilitate ab antiquiſſimis maioribus proueniente, & ſic de re antiquiſſima, & qualitate probanda, vt patet & ſæpius probauimus. Igitur indubitale ſimiliter erit, quòd fama plene prædictas probabit qualitates.

Maior conſtat ex his, quæ notant DD. in l. admonendi, maximè Iaſ. num. 242. & Corraſ. 3. part. num. 83. de iureiur. & in d. cap. veniens, de teſtib. & in d. cap. quid ſit nouale, de verb. ſign. multa cumulat Pelaez de maiorat. 1. part. quæſt. 45. à num. 8. cum ſeqq. & 4. part. quæſt. 10 à num. 310. cum pluribus aliis ibi, Aym. Crauета de antiq. tem. 1. part. §. viſo in hac parte, à num. 1. Dueñas reg. 299. limit. 7. Auend. de exeq. mand. 1. part. cap. 6. num. 6. Villalob. com. opin. verb. fama, num. 8. & 11. Alciat. reg. 2. præſumpt. 3. num. 3. & omnium latiùs Petra de fideicomm. quæſt. 11. num. 442. & ſeq. & quæſt. 12. num. 30. Menoch. illuſtr. quæſt. cap. 84. num. 15. Brun. à Sole in ſuis locis communib. verb. fama 2. Maſch. de probat. concluſ. 105. per totam, & concluſ. 753. num. 7. cum ſeqq. Stephan. Gracian. diſcept. forenſ. cap. 78. num. 35. & 36. Menoch. de arbitr. caſu 42. num. 4. Valaſc. de iure emphyt. quæſt. 9. num. 25. & ſeq. Meneſ. in l. ad. ibus, num. 5. C. de ſeruit. & aqua, Brixian. de fin. regund. cap. 55. num. 14. & 15. Zaball. comm. contra comm. q. 302. num. 8. Franc. Cald. de empt. & vend. cap. 21. num. 26. & adducti à Ioann. Guttierr. d. quæſt. 14. num. 33. & plures per Nicol. Garcia de benefic. 12. part. cap. 2. num. 250. D. Io. del Caſtillo controuerſ. iuris tom. 6. lib. 5. 2. part. cap. 123. num. 18. Gamma deciſ. 290. num. 1. vbi Flores de Mena, & alij congeſti per Farinac. dict. quæſt. 47. num. 106. & 117. & Cardin. Tuſch. in ſuis concluſ. pract. tom. 3. lit. F. concluſ. 66. num. 10. cum ſeqq. & tom. 8. lit. V. concluſ. 81. num. 92. Auguſt. Barboſ. de offic. Epiſcop. 1. part. tit. 3. cap. 2. num. 75. colum. 248. & à Rota deciſum tradunt Ioann. Baptiſt. Coccin. deciſ. 68. num. 4. & Seraphin. deciſ. 330. num. 9. 1. part. colum. 251. qui ex hoc docet in deciſ. 449. num. 2. † quòd etſi probatio de viſu 12
expreſsè ab ſtatuto requiratur, & ſimus in re antiqua, ita vt viſus non poſſit attingere metas tot annorum probatio per famam ſupplet probationem de viſu, & reddit rationem, num. 3. quia fama in antiquis etiam ad effectus grauis præiudicij plenè probat ex Caſſador. deciſ. 2. de probat. Alexand. conſ. 57. prope fin. lib. 2. Ruino conſil. 113. num. 8. lib. 5. pro quo faciunt tradita per Gracian. tom. 2. diſcept. forenſ. cap. 268. num. 52. & 53. quæ Seraphini deciſio valde notabilis eſt in propoſita ſpecie, maximè quia fama & communis opinio tanti eſt, vt veniat appellatione legis in ſtatuto de lege loquenti, ſecundùm Beroium conſ. 91. num. 16. & ſeq. Tib. Dec. conſ. 59. num. 30. tom. 5. Auguſt. Barboſ. appellat. 129. num. 8. pag. 239. Ioann. Maria Coratio de commun. opin. in præfat. num. 32.

Etſi enim non defuerint, quia aſſerant, quòd 13
fama, & communis reputatio, etſi publica & antiqua fuerit, non plenè probat, maximè in arduis, & præiudicialibus cauſis, ex l. ſola 4. vbi vulgo notatur, C. de teſtib. & tenent Phil. Corn. conſ. 216. lib. 3. Gregor. in leg. 13. tit. 5. part. 6. & in gloſ. 1. Rub. tit. 7. part. 7. Rota deciſ. 176. 1 part. inter nouiſſimas, & aliis relati per Crauet. citato loco num. 2. verſ. Contrarium quòd immò ſola fama, Farinac. in d. quæſt. 47. num. 107. immò velint, quòd nec ſemiplenam efficiat probationem, ex d. l. de minore § plurimum de quæſt. Canoniſtæ in d. cap. 1. de appellat. & Millis in repertor. verb. fama. Alciat. reſponſ. 6. num. 21. & reſponſ. 129. num. 3. lib. 5. Sigiſmund. Loſiedo conſ. 8. n. 4.
† tamen prædicti DD. nec iure, nec ratione nituntur, 14
nec rectè id probant, tũ quia ſimiles antiquæ, & incorporeæ qualitates ab omni deſtituerentur probatione, nec vllo pacto poſſent probari, cùm tantum ad famæ probationem recurſus ſit, cùm ob diuturnitatem aliter probari non eſt poſſibile, vt in prædictis iuribus probatur, & loquuntur præcitati Doctores præcipuè in puritatis, & nobilitatis cauſis, in quibus præmaximè quæritur, an prætenſor genúſque ſuum in illatum qualitatum opinione

Digitized by Google

nione ſint, & fuerint maiores, & antiqniores eius, quæ niſi per auditum, & famam publicam, in qua opinio conſiſtit, & per tradita ab antiquioribus, qui in tempore maiorum prætenſoris fuerint, probari nequit, tum quia ita magis communiter, & verè à DD. ſubſtinetur, praxis ſemper intrepidè ſeruauit, vt teſtatur Farinac. *d. num.* 107. *in fin.* vbi quod ita hæc opinio in Rota Romana canoniſata manet, & conſtat ex deciſionibus Coccini & Seraphini ſuprà adductis. Immò quòd vulgi opinio ſit inſpicienda in probatione qualitatum ſanguinis, qua nulla ferè eſt maior probatio ad verificationem nobilitatis, probatur *ex leg. 6. titul. 2. lib. 4. ord. verſ. Pero ſi, & ex leg. 9. titul. 11. lib. 2. recop.* Acebed. *in leg. 1. num. 164. titul. 2. lib. 6. recop.* & Pelaez *de maiorat. 1. part. quæſt. 51. num. 308. fol. 286.* ad quod faciunt adducta ſuprà in principio huius quæſtionis ex num. 12. cum ſeqq. Et licèt quidam noſtri tẽporis audaciores quàm vtilitas boni cõmunis expoſcit, quique ex eis ſunt, qui in propria cauſa loquuntur, velint defendere, & quod magis eſt, auſi fuerint ſcriptis in publicum exponere harum qualitatum probationem impoſſibilem eſſe, & inſufficientem, maximè per famam, & auditum, ex illa ratione, quia in numerando cuiuſque aſcendentes vſque ad 12. generationem inueniunt 4906. progenitores, & cum videatur impoſſibile horum omnium qualitates agnoſci, & de eis famam veram oriri, præcipuè, cum velint ex Adamo deducere puritatem, dicunt, ſimilem probationem nimis aſperam & crudam, rui addunt alias rationes, quibus omnino euadunt Hiſpanicam nobilitatem, & puritatem, quas referre pudet, & conſulto omitto. Quod quidem omne magis fantaſticum eſt, quàm verum, & rationabile, tum quia origo puritatis in Hiſpania non ita antiquitus æſtimanda venit, vt excedat tempus expulſionis Iudæorum & Maurorum, quod non eſt vltra 136. annos, vt dixi ſuprà quæſt. 9. §. 2. num. 2. cuis memoria inter homines difficilis, non eſt, tum quia præcipua probatio ſimilium qualitatum magis in reputatione, & communi hominum opinione conſiſtit, quam aliunde, vt ſuperius apertè probauimus, & ita per eamdem reputationem, & famam optimè poterit probari, tum quia horum expulſio per ſtatuta iuſta & vtilis per experientiam facta eſt, & eorum qualitates aliter probari non poſſunt, aut ſaltim difficile eſt. Igitur erit etiam iuſtum hoc probationis genus, tum quia etiam probatur ex pluribus, quæ in diſcurſu diximus, maximè ſuprà quæſt. 4. §. 2. ex num. ſeqq. & infrà 2. part. quæſt. 9. §. 1. ex num. 19. vſque ad 27.

15 Quare pro certo conſtituo, quòd nobilitas, & puritas, & cæteræ qualitates ſanguinis, & omnia requiſita ad earum verificationem probantur plenè per famam publicam, & communem reputationem quòd & praxi, & communi acceptione receptum eſt, cuius ratio, vt præter tradita ſupra apertè conſtet, ſingula, quæ ad rem pertinent inueſtigemus. Primò iure conſtitutum eſt, & quòd omnit origo, ſtirps ſeu radix per famam plenè probantur: ſecundùm Maſch. *de probat. concluſ. 60. num 7. & concluſ. 512. à num. 1. cum ſeqq. & concluſ. 804. num. 2. 4. & 5.* vbi *num. 6.* hoc explicat, vt procedat, dum agitur de origine, & genere antiquo probando, & faciunt tradita per Menoch. *lib. 6. præſumpt. 15. numero 48.* & per Aretin. *concluſ. 37. num. 1.* Alexan. *conſil. 90. lib. 6.* Curt. Iun. *concluſ. 120. num. 40 & 46* Boërio *deciſ. 13. n. 16.* Ang. *conſ. 164. viſis proceſſionibus, poſt princip.* Alberic. *de ſtatutis 1. part. q. 76.* adducti, & ſequuti à Pelaez *de maiorat. 4. part quæſt. 20. num. 340. pag. mihi 235.*

Secundò manet conſtitutum, quòd deſcendentia à quacumque origine, ſeu ſtirpe rirè per famam probatur ex eodem Maſch. in locis citatis, maximè *concluſ. 512. à num. 1. & concluſ. 840. & concluſ. 1141. num. 24. & concluſ. 409. cum ſeqq.* Fulu. Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 2.* Menoch. *lib. 6. præſumpt. 25. num. 48.* Calcan. *conſil. 8.* Pelaez citato loco, *1. part. quæſt. 7. num. 77. & 89.* vbi quòd intendens probare deſcendentiam à tali genere, familia, ſeu domo, poteſt id facere per teſtes, ſeu famam publicam Nicol. Garcia *de benefic. 7. part. cap. 15. num. 28.* vbi ait, quòd hæc deſcendentia poterit probari per enunciatiuam plurium inſtrumentorum, ex illa maximè ratione, quia æquipollet famæ, quæ ſufficit ad probationem huiuſmodi deſcendentiæ, vt dictum manet, & probat *ex deciſ. Putei 57. lib. 2.* & aliis de quibus ibi per eum, & per nos infrà quæſtion. 15. §. 3. num. 3. 16

Tertiò conſtitutum eſt, quòd nobilitas probatur per famã & cõmunẽ reputationẽ, ſecundũ Iaſ. *in l. admonendi, num. 246 verſic. Item nobilitas, de iureiur.* Bald. *per illum text. in l. prouidendum, C. de poſtulando,* Menoch. *de arbitr. caſu 670. num. 4.* adductum, & approbatum per Maſch. *de probat. concluſ. 1095. num. 8.* & clariùs *in num. 11.* Couarr. *lib. 1. var. cap. 16. num. 10.* And. Tiraq. *de nobilit. cap. 10 num. 8.* Bart. Chaſſan. *in Catalogo gloriæ mundi 8. part. conſid. 16. & 20.* Dueñas *reg. 299. fall. 3.* Acebed. *in Rub. num. 158. & ſeqq. tit. 2. lib. 6. recop.* Ioann Garc. *de nobilit. d. gloſſ. 18. §. 1. per totum,* latiſſimè Ioan. Guttierr. *lib. 3. pract. quæſt. 14. num. 17. 33. & ſeqq.* Guido Papa *ſing. 251.* Franc. Marc. *deciſ. Delphin. 805. num. 7. & 34. lib. 1.* Farin. qui plures refert, *1. tom. de indic. & tortur. quæſt. 47. num. 101. & ſeq. & deciſ. 71. num. 1. part. 1. in poſthum. & deciſ. 283. n. 1. p. 2. etiam in poſth.* & neminem contrarium aſſerentem vidi, quibus adde Zaball. *in d. q. 302. num. 11.* Sicut etiam legitimitas aſcendentium probatur per teſtes de fama, ex quo excludunt quamlibet maculam illegitimitatis, vt bene ad noſtrum propoſitum probant Cæſar de Graſſis *deciſ. 6. num. 4. Qui filij ſint legit.* & Gracian *diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 554. num. 53.* & puritas generis, vt cenſuit Rota *deciſ. 167. n. 49 & deciſ. 494. num. 4 recentior.* & apud Mant. *deciſ. 154.* & apud Alex. Ludouiſ. *deciſ. 498. n. 4.* & apud Io. Bapt. Coccin. *dec. 68. n. 4.* & ideò optimè dicitur, quod communis reputatio nobilitatis nobilitatem comprobat Io. Garc. *de nobilit. gl. 7. n. 11.* Mol. *2. de primog. cap. 13. n. 31. & 32.* P. Mol. *2. de inſt. diſp. 114. n. 3.* Fulu. Pacian. *1 de probat. c. 49. n. 45.* Rota apud Farin. *deciſ. 148. a. 1. & deciſ. 250. n. 4. lib. 1.* 17

Quartò macula & deſcendentia à Iudæis, Mauris, & aliis infectis probatur per famam, & communem hominum reputationem, ſecundum Auend. *in diction. verb. Iudio.* Salced. *in pract. crimin. can. cap. 21. num. 20.* vbi ait, quòd dicta generis labes probari poteſt per indicia, & famam, vt qui eam patiuntur, longè ab honoribus puritatis reiiciantur, quia in antiquis fama pro plena habetur probatione, Acebed. *in leg. 22. num. 3. tit. 6. lib. 1. & in Rub. num. 162. titul. 2. lib. 6. recop* vbi ait, quod aliquem oriri à natione Iudaica, ſeu Mahometana ex ſola fama & communi reputatione probatur, ex pluribus, quos ibi refert, (quos maximè increpat Valençuela *d. conſ. 9. à n. 5.*) & in *n. 163.* firmat, nulli dubiũ circa hoc vſque adhuc fuiſſe. Hojeda *de in compatib. benefic. 1. part. cap. 23.* Zaballos *commun. contra commun. quæſtion. 900. à num. 84.* cum ſeqq. pluribus, Caſtro *de iuſta hæretic. punit. lib. 2. capit. 7.* 18

Did. Camera *in ſuis quæſt. crimin. tang. probat. titul. de indic. ſufficient, ad tortur. ſub num.* 8, *colum.* 3. *pag.* 211. ibi, *& tunc aut tractatur de probanda nobilitate, aut ignobilitate, aut ſi tractatur de probatione, quod aliquis ſit nobilis, vel quòd ſit ignobilis ex genere Iudæorum, vel Sarracenorum, probatum, quòd ille ſit in illa poſſeſſione, & quòd ita fama inter antiquos, patet illa nobilitas, vel ignobilitas.* Ioann. Guttiertez *lib.* 3. *pract. quæſtion.* 14. *numero* 17. vbi hæc. *Exemplum etiam habemus in probanda Iudaica, aut Mahometana ſtirpis poſteritate in qua dubitare non poteſt, niſi quòd de ſola opinione, reputatione, & fama comprobetur*, vbi plures ad hoc adducit Pelaez *de maiorat.* 1. *part. quæſtion.* 51. *numero* 27. vbi quòd macula in illa materia probatur per indicia, & famam, & poſtea idem repetit in *numero* 307. & addit, quòd conſiſtit in arbitrio iudicis, quis dicatur Chriſtianus antiquus, vbi plures citat, & *in* 4. *part. queſtion.* 20. *numero* 309. vbi quòd origo Iudæorum probatur per famam, ex Auendano & Caſtro citatis in locis & ex Aret. *conſil.* 37. & ſcriptis per Maſch. *de probat. concluſ.* 511. *numero* 1. Perezius de Lara *in dict. capit.* 4. *numero* 14. *in fin. & numero ſeq.* vbi probationem ex auditu, & fama æquat, quod plenius explicat *in numero* 141. *fin.* vbi *ex gloſſ. in leg.* 1. *de probat.* ait, *quòd cum probatio generis ſit impoſſibilis, probatur per indicia, famam, & teſtes de auditu, & alis præſumptionibus*, & paulò inferiùs dixit, *ſi quidem ſi ſit fama plenam probationem facit, cum tractetur de factis excedentibus hominum memoriam, & in his quæ ſunt difficilis probationis.* Farinac. *deciſ. Rotæ* 167. *numero* 23. *& deciſ.* 182. *per totam, & deciſ.* 277. *numero* 2. *& deciſ.* 335. *numero* 2. *part.* 1. *& deciſ.* 294. *numero* 4. 2. *part.* & Ioann. Baptiſt. Coccin. *deciſ.* 68. *n.* 4. *&* 10. ex quibus patet, quòd ſicut hæc opinio veriſſima eſt, ita & receptiſſima apud omnes iuris DD. & quantum ſine dubio procedat.

Et licèt Valençuela, Ricciolus & Barboſa in locis ſuprà citatis his pugnare videantur, tamen re vera non efficiunt, nec quidem potuerunt ratione, niſi dum aliqua deficiunt requiſita ad plenam famæ probationem, quod & nos aſſerimus, vt infrà in §. 4. dicemus; licèt cum aliquibus temperamentis, quia prædicti DD. nimis rigidè contra maculæ loquun-
19 tur probationem. † Ita vt ratò, aut numquam qualitas illa per famam poſſet probari, & omnes etiam impuri admitterentur contra ſtatutorum mentem & finem. Valençuela quidem *in d. conſ.* 90. *num.* 37. ait, famam conſtituere in quaſi poſſeſſione ingenuitatis, & *in d. num.* 179 ait, quòd per famam concludenter generis probatur macula, & *in ſeqq. n.* idem proſequitur, *& in conſ.* 91. *num.* 193. *&* 194. Barboſa verò *in d. gloſſ.* 17. *num. fin.* cumulat requiſita, quæ famæ coniungi debent, vt plenè per eam generis probetur macula, & poſtea falſus fuit *in d.* 1. *part.*
20 *quæſt.* 1. *cap.* 2. *num.* 75. † quod in antiquis plenè probat, vnde negare non poterat, idem locum habere in probanda labe, & infectione generis antiquam memoriam hominum excedenti, licèt ſi omnia ſeruarentur iuris requiſita in famæ probatione circa generis maculam, nemo eſſet hodie, qui maculatus appareret, nec reiiceretur ex noſtris ſtatutis, quæ ſuperflua manerent, vt bene animaduertit Chriſtoph. de Paz *de tenuta* 1. *part. cap.* 32. *num.* 89.

21 Ex quibus magis apertè conſtat, quod in præced. quæſt. §. 4. num. 25. & ſeqq. dixi circa differentiam, quæ adeſt inter probationem auditus, & probationem per famam, licèt plures ex relatis DD. promiſcuè & confusè de eis egerint, velut ſi eadem probationis eſſet ſpecies, cum poſſit hæc probatio fieri per teſtes de auditu abſque publica fama, quæ ex maioris partis populi ſcientia conſtituitur, auditus verò præcedere à duobus, ſiue tribus antiquioribus ſufficiet, etiam abſque fama, & ſine maioris partis populi ſcientia, quam diſtinctionem apertè conſtituit ex Fel. *in cap. ſi diligenti, num.* 12. *in princip. de reſcript.* & Alexand. *conſ.* 25. *vol.* 4. Petra *de fideicomm. quæſt.* 13. *num.* 72. & colligitur ex Maſch. *dict. concluſ.* 753. *num.* 12. & Farinac. *dict. quæſt.* 47. *num.* 77. *& ſeq.* vbi differentiam magnam conſtituunt inter famam, & teſtes de auditu, quod & expreſſiùs patet ex Nicol. Garcia *de benefic.* 7. *part. cap.* 15. *num.* 25. *paulò ante fin. in verſ. & quamuis, dict. leg.* 9. *partita*, vbi ait, quòd in factis antiquis, in quibus commodè non datur fama, vt ſunt deſcendentia & parentela antiqua probant plenè teſtes de auditu nulla interueniente fama, quod indubium eſſe, mihi videtur.

Ex quo diſcrimine, & recta differentia colligi- 22
tur vera ratio illius ſententiæ, quam proponit Perezius de Lara *in dict. cap.* 4. *num. fin.* vbi ait, perperàm ſentire de hac probatione tentantes defendere, licere teſti de auditu & fama interrogato, dicere, ſe neſcire, nec audiuiſſe maculam, ſi ſibi videatur, quòd auditus non habet pro ſe famam: quod certè tentare dicere, nec quidem cogitare, neſcio qua ratione aliquis valeat, quia ab ea, & omni iure abhorret prædicta aſſertio, maximè ex ſupradicta ratione, præter traditas à Lara, nam ideò teſtis interrogatur, an maculam audierit? ſeu famam receptam circa eam inſpexerit? quia vtroque modo macula æquè probari poteſt, & ſicut tenetur reſpondere maculam per famam ſcire, ita ſimiliter ſi per auditum abſque fama, quæ præcisè cum auditu concurrete ad plenam maculæ probationem, non eſt neceſſe, vt ex Nicol. Garcia & aliis probaui,
& in præced. quæſt. citato loco. † Et quidem 23
ita teſtis interrogatus iuridicè, an aliquid audierit, tenetur auditum exponere, ſicut viſum, qui de eo interrogatur à iudice, vt apertè colligitur ex Thom. Sancio *in Decalog. lib.* 3. *cap.* 6. *numero* 13. *&* 14. & ex adductis à Matt. Bonacina 1. *tom. diſputat.* 2. *de cenſur. quæſtion.* 6. *puncto*, 1. *numero* 13. *verſ. vbi eſt*, & in nouiſſimè impreſſis *quæſt.* 6. *de onere denunc.* §. 4. *num.* 1. *verſ. Secundo edita, poſt medium*, & quidem inter has duas probationum ſpecies nulla poteſt concludens differentia aſſignari, nec teſtis habet cauſam tergiuerſandi in diſpoſitione ſua magis dum auditus ſolus eſt, quàm dum fama ſimul interuenit, vtrumque quidem æquè exponere coram iudice teſtis debet, quæ eſt vera ratio dicterij huius, aſſignatæ verò rationes per Laram, etſi veræ in ſe ſint, non tamen pri-
mum obtinent locum in prædicta ſpecie, † quia 14
& ſi verum ſit, quòd teſtis non debet partes iudicis ſumere, nec iudicare, an ſit fama, vel non? ſed ſimpliciter, quod ſcit, exponere, ni iuſta exiſtat reticendi cauſa, ſecundùm Bart. *in l. qui teſtamento*, §. *fin. ad fin de teſtament.* Dec. *conſ.* 256. *n.* 4. *&* 5. Cacheran. *conſ. n.* 55. Bal. *conſ.* 322. *Præmittendum eſt, in fin vol.* 4. Dec. *conſ.* 448. *n. &* 32. Crauetta *conſ.* 134. *n* 43. Æmil. Verall. *deciſ.* 264. *n.* 2. *&* 3. *part.*
Rota *deciſ.* 107. *numero* 33. *lib.* 2. *diuerſor.* † quia 15
idem eſt putare, ac ignorare, *leg. qui fundum*, 7. §. *ſeruus* 2. *Pro emptore*, Verall. citato loco, Auguſt. Barboſa *Axioma.* 174. *numero* 27. *pag.*
109. † & teſtium eſt factum referre, iudicúmque 26
iudicare,

iudicare, Cephal. *conſ.* 104. *num.* 26. Rimin. Iun. *conſ.* 810. *num.* 31. Rota apud Io. Baptiſt. Coccinum
17 *deciſ.* 422. *num.* 8. *pag. mihi* 564. † nec quidem ideò quòd teſtis iudicet, quòd fama eſt, manebit fama probata, ſi deficiant ſubſtantialia requiſita, ſecundùm Maſch. *concl.* 749. *num.* 11. & alios apud Laram ibi, & nos infrà §. 4. tamen locum habere tantùm poſſent, ſi fama, vt auditus probaret, præcisè requireretur, cùm verò auditus per ſe ſine fama plenè probet in cauſis, de quibus loquimur, teſtis tenebitur auditum declarare ex noſtra ratione, non verò ex aſſignatis per Laram, licèt non omnino à re alienæ exiſtant.

§. III.

Quomodo ſecerni valeat fama, quæ fidem meretur, ab ea quæ infamia, & debilis eſt.

SVMMARIVM.

1 *Fama verum continet, & rarò falſum inuenitur, quod vniuerſi dicunt. Econtra ſæpè fallit, blanditur, & mendacia ſpargit.* n. 2. & 3. *Quare nec ſpernenda, nec amplectenda omnino,* num. 4. *Quod explicatur* ex num. 5. cum ſeqq. *Antiqua, conſtans, inconcuſſa, & ſolida amplectenda, recens inſtabilis, & contrariata reiicienda,* num. 5. *Antiqua pro veritate habetur,* ibid. *Huiſce rei noua ratio,* n. 11. & 12.

3 *Aliud eſt eſſe, aliud dici, aliud eſſe opinionem, aliud veritatem, vel famam multùm antiquam.*

6 *Antiquitas attendenda, etiam in exponendis Sacræ Scripturæ dubiis. Non mutata ſtandum eſt,* num. 8. *Plura ſpecialia in iure habet,* ibid. n. 7. *Nos fideliſſimæ antiquitatis retinendos,* num. 7.

10 *Perſeuerantia per multos annos veritatem arguit, & ex ea fama antiqua firmitatem accipit,* num. 11.

Veritas tempore creſcit, & decreſcit mendacium, ibid.

12 *Exiſtimatio communis pro lege habetur.*

Fama antiqua habet vim notorij, ibid.

13 *Teſtes de auditu, & fama non per ſe, ſed per antiquitatem fidem efficiunt.*

14 *Antiquum tempus quod? referuntur diuerſæ ſententiæ,* ibid. *Dicitur poſt centum annos* n. 15. & 16. *Maximè quoad inſtrumenta, quoad teſtes verò ſufficiunt anni ſexaginta,* n. 18. *Vbi quòd hæc opinio procedit reſpectu filiationis, & legitimitatis.*

16 *Teſtes, qui pœnitentiam, aut conuerſionem aſcendentium per famam, aut per auditum deponunt poſt centum aut ſexaginta annos probant.*

17 *Immemorialis quomodo probetur, nõ ſufficiũt centũ anni, ſi adſit aliqualis initij memoria.*

Eſt igitur ſuprà relata ſententia vera, veriſſimiſque rationibus fulcitur ſed in practica pluribus concurrentibus, ea vti, cauti, debent iudices, de quibus nunc, & in ſeq. §. agere decreuimus. Ad quæ in primis duo præmittenda ſunt, (vt huiuſce rei ratio, & practica melius percipiatur) vnum in famæ commendationem; alterum in eius deteſtationem. 1
† Nam primò, illud ei tribuitur, vt verum ſemper, aut maximè contineat, & ſequatur ex Lipſio Epiſt. 79. ad Germ. *vt fama communis rarò fallax arbitra,* & vt Petrarcha Dialogo. 24. ait. *Quod ſæpè fama facit, vt quidam fulgor ex tenebris naſci poſſit*, quia natura eius illa eſt, vt nihil inueſtigatum, aut occultum ſinat, vt Plutarchus dixit, & Martialis canit his verſiculis. 2

Certus abeſt auctor, ſed vox hoc nunciat omnis.
Credo tibi, verum dicere fama ſolet.

Et Horat. de arte poëtic.

Aut famam ſequere, aut ſibi conuenientia finge.

Cui adſtipulatur Curtius *lib.* 8. vbi inquit. *Fama bella conſtat, & ſæpè etiã quod falsò creditũ eſt veri vicẽ obtinuit,* & rarò falsũ inuenitur, quod vniuerſi dicũt, vt dicitur in 7. Ethicor. & probat Baldus, *in l. quicũque 4. ſub n. 2. C. de ſeruis fugitiuis.* Ex quibus conſtat famæ iure credendum, verúmque, quod ipſa ſpargit, plerúmque apparere, atque ideò fama verax maximè eſſe ſolet.

Alterum enim huic contrarium eſt, vt nec veritati proſpiciat, nec vera ſpargat, ſæpè enim fama fallit, blanditur, & mendacia ſpargit, quæ omnia comprehenſa inueni in quodam Philoſopho, dum dixit. *Fama quodam modo videtur non ſemper veritatem proſpicere, & audire, quam ob cauſam ſæpe numerò fallit, & tum ad gratiam blanditur, tum etiam mendacia ſpargit*; cui etiam conuenit Nicetas in Alex. *Fama* (inquit) *ſæpè veritatem opprimit, nec certi quicquam adfert.* Vnde Ouid. 9. Metam. dixit: 2

Fama loquax peruenit ad aures
Deianira tuas, quæ veris addere falſa
Gaudet: Et è minimo ſua per mendacia creſcit.

Et Seneca in Herc. Tragæd. 4. breui omnia comprehendit, inquiens.

Contemne famam, fama vix vero fauet.

Quare multum hoc commendatur à Nicetas lib. 1. in Alexand. dum dixit. *Non ſemper famæ præbendæ ſunt aures, nec ſi quidem eam pro vero forti celebrat, is ſtatim, vt talis eſt formidandus, nec ſi quis pro timido traducitur ſpernendus, nec reiiciendus eſt*, quod maximè obtinet in honore, nobilium exiſtimatione, & bonitate, qui à maleuolis facilè ſpernuntur, & denigrari ſolent, vt Pet. Æmilius lib. 10. animaduertit. *Fama* (inquit) *nihil vanius, nihil moribus magis mendax in bonos*, quibus adde Zaballos *commun. contra commun. quæſt.* 302. *num.* 3. & 3. Simanc. *de cathol. inſtitut. tit.* 65. *à num.* 38. *cum ſeqq.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 89. *num.* 30. Maſch. *de probat. concluſ.* 748. *à num.* 5. *& ſeqq.* plura alia cumulat Valençuela *conſil.* 90. *numero* 182. perpluráque Farinac. *in dict. quæſtion.* 47. *numero* 7.

Quæ eſt ratio rationis, quam propoſuimus ſuprà hac quæſtion. §. 1. num. 16. nempe ideò minimè famæ credendum, quia fragilis res eſt, fallax, 3

mendax, pernicioſa, & vt plurimùm ab inimicis tranſmiſſa, qui nocere cupiunt., volúntque mali famam eſſe, ſileréque virtutem, atque ideò famam peiorem eſſe teſtem, & deteriorem, quàm haberi poſſit, & ſicut nec ſermoni diſperſo, cui indignitas fortè initium dedit, credulitas in crementum, ſic nec indiſcreti vulgi iudicio, nec notorietati, nimium hic tribuendum eſſe, dixit Quintil. *lib.* 5. *capit.* 3. Oſuald. Illiger. ad Donel. *lib.* 12. *comment. cap.* 22. *lit. F. fol. mihi*, 1024. & poſtea etiam vidi apud Valençuel. *d. conſ.* 90. *numero* 185. quare Bald. *conſil.* 4. *part.* 4. *& conſ.* 89. *num.* 5. 1. *part.* & ex eo Petra *de fideicom. q.* 13. *n.* 145. dixit, aliud eſſe dici, aliud eſſe, aliud eſſe opinionem, aliud veritatem, vel famam multum antiquam.

4 Quare cùm aliàs verax, aliàs fallax eſſe fama ſoleat, nec ſpernenda erit nec omnino amplectenda, vt animaduertit Nicetas *vbi ſuprà* hiſce verbis, *ſed fama, vt non omnino vana, præſertim tam celebris, non quidem planè eſt contemnenda, ſed ad res geſtas eorum, qui vel malè, vel bene audiunt, tamquam ad Lydium exigenda, ſæpe etiam oculo iudicium permittendum, & ſic ea vel tamquam vera probanda eſt, velut falſa repudienda.*

5 At quomodo vera, aut falſa apprehendi poterit, & falſa à vera ſecerni? vt hæc amplectatur, illa, vt falſa reiiciatur; circa quod regula à noſtris tradi ſolet, vt antiqua, conſtans, inconcuſſa, ſolida, nec in aliquo labefactata, velut vera amplectatur, probetúrque, *ex text. in cap. de parentela*, 8. 35. *quæſt.* 6. Bald. *in l. conuenticula, num.* 9. *C. de Epiſcop. & cleric.* Menoch. *conſil.* 191. *num.* 86. *tom.* 3. Ioann. Garcia *d. gloſſ.* 18. §. 1. *num.* 13. Maſch. *de probat. concluſ.* 748. *num.* 10. Gracian. 1. *tom. diſcept. forenſ. cap.* 78. *num.* 35. Valençuel. *conſil.* 92. *num.* 191. *& ſeq.* Farinac. *d. quæſt.* 47. *num.* 163. *&* 164. vbi alios plures refert, licèt Bald. & Petra in locis proximè citatis veritatem à fama ſeiungere videantur, hoc in recentis facti probatione explicant, non verò in antiquo, in quo notorium facit fama, & pro veritate habetur, ita vt veritatem, & famam in antiquo facto pro eiſdem haberi fateantur, vt colligitur ex allegatis ab eodem Petra citato loco *num.* 146. quod etiam conſiderauit Rota apud Seraphin. *deciſ.* 75. *n.* 1. *& deciſ.* 1461. *n.* 2. *& deciſ.* 1499. *n.* 2. & conueniunt Bal. *in l. conuenticula C. de Epiſc. & Cler.* Cæpol. *conſ. ciuil.* 38. *num.* 11. Menoch. *conſ.* 552. *num.* 14. *vol.* 6. & quia veritas filia temporis nuncupata fuit à Poëta apud Aul. Gell. *lib.* 12. *noct. attic. c.* 14. *in fin.* mendacium verò, (vt eſt in prouerbio) non ſeneſcit. Ant. Maria Coratius *de communi opin. lib.* 1. *tit.* 5. *n.* 9.

Ex qua ratione prouenit, quòd antiquitas omni-
6 nò attendi debet, & procedit etiam in dubiis Sacræ Scripturæ exponendis, quia pro veritate habetur, vt planè conſtat *ex cap. de quibus*, 3. 20. *diſt. c. Domino Sancto*, 28. *in fin* 50. *diſt.* nec quidem teſtibus, nec eorum verbis fides præſtatur, ſed antiquitati, quam in ſuis afferunt teſtimoniis, *text. in cap. notificamus.* 3. 35. *q.* 6. quia conſtans antiquitas omnem tollit ſuſpicionem, vt *in c. fraternitatis*, 7. 34. *diſt.* *quare dicitur, quod loco legis, & veritatis habetur, per l.* 2. §. *pen. de aqu. & aquæ pluu. arc. l. teſtamenta*, 18. *l. Sancimus* 27 *C. de teſtam. cap. cum cauſam* 42. *diſt.* docet Bal. *in l. de quibus*, *n.* 88. *de legib. & in l. exemplo*, 7. *n.* 4. *C. de probat.* † & quod reti-
7 nendus eſt mos fideliſſimæ antiquitatis, probant *d. l. antiqui*, 3. *ſi pars hæred. pet. d. l.* 2. §. *denique*, *de aq. pluu. arc. leg. in finalibus* 11. Fin. *reg. cap. ridiculum.* 12. *diſt. gloſſ. verb. antiquitas*, *in cap. quanto*, *de tranſlat. prælat.* & docet Pelaez *de maiorat. in initio* 1. *part. numero* 47. atque ideò Ioann. Monach. *in cap.*
ſtatutum, *num.* 5. *de reſcript.* † dixit, quòd antiqui- 8
tati non mutatæ ſtandum eſt, pro quo faciunt tradita per Bart Bald. Paul. Immol. & Florian. de Sancto Petro *num.* 23. *in leg. legata inutiliter.*, *in fin. de leg.* 1. quare antiquitati plura tribuuntur in iure ſpecialia, ex adductis à DD. *in capit. ſicut, de re iud. & in capit. Albericus, de teſt.* Sim. de Pretris *de interpret. defunct. volunt. lib.* 2. *interpret.* 2. *dub.* 2. *num.* 85. Maſch. *de probat. concluſ.* 75. *& concluſ.* 406. *num.* 3. *& concluſ.* 1317. *num.* 15. *& concluſ.* 1354. *à num.* 5. *cum ſeqq.* plura tradit Andr Tiraq. *in tract. de præſcript. præcipuè à pag.* 74. *vſque ad* 80. *alias à pag.* 95. *vſque ad.* 111. *& in tract. de primog. in præfat. num.* 107. *pag.* 38. *alias* 458. vbi vetuſtatis magnam eſſe auctoritatem probat ex illo Ouidij lib. 4. Faſtorum.

Pro magno teſte veritas creditur.

Et lib. 1. Metam.

Saxa, (quis hoc credat? niſi ſit pro teſte vetuſtas)
Ponere duritiam capere.

Et antiquitati plurimùm tribuendum eſt *gloſſ. in leg. antiqui natura* §. *cum me abſente* vbi Ang. *de neg. geſt.* probat Pelaez *de maiorat.* 4. *part. quæſt.* 20. *num.* 310. *& ſeqq.* vbi adducit Alciat. *reg.* 2. *præſumpt.* 3. Aym. Craueta *de antiq. temp.* 1. *part. à princ.* & poſtea quaſi per totum tractatum, Cardin. Tuſch. *lit. A. concluſ.* 339. *& concluſ.* 340. *per totas*, *tom.* 1. & ex Tiraq *in d. tract. de præſcript.* & ex Meſſia *in l. Toleti*, 9. *part. fundam.* 2. *n.* 29. *&* 30. tradit idem Pelaez citato loco quadraginta duo ſpecialia antiquitati à
iure tradita, & conceſſa, † quod ius patronatus per 9
antiquas præſentationes probetur, ex Gonçalez *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 18. *num.* 44. *cum ſeqq.* & ex pluribus aliis Auguſt. Barboſ. *de offic. epiſcopi*, 3. *part. allegat.* 72. *num.* 28. *& ſeq.* Io. Baptiſt. Coccin. *deciſ.* 174. *num.* 5. *& deciſ.* 209. *num.* 3. & per tranſcurſum immemorialis multis probat Nicol. Garcia *de benefic.* 5. *part. cap.* 9. *num.* 82. *& alibi*, Ioann. Baptiſt. Coccin. *deciſ.* 25. *num.* 1. *&* 2. & ideò per famam antiquam etiam optimè probari teſtantur idem Garcia ibi, *n.* 83. & idem Barboſa *in d. allegat.* 72. *num.* 43. *col.* 396. & Coccin. *d. deciſ.* 174. *nu.* 2. vbi *n.* 1. dixerat quòd ius patronatus probatur ex deſcriptione facta in antiquiſſimo libro, ex Ripa *in cap. cum Eccleſia ſutrina*, *num.* 97. *de cauſa poſſ. & prop.* Bal. *conſ.* 310. *lib.* 5. Dec. *conſ.* 135. *numero* 2. Ferret. *conſil.* 293. *numero* 9. *lib.* 2.

Quorum ratio eſt, quia perſeuerantia conſtans 10
eiuſdem rei per plurimos annos eius veritatem arguit, & ideò fama antiqua, ſi adhuc durat vera, ſin verò falſa citò opprimitur, ex D. Hieron. ad Marcel. vbi inquit, *Falſus rumor citò opprimitur, & vita poſterior iudicat de priori, ſi anno præterito fama mentita eſt, aut certè verum* dixit, *ceſſit & vitium, ceſſauit & rumor*, cui etiam conuenit elegans Franc. Petrarch. *Dialog.* 25. ibi, *D. grauis in meum nomen ſurgit infamia R. refert, quibus orta radicibus, ſi veri, viuet, augebitur, alioqui mox areſcit, ac defluet*, & in Dialogo 24. vbi, *Alieni te criminis dolor attingere poteſt, non infamia, verum loquor, falſa enim, vt ſit dura, durabilis non erit, & infamiam, & gloriam, vt longæua ſit, tuo tu quidem ex agello animi propria vitem falce meſueris*, cùm tempus faciat creſcere veritatem & ſubmergere mendacium, vt rectè dixerunt Tacito *lib.* 1. *Hiſtoria*, & Liuio *lib.* 1. *decada.* 3.

Vnde

Vnde antiqua fama, & conſtans vera omnino præſumitur, noua verò, & inconſtans facilis, leuis, & non credibilis.

11 Ex quo infero, quòd etſi ratio communis, qua fama in antiquis plenè probet, ſit ab omnibus illa recepta, quod in antiquis ſufficiat, & recipiatur informis, & præſumptiua probatio ob difficultatem probationis, *ex d.l. ſi arbiter*, 28. *de probat. & d.l.* 2. §. *idem Labeo*, 8. *de aq. & aq.pluu.arc.d.l.* 29 *tit.* 16. *part.* 3. adducti à Maſch. *d.concl.* 753. *num.* 22. *& concl.* 754, *num.* 9. *& concl.* 761. *num* 7 *& concl.* 1124. *num.* 6. & à Farinac. *d.quæſt.* 47. *num.* 91. *& ſeq.* rationem verò huius rationis, & decidendi dictorum iurium, ego in hoc conſtituo, quia fama de antiquo facto ob ſuam ſtabilitatem, & conſtantiam per tantum tempus, & vera eſt, & veriſſima iure præſumitur, & ſi enim regulariter non probet, *ex l.* 3. §. *eiuſdem, vbi gloſ. verb. confirmat de teſt.sext.in cap.illud.* 5. vbi *gloſſ.verb.in hoc.de clerico excomm.cap ſi teſtis.* 3. §. *ſæpe etiam.* vbi *gloſ.verb. fama*, 4. *quæſt.* 3. Petra *de fideicom.quæſt.* 13. *num.* 135. cum aliis adductis ſuprà §. 1. in princ. ideò eſt, quia noua & recens fama non habet pro ſe ſtabilitatis, & conſtantiæ præſumptionem; qua deficiente poteſt eſſe vera, & falſa poteſt eſſe, & cum ſimilis incerta probatio, quæ deficere, & adeſſe poteſt, ſit iure nulla *l.natales.* 10. *C.de probat.cap.* 2. *de tranſlat.prælat.* fama non idoneam efficiet probationem: illa verò quæ diu, firmiter, atque conſtanter perſiſtit, habet pro ſe iuris, & veritatis præſumptionem, optimè ex Cuiac. *lib.* 3. *obſeruat.* 26. & ex aliis docet Menoch. *lib.* 1. *præſumption. quæſt.* 18. *num.* 15. & ex dictis ſuprà num. 5. & ſeqq. quare vera, & plena in antiquis probatio eſt fama:
12 † & hæc eſt ratio, qua communis exiſtimatio pro lege habetur ex Ripa *reſp.* 26. *num.* 8. *lib.* 2. vbi ſtatuit, quòd non ſolùm lex, ſed etiam magis quàm lex exiſtimatio communis eſt, ſequuntur plures relati ab Andr. Tiraq. *de nobilit.cap.* 10. *per totum.* Menoch. *de arbitr.caſu* 670. *num.* 4. Io. Gutierr. *lib.* 3. *pract.quæſt.* 14. *num.* 6. qui ſunt intelligendi de exiſtimatione communi antiqua ex prædicta ratione, non verò de recenti, & noua, quæ nulla ex cauſa velut lex poteſt, nec debet haberi, nec obſeruari. Et ideò dicitur, quòd fama antiqua habet vim negotij, ex *gloſſ.ord.in l. atqui natura*, §. *ſi cum me abſente*, *de neg. geſt.* tenent Cyn. Bart. & communiter DD. *in l. ſi quidem. ſol.matrim.* Bal. Ang. & Salic. *in l.proprietatis.C.de probat.* & in Auth. *Quas actiones*, *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & in aliis locis de quibus Andr. Tiraq. *tract.de præſcript.* §. 1. *gloſ.* 4.
13 *verſ.Decimoquinto.* vbi plures cõgerit.† quare optimè dixit Io. Garc. *in d.gloſ.* 18. §. 1 *num.* 2. quòd ideò teſtes de auditu, & de fama plenè probant, quia antiquitas adeſt, cui fides præſtatur à iure, non verò auditui, nec famæ, nec teſtium depoſitioni, ſecundùm *d.cap.notificamus.* 3. 35. *quæſt.* 6. & hæc etiam eſt ratio eorum quæ tradit Pelaez *de maiorat.* 2. *part. quæſt.* 7 à *num.* 57. *cum ſeqq.* & aliis locis, de quibus ſuprà.

14 Sed quod tempus antiquum dicatur, vt vetuſtas tam magnam vim (vt diximus) habeat? Diuerſæ ſunt DD. ſententiæ, & opiniones quas ſigillatim recenſet Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *centur.* 1. *caſu* 3. *per totum*, quaſdam referunt Maſch. *de probat. concl.* 103. à *num.* 1. & Farinac. *d.quæſt.* 57. à *num.* 133. *cum ſeqq. pluribus*, *& in tract. de teſtib. quæſt.* 69. à *num.* 142. & omnium latiùs D. Io. del Caſtillo *controuerſ.iur tom.* 6. *lib.* 5 *part.* 2. *c.* 122. *ex num.* 25. qui plures adducunt, & ab eis poterunt ſumi in hoc dubio, quæ opus fuerint, ego verò quod certius eſt in ſequentibus ſubiiciam.

15 Primò illud apud omnes abſque dubio conſtitutum manet, tempus antiquum dici poſt centum annos, *ex l. an vſusfructus.* 56. *de vſuſ. l. fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.* & Iaſ. *in l. admonendi*, *num.* 203. *de iureiur. & in l. cum aliquis, num.* 7. vbi communiter DD. *C. de iure deliber.* adductis ad hoc per Io. Gutierr. *conſ.* 1. *num.* 5. Villalob. *in ſuis commun. lit. A. num.* 106. *& lit. F. num.* 8. *gloſ. Pariſienſ. in conſuetud. tit. de matern. feud.* §. 5. *n.* 63. Padilla *in l.* 3. *num.* 15. *C. de diuerſ. reſcript.* Couarr. *in pract. quæſt.* 21. *num.* 5. *verſ. Quartus caſus*, *& num.* 7. *verſ. Secundus caſus.* Michael Graſſus *lib.* 1. *comm. opin. lib.* 2. *opin.* 144. Franc. Leo. *in theſauro.* 2. *part. cap.* 11. *num.* 5. Tiraq *in l. ſi vnquam, verbo omnia, num.* 31. *C. de reuocand. don.* Menoch. *controuerſ. illuſtr. cap.* 84. *n.* 15. Auendano *de exequend. mand.* 1. *part cap.* 6. *num.* 6. Brunior à Solo *in locis comm. verb. antiquitas.* Card. Tuſch. *lit. A. concl.* 341. *tom.* 1. Marian. Anton. *var. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 80. *num.* 11. Dueñas *reg.* 269. *fallent.* 7. Suarez *in theſauro recept ſentent. verb. antiquum, num.* 187. Aym. Craueta *de antiq. tempor.* 1. *part. in princ. num.* 4. Ioan. Garc. *de nobilit. gloſ.* 37. *verſ. Alibi dicitur.* Petra *de fideicomm. quæſt.* 13, *num.* 147. Menoch. *num.* 6. Maſch. 1. locis citatis. Aug. Morla *in emporio.* 1. *part. quæſt.* 11. *n.* 7. Zaballos *comm. contra com. quæſt.* 301. *num.* 9. Pelaez *de maiorat.* 1. *part. quæſt.* 55. *num.* 13. Farinac. *d. quæſt.* 47. à *num.* 112. *& in tract. de teſtib. quæſt.* 69. à *num.* 142. *cum ſeqq.* Nic. Garcia *de benefic.* 12. *part. cap.* 2 *num.* 263. Aug. Barboſa *de offic. Epiſc.* 3 *part. allegat.* 72. *num.* 35. *& appellat.* 18. *pag.* 153. Oſaſch. *decif.* 175. *num.* 8. Ant. Gamma *decif.* 51. *num.* 3. *& decif.* 88. *num.* 1. Iac. Put. *decif.* 209. *num.* 6. *lib.* 2. Petr. Surd *conſ.* 245. *num.* 24. Capella Toloſana 440. & Farin. *decif.* 570. *&* 584. *in nouiſſimis.* Zephal. *conſ.* 250. *num.* 18. *lib.* 2. Natta *conſ.* 662. *num.* 15. Hippol. Rimin. *conſ.* 6. *num.* 44 *vol.* 1. Burſat. *conſ.* 171. *num.* 53. *vol.* 2. *& conſ.* 330. *num.* 13. *vol.* 3. Siluan. *conſ.* 26. *num.* 13. Ioan. Baptiſta Coccin. *decif.* 69. *num.* 8. *& decif.* 155. *num.* 7. qui loquitur reſpectu inſtrumentorum.

Secundò illud certum ex prædictis in noſtra ma- 16
teria deducitur, quòd ſi teſtes per famam, vel auditum deponant de pœnitentia, aut conuerſione aſcendentium, quæ ante centum annos præceſſerunt, ſecundùm prædictam opinionem probabunt plenè, & ſecundùm adducta à Pelaez *de maiorat. d. quæſt.* 45. *num.* 13. Tiraquelo, Menchaca, Auendaño, Gamma, Syluano, Barboſa *num.* 36. *verſ. Nam antiquum*, locis citatis, licèt ſecundùm veriorem opinionem de qua inferius num. 18. ſufficient ſexaginta anni.

Tertiò conſtitutum etiam apud omnes eſt, quòd 17
immemorialis conſtituitur ex centum annis, vt communiter volunt DD. ex Io. Garc. *de nobilit. gloſ.* 12. *num.* 70. Maſch. *de probat. concl.* 1214. *num.* 53. Flamin. *de confident. q.* 28. *num* 236. Valaſc. *conſult.* 95. *num.* 6. & plures ex ſupra citatis ita defendunt: ſed ego puto, quòd in immemoriali non poteſt aliquod ſignari tempus, à quo valeat incipere, cùm ad eius numerationem opus ſit, innoteſcere aliquod initium, quo attento immemorialis non poteſt procedere, cum verè ſit memoria, à cuius defectu nomen immemorialis ſumit, quare certius eſt, quòd immemorialis corruit initio cognito, & ex annorum certitudine, vt benè probat Io. Garc. *d. gloſſ.* 12. *num.* 71. *poſt med. & num. ſeqq.* hanc optimè probat opinionem pluribus relatis Pelaez *de maiorat.* 4. *part. quæſt.* 20. à *num.* 223. *&* 227. *cum ſeqq.* Mol. *lib* 2. *de primog. cap.* 6. *num.* 60. & probant text. *in l.* 2. §. *Labeo.* ibi, *aut cuius memoria non extat*, *de aqu. & aqu. pluu. arc. l. ſi arbiter*, 28. *de probat. l. hoc iure.* 3. §. *ductus aquæ*, 4. *de aqua quotid. & æſt. & in l.* 41. *Tauri*, ibi, *Que nunça vieron, n'oyeron deçir lo contrario*, ex quibus iuribus conſtat quòd eſſentia, & natura immemorialis conſiſtit in eo, quòd non ſit memoria principij, alias corruet; vt optimè conſiderauit Valençuela *conſ.* 46. *num.* 15. *& conſ.* 93. *num.* 38. Quæ autem ſint neceſſaria ad probationem huius immemorialis paſſim recenſent DD. nec meum eſt

Digitized by Google

de hoc hîc agere, videantur *gloſſ. in cap. 1. de præſumpt. in 6.* Couarr. *in reg. poſſeſſor. 2. part. §. 3. num. 7.* Io. Garc. *ſuprà, & in tract. de expenſ. & meliorat. cap. 9. num. 9.* Balb. *de præſcript. 2. part. 5. partis princip. quæſt. 6. n. 45.* Moneta *de decimis, cap. 5. num. 77.* Mol. *de primog. lib. 2. d. cap. 6 num. 3* & alter Mol. Theol. *de iuſt. tract. 2. diſp. 76. num. 1.* Maſch. *concl. 1036.* Zaballos *comm. contra comm. quæſt. 45. à num. 2.* Brun. à Sole *in locis communib. verb. teſtis, num.* Card. Tuſch. *tom. 3. concl. 187. lit. M. & tom. 6. lit. P. concl. 552.* Valençuel. *conſ. 200. num. 25.* vbi alios refert Aloyſ. Riccius *in praxi fori Eccl. reſol. 128.*

18 Quartò illud etiam certum, ſeu ſaltem praxi ſeruatum, & rationi conueniens valde eſt, & declarat omnia prædicta, quod antiquum tempus reſpectu teſtium dicatur poſt ſexaginta annos, ſecundùm Caputaq. *deciſ. 6. num. 3. & deciſ. 298. part. 3.* Paul. Granunt. *theoremate. 22. num. 5.* Farinac. *in d. quæſt. 47. num. 116. in fin. & in tract. de teſtib. d. quæſt. 69. num. 145.* Burſat. *conſ. 151. à num. 29 lib. 2.* Rota *deciſ. 155. num. 13. part. 2. diuerſ.* Æmil. Veralus *deciſ. 5. & deciſ. 298. num. 1. lib. 3.* Et hoc ſenſu dicitur quòd reſpectu filiationis & legitimitatis tempus antiquum efficitur per ſexaginta annos *ex deciſ. 523. lib. 2.* apud Puteum Maſch. *concl. 511. deſcendentia, num. 6.* Albenſ. *conſ. 83. num. 3. cum ſeq. lib. 1.* Alex. *conſ. 90. num. 8. & 9 lib. 6.* Caputaq. *deciſ. 5. num. 3. p. 3.* & ſequitur Rota *deciſ. 234. n. 2. p. 2. recent.* refert Gracian. *diſcept. for. tract. 5. cap. 969. num. 7.* imò quòd magis eſt, tempus viginti, aut triginta annorum dicitur antiquum ad probandum filiationem ex eodem Gracian. 3. *tom. cap. 468. n. 36. & 37.* vbi pro hoc adducit Barbaciam *conſ. 68. col. 4. lib. 4.* Ferret. *conſ. 49 num. 3.* Rota *diuerſor. deciſ. 357. num. 8. & 9. p. 1.* In inſtrumentis verò requirantur præcisè centum anni ex Puteo *deciſ. 212. lib. 1.* Caputaq. *deciſ. 28. num. 4. part. 1.* Rota *deciſ. 185. 1. part. & deciſ. 288. in princ. 9. part.* & vtrumque amplectuntur Pariſ. Flamin. *de confid. benefic. quæſt. 26. num. 235.* Nicol. Garc. *de benefic. 5. part. cap. 9. num. 92. & part. 12. cap. 2. num. 264. & 265.* Auguſt. Barboſa *de offic. Epiſc. 3. part. alleg. 72. num. 38.* & quod filiatio poſt ſexaginta annos antiqua dicatur ex Puteo *deciſ. 418. num 2. part. 2.* tradit Pelaez *1. part. quæſt. 45. num. 16.* licèt poſtea *n. 18.* ex eodem Puteo *deciſ. 518. num. 2. part. 2.* contrarium velle videatur, niſi dicamus hîc loqui, dum adhuc ſexaginta anni non fuerunt tranſacti, in primo verò loco poſt eorum tranſcurſum, quæ vera, & congrua videtur intelligentia, & conciliatio, ſed intelligendum eſt, dummodò intendatur probare filiationem per teſtes, non verò ſi per inſtrumenta ſecundùm relatam diſtinctionem.

Ex his quæ vſque adhuc diximus, colligi poteſt, quæ ſit fama, quæ veritatem conſtituit, quæque fidem non mereatur, ſed quia hoc non ſufficit, ſed alia plura requiſita in eius iuridica probatione interuenire debent, ideò de eis in ſeq. §. agere diſtinctè decreuimus.

---

§. IV.

De his, quæ famam ſociare debent, & in eius probationem concurrere, vt plenè probent.

SVMMARIVM.

1 *Fama vt probet, multis debet eſſe veſtita adminiculis. Antiqua non recens, nec poſt inceptam litem, aut prætenſionem*, num. 2. & 13. *Præſumitur orta ante litem*, num. 3. *Non varia, ſed vniformis*, num. 6. *Explicatur*, num. ſeqq. *A bona origine initium ſumens*, num. 9. *Ei non plus creditur quàm ſuæ cauſæ*, num. 10. *A cauſa rationabili, ſeu coniectura veriſimili*, num. 11. *Eius origo, & cauſa à teſtibus expeti debet*, num. 12. *Incipiens ex imprudenti cauſa nihil eſt*, num. 14. & 15. *Ab inimicis, ſeu amicis conſanguineis, ſeu familiaribus incipiens non probat*, num. 16. & 17. *Nec à maleuolis, vilibus, & ſuſpectis*, num. 18. *Teſtes per verbum præſentis temporis deponentes circa famam nihil probant*, ſub d. num. 2. *Probant tamen ſi deponant per verbum* ſemper, *ponitur ratio*, ſub num. 3.

4 *Interpretatio illa ſumenda eſt, quæ nocet ei, qui ſe fundat in probatione dubia. Non tamen contra prætenſorem in cauſis puritatis*, num. 5.

Tempus præſumitur quod minus prætenſori noceat, ibid.

7 *Cauſa varietatis, & contrarietatis in teſtibus circa famam magna debet eſſe, vt eis fidem tollat.*

8 *Informatio vix eſt conſtans, & vniformis circa generis maculam. Fama rarò inuenitur perfectè probata*, ibid.

12 *Origo famæ à teſtibus expetenda in recentibus, ſecus in antiquis*, num. 20. & ſeqq. *Et quid in puritate & nobilitate probanda*, num. 27.

15 *Cauſa infamiæ ſi non nocet, nec ipſa infamia.*

Vulgus circa maculam cauſas variat, & immutat, ibid.

19 *Teſtes famam aſſerentes eius auctores aſſignare debent, præcipuè in recentibus, ſecus in antiquis*, num. 20. & ſeqq.

Teſtes non eſt neceſſe quod exprimant originem, nec auctores famæ, ibid. ſub num. 21.

20 *Obliuio in antiquis præſumitur, etiam in proprio facto*, num. 21.

23 *Teſtes circa famam integri eſſe debent, & numero plures*, num. 24. *De huius ratione*, num. 34. *Non inimici, nec æmuli*, num. 26. *Vnanimiter deponere debent, non alij alia dicere*, num. 27. *Propriam credulitatem afferre*, num. 28. *Audiuiſſe à maiori parte ciuitatis. Sufficit, ſi dicant audiuiſſe publicè*, num. 29.

24 *Quod pluribus notum eſt per plures probari debet.*

Quod populus ſcit per ipſius organa & voces debet patere, ibid.

30 *Arbitrio iudicum relinquitur, quid fama, & teſtes circa eam probent.*

31 *Idonei*

31 *Idoneitas teſtium circa famam an ſpecificè probanda, concluditur negatiuè*, num. 32.

33 *Teſtibus de fama diſponentibus de ipſa fama conſtare per plures debet.*

34 *Teſtimonij fundamentum probari oportet, vt fidem efficiat.*

35 *Fama, & auditus concurrere in eadem cauſa poſſunt. Vt coniungantur cum aliis imperfectis probationibus ad plenè probandum, debent ritè & perfectè probari, & quomodo intelligatur, & quid in immemomoriali.*

35 *Imperfecta coniunguntur ad plenè probandum in his, quæ ſunt difficilis probationis.*

38 *Coniunctio imperfectarum probationum non fit in cauſis arduis, niſi in antiquis.*

39 *Iudices in conferendis honoribus publicis ſequi poſſunt ſcientiam priuatam, & omittere publicam, ſequendo circunſtantias veriſimiles, licèt de rigore iuris non plenè probent. In iudicando tamen, ex imperfectis probationibus prudenter multa conſiderare debent maximè in cauſis puritatis, & nobilitatis, & quare*, n. 40. & ſeqq.

41 *Homines honores ab aliis tollendo ſe honorare putant, & quod puriſſimum eſt maculare ſolent.*

42 *Peccatum grauiſſimum conſtituit honore proximum priuare, & iuramento ei tribuere, quem non habet.*

43 *Mendacium, nec periurium committendum non eſt pro totius mundi bono, & etiam iocoſum peccatum mortale eſt*, num. 45.

44 *Veritas quocumque modo in iureiurando deficiat producit peccatum.*

Materia qualibet etiam leuiſſimo ſi deficiat in iuramento aſſertorio conſtituit lethale peccatum, ibid.

46 *Bonum, ex malo aliquando ſequitur, non tamen ſemper licet.*

47 *Nemo pro alterius honore propriam occidat animam.*

48 *Aſſerere quod liceat aliquando veritatem tacere, & aſſerere falſum pro honore proximi, nec pro alia cauſa non ſolùm peccatum, ſed hæreticum eſt.*

1 CVM fama, etſi antiqua imbecillis ſit, & imperfecta probationis ſpecies iuris attento rigore, & aliquando ad difficultatem probationis admittatur, vt plenè probet, non de qualibet fama intelligendum eſt; ſed de illa tantum quæ pluribus ſit veſtita, & coadiuuata requiſitis, & circunſtantiis, vt animos iudicum ad credendum inducere valeat; ideò nunc ſpeciatim has circunſtantias, & requiſita proponam, vt nihil ad pleniſſimam rei intelligentiam deficiat, & vt clariùs procedam, quædam ſunt conſideranda circa famam ipſam, & alia circa eius probationem, de quibus ſigillatim deſpi-
2 ciam. † Circa ipſam famam primum requiſitum erit, quod ex prædictis apertè conſtat, nempè vt fama ſit antiqua, inconcuſſa, & ſtabilis, quia ſi recens poſt inceptam prætenſionem, aut litem, aut pauló ante orta eſt, nec iudicum animos ad aliquid mouere debet, ex *d. cap. licet, ex quadam*, 47. *de teſtib. d. l.* 29. *tit.* 9. *part.* 4. *& relatis in præced. quæſt.* 6. *fin. num.* 77. & probant Petrà *de fideicom. quæſt.* 11. *num.* 379. *&* q. 13. *num.* 116. *& ſeq.* Ioſ. Maſch. *de probat. concl.* 747. *n.* 30. & alij adducti à Valençuela *conſ.* 92. *num.* 184. Menoch. *conſ.* 191. *num.* 86. Farin. *d. quæſt.* 47. *num.* 172. Nic. Garc. *de benefic.* 12. *part. cap.* 2. *num.* 251. quia tunc magis præſumitur rumor quàm fama, *c. qualiter & quando el.* 2. *vbi gloſ. verb. inquirendum de accuſat.* probat in noſtra ſpecie pluribus relatis Barboſa *de Canonic. cap.* 15. *num.* 42. nec quidem in minimo nocere, nec prodeſſe debet, quæ poſt litem, ſeu prætenſionem orta inuenitur, ſecundùm adductos à Gabr. *lib.* 1. *de teſt. concl.* 3. *num.* 7. *ex d. cap. licèt ex quadam*, vbi *gloſſ. verb. ante litem motam*, docet Valençuela *d. conſ.* 92. *num.* 184. Rota apud Seraphin. *deciſ.* 1103. *num.* 4. ex Abb. *in d. cap. licèt ex quadam. num.* 3. Phil. Corn. *conſ.* 198. *num.* 12. *lib.* 2. Roman. *conſil. alias ſingul.* 755. & ideò ſi teſtes deponant de fama per verbum eſt nihil probant, vt ex Corneo citato loco, & ex Caputaquenſi *deciſ.* 9. *part.* 2. probat Alex. Ludouiſ. *deciſ.* 498. *num.* 12.

3 In dubio verò præſumitur orta fama ante litem motam, maximè dum teſtis non fuit ſpecialiter interrogatus de tempore, vt deciſum à Rota fuiſſe in cauſa Toleranæ portionis menſe Decembri anno 1563. refert Montic. *l. in repertor. verb. teſtes, fol. mihi*, 388. *col. a. verſ.* 1. quam deciſionem referunt, & ſequuntur Gracian. *diſcept. for. tom.* 1. *cap.* 78. *num.* 37. *&* 38. *& tom.* 3. *cap.* 597. *num.* 14. vbi quod ſufficit, ſi teſtes deponant per dictionem *ſemper*, quæ eſt continuatiua temporis, & ſic intelligitur teſtaſſe de tempore anteriori liti, quod maximè eſt ſingulare. Maſch. *de probat. concl.* 749. *num.* 31. Farinac. *d. quæſt.* 47. *n.* 175. & licèt ibidem, *num.* 172. *& ſeq.* & Petra *d. quæſt.* 11. *num.* 379. alios contrarium tenentes referant, intelligi debent, dum teſtis interrogatus de tempore nihil omnino dixit, quia tunc debet interpretatio fieri, quæ minus lædat, & aduerſus producentem. *arg. text. in cap. inter dilectos*, vbi Bald. *de fide inſtrum.* Alex. *conſ.* 35. *viſa ſcriptura*, *col.* 2. *verſ. Quando ſcriptura, lib.* 1. Burg. de Paz *conſ.* 2. *num.* 85. *& conſ.* 27. *num.* 31. *& conſ.*
4 34. *num.* 40. † & quia ſemper interpretatio eſt facienda aduerſus eum, qui ſe fundat in probatione dubia *ex textu in l. veteribus*, 39. *de pactis, l. quidquid*, 99. *de verbor.* Petr. Gregor. *ſyntagm. iur.* 3. *par. lib.* 48. *c.* 9. *num.* 15. Cranetta *conſ.* 863. *num.* 1. *& ſeqq. lib.* 5. Alex. *conſ.* 14. *num.* 8. *lib.* 5. Io. Franc. Purpurat. *conſ.* 116. *n.* 15. *& conſ.* 244. *num.* 1. etiam in materia fauorabili, ſecundùm Decium *in l. in hoc*, *num.* 7. *C. vnde cognati.* Surdo *conſ.* 5. *num.* 47. *& ſeq. lib.* 1. *& conſ.* 483. *num.* 5.
5 *lib.* 4. † Sed cùm in ſpecie puritatis probandæ, de qua loquimur, prætenſor non producat teſtes, nec ſpecialiter in eorum dictis ſuam fundet intentionem, aliud dicendum videtur, & quòd præſumi debet tempus, quod minus ei noceat, ſi teſtis de eo interrogatus nullum exprimat, immò idem erit, & ſi non interrogatus tempus, & rationem taceat, cùm debeat in cauſis ſtatus rationem ſui dicti reddere, etiamſi non interrogetur, vt ex Ant. Gom. *lib.* 3. *var. cap.* 12. *num.* 10. *verſ. Et idem eſt quando deponunt*, & ex aliis probaui ſuprà quæſt. 6. §. 4. num. 15. & ex contrario magna ſequerentur damna, quare ſecuriùs iudico, quod in vtraque ſpecie ſeruetur communis opinio, quam ſuprà relati ſequuntur, maximè Maſch. *d. concl.* 749. *num.* 10. Afflict. *deciſ.* 324. *num.* 10. Decio *conſ.* 575. *num.* 8. Curt. Iun. *conſ.* 122. *num.* 4. cum

aliis

aliis à Farin.relatis citato loco num.173.quia æqoior eſt,& maximè in his grauiſſimis cauſis ſequenda, vt In ſpecie noſtra maluit Valençuela conſ.91.n.171.

6 Secundum requiſitum eſt, quòd fama vniformis, & conſtans apud omnes ſit, non varia,nec cum contrarietate aliqua, quia tunc nihil probat, ſecundùm Bald.in l.conuenticula, num.8.C.de Epiſc.& cler. Ioan. Garc.de nobilit.gloſſ.18.§.1.num.13. Farinac. d.quæſt. 47.num.163.Iac. Menoch. conſ.191.num.86.tom.2.& loquendo in noſtra ſpecie puritatis probandæ docent Auguſt.Barboſa de offic.Epiſc.1.part.tit.2.gloſſ.17. num.41.& de canonic. cap.13.num.41. Valençuela d. conſ.92. num.194. & cenſuit Rota apud Ioan.Baptiſt. Coccin. deciſ.68. num.18. & Zaballos in d.quæſt.900. num.92. & idem in omnibus cauſis generaliter loquendo docet, 1.tom.comm.contra com.quæſt.20.num.1.
7 & 6.†Sed intelligendi ſunt,dūmodò cauſa varietatis, & contrarietatis magna ſit, & orta ab initio cum ipſa cauſa,fama, & amplectatur à fidedignis, nec amicis, nec inimicisp tætēſoris,nec ſuæ familiæ, & ſic intelligo Maſch.de probat.concl.235.n.4. & concl.750.n.2.
8 cum allegatis à Farinac. in d.q. 47. n.163.† aliàs vix informatio erit, in qua fama impuritatis (nam in puritate vniformitatem ſæpiùs vidi)tam inconcuſsè, & firmiter probetur, vt à nemine controuertatur, & contrarietur, etiamſi ſpurciſſimus ſit prætenſor, & notata apud omnes ſua familia, in quo rarò, aut numquam omnes conueniunt teſtes, ſed aliter,atque aliter ſeotiunt, vt generaliter in probatione famæ conſiderarunt Iul. Clar in praxi,§.fin.quæſt.6.num.14. verſ. Sed certè hæc opinio Bartoli. & verſ. Poſtremo. & Paul.Æmil.deciſ.7.num.1.lib.2. & deciſ.189.num.1.& 2.lib.3. & approbat. Caſſador.deciſ.7.num.7.de probat. & Burſat.conſ.87. num.45. lib.1.& conſ.330. num.157. verſ.Et quod difficile ſit,lib.3.Grammat. conſ.42.num.8. dicens numquam vidiſſe plenè, & completè famam probatam,vnde in puritatis materia loquendo, benè conſiderauit Chriſtoph. de Paz de tenut. 1.part.c.32. num.89. vbi ait, quòd ſi in puritatis probatione ſtricta hæc iuris regula obſeruaretur, nemo eſſet etiam ſpurciſſimæ ſtirpis, qui ſuam puritatem cum maiori teſtium numero, non probaret, cùm maximo communitatum detrimento, & ſtatutorum tranſgreſſione, quid autem in contrarietate probatiunum fieri à iudicibus debeat,in ſeq.§.oſtendam.

9 Tertium requiſitum eſt, vt iudices inſpiciant originem famæ, quod generale eſt in omnibus cauſis, quarum origo in primis inſpici oportet, vt latè probaui ſuprà quæſt.6. §.3. quia vt fides famæ præſtari valeat, neceſſe eſt, vt a bona origine initium ſumat, cui,ſi nunc adeſſet,crederemus, ſecundùm Alex.conſ. 50 num.11.lib.5.Afflict.deciſ.337.num 2. & ex pluribus in cauſa puritatis loquendo cenſuit Rota apud Ioan. Baptiſt. Coccin. deciſ.68. num.5. & fama ſine cauſa potius vanus rumor dicitur, qui attendi non debet,ſecundum text.in l.ſi priuatus.17.Qui & à quibus,l.decurionum.12.C.de pœnis, cap.2.de elect.Proœm. partita.1. vbi gloſ.4. Valençuel. conſ.90. num.189. & conſ.92.num.171.& 175. Simanc. de cathol. inſtit.tit. 65.num.41 Barboſa de canonicis d.cap.13.ſub num 41. Quare ſi à vilibus, & turpibus perſonis oritur, nihil eſt,nec iudicum animos mouere debet.ex text.in cap. cum oporteat, 19. cap. inquiſitionis.21. §.fin. de accuſat. Felin. in cap. veniens. num. 17. verſ. Et aduerte. de teſtib.

10 Ex quo plura inferuntur, primò quòd conſtito de cauſa,& origine famæ, non plus credi debet ipſi famæ,quàm ſuæ origini, & cauſæ crederetur,ex Bald. in cap.veniens.el.1. num.8.de teſt. Io.Gutiert. conſ.53. num.25. Valençuel.d. conſ.90. num.181. quare ſi ab vnius tantùm auditu fama oriatur,nihil plus efficiet, quàm ille efficeret, ſi teſtimonium ferret, arg.l.cum fundus.56. in fine,de cond.& dem.d.cap.licet ex quadam, verſ.Non vtique,de teſt.cap.cito.1.quæſt.1.l.2. ibi, à vn one ſolo,vbi gloſ.1.in medio,tit.9.part.4.Zephalo conſ. 250.num.122.tom.1.Aretin.conſ.37. num.4. Maſch. d. concl.749.num.17.

Secundò infertur, quòd fama debet prouenire à cauſa rationabili,ſeu coniectura veriſimili, cuius ſignat per plura exempla à Bart.in l.de minore. § plurimum,num.17.de quæſt.Felin.in d. cap. veniens, num.17. Peguera deciſ. crim.17. à num.21. Petra de fideicom. quæſt.11.num.449.& quæſt.13.num.110. & 128.in fin. & ea cauſis probabilibus, non alienis à negotio, de quo quæritur,ſecundùm Aym.Crauet.conſ.621.num. 2.Andr.Sycul.conſ.28. num.19. conſ.38. num.17. vol. 3. Non enim oriri debet à vanis cauſis, leuibus, nec à nudis rationibus. Ex eodem Crauetta conſ.366. num.45. Corn.conſ.329.num.15.vol.1.& conſ.130.n.6. lib.4.Fabian.de Monte tract. fin.regund.cap.56.num.8. Bald. conſ.123. num.4. part.3. additio ad Matth. Matheſil.ſing.51.num.12.aliàs maximè ſuſpecta eſt, vt ex Mantica deciſ.274. num.9. & deciſ.312. num.3. probat Barboſa dict.cap.13. de canonic.ſub d.num.41. 11

Tertiò infertur ea proximè dictis,quod à teſtibus 12 de fama ferentibus teſtimonium inquiri debet eius origo,& cauſa, vt ex ea iudices deliberent quanta ſit eis fides adhibenda, ad quod tenentur teſtes etiam non interrogati,ſecundùm Bar.in d.§.plurimum,n.19. communiter ſequutum vt conſtat ex Dec. in d.cap. veniens,num.35.de teſt. & in d.cap.1.num.52.de appellat.& de communi teſtatur Simancas de cathol. inſtit. tit.63.num.16.& Iul.Clar.in praxi §.fin.quæſt.6. verſ.Illud tamen. Villalob. comm.opin. lit F. verb.fama, poſt num.7.verſ.Requiritur tertiò,cum adductis per Maſch. d.concl.749. num.12. & 15. vbi quòd expreſſio hæc neceſſaria eſt,vt agnoſcatur, an ſit vana vox popoli, Natta conſ.473.num.16.& conſ.362.num.9.lib.2. Phil. Corn.conſ.233.lit.D.lib.2. Petra d.quæſt.11. num.450. & d.quæſt.13.num.109.in fin. & num.112. & aliis ibi, plures apud Farin. d. quæſt.47. num. 216. quam illationem intelligas velim prout dicam infrà ex num.20.

Quartò infertur,quòd fama initium ſumens poſt 13 prætenſionem, ſeu poſt inceptas informationes nihil eſt,nec aliquid probat,ſecundùm adducta per Petram d.quæſt.15.num.117. Carret.in pract.tit.2. de indic. & tortura. §.ſecundum indicium, num.12.vſque ad 17. Burſat. conſ.20. num. 27. & conſ.34. num.20. & conſ.35. num.24. vol.1. & conſ.166. num.28. & conſ. 192. num.33. vol.2. & conſ. 331. num. 14. vol.3. & conſil.437. num.8. verſ.His non obſtantibus, vol.4. Thom.Gramm.conſ.42. num.9. in fin.& voto.34. n.7. Bertazol. conſ.234. n.6. Claud.ad eundem Bertazol. ad conſ.162. lit. B. Gracian. cap.78. num.37. tom.1. plures apud Farin. d.q.47. ex num.176. quod intelligas velim, dum ipſa prætenſio ſeu informatio cauſa fuit infamiæ ex aliqua incidenti qualitate, ſeo circunſtantia, quæ nihil omnino probat: ſi verò fama antiqua iam oblita ſuſcitata fuerit eo in tempore, optimè probabit, non tam qoia incipit, ſed quia antiquitus deriuatur, faciunt pro hoc tradita à Bart. in d.§ plurimum, num.16 & 17. vbi Alex.lit.C. Salic. in l.ea quidem, num.114. C. de accuſ.Marſil.in d.§.plurimum,num.51. Boſſio tit.de partu ſuppoſito num.21.

Quintò infertur, quòd etſi, vt multoties euenire vidi, fama ex eo oriatur, quòd prætenſoris pater, ſeu alius ea ſua agnatione ſeu familia alicui ſe alligauerit prætenſioni, & inceptis informationibus è vita ereptus, ſeu ex prauis moribus,& quotidianis rixis,aut ob eius vxoris maculam,vel ob ſimilitudinem, & æquiuocationem cognominum, ex 14

qua

quia praua orta eſt exiſtimatio ſuarum qualitatum, ſeu ob alias ſimiles cauſas non fuerit prætenſum honorem aſſequutus, ſiue admiſſio elongata fuerit,
15 † nullo modo officere debet prædicta infamia, quotquot ſit probata teſtibus, ſicut nec officeret eius cauſa, *arg.l ob dotem,6.C.de collat.* & quæ ex ea deducunt DD. vt refert And. Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa*, 1. *part.num.*15. Nic. Euerard. *in topicis loco, A maiori*, 16. *num.*6. quia magis hac in ſpecie operantur prauæ hominum cogitationes, quam ipſæ cauſæ: ſicut enim patrem, ſeu cognatum morte præuentum abſque alia macula, ſeu ex prauis moribus non obtinere, aut vxoris labes, vel cognominum æquiuocatio ſufficientes cauſæ non eſſent, ad filium ex alia vxore pura, vel cognatum, quos illius vxoris macula non attingit, repellendum: ita nec falſa ex eis orta fama, cùm vulgus cauſas variet, & immutet, huic annectendo maculam alterius, & ab hoc remouendo quam habet, & factum ex vna cauſa, ex alia factum credendo, & diuulgando non certo, quod verè falſum exiſtit, ita vt ex cauſarum falſa mutatione, mutati, & fallaces non veri oriantur effectus, vt optimè docuit Cornel. Tacit. *lib.* 3. *annal pag mihi* 110. *Adeò maxima quæque ambigua ſunt, dum alij quoquomodo audita pro compertis habent: alij vera in contrarium vertunt, & gliſcit vtrumque poſteritati*, quæ non ideò dixi, quia dubium contineat. Sed quia aliquos vidi plurima damna, & expenſas pati ex ſimilibus cauſis, quibus non eſt dandus locus à rectis, & timoratis iudicibus, & quidem pro viſceribus Chriſti obſecro, dum ſimiles cauſæ interſunt, non vexent prætenſores cũ nouis dilationibus, & expenſis, quia quælibet dilatio in honoris aſſequutione damna affert plura, & corda affligit, & multo minus reſpiciant, ſi macula dicta, aut audita eſt, cùm id nihil ſit, ſi veritas in contrarium adeſt, vt in fine huius, §. ampliùs animaduertam.

16 Sextò infertur, quòd fama ortum ſumens ab inimicis prætenſoris ſeu alicuius ex ſua familia nihil probat, ni quatenus aliis veriſimilibus indumentis fuerit monita, ſecundùm Hieron. Gratum *reſp.* 45. *num.* 1. *lib.*2. Burſato *conſ.*20. *num.*36. *lib.*1. *& conſ.* 368. *num.* 14. *tom* 4. nec incipiens ab illis qui ſe offenſos ſentiebant, idem Burſat. *conſ.*20. *n.*25. *tom.* 1. *& conſ* 315. *num.*5. *conſ.*330. *num.*59 *lib.*3. vt vtrumque refert Valençuel. *in d. conſ.* 92. *num.*165. *& ſeq.* Farin.*d.quæſt.*47. *ſub num.*156.*verſ.vbi infert.* Et dum fama ab inimicis orta aliis eſt veſtita argumentis veriſimilibus, non tam ei, quàm argumentis præſtabitur fides, maximè in antiquis, & in quibus veritas aliter haberi non poteſt, quod & an argumenta fide digna ſint, iudicum prudentiæ, & arbitrio relinquitur, atque ita intelligere volo Bart.*num.*15. *in fin.* & Hippol.& Marſil. *n.*157. *in d l de minore*, §. *plurimum, de quæſt* & alios adductos à Maſch.*d.concl* 749. *num.*20. & a Farin.ſuprà *num.* 157. quatenus aſſerunt inhabilitatem teſtium de fama deponentium ſuppleri ex argumentis probabilibus.

17 Septimò infertur, quod ſi à prætenſore, ſeu eius conſanguineis, amiciſve ſpargatur vox, ſeu cauſa, qua purgare intendunt infamiam, ſeu labem iam diu contractam, ſeu præſumptam, aſſignando aliquam bonam originem ſeu æquiuocationem, quæ aliud ſuadeat, nec fidem meretur, nec eſt attendenda *ex text in l.nullus* 10.*de teſt.l.in omnibus*, 10. *C. eod.cap. de cætero* 14. *extra illo tit.* & ex Zephalo *conſ.*225. & ex Bald. *in l.miles*, §.*mulier, per illum text.ad l. Iul. de adulter.* voluit Maſch. *concl.* 748. *num.*8. & Farin.*d. num* 156.*verſ.vbi multo.*

18 Octauò infertur generaliter ex prædictis, quòd fama debet ortum trahere à fide dignis perſonis, quia ſicut eis, ſi deponerent fides plena daretur, ita & famæ ab eis ortæ. Econtra verò, ſi à maleuolis, vilibúſve perſonis, vel aliter ſuſpectis, nullam meretur fidem, vt communiter volunt DD. *ex text. in cap.qualiter & quando*, 24. ibi, *non quidem à maleuolis, & à maledicis, ſed à prouidis, & honeſtis, de accuſat.* Bart. *in l.de minore*, §.*plurimum, num.*15. *de quæſt.* vbi etiam Card. Alban. *num.*2. Maſch. *concl.*754. *num.*7. *&* 21. *& ſeq. & concl.*748. *n.*9. Zaballos *d.quæſt.* 900. *n.*90. Nauar. *conſ.*66. *num.* 4. *de ſimonia*. Menoch. *lib.* 1. *de præſumpt. q.* 1. *num.*44. plures in ſpecie apud Barboſ. *de canonic d.cap.*11. *ſub num.* 41. Aret. *conſ.*73. *n.*10. *& ſeqq.* Additio ad Matth.Matheſil. *ſing.*51.*num.*12. Hier.Grat. *reſp.*57. *num.*26. *lib.*2. Rul. à Valle, *conſ.* 16. *num* 10.*lib.*1. Valençuel. *conſ.*92. *num.*167. Farin. *d.num.* 156. cùm ſatis abſurdum videatur admitti illos quorum repellerentur auctores, vt optimè conſiderat Petra *de fideicom.quæſt.*13. *num.*62. plures apud Farin. in proximè citato loco.

Nonò infertur, quòd teſtes famam aſſerentes de- 19
bent eius auctores aſſignare, vt melius poſſint iudices ſcire, quanta ſit famæ fides adhibenda, ſecundùm Bart. *in d* §.*plurimum, num.*23. Innocent. *in d.cap.qualiter & quando num.*1. Villalob *d.lit. F. fama, num.*7. *verſ. nota tamen*, Herculan. *de probanda negatiua num.* 312. Iul.Clar *d.quæſt.*6. *verſ.amplius* Petra, *d.q.*11. *num.*378. *& d.q.*13. *num.*111. *&* 131. Farin. *d.q.*47. *num.*229.*& ſeqq.* Maſch.*d.concl.*749.*num.*13. vbi quòd hæc declaratio debet fieri, etiamſi teſtes non fuerint interrogati, cui conueniunt adducti per Farin. *num.*230. citato loco.

Quas duas illationes intelligas velim in cauſis de 20
nouo emergentibus, prout prædicti loquuntur DD. non verò in antiquis, quorum cauſæ, rationes, & auctores non ita noſci poſſunt, ſicut recentes, immò tunc obliuio præſumitur, *l.peregrè*,44. *de acquir.poſſ.* cum adductis ab And. Tiraq. *de præſcript.* § 1. *gloſſ.*4. *num.*92. *verſ.poſtremo, l.qui in prouincia*, 57.§ 1.*de ritu nupt.* Auth. *de triente & ſemiſſe*, §. *illud, coll.*3. *cap longinquitate*, 12. *quæſt.*12. Gregor. *in l.*10.*gloſſ* 3. *quæſt.*4. *tit.* 26. *pag.* 4. Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.*32. *num.*1.
Maſch.*concl.*1127. *num* 1. vbi late, † & ſi regulari- 21
ter in proprio facto obliuio non præſumatur, tamen in factis antiquis decem annorum, & vltrà etiam præſumitur, vt notatur *in l.ſi id quod.* 25. *in princ. & in l.ſi de eo* 4. § *ſi forte, de acquir. poſſeſſ. & in l. furtum*, 38. §. 1. *de vſucap. & in l.*1. vbi *gloſſ C.de ſeru fugit.* cum prope infinitis congeſtis Pelaez *de maiorat* 4.*p. quæſt.*20. *num.*164 *& ſeq.* Maranta *in l.ſi poteſt. n.*227. *limit* 3. *de leg.*1. And. Tiraq. *in l.ſi vnquam, verb.omnia, num.*31. *C. de reuocand.* And. Gail. *obſeruat.*48. *n.*20. *lib.* 2. Sebaſt. de Medicis *de caſibus fortuitis.* 1. *part. quæſt.*3. *num.*17. Card. Tuſch. *lit. I. concl.* 22. *num.*15. *tom* 4. Aug. Barboſ. *Axioma.* 113. *num.* 3. *pag.*73. quare poſt id tempus in teſtibus obliuio præſumitur, vt ex *l.*115. *verſ. Pero ſi el eſcriuano, tit.*18. *part* 3. Seraphin. *de priuileg. iura in priuileg.*5. *n.*12. Maſch. proximè citato loco, *num.*31. Alex. *conſ.*65. *n.*4. *lib.*2. Ang. *conſ.*15. *num.*4. Grammar. *deciſ* 60. *num.*9. probat idem Pelaez citato loco *num.* 163. *in medio.* Quare receptum in praxi eſt, quòd non ſit opus, teſtes exprimere originem nec auctores famæ, quia ſine his optimè probant, quamuis nihil aliud dicant, quàm quod audierunt publicè vt dicam infrà ſub num.29. & de praxi teſtantur ſequendo Bald. *in cap. præterea, col.* 1. *in fin. & col.*2. *in princ. de teſt.* b. Capiçuq. *deciſ.*7. *& deciſ.* 208. *num.*7. *p.*2. *& deciſ.*289. *p.*3. & Gracian. *diſcept forenſ.tom* 3 *cap.*596 *num.* 15. *&* 16. Caſſador. *deciſ.*3. *num.*9. *de probat.* Farinac. *deciſ.*250.
*num.*4. *tom.*2. *in poſthum* † Vnde dum agitur de puri- 22
tate, & nobilitate probanda per famam, & communem reputationem ſi inſpiciamus harum qualitatum originem, quæ plerumque antiquiſſima ſolet eſſe;

nec

nec poterunt teſtes aſſignare cauſam primæuam, & earum initium, nec primos auctores nominare, nec tam exacta probatio requiritor, alias hæc probatio, ſi ita fieri eſſer opus, quaſi impoſſibilis redderetur.

23 Hæc ſunt, quæ circa ipſam famam concurrere debent, vt prodeiſſe valeat, & integram fidem mereatur; reſtat videre, quæ requirantur circa eius probationem. Primum quidem principale requiſitum, quod in famæ probatione interuenire debet, eſt quòd teſtes eam aſſerentes ſint integræ opinionis, fidei exactæ, & maiores omni exceptione, vt communiter omnes firmant, *ex text. in d. cap. qualiter. & quando 24. de accuſat. l. 26. tit. 1. & l. 3. tit. 30. part. 7.* Dec. *in d. cap. 1. num. 57. de appellat.* Simanc. *de cathol. inſtit. tit. 65. num. 17.* Petra *d. quæſt. 13. num. 109. & 124. cum ſeqq.* Maſch. *de probat. concl. 748. num. 37.* Gracian. *diſcept. for. 2. tom. cap. 310. num 87. & 88.* Laureot. Occa *conſ. 60. num. 58. & ſeqq. tom. 2. crimin.* Hier. de Monte *tract. fin. regund. cap. 55. num. 9.* Valençuel. *d. conſ. 92. n. 168,* & Farin. *d. quæſt. 47. num. 210. & ſeqq.* vbi vtriuſque claſſis DD. refert, quæ teſtium qualitates an ſint probandæ inferiùs dicam ex num. 31. cum ſeqq.

24 Secundò requiritur, quòd numero ſint plures, & licèt communiter duo ſufficiant, qui famam aſſerant, & eam à decem ſaltim audiuiſſe deponant, & publicè à cæteris, qui maiorem populi conſtituant partem, vt videre eſt penes plures allegatos à Maſch. *in d. concl. 749. num. 1.* & à Farin. *d. quæſt. 47. num. 208. & ſeq.* Ego tamen certius puto, quòd plures de illa deponere debent, quia ſi prædicti fateutur, quòd ad conſtituendam, ſeu inducendam famam, requiruntur ad minus decem perſonæ, ſecundùm Salic. *in l. eo quidem. col. 3. circa princip. C. de accuſat.* & Boſio *tit. de indic, num. 69.* Carrera *in pract. crim. in tract. de indiciis. §. ſecundum indicium, num. 18.* idem Maſch. citato loco *num. 3. & 21.* vbi ait, quòd res tunc dicitur notoria, nec teſtes tenentur dicere, à quibus audierunt, nec originem aſſignare, & quòd ſufficiant ſeptem teſtes, probat Abb. *conſ. 72. num. 5.* & Dec. *in cap. 1. num. 47. de appellat.* Burſat. *conſ. 87. num. 46. lib. 1.* Petra *de fideicom. d. quæſt. 13. num. 128.* & plures allegati à Farin. citato loco *num. 262* licèt in *num. 169.* dicat, quòd nec fama probata per decem teſtes abſque aliis coniecturis ad torturam ſufficit. Illud tamen mihi certum eſt, plures numero teſtes eſſe debere ad hoc, vt famam probent in cauſis puritatis, & nobilitatis, & in cæteris, in quibus de iure plenè ſola probat fama, tum quia prædictæ cauſæ grauiſſimæ ſunt, & terminari non debent per paucorum teſtimonia, tum quia probatio famæ per ſe fragilis eſt, & dum ad plenam probationem admittitur, debet ex pluribus conſtare,
25 & pleniſſimè apparere, † Tum etiam, quia cùm nihil aliud fama ſit, quàm notitia maioris partis ciuitatis, aut municipij, debet pluribus probari, quod pluribos notum eſt, & cum ex Cicer. in topicis, nihil aliud fama ſit, quam multitudinis teſtimonium, & totius populi ſermo, oportet, quod idem populus, ſeu multitudo teſtimonium dicat, & quod populus ſcit, & per plures loquitur, per plures etiam voces, & organa pateat, atque probetur, vt pereleganter docuit Hugo Donel. *lib. 15. comm. tit. de probat. cap. 6. ſtatim poſt principium, verſ. Nam ſi fama,* vbi Oſuald. *lit. C. & D.*

26 Tertiò requiritur quòd non ſint inimici, nec æmuli prætenſores, nec ſuæ familiæ, quia omnino à teſtimonio repelluntur, ni ad effectum de quo infrà quæſt. 12. §. 3. dicam, vt probant Marſil. *in d. §. plurimum, num. 108.* & Natta *conſ. 473. num. 22.* Burſat. *conſ. 35. num. 22.* Maſch. *d. concl. 749.* vbi ait, quod non debent admitti viles, nec mulierculæ, ex quibus prouenire veritatem perdifficile eſt, vt *in l. edictum. 8. cum l. ſeq. & l. ex libero. 15. de quæſt l. ob carmen 21. §. fin. de teſt.* Auth. *de teſt. § ſi verò ignoti.* Innoc. & DC. *in cap. cum P. Manconela, de accuſat.* Tib. Dec. *reſp. 4. num 36. lib. 3.* ex quibus dixit Valençuela *d. conſ. 92. num 83.* quod teſtes viles non probant contra virum grauem in cauſis honoris, & quia fama per teſtes non bonæ famæ minimè probatur. Hipol. de Marſil. citato loco *num. 99.* Marc. Ant. Natta *conſ. 473. num. 22.* Burſat. *conſ. 35, num. 22, tom. 1.* & quidem debent eſſe omni exceptione maiores, ſecundùm præcitatos, & Laur. de Occa *conſ 60. num. 18, & ſeqq tom. 2. crim.* Hier. de Monte *fin. regund. cap. 55. num. 9.* latè Farin. *d. quæſt. 47. ex num. 210.*

Quartò requiritur, quòd prædicti teſtes vniformiter de fama deponant non verò dum alij alia dicunt, & deponunt, ex his, quæ adducunt DD. citati ſuprà ex *num. 6.* & per Farin. *d. quæſt. 47. num. 163.* quod intelligendum eſt dum teſtes ſibi ipſi contrariantur, ita vt non poſſit ex eorum depoſitionibus, quid colligi certum, & vtrorumque rationes inter ſe pugnantes exiſtant, aliàs ſecus, quia non eſt quærenda in teſtibus omnimoda vniformitas, maxime in cauſis puritatis, in quibus difficillimum eſſe, dixi ſuprà citato loco, & in cæteris cauſis quamuis teſtes diſcordent, in aliquibus circunſtantiis eorum non minuitur fides, vt explicat Maſch. *d. concl. 747. num. 25. verſ. opinioner huiuſmodi, cum num. ſeq. iuncto num. 28.* vbi id rationibus, & auctoritatibus comprobat. 27

Quintò, teſtes circa famam debent ſuam afferre credulitatem, nempe quòd credunt id, quod fama dicit, exiſtere verum, vt in præced. quæſt. §. 4. requiſito. 6. dixi, & docent in famæ probatione Abb. Fel. & cæteri, *in d. cap. veniens, de teſt.* Bald. *num. 19.* Hippol. de Marſil. *52. in d. §. plurimum.* Corrad. *in pract. de teſt. §. dicta teſtium aſſumendo, num. 54.* Natta *conſ. 18. num. 12.* & licèt Bart. *in d. §. plurimum, num 20.* ſequutus à Nauarro *in cap. non ſunt audiendi, num. 11. 2. quæſt. 3.* Hect. Æmil. *tract. de teſtib. de auditu, lit. A. num. 10.* Capella Toloſana *deciſ. 380. ante num. 9. verſ. Quod ſi teſtis dicit,* contra Abb. & Felin. dicat, ſufficere, ſi teſtes aſſerant ſe audiuiſſe publicè à maiori parte ciuitatis, etiamſi de propria credulitate nihil dicant, quia cùm aſſerant audiuiſſe à maiori parte populi, ſubintelligitur quòd teſtes ita credunt, quod verum non puto, tum quia illud non bene ſequitur, cùm id dicere poſſint, & non credere ex ſuis ſpecialibus rationibus, tum etiam, quia nullum diſcrimen reddi poteſt inter famam, & inter probationem auditus, in qua hæc opinio abſque dubio procedit, vt dixi citato in loco. 28

Sextò requiritur, quòd teſtes aſſerant, famam audiuiſſe à maiori parte ciuitatis, ſecundùm Bart. *in d. §. plurimum, num. 13.* Dec. *in d. cap. 1 num. 52. de appellat & in d. cap. veniens, num. 26 de teſt.* Villalob. *verb. Fama, num. 10.* Petra *d. quæſt. 13 num. 276.* Maſch *concl. 514. num. 1. & d. concl. 749. num. 22.* Surd *conſ. 472. num. 20. lib 4.* Barboſa *de canonic. cap. 13. num. 43.* & plures relati à Valençuel. *d. conſ. 91. num. 183.* veriorem vocat Zaball. *comm. quæſt. 10. num. 4.* & à Farin. *d. quæſt. 47 num. 217.* vbi in *num. ſeqq.* declamat, non ſufficere, ſi teſtes, deponant audiuiſſe à pluribus, quia hoc verificatur, ſi audierit à tribus, ſeu quatuor, qui famam non probant, cui adde Marc. Ant. Nattam *conſ. 170. num. 5. lib 1.* Zephal *conſ. 250. num. 11 tom. 2.* Hipol. Riminald *conſ. 222 num. 28. lib. 2.* & adductos ab ipſomet Farinac. *de teſt. quæſt. 69. num. 112. cum ſeqq. & in d. quæſt. 47. num. 218* At ſi nominatis duobus, vel tribus perſonis fidedignis, à quibus audierunt, & poſtea teſtes ſubdant publicè ab aliis audiuiſſe, plenè probant famam, ſecundùm Bart. *num. 23.* & Marſil. *55.* 29

verſ.

verſ. Et ideò teſtis debet nominare. in d.§. plurimum, cum adductis à Maſch. *d. concl.*749. *num* 17. & à Farinac. *d. quæſt.*47. *num.*234. Gracian. *diſcept. forenſ. tom.*2.*cap.*310. *num.*84. Immò in probatione maculæ, & infectæ deſcendentiæ, ſufficiet, ſi teſtes eam publicè in illa ciuitate audiuiſſe deponant: & ſemper à ſuis maioribus vſque nunc, & antea ab omnibus accepiſſe, atque receptum ſemper vidiſſe, ex quo, & ſufficienti teſtium numero probata manebit fama, & ſimul puritas, ſeu macula prætenſoris, & ſuæ familiæ, nec alia poterit congruentior inueniri probatio rei tam antiquæ, ſecundùm Accurſ. *per text. ibi in l.*1. *de probat.* Meneſes *in l. ædilibus. num.*5. *C. de ſeruit. & aqua.* Andr. Tiraq. *de nobilit. cap.*10. *num* 13. Hojeda multis relatis *de incompatibilit. cap.* 23. *ex num.* 140. Ioan. Garc. *gloſſ.*18. §.1. *num.*3. *& ſeqq.* Perezium de Lara *d. cap.*4. *num.*23. & quòd ſufficiat, ſi teſtes dicant, publicè, vel notoriè audiuiſſe, tenent Bald. *in cap. præterea, num.*10. *de teſt. & in cap. litteras, num.*2. *de præſumpt.* Salic. *in l. ea quidem, num.* 110. *&* 120. *C. de accuſat.* Corrad. *in pract. tit. de teſtib.* 3. *dicta teſtium aſſumendo, poſt num* 54. *verſ. Et hanc famam probari.* Iul. Clar. *in pract. §. fin. quæſt.*6. *num.*14. Maſcb. *concl.* 496. *num.* 19. *& concl.*749. *num.*4. *&* 5. Franc. Turçanus *in ſuis commun. opin.*43. *circa fin.* Pariſ. *conſ.*52. *in fin. vol.*3. Caputaquenſ. *deciſ.* 7. *num.* 1. *vol.*2. *& deciſ.* a89. *num.*1. *&* 2. *vol.*3. Farin. *d. quæſt.*47. *num.*217. *& ſeq. &* 236. *&* 257. *& ſeqq.* Et quod ita practicatur, nec ab hoc eſſe recedendum ex Maſch. *concl.*749. *num.* 5. teſtatur Graciao. *diſcept. for. tom.*1. *cap.*78. *num.*40. *& tom.*3. *cap.*597. *num.*15. *&* 16. Et licèt non deſiot, qui aſſerant, quòd teſtes famam probantes debent affirmare auditum à maiori populi parte, aliàs nihil probabunt, quos conſultò omitto, ſemper tamen obſeruatum vidi, quòd teſtes maculam auditam à ſuis maioribus, & ſemper ab omnibus accepiſſe aſſerant, efficiunt plenam probationem, in quo nullum mihi dubium eſt, nec plurimum hæſitandum.

30 Septimò intelligas velim, omnia prædicta, non quoad numerum, & probationem teſtium de fama, & communi reputatione deponentium, quàm quoad cætera requiſita, vt iudicum prudentiæ & arbitrio omnia relinquantur, qui ex circumſtantiis rerum, & qualitatibus perſonarum diiudicent fidem, quam teſtes merentur, & an fama probata maneat, ſecundùm Bart. *in l. proprietatis. C. de probat.* allegatum per Fel. *in d. cap. veniens, num.*11. *verſ. Quapropter non puto, & in cap. veritatis, in* 3. *col. verſ. Quærit.* Bart. *extra de dolo & contumacia.* Hip. de Marſil. *in d.§. plurimum, num.*108. *in fin.* Ducñas *reg* 301. *fallent.*1. Menoch. *de arbitr. iud. caſu* 261. *num.* 3. *lib.*1. *de præſumpt. quæſt.*89. *num.* 33. Maſch. *concl.* 753. *ſub num.*6. *verſ. Hac igitur opinio, & concl.* 754. *num.* 7. Farinac. *dict. quæſt.* 47. *num.*276.

31 Sed manet dubium, an ſuppoſito principali teſtium requiſito, nempe integritatis, & idoneitatis, & quòd ſint omni exceptione maiores, quia alias famam non probant, vt dixi, opus ſit, prædictas qualitates probare ſpecificè, an verò præſumptæ ſufficiant? & videtur, quòd probatio ſpecifica requiratur, cùm *in d. cap. qualiter & quando*, expreſsè requirantur prædictæ qualitates, & ideò probari ſpecificè debent, ex his quæ latè congeſſi ſuprà quæſt 8. §.2. & in caſu de quo loquimur probat Valençuela *conſ.* 92. *num.* 170. ad quod adducit Auend. *in diction. verb. Coſtumbre.*

*concl.*4. *in fin.* Mol. *de primog.* 4. *part. cap.*20. *num.* 1. Aceb. *in l.*6. *num.*14. *tit* 9. *lib.*3. *& in l.*1. *num.* 26. *tit* 7. *lib.*5. *recop.* Franch. *deciſ.* 644. *num.*2. Cornazan. *deciſ. Lucenſ.* 62. *num.*6. Pelaez *de maiorat.* 4. *part. quæſt.* 20. *num.*1. qui in hoc loco nihil de hoc dici poſtea verò *in quæſt.* 26. *num.* 32. multis probat, qualitatem requiſitam ſpecificè probari debere, & prædictam opinionem tuentur Dec. *in d. cap.*1. *num.*59. *de appellat.* & relati ab additionat. ibi, *lit A.* Ant. Gabr. *tit. de probat. concl.*11. *num.*6. Gracian. *diſcept. for.* 2. *tom. cap.*391 *num.*30. *& tom.*3. *cap.*537. *num.*18. Mol.2. *de primog. cap.*6. *num* 30. Menoch. 3. *præſumpt.*1. *num.*36. Aceb. 26. & Marienç. *gloſſ.*8. *num.*2. *&* 3. *in l.*1. *tit.*7. *lib.*5. *recop.* Gutierr. qui de communi teſtatur *de gabellis, quæſt.*163. *num.*9. *&* 10 & in ſpecie Zaballos *com. quæſt.*960. *ex num.* 110. Barboſa *de canon. cap.*13. *ſub num* 41. Zephal. *conſil.* 65. *num.* 53. *vol.* 1. *& conſil.*225. *num.* 53. *lib.*2. Maſch. *concl.* 222. *num.* 14. *& concl.*1360. *num.*7. Farinac. *d. quæſt.*47. *num.*211. vbi plores.

32 Contraria tamen ſententia in hac ſpecie verior mihi videtur, tum quia dum ita ſimpliciter prædicta requiritur qoalitas, vt non velut præcipua conſideretur, nec ratio deciſionis in ea conſiſtat, non eſt neceſſe ſpecificè articulari & probari, vt volunt allegati à Menoch. *lib.*6. *præſumpt* 92. *num.*9. tum quia reſpectu huius qualitatis nihil ſpeciale præter iuris regulas hoc in caſu introducitur, quod alias non ſubſtineretur, cum introductum ſit iure, quòd per teſtes fama probetur, & quòd illa in antiquis probet, nec in illo textu requirantur per modum conditionis idoneitas, & integritas teſtium, vt probat Narbona (quem in diuerſa ſpecie loquendo reieci ſuprà *quæſt.*6. § 6. *circa fin*) *in l.*82. *gloſ.*2. *à num.*10. *cum ſeqq. tit.*5. *lib.*2. *recop.* tum etiam, quia in famæ probatione ſpecialiter loquendo, ita receptum eſt per DD. quos refert, & ſequitur Farinac. *d. quæſt.* 47. *num.*48. *&* 162. vbi cum Baldo quamdam tradit diſtinctionem, & alteram *in num.* 212. *& ſeqq.* in his verò cauſis puritatis teſtes debent eſſe ex integrioribus, & commiſſarius verbaliter capiet informationem circa eorum qualitates, vt latiùs dixi ſuprà in d. quæſt.6. § 5. num.103. cum ſeqq.

33 Ex quibus ſequitur, quòd in præced. quæſt.9. §.4. num.25. & ſeqq. conſtitui, nempe quòd ſi teſtes deponant circa famam puritatis, vel maculæ, debet conſtare plenè de ipſa fama, tum quia teſtes aſſerunt, quòd prætenſor maculatus eſt apud plures, & debet hoc ex pluribus probari, vt paulò antea ex Donelo dixi, tum quia hac in ſpecie non tantùm teſtibus, quàm famæ, & communi reputationi, qua pro maculata habetur familia, fides adhibetur, vt ex dictis in præced. §. apertè cõſtat, & ita fama ritè & rectè probari debet.
34 † Tum etiam quia teſtium, & maculæ fundamentum eſt ipſa fama, & debet plenè probari, aliàs deficiet teſtimonij fides, *arg. l. nam origo.*8 *Quod vi, aut clam. l. egi.*26. *de except rei iud. l. ſed interdum.*15. *de aqu. & aq. pluu. arc. cap. veniens.*3. *de presbyt. non baptiz. cap. cum Paulus,*28.2. *quæſt.*7. Nauarr. *in cap. cum contingat. cauſa* 8. *num.*4. *de reſcript. & conſ.*15. *num* 1. *de regular.* Et eſt ratio, qua plores teſtes requiri ad famæ probationem ſuprà conſtitui, numero 24. aliter enim nec fama, nec qualitates manebunt probatæ, quia per famam ad cognitionem qualitatis peruenitur, & deficiente fama, deficere probationem qualitatis eſt neceſſe: ſin verò teſtes de particulare deponant maiorum auditu,

nihil efficiet defectus famæ, quia non eſt fundamentum intentionis, nec teſtimonij, & deficere nihil tollit, ſicut nec ponit ineſſe veri auditus, vt latiùs citato loco probaui, atque ita intelligo Hojed. *de incompatib. benef. cap.* 23. *num.* 141. & eſt videndus Greg. Lopez, qui *in l.* 8. *gloſſ.* 1. *in fin. tit* 9. *part.* 4. optimè & breuiter docet, quando famam cum auditu concurrere ſit neceſſe, & quando non.

35 Amplius enim aſſero, quòd probationes per famam, & per auditum concurrere ſimul poſſunt in eadem cauſa circa eamdem rem, velut ſi quidam teſtes deponant de ſpeciali maiorum ſuorum auditu, alij de publica voce & fama, vt apertè docent Maſch. *concl.* 753. *num.* 13. & Farinac. *dict. quæſt.* 47. *num.* 77. & 78. & ſi vtraque imperfecta fuerit probatio, coniungi poterunt teſtes ſimul ad plenam efficiendam probationem ex *l. Gallus.* 29. §. *ille caſus.* 15. *de lib. & poſth.* ad hoc communiter allegata per DD. adductos ab Ant. Gab. *lib.* 1. *tit. de probat. concluſ.* 1. Felin. *conſ.* 2. *num.* 17. *verſ. Primo adduco.* & probat Perezius de Lara in noſtra puritatis materia *in dict. cap* 4. *num.* 43. & 44. & *num.*
36 *fin.* † quia etſi regulariter receptum ſit, quod vt fama coniungi valeat cum aliis probationibus imperfectis ad plenè probandum, debet ipſa perfectè probari, aliàs nec coniungi, nec probare poterit, vt voluit Marſil. *in d.* §. *plurimum, num.* 112. *cum ſeqq.* & adductis à Pelaex *de maiorat.* 4. *part. quæſt.* 10. *num.* 208. Hip. Rimin. *conſ.* 363. *num.* 145. *vol.* 4. Laur. ab Occa *conſ. crim.* 60. *num.* 64. *vol.* 2. diuerſorum. hoc tamen debet intelligi, dum fama ad plenam non admittitur probationem, & agitur de re non difficilis probationis, quia cùm eo in caſu fama tantùm ſemiplenè probet, vt dixi in §. 2. ſuprà. Si non fuerit legitimè probata, erit imperfectiſſima probatio, & nec indicium efficiet, ita vt nec valeat coniungi cum aliis probationibus. Sed in ſpecie noſtra & in antiquis, in quibus plenè probat, & ſunt quaſi impoſſibilis probationis, vt dixit Perezius de Lara *in dict. cap.* 4. *num.* 43. & 44. & *num. fin.* aliud dicendum eſt, & fama coniungi poteſt cum aliis ad plenè probandum, vt de auditu dixerunt Dec. *conſil.* 14. *num.* 14. & Pariſ. *conſ.* 75. *num.* 20. *lib.* 1. & in immemoriali etiam dixit idem
37 Dec. *conſ.* 148. *num.* 5. † In qua plures conſiderationes, quæ aliàs imperfectiſſimæ eſſent, coniunguntur ad plenè probandum, ſecundùm Bald. *in cap. accedens, col.* 2. *vt lite non conteſt.* & *in conſ.* 136. *num.* 2. *lib.* 2. Rimin. *in l.* 2. *num.* 5. *C. de bon. poſſ. contra tab.* Neuizan. *conſ.* 27. *num.* 21. Barbac. *conſ.* 43. *col.* 2. *lib.* 1. & faciunt tradita per Mol. *lib.* 2. *de primog. cap.* 6. *num.* 2. & per Rebuff. *tract. de nominat. quæſt.* 11. *num.* 8. & per Nattam *conſ.* 235. *num.* 8. *lib.* 2.

38 Nec facit, quod hæc imperfectarum probationum coniunctio fieri non poteſt in cauſis arduis, & grauibus, prout ſunt hæ, in quibus de qualitatibus generis probandis agitur, ſecundùm Bald. *in dict. cap. veniens, col.* 1. *de teſt.* & Cacialup. *in l. admonendi, num.* 135. *de iureiur.* Ant. Gab. *lib.* 1. *com. opin. tit.* 1. *concl.* 1. *num.* 12. quos circa probationem nobilitatis adducit Pelaex *d.* 4. *part. quæſt.* 20. *num.* 201. quia non habet locum in his, quæ tam per antiquitatem, quàm ex ſua natura ſunt, non ſolùm difficilis, ſed quaſi impoſſibilis probationis, vt ſuprà & ſæpius dixi, maximè cùm agatur præcipuè de informandis animis iudicum, quod fieri poteſt ex imperfectis probationibus eorum arbitrio, vt ſpecificè probat Chriſtophor. de Paz *de tenuta* 1. *part. cap.* 32. *num.* 76.
& 78. † Et iudices in conferendis honoribus pu- 39
blicis ex ſcientia priuata, omiſſa publica, procedere poſſunt, & ſe informare ex circunſtantiis, quæ ſibi veræ videantur, licèt in iuris rigore non plenam efficient probationem, ſecundùm tradita per Silueſtr. *verb. iudex.* 2. *quæſito.* 5. Salon. *de iuſt.* 2. 2. *quæſt.* 67. *art.* 2. Sayr. *Claui reg. lib.* 12. *cap.* 8. *num.* 26. Mart. Bonacin. 2. *tom de iudicio publico, diſp.* 10. *quæſt.* 2. *punct.* 2. *num.* 7. quo omnis ceſſat difficultas.

Sed nihilominus iudices in iudicando ex im- 40
perfectis probationibus multa prudenter conſiderare debent, & ſimul alias circunſtantias inueſtigare, ex quibus rei veritas, aut magis veriſimile apparere valeat, quia agitur de re grauiſſima, ex qua magna, & irreparabilia proueniunt damna, & prædictæ generis qualitates maximè indiciis hominum expoſitæ ſunt, qui ex diuerſis affectionibus, & cauſis diuerſa ſentire ſolent, aliquando puritatem aſſerendo, vbi aperta circunſpicitur macula, aliquando verò labe infectas nobiliſſimas, & clariſſimas acclamando familias, vt ad aliud conſiderauit Petra *de fideicomm. quæſt.* 13. *num.* 82. & ad noſtrum propoſitum Hojeda *de incompatibilit. benefic. cap.* 23. *num.* 10. & 20. & alij adducti
per Valençuela *conſ.* 92. *num.* 87. † Hoc quidem 41
ex inimicitiis, & æmulationibus aliquando prouenit, vt quotidie vidimus, & etiam ex prauis hominum inclinationibus, qui honorem proximo tollendo ſe honorare putant, & etiam quod puriſſimum eſt maculare ſolent, *arg. text in cap. cum in cunctis* 52. 11. *quæſt.* 3. cum adductis ſuprà quæſt. 2. §. 6. Illud etiam ex aliis duabus cauſis prouenire ſolet, aut ex beneuolentia, & amicitia cum prætenſore, ſeu cum aliis ex ſua familia, quibus maculam veram tacent, & aperiunt puritatem falſam tamquam veram. † Aut 42
quia dicunt (vt non ſemel audiui) & quod magis eſt dolendum, affirmant, nullum peccatum, nec periurium falſam gignere aſſertionem, etiam iuratam ob bonum proximi, & eius honorem tuendum, in quibus certè omnibus ſpeciebus grauiſſimum interuenit peccatum: in prima quidem, dum proximi honor tollitur, & puritas indebitè maculatur, & labes generis falsò iureiurando aſſeritur, patet proximi iniuria, & damnum, ac per conſequens peccatum grauiſſimum, in quo nemo eſt, qui dubitet. In ſecunda verò ſpecie ſimiliter enorme peccatum, & periurium interueniunt, abſque vlla hæſitatione, nec dubio, licèt aliqui ignari, aut prauæ conſcientiæ contrarium credere oſtendant,
† cùm nullibi liceat ob totius mundi bonum, 43
nec ob propriam, nec proximi vtilitatem minimum mendacium, nec periurium committere, quia intrinſecè praua ſunt, ſecundùm D. Th. & communiter Theologos 2. 2. *quæſt.* 98. *art.* 1. & *quæſt.* 100. *art.* 3. & contraria aliquos recentiores tenet Martin. Bonacin. *ad* 8. *Decalogi precept. diſp.* 10. *quæſt. vn. punct.* 2. *ſub num* 1. *verſ. Ex quo patet.* † Et 44
quomodocunque deficiat in iureiurando veritas peccatum lethale conſtituit, vt Magiſt. *in* 3. *diſt.* 39. Soto *de iuſt. lib.* 8. *quæſt.* 2. *art.* 1. P. Suarez *de relig. lib.* 3. *de iuram. cap.* 2. *num.* 3. Sayr. *Clauis reg. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 7. & cæteri communiter, maximè in iuramento aſſertorio, in quo veritatis defectus ſemper, & indiſtinctè, & in quacumque materia,

ſiue

ſiue magna, ſiue leoi, ſiue mediocri, aut leuiſſima eſt peccatum mortale, & quidem grauiſſimum, cum directè aduerſetur præceptis decalogi primæ tabulæ, nempe ſecundo, de non aſſumendo nomen Dei in vanum; & per quod grauiſſima iniuria, quantum eſt ex parte iurantis, Deo fit, dum in teſtem falſitatis
45 adducitur; † quinimo etiam periurium iocoſum eſt peccatum mortale, dummodò interueniat actio deliberata, ex eodem D.Thom. *d.quæſt.*98. *art.*3. *ad* 2. Soto citato loco *art.*3. *concl.*2. Couarr. *lib.*1. *var. cap.*1. *num.* 2. *& in cap. quamuis.* 1. *part.* §.6. *num.*5. Sayro *Claui reg.* citato loco, & Suarez vbi ſuprà *cap.*4. *num.*5. P. Thom. Sanc. plures alios referens *in Decalog. lib.* 3. *cap.*4. *num.*6. *&* 7. ita vt in noſtra ſpecie ſciens maculam, & eam iureiurando negans ob proximi honorem Deo opprobrium, quantum in ſe eſt, quærit, & proximum honorando dehoneſtat ipſam Deitatem trahendo eam in teſtem falſi, quo nihil abominabilius, horribiliúſque ratio Chriſtia-
46 na dictat, & apertè docet; † quia & ſi aliquando bonum ex malo proueniat, nihilominus ſecundùm ius naturale & diuinum nec pro ſalute, nec proximi honore mendacium proferendum eſt, vt *in cap. ne quis arbitretur,* 14.22. *quæſt.*2. optimus quidem eſt text. *in cap. primum.*8. eiuſdem cauſæ, & quæſtionis, per totum, maximè *in* §. *non eſt igitur mentiendum,* vbi ita hoc decidi expreſsè videtur, & ratione demonſtrat *text in cap. quiſquis.*80. *verſ. Vterque,* 11 *quæſt.*3. & ſi commodum ex falſitate ſequatur, velut damnoſa iure punitur, vt *in cap. relegentes,*45. vbi *gloſ.*1. 23. *quæſt.*5. & ideò D.Aug. *in lib. de conflict. vitior. & virt.* vt refertur *in cap. nec artificioſè.* 13.22. *quæſt.*2. dixit, quomodolibet quis mentitur occidit animam, & ſuprà Pſalmos benè in noſtro propoſito conſulit his verbis, *Perfectis non conuenit mentiri, nec pro temporali vita cuius morte, ſua vel alterius occiditur anima, licet autem ſi non falſum dicere, verum tacere, vt ſi quis non vult hominem ad mortem perdere verum taceat, ſed non falſum dicat, ne pro corpore alterius animam ſuam occidat,* cui etiam conuenit D. Bernard. ſuprà Matth. *Si propter* (inquit) *timorem mortis tacere veritatem impietas eſt, quomodo non eſt maior impietas propter miſerum ventrem, & honoris vani ſpem tacere veritatem? videtur meliorem facere gratiam panis, & honoris, quàm gloriam veritatis.* Similiter pro alterius honore propriam animam occidere nemo debet, facit, quod tradit Peña *in direct.* 3. *part. comm.*122. *col.*5. *verſ. Par ratio eorum,* & in terminis ita docet P. Ant. Ferdinandez à Corduba *en ſu inſtrucion de confeſſores.* 3. *part. docum.*1. *ſub num.*5 *in fine,*
48 *fol.*212. in nouiſſima impreſſione. † Etenim dicere, quod eſt licitum maculam veram proximi tacere, & cum mendacio falſam puritatem ob eius honorem iureiurando exponere, abſque peccato, hæreticum eſſe iudico, cùm ex diametro ſe opponat ſecundo Decalogi præcepto, de non aſſumendo nomen Dei in vanum, & octauo iunctis traditis à D.Thom. 2.2. *d.quæſt.*100. *art.*3. & per Matt. Bonac. 2. *tom. in Decalog. diſp.* 10 *quæſt. vn. punct.*2. *num.*1. *verſ. Ex quo patet, pag. mihi.* 279. optimè Delrius *diſquiſit. mag. lib.*5. *ſect.*10. in quo nullum dubium eſſe mihi videtur. Et ſi mendacium excludat aliqua amphibologia in mente retenta, cùm abeſt iuſta cauſa ex omnium ore conſtituit lethale peccatum, & dicere contrarium erroneum eſſe, aut ſaltim temerarium, ad ea, quæ diximus ſuprà quæſt. 9. §. 1. per totum.

Quæ etſi noſtram principalem quæſtionem parum attingere videantur ex duplici tamen ratione illa hîc inſerui. Prima, quia ſæpius intellexi errorem prædictum apud nonnullos receptum, & frequenter obſeruatum fuiſſe, quibus & ſuis conſcientiis conſulere ex prædictis decreui, vt eiiciant ignorantiam, ſi vlla eſt, potiùs quàm malignitas, & ſuas animas à peccato intactas hac in parte ſeruent. Secunda, vt animaduertam, quàm de facili homines ad aſſerendam puritatem, aut maculam falsò dimoueantur, vt iudices cautè in earum diiudicatione ex fama, & communi reputatione procedant, ne per falſam, ſeu mendacem famam macularum purum dicant, nec impurum qui ex puris parentibus originem trahit.

---

§. V.

De praxi iudicandi per famas contrarias.

SVMMARIVM.

1 *Teſtibus de contrariis famis eiuſdem rei loquentibus qui præferantur oſtenditur,* num. ſeqq.

2 *Natura famæ eſt, vniformem eſſe, non variam, nec contrariam.*

Ignorantia rei publicæ, & omnibus communis non præſumitur, ibidem, & num. 31.

4 *Teſtes ſi dicant neſcire famam publicam reprobant, & efficiunt ſuſpecta contraria teſtimonia.*

4 *Fama contraria ſicut cætera probationes inuicem confunduntur, & eliduntur,* & num. 5.

Niſi maior ſit ratio pro vna, quàm pro altera, num. 6. *Vel ſit adquiſita poſſeſſio vnius,* num. 7.

Vel ſit pro eo maior veriſimilitudo, aut præſumptio, num. 8.

9 *Teſtes præferendi in probatione famæ, qui magis digni, fidedigni, & maiori ſint muniti ratione, etſi pauciores exiſtant,* num. 10.

Alias æquales numero plures præferuntur, num. 13.

Et qui præferantur an qui ſunt pro puritate, an qui pro macula, num. 17. & ſeqq.

14 *Qualitas quæ pro ſe habet præſumptionem faciliùs probatur.*

15 *Nobilitas iure non præſumitur, & quibus probetur.*

Macula debet probari validiſsimis probationibus, ibid.

16 *Fama antiquior præferenda. Teſtes deponentes de fama per verbum eſt, non probant,* ibid.

17 *Teſtes pro macula cæteris pro puritate an præferantur, explicatur,* num. ſeqq. *Firmantes puritatem magis ſpecificè non loquuntur,* num. 18.

19 *Tempus ex quo macula familiarum Hiſpaniæ derivatur propinquius eſt memoria hominum quàm tempus puritatis*, & num.20.

20 *Teſtes puritatem firmantes de re agunt remota, & antiquiſſima, firmantes verò maculam de propinquiori, & magis ſpeciali*, num.21. *Si numero pauciores exiſtant, ſufficientes tamen ad probandum arbitrio iudicum, quibus hoc iudicandum relinquitur, circa maculam cæteris præferuntur*, num. 22. & 23. *Niſi ſpecialibus rationibus per plures reprobentur*, num.24. *Etiamſi poſitiuam aſſerant cæteri puritatem*, num.25. *explicatur*, num.26.

26 *Macula familiæ apud partem populi conſiderabilem ad repellendum ſufficit ex noſtris ſtatutis.*

27 *Probatio qualitatum generis neceſſe non eſt, quòd ſit vniformis, & omnino conſtans.*

28 *Qualitates ſanguinis velut accidentales conſiderantur, & inuiſibiles*, & num.30. *Et ideò probari ſine contrarietate perdifficile eſt*, num.30.

31 *Stabilitas, & vniuerſitas famæ requiritur in recenti facto, ſecus in antiquo.*

32 *Scientia non præſumitur in factis antiquis.*

33 *Memoria hominum infirma, & labilis.*

34 *Diſcrimen eſt inter probationem in nobilitatis, & macula, & qualis*, num.35.

36 *Teſtes plures pro nobilitate cæteris præferuntur.*

37 *Opinio communis excuſationem in vtroque foro præſtat.*

Statutum de lege loquens verificatur in communi opinione, corrigens communem opinionem correctorium non declaratorium dicitur, ibid.

1 AT nunc perutiliter, ac neceſſariò agendum
eſt de quotidiano dubio, quid ſit iudican-
dum, dum ſimul ſunt teſtes de publica fama
macula, & alij de fama puritatis eiuſdem fami-
liæ, & quibus præſtantior ſit adhibenda fides?
quod non omnino conuenit cum eo, de quo
acturi ſumus infra 2. part. quæſt. fin. §.3. per to-
tum, circa teſtes contrarios in puritatis infor-
mationibus, quia hæc contrarietas euenire poteſt
ex diuerſis cauſis præter famam, de qua ſpecia-
liter hîc erit diſcutiendum, & in citato loco
de cæteris generaliter videbimus, licèt vtrum-
que magnam inter ſe affinitatem habeat, & in
vnum quaſi incidat. Et in primis quid de iure com-
muni ſit conſtitutum, videamus, & poſtea an ſit ſpe-
ciale aliquid ex natura harum cauſarum circa hoc
diſcutiemus.

2 Et in primis conſtituendum eſt, quòd natura
famæ, & communis opinionis eſt, vniformita-
tem habere, & non varia, nec contraria eſſe,
vt aliquid probet, & dixi ſuprà in præced. §. ex
num.6. dum verò ſunt contrarij teſtes, euertunt
omnino eius fidem, quia præſumitur quòd ſi
vera eſſet, eam non ignorarent, cùm non præ-
ſumatur ignorantia rei publicæ, & quæ omni-
bus nota eſſe præſupponitur, ex ratione *text. in
l. regula, 9. §. ſed facti. 2. de iur. & facti ignor.
cap. 1. de poſtulat. Prælat. cap. cum illorum. 32. de
ſent. excomm. gloſſ. in l. ſi tutor. 5. C. de peric. tu-
tor.* tenent communiter omnes, quos referunt
Farinac. *d. quæſt. 47. num. 171.* & Auguſt. Barboſa
Axioma 113. ſub num. 6. pag. 73. † Immò, & ſi 3
eam teſtes non directè contradicant, ſed non ſci-
re, nec eam audiuiſſe aſſerant, famam, & eius
fidem reprobant, ex reddita ratione, ſecundùm
Burſat. *conſ. 216. num. 79. lib. 2.* Aym. Craueta
conſ. 57. num. 9. in fin. verſ. Tertio reſpondeo. & te-
ſtium dicta pro fama ſuſpecta plurimùm manent,
ſecundùm Dec. *in cap. 1. num. 51. de appellat. & in
d. cap. veniens, num. 30. de teſt.* & adducta per Nattam
conſ. 672. num. 40.

Vnde apud omnes communiter conſtitutum 4
eſt, quòd famæ contrariæ inuicem confundun-
tur, & fidem euertunt, cùm non ſit maior ra-
tio, qua vni credatur, quàm alteri, vt nota-
tur *in l. ob carmen. 21. §. fin. de teſt. & in cap.
noſtra. eod. tit.* ſecundùm Bart. *in dict. l. de mino-
re, §. plurimum. num. 25.* vbi Alexand. *in addit. ſub
num. 19. lit. A. de quæſt.* Bald. *in l. ea quidem. num.
54. C. de accuſat.* Maſch. *de probat. concluſ. 235.
num. 4.* Rol. à Valle *conſ. 3. num. 58. & 59. lib. 1.*
Pariſ. *conſ. 67. num. 107. lib. 3.* Burſat. *conſ. 20. num.
27. & ſeq. lib. 1. & conſ. 132. num. 4. vol. 3.* Ze-
phal. *conſ. 65. num. 54. lib. 1.* ſicut hoc verius eſt
in qualibet alia probatione, quæ æquali nume-
ro & potentia contraria extat, ſecundùm Franc.
Duar. contra alios communiter *diſp. anniuerſ. lib. 2.
diſp. 33. & in comment. ad tit. de iureiur. cap. 30.
& in poſteriori parte, cap. 7. verſ. Alterum eſt ab-
ſurdum, & ad tit. de arbitr. ad fin. principij verſ.
Diximus iuſiurandum deferri, fol. mihi, 162.* Hug.
Donel. *lib. 24. comm. cap. 19. num. 5.* (reiectum ta-
men quoad hoc à Petro VVeſembec. *conſ. 28.
num. 7.*) Ant. Fab. *de error. pragm. lib. 19. errore 1.*
quibus adſtipulatur Corradius in *contextu l. admo-
nendi, num. 62. de iureiur.* latè Oſuald. Illiger.
ad Donel. *lib. 24. d. cap. 19. lit. Q. pag. mihi, 1274.*

Dixi, *cum non eſt maior ratio*, quia adeſſe poterit, 5
qua vna alteri præferatur, & habeatur in fide potior,
quod eſſe poteſt, aut ex natura rei, de qua fama con-
ſtituitur, aut ratione teſtium, & dictorum, ratione
quidem rei, fama præfertur, dum pro illa adeſt iuris
præſumptio, *l. inter pares, 38. de re iud. l. merito. 51. Pro
ſocio*, cum ſimilibus Card. Alban. *in l. teſtium. §. eiuſ-
dem, num. 6. de teſt.* Hier. de Monte *de fin. regund. cap. 55.
num. 19.* Roman. *conſ. 241. num. 2. cum ſeqq.* & Burſat.
conſ. 98. num. 17. tom. 1. cum adducendis infra 2. part.
quæſt. fin. §. 2. reg. 11. & in materia puritatis lo-
quendo, famam pro puritate generis eſſe præfe-
rendam probat Valençuela *conſ. 90. num. 214.* vbi
ad hoc adducit Hojed. *de incompatibilit. benefic.
1. part. cap. 23. num. 141. & ſeqq.* † Et idem eſt, dum 6
adeſt poſſeſſio adquiſita pro aliqua ex duobus
famis, quæ omnino præferri debet, ratione poſ-
ſeſſionis, quæ verum dominium facit præſume-
re, *l. bonæ fidei, 48. de adquir. rer. dom. l. bona,
178. de re iud. l. 2. C. de probat. l. certum, 22. C. de
rei vendic. l. circa. 14.* vbi bonus text. *de probat*, &
faciunt quæ dixi ſuprà in præced. quæſt. §. 4. ex
num. 56. cum ſeqq. circa probationem auditus. † Et 7
ſimiliter quæ maiori veriſimilitudine, & validioribus
nititur præſumptionibus, omnino præferri debet,
ſecundùm Bald. *in cap. 1. § fin. Qui feud. dari poſ.* Fel. *in
c. cum oporteat. n. 5. de accuſat.* Alex. *conſ. 88. lib. 7.* Anch.
conſ.

*conſ.*225.*num.*6. Burſat.*conſ.*98.*num.*17.*vol.* 1. cum aliis apud Morot *reſp.*29.*num.*24. & *reſp.*34.*num.*10. & cæteri communiter.

9 Ratione quidem teſtium, & dictorum multa conſideranda ſunt, quorum plura in præced.§.congeſſi, nec hîc repetere licet, niſi ea, quæ magis ad rem noſtram pertineant. Primò debet attendi dignitas, & maior teſtium fides, & rationes ſuarum depoſitionum, vt dixit Batt.*in d.l.de minore, §.plurimum,n.*26. *de quæſt.* Salic.*in l.ea quidem*, *col.*17.*de accuſat* præferendo eos, qui maiori veriſimilitudine nituntur, vt *in cap.licet cauſam*,9.*de probat.* Marc.Ant. Natta *conſ.* 473.*num.*20. & Gozzad. *conſ.*8 *num.*46. & qui digniores fuerint, & maiorem mereantur fidem. Salic.citato loco,*num.*128. Dec. *in cap.*1.*num.*61. *de appellat* Maſc.*de probat.concl.*750. *num.*1. Hier. de Monte *de fin.regund. cap.*55. *num.*10. & 17. Hip. Rimio. *concl.*218.*num* 49.*vol.*2.

10 Secundò, in tantum digniores teſtes, & veriſimiliores ratione præferendi ſunt, vt etiamſi pauciores numero ſint, a iudicibus ſequi oporteat, *ex l.ob carmen.*21. §.*fin. verſ. Non etiam ad multitudinem*, *de teſt.l.*4.*verſ. Exreer a los dichos,tit* 16.*part.*3.Ant.Gab. *lib.*1.*tit.de teſt.concl* 4.*num.*30.& 35. Batt.*in d.§.plurimum,num.*26. vbi etiam Hip.de Marſil.*num.*99.Bald. *in cap dilectus,num.*1.*de appellat.* Abb.*in cap.cum oporteat,num.*11.*de accuſat.*Natta *conſ.*473. *num.*23. atque ita fuit reſolutum per Rotam apud Seraphin. *deciſ.* 1482.*num.*1.& 3. 2.*part,col.*577.

11 Tertiò, prædicta etiam locum habent, dum in diuerſis locis diuerſæ ſunt famæ eiuſdem rei, nam illius loci fama ſequenda eſt, quæ melioribus rationibus, adminiculis, & dignioribus fuerit munita teſtibus, vt voluit Batt.*num.*28. Marſil.62. citato in loco, Salic.*in d.l.ea quidem, num.*128. Io. Maſch. *in d.concl.* 750.*num.*7.Sed hoc intelligendum puto, ni aliqua ſit ſpecialis ratio, qua magis credi debeat fama vnius loci, quàm alterius, nam loquendo in noſtra puritatis materia, fama originis præferri debet, vt de teſtibus loquendo dixi ſupra quæſt,6.§.3.Farinac. *dict. quæſt.*47.*num.*169.

12 Quartò, fama poſterior tollit priorem, quia cenſetur melius conſiderata, & magis conſona rationi, quia primam vincit, ex *text.in l.qui bona.*13. §.*ſi quis ſtipulatus.*11.*de damn. infect. l.*2.*Quis ordo in poſſ.ſeru.* Batt.*in d.§.plurimum,num.*17.Ant.Gab.*tit.de teſt.concl.* 4.*num.*25. *verſ.Et nota.* Maſch. *de probat. concl.*235. *num.*4. & *d.concl.*750. *num.*2. cum aliis adductis per Farinac.*d.quæſt.*47.*num.*165.

13 Quintò, ſi teſtes in dignitate, & ratione æquales exiſtant, qui ſunt plures numero præferri debent, & fama ab eis aſſerta eſt potior habenda ſecundum Batt.*num.*16.& Marſ.99.*in d.§.plurimum.* Abb.*in cap. cum oporteat.num.*11.*de accuſat* Carol. Ruyn.*conſ.*14. *num.*13.*lib.*4. Gozadin. *conſ.*13.*num.*40. per quos ita cenſuit Rota apud Seraphin.*in d. deciſ.*1482.*num.*2. *part.*2. *col* 577. pro quibus facit, quod tradidimus infrà 2.part.quæſt.fin.§.1.reg.10. loquendo de teſtibus, ſed prædicti DD. loquuntur ſpeciatim in famæ probatione.

14 Quæ generaliter in omnibus cauſis, de quarum probatione per famam agitur locum iure habent, & iudices debent ex eis iudicare. Et ſimiliter in cauſis puritatis locum obtinent, aliquibus ex prædictis regulis exceptis, quæ ex peculiari ratione in eis non admittuntur, nec attendi, eſt in tribunalibus conſuetum: de quibus nunc erit agendum. Sed quidem prius cõſtituendum eſt, quod plurimum intereſt, an qualitas, quæ probari intenditur, habeat pro ſe iuris præſumptionem, an non, vt ſuperiùs probaui, quia ſi præſumatur à iure, erit contenta minori probatione: ſi verò non habeat pro ſe iuris præſumptionem, maiori eget probatione, † vt exemplũ habemus in nobi- 15
litate, quæ iure non præſumitur, & ideò ad eius probationem non ſufficiunt duo teſtes, ſecundùm Ioan. Garc.*de nobilit. gloſſ.*2. §.1 *num.*18. & *ſeq.* & *gloſſ.*12 *num.*52. & *gloſſ.*15. *num.*1. & 2. dicentem fortiores probationes requiri contra fiſcum, leniores pro fiſco, qui nititur iuris præſumptione, quæ pro ignobilitate eſt. Et quòd ex hac ratione ad probandum nobilitatem requirantur ſaltim quatuor teſtes, probant Iaſſ. *in l.ſciendum*, *num.* 10 *de verbor.* Menoch *de præſumpt.lib* 1.*quæſt.*31. *num.*9. Fulu. Paciano *de probat cap.*51.*num.*18.Dec.*conſ.*150.Rimin.*conſ.*52.*num.*129. & *conſ.*53.*num.*16.& poſt omnes Pelaez *de maior.at* 4 *part.quæſt.*20.*num.*200.& *ſeqq.* & idem dicendum eſſet de macula, quæ ſecundum quoſdam non præſumitur, & debet probari validiſſimis probationibus, vt ſpecificè per text. *in l.de minore.*10. §.*plurimum* 5. *de quæſt.*probat Valençuel.*conſ.*90. *n.*179. vbi agit de mala fama generis, poſtea verò plura ſunt conſideranda, quorum nunc tantùm referam, quæ ad famam pertinent, cætera verò infra in 2 part.quæſt.fin.§.2. & ſeqq.latiùs dicam, & proponam.

Primò, quòd in cauſis puritatis illa fama præfe- 16
renda eſt, quæ antiquior fuerit contra quartam rationem ſuprà poſitam, quia magis accedit origini ipſius rei, & maiorem continet veriſimilitudinem, & fidem meretur, ſicut antiquiores teſtes præſumuntur melius ſcire res ſuo in tempore geſtas, quàm iuniores, quam tuentur Batt. *in l.ſed & ſi lege*, §. *de eo autem*, *num.* 2. *de petit hæred.* Alex. *ad eund.* Batt. *in dict.* §. *plurimum*, *num.* 19. *lit. D.* Maſch. *de probat. concl.* 235. *num.* 4. Fulu. Pacian. *eod. tract. lib.* 1. *cap.* 50. *num.* 81. Ioan. Gutierr. *conſ.*35. *num.*27. Farinac. qui plures allegat, & diſtinctiones adhibet *in d. quæſt.*47. *num.*168. *cum ſeqq.* quæ opinio in noſtra ſpecie mihi verior videtur, licèt ab aliquibus generaliter loquendo non probetur, de quo latiùs infrà 2. part. quæſt.9. §.2.reg.7. & ideò teſtes qui de fama deponunt per verbum præſentis temporis tantùm, & non de præterito, non probant, ſicut nec recens fama, quam aſſerunt ex Phil.Corn.*conſ.*198.*ſub num.*12 *lib.*2. Caputaquenſ. *deciſ.*9.*part.*2.Alex.Ludouiſ.*deciſ.*498.*num.*12.

Secundò conſtituendum eſt, non eſſe veram opi- 17
nionem illorum, qui malunt teſtes pro puritate præferri aſſerentibus maculam, quia magis ſpecificè loquuntur, & ſe conformant cum iuris præſumptione, quam putant eſſe pro puritate, inter quos ſunt Hojeda *de incompatib. benef.cap.*23.*num.*142. & *ſeqq.* Valençuela *conſ.*90.*num.*50.& 84 & ex his D.Ioan.del Caſtillo *controuerſ.iur.lib.*5.*tom.*6. 2.*part.cap.*123.*ſub num.*17. quia præſumptionem puritatis negauimus cum verioribus rationibus, & fundamentis ſuprà q.8. §.3. & licèt daretur prædicta puritatis præſumptio, nullum poſſet operari effectum, vbi ſunt ſtricta puritatis ſtatuta, ex quibus omnino reiicitur, vt ibi
probauimus. † Nec quidem teſtes puritatem firman- 18
tes magis ſpecificè loquuntur, quàm teſtantes maculam, vt Hojeda voluit citato in loco, quia verè contra eſt veritas, cùm maculam aſſerentes de re propinquiori, & magis ſpeciali deponant, quàm cæteri, ſiquidem puritas prouenit ex omnibus indiſtinctè aſcendentibus, etiam in infinitum, ſaltim reſpectu memoriæ hominum, macula verò oritur ab ſpeciali delicto aſcendentium a fide Catholica deuiantium, ſeu
à nouiter conuerſo ad fidem, † quod in noſtra Hiſpa- 19
nia excedere non poteſt metas 136. annorum, quo tẽpore expulſi ab ea Iudæi fuerunt, vt dixi ſupra q.9. §.2. in princ. quod tempus propinquius eſt hominum memoriæ, quàm illud, in quo Hiſpani omnes

fuerunt conuerſi ad fidem per D. Iacobum, cum
diſter. 1593. annis, prout dixi ſuprà quæſt.8.
20 §.1.in fin. † à quo præſumptio puritatis, quam
prædicti volunt deriuatur, & teſtes puritatem te-
ſtantes rem longiſſimam, & remotiſſimam di-
cunt, quæ ſi ita longi temporis non eſſet, ta-
lis vt requiritur, non exiſteret, quia puritas pro-
uenit ab omnibus aſcendentibus, etiam antiquiſ-
ſimis indiſtinctè, macula verò ab vno, vel plu-
ribus eorum, & ſic à propinquiori tempore, &
cauſa, & oritur ex magis ſpeciali facto, nempe à
receſſu à fide catholica, ſeu ab obſeruatione legis
Moyſi, aut Mahometi, aut hæreticorum, quæ in
tempore, & in ſpecie magis adhæret memoriæ ho-
minum, quàm puritas, quæ à continuata, & indefini-
ta fidei obſeruatione deriuatur, atque ita adhære-
21 re memoriæ hominum non ita certè poteſt. † Vn-
de prouenit, quod teſtes maculam firmantes te-
ſtantur rem magis propinquam, & prouenien-
tem ab ſpecialiori cauſa, quæ melius eſſe poteſt in
memoria hominum, quàm teſtes, qui puritatem
firmant, quæ eſt magis indefinita, & imperceptí-
bilis intellectu, & ideò qui maculam afferunt præ-
ferri cæteris debent, ex eadem ratione, qua ni-
titur Hojeda pro ſua contraria opinione, de quo
latiùs agam infrà 2. part. quæſt.vlt. §. 3. & ex eo-
dem ſequitur, quòd fama maculæ debet præferri
alteri, quæ pro puritate eſt, & ſic practica-
tur in omnibus tribunalibus, in quibus degunt pu-
ritatis ſtatuta, dummodò concurrant aliqua ſpecialia,
de quibus in citato loco.

22 Tertiò, ſi fuerint teſtes etiam numero pauciores,
ſed arbitrio iudicum ſufficientes ad probandum, &
maculam familiæ per publicam aſſerant famam
& reputationem, etiamſi alij extent, qui puritatem
eiuſdem familiæ per eamdem famæ rationem affe-
rant, illi de macula præferendi ſunt cæteris, dummo-
dò in rationibus ſpecialibus reprobati non maneant
per alios numero plures, quia de re magis ſpeciali
deponunt, & quæ hominum memoriæ magis adhæ-
ret, & ideò pleniorem merentur fidem, vt dixi in præ-
cedenti ratione, & ſic intelligere volo Perezium de
Lara *in d. cap.4. à num.60.* ſequutum per Chriſtoph.
de Paz *in tract. de tenuta.* 1.*p.cap.*32.*à num* 76.

23 Dixi, *arbitrio iudicum ſufficientes*, nam non quælibet
maculæ aſſertio etiam per publicam famam ſemper
ſufficiens cenſenda eſt ad declarandum maculam
prætenſoris; ſed dum ex numero, & teſtium
fide, rationibus, & veriſimilitudine, quas affe-
runt, ſeu aliter concurrunt, iudices pro ſuo pru-
dentiæ arbitrio, & conſcientia poſſunt deliberare,
an plenam teſtes efficiant fidem, & probatio-
nem; quæ eſt regula magis certa, quàm ex iu-
re in ſimili ſpecie tradi poteſt, cùm totum hoc
arbitrio iudicum relinquatur ob diuerſitatem re-
rum, & qualitatum, quæ interuenire ſolent in
ſimilibus cauſis, nec ſinunt, quid certum conſtitui,
vt iure paſſim probatur, & nos diximus in pluribus
huius tractatus locis.

24 Dixi etiam, *dummodò in rationibus ſpecialibus
reprobati non maneant*, quia ſi teſtes, qui maculam
afferunt per publicam famam, in eius compro-
bationem alias ſpeciales adducant rationes, velu-
ti certam deſcendentiam, parentelam, filiatio-
nem, aut conſanguinitatem, aut aliam quamlibet
ſpecialitatem, quam veram non exiſtere, cæteri
plures melioribus oſtendant rationibus, & ſimul
puritatem publice notam dicant, hi cæteris præ-
ferendi ſunt, quia eos reprobant in ſuis rationibus
ſpecialibus, quæ generalibus ſunt potiores, dum-
modò ſubſtantiales, & fundamentum ſint aſſertæ
maculæ, aliàs ſi tantùm acceſſoriæ fuerint, & ex
eis macula præcipuè non inducatur, non ſunt in
conſideratione, nec ideò, quòd ab aliis in hoc re-
probentur, amittent fidem in principali, in quo in-
tacti manent, nec quidem fama maculæ, etiam
adducta per pauciores teſtes ad probandum ſuf-
ficientes reprobata dici debet per alios, qui ex
contraria fama puritatem aſſerant abſque alia ra-
tione, quia ex ſuprà reddita hi ſuccumbere de-
bent, cùm de re magis generali, & imperceptibili
deponant, vt dixi.

Nec facit, quòd regulariter loquendo, teſtes, 25
qui famam puritatis adducunt, ſimpliciter non
ſolùm prætenſorem dicere purum, ſed poſitiuè,
nempe habitum communiter ab omnibus pro ta-
li, & ita audiuiſſe à maioribus, & antiquioribus
ſuis, & contrarium numquam dictum, nec audi-
tum intellexiſſe, ex quo videtur, quòd cæteri
contrarij teſtes, etiam in fama reprobati maneant
per poſitionem illam ſpecialem, & conſtantem ſal-
tim ex plurium aſſertione. † Quia in terminis ſta- 16
tutorum puritatis, de quibus loquimur, ſufficit,
quòd familia habita ſit pro maculata apud partem
populi conſiderabilem, vt prohibitio inducta per
eadem ſtatuta locum habeat, cum loquantur non
ſolùm de vera macula, ſed etiam de audita, &
recepta apud proboa, & honeſtos viros, & ſi
ſint alij, qui ſentiant contrarium. Præterea quod
experientia docuit, teſtes facilè poſitiuam aſſere-
re puritatem, eo tantùm, quòd maculam non
audierint, ſiue quam ſciunt, volunt ſupprimere
ob amicitiam, ſau ob aliam cauſam, vt dixi in
§. præced. verſ. Sed nihilominus, ex num. 40. do
quo non plurimùm curandum eſt, ſi ſit macula
ſufficienter per alios teſtes, & rationes probata,
vt manet dictum, & latiùs dicam infrà 2.part.quæſt.
fin.§.3.per totum.

Quartò animaduertere eſt neceſſe, quòd in pro- 27
batione qualitatum generis non eſt inſpiciendum,
quòd in teſtibus circa famam qualitatum ſangui-
nis ſit omnimoda vniformitas, & conſtantia abſ-
que contrarietate, nec varietate vlla, vt iure
generaliter requiritur in probatione famæ, vt dixi
ſuprà in hoc eod. §. ex num. 2. & in nobilitate lo-
quendo dixerunt Ioan. Garc. *de nobilit. gloſſ.*18.§.1.
*num.*13. & Ioan. Gutierr. *lib.*3.*pract.quæſt.*10.*num.*16.
† quia prædictæ qualitates puritatis, & maculæ 28
velut accidentia conſiderantur, & quidem inui-
ſibilia, & nullo actu extrinſeco viſibili, neque
vlla nota, aut ſignaculo exteriori diſcernuntur ab
aliis contrariis qualitatibus, vt benè conſiderauit
Ioan. Gutierr. citato loco *num.*17. & Maſch. *concl.*
1090. & alij penes Menoch. *lib. 6. præſumpt.*60.
num 4. nec percipi, nec agnoſci ab omnibus vni-
formiter eſt poſſibile, maximè cùm proueniant à
facto antiquo maiorum quod notum eſſe non po-
teſt omnibus, qui nunc vitam agunt, vt ſtatim latiùs
dicam. † Et ideò expoſitæ ſunt diuerſis hominum iu- 29
diciis, nec probari poſſunt omnino abſque contrarie-
tate, & diuerſitate vlla, maximè macula, circa quam
plerumque contrarietas inuenitur. nam puritas plu-
ries vniformiter probatur, vt quondie vidimus; &
ideò difficillimum eſt; & rarò vidimus, quòd macula
generis ita conſtanter, & inconcuſsè probetur, vt in
aliquo non labefactetur, & inde prouenit, quòd eius
probatio contraria, & varia plerumque exiſtit,
† quia eſt attributum accidentale, inuiſibile in nulla 30
reſidens parte corporis ſenſitiua, nec exteriori
viſibili, vt ex Batt. *in l.*1. *num.*62. *&* 71. *C. de di-
gnit. lib.*12. Chaſſan. *conſ.*64.*num.*9. probat And. Ti-
raq. *de nobilit. c.*10.*n.*13. & Io. Gutier. citato loco *n.*16.
&

& ſi in huius qualitatis probatione vniformitas
in teſtibus præcisè requireretur, quaſi impoſſibilis
eſſet eius probatio, & diſpoſitio ſtatutorum rarò ex
eius defectu locum habere poſſet, vt etiam dixi in §.
præced. n. 8.
31 Etſi enim iure ſtabilitas, & vniformitas in fama
requiratur, intelligi oportet in caſu recenti, & no-
tabili publico, velut homicidij, ſeu alterius grauiſ-
ſimi delicti, aut euentus, quorum, ſi adſit publicitas,
& fama, notitia apud omnes eſſe, præſumitur, & varie-
tas, ſeu contrarietas fidem tollit ex ratione *text. in l.
regula 9. §. ſed ſi facti, de iur. & fac. ignor.* ex addu-
ctis ſuprà ſub num. 2. & notabiliter ex pluribus ex-
32 ponita Farin. *d. quæſt. 47. num. 170. & ſeq.* † At in fa-
ctis antiquis, quæ oculis non patent, nec apertè
omnibus conſtant, vt ſunt ſanguinis qualitates, quæ
ab antiquiſſimis progenitoribus proueniunt, ſcien-
tia communis non præſumitur, ſed potiùs obliuio,
& ignorantia, vt alibi dixi, & probaui, & con-
ſtat ex *text. in leg. hoc iure 3. §. ductus aquæ 4. de
aqua quotid. & l. ſi id quod 25. in princip. de adquir.
poſſ.* multa tradit Ioſ. Maſch. *de probat. concluſ.* 1127.
num. 1. Acebed. *in l. 14. num. 16. tit. 4. lib. 4. recop.* Petra
de fideicom. quæſt. 12. *num.* 855. & 878. Menoch. *lib. 6.
præſumpt.* 32. *num.* 1. Auend. *de exeq. mand. 2. part. cap.
1. num.* 29. Franc. Mantica *de coniect. vlt. vol. lib. 2.
tit. 5. num.* 13. Sim. de Prettis *eod tract. lib 4. dub. 9.
33 nu.* 12. † quia hominum memoria infirma, & labilis
eſt, vt *in leg. peregrè 44. in princ. de poſſ.* & aliis ad-
ductis à Titaq. *de præſcript. §. 1. gloſſ. 4. num.* 90. Se-
raphin. *de priuileg. iuram. priuileg. 3. num.* 12. & non
mirum, ſi macula maiorum ab aliquibus ignoretur,
& ſi aliquando eos puros teſtes poſitiuè dicant, præ-
ter alias cauſas, quas ſuperiùs dixi, ideò hoc effi-
ciunt, quia fortè maculam, non audierunt, & adhæ-
rent iuris præſumptioni quam eſſe, & ſufficere pu-
tant ex strictis ſtatutis puritatis, ex qua poſitiuam
puritatem aſſerunt, vt ſæpiùs expertus ſum, quod
quidem nihil eſt, cùm ſunt alij, qui contrariam
nouerint qualitatem, vt cenſuit Rota apud Sera-
phin. *deciſ.* 675. *num. 1. part. 1. col.* 1. 677. & dixi ſuprà
q. 8. §. 3. illat. 8.
34 Nec facit, quod de nobilitate dixi ex Io. Garcia
gloſſ. 18. §. 1. *num.* 13. & ex Io. Guttierr. *d. quæſt. 14. num.*
16. in cuius probatione requirunt famam omninò
generalem, & conſtantem ſine contrarietate, nec
varietate vlla. Quia magnum diſcrimen conſidero
inter nobilitatem, & puritatem, ſi quidem nobi-
litas habet actus externos viſibiles, quibus nobiles
ab ignobilibus ſecernuntur, ſecundùm eumdem
Garciam *gloſſ. 7. per totam*, & Aceb. *in rub. num. 95. &
& 96. tit. 2. lib. 6. recop.* & ad propoſitum conſidera-
uit ex text. *in l. manumiſſiones 4. de iuſt. & ex §. 1. inſt.
35 de libert.* † Ioan. Guttierr. *d. q. 14. num.* 36. † maximè
quia nobiles in Hiſpania magis noti ſunt, & ſegregā-
tur in repu tatione communi ab ignobilibus, quam
ſecernuntur puri à maculatis, cum non omnes puri
actus poſitiuos obtineant, ex quibus à maculatis
diſtinguantur, nec omnes labe notati reiecti ſint ab
honoribus puritatis, & ſint multi, qui ſimiles ho-
nores numquam petierunt, nec eſt cauſa, qua inter
ſe diſtinguantur, nec eis ſimilis deffectus imputari
poteſt ex traditis per Dec. *conſ. 66. num. 65. & ſeqq.*
adductum per Farin. *deciſ* 575. *num. 3. part. 2. in poſth.*
atque ideò difficilior eſt puritatis, quàm nobilitatis
probatio.
36 Et nihilominus idem Ioann. Guttierr *in d. quæſt.
14. num.* 8. ex Chaſſan. *conſ* 64. *num.* 11. cui etiam con-
uenit Perezius de Lara *in d. cap 4 num.* 74. & alij quos
ipſi referunt, voluit quod & ſi in probanda nobili-
tate hinc inde teſtes exiſtant contrarij, alij commo-
nem nobilitatis reputationem teſtantes, & alij igno-
bilitatis, ſi plures pro nobilitate exitant, cæteris præ-
feratur, & maneat ritè nobilitas probata, quia in
antiquis plurium opinio ſeqoenda eſt, ſecundum
*text. in l. 1. ibi, & ſanè crebrior apud veteres opinio eſt, de
offic. quæſtor. l. Athletas, 4.* ibi, *& generaliter ita omnes
opinantur, de his qui not. infam. l. Diui. 17. poſt me-
dium*, ibi, *plurium etiam iuris auctorum, de iurep. atron.
cap. nouimus, 27.* ibi, *& quorumdam ſit opinio a pluri-
bus approbata, de verb ſign.* Neuizan *in ſilua nupt. lib. 5.
num. 1. cum ſeqq.* & licèt in contrarium ſit veritas in
vtroque foro opinio communis excuſationem præ-
ſtat, vt multis probat idem Ioann. Guttierr. *q. 13. à
n. 32. cum duobus ſeqq.* & plures cumulat Oſualdus Il-
liger. ad Donelum *lib. 25. comm. c. 2. litter. A. verſ. Quid
ſi ius certum deficiat. pag. mihi.* 1395. *& ſeqq.* & Maſch.
de probat. concl. 1145. *n.* 1. & faciunt tradita per Zabal-
los *tom. 1. comm. contra comm. q. 1. per totam*, & ideò ſta-
tutum de lege loquens verificatur in communi opi-
nione ſecundùm Beroium *conſ. 91. n. 16. & 17.* Tiber.
Dec. *conſ. 59. n. 30. to. 5* Aug. Barb. *Appell.* 129. *n. 8. pag.*
239. & ſi communem opinionem ſtatutum corrigat,
dicitur correctorium non autem declaratorium, ve-
lut ſi legem corrigeret, ſecundùm Felin. *in cap. fin. in
5. fallent. n. 12. verſ. Nec obſtat, de conſtitut. Ruſticis in
tract. An & quando poſiti in conditione cenſeantur voca-
ti part. 1. c. 8. n. 11.* Marta *de iuriſdict. 4. part. caſu 29.
n. 13.* ſed in maculæ probatione diuerſimodè res ſe
habet, ex ſupra reddita ratione.

§. VI.

An vno eodémque tempore circa eamdem rem, in eodem loco concurrere valeant duæ contrariæ famæ, quæ verè tales dici valeant?

SVMMARIVM.

1 *Famæ duæ contrariæ eiuſdem rei, & in eodem loco an ſimul poſsint concurrere. Affirmatiua fundatur*, ex n. 2.
Eius auctores referuntur, n. 5. & 6.
Contraria probatur ex n. 7.
Et eius auctores proponuntur, n. 10.
Conciliatur eadem opinio, n. 11.
Et noniter dicta Doctorum intelliguntur, & ſine contrarietate eſſe oſtenditur, numero 12.
2 *Fama conſiſtit in hominum dictis.*
3 *Iudicia hominum diuerſa ſunt.*
4 *Contraria ſimul extare non poſſunt, ni ſint compatibilia in ſubiecto, quo ſiſtunt.*
6 *Famæ duæ contrariæ inuicem confunduntur & eliduntur.*
7 *Fama eſt opinio recepta in maiore Ciuitatis parte.*
Partes duæ ſimul maiores eiuſdem rei eſſe non poſſunt, ibid.
Sed omnino æquales, aut inæquales, inter quæ

medium

medium non datur, n. 8.

9 *Fama eſt multitudinis, ſeu populi ſermo.*

Populus idem prout integer eſt diuerſa loqui non poteſt, ibid.

11 *Famæ duæ veræ ſimul eſſe non poſſunt, ſecus per accidens, ſeu apparenter.*

13 *Diſcrimen inter famam & rumorem.*

14 *Rumor non vnus, ſed plures eſſe ſolent, & ex quibus conſtituatur.*

15 *Miſera mens credula eſt.*

16 *Credulitas etiam craſſa excuſat à culpa.*

Periurium non adeſt dum iuramentum à mente iurantis non deuiat, ibid.

17 *Contrarietas probationum in cauſis puritatis vnde oriatur.*

1 AT oouc his pro cotonide adiungere decreui illam quæſtionem tam ſelectam, quàm huic rei, de qua agimus vtilem, & ad prædictorum radicalem intelligentiam neceſſariam. An videlicet in vno, eodémque tempore, & loco, duæ famæ poſſint circa eamdem rem adeſſe contrariæ? †

2 Et affirmatiua ſententia ſuadetur ex eo, quòd fama in hominum iudiciis, & dictis conſiſtit, vt ex Bart. *in d. §. plurimum*, & Boſſio *in pract. tit. de inquiſit. num.* 28. & ex aliis oſtendi ſuprà in principio huius quæſtionis: †

3 At eorũ aſſenſus, iudicia, & opiniones diuerſæ, & inter ſe pugnantes plerúmque exiſtũt, *arg. text. in l. hac conſultiſſima* 8. *verſ. At cum humana*, *C. de teſtam.* & multis probat Zaballos *in præfat. ad quæſt. comm. contra comm. à num* 128. & notat commune dicterium, *tot capita tot ſententiæ*, cum adducendis infra 2. part. quæſt. 7. ex n. 1. Igitur nihil pugnans erit, quòd adſint ſimul eiuſdem rei duæ contrariæ famæ, ſicut concurrunt duæ contrariæ opiniones.

4 Secundò probatur, nam etſi duo contraria ſimul exiſtere non valeãt, *ex l. Pomponius*, 40. *§. ſed & is* 2. *in fin. de procurat l. ſi inter me* 15. *de except. rei iudic. l. hac verbũ* 124. *paulò poſt princip. de verb. ſign.* intelligendum tamen eſt, niſi compatibilia ſint in ſubiecto, quo conſiſtunt, elegans *text. in l. ſi quis ante*, 10. *§. idem Pompon ius*, ibi, *Quod ſi factum, vtrumque procedit*, iunctis adductis *in eod. §. & in princip. legis, de adq. poſſeſſ.* notant And. Tiraq. *de nobilit. cap.* 28. *num.* 13. Farin. *in praxi crim.* 4. *part conſ.* 30. *num.* 62 Auguſt. Barboſa *Axioma* 58. *ſub num.* 3. at duæ famæ contrariæ compatibiles ſunt in eadem ciuitate, cum ciues diuerſa ſentire, & opinari valeant. Igitur patet intentum.

5 Quare hanc ſententiam deffendere videtur Bart. *in l. is poteſt, num.* 19. *de adquir. hæred. & in l. de minore, §. plurimum, num.* 26. *d. quæſt.* quem ſequitur Bald. *in l. ſi mater tua*, 6. *in princip. C. Ne de ſtatu defunctorum, poſt quinquennium quær.* velut recenſet. Fuluſus Pacianus *de probat. lib.* 1. *c.* 50. *n.* 90.

6 Quibus accedere videntur, qui aſſerunt, quòd famæ contrariæ æquales numero teſtium, & in veriſimilitudine eodem loco, & tempore exiſtentes confunduntur inter ſe, vnaque alteram tollit, vt ſunt allegati à Maſch. *de probat. concl.* 235. *num* 4. Fulu. Pacian. *d. lib.* 1. *cap* 49. *num.* 19. *& cap.* 50 *num.* 77. Farin. *de indiciis & torturn d. quæſt.* 47. *num.* 168. Card. Tuſch. *tom.* 3 *lit F. concl.* 67. *num* 8. Pariſ. *conſ.* 23. *num* 242. *lib.* 1. *& conſ.* 146. *num.* 11 *lib.* 4. Valençuela *conſ.* 92. *num.* 209. quæ opinio verificari non valet niſi in duabus famis contrariis in eodem loco circa eamdem rem exiſtentibus.

7 Contraria autem ſententia magis probatur, nam fama eſt opinio, ſeu traditio quædam recepta velut vera in maiori oppidi parte, ex Bart. *in d. §. plurimum num.* 13. *& ſeqq.* Petra *de fideicomm. quæſt.* 11. *num.* 376. *&* 443. cum pluribus aliis, Maſch. *de probat. concluſ. num.* 1. *& concl.* 749. *num.* 2. & aliis adductis ſuprà, quibus addendus Ioann. Zañez Parlad. *lib.* 3. *quotid. differ. in princ. quæſt.* 17. *num.* 3. at duas maiores partes ſimul in vna eadémque re, nec in eadem ciuitate, nec oppido eſſe, ipſa non ſinit rerum natura. Igitur duæ famæ contrariæ eiuſdem rei ſimul extare non poſſunt.

Confirmatur primò, quia cuiuſque rei partes, aut æquales ſunt, aut inæquales, in quo medium dari non poteſt: ſi æquales, nulla maior altera erit, & in nihilo diſtabunt, nec maioritas inter eas dari valebit, *l. ille à quo*, 13 *§. intempeſtiuum eſt*, 4. *ad S.C. Treb. gloſſ. in l.* 1. *§. veteres de adquir. poſſ.* Nicol. Euerard. qui plura adducit in topicis loco, *A pari n.* 1. *&* 2. ſi verò inæquales extiterint, alia erit maior, alia minor, nam minor dicatur reſpectu maioris, ſicut maior reſpectu minoris. Quare cùm fama conſiſtat in maiori ciuitatis parte, & ipſius ciuitatis duæ ſimul maiores partes eſſe, nec fingi non valeant, ſimiliter nec duæ ſimul famæ contrariæ eiuſdem rei dari poterunt, cùm deficiant eorum fundamenta quæ ſunt duæ partes maiores. Igitur & eaſdem famas contrarias deficere neceſſe eſt. 8

Confirmatur ſecundò, fama eſt multitudinis, ſeu populi ſermo, & teſtimonium, vt ex Cic. in topicis probat Hugo Donel. *lib.* 25. *comm. tit. de probat cap.* 6. *ſtatim poſt principium, verſ. nam ſi fama*, vbi Oſuald *lit. C* at impoſſibile eſt, vt eodem tempore idem populus, prout populus integer eſt, duo contraria circa eamdem rem ſicut vera loquatur, quod concurrere erat neceſſe, vt duæ famæ ſimul eſſe poſſent. Igitur patet veritas huius opinionis. 9

Atque his rationibus huius opinionis fuerunt Doctores communiter *in l. is poteſt.* 18. *de adquir. hæred.* vbi Bald. *in princip.* Iaſſ. *num.* 90. Alex. 16 Immola *col.* 2. *verſ. item adde*, & Roman *num.* 10. *verſ. & an turbetur famæ* Carol. Ruin. *conſil.* 13. *n.* 15 *lib.* 4. Valençuela *conſil.* 92. *n.* 208. Fuluio Paciano *de probat lib.* 2. *c.* 50. *n.* 91. *cum ſeqq.* 10

Nihilominus tamen vtramque opinionem diſtinctione ſubſtineri poſſe arbitror, quia vere & realiter duas ſimul famas eodem tempore & eodem loco eſſe circa eamdem rem impoſſibile eſt, eademmet natura, per rationes adductas in duobus numeris præcedentibus, atque ita intelligendi ſunt Doctores prææallegati in eius confirmatione: per accidens verò, ſeu apparenter aliud aſſerendum eſt, quia optimè accidere poteſt, quòd in vnica cauſa, duæ famæ cõtrariæ maneant probatæ per tot teſtes, & rationes, ita vt diuerſæ videantur, atque ita loquuntur, & intelligi debent DD. & eorum tarioñes pro prima affirmatiua ſententia, & intelligunt, & diſtigunt prædictas opiniones Aret. citato loco, *verſ. adde in quantum*, & Fuluio Paciano *num* 95 *ibidem* & faciunt tradita per Menoch. *conſ.* 396. *n.* 43. *verſ. Reſpondetur ſecunde*, adhuc tempore Manticam *de tac. & amb. to.* 2. *lib.* 23 *tit.* 5 *n.* 12. 11

Et ideò inter vtriuſque ſententiæ DD. nullam contrarietatem, nec diſſonantiam inuenio, cùm apertè Bart. & Bal. pro affirmatiua allegati loquantur caſu, quo duæ contrariæ famæ probatæ manent per æqualitatem probationum, quod accidere poſſe, certiſſimum eſt, & quotidie de facto vidimus, & ita intelligendus eſt idem Baldus, quem ſibi contrarium dicit Pacianus citato loco, *num.* 91. quia *in d. l. ſi mater, in princip.* loquitur in terminis negatiuæ ſententiæ circa duas veras contrarias famas, in dicta verò, 12

leg.

leg.is poteſt,in princip. provt intellectam relinquo dictam primam affirmatiuam ſententiam de duabus famis apparentibus non verè, ſed de facto per æqualitatem probationum, de quibus hoc in loco Baldus loquitur, & ita eius ſententia in vtroque loco rectè procedit & non rectè nota contrarietatis ei per Pacianum oppoſita.

13 Sed magna in hoc differentia eſt inter famam, & rumorem, cum fama duplex contraria eiuſdem rei in eodem loco, & tempore verè dari non poteſt, licèt poſſit peraccidens: rumor verò vtroque modo & verè,& realiter,& per accidens multiplex eſſe poterit;immò per vulgare eſt rumores contrarios concurrere circa eamdem rem in eodem loco,& tempore,iuxta illud Ouidij.

—— Paſſim commenta vagantur
Millia rumorum,confuſaque verba voluant
E quibus hi vacuas implent ſermonibus aures.

14 Et cùm rumor non vnus, ſed plures eſſe ſoleant, nihil implicat eorum concurſus, vt bene probat idem Pacianus *d cap.* 50. *num.* 93. quia ad rumorem nec cauſa veriſimilis,nec maior populi pars requiritur:immò rumoris proprium eſt,eſſe vanum, ſine ratione,& ſine fide,variúmque in populo vt ſuprà in §. 1.dixi,cùm ortum trahat à variis,& contrariis hominum credulitatibus, vt Seneca dixit in Hercule Oe-
15 teo *actu.*5.*ſcena,* 4. † *Quod miſera mens credula eſt*,facit *l.*1 §. *dolum* 2. *de eo per quem factum* erit, bonus text.*in cap.cum in cunctis*,§ 2.11.*quæſt.*3. *vbi gloſſ.verb. maledicorum*, *in fine*,*c.nullum*,10.30.*quæſt.*5.& faciunt
16 iura tradita per Valençuel.*conſ.* 90. *num.* 74. † Et ex hac ratione prouenit, quòd credulitas etiam craſſa excuſet à culpa, cùm proueniat à naturali hominum facilitate, ſecundùm Socin. *in d.* §. *dolum*, *num.* 13. Floriano de Sancto Petro *in l.*1.*n.*7.*ſi mens*,*falſ. mod. dic.*Decio *conſ.*178.*col* 3.*& conſ.*192.*ad fin.*Marc.Ant. Eugen.*conſ.*9.*num.*62.*lib.*1.Zephal.*conſ.* 75. *num.* 10. *lib.*1.& maximè à periurio,quod non interuenit,dum iuramentum à mente iurantis non deuiat,ſecundùm Hipolit.de Marſil.*in l.*1.§.*præterea*,*n.*13.*ad leg.Cornel. de falſ.*Zephalo *conſ.*230.*n.*15.

17 Ex quibus oritur cōtrarietas,& diſſonātia,quā quotidie experimur in informationibus puritatis,nempe ex hominum credendi facilitate,malitia & odio, & inde etiam plerumque prouenit diuerſitas rumorum circa ſanguinis qualitates,quæ variis, ac diuerſis hominum iudiciis, & opinionibus ſubiiciuntur, vt in principio huius quæſtionis probaui, quæ ſufficiant pro huius dubij declaratione,redeamus nunc ad teſtium materiam vt polliciti fecimus in fine præcedentis quæſtionis.

QVÆSTIO XI.

Quatenus conſanguinei in puritatis, & nobilitatis cauſis ad teſtimonium admittantur,quomodo,& ad quid.

PLuries vidi in puritatis cauſis conſanguineos ad examen adduci, & dubitari an hoc liceat, & ſit expediens, ex aliquibus cauſis & rationibus quæ pro vtraque parte offerebantur, quare conueniens,& vtile eſſe iudicaui, prædicta nunc diluere dubia, & oſtendere, quando ad conſanguineorum examen peruenire, quandoquidem ab eo abſtineri expediat, quod vt faciliùs, & clariùs appareat, hanc quæſtionem in duas tantùm partes diuiſam tradam, in quarum:

1 Cauſas,ob quas liceat ad conſanguineorum accedere examen,oſtendam.
2 Cauſas peculiares referam, quibus licitum, & vtile ſit accipere eorum teſtimonium.

§. I.

Ex quibus cauſis ad examen conſanguineorum accedere non liceat in puritatis, & nobilitatis probatione.

SVMMARIVM.

1 *Sanguinis coniunctio affectionem producit, fidem minuit, & aliquando omninò tollit.*
2 *Conſanguinei teſtes idonei non ſunt, maximè in criminalibus, & in ciuilibus arduis,* num.3.
Et dum agitur de vleiſcēda conſanguinei iniuria,num.4.
Et de probando ſanguinis qualitates, numero 6.
Tales dicuntur à con & ſanguine, quaſi eumdem ſanguinem habentes,num.7.
Participes ſunt laudis, & vituperij ſui conſanguinei, n.10.
Compelli non poſſunt ad ferendum teſtimonium,& intra quot gradus,n.12.
Et quid in cauſis puritatis,num.31.*Niſi dum aliter veritas haberi non poteſt*, numero 14.
Sponte veniens ad ferendum teſtimonium pro ſuo conſanguineo admittendus non eſt, ſecus ſi contra,num.15.
Et dum examinatur conſanguinitas adſcribatur in initio examinis, num. 16.
Explicantur prædicta magis ex numero 17.
Etiam interrogati de macula ſui conſanguinei eam propalare iudici non tenentur, num.20.
Diſtinguitur,num. ſeqq. vſque ad 26. *Si verò interrogati maculam aperiant, probant,ſecus ſi puritatem, & ratio diſcrimini*,n.27.

Quoad

Quoad ſanguinis qualitates repelluntur à teſtimonio, etiam in longiſsimo gradu, n. 31.

Et prædicta etiam intelliguntur de conſanguineis habitis ex illicito coitu, n. 32.

Eorum defectus ex alijs adminiculis, an ſuppleantur, n. 33. & ſeqq.

In vno ex eis ſanguinis ſunt qualitates, ſicut in omnibus, n. 37.

Velut partes & intereſſe putantes admittuntur dum agitur de probando ſanguinis qualitates, n. 39.

5 *Cauſa honoris grauiſsima, & omnibus de familia pertinent*, n. 8.

6 *Nemo in propria cauſa teſtimonium ferre poteſt, nec in ea, ex qua commodum reportare poteſt*, ſub n. 8. *Nec dum laus, decus, aut vituperium*, n. 10. & 11.

Etiam dum veritas aliter haberi non poteſt, n. 38.

9 *Iniuria facta vni, vniuerſa eius fit familia.*

11 *Familia vniuerſa illuſtratur ex ſingulorum honoribus, & dehoneſtatur ex opprobrio.*

13 *Filij mortaliter peccant teſtificando contra patrem.*

14 *Memoria ſtirpis potior eſt penes conſanguineos.*

17 *Teſtes ſponte ſe offerentes ad teſtificandum ſe ſuſpectos efficiunt.*

18 *Præſumptio eſt pro teſtimonio conſanguinei deponentis contra conſanguineum.*

19 *Fides quam meretur teſtimonium conſanguinei relinquitur arbitrio iudicum*, & num. 27.

21 *Nemo cum graui damno teſtificare tenetur, nec propriam detegere infamiam nec ſe vltrò prodere. Nec ſuo dicto priuare ſe tenetur honoribus*, n. 22.

Nec cum grauibus diſcordijs, & diſſenſionibus inter eos qui ſunt de familia, n. 23.

Secus aliter, num. 26.

Vbi quid in cauſis puritatis. Iudex remotus ab officio per ſententiam propter infamiam non tenetur ſe infamem fateri, ſed tantùm ſe iudicem eſſe non poſſe, ſub numero 21.

24 *Cauſa tacendi non iuratus prodeſt ad non loquendum iuratus.*

25 *Conuenit aliquando tacendo concurrere damno, quod loquendo timeri valet.*

28 *Teſtimonium conſanguinei tanto firmius iudicatur, quanto à ſuſpicione magis extat alienum.*

29 *Amicitia ex ſanguine orta excludit mendacium dum conſanguineus teſtificat contra ſuum conſanguineum.*

30 *Nemo præſumitur odio conſanguineos habere.*

31 *Sanguinis dilectio indefinitè poſt plures gradus procedit.*

32 *Nati ex illicito conſanguinei dicuntur.*

33 *Defectus teſtium quando ex alijs ſuppleantur*, & n. ſeqq.

35 *Nihil quod eſt ſuppleri non poteſt.*

36 *Inhabilitas teſtium ex intereſſe & commodo proueniens ex alijs non ſuppletur.*

37 *Singuli ex communitate admittuntur ad teſtificandum pro ſua communitate, & an differant à conſanguineis?*

38 *Teſtes inhabiles licèt admittantur ad probandum, quod per alios haberi non poteſt, intelligitur dum actu nec habitu alij potuerunt adeſſe, ſecus ſi habitu potuerunt, actu verò non adfuerunt.*

48 *Teſtes commodum reportantes veriſimilia deponentes probant.*

CVM præſumptio non tantùm iuris ſed & na- 1
turalis ſit rationis quòd coniunctio ſanguinis
affectionem in conſanguineorum cauſis producit, vt
conſtat ex *C. litteras*, 14. *verſ. præſertim, de præſumpt.*
& probat Alciat. *reg. 1. præſumpt.* 23. & ideò teſtium
fidem minuit, & aliquando omnino tollit, ſecundùm
Iaſſ. *in l. dictantibus, num. 6. in fin. C. de teſtam.* Abb. *in
cap. inſuper, num. 9. verſ. dubium eſt pulchrum, de teſt. &
in cap. videtur, in fin. Qui matrim. accuſ. poſ.* Ripa *reſp.
3. num. 6. lib. 4.* Craueta *conſ. 181. num. 4. lib. 6.* Cacheran. *conſ. 65. num. 28.* Iac. Menoch. *conſ. 49. num. 21.* cum
communi DD. ſchola; † ſequitur, quod conſangui-
nei & affines in ſui coniuncti cauſa teſtimonium 2
ferre non valeant, quod ſimul cum reddita ratione
probatur *in cap. accuſatores* 12. ibi, *Nec etiam conſanguinei accuſatoris aduerſus extraneos teſtimonium dicãt, quia propinquitatis, & familiaritatis, ac dominationis affectio veritatem impedire ſolet amor carnalis & timor, atque auaritia plerumque ſenſus hebetant humanos, & peruertunt opiniones, vt quæſtum pietatem putent, & pecuniam quaſi mercedem prudentiæ*, 3. *quæſt.* 5. *cap abſens.* 18. 3. *quæſt.* 9. probant Speculat. *tit. de teſt.* §. 1. *num. 9. &* 19 Lanfranc. *in cap. quoniam, num.* 60. *de probat.* plures relati ab Ant. Gabr. *lib. 1. de teſt. concl. 13. à n. 1.* & à Maſch. *de probat. concl. 412. num. 1. & 2. & concl. 1363. num. 42. &* 43. præter alios, quos plena manu congerit Farinac. 2. *tom. de teſt. quæſt. 54. à num. 1. cum ſeqq.*

Sed dubium eſt, an conſanguinei omnino à teſti- 3
monio ſint repellendi, an verò eorum fides tantùm minuatur? In quo etſi diuerſæ ſint DD. opiniones, quas referre non libuit, ne in re tam communi vagari videamur, duo circa noſtrum dubium certa ſunt. Primum, quod dum agitur de criminali cauſa conſanguinei omnino repelluntur à teſtimonio ferendo per iura ſuperiùs relata, quæ in criminalibus loquuntur, & per *text. in l. parentes*, 6. *C. de teſt.* vbi communiter DD. & *in cap. ſimiliter*, 10. 3. *q.* 5. *gloſſ. 2. in cap. cum oporteat, de accuſat.* vbi Abb. *num.* 3. Felin. 3. & *in d. cap. litteras poſt num.* 8. *verſ. in ſecundo caſu de præſumpt.* Zephal *conſ. num.* 13. & *conſ.* 82. *n.* 24. & *conſ. 99. num. 59. vol. 1. & conſ. 272. num. 12. vol. 2.* Natta *conſ. 315. num. 8. & conſ. 354. num 4. vol. 2.* Ant. Gab. *de teſt. d. concl. 12. num. 22.* Maſch. *de probat. concl. 408. num. 12. & concl. 412. num. 6.* vbi plures, ſicut etiam arcentur à faciendo teſtimonio pro conſanguineo in cauſis ciuilibus grauibus, quæ æquiparari ſolent criminalibus, *ex text. in l. propter litem*, 21. §. 1. *de excuſat. tut. cap. 1. de reſtitut. ſpoliat.* & Bald. & Salic. & Paul. & communiter DD. *in d. l. parentes, C. de teſt.*

teſt. Fel. in cap. cum oporteat. num. 3. de accuſat. & adductis ab eodem Maſch concl. 68. num. 10. & concl. 408. num. 15. Antonin. Gabr. citato loco num. 28. Menoch. de arbitr. caſu 104. num. 4. & lib. 2. præſumpt. 53. numero 3. Farinac. dict. quæſtion. 54. numero 25.

4 Secundum, quòd multo magis conſanguinei repelluntur à teſtificaudo, dum agitur de vlciſcenda iniuria conſanguineo illata ex rationibus, de quibus inferiùs, vt communiter fatentur DD. ſequentes ducem ſuum Bart. in l. qui teſtamento. 20. §. per contrarium, num 7. de teſtam. & in l. lex Cornelia §. 1. de iniuriis, Ang. & Salic. in l. 1. C de raptu virg Fel. in d cap. cum oporteat num. 3. fall. 3. & in d. cap. litteras, num. 8. de præſumpt. Ant. Gab. d concl. 13. num. 29. & concl. 14. à num. 11. Alc. reg. 1. præſumpt. 23. num. 2. verſ. aut tractetur de iniuria, Menoch. lib. 2. præſumpt. 53. num. 2. Dueñas reg. 183. ampliat. 1. Phil. Dec. conſ. 133. verſ. conſiderandum eſt, & conſ. 163. verſ. Quarto allegatur, Pariſ. conſ. 152. verſ. diſcurrendo igitur, vol. 4. Thom. Gramm. conſ. 58. num. 7. Craueta conſ. 41. n. 1. eſtque communis abſque contradictore.

5 Ex quibus ſeqnitur, quòd cùm cauſæ puritatis, & honoris grauiſſimæ ſint, & dicantur de magis arduis, vt ex text. in l inimicitia 9. §. ſi autem, de his quæ vt indign. Bal. in cap. ex ratione, col. 2. de appell. Craueta conſ. 168. num. 2. & ex aliis plures in hoc tractatu dixi, & agatur de probando honore puritatis, aut generis ignominioſa macula, quæ vniuerſam coinquinant familiam, aut honorant, ſatis demonſtratiuè
6 oſtenditur, † quòd nemo ex eadem familia teſtimoniom ferre poſſit, nec interrogari de illius qualitatibus, quia in propria cauſa teſtimonium proferret contra text. in l. nullus 10. de teſt. l omnibus 10. C. eod. l. 18. vbi gloſſ. 1. tit. 16 part. 3 nec liceat eum interrogáre de macula ſui generis, nec cogi ad propriam contumeliam propalandam, ſecunùdm text. in l. 2. §. Diuus, de iure fiſci, cum ſimilibus, quæ quidem amplius ex ſequentibus exornanda veniunt.

7 Primò, quia conſanguinei tales dicuntur à con & ſanguine, quaſi communem, & eumdem ſanguinem habentes, ſeu ab eodem ſanguinis fonte prouenientes, vt ex gloſſ. in §. 1. inſt. de leg agn. ſucceſ. probant Hoſtienſ. in ſumma tit de conſanguin. §. & vnde dicatur. Rebuff. in concord. Rub. de reg. ad prælat. nominat. fac. §. 1. verſ. conſanguineus pag. 174 docent Pelaez de maiorat. 2. part. quæſt. 6. num. 4. & c. Mart. Bonac. de matrim. q. 3. de impedim. punct. 5. §. 1 num. 2. & in puritatis & nobilitatis informatoriis de nihilo alio probando agitur, ni de qualitatibus ſanguinis prætenſoris, qui idem & communis eſt omnibus eius conſanguineis, qui ſi ad teſtimonium ferendum admitterentur, in ſuamet deponerent cauſa, quod nullibi licet.

8 Secundò probatur, & confirmatur præcedens ratio, nam exiſtimationis & ſtatus cauſæ non tantùm ad eos qui litigant, & quorum aguntur nomine ſpecialiter pertinent, ſed etiam vniuerſam totum agnationem, & ſingulas ex ea attingit, vt ex notatis in l. 1. cum omnibus ſuis §§. & in l. 2. & 3 de lib. cauſa, & in l. vn. vbi Bal. C. de raptu virg. l. 6. in fin. vbi gloſſ. 6. tit. 23. part. 3. l. 2. vbi gloſſ. 1. tit. 11. part. 7. gloſſ. verb. eorum, in l. lege Cornelia 5. in princip. vbi Bar. de iniur. idem Bar. in l qui teſtamento. §. quæcumque num. 7. de teſtam. Io. Redim. de maieſt. Princip verb. ſed etiam per legitimos tramites num. 199. ſed nemo in cauſa, quæ ſe attingit, ſeu attingere poteſt admittitur ad teſtimonium ferendum, nec fidem, ſi admittatur, facit, ex d. l. nullus 10. de teſt. d. l. omnibus, C. eod. cap. inſuper 5. in fin. extra illo titul. leg. 19. titul. 16. part. 3. ergo, &c.

9 Tertiò probatur, & præcedentes confirmantur rationes, quælibet iniuria vni tantùm de familia illata totius familiæ eſſe cenſetur, & omnes conſanguinei iniuriati manent, ſecundùm Bal. in d. l. vn. C de raptu virg. Bart. in l. 3. §. ſi tutor. de ſuſpect. tut. & in l ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus de verbor. Felin. in d. cap. cum oporteat, num. 3. verſ. fallit tertio extra de accuſat. Maſch. concl. 68. num. 4. & 5. & concl. 408. num. 10. & 11. & tradit plura Farin. d. quæſt. 54. num. 9. & 3. tom. q. 105. ex n. 288. at ex macula oritur iniuria vniuerſæ familiæ, vt ſæpiùs dixi. Igitur magis patent præcedentes rationes.

Quartò probatur, & confirmator minor præcedens, nam quoties ex cauſa teſtē honor, laus, decus, ſeu vituperium attingere poteſt, nec idoneus eſt, nec fidem facit, ex notatis per DD. in cap. cum à nobis, 28. de teſt. & in cap inter 11. de exceſſib. Abb. per d. iura in c. cùm dilecti, n. 12. de elect. Alex. conſ. 141. num. 9. lib. 1. & conſ. 156. In cauſa accuſationum, num. 8. vol. 6. Phil. Corn. conſ. 141. num. 9. vol. 1. & conſ. 217. num. 6. vol. 4. Aym. Crauet. conſ. 102. num. 10. Bertazol. conſil. ciuil. a 1. num. 28. lib. 1. Burſat. conſ. 116. num. 23. & 24. Gracian. diſcept. tom. 4. cap. 727. num. 13. plures adducunt Maſch. de probat. concl. 1363. num 3. Farin. de teſt. quæſt. 60. num. 11. ſed conſanguineum laus, ſeu opprobrium attingere poteſt ex cauſa, in qua agitur de ſui cōſanguinei puritate probanda. Igitur teſtis idoneus in ſimili non erit cauſa. 10

Minor patet, nam tota illuſtratur familia, & de ea ſinguli ex honoribus, quos cognati capeſſunt, & econtra dinigtatur, ſi ex ſanguinis defecto aliquis repellatur ab officiis & honoribus puritatis, vt eleganter docuit text. in l. 3. §. ſi emancipatus 5 de bon. poſſ. contra tab. l 32. ibi, o contra ſu fama o deshonrra de ſus parientes del, tit. 9 part. 6. & notatur in l. 1. §. ſed & ſi ſeruus 13 de inſpic. ventre, & per Bart. in l. ſi rogatus, de manum. vindict. Bal. in l. nec filium C. de nupt. addocti à Ioann. Lup. in repetit. cap. per veſtras. §. 7 num. 3. de donat. inter. Ioann. Velaſq. in defenſ. Statuti Toletani c. 34. maximè in verſ. rectè quidem & ſeqq. pag. 77. Pelaez de maiorat. 1. part. q. 51. num. 7. & 17. Gracian. d. forenſ. 3. tom. cap. 590. num. 17. Igitur ex probatione puritatis, & nobilitatis ſingulis conſanguineis laus, aut vituperium prouenire valet, & in puritatis materia loquendo ita tuetur Perezius de Lara de capell. 2. p. c. 4. n. 26. in fin. 11

Sed poſt hæc generaliter dicta magis ſpecificè de quatuor videndum eſt: Primò, an aliquando cogi valeant conſanguinei ad teſtimonium ferendum in cauſa puritatis ſui conſanguinei. Secundò, an ſponte veniens ad teſtificandum maximè de macula ſit admittendus, & examinandus.

Tertiò, an de facto examinati etiam ſub iureiuiurando veram ſui conſanguinei maculam, aut defectum in conſcientiæ foro propalare teneantur. Quartò, an ſponte, ſeu coacti examinati fidem aliquam efficiant, quæ omnia valde vtilia in materia ſunt.

Circa primum, certa iuris regula eſt, quòd conſanguinei cogi ad teſtificandum non debent, nempe aſcendentes, & deſcendentes aliqua graduum præfinitione, collaterales verò vſque ad quartum gradum contra ſuum conſanguineum, ſicut nec pro eo poſſunt, ex text. in lege Iulia, 4. l. inuiti, 8. in finalibus verb. de text. l. parentes 6. C. eodem, quibus conſonat l. 11. tit. 16. part. 3. leg. fin tit. 30. part. 7. & vtrobique Gregor. Lopez, eſtque communis omnium opinio, ſecundùm relatos ab eodem Anton. Gom. lib. 3. var. cap. 2. de probat. delict. num. 14 verſ. Quod eſt verum. Leſſio de iuſt. lib. 2. cap. 10. num. 27. Card. Tuſch tom. 1. lit. C. concl. 201. Mart. Bonac. to. 2. in decalog. diſp. 10. in 8. præc. q. 3. pun. 3. ſub n. 3. verſ. Quartò. † Vbi in ſeq. verſu. 12 13

Digitized by Google

verſic.ait, filios lethaliter peccare teſtimonium ferendo aduerſus ſuos parentes, quia faciunt contra reuerentiam parentibus debitam, ſecundùm Simanc. *de cathol. inſtit. tit.* 29. *num.* 24. & latiùs *in lib. de patre haretico à num.* 14 *cum ſeqq.* Sayr. *Claui reg. lib.* 12. *cap.* 24. Valer. Regin. *in praxi fori pœnitent. lib.* 20. *num.* 26. & alios.

14 Sed limitatur à quibuſdam, dum aliter veritas haberi non poteſt, vt tenent DD. Cæſarei iuris *in d. l. lege Cornelia*, & Canoniſtæ *in cap.* 1. *de teſt. cog.* ſecundùm Anton. Gom. *d. num.* 24. *in fin.* vbi teſtatur de communi, licèt dubitare videatur maximè in aſcendentibus, & deſcendentibus Gregor. Lopez *in d. l.* 11. *gloſſ.* 1. *d. tit.* 16. *part.* 3. & de omnibus loquendo Gabr. Pereira *tract. de manu reg. cap.* 10. *num.* 36. quorum doctrina magis probabilis mihi videtur, & praxi ſequenda, quamuis contrarium habeant P. Th. Sanc. *conſil. mor. lib.* 6. *cap.* 2. *dub.* 18. *num.* 9. ſed DD. communiter in omnibus indubitanter loquuntur, vt patet ex allegatis per Farin. *in d. q.* 54. *n.* 18. *& quæſt.* 78. *num.* 108. & per Dianam *reſol. moral.* 3 *part. tract.* 5. *miſcel. reſol.* 63 *pag.* 202. Larat. *de monit. ſect.* 3. *q.* 11. *num.* 18. quod accidit in cauſis puritatis, dum intenditur probare deſcendentiam ab aliqua ſtirpe, in qua per alios teſtes nihil certi inueſtigari valet, cuius memoria veriſimilius, & certius apud conſanguineos eſſe ſolet, & ab eis peti debet, vt pluries fieri vidi, & ſpeciatim examinatus fuit pater cuius filius ad officium Sanctæ inquiſitionis admitti poſtulabat, & ex eius dicto à quodam reconciliato prouenire conſtitit, de quo latius in ſeq. §.

15 Circa ſecundum dubium eſt etiam alia certa regula, quod conſanguineus ſponte veniens ad ferendum teſtimonium contra ſuum conſanguineum admitti, & examinari debeat, ſecus verò ſi pro eo teſtimoniū ferre velit, vt apertè conſtat ex noſtro iure ſeptimpartitarū *in d. l.* 11. *verſ. Pero ſi alguno, tit.* 16. *p.* 3. *& in d. l. fin. tit.* 10. *part.* 7. Bart. *in d. l. lege Iulia, num.* 1. *& in l. qui teſtamento, §. quacumque, num.* 6. *de teſtam.* Fel *in d. cap. cum oporteat, num.* 3. *limit.* 6. *de accuſat.* plures adducti ab Anton. Gabr. *de teſt. concl* 14. *num* 8. iuncto *n.* 31. Gig *tract. de crim læſa maieſt. lib.* 2. *q.* 9. *n.* 3. Simanc. *de cathol. inſtit. tit.* 64. *num.* 47. *&* 48. *in fin.* Carrer. *in pract. tract.* 2. *de indic. & tortura, §. conteſtu, vltimo, num.* 9. Maſch. *de probat. in princ.* 1 *tom. q.* 5. *n.* 68. Viuio. *comm. opin.* 929. *num.* 18. And. Gayl *lib.* 1. *obſeruat.* 100. *num.* 14. *verſ. nolentes tamen*, Ant. Gom. *lib.* 3. *var. cap.* 12. *num.* 24. *verſ. ſed pulchrum dubium*, Farinac. *d. q.* 54. *n.* 16 & quamuis de iure communi loquendo contrarium teneat in parētibus circa liberos & ecōtra P. Thom. Sanc. *conſ. mor. lib.* 6. *cap.* 2. *dub.* 9. *num.* 1. *& dub.* 18. *num.* 1. *& c.* 5. *dub.* 17. tamen de iure partitarū aliud fatetur *in d. dub.* 18. *n.* 3. ex Greg. *in d. l.* 11. *verb. de ſu grado* Montalu. *in l.* 9. *verb. Padres, in fin. tit.* 8. *lib.* 2. *fori*, & ſic nos quoad hoc intelligendi ſumus,
16 † & quando ita ſponte conſanguineus ad teſtimonium venit, in initio ſuæ declarationis exprimi debet, vt ex Bart. *in auth. de ſanctiſſ. Epiſc. §.* 1. *coll.* 9. animauertit Greg. *in d. l.* 11. *gloſſ. fin. tit.* 16. *part.* 3. & in omnibus cauſis ita in Sanctæ Inquiſitionis Officio ſeruatur.

17 Et licèt Maſch in allegata *concl.* 48. *num.* 28. & Farin. *in d. quæſt.* 54. *num.* 107. & ab eis relati hoc intelligant, dummodò coniuncti, & conſanguinei poſtquam ſunt vocati ſponte ad teſtificandum veniant, ſecus verò ſi ſponte omnino ſe offerant, quia tunc valde ſe ſuſpectos reddunt, ex adductis per Bart. *in l. poſt legatum, §. ſi verò, num.* 1. de his, quæ vt indign. Tiber. Decian. *tract. crimin.* 1 *tom. lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 63. Immol. *num.* 28. *in fin.* Dec. 66. *in cap.* 2. *extra de teſt.* & ab eod. Maſch. *concl.* 1317. *num.* 44 & per Cardinal. Tuſch. *lit. I. concl.* 223. *num.* 1. Ego verò circa id conſidero, quod regulariter loquendo conſanguinei non debent vocari ad teſtimonium, quia prohibitum in dictis iuribus, & quia diſcordiæ inter familias ſeminarentur, quod valde nociuum eſt publico bono, vt inferiùs dicam num. 25. † & dum conſanguineus 18
non vocatus ad teſtimonium ſe ſponte offert, adeſt alia præſumptio pro fide ſui teſtimonij, qua non præſumitur odio deponere contra ſuum conſanguineum, ſed veritatis zelo accedere, ex adductis per DD. *in cap. litteras, per text.* ibi, *de præſumpt.* iunctis traditis à me infrà in 4. dubio, quæ quidem præſumptio fortior eſt, quàm deſumpta ex ſpontanea oblatione, licèt cauſa eſſe poſſit, quæ diminuat, vel tollat eius fidem: † Atque ideò iudico relinquendum 19
iudicum arbitrio, quanta ſit præſtanda fides conſanguineorum aſſertionibus attentis cauſis, circumſtantiis, & perſonarum qualitatibus, ſecundùm Iacob Menoch. *de arbitrar. iudicum caſu*, 474. *num.* 56. *&* 57.

Circa tertium dicendum eſt, quòd etſi teſtes interrogentur de macula ſui conſanguinei ſpeciatim, ſeu generaliter de qualitatibus ſuæ familiæ, & fortè cauſam nouerint impuritatis non tenentur in conſcientiæ foro eam iureiurando coram iudice propalare; ſed rectè, & tutè poterunt amphibologia, ſeu æquiuocatione vtendo, & iuxta reſtrictionem aliquam in mente conceptam, eam negare. Quod probatur, quia aut eumdemmet teſtem eadem attingit verecunda macula, aut non. † Primo caſu certiſſimum eſt, non teneri ad eam denunciandam, cum ei ex ſimili confeſſione grauare ſequeretur damnum, cui obuiare erit fas æquiuocè reſpondendo, nemo enim propriam fateri tenetur infamiam, ſeu turpitudinem, ſecundùm notata *in l.* 2. *§. item Diui.* 2. *in fin. de iure fiſci, cap. ſi peccauerit.* 19. 2. *q.* 1. *c. nemo* 10. 12. *quæſt.* 1. Paz *in pract. to.* 1. *de confeſſ. n.* 10. Io. Sancius Abul. *in ſuis ſelect. & pract. diſp.* 46. *ſub n.* 22. *in fin. & n.* 25. Per. Barboſa *in l. cum Prætor.* 12. *§. fin. num.* 135. *de indic.* Couarr. *pract. lib. c.* 18. *n.* 7. *in princ. adductus* à P. Th. Sancio *conſil. mor. lib.* 6. *cap.* 5. *dub.* 8. & faciunt tradita à Mart. Bonacina 1. *to. tract. de cenſur diſp.* 1. *q.* 6. *punct.* 1. *n.* 3. & reperit *diſput.* 6. *de onere & oblig. denunc. punct.* 1. *§.* 3. *n.* 3. qui etſi in diuerſa ſpecie loqui videatur, dum in monitorij vim aliena in manifeſtari iubentur, nam tunc proprium delictum oſtendere nemo tenetur, idem locum habet in noſtra ſpecie teſtimonij ferendi ſub iureiurando, cùm non agatur de crimine puniendo, ſed de maiorum, & generis qualitatibus probandis ad iudicum animos informandos, & honores ſuſcipiendos, immò vtroque caſu nemo tenetur ſe vltrò prodere *l. minus graue* 7. *C. de teſt. l. vlt. C. de edēdo* Ant. Fab. *in lib.* 7. *tit.* 4. *definit.* 2. *n.* 1. etiam ſententia lata circa ſuam infamiam, qua Iudex eſſe non poſſit, quia nec tunc cogi debet ad fatendum ſuam infamiam, ſed tantùm, vt dicat, ſe iudicem eſſe non poſſe, *arg. l. antepen. in fin. de ſuſpect. tut. l. relegatorum* 7. *in fin. de interd. & releg.* Per. Barboſa *n.* 134. citato loco licet contrarium habeamus Acebed. *in l.* 3. *n.* 61. *tit.* 3 *lib.* 8. *recop.* conueniunt tamen Couarr. *pract. c.* 18. *num.* 7. *in princip.* adductus à P. Thom Sancio *conſ. mor. lib.* 6. *cap.* 5. *dub.* 8. † à quibus honoribus 22
nemo ex ſuo facto, nec dicto priuari tenetur, nec ad id vlla adſtringitur lege, atque adeſt ius reticendi, & vtendi æquiuocatione, dum iuratus reſponderit, ſecundùm ea, quæ tradidi ſuprà quæſt. 9 ex num. 54. & 57. & alibi ibidem, & cùm maculam ſui cōiuncti tacere poſſit, vt ſtatim dicam, & latiùs infrà 2. p. q. 6. §. 3. illat. 4. multo magis propriam, quia maior adeſt ratio.

Si verò eumdemmet teſtem macula, de qua interrogatur, 23

rogatur, aut quam noſcit, non attingit; quia ſua
conſanguinitas ex alia pura linea prouenit, diſtin-
guendum videtur, quia aut ex declaratione maculæ
damnum teſti prouenire veriſimiliter poteſt, aut
diſſenſiones, & diſcordiæ inter conſanguineos ori-
ri, & tunc etiam, certum, & conſtans eſt apud
omnes, quòd non tenetur conſanguinei maculam,
ſeu defectum propalare; ſed poteſt tacere æquiuocè
reſpondendo, & vtendo in mente aliqua reſtrictio-
ne, qua inſpecta verum ſit, quod dixit, & negatio
24 maculæ verificari, & à falſo eripi valeat. † Ratio
eſt, tum quia habet iuſtam reticendi cauſam non
iuratus, quam iuramentum non tollit, ſecundùm
Leſſium *de iuſt. lib. 2. cap. 3. dub. 6. num. 5.* cum
aliis adductis ſuprà *in dict. quaſt. 9. §. 1. num. 3.* tum
etiam, quia nemo tenetur cum graui ſui, ſuorúm-
ve damno, & periculo teſtimonium ferre, &
cum exinde oriri incommoda valeant, nempe
familiæ diſſenſiones, odia, & inimicitiæ, quæ bo-
no communi, & paci aduerſantur reipublicæ, eis
25 occurrere licet, † & conuenit tacendo conſulere
damno, quod loquendo timeri valet, ſecundùm
Bañez 2. 2. *quaſtion. 70. art. 1.* vbi etiam Salon, Re-
ginal. *in praxi fori pœniten. lib. 24. num. 48.* Leſſio
de iuſt. lib. 2. cap. 30. dub. 6. num. 50. Sayr. *Claui
reg. lib. 2. cap. 20 num. 27. & 28.* Ioann. Sancius
Abulenſ. *in ſuis ſelect. & pract. diſput. 43. num. 32.
paulò poſt princip.* Mart. Bonacin. 1. *tom. de cenſur.
diſp. 2. quaſt. 6. punct. 1. ſub num. 5. verſ. quia com-
mune bonum, & 2. tom. in decaleg. diſput 10. in 8.
precept. quaſt. 3. punct. 3. propoſit. 1. num. 8.* vbi *in
verſic. ex quo patet* (ita proſequitur) *conſanguineos,
& affines rarò teneri ad teſtandum contra alios ſibi ſan-
guine iunctos, nam damnum vnius redundat in alterum,
& ex teſtificatione conſanguineorum orirentur familia-
rum diſſenſiones, & odia, & inimicitiæ, qua bono com-
muni, & paci Reipublica aduerſantur,* & idem repe-
tit *in dict. diſput. 6. de nouo addita de onere & obligat.
denunc. punct. 1. §. 3. ſub num. 5.* & habetur in no-
uiſſima impreſſione anni 1627. in fine vltimi tomi
Reginald. *lib. 24. num. 162.* ad quæ etiam faciunt
tradita per P. Thom. Sancium *de matr. lib. 4. diſp. 4.
n. 11. & 12.* ex quibus conſtat hanc opinionem pro-
cedere ex omnium communi aſſenſu.

26 Aut, inquam, damnum nullum, nullæque diſ-
ſenſiones timeri poſſunt, vt communiter dicendum
videtur in iudiciis puritatis, de quibus loquimur,
cùm in eis ſemper magnum ſeruetur ſecretum, &
teſtium depoſitiones numquam publicentur, ex
quibus prædicta incommoda timeri non valent;
& ſic verius videtur, quod in propoſita ſpecie con-
ſanguineus, quem macula non attingit, poſſit, &
debeat eam coram iudice propalare, vt expreſsè
voluit in obligatione denunciandi, Matt. Bonacin.
*2. tom. de cenſuris d. quaſt. 6. punct. 1. num. 5. in fin.
verſicul. 1.* ibi, *ſecus ſi valeat denunciare ſine graui
damno*, quod & iterum repetit *in dict. diſp. 6. de oner.
& oblig. denunc. ſub num. 5.* quod verum intelligo,
licèt aliquando etiam in his arcanis iudiciis inſtus
timor prædictorum damnorum poſſit obuenire, vt
ſæpiùs vidi, & dum veriſimilis fuerit, non verò
affectatus, primam opinionem ſequi ſecutè quiſque
poterit.

27 Circa quartum, & vltimum dubium certum eſt,
quòd ſi conſanguineus examinatus purum præten-
ſorem dixerit, nihil omnino probat, quia in ſua-
met deponit cauſa, & commodo ex ſupradictis,
quæ hîc repetere non licet, ſi verò maculam ſui
conſanguinei aſſeruerit, diſtinguendum videtur,
quia aut ſponte à nemine vocatus ad examen ac-
cedit, & tunc abeomet inquiri debet cauſa,

qua motus ad denunciandum fuit, & rationem ex-
petere maculæ, quam aſſerit, & an eumnet attingat
labes, aut non, & ex omnibus probus iudex inue-
ſtigare debet rei veritatem, & fidem, quam mere-
tur, quia certam hac in re regulam tradere perdif-
ficile iudico, ſecundùm tradita ſuprà in dub. 2. ex
num 17. quam ſpeciem & caſum, licèt incontigi-
bilis videatur, iam de facto vidi in quadam cauſa
ardua. † Sin verò vocatus à Commiſſario fuerit, & 28
maculam ſui conſanguinei aperuerit, non ſolum
plenam efficiet fidem, vt dixi ſuperiùs in ſecundo
dubio, & apertè probatur *in d. l. 11. in fin.* ibi, *e
valdra lo que dixere bien aſſi como ſi non oviesse ningun
debdo con el*, vbi *gloſſ. fin. titul. 16. part. 3.* & aper-
tiùs *in dict. l. fin. tit. 3. part. 7.* ſed etiam tanto firmius
erit eius teſtimonium, quanto à ſuſpicione odij lon-
giùs abeſt, vt ſignificat *text. in cap. litteras 14. §. nos
verò, verſ. Præſertim in fratrem quem tamquam chariſ-
ſimum non aſſeruiſſet hæreticum, niſi fuiſſet accenſus zelo
fidei orthodoxæ, de præſumpt. & cap. non æſtimamus,
23. quaſt. 2.* † & quia inter conſanguineos ortam ex 29
ſanguine amicitiam natura peperit, Menòch. *lib. 4.
præſumpt. 89. num. 70.* Pet. Surd. *de alim. tit. 6. quaſt. 21.
num. 4.* P. Thom. Sanc. *de matrim. lib. 6. diſp. 16. num. 2.*
Mantica *de tacit. tom. 2. lib. 13. tit. 20. num. 2. cum ſeqq.*
Stephan. Gracian. *diſcept. forenſ. cap. 200. num. 4.* quæ
veriſimile mendacium in propoſita ſpecie non ſua-
det, vt ex Cic. in Leliū, & ex aliis optimè probat Si-
manc. *de cathol. inſt. tit. 64. à n. 7. cum ſeqq. & in enchirid.
titul. 35. de teſt. n. 26.* Maſch. *de prob. concluſ. 857 num.* 30
17. vbi adducit Crauetam *conſ. 220. num. 9.* † dicen-
tem, quòd præſumitur ſuos conſanguineos gratis
odio habere, *& conſ. 6. num 62.* ex eadem ratione dixit
quòd teſtibus deponentibus aduerſus ſibi coniun-
ctum magis quàm aliis creditur, atque idem voluit
Phil. Dec. *conſil 163. num. 11. verſ. & ad hoc accedit*, di-
cens, quòd deponens aduerſus eum, quem amare
præſumitur, verum dixere intelligendum eſt, ad quod
videnda ſunt tradita per Anton. Gabr. *tit. de teſt. concl.
4. num. 88. lib. 1.* & per Bertazol. *conſil. 334. num. 1. lib.
1.* Hip. Rimin. *conſil. 68. & n. 28. & conſil. 52. num. 117.
vol. 1.* & in pluribus aliis conſiliis, quæ conge-
rit Farinac. *de teſt. quaſt 54. num. 79.* de quo etiam
dicam infrà 2. part. quæſt. 6. §. 1. ex n. 25. cum ſeqq.

Quæ omnia, maximè quæ docent, conſangui- 31
neos nec examinandos, nec fidem mereri in cauſis
puritatis, intelligenda ſunt. Primò, in omnibus
conſanguineis quocumque gradu exiſtentibus, nam
& ſi generaliter loquendo gradus conſanguinitatis
impedientes matrimonium, & fidem, limitentur
vſque ad quartum inter collaterales, vt iam dixi, &
probat, *dict. leg. 11. part.* & adducti à Maſch. *de
probat. lib. 1. in præfat. quaſt. 5. num. 64.* & per Ant.
Gom. *lib. 3. var. cap. 1. num. 34. in princ.* & poſtea Farin.
d. quaſt. 54. à num. 19. cum ſeqq. & Mart. Bonac. 2.
*tom. in decalog. diſput. 10. in 8. precept. quaſt. 3. punct. 3.
ſub num. 3. verſ. Quarto*, ſanguinis quidem affectio, &
qualitates nulla præcluſa progreditur meta, de qui-
bus in puritatis informatoriis agitur, & ſimiliter ad
omnes etiam in longiſſimo exiſtentes gradu extendi
prohibitio debet, vt etiam dicam infrà *quaſt. 13. §.
4. num. 81.* & explicat Paz *de tenuta 2. p. c. 85. n. 126.*

Secundò, intelligenda ſunt, vt locum etiam ha- 32
beant in conſanguineis habitis ex illicito coitu, ſi-
cut in procreatis ex coniugio legitimo, quia om-
nes æquè à natura iura habent ſanguinis, & verè
conſanguinei dicuntur, vt notant Ioann. Andr. *in
arbore conſanguinitatis in principali quaſt.* Abb. *in cap.
in litteris, n. 1. de teſt.* & Nauar *conſ. 4. n. 2. de iurepatron.*
Auiles *in c. 4. prætor. gl. parietes, n. 2.* Ant. Peteg. *de fidei-
com. art. 22. n. 85.* & alij allegati ſuprà *q. 8. §. 3. n. 51.*

33 Tertiò, quod licèt regulariter loquendo, defectus prouenientes ex conſanguinitate, & affinitate teſtium ſuppleri valeant ex numero, & alijs adminiculis, vt plenè probent, ex adductis à Carrer. *in pract. crim. de indicijs & tortura* §. *vlt. num.* 5. Anton. Gabr. *de teſtib. concluſ.* 13. *num.* 17. *& concluſ.* 15. *num.* 7. Maſch. *de probat. concluſ.* 26. *num.* 5. *concl.* 68. *num.* 15. *&* 16. Corneo *conſil.* 172. *num.* 22 *lib.* 2. Natta *conſil.* 32. *num.* 20. 1. *part.* Cæſar. Graſſis *deciſ.* 10. *num.* 10. locum habet, dum conſanguinei non omnino repelluntur nec fidem amittunt, ſed aliquantulum probant, vt expreſsè docuit Maſch. *dict.*
34 *num.* 15. & cæteri allegati; non verò cùm omnino repelluntur, & nullam prorſus efficiunt fidem. † Sicut io ſpecie de qua loquimur, quia deponendo circa puritatem conſanguinei, ſunt teſtes in cauſa propria ex qoa commodum capiunt, & nihil probaot, *ex d. leg. omnibus* 10. in illis verbis, *dicendi teſtimonij facultatem iura ſummouerunt*, quam bene ad propoſitum pooderat Bald. ibi, *C. de teſt.* bonus text. *in l.* 21. ibi, *non debe ſer recibido, teſtimonio del vno por el otro*, vbi *gloſſ.* 1. *tit.* 16. *part.* 3. etiamſi commodum non principaliter, nec directè, ſed acceſſoriè, & per conſequentiam eis proueniat, ſecundùm eumdem Bald. *in leg. dictantibus, num.* 4. *C. de teſtam.* Maſch. *concluſ.* 1363. *num.* 1. *&* 2. Oſaſc. *deciſ. pedamont.* 79. *num.* 40. Bertazolo *conſil.* 124. *num.* 3. *& conſil.* 334. *num.* 1. *& conſil.* 351. *num.* 4. *& conſil.* 517. *num.* 12. Caualc. *deciſ.* 1. *num.* 48. *part.* 2. Craoeta *conſil.* 99. *num.* 2. Cæſar de Graſſis *deciſ.* 72. *num.* 6. Va-
35 lençuela *conſil.* 4. *à num.* 51. *cum ſeqq.* † Et quidem eorum inhabilitas aliis quamtumuis legitimis adminiculis non ſuppletur, nec numero, etiamſi inæqualis valde ſit, tum quia eorum coniunctio, quamtomuis remota omnem eis tollit fidem, & non manet, quod ſuppleri poſſit, *ex text. in leg. ſed ſi manente*, §. *de precario*, tenent Baldus *in leg. falſus, num.* 3. *C. de furtis, & in l. ſi quis ex argentarius*, §. *coguntur*, vbi etiam Angel. *num.* 6. *de edendo*, Anton. Gabr. ſuprà *concluſ.* 35. *num.* 4. *& ſeqq.* Maſch. citato loco, *num.* 8. Baiard. ad Iul. Clar. *quæſt.* 24. *num.* 128. *ad fin.* Pro quo etiam eſt *text. in l.* 4. §. 1. *de dam. infecto*, & cumulata per Cagnol. *in l.* 1. *num.* 4. *de indic.* Menchaca *quæſt. vſufreg. cap.* 14. *num.* 1. *&* 2. & per Pet. Barboſ. *in d. l.* 1. *art.* 1. *num* 21. *de indic.*
36 † Tum qu a, dum inhabilitas prouenit ex intereſſe, & commodo teſtium, ex numero nec ex aliis præſumptionibos non ſuppletur, vt receptum communiter video apud omnes, ſecundùm Socin. *in l. ſi quis ita, num.* 6. *de reb. dubiis*, Bettazol. *conſ.* 178. *num.* 8. *lib.* 2. Rolando *conſ.* 98. *num.* 34. *lib.* 4. Aym. Craueta *de antiq. tempor.* 1. *part. ſect. quid in libro num.* 19. *& conſ.* 42. *circa fin. & conſil.* 172. *num.* 2. Phil. Corn. *conſ.* 42. *circa fin. lib.* 1. *& conſil.* 172. *num.* 20. *lib.* 2. Ioſ. Ludouic. *concl.* 70. *verſ. Hac tamen concluſio.* Villalobos *in ſuis comm. lit. M. n.* 143. *verſ. Quod intellige*, Farin. *de teſtib. q.* 60. *n.* 14. *& q.* 62. *n.* 318. *&* 340.

37 Quartò intelligenda veniunt omnia prædicta procedere ea maximè ratione, quia licèt ſanguinis qualitates æquè & generaliter pertineant omnibus de genere, quo ſenſu dicendum videbatur, quod conſanguinei poſſunt teſtimonium ferre circa communes omnium qualitates, ſicut quilibet de communitate in teſtem admittitur, & probat in cauſis ſuæ communitatis, vt *in teſt. in cap tertio loco*, 5. *de probat.* vbi communiter DD. *c. cum nuncius* 12. *c. inſuper* 6. *c. veniens* 28. *de teſt. l.* 18. *verſ. Pero en pleito, tit.* 16. *p.* 3. & communiter DD. tamen ſanguinis qualitates ita ad quælibet de genere pertinent, vt ſingulos propriè, & principaliter attineant, & ſunt ita in vno, ſicut in omnibus ſimul, & tunc abſque dubio admitti non debent, ſed omnino repelli, ſecundùm Abb. *num.* 2. Fel. 6. Dec. 16. *in cap. inſuper, de teſt.* idem Felin. *in d. cap. veniens, num.* 21. *verſ. Secundo limita, illo cod. tit.* & optimè explicat Maſch. *de probat. concl.* 295. *num.* 19. & Gregor. *in gloſſ.* 6. *d. l.* 18. *partita.*

Et licèt in propoſita ſpecie, & quando teſti laus, 38
aut vituperium ex cauſa ſequi poteſt, & aliter veritas non valet probari, admittatur ad ferendum teſtimonium, & ne veritas pereat, quia illa probatio tantùm exquiritur, quæ ex natura rei haberi poteſt, vt in ſpecie orobant Abh. *num.* 12. & Butrius 40. *in cap. dilecti, de elect.* & faciunt tradita per Decium *in d. cap. veniens num.* 16. *&* 17. *de teſt.* intelligendum eſt in cauſis, & negociis, quæ ex ſui oatua coram aliis non aguntur, nec tractantur, ni apud eoſmet, qui in teſtes adducuntur, vt eſt actus ſecretæ electionis, & capituli, ſeu conſiſtorij, quia tunc adadmittuntur, qui actui interfuerunt, vt optimè declarat Felin. *in d. veniens, num.* 21. *verſ. procederet abſque dubio cum actu nec habitu alij interuenire non potuerunt.* Si verò actus ex ſua natura agi, & tractari potuit coram aliis, licèt accidentaliter defuerint, non debent admitti, qui commodum ex eo ſunt lucraturi, & licèt alij actu deſuerunt teſtes, habitu tamen adeſſe potuerunt, vt optimè explicat Maſch. *dict. concluſ.* 295. *num.* 18. *verſ. ſed iſtum poſtremum*, & facit quod tradidit *in concluſ.* 1305. *num.* 15. & Menoch. *de arbitr. caſu* 106. *num.* 2. & Bart. de Capua *ſingul.* 4. *incipit. ſed an vnus*, & Petra Sancta *ſing.* 124. *num.* 1. *verſ. quod limitarem* Aym. Craueta *de antiq. temp.* 1. *part. ſect. viſo de fama, num.* 18. *&* 19. *folio mihi* 97. & in ſpecie puritatis ex rei natura plures inueniri poſſunt, qui de vera ſanguinis qualitate deponant, etſi caſu deficiant, non ideò conſanguinei admitti debent, & ſi admittantur de facto, nullam fidem efficient, ex redditis rationibus, & quia hoc colore paſſim admitterentur, cum graui communitatum damno, & ſtatutorum fraude.

Quintò, omnia prædicta intelligenda tantùm
ſunt, vt conſanguinei velut teſtes io ſimilibus ad- 39
mittantur cauſis, & fidem efficiant, non verò vt aliquando velut partes, & intereſſe habentes in cauſa audiantur, & attendantur rationes, quas pro ſua puritate, & iure adduxerint, & aliis comprobentur teſtibus, & ſcripturis, ad ſciendum, & inquirendum rei, & honoris proximi veritatem, & rectam ſemitam, & ſi vt teſtes de facto examinentur, eorum rationes inueſtigentur ad eumdem effectum, † Tum quia teſtes, qui commodum ex ſuo
teſtimonio portare valet, veriſimilia deponens pro- 40
bat, & eredi debet, ſecundùm adducta per ſurdum *conſil.* 490. *n.* 46. *& deciſ.* 55 *ſub n.* 3. *& deciſ.* 107. *n.* 7. & faciont tradita per Crauetam adductum per Farin. *de teſt. quæſt.* 65. *n.* 141. tum quia ſicut idem prætenſor auditi debet, & eius rationes, & allegationes conſiderari, poterunt indices ad eius conſanguinei fundamenta reſpicere, & ſuos circa veritatem inſtruete animos, ſecundùm ea, quæ ex allegaris, & probatis deduci valeant, vt dicam infrà quæſt. 13. §. 4. illat. 5. ex num. 68. & faciunt tradita infrà q. 17. §. 2. ex num. 18. & 19.

* *
*

§. II.

§. II

An in puritatis, & nobilitatis cauſis conſanguineorum teſtimonia prodeſſe ad aliquid valeant? & examinari vtiliter poſſint à Commiſſario?

SVMMARIVM.

1 *Puritas & nobilitas probantur per filiationes, & deſcendentias, quæ primum locum obtinent in probando dictas qualitates.*

2 *Conſanguinei probant melius quàm alij filiationem, deſcendentiam, & conſanguinitatem*, & n. 3. *Et exornatur*, n. ſeqq. *Probant, quæ ſunt difficilis probationis, & quæ niſi per eos probari non poſſunt*, n. 8. & 9. & 10. *Meliùs quàm alij ſciunt facta & coniunctiones conſanguineorum*, n. 11. *Aliquando tamen eas ignorant, immò & proprium nomen quidam ignorarunt*, n. 12. *Idonei ſunt teſtes in cauſis matrimonialibus*, num. 14. *Suam ſtirpem melius ſciunt*, num. 15. & 16. *Domeſtici dicuntur*, num. 17.

Et quidem magis idonei quàm cæteri domeſtici, n. 20. & 21.

Numquam in cauſis puritatis examinantur niſi in defectu, num. 22.

Quare admittuntur ad probandum parentelam, & deſcendentiam non verò puritatem, num. 23.

Nec parentelam, nec deſcendentiam probant, ſi aliquod emolumentum inde reportare valeant, num. 24. *Et ſic nec nobilitatem*, ſub n. 25. *Et quid tunc facere debeat commiſſarius informans*, num. 25. *Regulariter circa deſcendentiam, & conſanguinitatem idoniores ſunt cæteris, quia pleniorem ſolent graduum habere notitiam, & arboris genealogiæ, & ſcire facta coniuncti in his, quæ concernunt iura ſanguinis, & proceſſum naturæ, non in cæteris*, num. 26. *Procedit etiam in probando negatiuè deſcendentiam, & conſanguinitatem*, num. 27. *Et filiationem*, n. 28. *Ætatem*, num. 29. & ſeqq. *Niſi vertatur in eorum commodum* n. 31. *Limitatur*, n. 32. & duobus ſeqq.

4 *Inhabiles*, & num. 5.
6 *Domeſtici*,
7 *Lucrum habentes, contrarium*, n. 24.
8 *Conſanguinei*,
} *Probant quæ ſunt difficilis prbationis.*

9 *Differentiam inter probationem puritatis, & nobilitatis & inter probandum deſcendentiam & parentelam*, & n. 23.

Parentela, & deſcendentia difficilis ſunt probationis, ſub num. 4. ſupra.

11 *Teſtes aptiores ſunt, qui factum de quo quæritur, melius ſcire poſſunt.*

12 *Nomen proprium quidam ignorarunt.*

13 *Matrimonij cauſa ardua eſt. & grauiſſima.*

16 *Domeſticum teſtimonium regulariter non admittitur.*

18 *Domeſtici probant parentelam, & deſcendentiam, & quæ melius ſcire poſſunt, quàm alij*, n. 19. *Niſi producens eos de domo ſua deducat, & imperare poſſit*, n. 21.

22 *Parentela & deſcendentia antiqua melius per conſanguineos probari ſolet.*

24 *Portantes commodum ex ſuo teſtimonio admittendi non ſunt ad teſtificandum, & ſic nec ad nobilitatem probandã*, ſub n. 25.

25 *Commiſſarius informans nõ accedat ad examen conſanguineorum, qui intereſſe habent in hac deſcendentia, magis quàm in alia.*

Nobilitas quatenus per conſanguineos propinquos & familiares poſſit probari, ibid.

27 *Connexorum eadem ratio.*

Deſcendentia negatiuè probatur eodem modo quàm affirmatiuè, ibid.

28 *Natiuitas filiorum magis nota eſſe ſolet conſanguineis, quàm cæteris.*

29 *Ætas per conſanguineos probatur, & erit optima ratio, ſcio ætatem, quia ſum conſanguineus pater, ſeu vicinus*, num. 30. *Niſi in eorum commodum vertatur*, num. 31. *Vel agatur de probando puncto natiuitatis*, n. 33. *Vel ſi conſanguineus ſit minoris ætatis, aut æqualis cum eo, de cuius ætate agitur*, num. 34. *Per librum parentis*, ex n. 35. & *Parochiæ*, n. 40.

32 *Producens conſanguineum in teſtem non poteſt ei opponere defectum conſanguinitatis.*

35 *Liber patris probat filiorum ætatem, contrarium*, num. 37.

Conciliantur opiniones, vt liber patris defuncti probet, ſecus ſi adhuc viuat. Mortui plus probat, quàm viui, n. 38. *Vel ſi lucrum ex illa probatione ei prouenire poſſit*, n. 39.

36 *L. etiam 16. de probat.*

40 *Liber Parochiæ in quo adſcribuntur nomina baptizatorum, & contrahentium matrimonia probant, non ſolùm baptiſmum, ſed etiam ætatem baptizati, & non ſolùm matrimonium, ſed etiam conſanguinitatem, ſi in eo referatur, & itidem originem generis.*

POSTQVAM vidimus cauſas, & rationes, quibus accedere ad examen conſanguineorum nec vtile, nec licitum eſt, agendum reſtat de his, ad quarum probationem admitti iure valent, & plenam efficiunt fidem, quia vtile in noſtra puritatis materia ſẽper iudicatũ, & praxi quotidie ſeruatũ eſt.

Ad quod ſciendum eſt, quòd in puritatis, & nobilitatis probatione ſimul, & æquè principaliter agitur de filiatione, & deſcendentia probanda, quia cùm prædictæ qualitates à maioribus proueniant 1

& deſcendentes tales eſſe appateant, quales conſtiterit eorum fuiſſe maiores, & quælibet radix ptoptiam eiiciat virtutem io palmites, qui einſdem naturæ ſemper iudicantur, vt ad propoſitum ex aliis ptobat Pelaez *de maiorat. 1. part. quæſt. §1. num. 7. & 16.* ad ſciendum cuiuſque qualitates, probandæ io ptimis ſunt qualitates parentum, quod omnino fieri oporiet per filiariones,& deſcendentias, & ideò manent hæ qualitates velut æquè principales, ae puritas & uobilitas; immò videtut, quòd digniorem obtineant locum, com hæ qualitates probari non valeant, ni ptius conſtet de filiationibus, & deſcendentia vſque ad eumdem prætenſotem, de cuins ſanguine quæ-
2 ritur, itavt per has perueniatur ad illas. † Et cùm conſanguioei admittantur ad probandas filiationes, patentelam, & deſcendentiam, vt latè dicam inferiùs, magnum locum obtinent in informationibus puritatis & ideò eius explicatio non erit iniucunda, ſed vtilis, & valde commoda.

3 Eſt igitur tam iure certum, quàm ptaxi obſetuatum, quòd conſanguinei, & affines admitri poſſunt, & aliquando debent ad probandum deſcendentiam, & parentelam ſuorum conſanguineorum, ex quo maxima prouenire ſolet vtilitas, cuius veritas,& iuris ratio ex ſequentibus conſtabit,& apparebit.

4 Primò quia in cauſis difficilis probatioois teſtes inhabiles, qui aliàs noo admitterentur, producuntut: ſed deſcendentia,& patentela difficilis ſunt probationis, vt ſæpiùs ptobaui *ex l. Lucius* 83. *de cond. & dem.* & multis probat Maſch. *de probat. concl.* 409. *n.* 1. Celſus Hugo *conſil.* 31. *n.* 9. Menoch. *conſ.* 816. *n.* 24. Igitur conſanguinei admitti poterunt ad filiationem, deſcendentiam,& parentelam ptobandam.

5 Maior multis ptobatur, primò quoad teſtes inhabiles generaliter loquendo *ex text. in leg. non omnes §. à barbaris, 6. de re mil. & in l. Diuus 9. verſ. ſed aliter veritas, de quæſt. in l. conſenſu 2. §. ſuper Plagy, C. de repud. cap. veniens,* 38. vbi omnes DD. *de text. cap. fin.* vbi Abb. *in 2. notab. de teſtib. cog.* Alber. *in l parentes, num. 2. C. de teſt.* Æmilio *de teſt. verb. teſtes affines n.* 47. Croto *eod. tract 3. part. num.* 88. Ant. Gab. *d. concl.* 13. *num.* 14. *iuncto num.* 27. Menoch. *de arb. iud. caſu* 116. *per totum*, & per plures alij adducti à Farin. *de teſt. q.* 61. *n.* 28.

6 Maior ſecundò probatur ſpeciatim in teſtibus domeſticis, qui, etſi inhabiles, admituntur in his, quæ ſunt difficilis probationis, maximè in eis, quæ meliùs, quàm alij, ſcite valeor, *ex leg. quoties 3. C. de naufrag. lib.* 11. *& ex text. in d. cap. veniens, & in cap. ſuper prudentia* 1. 14. *quæſt.* 2. voluerunt. Barr. *in l. ſi quando, col. fin. verſ. qualiter ergo, tunc probabitur, C. unde vi*, Marſil. *in l.* 1. *§. ad quæſtionem, num. 4. de quæſt.* Bern. Diaz. *reg.* 746. *fall.* 4. Anton. Gabr. *de teſt. concl.* 10. *num.* 4. *& ſeq.* Craueta *de antiq. temp. 1. part. §. viſo de fama num.* 15.

7 Maior tertiò probatur in teſtibus, qui lucrum ſeu honorem ex cauſa, in qua teſtimonium dicunt, ſunt reportaturi, qui teſtimonium fetre poſſunt, & fidem faciunt in cauſis, quæ ex ſua natura ſunt difficilis probationis, vt nos loquimur, ſecundùm Abb. *n.* 12. Aut. de Butr. 40. *in cap. dilecti, de elect.* faciunt tradira per Maſch. *de probat. concl.* 3. *num.* 13. & per Menoch. *de arbitr caſu.* 106. *num* 8. & probaui in præced. §. n 38.

8 Maiot quattò ſimiliter probatur circa conſanguineos, qui etſi à teſtimonio regulariter tepellantur, admittuntur tamen in cauſis, quæ ob difficultatem probationis aliter niſi pet eos probari non poſſunt, ſecundùm Alber. *in l. parentes, n. 2. verſ. ſed numquid iſti. C. de teſt.* Croto *de teſt. 3. part. n.* 88. Æmilius *eod. tract. verb. teſtes affines, n. 47. 1. part.* adducti per Ant. Gabr. *de teſt. conc.* 13. *n.* 14. *iuncto n.* 27. Cæſat de Graſſis *dec.* 10. *n.* 10.

Nec his obſtabit ex pluribus dixi in præced. §. 9 quòd videlicet conſanguinei admirri non valent ad puritatem probandam, quamtumuis adſit magna difficultas, quæ niſi per eos probari non poſſit, quia eſt magna differentia inter puritatis, & deſceudentiæ probationem, de qua dicam inftà in 6. ratione pro dubio principali, n. 23.

Secundò principalis ſententia probatur, quia cùm deſcendentia, ſeu filiatio per conſanguineos intenduntur probari, eſt in defectu aliarum probationum, & teſtium, ita vt aliter niſi per eos ptobati non valeant: at tunc indubiè admittuntur conſanguinei,& domeſtici,& commodum reportaturi, vt probatum manet. Igitur patet veritas huius ſententiæ. 10

Tertiò probatur, illi ſunt aptiores teſtes, qui factum, de quo quæritur, meliùs ſcire poſſunt & eius veritatem aptiùs eruete, *ex text. in l curent.* 16. *de teſt. l. eos teſtes 5. C. eod.* Ferrara Papienſ. *in pract. de forma iuram. teſtium. verb. dicere veritatem in princip.* at conſanguinei meliùs, quàm alij, facta, aſcendentiam, & deſcendentiam ſuorum conſanguineotum cum diſtinctione graduum ſcite præſumuntur. Igitur circa prædictas qualitates, meliùs quàm alij teſtimonium ferre poterunt. 11

Minor patet per *text. in l. octaui, 9. in fin. vnde cognati, l. quidem. 15. iuncta l. 16. ſeq. de probat. l. de tutela 7. C. de integr. reſt. leg. filium 37. C. de liber. cauſa, c. cum in tua, 21. de ſponſal. cap. videtur 3. Qui matrimon. accuſat. poſſ. cap. videtur 2. 35. quæſt. 6. leg. 15. vbi gloſſ. 2. & 3. titul. 9. part.* 4. ex quibus ita docuerunt Barbacia. *conſil.* 62. *num.* 16. *tom.* 4. Dueñas *reg.* 125. Berrazol. *conſil.* 379 *num.* 9 *lib.* 2. Menoch. *conſil.* 203. *n.* 39. Perezius de Lara io puritatis cauſis loqẽns *in d.* 4. *n* 26. vbi ait, quòd conſanguinei genealogiæ arbotem ſuæ agnationis,& deſcendentiæ meliùs ſcire, præſumuntut, & exoroant plures inferiùs *n.* 26. referendi.

Et licèt aliquando contrarium euenire ſoleat, vt 12 non tantùm generis qualitates, & deſcendentiæ ignorentur à coniunctis, immò & ptoprium nomen, vt quibuſdam eueniſſe commemorantur *in l. fin. de hered. inſtit.* vbi Bald. & Iaſſ. *num.* 2. referunt quoſdam patrem & filium, qui reciprocè propria alterutrius nomina ignorauêre, quod & euenit Meſſalæ Coruino, provt referunt Solinus Pollihyſtor. *cap.* 7. Plinius *lib. 7. naturalis hiſtoriæ cap.* 24. Per. Crinit. *lib. 1. de honeſta diſciplina, cap.* 12. & Orbilio Grammat. idem etiam euenit, provt etiam vtrumque refert Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſu 26. num. 5. & lib. 6. præſumpt. 45. num. 41. & ſeqq.* de quibus agunt DD. *in l. ſi in nomine 4. C. de teſtam.* Rom. Alexand. & Iaſſ. *in l. ſi in nomine 32. de verb. oblig.* tamen cum rarò hæc accidant, non ſunt in conſequentiam trahenda.

Quartò probatut, & ſimul quòd conſanguinei 13 ſint in ſimilibus cauſis integri, & omni exceptione maiores, quia in matrimonij cauſa velut ardua, & grauiſſima ſecundùm *c fin. verſ. & quamuis, de procurat. in 6. cap licèt ex quadam, de teſt.* Corraſ. *lib. 3. miſcel. 4. in princ.* Franc. Duar. 1. *tom. ad tit. de iureiur. cap.* 9. *in 2. tom. ad eumdem tit. cap.* 4. Carrotio *q. 4. n. 6.* teſtes integri, & omni exceptione maiores tequiruntur, vt
in d. c. licet ex quadam. † Sed conſanguinei io ea iure 14
admittuntur ad conſanguinitatis impedimentum probandum. Igitur erunt io cauſis puritatis teſtes integri,& maiores omni exceptione.

Minot

Minor probatur ex d. cap. cum in tua, d. cap. videtur, cap. 1. 2. & 3. cap. de parentela 5. & 8. 35. quæſt. 6. exornant Abb. Felin. & Butr. in cap. quoties 5. de teſt. & adducti ab Anton. Gabr. d. tit. de teſt. concluſ. 9. & 13. num. 11. Farinac. de teſt. quæſt. 54. num. 64. & 191. Pariſ. conſil. 58. num. 22. tom. 4. Menoch. conſil. 199. num.
15 37. Maſch. de probat. concl. 1035. num. 20. † vbi reddit rationem, quia iſti meliùs ſuam ſtirpem ſcire præſumuntur, ex d. cap. videtur 3. Qui matrim. accuſat. poſſ. & eamdem rationem reddit in pluribus aliis locis de quibus infrà n. 26. Gracian. diſcept. forenſ. 3. to. c. 537. n. 13.

16 Quintò domeſticum teſtimonium, etſi regulariter non admittatur ex l. teſtes eos, 24. de teſt. l. 1. §. ad quæſtionẽ, de q. l. etiã 3. de teſt. c. in litteris, 24. extra eod. cap. ſi teſtes, 4. q. 2. conſonat l. 18. tit. 16. part. 3. tamen admittitur, vbi veritas aliter haberi non poteſt, & domeſtici veriſimiliter ſunt magis informati, quàm extranei, vt in ſpecie conſanguinitatis, & parentelæ probandæ, in quibus idonei ſunt teſtes, & omni
17 exceptione maiores: † at conſanguinei domeſtici dicuntur, vt in l. vn. C. de emendat. propinq. quam ad hoc adducunt Langleus lib. 2. ocyſſimeſtris cap. 2. fol. 125. gloſ. verb. de familia, in cap. in litteris 24. de teſt. Farinac. 2. tom. de teſt quæſt. 55. num. 6. & faciunt tradita per Bart. in l. 1. in princip. ad Syllan. Franc. in cap. ſi pater, col. 55. verſ. Decimoſeptimo de teſtam. lib. 6. Laur. de Pallat. in tract. quod extantibus maſculis num. 161. Sim. de Prætis de interpretat. vlt. volunt. fol. 289. n. 23. relatos à Fuſar. de ſubſtit. q. 375. Igitur admitti debent ad probandum prædictas qualitates.

18 Maioris prima pars, nempe quòd domeſtici admittantur ad probandum deſcendentiam, & parentelam, quorum veritas aliter haberi non poteſt, probatur ex l. conſenſu 8. §. ſeruus, C. de repud. l. 3. C. de naufrag. lib. 11. & vtrubique DD. & Hipol. de Marſil. in pract. §. diligenter, num. 81. Corrad. de offic. Prætoris in cauſ. ciuil. tit. de teſt. num. 42. Zephal. conſil. 110. à num. 29. Anton. Gabr. de teſt. concl. 20. num. 47. Maſch. de probat. concl. 124. n. 48. & concl. 333. n. 15.

19 Secunda maioris pars, quòd domeſtici ad probandum admittantur, quòd ipſi ſcire meliùs poſſunt, quàm extranei, probatur ex text. in leg. 3. C. de naufrag. lib. 11. cap. veniens 38. in infin. vbi communiter DD. de text. cap. ſuper prudentia 14. quæſt 2. & ex aliis iuribus adductis à Felin. in cap. in litteris, num. 6. extra de teſt. Hipol. de Marſil. in l. 1. §. ad quæſtionem, num. 4. de quæſt. Corrado, Maſch. & Ant. Gabr. concl. 10. num. 40. & 41. citatis in locis, Craueta de antiq. tem. 1. part. ſect. viſo de fama, n. 15. Diaz reg. 746. fall. 4. & per alios plures, quos iſti referunt.

20 Tertia maioris pars, quòd domeſtici probent conſanguinitatem probatur, & ſimul omnia prædicta declarantur, vt quod diximus de domeſticis admittendis ad probandum impedimentum matrimonij intelligatur propriùs, & certiùs de conſanguineis, quàm de aliis, qui in domo producentis commoran-
21 tur, qui licèt domeſtici dicantur, † tamen cùm producens eos imperare poſſit, & de domo ſua producat, nec probant, nec admitti debent, ex text. in l. pen. de teſt. cum ſimilibus, de quibus intelligendus eſt tex. in cap. in litteris, 14. extra illo tit. conſanguinei verò, qui etiam domeſtici dicuntur, quos producens imperare non poteſt, nec de domo ſua producit, admitti debẽt, circa quos apud DD. nullum dubium inuenio, licèt in cæteris domeſticis magnam contineat difficultatem propter deciſionem text. in d. cap. in litteris, vbi gloſſ. verb. familia, Fel. & communiter DD. ita exponunt, & pro certo ex pluribus tradidit Farin. de teſt. q. 55. n. 108.

22 Quæ magis indubitanter procedunt parentela & deſcendentia antiqua eſt, & ea de cauſa aliis teſtibus probari non poteſt, quia tunc ſolitum eſt occurrere ad conſanguineos, qui veriſimilius pleniorem earum ſolent habere notitiam, ſi quidem aliis poſſint teſtibus probari, numquam vidi conſanguineos adduci ad teſtimonia ferenda in ſimilibus cauſis, ſed in antiquis, quę aliter probari non poſſunt, admittuntur, & probant, vt docent communiter DD. ex l. 2. C. quando & quib. quarta pars deb. lib. 10. & conſtat ex Bertach. in ſuo repertor ver. domeſticus, n. 23. Craueta de antiq. temp. 1. part. ſect. viſo de fama, ex n. 14 cum quatuor ſeqq. vbi bene hanc rem explicat, & adducti per Ant. Gab. lib. 1 tit. de teſt. concl. 10. n 63. Campeg. de teſt. reg. 11. fallent. 9. Diaz reg. 746. fallent. 24.

Sextò probatur reddendo differentiæ ratio- 23
nem, qua conſanguinei non admittuntur ad puritatem probandam, vt diximus in §. præcedenti, & admittuntur ad ferendum teſtimonium circa deſcendentiam, & parentelam nempe quia ex puritate ſemper & certò magna prouenit veritas, & honor, non ſolùm vniuerſo generi, & familiæ; ſed æquè principaliter ſingulis conſanguineis, vt probaui in præced. §. & in ſimilibus, conſanguinei nullo in caſu admittuntur, ſecundùm Abb. in cap. inſuper n. 20. verſ. hoc membrum. & verſ. nec obſtant iura, de teſt. Fel. in d. cap. veniens num. 21. lim. 2. de teſt. Cæſar de Graſſis deciſ. 72. num. 9. cum aliis adductis in citato loco ex num. 8. cum ſeqq. præcipuè quia naturaliter omnes honorem ſuum ſeruare iuſtè, ſiue iniuſtè intendunt, vt probaui ſuprà quæſt. 1. §. 5. per totum. & non eſt cur eis de honore, & puritate propria deponentibus fides præſtetur: at in parentela, & deſcendentia generaliter loquendo non ita certum commodum, & vtilitas conſiderari valent, cùm non pertineat ad honorem ipſios familiæ, quòd iſte, aut ille proueniat ex ſua prima ſtirpe, aut ex certo patre ex ea oriundo ſit procreatus, nec ſingulis ex ea honor, exinde ſequitur, quia etſi ille ab alia oriatur origine, manebit familia in ſuo priſtino honore, & dignitate, quæ minui ea ratione non poteſt, & certum iure eſt, quòd dum teſti nullum ſequitur lucrum, etiamſi dubitetur, an prouenire ei valeat, non repellitur à teſtimonio ferendo, ex adductis per Felin. in cap. inſuper. n. 12. in fin. verſ. videmus etiam, de teſt. & ab And. Tiraq. in tract. de iudic. in reb exiguis, paulò poſt princ. verſ. & id quidem non abſque, quem refert, & ſequitur Maſch. de prob concl. 1363. num. 60. in fin. Farin. tract. de teſt. quæſt. 60. num. 56.

Ex qua differentia apertè infertur, quòd ſi con- 24
ſanguineis ex probatione deſcendentiæ, ſeu parentelæ aliquod certum commodum, & intereſſe oriri valeat, non ſunt integri teſtes, nec quidem admitti ad examen debent, nec admiſſi fidem efficiunt, ex redditis rationibus, & probat ex l. omnibus, 10. C. de teſt. Maſch. de probat concl. 410. num. 38. quod eueniet, & ego ſequerer, dum ageretur de probando aliquam puram, & bonam, deſcendentiam & de fugiendo prauam, & maculatam, quia tunc conſanguinei, quos idem dolor & macula, quam fugere intendunt, tangere poteſt, deponerent in cauſa ex qua eis commodum, & magnum ſequi intereſſe valet, nempe aſſerendo bonam & puram deſcendentiam, & negando maculatam, quæ fortè certiùs in veritate eſt, quare nihil mihi hac in ſpecie probarent, nec probi iudices in minimo eis fidem præſtent, quia etſi conſanguinei in aliquibus cauſis admittantur in teſtes, fallit, dum quælibet in eis adeſt ſuſpicio, ex Anton. Gabr. de teſtib. concl. 2. n. 2. Alciat. reg. 1. præſumpt. 2. n. 4. Alex. conſ. 14. n. 25. vol. 2. Socin. Iun. conſ. 86. n. 20. vol. 2. Soc. Sen. conſ. 17. lib. 1. Pariſ. conſ. 55. n. 32. & conſ. 58.

*n.15.vol.*1.Marc.Ant.Genoenſ.*q.704.n.2.in pract.eccl.* † nec informantes ad eorum examen accedant,etiãſi difficilima fuerit probatio,ſed ſumant teſtes ex altera nobili, & pura familia, ex qua prætenſor intendit prouenire, qui nullum ex hoc commodum ſortiuntur, & erunt omni exceptione maiores, quod de facto in difficilimis negociis conſului, & ſequuta fuit vtilitas magna,& ex contrario magnum abſurdum; atque hoc pacto intelligas velim opinionem Cabedi *deciſ.73.num.*11. relati per Auguſt. Barboſ. *Appellat.* 164.*num.*15. dicentis nobilitatem probari poſſe per conſanguineos, propinquos,& domeſticos, nempe vt loquantur, de probanda nobilitate indirectè per probationem deſcendentiæ, parentelæ, & conſanguinitatis, ad quam de iure admittuntur prædicti; ſecus de probando directè nobilitatem cuius commodum æquè ad eos pertinet, & teſtes integri eſſe de iure non poſſunt, vt conſtans eſt ex ſuperioribus, in quo mihi nullum dubium eſt.

26 Quare extra prædictum caſum apud omnes receptum eſt, quòd dum alij teſtes præter conſanguineos non agnoſcunt parentelam, nec deſcendentiam,nec earum habent notitiam, accedere poteſt ad conſanguineorum examen, qui non ſolùm idonei, ſed etiam cæteris idoniores fuerunt ſemper habiti, quia præſumitur pleniorem graduum, & coniunctionis ſanguinis habere notitiam, quàm extranei, ex iuribus ſupra in 3. ratione principali allegatis, tenent communiter DD. & Bart. *in l. qui duos, num.* 12. *verſ. Quarto dixi quod oportet, de reb. dub. & in repetit. Auth. ingreſſi, à num.* 690. *C. de Epiſcop. & cler.* Bald. *in leg. quoniam ſororem, C. de iure deliber.* Abb. *num.* 2. Anton. de Butr. 9 *in d. cap. quoties, de teſt.*vbi etiam Feltn.*num.* 2. in hæc verba, *Cõſanguineus non ſolùm nõ eſt ſuſpectus in teſtimonio, ſed etiam eſt melior cæteris teſtibus, ſcilicet vbi agitur de probanda conſanguinitate, quia genealogia cenſetur melius nota conſanguineis, quibus conuenit text. & quæ ibi notant gloſſ.* & DD. maximè Hoſtienſ. *in cap. ſuper eo, el. 2. de teſt. ſumpto arg. à contrario ſenſu*, quare etiam Barbacia *conſil.* 61. *num.* 16. *tom.* 4. dixit, quòd conſanguinei facta conſanguineorum, & genealogiæ arborem aptiùs quàm extranei ſcire præſumuntur, qui etiam concernunt, quæ tradunt Dueñas *reg.* 125. Natta *conſil.* 108. *num.* 3. 1. *part.* Rol. à Valle *conſil.* 3. incipit, *Deuenio modo, num.* 100. *verſic. quod coniunctus præſumitur, & conſil.* 19. *Facta fuit donatio, numero* 39. *verſic. ex qua coniunctione* Menoch. *conſil.* 203. *num.* 39. Bettazolo *conſil. crimin.* 179. *num.* 9. *lib.* 2. vbi ait, *coniunctum præſumi iure facta coniuncti, maximè in his, quæ concernunt iura ſanguinis, & proceſſum naturæ*, Bart. Albert. *num.* 4. & Gilken. 18. & 19. *in leg. parentes* 6. *C. de teſt.* Hoſtienſ. *in ſumma titul. de teſt.* §. 1. *verſic. vbi autem*, Socin. *reg.*427. *fall.*6. Viuius *commun.opin verb. teſtificari, verb. limitatur in cauſis matrimonialibus*, Pariſ. *conſil.* 53. *num.* 22. *tom.* 4. Menoch. *conſil.* 199. *num.* 37. Maſch. *de probation. concl.*407.*num.*1.*& ſeqq.*maximè *num.*4. vbi ait,quòd procedit optimè præſumptio, vt coniunctus ſciat facta ſui coniuncti, quoad mores, proceſſum naturæ,iura ſanguinis, & diuitias,non autem quoad cætera facta occulta,ex pluribus, quos ibi cumulat, & in *concl.*410. *num.* 31. ait. *Iſtiuſmodi autem teſtes ſunt aptiores, & magis idonei cæteris teſtibus, quia coniunctionis ſanguinis gradus cenſentur magis noti conſanguineis*,& in *n.ſeqq.*ex Fel.citato in loco,conſtituit,quod in ſimilibus cauſis maior debet fides conſanguineis dari,quàm extraneis,& quod fortius eſt ex Bart.*in l. ſi quando C. vnde vi*,ait, conſanguineis extantibus alios admittendos ad teſtimonium non eſſe,quia iſti meliores ſunt cæteris teſtibus,(quod ſequendum nõ credo in puritatis cauſis)ex Pariſ. *d. conſil.* 58. & ex aliis,de quibus ibi,idem Maſch.*concl.*512.*n.*9.vbi ait, *Vt etiam admittantur teſtes conſanguinei, ipſi enim præſumũtur ſcire gradus,& deſcendentiam conſanguinitatis*, vt docuit Bart. & alij plures, quos ibi refert, & in *concl.*1035.*n.*20.vbi etiam quod conſanguinei melius ſuam ſtirpem ſcire præſumũtur,*ex c.*1.35.*q.*6. & aliis iuribus,de quibus ibi,Ant.Gab.*de teſt.concl.*13. *n.*11. vbi plures refert,Corrad.citato loco *n.* 44.& faciunt tradita per Farin.*q.*54.*n.*64.*&* 191. vbi plures etiam refert.

27 Ex quibus primò deducitur,quòd cùm connexorum eadem ſit ratio, & ſtatutum in vno ſtabilitum cenſeatur in alio *c.quanto* 3.*de iudic.cap.præterea,* 9.*de tranſact.c.tranſlato.*3.*de conſtit. c. de iure* 16. *de iurepatron.*Abb.*in c.querelam,*24.*n.*9.*de elect.*Paul. Caſtrenſ. *conſil.*12.*n.*14.*lib.*3.omnia prædicta etiam habebunt locum, cùm agitur negatiuè de parentela deſcendentia,ſeu conſanguinitate, nempe ad probandum, quòd quis ex certa non ſit familia, nec deſcendat à tali ſtirpe, quia tunc ſimiliter conſanguinei & qui ſunt ex illa familia,aut deſcendentia ad teſtimonium admittuntur,vt notauit Bal.*in cap.cum in tua. n.* 1. *de teſt.* Ant.Gab.*de teſt.concl.*9.*n.*6.Maſch.*d. concl.* 410.*n.*36.intelligendum tamẽ,dummodò ex negatiua probatione vtilitas teſtibus non ſequatur,aliàs ſecus, ſecundùm tradita ſuprà in verſ.ex qua differẽtia,n.24.

28 Secundò deducitur: quòd cùm filiorum natiuitas debeat conſanguineis magis eſſe nota, quam aliis ex ratione *l. octaui*, 9. *vnde cognati,l. de tutela,*7. *C.de in integ.reſtit.min.l.ſancimus* 24. *C. de nupt. gloſſ. verb.neſcire,in cap. paratus* 2. 23.*quæſt.*1,erunt in probanda filiatione teſtes idonei, immò & cæteris omnibus aptiores, vt probant gloſ. & DD. *in l. etiam matris,*16.*de probat,l.parentes* 6.*C.de teſt. & in c. videtur. Qui matr.accuſ.poſſ* Maſch. *de probat. concl.* 1087. *n.*2.Menoch.*lib.*2.*præſ.*51.*à n.*45. *vſque ad* 50.vbi hoc explicat prout nos infra n.33.

29 Tertiò deducitur ex eadem ratione quòd ſi agatur de ætate alicuius probanda conſanguinei integri ſunt teſtes, & admitti debent, & plenè probant, vt apertè colligitur *ex text.in d.l.de tutela*, 7. ibi, *quem ignarum ætatis tuæ non fuiſſe, tam officium tutelæ, quam ſanguinis proximitas arguit*, *C. de in integ. reſtit.* probant Bart. & communiter DD. *in leg.de ætate,* 43. *de minor. & in l. cùm de ætate*, 13. *de probat.* Sforcia Oddo *tract.de reſtitut.in integ.*1.*part.quæſt.*37.*num.*48. Mauric.*eod.tract.cap.*316 *num.*4.*& cap.*317. *per totum.* Vincent.de Franch.*deciſ.*119.*n.*9.Menoch. *d. præſum.* 51. *num.* 42. *cum ſeqq.* Cardin. Tuſch. *lit. T. concluſ.* 201.*num.*83. 30 † & ideò erit optima ratio, ſuo ætatem, quia ſum conſanguineus,pater, ſeu vicinus,ſecundùm Bart.*in d.l.de ætate,num.* 7. *& in l.* 1.*ſi certum pet.*docet Ioann.Mauric.*d. cap.* 327. Oddus *num.* 72. Menoch.*d.num.*42.*&* 50.citatis in locis Anton. Gab. *lib.*1.*tit. de præſumpt.conſil.*6.*num.*38 *verſ.contrarium, & num.ſeqq.*qui meliores ſunt teſtes circa hoc quàm extranei,ex Decio *in d.l.ſi cert. pet.*docet Io. Mauric. *d.cap.*317.Card.Ruin.*conſ.*194.*num.*3.*vol.*1.cùm eius veritatem meliùs ſcire præſumantur, vt ex *l.filium.* 6. *de his qui ſunt ſui*,& ex aliis docuit Bal.*in d.l. de tutela.per text.ibi,C.de in integ.reſtit.*

31 Quod tripliciter intelligendum exiſtimo. Primò, niſi probatio ætatis tenderet in magnum conſanguinei commodum, quod in aliorum vtilitatem per cõſequentiã ſaltem verteretur,quia tunc nõ erunt teſtes integri ad ætaté ſui conſanguinei probandã, vt clare deducitur *ex gloſſ.in d.l.etiam* 16. *de probat.* vbi DD. *& in cap. cum dilectus, extra de accuſat.* & bene ita diſtinguendo docet Sforcia Oddo *in d. quæſt.* 37. *num.*67.

num.67. verſicul. & ideò puto, ſic diſtinguendum, vbi plures commodorum ſpecies exempli gratia refert, inter quas noſtro tractatui illa maxima conducit, vt videlicet ſi agatur de conſanguineo admittendo ad munus, ſeu honorem, ex quo cæteris certa vtilitas prouenire poſſit; immò & ſi incerta eſſet, & coniunctio magna, vt in parentibus, & fratribus, quia nec tunc hi idonei eſſent teſtes, circa quod videndi ſunt plures penes Farinac. *de teſtib. quæſt.54. à num.177.*

32 † Sed hoc habet vnam fallentiam communiter receptam, niſi aduerſarius eos in teſtes producat, quia non poterit poſtea conſanguinitatem eis opponere, & ita plenè probabunt, vt *ex text. in l.ſi quis teſtibus 17.C.de teſtib.* & ex aliis docuit Maſch. *conſil.669.ſub num.12.* Card. Tuſch. *lit.T.concl.*201.*num.*84.

33 Intelligendum eſt ſecundò, vt locum prædicta regula habeat, dum ætas genericè parum magis, aut minus probari intenditur, vt frequentiùs fit, & loquuntur DD. citati, ſecus verò ſi agatur de puncto natiuitatis probando, quia tunc ceſſat præſumptio ſcientiæ conſanguineorum, cum plerumque partus ſecretè fiat, vt in ſpecie conſiderauit Bart. *in d.l. de ætate, num.7. de minorib.* & cùm ſit actus momentaneus, potuit fieri abſque conſanguineorum, & vicinorum ſcientia ex adductis à Maſch. *de probat.concl.* 407.*num.6.* quam diſtinctionem in ſpecie proponit Menoch. *de præſumpt.* 51. *à num.* 45. *cum tribus ſeqq.*

34 Intelligendum eſt tertiò, vt locum habeat propoſita regula, dummodò conſanguineus, qui de ætate alterius teſtimonium fert maior ſit natu illo de cuius ætate agitur, vt notant *in d. l.1. ſi cert.pet.* Paul. Caſtr. *num.*23. Iaſ.20. Alex.17. Roman. *poſt num*13. Aret.12 Ripa 46. Cagnol.102.*limit.*2. Curt. Iun.43. Fel. *in cap.in litteris.num.5.de præſumpt.* Menoch. *lib.6. præſumpt.24 num.*19. *&* 41. ſecus verò ſi fuerit minoris ætatis, ſiue æqualis, aut parum pluris quia tunc illius ſcientiæ præſumptio omnino ceſſat ex prauitatis, & in ſpecie probat Bald. *num.2.in fin.* & Salic. *in d.l.de tutela.C.de in integ.reſtit.* Mauric. citato loco *cap.*318. *num.2. verſ. Quod autem.* Menoch. *de præſumpt.* 51. *num.* 48.*& ſeq.* Maſch. *concl.* 669.*num.*20.

35 Quartò ex eadem ſimiliter ratione deducitur, quòd cùm patri filij natiuitas meliùs, quàm aliis cognita, erit circa eius ætatem teſtis melior, & quod eius libro in quo natiuitas filij eſt adſcripta, plena ſit adhibenda fides, vt volunt plures relati à Mauricio citato loco *cap.*317.*num.2.& cap.*320. Alc. *reg.2.præſumpt.*14 *num.*10. Sforcia Oddo *tract.eod.1.part.quæſt.* 37. *num.*91. Mandoſ. *reg.*18. *cancell. quæſt.8. à num.* 1. *cum ſeqq.& in tract.de ætate minor.quæſt.3.num.*2. Menoch. *de arbitr. caſu.*116. *num.*3. *& de præſumpt.lib.*2. *d.præſumpt.*51. *num.9.* licèt poſtea contrariam ſequatur ſententiam, ſed hanc ſequuta fuit Rota apud Seraph. *deciſ.*1331.*num.*8. Caputaq. *deciſ.*314. *num.*3. 1.*part.* Ioſ. Ludouic. *deciſ. Lucenſ.*55. *num.6. part.*2. Curt.Iun. *conſ.*118. *num.*8. & Carol.Ruin. *conſil.*31. *num.7. lib.*3. & poſt omnes Lara *in compend. cap.*26. *num.*11. *&* 12. Emman. Barboſa *remiſſ. ad Ordin. Luſitan. lib.3. tit.* 56. §.1. *ſub num.*17.*pag.*393.

36 Quorum præter dictam rationem fundamentum eſt *in d.l. etiam.*16. *de probat.cui conſonat. l* 14. *tit.*16. *part.*3. licèt plurimi aſſerant, hoc non probari in dictis iuribus inter quos fuit Alc. *d præſumpt.*14. *n.*10. Card. Pereira *in l.ſi curatorem, verb.minoribus.num.*13. *C.de in integ.reſtit.* Gilken. *in d.l.parentes, num.*19. *C. de teſt.* qui videndus eſt pro explicatione d.l.etiam. & ſimul Alc. citato loco. Budeus *in prioribus annotationibus ad pandectas, ad l eum de ætate.C.de probat.* Hug. Donel. *in l.non nudis, num.2.C.illo tit.& in d.l.parentes, num.*10.*C.de teſt.* quia hîc de ea agere non curaui, nec in meum ſit inſtitutum.

Quare præter relatos contrariam & negatiuam ſententiam plures ſequuntur certius arbitrantes patris librum ſemiplenè tantùm probare, ſicut nec ipſiuſmet patris teſtimonium etiam iuratum plenam efficeret probationem, quos plena manu refert Menoch. *d.caſu* 5.*num.*4. *&* 5. *& d. præſumpt.*31.*num.*10. & Maſch. *d.concl.*670. *num.*14. *&* 15. Crauetta *de antiq.tem.1.part. ſect.Vidimus, & abundè. à num.*34. *cum ſeqq.* & alios plures refert Pereira citato loco, *num.*13. 37.

Sed diſtinctionis fœdere vti, eſſe neceſſe, arbitror, vt plenè prædictæ contrariæ ſententiæ intelligantur, quòd videlicet defuncti iam diu patris liber, in quo natiuitas filij adſcripta eſt in tempore non ſuſpecto, plenè probet, ſaltim quoad contrarium apertè probetur, ratio eſt, quia cùm pater filij natiuitatem ſcripſit, non cognouerit, nec ſcire in vita potuerit litem, ſeu cauſam, in qua ætatem filij probare nunc intenditur, nullus ſuſpicionis locus adeſt, qua fidem demereat, vt non ab re longè deſcripſit eleganter Hug. Donel. *in d.l.parentes, num.*10. *C.de teſt.* Et generaliter eſt receptum, quod liber mortui plus fidei efficiat; quam viui, ex Bald *in l.comparationes, n.*14. *C.de fide inſtrum.& in l.inter cartulas, C.de conuenien. fiſci deb.* Gracian. *deciſ.*94.*num.* 10. *&* 13.*& tom.3. diſcept.for.cap.*423.*num.*14.*& tom.4.cap.*710.*num.*7. Secus autem, ſi pater ſcribens adhuc vitam agat, ſeu in vita litem motam præuidere potuit, quia tunc ſuſpicioni magnus eſt locus, veluti qui commodum, aut ſaltim affectionem magnam in ſui filij lite habet, qua ſpecie iam ſuprà dixi, quòd parentes, nec conſanguinei non probant, atque ita benè diſtinguentem vide Maſch. *in d.concl.*669. *num.*14. & clarius *in concl.*670.*num.*14.*&* 15. ex Crauetta & Socino quos allegat, & alios penes Laram *dict. cap.* 26. *num.*10. 38

Cui ſatis conueniunt, qui negant plenam fidem adhibendam libro parentis dum timet aliqua poteſt inde prouenire vtilitas, vt eos refert, & bene docet Sforcia Oddo *in d.quæſt.*37.*num.*92. *verſ.Pro concordia*, nec dum lis eſt inter patrem, & filium, vt benè animaduertit idem Maſch. *d.concl.*669. *num.*16. *& concl.*679.*num.etiam* 16. atque ideò vbicumque iudex ſuſpicionem, aut commodum patris viderit, non debet eius libro fidem præſtare, *ex deciſ.Lucenſ.*29. *ampliat.*26. *verſ.Verior tamen videtur opinio*, apud Ioſ. Ludouic. qui plurimum iudicum arbitrio hac in parte tribuit, quod etiam facere videtur Menoch. *d.caſu.*116. *num.* 4. *& dict. præſumpt.*51. *num.*1^. *verſ. Exiſtimauerim ego.* qui omnino hac in re videndus eſt. 39

Quintò ex eadem ſimiliter ratione deducitur, quòd cùm parrochiarum liber in quo baptizatorum, & patrum eorum, & ſimiliter coniugum, & teſtium nomina adſcribuntur ex diſpoſitione ſacri Concilij Trident. *ſeſſ.*24. *cap.*2. *& de reform. matrim. cap.1.in fine*, abſque vlla ſit ſuſpicione verus, nec in eo fraus valeat præſumi, cùm nihil vtilitatis, nec commodi parochi ex ſimili percipiant ſcriptura, vt optimè conſiderauit Mantic. *in d.tract. de reſtitut.in integ. quæſt.*321. plenam efficiet fidem, non tam ad Baptiſmum, ſeu matrimonium probandum circa quæ nullum eſt dubium, ex Fel. *in cap.cum cauſam, num.2.de probat.* Maſch. *de probat.concl.*163.*num.*3.*& concl.*673. *per totam maximè num.*18. Sed etiam ad ætatem baptizati probandam, vt prædicti probant, quos ſequuntur Iaſ. *in l.admonendi, num.*139.*de iureiur.* Bald. *in l fin.num.*15.*C.ſine cenſu, vel relig.* Salic. *in l.exemplo, paulò poſt princip. C.de probat.* Sforcia Oddo *de reſtit.* 1.*part.quæſt.*37.*à num.*41 *&* 83. Mandoſio *in d.reg.*8. *cancell.quæſt.*19. Sebaſt. Sapia *in d.l.de ætate, num.*33.*de* 40

minor. quos nominatini ſequuta fuit Rota apud Serapbin. *deciſ.* 1138. *num* 2 *part.* 2. *col. mihi* 153. & eam amplexus fuit Menoch. *d. præſump.* 51. *à num* 52. *cum ſeqq.* Lara *d. cap.* 26 *ex num.* 1. *cum ſeqq.* Valençuel. *conſ.* 72. *num.* 87. vbi alios allegat Farin. 1. *part. fragment. lit. A. num.* 141. vbi *num. ſeq.* ex pluribus ait, quod cùm ex generali conſuetudine receptum ſit ſacro baptiſmatis lauacro pueros induere poſt octauum, aut decimum diem natiuitatis, etiam nulla eius facta mentione prædictos libros plenè probare ætatem computatam à baptiſmi die, quod etiam locum habet in probanda filiatione baptizati, quæ ex inſcriptione cum parentum nominibus colligitur, & prædictorum librorum fides ad omnia extenditur, & parochi perſona de publico ſit electa ad illud munus, & ad alia (licèt hoc non fateatur Decius *conſ.* 120. *num.* 1. Capra *conſ.* 57. *num.* 3. reprehenſi & refutati per Mandoſium citato loco) quare plenam efficiet fidem, ex eod. Maſch. *d. concl.* 673. *num.* 18. 10. Gutierr. *de matrim. cap.* 60. *num.* 9. Th. Valaſcus *allegat. iuris tom. alleg.* 72. *num.* 106. & in terminis Nicol. Garc. *de beneficiis.* 7. *part. cap.* 11. *num.* 33. vbi ita à Rota reſolutum fuiſſe commemorat, maximè addito aliquo adminiculo, & iterum cenſuit Rota apud Ioannem Baptiſt. Coccinum *deciſ.* a 19. *num.* 5. vbi alias refert eiuſdem Rotæ deciſiones, licèt Hieronymus Zaballos *commun. contra comm.* 5 *tom quæſt.* 4. *num.* 80. & 81. Et quòd origo generis probatur per dictos libros probant Rebuff. *de pacifica poſſeſſ. num.* 217. Genoa *de ſcriptura priuata lib.* 5 *tit. de libris pleban. quæſt.* 3. Maſch. *concl.* 1147. *num.* 21. Gonçalez *ad reg.* 8. *cancell. gloſſ.* 9. §. 1. *à n.* 112. Piaſec. *in praxi Epiſc.* 1 *parte cap.* 1. *num.* 9. refert Aug. Barboſa *de offic. paroch. cap.* 7. *num.* 5. Hoc intelligat, vt tantùm procedat ad probandum baptiſmum, ſeu matrimonium, ad quæ principaliter prædicti libri habentur in parrochialibus, & reſpexit conſtitutio Concilij: ſecus verò ad probandam filiationem, quæ ſecundariò, & acceſſoriè in eis continetur, tamen prima ſententia Nicolai Garciæ mihi magis in cauſis, de quibus loquimur, probatur, tum ob ſuſpicionis defectum, tum quia ſicut fides, quæ indiuidua eſt, præſtatur plena in vno, præſtari debet in alio, quod certè ex ipſis libris conſtet, tum etiam quia ſumus in antiquis, & in qualitatibus difficillimæ probationis, in quibus minor ſufficit probatio, vt pluries dixi in duabus præcedentibus quæſtionibus, & circa ætatem conſiderant Doctores ſuprà allegati, vt expreſsè teſtatur Farinac. *in d. num.* 141. ratione, & auctoritatibus loquens, cum quibus hæc noſtra clauditur quæſtio.

QVÆSTIO XII.

De teſtibus inimicis in puritatis, & Nobilitatis probatione admittendis, & quatenus probent.

POſtquam vidimus, qui à teſtimonio arceantur propter affectionem amorémve, videamus, qui propter odium, & ſic de inimicis, ad quod ſuppono, quòd nulla eſt cauſa, quæ ita ſubiecta, & expoſita ſit hominum calumniis, & inimicorum verſutiis, & malignitatibus, ſicut hæ, in quibus agitur de nobilitate, & puritate probanda, tum propter ipſarum cauſarum, & iudiciorum naturam, arcanam, & exquiſitam eorum formam, vt ſæpiùs alibi dixi, tum etiam ex quaſi naturali, & ab initio imbibita mortalium inuidia honoris proximi, quem dehoneſtando ſe honorare putant, vt dixi ſuprà quæſt. 1. §. 6. tum etiam quia nihil frequentiùs, quàm vt puri & nobiles ab inimicis in honore lædantur, & omnia mala ſubſtineant, quatenus iidem inimici excogitare valent, vt ex *l.* 1. §. *præterea inimicorum.* 24. *de quæſt.* & ex aliis multis in noſtra ſpecie probauit Valençuela *conſ.* 92. *à num.* 129. & alibi. Ex quo magna damna prætenſoribus oriuntur, litibus detentiones, ac immenſæ cauſarum dilationes proueniunt, & iudicibus dubia magna naſcuntur, eorúmque menteș confusè nimis inuoluunt, quare tantis damnis occurrere, quantum de iure valemus, & docere, quando inimici admitti poſſint, quámque admiſſi fidem efficiant, me rectè facturum exiſtimaui, & vt hoc faciliùs, atque diſtinctiùs efficere valeam, commodè totam quæſtionem diuidere decreui in tres partes, quæ ſequuntur.

1 Qui dicantur inimici, maximè circa iudicia puritatis probandæ.
2 Quatenus repellantur à teſtimonio ferendo, & admiſſi fidem efficiant.
3 An ſint cauſæ, ex quibus admitti valeant, & admiſſi qualem, & quantam efficiant fidem.

§. I.

Qui dicantur, ſeu dici valeant inimici in puritatis, & nobilitatis cauſis, vt à teſtimonio reiiciantur, & non probent.

SVMMARIVM.

1 *Inimicus ex cauſa inimicitia dicitur, ſicut amicus ex cauſa amicitiæ.*
2 *Cauſa circa inimicitiam inſpicienda.*
3 *Animus etiam, quamuis cauſa non appareat.*

4 Odium

4 *Odium ſine cauſa ad inimicitiam ſufficit.*
Cauſa ſine eius ſcientia inimicum non reddit, ſecus ex parte iniuriantis, ibid.
5 *Cauſa inimicitiæ cognita inimicum teſtem reddit, quamuis palàm ſe amicum dicat.*
6 *Inimicus etiam præſumptus dicitur.*
7 *Inimicitia ex coniecturis, & præſumptionibus probatur, declara vt* num. ſeqq.
8 *Diſcrimen eſt inter probandum inimicitiam, & eius cauſam.*
9 *Inimicitia non tam ex cauſa, quàm ex animo regulanda.*
10 *Cauſa inimicitiæ à quocumque inceperit inuicem vtroſque inimicos ſignat, fallit vt* num. 30.
11 *Cauſa grauis & capitalis inimicitiam grauem conſtituit, ſecus leuis, & pauci momenti.*
12 *Inimicitia grauis oritur ex lite criminali, ex verbis iniurioſis*, num. 13.
Et ex teſtimonio in cauſis puritatis circa alicuius maculam, num. 14.
Et ex famoſa actione, ſeu ſtatus controuerſia, num. 15. *& ex cauſa matrimoniali*, num. 16.
14 *Teſtimonium eſſe cauſa poteſt inimicitiæ.*
17 *Inimici dicuntur conſanguinei inimici noſtri vſque ad quartum gradum, & vlterius arbitrio iudicum. Et omnes qui ſunt eiuſdem familiæ*, num. 18.
Et qui inimici ſint conſanguinei noſtri, num. 19.
Amici inimicorum, num. 20. *Complices, habitantes, conſultores, & aſsiduè conuerſantes cum inimicis*, num. 21. *Reconciliati*, num. 22. *De recenti, ſecus de antiqua reconciliatione*, num. 23. *Explicatur*, num. ſeqq.
23 *Reconciliatio inimicorum antiqua attenditur; ſecus recens, ad quam inſpiciendum eſt tempus examinis*, num. 24.
Et quæ dicatur antiqua, ſeu recens relinquitur arbitrio iudicum, num. 25.
Ad quod inſpicienda eſt conditio naturalis reconciliati, num. 26.
27 *Cauſa affectata, ſeu procurata ad inimicitiam non prodeſt.*
28 *Cauſa potius quàm factum inſpicienda.*
29 *Homines ſunt, qui ad ſe tuendum in committendis delictis, cauſam inimicitiæ procurant.*
31 *Arbitrio iudicum relinquitur qualis ſit ſufficiens cauſa inimicitiæ.*

1 SICVT amicus dicitur cùm cauſa inimicitiæ interuenit, ex ſingulari, *text. in l. lata. 223. §. amicos, de verb. ſign.* vbi communiter notant DD. *& in l. amiciſſimis. 26. in princip. de excuſat. tut.* ita ſimiliter inimicus, cum inimicitiæ adeſt cauſa ſecundùm *text. in l. ſi quis teſtibus. 17. C. de teſt.* Auth. *de teſt. cap. 7.* incipit, *ſi verò quis dicat odioſum. coll. 7. nouel. 90.* quæ ſumenda eſt non tam ex cauſis exterioribus, & apparentibus, quàm ex interno cuiuſque animo, elegans & ſingularis text. *in l. in ratione, 11. §. cum quidem, 3. in fin. ad l. Aquil.* docent communiter DD. maximè in diſcenſu allegandi.

Ex qua veriſſima regula primò infertur, quòd ad inimicitiam eius cauſa eſt in primis, & ſemper inſpicienda, vt talis inimicitia iudicetur, qualis præceſſerit cauſa, ex adductis à Carrer. *in pract. tit. de indiciis. §. fin. num. 8.* Iul. Claro. *§. fin. quæſt. 21. verſ. Inimicitia vrgens, & quæſt. 24. verſ. Item quæro*, Ant. Gom. *lib. ñ. var. cap. 12. num. 14. ante medium. & num. 20. verſ. Si verò repellitur propter inimicitiam.* & Menoch *lib. 1. de arbitr. quæſt. 89. num. 51. & 52.* 2

Secundò infertur, quòd animus teſtis, etiamſi cauſa non appareat inſpici debet, vt inimicitia grauis, ſeu leuis præſumatur, ad quod adducitur, *text. in cap. inquiſitionis. 21. § tertia dubitationis*, ibi, *reſpondent, quod non diligunt eos. extra, de accuſat. cap. accuſatores. 2. 3. quæſt. 5.* Alberic. *in l. ſi inimicitiæ, num. 2. de his quibus vt indig. & in l. metum. C. quod met. cauſa.* Præpoſit. *in cap. quod vero, circa fin. 3. quæſt. 5.* Iul. Clar. *in pract. quæſt. 24. num. 30.* iunctis ibi traditis per Baiardum, Corrad. *de offic. prætor. in cauſ. ciuil. tit. de teſt. §. perſonas teſtium aſſumendo, num. 65. circa fin.* Maſch. *de probat. concl. 899. num. 40.* Bertazol. *conſ. 170. num. 17. lib. 1. & conſ. 251. num. 16. lib. 2.* Oſaſch. *conſ. 66. num. 12. & 26.* 3

Quas duas illationes intelligere oportet ita, vt odium in animo per ſe tantùm ſufficiat, etiamſi de eius cauſa non conſtet, qua ex odioſo veritatem expectare non eſt conueniens ex dictis iuribus, & *d. Auth. de teſt. §. ſi verò quis dicat odioſum*, cauſa verò inimicitiæ per ſe tantùm, abſque eo quòd in animum fuerit reuocata, & perueniat ad notitiam iniuriati, eum inimicum non reddit, cùm iniuriam ignoret, ſecundùm Cynum & Alberic. *in l. fideicommiſſum. C. de fideicom.* Baiard. ad Iul. Clar. *in d. quæſt. 24. num. 42.* Tib. Decian. qui alios refert *lib. 3. crim. cap. 25. à num. 9. cum ſeqq.* Bertazol. *conſ. 215. num. 10. vol. 1.* Thom. Gramm. *voto 6. ſub num. 19.* Aliud quidem eſt reſpectu iniuriantis, qui ex illata iniuria inimicus præſumitur, & ſi cauſa ignota fuerit ei, contra quem fert teſtimonium ſecundùm Bart. *in l. 1. in fin. de his qua, vt indignis.* Sequutus communiter, vt conſtat ex Hipol. de Marſil *in l. 1. § præterea, num. 3. de quæſt. & ſing. 178. verſ. Quod eſt verum.* Felin. *in cap. repellantur, num. 6. de accuſat.* & ex ſingulari dicto Innocentij *in cap. cum I. & A. in fine, de re iud.* Croti *de teſt. 3. part. num. 98. verſ. Sextò procedit.* Maſch. qui alios allegat *concl. 900. num. 3.* Simon de Prettis *conſ. 15. num. 58.* Grammat. citato loco *num. 5. & 6.* 4
5 † Si autem inimicitiæ cauſa nota fuerit teſti, etiamſi palàm ſe amicum dicat, eum repellit præſumpta inimicitia & odium, ſecundùm Marſil. *in l. 1. § præterea, num. 3. de quæſt.* cum adductis pluribus ab Ant. Gom. *d. cap. 12. ſub num. 14.* & à Gig. *de crim. læſæ maieſtatis lib. 2. tit. Quomodo, & per quos crimen læſæ maieſtatis probetur, quæſt. à num. 31.* & per Maſch. *concl. 857. num. 53.* Burſat. *conſ. 346. n. 11. & 12.* Bertazol. *conſ. 474. num. 27. lib. 2.* Rol. à Valle *conſ. 24. num. 44. lib. 1.* atque hoc eſt, quod de cauſis certis, & effectibus occultis inimicitiæ docuerunt Tib. Decian. *d. cap. 25. num. 13.* & Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæſt. 28. num. 7.*

Tertiò infertur, quòd non tantùm inimicus dicitur, qui verè, & palàm talis eſt, ſed & præſumptus, & velut talis repellendus eſt à teſtimonio, *ex addit. ad Bart. in l. 3. ſub lit. D. de teſt.* Marſil. *num. 3.* Gig. 32. Tiber. Dec. 12. citatis in locis, & relatis ab Hojeda *de incompatibilit. benefic. cap. 23. num. 149. verſ. Quod extenditur primò.* Valençuel. *conſ. 92. à num. 119. & 123.* qui duo loquuntur in terminis puritatis probandæ. 6

† Et

7 ✝ Er ideò receptum eſt, quòd inimicitia ex præſumptionibus, & coniecturis probatur, vt ratiocinatur Maſch. d.concl. 899 num. 4. & 5. cui adde allegatos per Baiard ad Iul.Clar.d.quæſt.14. num.13 Corad. in d.§.perſonas teſtium aſſumendo, num.65. verſ.Ita etiam per coniecturas, Bertazol.conſ 528.num.6.lib.2.

8 Sed obſtat, quod ſimiliter receptum eſt ad repellendum teſtem ob inimiciriam debere manifeſtè eius cauſam probari ex eodem Maſch.num.2. Tiber. Dec.31.citatis in locis Tb.Grammat. conſ.44.num.8. & deciſ.34.num.24. Igitur non ſufficiet per coniecturas, nec præſumptiuè. Sed intellige, quod diſcrimen eſt inter inimicitiam, & eius cauſas, quæ manifeſtè probari, & conſtare debent, vt loquuntur DD. proximè allegati: at ex ipſis cauſis ita probatis poterit inimicitia præſumptiuè deduci, vt expreſsè loqountur in numero præcedenti allegati Doctores.

9 Quartò infertur, quòd etſi cauſæ inimicitiæ apparentes, & iniuſtæ communiter reputentur, & ex cis motus ſit animus ad odium, inimicitia exinde oritur, oon tam ex cauſis quàm ex odioſo animo, ſecundùm notata in l.1.de his, quæ vt indign. cap. non eſt crudelis, 28.23.quæſt.3. gloſſ.in l ſororem.10. C.de his quib. vt indign. Menoch. de arbitr. iudic. lib.1. quæſt.28. num.9. Maſch. concl.199. num.22. & cenſuit Rota apud Seraphin deciſ.1076.n.4. & deciſ.1069. ſub n.2. vbi optimum exemplum.

10 Quintò infertur, quòd non debet attendi, vnde proueniant cauſæ, an ex teſtis facto, an ab eo, aduersùs quem deponit, nec quis eorum in culpa fuerit, qola à quocumque præceſſerint cauſæ, inuicem inimici dicuntur ex allegatis per Iaſſ. in l.hæreditas n.4. C. de his quib. vt indign. & in l.ſi filiam tuam, num.2. C.de inoffic.teſtam. Corrad.num.65. & Ant. Gom.14. verſ.Quod etiam extende, citatis in locis Couarr. de ſponſal.2.part.cap.3.§.5.num.7. Maſch.de probat.concl. 857.num.12. Menoch. d. quæſt.18. num 9. quia tunc non tantùm inſpicitur, vnde proueniat cauſa, quàm eius effectus, vt optimè docet idem Menoch de præſumpt.lib.1 quæſt 89.num.53.

11 Sextò, omnia prædicta intelligi oportet de cauſis inimicitiæ capitalibus, ſeu grauibus, ſecus verò in leuibus, & pauci momenti ex text.in l.1.§.præterea, de quæſt. & ibi communiter DD. & in l.3.§ fin.de teſt. & in l.3.§ fin. de adim. leg. Abb. Innoc. & Canoniſtæ in cap.cùm oporteat, de accuſation. Iul.Clar. in pract.quæſt. 24.verſ.Item quæro. Ant.Gom.d.num.14. verſ.Intellige tamen, lariſſimè Farin.de indic. & tort.quæſt.49.à num. 2.cum pluribus ſeqq. quæ autem dicatur cauſa capitalis, ſeu grauis inſià dicam io 19. illatione, vbi iudicum arbitrio relinqui probabo. & latiùs in ſeqq. illat.& ſeq.§.

12 Septimò, illud certum eſt ex lite, ſeu accuſatione criminali oriri cauſam capitalem inimicitiæ, vt communiter volunt DD.ex l.qui cum maior, 14. §.accuſatore, 8.de bon. libert. cap. meminimus. 13. de accuſat. l.13. vbi gloſſ.3.l.22. vbi gloſſ.2 tit.16.part 3.l.6. vbi gloſſ.7. cum duabus ſeqq. tit.33. part.7. Ant.Gom. d. num.14. Iac.Menoch lib.5 præſumpt.42.num.6. plura adducit Farinac.d.quæſt.49.à n 24. cum ſeqq. Gracian. March. deciſ.133.num.20.

13 Octauò, etiam illud certum eſt præcipuè in puritatis cauſis, quòd qui conuicia iniurioſa aduersùs aliquem protulerit, præſumitur eius inimicus, maximè ſi verba illata aduerſus ſanguinis fuerint qualitates, ex l.item apud Labeonem.15. §.conuitium.5.cum ſeqq.de iniur. notat cum communi Ant. Gom. citato loco verſ.Intellige tamen, Tib Decian d.lib.3.crim.cap. 25.num.52. Placa de delictis, cap.18. num.24. Anton. Gamma deciſ.266.num.18. Pelaez de maiorat. 1.part. quæſt.48.num.108. in fin. quod maximè procedit, ſi maculam, aut defectum alium in vulgum ſparſerit, ſiue ſeminauerit, quia malo animo, & odio feciſſe præſumitur, vt ex l.ſi inimicitia, 9. §.ſed & ſi palam, de his quæ vt indign. voluit, & bene Maſch. citato loco num.41. latè cum ampliationibus ad noſtram ſpeciem tangentibus Farinac. 1. tom.praxis quæſt.49. ex num.38. cum ſeqq. & nos infra 2. part. quæſt. 3. num.9

Nonò inimicitia præſumitur in his cauſis, ſi prætenſor, aut aliquis ex ſua familia teſtimonium tulerit contra puritatem alicuius, qui poſtea deponat maculam eiuſdem prætenſoris, aut ſuæ familiæ, præſumitur equidē vindictæ, ſeu talionis cauſa depoſuiſſe, vt ſæpiùs de facto vidimus, atque ideò Rota apud Seraphin deciſ.1376.num.4. cenſuit inimicum illum, qui in ſancto Inquiſitionis Officio depoſuit, & generaliter, quòd ex teſtimonio oriatur ſuſpicio inimicitiæ probatur, ex text.in cap.cum P.10.ibi, quia in teſtimonium illius cauſa adductus fuerat, de accuſat. vbi notant Abb.Fel.Butr.& communiter DD. Bart.num. 10. & Albert. in auth. ſi teſtis, C.de teſt. adducti per Baiard.ad Iul.Clarum in d.quæſt.24 num.45. Farinac. d.quæſt.49.à num.76.& ſeq. 14

Decimò ex famoſa actione, ſeu ſtatus controuerſia oritur præſumpta inimicitia, quæ fidem teſti tollit, ex d.l.ſi inimicitia.9.§.fin.de his, quæ vt indign. Tib. Dec.in d lib.3.cap.25.num.46. & 48. Villalob. in ſuis comm. lit.I. num.48. Maſch. d concl.899. num.6. Menoch.lib.5.præſumpt.42.num.2. 15

Vndecimò cum caoſa matrimonialis grauiſſima reputetur à iure, vt in præced.quæſt. probaui, ex cap. fin.verſ.Et quamuis, de procurat.in 6.cap. licèt ex quadam, de teſt. cap.pen. de reſtit.in integr. & in l.3 §.quæcumque, vbi gloſſ. & communiter DD.de iureiur. Cotraſ.lib.3.miſcell.4.in princ. Franc.Duar.1. tom.ad tit.de iureiur. cap.9. & 2.tom. ad eumdem tit.cap.4. Carrot. quæſt.9. princip. quæſt.4. num. 6. inimici ſunt, qui in ea degunt, vt bene probat Dec. dict. lib. 3. cap.25. num.47. 16

Decimoſecundò, omnia prædicta intelligenda ſunt, non tantùm de principali inimico, cum quo cauſa inimicitiæ fuit, ſed etiam de omnibus, qui ei accedunt, nempe conſanguineis ex adductis ab Ant. Gom d.cap.12. num.14. Maſch.concl.857. num.49. & concl.899.num.31.per l. Athleta, 8. alias, l.ſi duas.6. §. dat remiſſionem, de excuſat.tut. quod in puritetis cauſis loquendo animaduertunt Hojeda d.cap.23.de incompatibil.benefic.à num.149.& Valençuel.d.conſ.92.num. 131.Et intelligitur vſque ad quartum gradum, ſeu vt melius opinor vlteriùs arbitrio iudicum ex Bart. in l.3.§.ſi tutor.in fin.de ſuſpect. tut. Menoch.de arbitr. caſu 262.num.3.Gracian.Marchia deciſ.133. num.22. & 23. 17

Decimotertiò inimici dicuntur omnes, qui ſunt de familia, quæ ſeditionem, ſeu inimicitiam habet cum altera familia, ſecundùm Bald.in l.vn. C.de raptu virg.& in cap.ſi vaſallus, in princ. ſi de feudo fuer. controu.& Abb.cap.cum P.Manconella, num.1. de accuſat. Fel.in cap.cum repellatur, illo eod.tit. tenet Io. à Roxas ſing.199.num.8.& ponit exempla, vt in Italia Guelphi, & Gybellini, & in ciuitate Ianuenſi Aurij, & Fregoſſi, & in Neapolitana ciuitate Gaſconi, & Vaſcolleti, & Florentiæ Altouitæ, & Alamani, & in Nauarra Viamonteſi, & Agtamonteſi, & in Turre Iulia, & Caſtrocæſaris in Hiſpania inter familiam Chauenſem, & Vargenſem, & in Vbeta, & Baëcia inter Carauaſalenſes, & Couenſes, & aliæ plures io ſingulis ciuitatibus, & oppidis, cui adde Maſch concl.857.num. 51. Gig. citato loco quæſt.2. num.28. Farin. quæſt.53. num.38. Fr.Emman.Roderic.in praxi regul.tit.11.c.11. 18

num.

*num.*34. Burſat. *conſ.*48. *num.*9. *verſ. Margarita*, ex
quibus in puritatis informatoriis teſtes recipiendi
non ſunt, dum agitur de puritate probanda alterius
familiæ, cùm inuicem inimicitiam habeant, nec ab
eis veritas expectari poſſit ex mutuis inimicitiis, &
odiis.

19 Decimoquartò, prædicta extenduntur ad inimi-
cum conſanguinei prætenſoris, qui etiam huius ini-
micus præſumitur eſſe, ſecundùm Bart. *in l. tutor*, §. *ſi
tutor*, & ibi Alex. *in addit. de ſuſpect. tut.* Alex. *in l. ſi ita
ſtipulatus*, §. *Chryſogonus*, *num.*21. *de verbor.* Tib. Dec.
*d. cap.*25. *num.*17. Maſch. *d. concl.*899. *num.*39. maximè
ſi ex offenſa, ſeu iniuria procedat, ex DD. *in l.*1. §. *præ-
terea*, maximè Bart. & Marſil. *num.*55. & 57. Carrer.
in pract. de indiciis, 2. §. *quartum indicium, num.*6. Tib.
Dec. citato loco *num.*67. Gig. *quæſt.*7. *num.*13. Maſch.
12. *ſupra*. Menoch. *de præſumpt. lib.*1. *quæſt.*89. *num.*53.
Rol. à Valle *conſ.*24. *num.*39. & *ſeqq. lib.*1. ex ratione,
quam tradidimus in præced. quæſt. quia videlicet in-
iuria facta vni de familia iudicatur velut facta om-
nibus, *ex l. lex Cornelia*, 5. *in princ.* vbi DD. *de iniur.* &
communiter omnes *in l. vn. C. de raptu virg.* And. Ti-
raq. *de pœn. temp. cauſa.*15. *num.*68. Menoch. *caſu.*262.
*num.*1.

20 Decimoquintò, extenduntur ad amicos inimico-
rum, qui ſimiliter velut inimici repelluntur, *ex gloſ.
verb. cum inimicis*, *in l.*1. §. *cum patronus*, *de offic. Præt.*
Tib. Dec. *d. cap.*25 *poſt num.*13. Corrad. *in pract. tit. de
teſt.* §. *perſonas teſtium aſſumendo. num.*65. *verſ. Item ſi
quis eſſet magnus amicus.* Maſcb. *concl.* 857. *num.*50.
verſ. Hinc amicus. vbi in fine loquitur de eo, qui ini-
uit parentelam, ſeu confœderationem cum inimico
capitali, & in noſtra puritatis materia probat Va-
lençuela *d. conſ.*92. *num.*130.

21 Decimoſextò, prædicta ampliantur, vt ex eadem,
aut maiori ratione locum habeant in complicibus,
habitantibus, conſultoribus, & aſſiduè conuerſanti-
bus cum inimicis, quia hi omnes etiam præſumun-
tur inimici, *ex l. pen.* § *in factum, Nautæ, caup. ſtab.* & *ex
cap. accedens*, 4. *vt lite non conteſt. cap. repellantur*, 7. *cap.
cum oporteat*, 19. *de accuſat. cap. accuſatoribus.* 3. 3. *quæſt.*
5. per quæ iura ita docuit Tib. Dec. *d. cap.*25. *num.*15.
& 68. Innoc. Abb. & Fel *in cap. cum I. & A. extra, de
re iud.* Bart. & Salic. *in l. ſi quis*, *C. de teſt.* Iaſ. Alex. &
Imm. *in l. liberti, per text.* ibi, *de inoffic. teſtam.* Bertazol.
*conſ.*98. *num.*5. & 6. *lib.*1. videndi per plures alij al-
legati per Farinac. *in dict. quæſt.* 49. *num.* 57. *cum
ſequentib.*

22 Decimoſeptimò ampliantur in inimico reconci-
liato, qui nihilominus in præterito odio manere
præſumitur, *arg. l. in ipſius* 5. *C. Fam. erciſc.* & *text. in
cap. accuſatores*, 2. *in ord.* 2. *quæſt.* 5. vbi *gloſſ.* & DD. *in
cap. per tuas in verb. Inimicitias, de ſimon.* Innoc. *num.*6.
Abb. *eod.* Fel. 5. *in d. cap. cum oporteat. de accuſat.* Alc.
*reg.*2. *in præſumpt.*2. *num.*4. Ant. Gom. *d. cap.*12. *ſub num.*
14. *verſ. Quod intellige, niſi talis reconciliatio.* Couarr.
*in pract. cap.*18. *num.*3. Iul. Clar *d.* §. *fin. quæſt.*24. *verſ.
Sed ſi ſequuta fuit reconciliatio.* Tib Dec. *d. cap.*25. *n.*21.
1. *part.* Mich. Craſſ. *comm. opin. lib.*2. *cap.*17 *quæſt.*32.
Maſch. *concl.*853. *num.*47. & *concl.*200. *num.*9. Crauetta
*conſ.*9. *num.*1. *lib.*1. Bertazol. *conſ.*474. *num.*24. & 26.
*lib.*2. Roland. *conſ.*24. *num.*35 *lib.*1.

23 Sed intellige in inimico reconciliato de recenti,
vt loquuntur prædicta iura maximè, *d. cap accuſato-
res*: ſecus verò ſi reconciliatio antiqua fuerit, & ſe-
quantur ſigna concordiæ, & perfectæ reconcilia-
tionis, quia non cenſetur inimicus, cùm odium, &
inimicitia præcedens ex temporis tranſcurſu oblita
præſumatur, vt communiter explicant DD. ſecundùm
Ant. Gom. Decian. & Maſch. citatis in locis, & per
text. in d. l. §. *præterea*, explicat Marſil. ibi *num.*7. *de
quæſt.* Innoc. *in d. cap. cum oporteat*, *de accuſat.* Mich.
Craſſus *in ſuis comm. lib.*3. *cap.*17. *quæſt.*17. † circa 24
quod inſpici oportet tempore antiqua fuerit recon-
ciliatio, & præceſſerint amicitiæ ſigna, ad teſtimo-
nium admitti valeat, & probet; alias ſecus, Maſcb.
*d. concl.*900. *num.*10. *verſ. Licet prædicta reconciliatio*,
& Tib. Dec. citato loco *num.*11. *in fin.* & *num.*34. Ro-
land. *in d. conſ.*24. *num.*51. Alc. Craſſus, & Gomeſius
citatis locis, † qualis autem dicatur antiqua, ſeu re- 25
cens reconciliatio, nihil certum aſſignari poteſt, at-
que ita relinquitur iudicum arbitrio, qui ex circun-
ſtantiis, & qualitatibus perſonarum, & rerum, id in-
ueſtigare & percipere debent, vt pro veriori agnouit
Iul. Clar, *in d.* §. *fin quæſt.*14. *verſ. Sed quid ſi ſequuta ſit
reconciliatio, in fin.* & ex Campeg. *tract. de teſt. reg.*23.
*fallent.*3. & *reg.*26. *in fin.* probat Ioſ. Maſch. *d. concl.*
900. *ſub num.*10. *in fin.* † In quo plus conditio natura- 26
lis inimici reconciliati inſpici oportet, quia ſunt ho-
mines, quos nec ratio, nec longiſſimum tempus di-
mouere poſſunt ab odiis, & rancoribus ſemel ſuſce-
ptis, de quibus omnibus videndus latiſſimè Fari-
nac. *de indiciis & tortura*, 1. *tom. quæſt.*49. *à num.*109.
cum ſeqq.

Decimooctauò, prædicta omnia intelligenda ſunt, 27
ni cauſa inimicitiæ fuerit procurata, ſeu affectata ab
eo, qui exceptionem opponit, quia ſimilis fraudulosa
cautela ei prodeſſe non poteſt, tum quia quælibet
pro curata cauſa non iuuat, text. elegans vbi Bart. no-
tat *in l.*1. §. *cum quis latrones*, 26. *verſ. Plerique enim, de
quæſt.* † tum etiam quia cauſa potius quàm factum 28
inſpici oportet, *l. ſi tantum*, 13. *ad l SC. Maced. cum ſi-
milibus.* allegari ab Aug. Barboſa *Axiom* 40. *num.*1.
& 2. *pag.*27. Atque ita hanc ſententiam amplectun-
tur communiter DD. *in d.* §. *cum quis latrones*, & *in l.
ſed & ſi quis*, 4. §. 1. vbi etiam bonus text. *ſi quis caution.*
& allegari per Cortam *in ſuis memorab. verſ. Inimicitiæ
capitales*, *in fin.* Tib. Dec. citato loco *num.*16. & 28.
atque etiam Ant. Gom. *d. num.*15. *verſ. Item etiam li-
mita*, & alij apud Baiard. ad Iul. Clar. *in d. quæſt.*24.
*num.*40. quod relinquitur iudicum arbitrio, vt in
proxima declaratione animaduertam, † & certè 29
ſummè hoc notandum eſt, nam malitia humana
vſque adeò creuit, vt ſint homines (agnoui quidem
aliquem huiuſce conditionis, à quo & ſimilibus ſem-
per me Deus tueatur, & proſpiciat, cùm ſint prauæ
conditionis, & naturæ, & numquam eis deficit de-
linquendi, & malè agendi cogitatio, & ita ſe ſem-
per proſpiciunt, & clypeant ſimilibus in excogi-
tatis, & malitioſis cautelis) qui cauſam rixæ, &
inimicitiæ procurant cum illis, qui ſuorum flagi-
tiorum teſtes eſſe poſſunt, tam poſt commiſſa cri-
mina, quàm ante, vt eos in iudicio reiicere va-
leant, & inimicos oſtendere, qui certè extra lucem
in tenebrarum conſpectu ambulant, & in eorum
corde numquam deficit criminandi, & malè agendi
voluntas, & pœnæ timor eos cogit ad ſe tuendos
ſimilibus aſtutiis, & præcautionibus, & ad ſe libe-
randos à commiſſis, ſeu committendis facinoribus,
de quo mirè agit Maſch. *de probat. d. concl.*857. *n.*54.
vbi *in verſ. Hæc limitatio*, caſum de facto, qui ei met
euenit eleganter refert, & in *verſ quæ quidem ſenten-
tia*, ait, † quod & ſi conſtito de inimicitia ante, ſeu 30
poſt delictum enata, non ſit curandum, à quo incœpe-
rit eius cauſa, vt ſuprà nos probauimus, tamen fallit,
dum inimicitia superuenit ex facto illius, aduersùs
quem teſtis producitur, dummodò dolore inimicitiæ
cauſam dederit, quia tunc ſibimet nocet, & teſtis in-
teger, & idoneus manet. Ego verò idem dico, dum
inimicitia procurata præceſſerit delicto, quia tunc
ſpe ſaltim in mente erat, & præcautionis cauſa ini-
micitia præuenta fuit; & in vtroque eandem inuenio
rationem

7 Quintò ampliatur, vt nec iudices valeant ſuum
inſtruere animum ex inimicorum teſtimoniis, quia
cum nullam prorſus efficiant fidem, nihil manet ex
quo ſe inſtruere poſſint, vt in ſimili de teſtibus per
ſententiam reprobatis dicam infrà ſeq.quæſt. §.4. ex
num.1. & faciunt tradita per Bart.*in l.filiusfam. num.*
6.de donat.& per Amod.de Caſtelio, in tract.ſyndi-
catus, *num.*143. relatos per Iacob. Menoch.*lib.*1. *de*
*arbitr. d. quæſt.*28.*à num.*1.*cum ſeqq.*

8 Sextò ampliatur in his puritatis informatoriis, &
cauſis, in quibus inimici admitti non debent ad ali-
quid probandum, vt tetigi in 2.ampliat quia de gra-
uiſſima, & ardua cauſa agitur, vt ſæpiùs dixi *ex l.*3.
§.*pen.de orig.iur.*Bart.*in l quæ omnia,de procurat.* Alex.
*in l.ſæpe,num.*10.*& in l.ſi victum,num.*2. *de re iud.* Pe-
laez *de maiorat.*4.*part.quæſt.*14. *num.*56. *verſ.Et cauſæ*
*nobilitatis.*Io.Redin.*de imperat. maieſt. verb.Sed etiam*
*per legitimos tramites,num.*199.vbi grauiſſimas appel-
lat cauſas, in quibus agitur de puritate probanda.
Ferd.Vazquez *controu. illuſt.cap.*11.*à num.*7. Zephal.
*conſ.*688.*num.*8. Burſat.*conſ.*91.*num.*13. *lib.*2. & iure
conſtitutum eſt in eis ſeruari, quod in grauioribus
vitæ cauſis, Craueta *conſ.*2.*num* 18.*verſic. Maximè,&*
*conſ.*168. *num.*2. *verſ.Cauſa.* Polidoro Ripa *obſeruat.*
9 20.*num.*3. † Et tantò magis requiruntur probatio-
nes pleniores, quantò de grauiori cauſa, ſeu delicto
agitur, nam eò magis conſulendum eſt, quò grauius
periculum intenditur, *l.*1.§.2.*de carb.edict.cap.quieſca-*
*mus.*2.42.*diſt.cap.miramur.*5.§.*quod ſi in quibuſlibet*, vbi
*gloſ.verb.quanto.*61.*diſt* l.4. vbi *gloſ.*2.*tit.*17.*part.*3. *&*
*gloſ.*4.*quæſt.*2.*in l.*2.*tit.*11.*part.*6. Hog.Don. *in l.actor.*
23.*num.*13.*& in l fin.num.*4.*C.de probat.* Io.Redin. ci-
tato loco *num.*68.Non ſolùm in teſtium numero, &
probationum plenitudine, & claritate, ſed & in ido-
neitate, & integritate teſtium, *ex d.l.vlt.* vbi Doctores &
DD.*C.de probation.cap teſtimonium.*54.*extra eod.*Batt.
in tract. de teſt.§.*teſtes porrò,in princ.* & ideò in cauſis
puritatis nullo modo admittendos eſſe inimicos
probant multis Hojeda *in d. tract.de incompatib. be-*
*nef.cap.*23.*num.*147.& Valençuel.*d.conſ.*92.*num.*119.
& 122.*& ſeq.*

10 Septimò ampliatur, vt nec ex aliis indiciis, nec
præſumptionibus fides inimicorum valeat ſuppleri,
quia cùm nulla ſit, nihil manet, quod ſupplementum
accipiat, vt *in l.ſed ſi manente,*5. *de precar.* & dixi circa
conſanguineos in præced.quæſt. §.1. ex num.33.niſi
indicia & præſumptiones in cauſis puritatis per ſe
ſufficiant, vt iudices ex eis poſſint ſuos inſtruere ani-
mos, vt dicam infrà §.ſeq.in 3.cauſa.

11 Ratio autem horum eſt, quia nec inimicos vera
dicere, nec ſuo inimico bene cogitare præſumi po-
teſt. Sed potiùs aduerſa adducere, & facilè mentiri ex
*d.l.*1. §.*præterea.*14. *de quæſt.* & omnia mala cogitare,
vt inimicis noceant, *cap. repellantur.*7. vbi *gloſ.verb.*
quia infeſtiones, de accuſat. Pet.Surd. *conſ.*477.*num.*2.
Tib.Dec.*reſp.*51. *num.*128. *vol.*1. & ſic ſemper præſu-
mitur ex odio, & inimicitia deponere, *l* 3. *in princ.de*
*teſt.*Burſat.*conſ.*146.*num.*12 *lib.*4. Valençuel. *conſ.*92.
12 *à num.* 127. *cum ſeqq.* † Quare lex omne malum de
inimico præſumit, nec vera dicere de his, quæ inimi-
co nocere valent, vt *in l.*3.§.*fin.de adim.leg.l.ſi inimici-*
*tiæ.*9.*de his, quæ vt indign.* cum congeſtis per Pariſ.de
Puteo *in tract ſyndicatus, verb.tortura.*3.*cap.* 5.incipit,
*Mandauit Rex,num.*16.Gandin.*de præſumpt. & indic.*
*indubit.num.*19. Menoch. *lib.*6.*præſumpt.*29. *num.*26.
Farin. *d.quæſt.*49.*num.*88. *& conſ.crim.*27.*n.*9. *infam.*
*& conſ.*30.*n.*32.*&* 92. Maceratenſ. *lib.*1.*var.reſolut.*6.
*num.*12. *& reſol.*37.*num.*4. And.Facbin. *conſ.*79.*n.*18.
*lib.*1. relati ad propoſitum per Narbon. *in l.*2.*gloſ.*6.
13 *n.*4.*tit.*21.*lib.*8.*recop.*& dixi ſuprà *q.*1.§.6.*n.*5. †quare
iniurium maximè erit, eis fidem etiam in minimis
dare, ad quod adducunt DD.*text.in Auth ſi verò, C.de teſt.d.cap.repellantur.*7. *d.cap.meminimus.*13.*d.cap.cum oporteat.*19. vbi Canoniſtæ *de accuſat.cap.ſi teſtes,*3.4. *quæſt.*3. vt patet ex allegatis per Valençuel.*d.conſ.*77. *num.*49. & per Farin. qui velut verius, nec indicium inimicum facere tradit *in d.quæſt.*62. *n* 270. Ex quibus conſtitutum manet, inimicos in nullis cauſis, admitti debere, nec admiſſos fidem facere, & multò minus in his puritatis iudiciis ob ſuam grauitatem, & magnum pondus, quæ magis ſunt hominum calumniis expoſita, ſed quia peculiares ſunt cauſæ, ex quibus admitti ſolent ad ſpeciales fines, videamus, quæ hæ ſint.

---

§. III.

An ſint cauſæ peculiares, ex quibus inimici admitti valeant in puritatis cauſis ad aliquos vtiles effectus.

SVMMARIVM.

1 *Nihil tam vtile, quod aliquando non noceat, & econtra nihil tam noxium, quod aliquando non proſit.*

2 *Inimici tam animæ, quàm corporis aliquando proſunt*, & num.5. *& in cauſis puritatis*, num.7.cum ſeqq.

Bonum ex malo aliquando ſequitur, ſub n.2.

3 *Hæreſis commodum aliquando affert.*

4 *Salus aliquando nocet.*

Morbus vtilis corpori eſſe ſolet, ibid.

5 *Bellum vtile.*

6 *Ex inimicis ſumendum id, in quo nobis prodeſſe poſſunt.*

8 *Inimici præſumuntur meliùs ſcire defectus quàm alij, & eos faciliùs detegere*, n.9. *Dirigere poſſunt iudices in viam inueniendæ veritatis*, num.16. *Ex eorũ dictis & rationibus oſtendi veritas poteſt, diſtat enim perſona à teſtimonio*, num.17.& 33. *Aliquando veritatem agnoſcunt*, num.18. *Proſunt ad inquirendum*, num.19. & 24. *Deſeruiunt ad coadiuuandum alias probationes*, num.26. *explicatur*, num.30. *Si deponunt in fauorem pleniorem quàm alij efficiunt fidem*, num.27. *Quantò ab affectione, & amore longiùs diſtant, tantò firmiùs eorum reputatur teſtimonium, in fauore inimici*, num.28. *Produci ſolent in puritatis & nobilitatis cauſis*, num 31. *Non ſunt ſpernendi*, num.32. *Aliquando incommoda ex eorum ſequuntur examine*, num 34.& ſeqq. *Completis informationibus non deſeruiunt ad recipiendum nouas*, num 37. *In initio informatorij poſſunt examinari, non verò poſtquã perfectum eſt*, n.38. *Ex illo damnum non ſequitur, nec prætenſores conqueri poſſunt*, n.39.& ſeqq. *Ex macula ab eis aſſerta, & per alios non probata reiici prætenſor non debet*, num,36.& ſeqq. maximè 45.

10 *Macula ab inimicis demonſtrata faciliùs inſequitur,& probatur.*

Venatio per canes ſignata faciliùs à velocioribus inſequitur,& capitur,ibid.

11 *Commiſſarius informans ſe inſtruere & dirigere poteſt ex inimicorum dictis, & teſtimoniis ad eruendum veritatem non ad aliud. Eius munus*,num.12. *Maculam inquirere debet ab eis, qui eam veriſimiliùs ſcire poſſunt*,ibid.num.14. *Cognitis inimicorum dictis, poteſt meliùs inſequi maculam prætenſoris*.num.25.

12 *Macula & defectus ab eis peti debent,qui meliùs ſciunt, & faciliùs eos patefaciunt, qui inimici ſunt*,& num.14.

13 *Puritas meliùs probatur cognito an ſit aliqua macula.*

Contrario cognito agnoſcitur & aliud, ibid. & num.15.

16 *Teſtimonium & fides differunt ab eo, quòd iudices ex inimicis ſe poſsint inſtruere ad dirigendum informatorium.*

17 *Veritas oſtendi poteſt ex inimicorum teſtimoniis.*

Defectus perſonales teſtium differunt ab eorum teſtimonio, ibid.

20 *Iudices inquirere poſſunt ex qualibet probabili coniectura.*

Teſtis quantumuis inhabilis conſtituit probabilem coniecturam ad inquirendum, ibid.

21 *Teſtimonij ferendi prohibitio impedimento non eſt iudici,vt eo vti poſsit ad inquirendum.*

22 *Iudices veritatem omnibus inquirere debent modis, & nihil intactum relinquere, ad quod magnas habent habenas, & pro veritate debent conari quantum poſſunt*, num. 28. *Non tamen ex quolibet dicto ſpecialem inſtituant inquiſitionem*,num.30.

25 *Inquiſitio ſpecialis inſtitui non debet ex quolibet teſtimonio,ſecus generalis,*

29 *Iudices inimicis ex interuenientibus cauſis fidem præſtare poſſunt.*

Inhabilitas teſtium ex adminiculis ſuppletur,ibid.

30 *Inimicitia capitalis omnem fidem tollit,ſecus leuis.*

Nihil quod eſt ſuppleri non poteſt,ibid.

33 *Teſtimonia inimicorum circa maculas generis aliquando conueniunt cum regiſtris ſancti Officij, & proſunt ad regiſtra perſcrutanda,& ad detegendum prætenſorum vana ſubterfugia.*

34 *Honor nullus eſt,qui ſit ſecurus ab inimicorum calumniis.*

Familiæ olim puræ & nobiles hodie dehoneſtatione laborant ex falſis calumniis, ibid.& num.35.

35 *Statuta iuſta eſſe non deſinunt eo,quòd ex accidenti aliqua ſequantur damna ex eis.*

36 *Publicatio teſtium ſi fieret in his puritatis cauſis,macula impoſsibilis eſſet probationis.*

Inimicorum dicta accepta in ſenſu iuridico incommoda non afferunt,ibid.

37 *Perfectis informationibus noua inquiſitio ex inimicorum delationibus fieri non oportet. Ante perfectionem verò recipi eorum dicta poterunt*, num.38.

39 *Inquiſitio incipiens ab inimicis in caſu legitimo & neceſſario nimis dura non eſt. Nec prætenſori,nec eius conſanguineis iniurioſa*, num.41.

40 *Statuta ad vnguem ſunt ſeruanda.*

42 *Petens honorem ſine requiſitis qualitatibus ſibi imputet, ſi reiiciatur.*

43 *Veritas defendit eos,qui eam pro ſe habent, & ſi aliquando in obſcuro ſit, tandem per ſe ipſam emergit, & mendacium manifeſtat*, num.44.

45 *Iudices faueant nobilibus & puris,oppreſsis calumniis inimicorum.*

46 *Reiicere pretenſorem ex inimicorum aſſertionibus iniuſtum,inhumanum,& contra ius, & conſcientias. Et qui hoc faciunt pœnas luent in vtriſque bonis tam animæ, quàm corporis*, num.48. *Et eaſdem patientur calumnias*,num.50.

46 *Mendacio nihil Deo abominatius.*

49 *Errorem non reſiſtentes eum approbant.*

Ferdinandus Menchaca de ſucceſsionum progreſſu, lib. 1. §. 4. num.45. *Intelligitur.*

SICVT nihil in rerum natura tam vtile eſt, quod aliquando non noceat, vt ſignificauit Ouidius *lib.2. de Triſtib.* ad Auguſtum ita,

Non tamen idcircò crimen liber omnis habebit.
Nil prodeſt,quod non lædere poſſit idem.

Vbi multis exẽplis rem comprobat, & vt medici di- 1
cunt,nullum medicamentum eſt, quod adeò magnificè proſit, quin aliqua ex parte noceat. Galeno 11. Meth.c.11. ita ſimiliter nihil tam inutile,ſeu noxium, quod aliquando non proſit, vt multis ait Plinius *lib. 27.c.3.* quod licèt comprobare multis diuerſarum rerum exemplis poſſem, in terminis inimicorum, de quibus loquimur,tantum huiuſce rei veritatẽ oſtendam,quod patet †tam ex animæ inimicis,quàm cor- 2
poris,nam licèt hoſtis animæ,tamquam leo rugiens, ſemper quærat,quem deuoret, prodeſt tamen hominibus ad meritorum incrementum; & ſimiliter ſerpens à natura comparata occidendis hominibus(qua dæmon ipſe ſignificatur) tamen nonnumquam eis eſt pharmacum ſalutare,vt vtrumque amplectitur,& demonſtrat Andr.Tiraq. *de nobilit. cap.31. n.566. &* 598.*pag mihi* 486.*in aliis eſt* 372. Et ex malo bonum aliquando ſequitur,*cap.relegentes* 45.23.*q.*5. vbi *gloſ. verb bona,per text.in cap.nerui,in fin.* 13.*diſt.* & ex hæ- 3
reſi fidei inimica nobis plura commoda proueniunt, quæ recenſentur à Peña, *in direct.3. comm.44. n.194. verſ.Verùm cùm miſericors,& ſeqq.* Et cõſtat ex D.Paulo 1.ad Corinth.c.11.19.ibi,*nam oportet & hæreſes eſſe:vt qui probati ſunt manifeſti fiant in vobis.* † & licèt 4
morbus

morbus corpori inimicus dicatur, & ſalus dulcis,
& ſociabilis amica: tamen aliquando ille prodeſt,
hæcque eimet nocet corpori, de illius vtilitate
loquitur, *text. in cap. 1. cap. niſi cum pridem. 10. §. alia
vero cauſa, de renunciat. cap. vlla canenda, 6. 15. quæſt. 1.
cap. poteſt fieri, 52. §. Ægritudo carnis.* vbi *gloſ. verb. de-
bilitandum,* & Archid. *de pænit. diſt.* 1. Abb. *in cap. cùm
infirmitas, de pænit. & remiſſ.* Benedict. *in cap.
Raynutius, verbo, mortuo itaque teſtator, el* 1.
num. 9. & 10. de teſtam. plura cumulat Andr. Ti-
raquel. *in d. cap. 31. à num. 514. cum pluribus ſeqq.* De
ſalutis verò incommoditate, & damnis loquutus
fuit D. Baſilius *in tract. de legendis gentilium libris,
ſupra Platon.* vbi, inquit, *Ego vero bonam valetu-
dinem, quæ in ſummo ſit ex medicis ſemper audiui fal-
lacem.* & aſſeruit Hipocrates *lib. 1. aphoriſm. cap. 3.*
& refertur *in cap. ne tales, 29. de conſecrat. diſt. 5.*
5 † Et inimici plura hominibus commoda afferre ſo-
lent, nempe armorum exercitium, dexteritatem,
aſtutiam, & audaciam, ex quibus plerumque ſalus
prouenit, vt dixit Seneca in Hercule, traged. 1. *Omnis*
(inquit) *in ferro eſt ſalus,* & de belli vtilitate loquens
plura dixit Bart. Chaſſan. *in Catalog. glor. mundi, 3.
part. in princ. & conſid. 3. & 11. verſ. Militia huius.*
6 † Ex quibus conſilium eſt, vt ſumamus id, in quo
nobis prodiſſe inimici valeant, vt elegantiſſimè do-
cuit D. Chryſoſtomus in ſuis ſimilibus, dum inquit,
*Sicut enim apes fucis ad opus, & fœtum calore confo-
uendum vtuntur, vbi cœperint mella mareſcere, tum
expellunt, ac trucidant, ita ab inimicis quoque ſumendum,
ſi quo pacto per occaſionem prodeſſe poſſunt.*
7 At licèt capitales inimici prorſus ſint inutiles ad
fidem efficiendam: éſtne vtile quid, in quo circa pu-
ritatem, & nobilitatem probandam prodeſſe nobis
valeant? potéſtque cauſa adeſſe, ſeu ratio aliqua, qua
examinari legitimè, & vtiliter valeant? Eſt quidem
& multiplex, quod vt meliùs oſtendam duo præha-
8 benda ſunt. † Primum, quod præſumitur inimicos
meliùs inimicorum defectus ſcire, quàm alij ex illo
D. Chryſoſtomi in Moral. *vt vultures* (inquit) *ad
extincta corpora odore feruntur, ſana non ſentiunt, ſic
inimicus, ſi quid deliqueris, ſtatim olfacit, occurrit ad
recta facta ſtupidus,* in quo inimici prodeſſe poſſunt,
ſicut canes venatorij, qui venationem olfaciunt, &
demonſtrant, licèt nihil magis efficiant.
9 Secundum, quòd praua, & defectus ab inimicis
noti faciliùs deteguntur, & propalantur, cum ſem-
per cogitent id, in quo magis inimicis noceant, ſe-
cundùm *l. 1. §. præterea, de quæſt.* & conſiderauit Ri-
min. *conſ. 81. num 43. vol* 1. inter conſilia matrimo-
nialia diuerſorum, & non ſolùm malum inimici non
tacere, ſed & aliena dicere ſolent, vt in §. præced. ple-
10 nè dixi ex num. 11. † vt patefacta macula, ſeu alio
defectu veritas poſtea eius inſequatur ex aliis veris
probationibus, ſicut venatio per canes odore olfacta,
& demonſtrata ab aliis velocioribus poſtea inſequi-
tur, & capitur, ex quibus duabus rationibus plures
effectus & vtilitates, deducuntur, quarum aliquas
ordinatè, & ſigillatim proponam.
11 Prima cauſa, & principalis vtilitas, quam nouiter,
& diligenter explicare intendo, eſt, vt commiſſarius
harum informationum meliùs dirigatur in inquiſi-
tionem maculæ, ſi vlla fuerit, cuius, quia plures
ſunt rationes, ſingulas proponam, & explicabo.
12 † Prima, quòd cùm commiſſarij informantis mu-
nus ſit inquirere, & indagare veras prætenſoris,
& ſui generis qualitates, & an aliqua ſiniſtra la-
boret ſanguinis macula, eam expetere debet ab
eis, qui veriſimiliùs eam ſciunt, & faciliùs pate-
facient, ex adductis per Felin. *in cap. in noſtra, n. 10.
& 11. de teſt.* Hojeda *d. cap. 23. de incompatibilit. n. 148.*
& Bertazol. *conſ. 348. num. 5. lib. 1.* Hier. Grat. *conſ. 81.
num. 36. lib.* 2. & cenſuit Rota apud Seraphin *deciſ.
550. n. 2. 1. part. col. 119.* & faciunt tradita in præced.
quæſt. §. 2. num. 11. Et cùm hi ſint inimici, qui me-
liùs ſcire, & detegere faciliùs ſolent inimicorum de-
fectus, vt dixi ſupra num. 7. & 8. ab eis eos expetere
commiſſarius poterit, & aliquando debet.
Secunda ratio eſt, quia nullus aptior modus puri- 13
tatis probandæ aſſignari valet, quam agnoſcere, an
aliqua ſit macula, ſeu eius ſuſpicio, tum quia ex huius
perfecta agnitione certè peruenitur ad cognitionem
alterius, *arg. textus in l. 1. de his qui ſunt ſui. Princ. inſt.
eodem, & de tutel. §. illud.* vbi *gloſ. de ſocietate, l. & ſi
contra. 35. in fin. de vulg. & pup. l. pen. de ſolut.* & tra-
dit Ioan. Garc. *de nobilit. gloſſ. 7. num. 23.* † Tum et- 14
iam vt commiſſarius meliùs informatus circa præ-
tenſoris obiecta, & directionem probationis, quæ
melius ab inimicis habentur, ferro viam aperiat per
contraria tranſeundo, ſecundùm Bald. *in l. precibus,
num. 48. C. de impub. & aliis ſubſtit.* Zaball. *comm. contra
comm. tom. 3. quæſt. 790. num. 53.* Ignat. del Villar *in ſyl-
ua reſp. 5. 1. part. num. 2.* & congerit plura Bart. Chaſ-
ſan. *in Catalogo glor. mundi. 12. part. conſid. 23. verſ. Quo
ad ratiocinationem.* Pelaez *de maiorat. 1. part. in initio,
num. 9.* Curt. Iun. *conſ. 78. in princ.* Socin. Iun. *conſ. 39.
num. 19.* & dum magis veritas conteritur, magis ef-
fuſis nebulis eluceſcit, idem Zaballos *quæſt. 825.
num. 26.* plures cumulat Aug. Barboſ. *Axioma. 224.
num. 1. pag. 139.* † vt inimicorum oppoſitionibus con- 15
tra inquiſitum cognitis, meliùs qualitates eius agno-
ſcere, & inſequi valeat, ex dictis iuribus, *ex textu in
l. hæc verba. 124. de verb. ſign.* atque ita rectiùs munus
ſuum conficiat, & dirigat inquiſitionem qualitatum
prætenſoris.
Tertia ratio eſt, quia diſſimiles ſunt teſtimonij 16
prohibitio, & fidei dandæ negatio ab eo, quòd iu-
dex inde occaſionem, & initium ſumat probandæ ve-
ritatis ad quod quilibet ſufficit teſtis, nam (præter
inferiùs tradita) etiam inimicus dirigere poteſt iudi-
cem in viam intelligendi veritatem propter circun-
ſtantias per eum adductas, & demonſtratas, ex qui-
bus iudex valeat viam probationis aperire, † & quia 17
licet inimicus appareat, etiam apparere poteſt veri-
tas per dictum, & rationem ſuam, diſtat enim perſo-
na teſtis inimici, in qua ſunt defectus a dicto & teſti-
monio eius, in quo veritas inſpici poteſt abſque de-
fectu, vt ex Ioſepho Ludou. *deciſ. 86. num. 12. 2. part.*
tenet Hieron. Zaballos loquendo in cauſa proban-
dæ puritatis *comm contra comm quæſt. 821. n. 16. & 17.*
maximè, quia hic non agimus de punitione delicti,
ſed de eruenda veritate ſecundùm ſtatuta tribunalis,
ſeu collegij, & eius ordinationem, vt ſubiungit idem
Zaballos citato loco *num. 18.*
Quarta ratio eſt præcedentium confirmatoria; 18
licèt plerumque inimici a veritate plurimùm aber-
rare ſoleant, verum tamen aliquando agnoſcunt, ſe-
cundùm Carol. Paſchal. de vitiis & virtutibus, cap. 9.
Etiam hoſtes (inquit) *veritatis veritatem agnoſcunt,
quoties ſe in eius ſententiam concluſos ſentiunt*, neque
enim veritati ſemper adhærere, neque continuò
aberrare inimicos credendum eſt, ex Polybio
lib. 1. Etſi enim ad probandum, & ad fidei exa-
ctionem inimici inutiles videantur, tamen eis vti-
mur, vt nobis ſaltim in hoc proſint, vt macu-
lam, quæ fortè in obſcuro eſt, palàm faciant,
viamque probationi aperiant: quod niſi age-
rent, fortè macula occulta maneret, & in-
dignus ad ſimiles immeritè cooptaretur hono-
res, cum magno tribunalium, & communi-
tatum incommodo, & detrimento, de quo latiùs
infrà.

19 Quinta & præcipua ratio eſt, quòd licèt dixerim, inimicos poſſe produci, & examinari in puritatis informationibus, & aliquando debere, non ita intelligendum eſt, vt eis fides adhibeatur, ſed tantùm vt ſi illa fuerit macula per eos pateſiat, patefactáque inquiratur, an vera ſeu falſa ſit; ad inquirendum igitur qualis qualis rei ſufficit notitia, ad congeſta per Farinac. 1. *tom. quæſt.* 1. *num.* 48. *& quæſt.* 11. *num.* 56. *verſic. Aduerte ſecundò, & quæſt.*46. *num.* 26. & ſi examinentur, qui nec fidem efficiunt, nec admitti ad examen debebant, quia ius eis reſiſtit, proderunt tamen ſaltim ad inquirendum, etiamſi vnicus tantùm fuerit, quod ex ſequentibus probatur.

20 Primò, dum probabilis eſt rei coniectura, licitum eſt iudici inquirere eius veritatem: ſed per teſtis dictum, quantumlibet ſit inhabilis, eſt iudici rei coniectura probabilis, vt vtrumque probatur *in cap. ſicut vobis.* 9. *vbi gloſ. pen.* & Felin. *num.* 5. & Aretin *de teſtibus.* Igitur licèt inimicus à teſtimonio iuris repellatur, eius dictum ſaltim ad inquiréndum ſufficiet.

21 Secundò, cùm iure interdicitur teſtimonium, tantum eſt, vt velut integer teſtis ad examen non admittatur, non verò vt iudicem dirigat ad veritatem, & eo vti Iudices poſſint ad inueniendum veritatis ſemitam, vt probat *text. in l. Diuus Adrianus.* 6. *de cuſtod. & exhibit. reor. gloſſ* & Bald. *num.* 1. *&* 2. *lect. in l. etiam, de probat.* vbi alia iura adducit. Igitur licèt iure teſtimonium inimicorum interdictum ſit, non erit iudici interdictum eis vti ad eruendam veritatem circa puritatis, & nobilitatis probationem.

22 Tertiò, non ſolùm licet, ſed index omnino tenetur, ita iudicium peragere, vt in eo omnimodò appareat veritatis ſeries, & eam omnibus modis & viis inquirere, & inueſtigare, *l.* 2. *C. de edendo, cap. indicantem.* 11. 30. *quæſt.* 5. *cap. iudices.* 4. 3. *quæſt.* 7. *l.* 11. vbi *gloſ.* 5. *tit.* 4. *l.* 3. *tit.* 22. *part.* 3. Specular. *tit. de ſent.* §. *qualiter autem, num.* 17. Matienço *in dialogo relat.* 3. *part. cap.* 41. *num.* 4. Sed inimici meliùs, quàm alij poſſunt in cauſis puritatis viam maculæ iudici aperire, vt ſuperiùs probaui. Igitur non ſolùm poſſunt, verum & debent inimicos ad clariùs eruendam maculæ veritatem interrogare.

23 Quartò, iudices in ordine ad probandum, & inquirendum veritatem nihil intactum relinquere debent, quo eam aſſequi valeant, *ex text. in l. maritus,* 95. *in fin. ad l. falc. l. iudices.* 9. *C. de indic.* ad quod largas habent habenas, & debent pro veritate conari, quantum poſſint, vt ex Floriano de Sancto Petro *conſ.* 15. *num.* 13. dixit Valençoela *conſ.* 11. *n.* 57. Igitur poterunt iudices, ſi opus fuerit, inimicis vti, & eos examinare in puritatis cauſis.

24 Quare ita hanc ſententiam generaliter loquendo velut veriorem communiter amplectuntur DD. ex Fel. & Aret *in d. cap. ſicut nobis.* 9. *de teſt.* Bald. *in l. cunctos populos, ſub num.* 42. *in fin. C. de ſum. Trin. & in l. ſeruos.* 8. *C. de teſtib.* Boſio *tit. de inqu* ?*t. n.* 52. 56. *&* 57. Blanc. *de indic. num.* 321. Iul. Clar. *in pract.* §. *fin. q.* 24. *verſ. Vidi etiam plerumque.* Menoch. *lib.* 1. *de præſumpt. quæſt.* 88. *num.* 12. Rom. *conſ.* 451. *num.* 8. Grammat. *conſ.* 45. *num.* 12. *& ſeq.* rectè explicat Farinac. *de teſt. quæſt.* 53. *num.* 14. *&* 15. vbi in hæc verba, *Pro concordia tamen & ſecundùm veritatem dicere poteſt, quòd ſufficiat ad inquirendum generaliter, hoc eſt, ad iudicem inſtruendum, ac ad illum inducendum ad aſſumendum informationes ſuper delicto, quo caſu quilibet teſtis eſt idoneus, & hoc modo procedat ſecunda opinio, ſecus quoad inquirendum ſpecialiter, hoc eſt, ad formandum, & tranſmittendum inquiſitionem contra aliquem, quia tunc nihil operatur inimici teſtimonium,* qui etſi in puritatis ſpeciali probatione non loquatur, ſed in delictis, tamen ex eadem, & maiori ratione ad noſtram puritatis ſpeciem accingi valent.

Sed animaduertendum duxi ex Boſio *num.* 7. & Farin. 16. citatis in locis, non temerè debere iudices ex quocumque inimici teſtimonio, ſeu aſſertione certam, & terminatam maculæ, aut delicti ſpeciem ab omnibus inquirere teſtibus, nec ſeam ſpeciatim interrogare, quia exinde ingens oriri poſſet prætenſori grauamen, *arg. l.* 1. §. *qui quæſtionem,* 21. *de quæſt.* Sed tantùm ſpeciatim ab eo nominatos, & in conteſtes datos circa qualitates inquiſiri interrogare generaliter, & ſi aliqua iuſta interueniat cauſa, poterunt eos de ſpeciali ſciſcitari macula, & magnum teſtium integrorum numerum adducere, & aliis licitis, & iure permiſſis modis veritatem inquirere, ita vt res certa maneat, & ſine dubio informationes, de quo latiùs egi ſuprà in quæſt. 6. 25

Secunda cauſa, & vtilitas ſit, quod licèt in § præced. in 2. ampliat. dixerim, quòd in criminalibus & arduis cauſis quæcumque inimicitia repellit inimicum à teſtimonio ferendo, accipiendum eſt tantùm quoad plenam probationem, & fidem, & vt dici non poſſit teſtis omni exceptione maior, vt explicuit Farin. *d. quæſt.* 53. *num.* 53. *in fin.* non verò quoad indicia, & adminicola, quæ ſaltim poſſint iuuare alias probationes, ſi leuis tantùm inimicitia interueniat, ſecundùm Bart. communiter receptum *in l. maritus, num.* 3. *verſ. Quandoque non debet examinari propter inimicitiam, de quæſt.* Marſil. *in l.* 1. §. *Diuus Antoninus, num* 1. *ad fin. verſ. Aut non debet, illo eod. tit.* tenent Brun. *de indic.* 1. *p. q.* 2. *num.* 11. *&* 21. *ad medium.* Carrer. *in pract. tit. de indic.* §. *fin. num.* 8. Ant. Gom. *lib.* 3. *var. cap.* 12. *num.* 20. *verſ. Si verò repellitur propter inimicitiam,* & faciunt tradita per eumdem Farin. citato loco *num.* 52. quod maximè relinquitur iudicum arbitrio, vt dicam inferiùs in 4. cauſa. 26

Tertia cauſa, & vtilitas eſt, quòd teſti deponenti in fauorem ſui inimici, & ſic aſſerenti eius puritatem, & nobilitatem, non ſolùm ſit credendum ſicut cæteris teſtibus, ſed etiam pleniùs, quia ſicut eum repellimus, ſi contra inimicum deponat, quia non eſt veriſimile, quòd inimicitia eum ſinat veritatem dicere, vt paulò antè dixi, ita in fauorem loquendo, magis ei credendum eſt, cùm non ſit veriſimile contra veritatem inimico fauiſſe, nec quod ei nociuum eſt, tacuiſſe, vt ex Polibio ſuperiùs dixi, num. 18. † Et quantò inimicus ab affectione & amore longiùs abeſt, tantò firmius reputari debet eius teſtimonium, atq. ea, quæ in præced. q. tradidi §. 1. ex n. 29. & ita generaliter tradidit nullo in terminis Doctore citato Farin. *d. quæſt.* 53. *num.* 67. 27 28

Quarta cauſa, & vtilitas eſt, quòd poſſunt iudices ex aliis circunſtantiis, qualitatibus, & veriſimilibus inimicis fidem præſtare, tum *ex l.* 3. §. 1. *de teſtib.* cum vulgaris, tum etiam ex regula, & ſententia communi, quòd teſtium inhabilitas ſuppletur ex aliis adminiculis, & coniecturis, quæ relinquuntur iudicum arbitrio, *l. ob carmen.* 21. §. *fin. de teſtib. l. ſi ſtipulatus ſit.* 4. *de vſur. l.* 2. *in princ. de excuſat. tutor. l. indicia.* 19. *C. de rei vendic. l. inſtrumenta,* 5. *l. rationes.* 6. *l. non epiſtolis.* 13. *l. nõ nudis.* 14. *C. de probat. c. præterea,* 17. *de teſtib. c. illo vos* 4. *de pignor. c. ad noſtram.* 5. *de empt. & vendit.* Bald. *in l. ea quidem, n.* 68. *de accuſat.* Ant. Gab. *tit. de teſt. cõcl.* 20. *n.* 4. Marſil. *ſing.* 343 Hieron. Grat. *conſ.* 52. *in fin. lib.* 2. Dec. *conſ.* 146 *ſub num.* 14. Carol. Ruin. *conſ.* 147. *n.* 6. *lib.* 2. Craueta *conſ.* 53. *n.* 7. *& conſ.* 198. *num.* 5. † Quod intelligendum eſt ſecundùm qualitatem inimicitiæ, quia ſi capitalis fuerit omnino fidem tollit, & ſuppleri non poteſt ex aliis quantumcumque legitimis, & vehementibus adminiculis, vt *ex* 29 30

l. ſed

l. ſed & ſi manente, 5. *de precar.* explicuit Craoeta
de antiq. temp. 1. *part. ſect. Quod in libro officialis*,
num. 17. *in fin.* & Ant. Gab. *de teſt. concl.* 7. *num.* 8.
Roland. à Valle *conſ.* 98. *num.* 34. *lib.* 4. Natta *conſ.*
298. *num.* 10 *lib.* 2. Th. Gramm. *deciſ.* 11. *num.* 2. Fa-
rinac. *d. quæſt.* 51. *num.* 12. Nec iudex ex arbitrio po-
terit fidem teſtibos inimicis præſtare, nec animum
ſuum inſtruere etiam aliis interuenientibus admini-
culis, ex dictis ſuprà in præcedenti §. num. 7. niſi
adminicula, & coniecturæ, ita vrgentes per ſe
fuerint, vt ex eis valeat ſuum informare animum,
ſi verò leuis cauſa inimicitiæ fuerit, poteſt iudex
ex aliis fidem adhibere, quia fidei omnino non
deficit, licèt maneat deminuta, quæ ſuppleri po-
teſt, & capere ſupplementum ex aliis circunſtan-
tiis, & adminiculis vt voluerunt Bart. *in d. l. ma-
ritus*, *num.* 2. *de quæſtion.* Ant. Gom. *lib.* 2. *variar.
cap.* 12. *num.* 20. *verſ. Si verò repellantur propter inimi-
citiam*, cum aliis adductis ſuprà ſub num. 26.

31 Ex quibus primò patet ratio, qua eſt conſuetum
in puritatis, & nobilitatis inquiſitione admittere
prætenſorum inimicos, & ab eorum teſtimonio in-
cipere informatorium, etſi pluries dubitare vide-
rim apud Doctos & prudentes viros de eius iuſti-
tia, tamen reprobè penſata, nec à ratione, nec à iu-
ris deuiat regulis, immò aliquando ita fieri, ſuadet
rei natura, grauitas, & difficilis rei probatio, vt ex
redditis rationibus plenè conſtat.

32 Secundò patet, quòd inimici in ſimilibus cau-
ſis non omnino ſunt ſpernendi, ſicut nec odioſi
delatores reiiciendi, nec exaſperandi, vtcumque
moueantur, ſiue zelo iuſtitiæ, ſiue odio, & ini-
micitia, quia plerumque grania oſtendunt deli-
cta, & ſpernendas generis detegunt maculas, &
hoc facere aliquando pertimeſcunt ob potentiam,
& metum delinquentium, & prætenſorum, ſecun-
dùm Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 53. &
Bobadilla *lib.* 5. *Politica*, *cap.* 1. *num.* 75. & nouiſſi-
mè tenet in viſitationibus generalibus loquendo
Gabr. Berart. *in ſpeculo viſitat. cap.* 3. *num.* 66 quod
pluries in puritatis iudiciis euenit, vt experien-
33 tia quotidie docuit. † Et quidem non ſemel vi-
di in capitalium inimicorum depoſitionibus om-
nimodam maculæ adeſſe veritatem, licèt modus
narrandi, & aliæ circunſtantiæ odium, & peſſi-
mam oſtendebant voluntatem, quorum dicta com-
probata vidi in antiquis ſancti Officij inſtrumen-
tis & libris, ad quos perquirendos plurimùm ini-
micorum depoſitiones profuerunt, quæ niſi exta-
rent, veritas in tenebris ſuffocata maneret. Et
ſimiliter ad detegenda prætenſorum falſa ſubter-
fugia, quibus originem, & aſcendentiam aliam
probare intendnnt, ad excludendum veram ma-
iorum maculam, valde vtiles inimicorum chartu-
læ, & denunciatinnes fuerunt, atque ita pluries
experientia docuit inimicas aſſertiones non deſpi-
ciendas, nec contemnendas, non quidem vt eis
fides præſtetur, vt pluries dixi, ſed in quantum
ſcopum præbent indagandæ veritatis, per alios te-
ſtes, & inſtrumenta.

Ex omnibus vſque adhuc dictis duo maximè pro-
bata manent, vnum quòd in his puritatis cauſis ini-
mici non omnino repelluntur, ſed eis vti poſſunt
commiſſarij ad faciliùs maculam, ſi vlla ſit, inqui-
rendam, & probandam per alios teſtes & probatio-
nes; alterum quòd etſi recipiantur inimica teſtimo-
nia non ideò eſt, vt aliis ſaltim deficientibus fidem
mereantur, immò tunc reiici, & ſperni omnioo
debent.

34 Sed ex his totidem ſequuntur pericula, & difficul-
tates. Et illa quidem magna eſt, quæ ex primo ſe-
quitur, & ex inimicorum depoſitionibus receptis
in ſimilibus puritatis cauſis, cùm nullus ſit honor,
nec nobilium familiarum ſplendor, qui à calumnian-
tium ſcorpionum morſu ſecurus euadat, nec puritas,
nec nobilitas, quæ inimicorum inſidiis non pericli-
tetur, vt dixit Nicetas Choniates *in manual. Comnen.
lib.* 2. *pag.* 89. *Nihil* (inquit) *tam ſanctum eſt*, *quod
calumnia tentare non audeat*, *conſtátque omnes ad no-
cendum eſſe proclines*, & pluries vidimus familias
ab initio clariſſimas, & poſtmodum noſtris his
temporibus fallaciis calumniantium, & inimico-
rum inſidiis periclitantes, & nebulis dictorum,
& hominum credulitate conſperſas dedecore, vt
optimè conſiderauit Cenedo *in collect.* 6. *lib.* 6. *De-
cretal. pag.* 399. & ex eo Valençuel. *conſ.* 90. *num.* 210.
circa medium, quæ damna oriuntur ex inimicorum
examine admiſſo impuritatis informationibus, vt
bene deſcribitur à Segura Dauallos *in direct. iudic.
Eccleſiaſt.* 2. *part. cap.* 14. *num.* 28. & à Cenedo cita-
to in loco, vbi in hæc prorumpit verba, *Quo iu-
re, qua ratione fundari poteſt, vt alicuius percla-
riſſimum genus nulla forſan ignobilitatis Agarenorum,
Iudæorúmve macula fœdatum perpetuo diffametur? hac
præſertim ætate in qua maleuoli quidam, & inuidi ſunt
homines, quorum miniſterio Sathan vtitur ad homi-
nes nobiliſſimos, & claris natis parentibus diffaman-
dum, qui cum primùm compertum habent ſuarum te-
ſtificationum publicationem ſubticendam, linguas ſuas
ſicut ſerpentes acuunt, audacius infamant, auda-
ciúſque falſa teſtificantur aduerſus nobiles, hi enim,
vt plurimum ab aliis inuidia vexantur, & calum-
niis afficiuntur, & ſunt poſiti tamquam ſignum ad
ſagittas, quorum progenies inimici eorum, aut in-
uidi plebeij ab antiquo ita diiudicare præſumunt, vt
ab Adam velint deducere originem, non vt velut
nobiliorem, & antiquiorem commendent aliquem, ſed
vt alicuius falſi nominis ſumpta occaſione calumnia ali-
quid introducant.*

Fateor quidem libenter maxima huius gene- 35
ris damna in republica noſtra ſequi, puriſſimáſ-
que & nobiliſſimas familias plurimùm deco-
loratas, & diffamatas manere per inimicorum
inſidias, & calumnias, & per horum iudicio-
rum arcanam naturam, vt Cenedo dixit, &
Segura deſcripſit. Sed eis reſponderi poteſt,
tum ex his, quæ pro iuſtificatione ſtatutorum
puritatis communiter traduntur, quorum ali-
qua diximus ſuprà in quæſt. 1. cum non ideò
iuſta deſinant eſſe, quod ex accidenti aliqua
ſequantur demna, vt & probat Did. Velazquez
in defenſ. ſtatuti Toletan. cap. 18. *in princip.* &
poſtea; † tum ex ſuperiùs dictis, quia ſi ex iu- 36
diciis ſimilibus publicatio teſtium fieret, nul-
lus auderet maculam generis, & ſi veram & pu-
blicam aperire, & deficeret veritatis probatio,
quæ publicè intereſt: tum etiam, quia ſi ini-
micorum dicta eo ſenſu accipiantur, quem di-
ximus, nulla orirentur damna, cum iudices
eis plenè credere non poſſint, nec quidem ſi
capitales ſint, ex eorum dictis præſumptionem,
nec indicium deducere: ſed tantùm vt ex illis
alias inquirant probationes, quæ ſi non inueniàn-
tur, nec ex informatorio appareant, nihil plus
quæri debet, ni prætenſorem admittere ad munus
prætenſum, in quo magna interuenit iuſtitia, & re-
ctitudo, cùm tantùm ex eis veritas quæratur, quæ
ſi inueniatur, ſequenda eſt, vel ſit contra, aut
in prætenſoris fauorem, ſin verò inimicorum
maneant nuda dicta, nihil proderunt. † Poſt- 37
quam igitur impletæ ſunt informationes ex
inimicorum aſſertionibus tantùm abſque aliis

veriſimilibus cauſis, puto non licere nouas incipere Inquiſitiones, nec admiſſionem, nec poſſeſſionem prolongare, & detinere, quia ex eo grauia, & non iuſta ſequerentur damna, ad quæ non debent ſufficere inimicorum delationes, ſed omninò ſunt reiiciendæ, vt ſummus fecit Pontifex *in cap. cùm in iuuentute, 15. verſ. Quia tamen eius ſuggeſtio non de charitatis radice procedere videbatur, noluimus aures noſtras, quaſi malignis delationibus inclinare, de*
38 *præſumpt.* † Quia quòd ſuprà dixi inimicos examinari poſſe à Commiſſario, intelligendum eſt in initio informatorij, ſeu ante eius finem, in quo poterit commiſſarius inimicos examinare eum expreſſione, aut relatione inimicitiæ, & eius cauſæ, vt poſſit aptiùs inquiſitionem agere veritatis, & eam dirigere, non quidem vt inimici per ſe ſufficiant ad ſecundam conficiendam inquiſitionem, quæ valde eſſet damnoſa, & maxima ſequeretur iniuria prætenſori, & ſuæ familiæ, & non tuta conſcientia integerrimi eam admittere poterunt iudices, quæ eſt notabilis in hac materia declaratio omnium præcedentium, & quidem omnino ſeruanda, pro qua faciunt DD. allegati ſuprà num. 19. & hæc noſtra pragmatica in §. 1. *Ordenamos y mandamos*, & quæ in eius declaratione dicenda ſunt infrà 2. part. quæſt. 2. per totam.

39 Et ſi etiam videatur aliquibus, quòd fieri prima inquiſitio, incipiendo ab inimicis nimis eſſe durum, & præiudiciale valde, certè ſi fiat, vt dixi, ad inquirendum tantùm, abſque eo, quod vlla eis fides præſtetur, nec damnum oriri poſſe, nec fieri præiudicium arbitror, tum quia ſtatuta puritatis ſtricta omnibus iubent modis inquirere maculam, ſi vlla fuerit, ex quibus meliùs rei veritas aperiri valeat, vt aptiùs puritas, quam requirunt, probetur, quod commodiùs & certiùs fit per inimicos, ex rationibus ſuprà redditis, vnde in genere inquiſitionis iniuriam ſequi non puto, cùm ita
40 ſtrictè fieri ſtatuta commendent, † & ſunt ad vnguem ſeruanda, & in omnibus adimplenda, *l. 3. §. hac verba. 6. de neg. geſt. l. 1. §. hoc interdi-*
41 *ctum, de Fonte.* And. Gaylio *obſeruat. 33. lib. 2.* † tum quia etſi prætenſor, aut eius conſanguinei ex tam ſtricta inquiſitione conquerantur, audiri non debent, cùm exinde nulla eis fiat iniuria; nam aut inimici nobiles, & puros eos aſſerunt, & tunc eis, & ſuæ familiæ gloria, & decus maius: aut impuros & ignobiles eos dicunt, & ſiquidem vera eſt aſſertio, ſibimet imputent,
42 aut ei, qui prætenſioni ſe accinxit; † cùm dignitatem, & honorem audaciter, & auidè ſine requiſitis appetierit qualitatibus, cui dici poterit illud Matth. 22. 12. *Amice quomodo huc intrare vis, non habens veſtem nuptialem?* quia, vt inquit D. Hieronym. *lib. 3. ſuper eod. cap. Arguit impudentia, quòd veſte ſordida mundicias pollueris nuptiales*; Sumitur enim ibi, veſtis nuptialis pro puritate, & ſplendore animæ in modum veſtis virtutibus contextæ. & econtra veſtis non nuptialis pro macula, & impuritate vitæ, ſecundùm eumdem Hieronymum, Euthymium, & cæteros expoſitores, ſi verò aſſertio vera non eſt, & maculam falsò inimici aſſerunt, quia puritas, & requiſitæ qualitates prætenſorem, & ſuum condecorant genus, damnum eis ex hoc prouenire non valet, cùm inimici nullam efficiant fidem, ſi ex aliis, quod aſſerunt, non conſtat, & ſi interim aliquod ſequatur præiudicium, prærerquam non oritur ex ſtatutis, quæ iuſta ſunt,
43 nec ex iudicibus, qui rectè procedunt, † cùm veritatem pro ſe habeant, eamet ipſos defendet, vt Cic. in Vatin. *Tantam ſemper* (inquit) *potentiam veritas habuit, vt nullis machinis, aut cuiuſquam hominis ingenio, aut arte ſubuerti poterit, & licèt in cauſis nullum patronum, aut defenſorem obtineat, tamen per ſe ipſa defenditur.* & pro Marco Celio, *O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, ſolertiam, contráque ficta hominum inſidias facilè ſe per ſe ipſam defendat*; & pro Cluentio. *Multorum improbitate depreſſa veritas emergit, & innocentia defenſio interclusa reſpirat.* Et certè quiſquis veritate fretus eſt, hunc nulla vis deiicere, nulla fraus illicere, nulla perturbatio mentis dimouere poterit,
vt doctus quidam dixit. † Etſi fatear, quòd in- 44
debitè multoties ab inimicis turbantur prætenſores, iniuriáque premontur, tamen etſi ab omnibus eorum impugnetur veritas, & omnes generis ſuadelæ vnà cum mendacio aduerſùs eam armentur, & per tempus in obſcuro eam deſtituant, tandem per ſe ipſam emergit, & mendacium manifeſtat, vt dixit Polyb. Hiſtor. lib. 3. *Quia quemadmodum ſol à nubibus ſæpè intercipitur, ſed numquam funditus ſuffocatur, ita veritas aliquando laborare poteſt, extingui verò numquam.* ſecundùm Stobæum in Apoph. 48. & iterum lib. 6. *Ignis quò pluribus lignis obruitur, eò magis accenditur: ſicut & virtus, & veritas, quò magis oppugnantur, eò magis emicant, atque illuſtrantur.* & ſecundùm Tertullian. lib. de præſcript. *Veritas obnubilari poteſt, quia non eſt Deus: extingui non poteſt, quia à Deo eſt*, exornant Ioan. Andr. *in cap. damnamus, num. 11. de ſumma Trinit.* Petr. Greg. *lib. 17. de repub. cap. 3. num. 8.* Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt 31. num. 4.* Floriano de ſancto Petro *conſ. 15. num. 11.* relati per Valençuel *conſ. 11. num. 53.* Et ſic eueniet illud Prouerb. 12. 6. *Verba impiorum inſidiantur ſanguini: os iuſtorum liberauit eos.* Etſi igitur interim magnis ſubiiciatur prætenſor procellis, & calamitatibus, is ſe eis ſemet ſubiecit, ſua mente, & ſponte eas patitur; dum prætenſionem fuit ingreſſus. † Sed non 45
ideò Iudices charitate in ſimilibus cauſis denudari debent, ſed potiùs iuri nobilium, & iniuſtè oppreſſorum fauere, libenter, & benignè eos accipere, & breuitati plurimùm conſulere, vt conſuluit Otalora, *de nobilit. 3. part. cap. 1. à num. 6.* & refert Valençuela *conſ. 92. num. 237.* Ego verò cùm de inimicorum calumniis, & fallaciis conſtitiſſet, ſtatim eorum machinis viam præcluderem; & prætenſorem libentiſſimè admitterem ad prætenſum munus abſque nouis inquiſitionibus & ſumptibus, etiamſi contra, inimici afferant cauſas per ſe iuſtas, falſas tamen & coloratas, per quas non licet præiudicium iuri afferre prætenſoris.

Alterum periculum, quod ex prædictis ſequi ſu- 46
periùs dixi, eſt, quòd ſunt quidam, qui ex ſola maculæ aſſertione, etiamſi falſa appareat, prætenſorem, & ſuum genus maculatum iudicant, quod certè maximum, delitium eſt, & correctione dignum, atque in animæ foro valdè periculoſum, & quod peius & notabilius eſt, ſunt communitates, quæ ita intrepidè obſeruant, vt nunc inuehi cogat, nec detineri valeam in eoſmet puritatis tam cupidos, qui, non tantùm iuris humani, ſed etiam Dei, & naturalis rationis, iuſtitiæ, & æquitatis penitus obliti, audeant aſſerere, quòd inimicorum falſæ aſſertiones tanti ſint, vt ſufficiant ad excludendum prætenſorem veris præditum qualitatibus, qui, inquam, licèt puritatis veritatē agnoſcant, potiùs mendaciis, & fallaciis adhærent,

veritatíſque

veritatiſque nigreſcunt ſpleudorem, & mendacij extollunt execrabilem prauitatem, qui non factum, ſed dictum intuentur, & quidem verum deſerunt factum, & falſum amplectuntur dictum, falſum
47 diſcernentes pro vero, & verum pro falſo, † & ſi profetat mendacium doloſus teſtis quo abominatius Domino Deo nihil, Prouerb. 12. 22. eis non ſolùm eſt abominatione dignũ, ſed defenſione, & illud velut tale ſequuntur, quid ineptius? quid execrabilius? quid
48 pernicioſius? certè nihil. † Sciant enim tanti mali ſectatores, quòd in vtroque foro pranè agunt, & in vtriſque bonis tam animæ, quàm corporis pœnas luent, quia vt dixit D. Auguſt. ſuprà Matth. *Non minores proditores veritatis ſunt, qui non ita liberè defendunt veritatem, quam defendere oportet, quàm hi, qui mendacium pro veritate, aut loquuntur, ſequuntúr-*
49 *ve.* † Et qui erroti non reſiſtunt, eum approbant, ſuáſque lædunt animas, & Deum, *text. in cap. error.*
50 *86. diſt cap. nolite timere*, 86. 11. *quæſt.* 3. † Et fortè, vt non ſemel euenit, huiuſce rei defenſores, & ſuum genus eaſdem in pœnam poſtea patientur calumnias in ſuo honore, & ſanguinis qualitatibus, quia vt dixit Cened. *in d. collect. 6 pag.* 399. plures, qui in ſuo ſanguine plurimùm confidebant, infecti ex ſimilibus cauſis, & calumnioſis maculis poſtea apparuerunt. *Nemo mortalium* (inquit Cenedus) *qui domus ſua ſtatum, & dignitatem augere contendit, ſe credat à ſimili calumnia tutum, vt huius ſententia contrarias velit aſſumere partes; nam pleróſque vidimus, qui in ſe nimium confidebant, & generis ſui claritatem illaſam eſſe putatabant, poſtmodum calumniantium inſidiis periclitantem proſpeximus.* † Atque de his communitatibus, ſeu hominum opinionibus loqui videtur Ferdin. Vaſquez à Menchaca *de ſucceſſ. progreſſu lib.* 1. §. 4. *num.* 45. ſecundùm impreſſionem Venetiæ anni 1564. vbi ita ait. *Quæ nota ad probationem filiationis, quæ quotidie nobis occurrebat, dum eram collega D. Iacobi Zebedei Salmanticenſi Collegio, vbi, & in ſimilibus Collegiis, ideò iſthac frequentiùs occurrunt, quia Sarracenorum, & Iudæorum de genere ad talia Collegia ex more, vel lege ipſorum non admittuntur, quod non magnoperè laudo, & vereor ne crucientur huius mali auctores, expertus loquor, Collega enim fui*, quia intelligi non poteſt, de ipſis fundatoribus, ſeu erectoribus ſtatutorum puritatis, qui iuſtè & ſanctè fecerunt, in quo non poteſt eſſe dubium ex traditis ſuprà quæſt. 2. ſed de his intelligendus Menchaca eſt, qui potiùs dicto & falſæ opinioni adhærent, quàm vero facto, & qualitati, quod maximè, vt dixi, damnabile eſt, nec ſequendum, nec quidem cogitandum, ad quod adduci poteſt hæc noſtra pragmatica in §. *Item porque algunos*, de qua infrà 2. part. quæſt. 7. agendum eſt, in illis verbis. *Y particularmente los Collegios no contentandoſe con la affirmatiua de que ſean limpios, ſino que requieren, que no ſe aya oido decir, ni dudar lo contrario: de la qual calidad, y ſu aueriguacion ſe a dado ocaſion a que muchas familias queden notadas iniuſtamente, por la malicia, y odio, con que muchos caminan en eſta materia*, quo ſenſu intellecto Menchaca optimè loquitur, aliàs ſubſtineri, nec à teſtamento eripi eius dictum, non valet, & finita quæſtione 12. de inimicis tranſeamus ad aliam.

QVÆSTIO XII.

De teſtibus in aliis iudiciis productis & examinatis: quatenus probent in his.

DVm in nobilitatis cauſis in regiis Cancellariis actitatis, ſiue ad patronatus, & legata ad pias cauſas, & ad præbendas Eccleſiarum obtinendas aſſumuntur informationes circa puritatem, & nobilitatem, parentelam, & deſcendentiam, ſolent frequenter accumulari ad informatoria puritatis de quibus loquimur: nec non aliquando aliæ probationes, ſeu teſtes examinati circa puritatem, & qualitates eiuſdem generis, & familiæ in eodem Tribunali, ſeu in alio ad conſanguineum admittendum ad ſimile munus, & dubitatur qualis, & quanta ſit eis fides adhibenda, éſtque quæſtio valde vtilis, neceſſaria, & quotidiana in puritatis iudiciis, quare nunc de ea agere decreui accuratè, & ſigillatim per quatuor partes dubia diſcutiam, in quibus agam.

1 De aliquibus præmiſſis neceſſariis ad faciliorem quæſtionis intelligentiam.
2 De teſtibus examinatis in iudicio, quo nondum lata eſt ſententia, & manent nuda teſtimonia: aut ſi lata eſt ſententia eſt in eorum fauorem.
3 De fide teſtium eneruatorum, & reprobatorum per ſententiam, cui plurimum lucis nunc erit condonandum.
4 De aliquibus vtilibus illationibus ex præcedentibus deductis, & quæſtionem valde tangentibus ad maiorem eius explicationem.

---

§. I.

Proponuntur aliqua neceſſaria ad intelligentiam quæſtionis.

SVMMARIVM.

1 *Acta vnius iudicij regulariter in alio fidem non efficiunt. Et an facta in iudicio criminali proſint in ciuili, & econtra, & facta*

coram iudice ſeculari an probent coram Eccleſtico, an facta in ſummario probent in plenario, & an facta in poſſeſſorio probent in petitorio.

2 *Res inter alios acta aliis non nocet, nec probat, facit tamen iudicium, & ſemiplenè poteſt probare, maximè tribus interuenientibus, de quibus ibi*, & n. 4.

Teſtes in alio iudicio examinati ſi in ſecundo examinari potuerunt, & non fuerunt examinati nihil probant, ibid.

Negligens iuuari non debet, ibid.

Teſtes mortui probant in alio iudicio maximè in antiquis, ibid.

Arbitrio iudicum relinquitur fides, quam efficiunt teſtes examinati in alio iudicio, ibid.

3 *Iudices ſe informare poſſunt ex actis in alio iudicio.*

4 *Præſumptiones ſaltim arbitrio iudicum oriũtur ex actis in aliis iudiciis, etiam coram iudice incompetenti factis*, n. 6.

6 *Confeſsio Clerici facta coram iudice laico facit præſumptionem coram Eccleſiaſtico.*

7 *Probationes circa ſtatum alicuius æquè omnibus prodeſſe, & nocere locum habet in qualitatibus permanentibus, ſecus ſi ex tempore mutationi accipiant.*

8 *Mutabilia ex ſua natura ſtabilitatem habere non poteſt præſumi.*

9 *Probationes & teſtes proſunt, & nocent omnibus quibus ſententia prodeſt, & nocet*, num. 10.

11 *Sententia circa maculam nocet omnibus eiuſdem generis in omnibus quæ à ſanguine ſeparationem non accipiunt*, & num. 12.

13 *Argumentum de probationibus ad ſententiam & econtra iure valet.*

14 *Macula patris concludit impuritatem in filio.*

Sententia circa nobilitatem proprietate omnibus nocet, ibid.

15 *Sententia lata circa ingenuitatem ius quoad omnes conſtituit. Et acta circa alicuius infamiam probant quoad omnes*, n. 16.

Lata pro nobilitate omnibus prodeſt, ſecus ſi contra eam, n. 19.

Pro ſocio cæteris prodeſt, ſecus aliter, numero 20.

Circa adulterium prodeſt adultero, non tamen nocet, n. 21.

Sicut ſuis caſibus nocet, ita & ſuis caſibus prodeſſe debet, n. 22.

17 *Probatio conſanguinitatis, filiationis & deſcendentia intacta quoad omnes manet.*

18 *Diſcrimen eſt inter ſententiam fauorabilem & nociuam.*

PRÆMITTO primò, quòd acta vnius iudicij regulariter in alio fidem non faciunt *ex l. quod euitandi, S. C. de condict. ob turpem.* Bart. *in l. 2. §. hoc edicta in fine, de vi bonor. rapt.* Iaſſ. communiter DD. *in l. 2. C. de edendo* Villalob. *comm. opin. lit. A. num.* 42. Diaz *reg.* 10. adducti ad hoc per Iul. Clar. *in §. fin quæſt.* 54. *num.* 1. Tib. Dec. *tract. crim.* 1. *tom. lib.* 4 *cap.* 11. *num.* 5. Card. Tuſch. *concl.* 265. *lit. R.* cuius quia ſunt diuerſæ rationes quibus ampliatur, & limitatur, nec meum eſt hic de omnibus agere, videantur præter citatos, ad ſciendum quando acta iudicij criminalis probent in ciuili, Bal *num.* 19. & Dec. 44. *in l. 2. C. de edendo*, Felin. *in cap cauſam, quæ num.* 23. *de teſt* Muſch. *de probat. concluſ.* 351. *num.* 3. Card. Tuſch. *in tract. lit. P. concluſ.* 790. *tom.* 6. & *lit. S. concl* 175. *num.* 11 Gracian. *diſcept. forenſ. tom.* 2. *c.* 287. *n.* 14. & 15. Capicio *deciſ.* 107. *num.* 3. Caputaquenſ. *deciſ.* 57. 105. 106. & 107. Ioann. Bapt. Coccin. *deciſ.* 119. *num.* 2 Rota apud Farin. *deciſ.* 639. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* & an facta in ciuili probent in criminali, Bart. Paul. Alex. & Ang. *in d. §. hoc edicto*, Iul Clar. citato loco, Boſio *tit. de pluribus violent, num.* 117. Ceuallos *comm. contra comm.* 1. *tom quæſt.* 296. & 487. Sigiſm. Scaccia *de indiciis lib.* 1. *cap* 74. Maſch. *de probat. concl.* 34. *num.* 4. Card. Tuſch. *pract. concl.* 91. *n.* 11. *lit. A*, & an facta coram iudice ſeculari probent coram Eccleſiaſtico, Abb. *num.* 10. Fel. 4. Dec. 90. Aret. 21. *in cap. at ſi clerici, de iudic.* Maſch. *concl.* 33. *num.* 24. & *concl.* 149. Card. Tuſch. citato loco, *n.* 2. Valençuela *conſ.* 68. *num.* 46. Capella Toloſana *deciſ.* 199. *verſ. Item fuit quæſitum*, & an facta in iudicio ſummario probent in plenario, videndi Pet. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 26. *num.* 4. And. Gail. *lib.* 1. *obſeruat.* 103. Capra *in tract. de notorio memb.* 1. *num.* 28. & 29. Maſch. *concl.* 33. *num.* 47. & *concl.* 348. *num.* 9. & 10. Pelaez *de maiorat.* 1. *part. quæſt.* 28. *num.* 47. 51. & 59. & 4. *part. quæſt.* 14. *num.* 118. Card. Tuſch. *num.* 7. & 8. citato loco Valençuel. *conſil.* 90. *nu.* 119. Paul. Tuſch. *ſing. lit. A. num.* 8. Narta *conſil.* 532. *num.* 10. *lib.* 3. & quando facta in poſſeſſorio probent in petitorio, Maſch. *d. concl.* 33. *num.* 31. & *ſeqq.* Paz *de tenuta c.* 32. *per totum*, Muſch. *conſil.* 366. *n.* 14. & 40. & *conſil.* 367. *n.* 21. Puteo *deciſ* 171. *alias.* 166. *li.* 1. *in correctis*, Card. Tuſch. *lit. S. concl.* 175. *num.* 17. & *ſeqq.* & *num.* 28. & *ſeqq.* & de omnibus his ſpeciebus vide Guido Papa, & eios addirionat. *quæſt.* 136. *per totam.*

Præmitto ſecundò, quòd regula iuris, *Res inter alios acta non nocere, nec præiudicium generare*, licet in iudiciis, & probationibus in eis factis locum habeat, quæ aliis non nocent, nec plenè in diuerſis iudiciis probant, ſecus tamen quoad præſumptionem, & adminiculum, ex quo aliis nocere ſolent, ſecundum gloſſ. & DD. *in l.* 1. *de except. rei iud & in l. ſi duo patroni*, 13. *de iureiur.* & *in l. non debet*, 74 *de reg. iur.* & *in l.* 2. *C. de edendo*, & *in l.* 1. *C. Quibus res iud. non nocet.* Bar. *in l. à ſententia, de appellat.* & adductos plures per And. Tiraq. *in tract. res inter alios acta, limit.* 19. Menoch. *conſil.* 1. *poſt, num.* 206. Zephal. *conſil.* 176. *num.* 31. *vol* 3. immò & ſemiplenè probare poſſunt, vt communiter docent DD. *in l. ſæpe, pen de re iud.* Bart. *num.* 32. & 45. Curt. Iun. *num.* 138. *in l. admouendi, de iureiur.* Felin. *in cap. quamuis, ſub num.* 1. *de ſent. & re iud* Card. Tuſch. *d. concl.* 265. *num.* 57. & 58. & 65. & *duobus ſeqq lit. R* & *lit. S. concl.* 175. *num.* 91. 94. & 95. Aym. Craueta *conſil.* 258. *num* 16. *in fin.* & *de antiq. temp.* 2. *p. in princ. n.* 49. ſequuti à Menoch. *de arbitr. caſu* 111. *n.* 2. & à Maſch. *concl.* 33. *n.* 37. & *concl.* 1273. *n.* 3. & 4. vbi tripliciter hoc intelligit, Primò, vt procedat, dũ examinati teſtes amplius examinari nõ poſſunt, nam ſi produci potuerunt in ſecundo iudicio, nullam efficient fidem, cùm negligentiæ illius adſcribatur,

ſcribatur, qui eos iterum producere potuit, & ne-
glexit, ex Bart. *num.* 45. & Menoch. 2. citatis in locis,
& ex eodem Maſch. *d. concl.* 37. *num.* 14. & Curt. Sen.
conſil. 76. *num.* 4. Secundò in antiquis, ex præmiſſa
ratione, cùm mortui eo in caſu iam exiſtant, ſecun-
dùm Aym. Crauet. *in d. num.* 49. & Curt. Sen. *d. conſil.*
76. *num.* 4. & Franc. Aretin. *conſil.* 15. *verſ. & iſtud in-
dubitanter*, Maſch. *d. concl.* 33. *num.* 12. Tertio vt temit-
tatur iudicũ arbitrio fides, ſeu prẽſũptio orta ex teſti-
bus in aliu iudicio examinatis, ſecundùm Abb. *in d.
cap. quamuis, num.* 3. *de re iud.* Hipol. Marſil. *in l. qua-
ſtionis modum, num.* 60. *de quaſt.* Alc. *in* 2. *num.* 29. *C. de
edendo*, And. Titaq. *d. limit.* 19. Couarr. *in pract. cap.* 13.
num. 4. *verſ. cæterum*, ſequuti per Menoch. citato loco
num. 6. vbi plures coniecturas refert, quibus iudices
vti poterunt ad ſuom dirigendum arbitrium
3 Quæ præ maximè locum habent in iudiciis ſum-
mariis, vbi præcipuè agitur de animis iudicum in-
formandis, qui veritatem allicere poſſunt ex actitatis
in diuerſis iudiciis, vt apertè colligitur *ex l. ob car-
men.* 21. *§. ſi teſtes*, 3. ibi, *confirmauitque Iudex motum
animi ſui ex argumentis & teſtimonius, & quæ rei aptio-
ra, & vero proximiora eſſe conſpexerit, de teſt.* cum ad-
4 ductis à Maſch. *de probat. d. concl.* 33. *num.* 28. *&* 29. †
quia verè, & conſtanter receptum eſt, quòd ex acti-
tatis in diuerſis iudiciis argumenta & præſumptio-
nes arbitrio ſaltim iudicis oriuntur, vt docuit gloſſ.
*in d. l. ſi duo patroni, verb. habiturum, de iureiur. & in d.
l. r. verb. praiudicium, de except. res iud.* Iaſſ. *in d. l.* 2. *C.
quib. res iud. non nocet.* & adducti per Anton. Gabr.
lib. 2. *comm. concl.* 1. *num.* 402. Andr. Tiraq. & Couarr.
num. 4. citatis in locis, Aym. Craueta *de antiq. temp.
2. part. § propoſitum noſtrum, num.* 29. *& §. viſo de fama,
num.* 28. *&* 2. *part. in princ. num.* 44. † & hoc, etiam
5 procedit, ſi acta coram iudice incompetenti facta
fuerint, quæ ſaltim in vim adminiculorum, & indi-
ciorum admitti poſſunt, vt colligitur ex Iul. Claro
& adductis ab eo *in pract. crim. lib.* 5. *§. fin. quaſt.* 96.
verſ. Quæro etiamſi Iudex Eccleſiaſticus, & per Maſch.
6 *d. concl.* 33. *à num.* 24. *cum ſeqq.* † & in confeſſione à
clerico facta coram iodice laico, producta poſtea
apud Eccleſiaſticum ex multis probat Farin. 1. *tom.
quaſt.* 81. *de reo conuicto, & confeſſo num.* 201. *&* 206.
Maſch. *concl.* 352. *num.* 1. Card. Tuſch. *pract. lit. C. con-
cluſ.* 642. *num.* 17. *& ſeqq.* & alij allegati ſuprà ſub
num. 1. quod indubitabiliùs procedit, & locum ob-
tinet in ſtatutis cauſis, de quibus loquimur, *ex text.
in l. ingenuum* 25. *de ſtatu hom.* vbi communiter DD.
& adductis per Stephanum Lamberteng. *de contract.
eorum, gloſſ.* 2. *num.* 13. & ex iuribus & DD. infrà in
diſcurſu citandis maximè in præmiſſo. 5. & in §. ſeq.
vbi multa.
7 Præmitto tertiò, quòd etſi *in d. l. ingenuum*, volue-
rint omnes DD. communiter, quòd acta recepta in
iudicio circa qualitates, quæ ad ſtatum alicuius con-
cernunt, æquè omnibus noceant, & proſint, vt infe-
riùs præmiſſo. 5. vſque ad num. 16. & dicam eos re-
ferendo in §. ſeq. tamen intelligi debet in qualitati-
bus, quæ ſtatum permanentem habent, ſecus verò ſi
ex temporis tranſcurſu mutationem accipiant, qoia
tunc non ſufficient probationes receptæ in præteri-
to iudicio ad probandum, nunc exiſtere prædictas
8 qualitates in eſſe præterito, † cum non ſequatur exi-
ſtere ſicut exiſtebant probationis rempore, & ſine
mutatione, quam habent ex ſuamet natura, ſecun-
dum *text. in l. ſpadonem*, 15. *§ qui abſolutus*, 13. *de excu-
ſat. tit.* & probant commnoiter DD. conſtituentes
eædem perſonæ, quia omnes de familia circa hoc
velut vnus cenſentur, ſicut fuit vnus primò maculatus
à quo omnes deriuantur, & ſunt eius hæredes,
arg. text. in leg. qui in ius 177. alias 137. de reg. iur. leg. hæres, 22. de vſucap. Auth. *de iureiur. ab hærede
præſtito, in princ. faciunt leg. 1. §. in locum. Quorum legat. leg. fluminum. 24. §.* adiiciatur, 1. de damno
infecto, gloſſ. verb. perſonas, in l. & an eamdem.
14. de except. rei iud. ibi, *largè accipe, vt
comprehendas ſucceſſores actoris & rei vniuerſales, &
etiam in rem,* Bald. *in leg. ſi tibi, §. pactum conuentum,
num. 4. de pact.* Dec. *conſil. 236. num. fin.* Rebuff. *in
leg. nihil aliud 24. §. item quidam, de verb. ſign.* Puteo
deciſ. 332. num. 3. lib. 3. Card. Tuſch. *in pract. concluſ.
174. num. 45. in fine, & num. 67. lit. S. tom. 7.*
& in noſtris terminis puritatis probandæ conſiderauit
Alexand. Ludouiſ. *deciſ. 498. num. 8.* quia
eadem perſona intelligitur verè, & interpretatiuè,
ſecundùm *gloſſ. verb. concurrunt in dict. leg. & an
eamdem.* Io. Franc Poore *deciſ. collaterali, 32. num. 2.*
51 Valençuela *conſil. 68. nu. 74.* † Adéſtque eadem petendi
cauſa, cum quilibet, velut vnus de populo,
affirmans habere requiſitas qualitates, honores appetat,
& ſibi largiri impetret, etiamſi iure præſentationis,
aut nominationis nitatur, & ſaltim
idem ac in præcedenti iudicio virtualiter affirmat,
arg. ea, quæ notant DD *in l. heredes mei, 57. §. cum
ita, ad Trebel.* & quæ latiùs dixi ſuprà quæſt. 71. ex
num. 95. cum ſeqq. pluribus, & quæſt. 8. §. 3. illat.
1. per totum.

52 Confirmatur Decimò, ex qualibet duarum opinionem
DD. circa prædicta, tam quæ aſſerit, quòd
probationes vnius iudicij probant in alio, dum inter
eaſdem perſonas agitur de eadem re, & ad eumdem
finem, quam tuentur Innoc. ſequutus per
Bart. *in cap. cauſam quæ, el. 1, num. 8. de teſt.* Bart. *in
a. num. 5 iudic. ſolui,* Dec. *in l. 2. num. 62. C. de edendo,*
Bertazol. *conſil. 251. à num. 1. & conſil. 359. à num. 13.
vol. 2.* quam alia, quæ docet, quòd dum ſententia parit
exceptionem rei iudicatæ, probationes plenè
probant, vt dixi ſuprà, § 1. præmiſſo. 4 & refert Bertazol.
in dictis conſilij: ſed in cauſis puritatis omnia
hæc concurrunt, vt paulò antè probaui, & dicam infrà
in q. 17. Igitur alterius Iudicij probationes in eis
plenè probabunt.

Quæ omnia maximè fundata in eo principio
53 communiter recepto, quòd vbi res iudicata nocet
aliis, eiſdem ſimiliter nocent acta, probationes, & teſtes
ex adductis ſuprà in §. 1. præmiſſo. 4. planè meo
iudicio probant hanc noſtram affirmatiuam ſententiam,
ex qua pro indubitato tradimus, quaſcumque
informationes circa deſcendentiam, & ſanguinis
qualitates prodeſſe, & nocere omnibus qui ſunt eiuſdem
generis, & lineæ, & tam maculam quàm puritatem,
ſi aliæ deſunt probationes, poſſe per ea iudicari,
quam defendunt Io. Gut. *conſil. 1. n. 4. & 5.* Menoch.
lib. 3. præſumpt. 101. n 16. Maſch. *concl. 33. num. 38. &
concl. 778. n. 38.* Craueta *conſil. 29. num. 1.* Puteo *deciſ.
225. num. 4. & 5. 1. part.* & Alex. Ludouiſ. *deciſ. 498.
num. 6. & 9.* Alex. *conſil. 35. num. 4. & conſil. 61. n. 9. &
conſil. 298. n. 16. lib 2.* Pelaez *de maiorat. 4. part. quæſt.
14. num. 126.* † Et quòd probationes pro qualitatibus
54 familiæ receptæ proſunt omnibus, qui ſunt eiuſdem
familiæ etiam in diuerſo iudicio, probant ex *text. in
cap. quoniam frequenter. 5. vt lite non conteſt. c. ſignificauit.
41. de teſt.* plures DD. quos congerunt Io. Garc.
de nobilit. gloſſ. 48. per totam. Otalora *eod. tract. 5. p. c. 1.*

Fatin. *de teſt. q. 76. c. 1. n. 1.* Card Tuſch. *eod tract lit. T.
concl. 155. & ſeq.* & quòd etiam noceant probant ex
text. in l. 1. fin & ll. ſeqq. de liber. agnoſc. poſt Cyn. Bald.
Salic. Ang. Fulgoſ. Butr. & Abb. quos refert Alex. *in d.
l. ſæpe, n. 60. & 61. de re iud.* & Ant. Peregr. *de fideicom. d.
art. 53. n. 44.*

Sed intelligenda eſt dupliciter prædicta ſenten- 55
tia. Primò procedere tãtùm ſi probata plenè maneat
deſcendentia ab eadem ſtirpe, & origine maculata,
aut pura, quia tunc velut reale ius perpetuum, &
vniuerſum ad omnes exiit, & cum ſuo onere tranſit,
& in omnibus probatum æquè manet, *text. in d l. qui
aliena, alias l. liberto. 31. §. fin. de neg. geſt.* & velut indiuiduum
non poteſt eſſe in parte generis, & familiæ,
& in alia deficere, ſed indiſtinctè omnes, &
vniuerſos comprehendere, *text. teſt. eſt in l. ad certam.
6. l. ſicuti 9. l. pro parte 11. de ſeruit.* † quod eſt proprium 56
cuiuſque iuris indiuidui radicati in ſanguine, quia
nec ſcindi, nec diuidi valet *text. eſt in l. 2. §. item ſi ex
facto, 5.* vbi bonus textus ad hoc, vt ex facto ſocij omnes
teneantur, *l. ſtipulationes, 72. de verbor. l. ea quæ in
parte, 192. de reg. iur.* cum ſimilibus, & bene explicat
Io. Garc. *d. gloſſ. 6. num. 48.* Peregr. *de fideicomm. dict.
art. 55.* Card. Tuſch. *lit. S. concluſ. 174. num 11.* ſi
verò deſcendentia ab eadem origine, & ſtirpe non
plenè maneat probata, nihil actum erit, nec probationes
probabunt.

Secundò intellige, dummodò probationes fue- 57
rint factæ iuridicè cum ſolemnitatibus debitis, &
ſolitis in ſimilibus iudiciis, & coram iudice competente,
& cum iuſta cauſa, quia ex quocumque
defectu aliis nocere non debent, ex *text. in l. Herennius,
61. in fin. de euict. leg. 3. §. 1. Quæ in fraud. cred. l.
ſi quis plurium, 50. § ſi quis ante 2. verſ. ſed ſi ſubiecit.
de leg. 1. l. 36. tit. 5 part. 5.* vbi latè Gregor.
verb. auenidores, Roman. *conſil. 12.* perplura congerit
Valençuela *conſil. 60. à num. 61. cum ſeqq.* maximè
num. 66. † Sicut & ſententia debet, vt aliis noceat 58
ferri cum debitis ſolemnitatibus in omnibus inſtantiis,
& Tribunalibus, vbi ad conſtituendum rem iudicatam
de iure agere eſt neceſſe; aliàs ex quocumque
defectu aliis nocere non debet, ex adductis à
Peregr. *de fideicomm. art. 44. & expreſſius dict. art. 53.
ex num. 57.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg. 31.
num. 53.* & Baeça *de decima tutor. cap. 2. num. 174.* &
ad hoc vt ſententia noceat ſucceſſoribus in his,
quæ ad ſanguinem, & genus pertinent, debent lites
cautè, & cum magna diligentia defendi, vt ex
aliis voluit Pelaez *de maiorat 4. part. quæſt. 14. num.
87. in fin.* de quo latiùs agam infra in quæſt. 17. vbi
proprius locus licet teſtes indebitè examinati adminiculum,
ſeu indicium ſaltim efficiant, ex gloſſ. &
Bal. *in cap. 1. §. ſi duo de pace tenenda in vſibus feud.*
Alex. *in l. milites num. 7. verſ. Qui nimio teſtes, C. de
teſtam. mil.* Maſch. *concl. 682. num. 5. & concl. 1362.
n. 18.* plura Fario. *q. 74. de teſtib.* quaſi per totam maximè
n. 109. & aliis Io. Bapt Coccin. *deciſ. 31. n. 9. &
deciſ. 173. n. 4.* quibus adde alias intelligentias, de
quibus infrà in §. 4. in illationibus ibi propoſitis.

Nec principale huic, & veræ ſententiæ obſtant 59
in contrarium adducta. Non primum, quia iudicia
puritatis ex ſua natura reiiciunt ſolemnitatem citationis,
& cæteras, quas retuli ſuprà in quæſt. 5. &
eius defectus in ſimilibus probationibus nocere non
debet, & ſufficit interuenire quemlibet legitimum
defenſorem, ſeu contradictorem, vt aliis noceant acta
& probationes, quia omnes per illum citati intelliguntur
probant Couuarr. *in pract. cap. 13.* & Parlad.
lib. 1. rer. quotid. cap. fin. 5. part §. 9. n. 22. Ant. Gom.
in l. 40. Tauri num. 77. Pelaez *d. quæſt. 14. num. 8.*
præſertim in cauſis, in quibus tantùm agitur de

iudicum animis informandis, ad quod ſufficiunt minus perfectæ probationes, ſecundùm Baldi doctrinam *in l. 1. §. filius in fin. verſ. ex hoc nota. Qui ſatiſd. cog.* Christoph. de Paz *de tenuta 1. part. cap. 32. n. 67.*

60 Nec ſecundum quidquam ponderat, quia ſufficit, quod ius vniuerſale, & indiuiduum deducatur in iudicio à quolibet ex Dominis, vt cæteris idem ius habentibus præiudicet, *ex d. l. 2. §. item ſi ex facto 3. de verbor.* & ex aliis iuribus ſuprà pro hac ſententia adductis, iunctis traditis ſuprà ex n. 20. & infrà ad 4. & 6. rationem pro contraria ſententia.

61 Nec tertium, quia loquitur de probationibus receptis in iudiciis ſummariis, vt probent in plenariis, quæ maiorem requirunt ſolemnitatem, à qua carent ſummaria iudicia: non verò, vt admitti valeant in aliis ſummariis cauſis, in quibus defectus ſolemnitatis opponi non poteſt, & tantum agitur de infirmando animos iudicum circa merita, & qualitates prætenſorum, quod fieri poteſt ex minus legitimis probationibus, vt ſuperiùs latè dixi & probaui.

62 Nec quartum rem adſtringit, quia interueniente vno conſanguineo in iudicio, quo de iure vniuerſali cum cæteris agitur virtualiter, & ex rei natura omnes ſuum præſtant conſenſum, & vnius exiſtentia eſt in nomine omnium, & idem operatur, ac ſi omnes comparerent in iudicio, dummodò legitimè eorum ius defendatur, *arg. l. ſi de ſeruit. vindic. leg. an vnus 11. l. ſi cum meus 11. §. 1. illo eod. tit.* cum adductis ſuprà in confirmatione 2. arg. ex num. 27. quia ille vnus eſt legitimus contradictor, & defenſor nomine omnium, *l. loci corpus 4. §. ſed & ſi duorum 4. ſi ſeruit. vindic.* cum ſimilibus.

63 Nec quintum nobis pugnat, quia non eſt nouum quòd ex facto vnius ſocij in re indiuidua, & inſeparabili nocumentum aliis proueniat, vt dixi *ex d. l. 2. §. item ex facto, de verbor.* & dixerunt multi penes Peregr. *de fideicom. d. art. 53. nu. 43.* Card. Tuſch. *in pract. concl. 174. num. 11. lit. S. tom. 7.* vbi ad hoc adducit *text. in l. locis corpus 4. §. ſi fundus, 3.* vbi DD. *ſi ſeruit. vindic.* Præterea quia licèt videatur, quòd omnes de familia ex vnius facto in re tam ardua, & maximi præiudicij grauantur, & quòd acta ab vno tantùm, ſeu propter vnum cæteris omnibus noceant: tamen non eſt hoc propter probationes contra illum receptas, nec principaliter propter factum illius, *arg. l. ex diuerſo. 35. §. 1. de rei vendic. d. l. ſicut 8. §. ſed ſi quæratur 3. verſ. Etſi quidem, ſi ſeruit. vendic.* ſed tantùm per accidens, ſeu inſtrumentaliter, quia per illas probationes patefit macula à maioribus contracta, ex quibus deſcendẽtes maculam patiuntur, & tenentur ex facto maiorum qui eis illam prauam, & maculatam reliquerunt hæreditatem: ideò igitur ex vnius ſententia, aut probationibus prægrauantur omnes, quia maiores eorum id voluerunt, *arg. text. in l. in executione, 85. §. quod ſi ſtipulatus, de verbor. l. inter coheredes, 44. §. quod ex facto, 5. Famil. erciſc.* iuncta percelebri Donelli interpretatione *in l. 2. §. ſi ex facto, num. 4. de verbor.* & conducit ratio optima tradita à Did. Velaſq. *in defenſ. ſtatuti Toletani c. 34. in princ. verſ. reſpondeo, pag. mihi 77.*

64 Nec conſideratione dignum eſt ſextum, quia illum intellectum relinquo ſuperiùs poſt primam rationem pro hac ſententia, & locum non habet, dum agitur de bono, & vtilitate publica, cuius ratione ſententia lata aduerſus vnum, & probationes receptæ omnibus nocent, cuius naturæ ſunt cauſæ, de quibus agimus ex dictis ſupra q. 3. §. 2. vt expreſsè voluit Alex. *in l. ſæpe, pen. num. 60. de re iud.* ibi. *Aut agitur circa id quod reſpicit publicum intereſſe, vt quia pars petit, ſe admitti ad honores, & opponitur de illegitimitate & tunc ſententia facit ius quoad alios reſpectu eiuſdem intereſſe principalis, arg. d. §. in popularibus,* ex nobili diſtinctione Bart. *in l. cum filius familias, de verbor.* quem refert, & ſequitur Peña *in director. 3. p. commen. 164. verſ. Non obſtat.* Felin. *in c. quamuis 25. n. 9. de re iud.* vbi adducit Burrium *in c. cauſam. Qui filij ſint legit.* & conducunt tradita per Oldrad. *conſil. 255. num. 2. verſ. præterea,* Feder. de Senis *conſ. 153. col. 1. verſ. item aſſignato,* Beroio *conſ. 137. num. 15. lib. 3.* & his relatis Card. Tuſch. *in pract. concl. 488. lit. E. tom. 2. & concl. 174. num. 1. & 3. lit. S. tom. 7.* Ant. Peregr. *de fideicom. d. art. 53. ſub n. 41.* & idem placuit Cobbarr. *in pract. cap. 13. n. 5. verſ. Quorum reſolutio,* Paz *in tract. de tenuta, cap. 43. ſub num. 6.* ex Ant. de Butrio quem allegat, *in cap. cauſam n. 24. Qui filij ſint legitimi,* & eſt veriſſima
ſententia. † Et conſanguineus, qui immiſſionem pe- 66
tit ad quam cæteræ ſanguinis qualitates requiruntur, ad earum verificationem comparet nomine totius generis, cuius ſinguli ad hoc ius habent, & legitimi dicuntur contradictores *arg. l. loci, 4. §. ſed & ſi duorum 4. ſi ſeruit. vindic.* & titulo legitimo poſſident qualitates ſanguinis ſuorum maiorum, quod ſufficit, vt legitimi dicantur defenſores, & ex ſuo facto præiudicent aliis, ſecundùm Dec. *in l. fin. num. 41. C. de edicto, D. Adriani toll.* Menoch. *de adipiſc. rem 4. n. 381. & ſeqq.* Ant. Gom. *in l. 41. Tauri. num. 150.* Burg. de Pax *conſil. 39. num. 14.* Rol. à Valle *conſil. 78.* habita diligenti conſideratione, *n. 5. & 27. lib. 3.* Gozzadin. *conſil. 6. Prima facie, n. 89.*

Nec quidquam facit ſeptimum, cui ſatisfactum plenè manet ſupra in n. 34. cum ſeqq. quare idem hîc repetere non licet.

Nec octauum verum contradicit, quia procedit 67
dũ ſocius, aut rei poſſeſſor ex rei natura poteſt actum facere ſine aliorum præiudicio, vt accidit in iuribus, quæ diuiſionem patiuntur; ſecus verò dum ex natura rei, de qua agitur, non poteſt ius illius, à iure aliorum diuidi, nec ſeparari, nec poteſt præiudicium vni ſequi abſque aliorum nocumento, vt ſi agatur de ſeruitute, & ſanguinis qualitatibus, quæ indiuiduæ ſunt, nec diuerſimodè ſe habere poſſunt, vt plenè ſuperiùs probatum manet.

Nec nonum validè pugnat, quia iura illa habent 68
plures limitationes quarum aliquas in ſuperioribus retulimus, & ſatisfactum ſpecialiter eis manet ſuprà q. 9. §. 2. ex n. 38. cum ſeqq.

Nec faciunt iura pro contraria ſententia addu- 69
cta ſuprà num. 14. & 15. & quæ loquuntur in diuerſis cauſis & rebus, quarum ius diuiduum eſt, & poteſt deſinere eſſe in vno, & non debet huic nocere, quod alteri obfuit factum ſuo auctori tantùm noceat, non alteri, & ſic intelligitur regula. *Res inter inter alios acta aliis non nocet,* & ſententia non facit ſuis in eis, quæ tempore mutantur, *l. ſi ab arbitro, 10. Qui ſatiſd. cog. leg. ſi rem meam 17. cum l. ſeq. de except. rei iud. leg. Diui fratres, 17. de iurepatron. C. tunc ex litteris,* vbi Abb. *num. 4. de in integ. reſtitut.* Andr. Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa 1. part. num. 232. fol. 87.* Pelaez *de maiorat. 4. part. quæſt. 1. illat. 1. num. 75.* ſecus autem eſt in rebus indiuiduis, & perpetuis, vt ſunt iura ſanguinis, & latè in ſuperioribus, & probant ſuperiùs allegati nomero 63.

* *

*

§. III.

§. III.

De fide teſtium eneruatorum, & reprobatorum per ſententiam.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes reprobati per ſententiam an probent, vel non: qui de hoc dubio agant. Affirmatiua probatur*, ex num. 2. cum ſeqq. *Negatiua verò*, ex num. 26. cum ſeqq. *Conciliantur hæ duæ opiniones, & dupliciter intelliguntur*, ex num. 48.
Et circa puritatem & nobilitatem veritas ex pluribus oſtenditur concluſionibus, à num. 51. cum ſeqq.

2 *Acta iudicialia perpetuam habent firmitatem, & ſemper probant*, num. 13.

3 *Compenſatio etſi per ſententiam reprobetur iudicando contra eam, firma manet.*

4 *Sententia certis præcluditur finibus nempe abſolutione, & condemnatione.*
Fidem adimere teſtibus non eſt in manu iudicis, ibid.

5 *Iudex ferendo ſententiam iuxta diſpoſitiones teſtium contrarias reprobat & reiicit.*

6 *Teſtes reiecti per iudicem infames non manent*, & num. 7. *Contrarium*, num. 39.

8 *Acta iudicialia notorietatem conſtituunt, & quidem à principio*, num. 10.

9 *Teſtes actorum nomine veniunt, & etiam faciunt rem notoriam*, num. 11.

12 *Probationes iudiciales rem notoriam efficiunt.*

14 *Fides teſtium reprobatorum per ſententiam facilè ex aliis ſuppletur.*

15 *Probationes reprobatæ per ſententiam fidem amittunt cum ſententia tranſit in iudicatum, ſecus aliter. Ratio differentiæ*, num. 17. & ſeqq.

16 *Verbum* Sententia, *accipiendum de ſententia propriè dicta.*
Sententia propriè dicitur, quæ in rem tranſit iudicatam, ibid.

17 *Sententia in iudicatum tranſacta veritatem conſtituit ad ſemper, & omne ei contrarium mendax, & falſum reddit, ſecus quæ non tranſit in iudicatum*, num. 19. & num. 48. & ſeqq.

18 *Ex veritate diſpoſiti ſequitur falſitas, ſui contrarij.*

19 *Sententia, quæ non tranſit in iudicatum verum efficit non ad ſemper, ſed tantùm vſque ad contrarium probetur, & admittit probationem in contrarium.*

20 *Teſtes reprobati per ſententiam, quæ non tranſit in iudicatum non omnino fidem amittunt. Maculam firmantes reprobati non manent per ſententiam latam pro nobilitate*, num. 21.

21 *Nobilitas & macula ſanguinis compatibiles in eodem ſunt ſubiecto.*
Deſcendens à Iudæis per lineam paternam non poteſt nobilis declarari, ſecus ſi per maternam, ibid.

22 *Probationes ſi poſſint concurrere cum ſententia, & eius effectibus illæſæ manent.*

23 *Teſtes reprobati in vno, manent etiam reprobati in omnibus etiam incidentibus*, num. 24.
Niſi fuerint reprobati ex cauſa, quæ eorum fidem non minuat, num. 25.

26 *Sententia reprobat teſtes, & cæteras probationes aduerſus quas fertur.*

27 *Reprobare eſt impugnare, & omnino reiicere.*

28 *Inſtrumenta per ſententiam reprobata inefficacia manent.*
Teſtes, & inſtrumenta pari paſſu ambulant, ibid.

29 *Confeſſio efficacior cæteris probationibus, & ſi contra eam ſententia feratur ampliùs non probat.*

30 *Effectus præcipuus ſententiæ eſt rei deciſè veritatem oſtendere.*
Veritate poſita in vno ex contrariis, alterum falſum manere neceſſe eſt, ibid.

31 *Deus implicationis cauſa facere non poteſt, quòd duo ſint contraria ſimul vera.*

32 *Poſitio vnius ex contrariis neceſſariò affert deſtructionem alterius.*
Reprobatio vnius ex duobus propoſitis videtur includere approbationem alterius, & econtra, ibid.

33 *Abſurda vitanda.*
Qualitates ſanguinis indiuiduæ ſunt, & ſimiliter earum iudicium, ibid.

34 *Abſurdum ſequeretur, ſi ſententia diuerſas oſtenderet qualitates ab eis, quæ probationes demonſtrant.*

35 *Sententia non ſolùm ſortitur effectum in principali, ſed etiam in acceſſorio.*
Puritas ſanguinis acceſſoria nobilitati eſt, ibid.
Impurus nobilis eſſe non poteſt, ibid.

36 *Reprobato principali reprobatur omne quod in eius venit concomitantiam.*

37 *Sententia fertur pro parte magis probata, & alteram reiicit, & non ſolùm diſpoſitum probat, ſed etiam omne neceſſarium antecedens, & conſtituit rem iudicatam non ſolùm in deciſo, ſed etiam in eius præſuppoſito*, num. 38.

39 *Teſtes reprobati per ſententiam falſi manent. Perplures reprobati velut falſi habentur*, num. 40.

Sententia maior eſt vis, quàm teſtium, ibid.

41 *Fides teſtium regulanda ex actis.*
Acta indicialia indiuidua, ibid.
Compulſatio actorum integrè fieri debet, ibid

42 *Teſtes, vt fidem faciant debuerunt examinari per legitimum iudicem, aut commiſſarium.*

43 *Perſona & induſtria commiſſarij electa eſt ad examen teſtium.*

44 *Facultas recipiendi iuramentum, & examinandi teſtes perſonales eſt, nec delegari poteſt.*
Commiſſarius ad recipiendas informationes circa puritatem non poteſt extrahere informationes iam factas in aliis iudiciis, ibid. *contrarium*, ex num. 58. & in §. ſeq.

45 *Iudex pronunciando contra dicta teſtium eos vel falſos dicit, vel tales, quibus vera etiam dicentibus credere non oportet.*

46 *Teſtes reprobati à parte inhabiles, & infames manent.*
Reprobatio iudicis, & reprobatio partis pari paſſu ambulant. Imò reprobatio iudicis efficacior, ibid.

47 *Teſtis pertinaciter reprobatus, & eius fides, in omnibus reiicitur tribunalibus.*

48 *Teſtes & probationes reprobata per ſententiam tranſactam in rem iudicatam nihil probant, ſecus ſi ſententia non tranſierit in iudicatum*, & num. 50.

49 *Sententia lata in cauſis puritatis non tranſit in rem iudicatam. Nec lata in iudiciis poſſeſſoriis, nec in tenuta.*

51 *Teſtes & probationes reprobatæ, quoad vnum non manent reprobatæ quoad aliud.*
Separatorum ſeparata eſt ratio, ibid. & ſub num. 54.

52 *Poſſeſſorium iudicium admixtam habet cauſam proprietatis, ſed tamen caret ſolemnitatibus iudicialibus: & ideò ſententia in eo lata non facit iudicatum in proprietate.*

53 *Sententia lata in iudicio eodem cum ſecundo. ita probationes eldis contrarias, vt nihil probent, ſecus dum ita ſunt diuerſa, vt ſententia, & probationes ſimul concurrere poſſint. Et ita conciliantur prædicta contraria ſententia*, num. 54.

55 *L. Geſta, fin. C. de re indicata, explicatur.*
Acta approbata à iudice firmitatem perpetuam habent, ſecus reprobata, quæ aliis nocere non debent, num. 56. *Nocentes inter quos fuerunt facta, ſecus aliis, niſi in vim adminiculorum*, num. 57.

58 *Teſtes reprobati per ſententiam in nobilitatis cauſis abſque fide omnino manent, nec poſſunt compulſari per Commiſſarium in iudiciis puritatis*, & num. ſeqq

59 *Cauſa puritatis non ſubiiciuntur regulis iuris communis. Tamen iudices in iudicando debent ſe conformare eum regulis iuris non ex ſuo arbitrio tantùm.*

60 *Caſus dantur, in quibus teſtes reiecti per ſententiam non omnino abſque fide manent, explicatur in ſeqq. concluſionibus.*

61 *Teſtes producti in iudiciis ordinariis nobilitatis reprobati per ſententiam manent, & prorſus abſque fide, quoad aliud ſimile iudicium. Et etiam quoad iudicium extraordinarium, in quo ſummariè agitur de probando nobilitatem ad obtinendos honores*, num. 62.
Teſtantes ignobilitatem ea ratione, quia litigans ab Hebræis deſcendit per lineam paternam, contra quos lata fuit ſententia, amittunt fidem tam quoad ignobilitatem, quàm quoad impuritatem, num. 63.
Secus ſi maculam Hebraicam adquiram aſſerant poſt nobilitatem, quia tunc per ſententiam non manent eneruati, num. 64. *Sicut ſi maculam aſſerant per maternam lineam*, num. 65,
Generaliter loquentes de macula generis, ſine expreſſione lineæ, ex qua dimanat, non manent reprobati omnino per ſententiam contrariam, ni quatenus intelligi poſſunt de linea paterna à principio adquiſita nobilitatis, num. 66.
Per eos ſolùm reprobari non poſſunt informationes, num. 69.
Si aſſerant maculam Sarracenam non reprobantur quoad eam per ſententiam nobilitatis, num. 70.
Nec per admiſſionem in communitatibus, in quibus deſcendentes à Mauris non repelluntur, vt Eccleſia Regni Granatæ, num 71.
Examinati in iudiciis ſummariis puritatis circa maculam non reprobantur per admiſſionem, & approbationem informatoriꝫ, num 72.
Et circa qualitates generis in communitatibus, in quibus non ſunt ſtricta puritatis ſtatuta, ſed ſufficit iuris communis diſpoſitio, manent integri etiam lata ſententia contra eos. Si deponant extra gradus iure ſignatos, num. 83.
Ex qui depoſuerunt in ſancto Officio circa delictum contra fidem, & ſimul maculam delinquentis aſſerunt, manent integri quoad eam ſi delinquens abſolutus à delicto fuerit, num. 75.
Verè ex ſententia reprobati, vt in tribus prioribus concluſionibus nihil probant, ſecus aliter, dum eorum depoſitiones cum ſententia ſimul poſſunt concurrere, num. 77.

67 *Reprobatio debet clara, & euidens eſſe. Et eius probatia*

probatio,num.68.*Ex ſententia virtualiter ſaltim conſtare debet*,num.69.

74 *Teſtes extra articula non probant,niſi in his, quæ concernunt ad contenta in articulis, & ad demonſtrandum rationem ſuæ depoſitionis.*

76 *Qualitates generis plurimùm conducunt ad expeditionem cauſarum fidei.*

Teſtes falſi in principali, falſi etiam ſunt in acceſſorio,ibid.

78 *Iudex non poteſt etiam ex conſenſu partis fidem præſtare teſtibus verè reprobatis per ſententiam.*

79 *Teſtes, quos diximus non manere per ſententiam reprobatos, eam efficient fidem quam mereantur eorum perſonæ,rationes, & negotij circunſtantiæ iudicum arbitrio.*

1 OMNIA vſque adhuc dicta ſunt accipienda de teſtibus,& probationibus illæſis,& non reprobatis per ſententiam iudicialem, quia aut nulla fuit lata, aut fuit in earum fauorem,quæ rectè probant in omnibus ſtatus cauſis, præcipuè in quibus agitur de publicis honoribus obtinendis. Aſt quid erit, circa teſtes & probationes per ſententiam reprobatas,quæ lata ſit aduerſus eas,& teſtium dicta,& depoſitiones?in quo certè maius verſatur dubium,de cuius enodatione ex profeſſo agunt Rebuff. 3.*tom.ad leges gallicas,Rub. de reprobat.teſt.gloſ.vnica,num.4.pag. mihi* 858. Chriſtoph. de Paz *in ſuo tract. de tenuta* 1. *part. cap.*32. *à num.*28. *cum pluribus ſeqq* & Valençuela *conſ.*92. *in* 1.*eius parte, quæ incipit à num.*8. *cum ſeqq.* præter quos rationes pro vtraque annectam parte,& poſtea quid tenendum, verum iudicium, & meum proponam aſſenſum,ſpeciatim in cauſis nobilitatis,& puritatis per ſingulas & diſtinctas concluſiones cuiuſque ſpeciei, quæ in facto accidere poſſunt,quibus res magis expedita, & pleniùs explicata manebit,quàm vnquam extitit.

2 Et affirmatiua pars,nempe eamdem ex reprobatis probationibus fidem oriri, quam ab initio ante reprobationem effecerant. Probatur primò, nam acta in publicam ſemel iudicialiter redacta indaginem, & à iudice ſolemniter approbata perpetuam habere firmitatem, conſtitutum iure habemus;at probationes,de quibus loquimur, ſemel à iudice receptæ fuerunt, & per iudicialem receptionem approbatæ extiterunt, ſaltim quoad fidem, quam ex iure efficere potuerunt. Igitur ex ſuperuenienti ſententiæ caſu ſuam amittere perpetuam firmitatem non potuerunt. Maior patet *ex text.in l.geſta,fin. C.de re iud. & in l. publicati.* 2. *C. de teſtam & quemadm. teſtam. aper.* & vtrobique gloſſ.& DD. *& in l.notione,* 55. *de heret. in C. Theodoſiano lib.*16. & probant DD. infrà referendi.

3 Secundò, compenſatio in iudicio propoſita intacta in ſua vi,& robore manet,& ſi aduersùs opponentem fuerit iudicatum, vt ſunt textus expreſſi *in l.ſi autem.*8. §.*ſi quocunque modo.de negoc. geſt. l. quod in diem.*7.§.*ſi rationem, de compenſat.* at inter eam & probationes nulla recta rationis differentia aſſignari valet Igitur & idem ius adeſſe debet.

4 Tertiò,iudicialis ſententia certis præcluditur finibus nempe abſolutione, aut condemnatione tantùm. Card. Tuſch.*lit.S.concl.*132.*tom* 7. Sed adimere fidem teſtibus diuerſum eſt, cùm hoc in iure conſiſtat, & ſecundùm illud debeat iudicari, ex vnico & ſingulari *text. in l.ex ſtipulatione.* 7. *iuncta gloſ. verb. finibus.C.de ſent.& interloquut.* Igitur ſententiæ vis ad reprobandas probationes extendi non poterit,maximè ſi hoc expreſsè non definiat.

Quartò ſi aliqua ratione prædictis teſtibus fides 5 per aduerſam tolli poſſet ſententiam, ea maximè eſſet,quia iudex contrariorum teſtium fidem ſequutus velut falſa reiiceret, & reprobaret aliorum dicta, & teſtimonia: † at tunc teſtes ſicut falſi reiecti iniuria 6 notarentur,quod ius non patitur.Igitur,vt infamiam euadant fidem illorum manere aſſerendum eſt. Minor conſtat ex celebri, & ſingulari *text. in l.Lucius.* 21.ibi,*nihil proponi cur hi,de quibus quæritur infamium loco haberi debeant, cùm non oporteat ex ſententia ſiue iuſta, ſiue iniuſta pro alio habita, alium prægrauari, de his qui not.infam.*cui conuenit de iure canonum,*text. in cap.cum dilectus.*2.*in fin.de ord cognit.*

Confirmatur dicta teſtium per ſententiam repro- 7 bata non velut falſa iure habentur,*ex d. l.Lucius, & d.cap.cum dilectus*, ibi, *quaſi ex falſo teſtimonio non habentur.* Igitur à contrario ſenſu, & fidem mereri,& niti veritate fatendum eſt, cùm in pendenti eſſe non valeat; ſed adeſſe, aut omnino deficere fides debeat.

Quintò iudicialia acta ab initio notorietatem in 8 perpetuum conſtituunt. *cap. cùm olim.*24. vbi Abb. *num.*3.*de verb. ſign. cap. veſtra.*7. *de cohabit. cleric. & mulier. cap.pen.in princ.de cauſa poſſ.& prop.l.Dinus* 14. *de offic.Præſidis.l qui ſententiam.*16. *C.de pœnis.* Dec.*in cap.ex inſinuatione,num.*19.*de appellat.& in l.cum quid, num.*26.*ſi cert.pet.* Contard. *in l vn.limit.*9. *num.*19.*& ſeqq.C ſi de moment. poſſ.* Menoch.*de recup.rem.*1.*num.* 231.*& de arbitr.iud. caſu.*166.*num.*6. Maſch. *concluſ.* 1107.*num.*13.*&* 14.plures apud Aug Barboſa *Axioma.*8.*num.*1.*pag.*8.Tib.Dec.*reſp.*10.*num.*79.*& reſp.*18. *num.*45.*vol.*1.*& reſp.*47.*num.*7.*lib.*5.Craueta *conſ.*303. *num.*5.*part.*2. Zephal. *conſ.*37. *num.*32.*lib.*1. Socin. *conſ.*36. *num* 18. Steph. Gratian. *deciſ.*9. *num.*9. Th. Grammat.*deciſ.*36.*num.*38. Ioſeph Ludou.*deciſ.Peruſina* 10.*n.*2.1.*part.* † at teſtium depoſitiones propriè 9 actorum nomine veniunt.Igitur perpetuam obtinebunt firmitatem, & notorietatem ſemper efficient. ¶ Minor probatur *ex l* 2. *de appellat. l.*3. *C. Quæ ſent. ſine appellat.reſcind* gloſſ. & DD. *in l.acta,de re iud.& in cap quoniam contra.de probat.*.gloſſ & Bart,*in l.illud. C de ſacroſ. Eccleſ.* Auiles *in c. Prætor, cap.*26. *verſ. Ordenados, num.*8. Aſinius *in praxi,*§.14.*& cap.*3.*n.*1. *&* 2.*& cap.*27.*num.*4. Matth. Marhetil.*ſing.* 1. *num.*3. Guid.Papa *quæſt.*616.*num.*2.*&* 3.

Confirmatur primò,nam robur & notorietas,quæ 10 oritur ex actis iudicialibus, non tantùm incipiunt poſt factam publicationem, ſed etiam antea ab initio,vt malunt adducti per Contard.*d.limit.*9.*num.*13. Craueta *conſ.*247.*num.*5.Socin.qui plures refert,*conſ.* 96.*num.*15.*vol.*4.contra Maſch. *de probat.concl.*1107. *num.*24. *&* 25.*verſ.Sed tamen* Igitur ex poſtfacto per ſententiam tolli non poterunt.

Confirmatur ſecundò, quia teſtes, poſtquam in 11 publicam & iudicialem formam redacti ſunt, quocumque tempore efficiunt rem notoriè probatam, *ex text.in l.fin. C de probat. & in cap.cum olim.*34. *cap. ſignificauit,*41.*de teſtib.*docuit Bart.*in l ſi tutor.C.de peric.tut.* Capra *tract. de notorio memb.*1. *in fin.num.*51. Iac. Menoch. *de recuper.d.rem.*1. *num* 217. *& rem.*15. *num.*265.Maſch.*d.concl.*1157. *num.*18 Craueta *conſ.* 121.*num.*2.*&* 3. Igitur etiam poſt latam contrariam ſententiam.

Confirmatur tertiò,ex robore & effectu perpetuò 12 cæterarum probationum præter teſtes, quæ ſemper & omni euentu probant, & rem notoriam efficiunt, vt communiter eſt receptum, *ex d. cap cum olim.*24. *cap.ſuper quibuſdam,*26.*de verb.ſign. cap. quæſitum.*17.

ibi,

ibi, probatum vel alias notorium, extra de temp. ordin.
gloſſ. in cap. euidentia, de accuſat. DD. in cap. dudum, el. 2.
de elect. Dec. in d. cap. ex inſinuatione, num. 7. de appellat.
& conſ. 191. num. 9. verſ. Quartò facit. Butr. in cap. fin.
notab. 6. de temp. ordin. Capra num 47. in fin. Contard.
21. & 26. Maſch. 17, locis citatis. Craueta conſ. 249.
num. 17. & conſ. 299. num. 7. Th. Gramm. deciſ. 36, n. 36.
& deciſ. 69. num. 37. Igitur earum vis, & effectus non
poterunt per ſententiam tolli, aliàs perpetui deſinerent
eſſe, nec notorium efficerent.

13 Sextò probatur, acta publica fidem omnibus faciunt,
quandocumque, & omni euentu etiam inter
extraneos, ex d. l. geſta, §. fin. C. de re iud. tradunt Batt.
& Iaſſ. in l. 2. num. 23. verſ. Limita ſecundo. C. de edendo.
Iac. Menoch. conſ. 484. num. 22. lib. 2. Sed non ideò
quòd ſententia aduerſùs ea feratur, acta publica deſinant
eſſe, id eſt, à iudice, & tabellione in publicam
redacta formam, ſecundùm Maſch. de probat. concl. 32.
num. 3. Igitur velut acta publica etiam poſt contrariam
ſententiam fidem efficient.

14 Septimò teſtes per ſententiam reprobati, ſi aliquam
amittunt fidem, ita minima eſt, vt facilè aliis
ſuppleatur coniecturis, vt ex Guillermo Bened. in
cap. Rainuncius, verb. mortuo itaque teſtatore, in fin. de teſtam.
refert Gerard. Maynard. deciſ. Toloſana. 68. lib. 4.
Igitur ſaltim certum eſt, quòd omninò fidem non
amittunt.

15 Octauò probatur apertiùs in cauſis puritatis, de
quibus loquimur, nam ſi aliqua ratione fides teſtium
per oppoſitam ſententiam ſubuerteretur ea maximè
eſſet, quia ſententia in rem tranſiens iudicatam pro
omnimoda habetur veritate, & omne ei contrarium
efficeret falſum, & fide indignum, vt dicam infrà in
confirmat. 3. & 4. & 5. primæ rationis pro contraria
ſententia; at prædicta ratio in ſententia circa puritatem
locum habere non poteſt, cùm numquam tranſeat
in iudicatum, vt dicam infrà quæſt. 17. §. 1. n. 53.
nec præſumptionem veritatis habeat, niſi vſque ad
contrarium probetur. Igitur indubitabilius hæc ſententia
procedet in puritatis cauſis.

16 Confirmatur primò, & ſi teſtibus per ſententiam
reprobatis fides deficiat, intelligi oportet de ea, quæ
propriè ſententia dicitur, ex l. 1. §. qui in perpetuum, ſi
ag. pet. Pelaez de maiorat. 2. part. quæſt. 65. num. 57. at
ſententia, quæ in rem non tranſit iudicatam, propriè
talis non dicitur, vt ex text. in l. 1. tit. 22. part. 3. probant
Aceb. in l. 12. num. 4. tit 5. lib. 3. recop. & idem Pelaez
loco citato quæſt. 1. num. 274. & faciunt tradita
per Couarr. cap. 25. pract. num. 3. verſ. Quintò. Sigiſm.
Scaccia de appellat quæſt. 17. limit. 6. num. 7. & 30. Card.
Tuſch. pract. concl. tom. 7. lit. S. concl. 106. num. 10. &
concl. 180. num. 4. & 5. Mich. Craſſ. comm. opin. tom. 2.
lib. 7. tit. 8. num. 1. pag. 244. Puteo deciſ. 166. num. 3.
lib. 2. in correctis. Igitur patet magis prædicta
ratio.

17 Confirmatur ſecundò, reddendo diſcriminis rationem
inter ſententiam ſimplicem, & inter eam, quæ
in rem iudicatam tranſit, nam tranſeundo ſententia
in iudicatum, verum, quod diſponit pro nunc, & ad
ſemper ita conſtituit, vt numquam contrariam admittat
probationem, ex text. in l. res iudicata. 207. de
reg. iur. Menoch. lib. 2. præſumpt. 67. num 48. Card. Manrica
de tacitis & ambig conuent. tom. 1. lib. 7. tit. 11. n. 5. &
præſumitur quòd omne ei contrarium mendax ſit,
& falſum, & reprobatum maneat, arg. text. in l. ſi quis
cum totum, 7. §. & generaliter. 4. de except. rei iud. cum
18 ſimilibus. † Quia ex veritate diſpoſiti ſequitur falſitas
ſui contrarij, l. ſi quis ante. 10. in princ. de adquir. poſſ.
l. inter me, 15. in fin. de except. rei ind. cum adductis per
Nicol. Euerard. in topicis loco, A contrariis aduerſis, &c.
num. 10. & loco, Ab emphyteuſi, num. 11. Aug. Barboſ.
axioma. 58. num. 1. pag. 38. † Sed cùm ſententia non 19
tranſit in iudicatum, licèt executioni tradatur probationem
in contrarium admittit, & non facit verum,
quod ſtatuit, niſi pro nunc tantùm, & quoad
probetur contrarium, nec quod ei opponitur ad
ſemper falſum præſumitur, immò ſi poſtea per alias
probationes rem aliter ſe habere oſtendatur, ſententia
reſcinditur, ex adductis a Perezio de Lara de capellan.
2. part. cap. 4. num. 90. & 91. & dicam infrà q. 17.
§. 1. num. 53. † In qua ſpecie teſtes contrarij reprobati 20
non manent, nec eis omnino deficit fides, ſed
tantùm vſque ad res aliter ſe habere clariùs probetur,
quod effici poterit, non tantùm ex aliis teſtibus,
& probationibus, ſed etiam ex ipſiſmet iam productis,
& per ſententiam non ſequutis, iunctis aliis, cum
quibus plenam fidem efficiant, quia certum eſt, quod
per ſe plenè numquam probabunt, nec tunc dici poterit,
quod per ſententiam ſint omnino eneruati, licèt
eorum fides minuta ex parte maneant, & quaſi
mortua, dum extat ſententia firma, niſi ex aliis ſuſcitetur
probationibus, eo modo, quo eadem tolli poteſt
ſententia per aliam contrariam, inter quam, &
probationes nullum eſt diſcrimen, dum prima
ſententia noo tranſit in iudicatum, vt ſuprà pluries
dixi.

Nonò, idem etiam probatur in cæteris cauſis, 21
quarum ſententiæ in rem tranſeunt iudicatam, nempe
in nobilitatis iudiciis, in quibus de eius poſſeſſione,
& proprietate agitur coram nobilium iudicibus:
quia ſi appareant teſtes maculam maiorum cum
ignobilitate teſtantes, non manent reprobati per
ſententiam latam pro oobilitate, nam ſi aliqua ratione
id euenire poſſet, ea maximè eſſet, quia ſententia
nobilitatis non eſſet compatibilis cum macula: at
ceſſat prædicta ratio, cùm ſint compatibiles nobilitas,
& macula ſanguinis in eodem ſubiecto. Igitur deficit
prædicta ratio, & manet oppoſitum, quod defendimus.

Minor patet, nam poteſt ex linea recta longinqua
nobilis quis eſſe, & ex obliquo macula denigrati, vt
quotidie experientia docet, & præſupponit Valençuela
conſ. 92. num. 58. verſ. Nec obſtat. Et licèt concors
omnium ſit ſententia, quòd macula laborans per
deſcendentiam paternam à Iudæis non poſſit nobilis
declarari, vt probat Io. Gutierr. lib. 3. pract. quæſt. 14.
num. 99. Otalora de nobilit. 2. part. 3. princip. cap. 7. ex
num. 16. cum ſeqq. & 4. part. princip. cap. 9. num. 2. Ignac.
del Villar. in ſua ſylua reſponſo. 13. num. 36. & alij plures
congeſti per Chriſtoph. de Paz de tenuta cap. 32.
num. 48. & per Valençuel. conſ. 92. num. 36. Intelligendi
tamen ſunt dum ipſa nobilitas à Iudaica illa radice
prouenit, quod eſſe non poteſt, ſecus verò ex poſtfacto,
ſiue per accidens ex vinculo ſanguinis poſt
adquiſitam nobilitatem contracto, ex quo macula
prouenire nobilitate illæſa manente poteſt, vt explicant
Io. Garc. Otalora, & Gutierrez in d. num. 99. &
allegati à Paz in d. num. 48.

Confirmatur, quoties ſententia, & eius effectus 22
concurrere poſſunt cum probatione adhærenti, ei
non præiudicat, l. ſi iudex. 10. vbi gloſ. fin. de his qui ſunt
ſui, l. ſi quis à liberis, 5. § ſi vel parens, & §. ſolent. de liber.
agnoſ. Bart. & DD. in d. l. quod in diem, § 1. de compenſat.
& Abb. & Canoniſtæ in cap. ſuborta, de re iud. cum
aliis adductis à Chriſtoph. de Paz citato loco n. 46.
& à nobis infrà num. 53. at ſententia nobilitatis, &
eius effectus concurrere poſſunt cum macula generis,
vt diximus. Igitur ſententia reprobate non poterit
teſtes, nec alias maculæ probationes.

Nec tunc obſtabit quòd prædicti teſtes manent 23
reprobati quoad ignobilitatem, quam principaliter
aſſerunt, & in omnibus incidentibus, & ſic in macula
quam

quam in comprobationem afferunt ignobilitatis, ex DD. *in l. ſi ex falſis*, vbi Sal. *num.* 14. & Bald. 15. *C. de tranſact.* & adductis per Iul. Clarum, *in pract. §. fin.*
24 *quæſt.* 53. *verſ. Sed quæro.* † & quòd teſtimonium in vno falſum vitiet in totum, probant *ex text. in cap. ſi ad ſcripturas. 7. 9. diſt. cap pura.* 17. *cap. nihilominus.* 16. 3. quæſt. 9. adducti à Narbona *in l. 30. gloſſ. vn. num.* 24. *tit. 7. lib. 1. recop.* & Card. Tuſch. *lit. T. concl.* 248. *num.* 1. & 3. quia eſt maxima differentia inter teſtes falſos in vno, de quibus loquuntur præcitati, & inter reprobatos per ſententiam, quia in illis non poteſt iuſta nec honeſta cauſa falſitatis conſiderari; in his verò poſſunt addnci per plures cauſæ reprobationis, quæ teſtium non minuant fidem circa ea, quæ depoſuerunt extra ſpeciem, in qua fuerunt expreſsè reprobati, vt benè conſiderauit Ant. Fab. *in ratione decidendi d. l. Lucius.* 11. *de his qui not. infam.* cùm potuerint duci ad ſic deponendum ex aliqua iuſta cauſa, & auditu maiorum circa ignobilitatem, quæ non fuit ſequuta à iudicibus, & ſimiliter ex iuſta & vera cauſa ad teſtandum maculam, quæ ſi ex ſufficientibus teſtimoniis appareat ſine defectu probata manebit, & non oberit ſententia contraria, & ex hac cauſa teſtes per ſententiam reprobatos falſos non exiſtere dixit IC. *in d. l. Lucius.*

26 Contraria tamen ſententia etiam concludenter probatur ex ſequentibus. Primò, quia certum eſt, quòd ſententia iure reprobat teſtes, & cæteras probationis ſpecies, aduerſus quas fertur, ſecundùm textum ſingularem, *in cap. ſuborta.* 21. ibi, *ſi præfati Innocentij priuilegium Alexandro fuit in iudicio præſentatũ, & ipſe tulit ſententiam contra illud intelligitur reprobaſſe, de ſent. & re iud.* vbi *gloſſ. verb. reprobaſſe*, hoc extendit ad teſtes, quam ſequuntur Abb. & Felin. & communiter DD. vbi, quibus concinit, & fauet *text. in d. l. Lucius*, ibi, *Fide non habita teſtationis*, & paulò inferiùs ibi, *an teſtes quorum teſtimonium reprobatum eſt, de his, qui not. inf. d. cap. cum dilectus, in fin.* ibi, *teſtes etiam quorum teſtimonium reprobatur, de ord.*
27 *cognit.* † Sed id quod reprobatur, omnino reiicitur, & impugnatur, vires, fides, & effectus omnes ei tolluntur, vt ex pluribus docuit Rebuff. *in l. mulieris,* 12. *§. res abeſſe, verſ. Improbare, & verſ. Reprobare, de verb. ſign. fol. mihi* 117. & quòd reprobare & reiicere ſit idem patet ex Aug. Barboſa *clauſula.* 151. *num. 8. pag.* 151. Igitur teſtes per ſententiam reprobati nec vim, nec fidem vlteriùs habebunt.

28 Confirmatur primò, inſtrumenta in iudicio producta, & per ſententiam tacitè ſiue expreſsè reprobata, quoad fidem inefficacia manent, vt voluerunt Felin. *per text. in d. cap. ſuborta, in cap. quoniam contra, num. 40. de probat.* Caſſad. *deciſ. 8 num. 6. de reſcript.* Paul. Æmil. *deciſ. 21. num. 40. 1. part.* Rota *deciſ. 2. de reſcriptis, in nouis*; at teſtes, & inſtrumenta pari paſſu ambulant, quoad fidem, & iuris effectus, *text. eſt in l. in l. in exercẽdis,* 15. *C. de fide inſtrum & in c. cum Ioannes,* 10. *extra eod* Card. Tuſch. *lit. I. concl.* 235. *num. 9. tom.* 4. *& lit. P. concl.* 772. *num. 6. tom. 6.* Aug. Barboſa *appellat.* 119. *num. 4. pag.* 235. Igitur & teſtes reprobati inefficaces manebunt.

29 Confirmatur ſecundò teſtium, & inſtrumentorum fides non maior eſt, quàm propria oris confeſſio, vt latè probabo infrà 2. part. quæſt. 6. §. 1. in princ. & ſpecificè in noſtra caſus ſpecie probant Chriſtoph. de Paz *num.* 31. & Valençuela 40. locis citatis: at ſi iudex contra partis confeſſionem calculum ferat ſuum, vlterius nec probat, nec confitenti nocet, nec quidem in minimo vim habet confeſſionis. Igitur multo magis locum in teſtibus, & cæteris habebit probationibus.

Minor patet *ex text. in cap. mulieri.* 34. *de iureiur.* vbi Innoc. & DD. communiter, Bald. & Alex *num.* 16. Dec. 62. Ripa 21. Alc. *in fin. in l. 2. C. de edendo,* Bart. *in l. Papinianus, §. ſed neque impuberis, num* 1. *de inoffic. teſtam.* Bald. *in l ſi quis hoc genus. num. 5. de Epiſcop. & Cleric.* Fel *in cap. capitulum.* 30. *ſub num* 13. *de reſcript.* Alc. *reg. 3. præſumpt.* 22. *verſ. ſexto*, Bernard. Diaz *reg.* 121. *limit.* 4. adducti à Maſch. *de prob. concl.* 384. *num.* 12. & 29. Farin. 3. *tom. quæſt.* 81. *num.* 107. Aluar. Valaſc. *conſult.* 33. *in princ.* Phil. Corneo *conſ.* 219. *col. 5. verſ. & eſſet cautum*, Craueta *conſ.* 341. *num.* 14. *tom. 3. & conſ.* 678. *num* 8. *tom.* 4. Caputaq. *deciſ.* 197. *lib.* 1. cum allegatis à Paz *num.* 30. & à Valençuela, 41. locis citatis.

Confirmatur tertiò, effectus præcipuus ſententiæ, 30
& rei iudicatæ eſt, rei deciſæ veritatem oſtendere, & notoriam efficere, *l. 1. de re iud. l. res iudicata,* 207. *de re iur.* Valençuela *d. conſ. 92. num.* 56. at veritate poſita in vno ex contrariis, in altero mendacium, & falſitatem apponere neceſſe eſt, cùm ſimul vera eſſe non valeant. Igitur teſtimonia per ſententiam approbata, & vera effecta aliorum contrariorum, mendacium, & falſitatem oſtendere fatendum eſt.

Minor paſſim per dialecticos patet, & in iure probatur *ex text. in l. Pomponius* 40. *§. ſi is, in fin. de procurat. l. ſicut certo. 5. §. ſi duobus vehiculum, commodati, l. 3. §. ex contrario, de adquir. poſſ. l. ſi inter me, & te,* 15. *in fin. de except. res iud. l. hæc verba, ille aut ille,* 124. *de verbor. ſignific.* Nicol. Euerardo *in topicis, loco, a contrariis, num.* 11. Auguſt. Barboſa, *Axioma* 58. *num. 3. & 4.* Hieron. Gonçalez *ad reg. 8. Cancell. gloſſ.* 54. *num.* 24.
& gloſſ. 57. num. 6. † quod & à Dei potentia omni- 31
no remouetur, qui non valet implicationis cauſa efficere, quòd duo ſint contraria ſimul vera, *cap. ſi Paulus.* 11. *§. caue, vbi notatur,* 32. *quæſt.* 5. Tiber. Dec. *reſp. 49. num. 11. lib. 1.* Valençuela *d. conſ. 92. n.* 35.

Confirmatur quartò ex ſimili cum præcedenti, 32
nam poſitio vnius ex contrariis neceſſariò affert deſtructionem alterius: at ſententia veram efficit partem, quam eligit, & approbat, vt probatum manet. Igitur contrariam deſtruere omnino certiſſimum eſt.

Maior patet *ex l. ſi Titius.* 16. *de condit. inſtit. l. ſcriptura.* 14. *C. de fide inſtrum. gloſſ. in l. ſed & ſi pupillus,* 11. *§. pen. verb. inſtitor. act.* Ioan. Corraſc. *in l. qui liberos, num.* 144. *de ritu nupt.* Petr. Surd. *conſ.* 487. *num.* 34. *& conſ.* 524. *num.* 20. *& conſ.* 573. *num.* 34. *volum.* 4. cum citatis, & approbatio vnius ex duobus propoſitis videtur includere reprobationem alterius, & econtra, *l. Tribunus*, 20. *§. fin. de teſtam. milit. cap. Nonne, 5. de præſumpt.* D. Barboſ. *in l. cum Prætor. in princ. num.* 37. 53. *& ſeq. de iudiciis.* Surd. *deciſ.* 195. *num.* 3.

Confirmatur quintò, abſurda vitanda ſunt, *l. nam* 33
abſurdum, 7. de bon. libert. l. 5. vbi *gloſſ. 4. tit. 8. part. 6.* plures apud Auguſt. Barboſ. *axiom. 2. num. 1. pag.* 4. ſed ex contraria affirmatiua ſententia maximum ſequeretur abſurdum, igitur vitanda, & reiicienda venit, & noſtra negatiua amplectenda ſicut vera.

Minor probatur, nam ſanguinis qualitates indi- 34
uiduæ ſunt, & iudicium ſimiliter circa ea indiuiduum debet eſſe: at diuiduum eſſet, ſi eius ſententia puras oſtenderet ſanguinis qualitates, & contraria probatio maculatas demonſtraret, quod implicat, nec ſimul concurrere ius, nec ratio patiuntur. Igitur abſurdum ſequeretur, & iudicium ſecummet pugnaret, vt vtrumque apertè probatur, *in l. ſi pariter. 9. §. fin. in fin. de liber. cauſa. & l. iudicata.* 29. *de except. rei iud. l. ex ea. 9. de poſtul. & in l. fin. §. ita tamen. 1. C. de ſent. paſſis,* Ioan. Garc. *de nobilit. gloſſ. 18. in princ. num.* 4. Otalora *eod. tract. cap. 9. n. 23. p. 2.* Ant. Fab. *in ſuo Codice lib. 3 part. 1. definit.* 13. & communiter omnes.

Tertiò

35 Tertiò principalis ſententia probatur loquendo in cauſis nobilitatis,nam ſenteotia non ſolùm ſortitur effectum in principali,ſed etiam in acceſſorio:at puritas ſanguinis nobilitati acceſſoriè ſaltim ineſt, cùm impurus nobilis declarati non poſſit,ex Io.Gutierr.*d.lib.3.pract.quaſt.*14. *num.*99. cum cæteris allegatis ſuprà ſub num.21. Igitur ſententia pro nobilitate puritatem etiam comprehendet, & damnabit omne contrarium.

Maior patet *ex text.in l.ſi index,*10.*de his , qui ſunt ſui,l.quod in diem.*7.*de compenſat.l.duobus.*19.*de except. rei ind.l.*1. *verſ.Sed non vtique,ad Turpil.l.*1. *&* 2. *C.ſi ex falſ. inſtrum.* per quæ iura ita tenent communiter DD. *in d.cap. ſuborta.*21. *de re ind.* quare Cæſar de Graſſis *deciſ.*13. *num.*9. dixit, quòd quando tacitum infertur de neceſſitate ab expreſſis, in eo ſententia præiudicat ex Socino *conſ.*251.*num.*4.*lib.*2. & probat Valençuela *conſ.*68. *num.*63.*&* 64. & probatur *in l.ſi cum tibi.*4.*C.de indic.* vbi Bart.Bald. & Paul. Alex. & Iaſ.idem Bart.*in l.Iulianus verum debitorem , num.*5.*de condict indeb.*Octauian.Oſaſch.*pedam.deciſ.*64.*num.*9.

36 † Et dum aliquid reprobatur reprobatum etiam manet quidquid in eios venit concomitaotiam , ſecundùm Bald.*in l.pactum. circa princip. C.de collat.* provt eum refert,& ſequitur Cepola *conſ.crim.*4. *cap.*4.*n.*4. Hipol.de Marſil.*conſ.*125.*n.*33. & adducta infrà in 5. ratione.

37 Quartò ſententia fertur pro parte magis probata, & verioti , & reiicit contrariam velut non veram, nec ſufficienter probatam , cuius probationes per coottarias victæ,& eliſæ manent. Igitur patet huius ſententiæ veritas. Antecedens patet *ex text. in l.Iulianus,*60.& quę ibi paſſim DD.notant *de condict.indeb.& in l.pro curator.ad exhibendum.*8.*§.*1.*Rem ratam haberi , & in l.ſi inter me, & te.*15.*in fin. de except. rei iud.l.diui fratres,*27.*§.*1.*de liber.cauſa.* Bart. *in l.duobus,* 28.*§.à fideiuſſore,num.*4.*verſ.Nam in dubio , de iureiur. & in l.*2.*§.hoc edicto, ſub num.*3. *verſ.Tamen in ſententia vi bon.rapt.* Calcan.*conſ.*75.*num.*43.

38 Quintò ſententia non tantùm eius diſpoſitum probat , ſed etiam omne neceſſarium antecedens , *ex l.quod in diem,* 7. *de compenſat. d.l. duobus.* 19. *de except. rei iud.* & facit rem iudicatam non ſolùm in deciſo , & determinato , ſed etiam in eius præſuppoſito. *l.* 1. *verſ. Sed non vtique ad SC. Turp.* Bart. *in l. eius qui delatorem , num.*3. *de iure fiſci.* Fel. *in cap. Rodulphus , num.* 35. *de reſcript.* & in vtroque verum conſtituit , quod decidit , vt probaui ſuperiùs : ſed ex veritate vnius ex contrariis ſequitur velut oeceſſarium antecedens reprobstio, & deſtructio alterius , vt patet , & puritas ſanguinis eſt præſuppoſitum nobilitatis, vt ſuperiùs & Ioan. Gutiert. & aliis dixi. Igitur ſententia, quæ approbat , & eligit partem vnam deſtruit omninò alteram, & ſi feratur pro nobilitate , comprehendet etiam puritatem,& reiiciet generis maculam,& probationem eius.

39 Vnde colligit Valençuela *d. conſ.*92. *num.*57. *&* 58. quòd teſtes maculam generis firmantes per ſentiam reprobati falſi exiſtunt , in hæc verba , *Et cum illud ſit veritas , de neceſſitate colligitur , quòd depoſitiones dictorum teſtium ſunt merè falſitas , & mendacium machinatum pro obſcurando , & maculando honore, & ſplendore illius nobilis viri , & ſua familia. arg.cap. beatus , §. ille.* 22. *quaſt.*2. *nam hoc operatur poſitio veritatis contraria mendacio , conuincit enim illud ex contrariorum natura , l. an inutilis.* 8. *§.acceptum. de acceptilat. l.prout.*80. *de ſolut. l.ſi morius* 17. *Qui & à quibus.* Paul. Caſtrenſ. *conſ.* 180. *viſis omnibus , num.* 2. *part.* 2. Hactenus Valençuela.

Sextò probatur, teſtes pauciores per plures reprobati velut falſi iure habentur , & puniuntur: ſed maior vis eſt ſententiæ , quàm teſtium , *arg. text. in l, ſub ſpecie, §.C. de re ind.* & tenent Ioan. Gutiert. *de iuram. confirm.* 2.*part. cap.*7. *num.*5. & Oſuald. Illiger. ad Donel. *lib.* 27. *comm. cap.* 7. *lit.A.* Igitur maiori ex ratione teſtes per ſententiam reprobati velut falſi , & nullæ fidei habendi ſunt. ¶ Maiorem probant Baldus *in d. l. Lucius , num.*6. 1.*lect. de his , qui not. infam.* Petra *de fideicom. quaſt.* 12. *num.*1091. relatus cum pluribus aliis per Farinac.*de teſt.quaſt.*65. *num.*7.*&* 8. & communiter Doctores. 40

Septimò, fides teſtium non ex eorum nudis dictis ſumenda eſt,ſed ſimul ex cæteris iudicij actis , eum quibus regulanda eſt:at tunc victa,& ſublata eſt per alias potentiores probationes,quas ſententia ſequuta fuit,vt per ſe patet. Igitur nullam in teſtibus reprobatis fidem manere, eertum eſt. 41

Maior probatur , quia acta iudiciorum indiuidua ſunt.*l.in omnibus.*68.*de reg.iur.cap.quarenti,*26. *de offic. deleg.* Claud. Prateius *de reg.iur.lib* 1.*cap.*1.*tit.*1.quare compulſatio , extractio & editio actorum integrè fieri debent , *cap.cupientes.*16. *de elect. in* 6. Stephan. Gracian.*diſcept.forenſ.cap.*121.*num.*28.Cagnol.*in l.*2. *num.*35.*& ſeq. C.de edendo,*vbi etiam Bolognet.*n.*19. de quo latiùs infra §.ſeq.oum.54.

Octauò,vt teſtes fidem efficiant examinari , & interrogari debuerunt per commiſſarium ad hoc electum per Tribunal, aut per communitatem : ſed teſtes in aliis iudiciis producti,à diuerſis iudicibus fuerunt examinati , vt per ſe patet. Igitur nullam producent fidem in iudiciis puritatis , de quibus loquimur. 42

Maior patet *ex auth. apud eloquentiſſimum , C. de fide inſtrum. l.*3. *§.Diuus.* ibi, *nam ipſos interrogare ſoleo , de teſt. cap.ſi quis teſtium.* 8. *de teſt. gloſ.verb. ciuili , in clem.*1. vbi etiam DD. *de offic. & poteſt. iud. deleg.* Valençuela *d.conſ.*92. *num.*80. † quia perſona commiſſatij , & eius induſtria ſpecialiter electa ad eorum fuit examen , vt probaui ſuprà quæſt.6. §.2. ex num.4. & probant Cauallus *deciſ.*46. *num.* 384. *de contract.* 1.*part.* Bald. *conſ.*197. *lib.*1. Alex. Rau. *conſ.*7. *num.*4. *lib.*1. & his relatis Chriſtoph. de Paz *d.cap.*32. *num.*83. vbi *ſeq.num.* ait , † quòd facultas recipiendi iuramentum perſonale eſt , *ex text. in cap. Ego N.* 4. *de iureiur.* & quòd teſtium examen eſt quid induſtriale , & perſonale ; & ideò non poſſe ſubdelegari ex relatis ab eo , & per Farinac *in ſuo tract. de teſt. quaſt,* 77. *à num.*175. inde inferens , quòd commiſſatij non poſſunt ſimiles extrahere probationes , & ſi de facto eas compulſent , oullam efficient fidem , vt probant idem Paz *num.*51. *&* 86. *& ſub num.*89. & Valençuela *num* 61.*&* 62. citatis in locis , de cuius veritate infrà latè agam in ſequent. §. illat. 2. per totam. 43 44

Nonò , facit ratio Antonij Fabri *in rational.ad l. Lucius,*21.*de his qui not.infam.*in hæc verba, *Hoc ipſo igitur,quod pronunciauit contra eorum teſtimonia , illud etiam in neceſſarium antecedens pronunciaſſe videtur,vel falſos eos eſſe,vel tales, quibus etiam vera dicentibus,credi non oporteat; quorum prius infamat,poſterius verò habet eos iam pro infamibus, aut ſaltim pro his , qui non ſint integra fides , omnimodo ergo inter infames habendi ſunt.* Igitur nulla eſt cauſa,qua eis fides præſtari valeat. 45

Decimò probatur, nam teſtes reprobati apertè abſque fide inhabiles & infames manent, ſecundùm text.*in cap.*1.*verſ.Caterùm,de except. l.fin.*ibi, *Ca aſſaz le abonda la verguença , que paſſo el teſtigo en ſer deſechado del teſtimonio e ſin car enfamado por ello , tit.*1. *part.* 46

Digitized by Google

Igitur & teſtes per iudicis reprobari ſententiam
abſque fide manebunt.

Minot pater *ex text.in l.ſi pignora*, 50. *de euict.* vbi
Cynus *l. profectitiados.* 5. §. *ſed & ſi proponas*, *de iure*
dot. l.1. C. ſi ex cauſa iudic. pign. cap. Auiles *in cap.*
Prætor. 1. *gloſ. verb. ni conſentiran. num.*21. Rimin.
in l.1. num. 531. *C. qui admitti.* Craueta *conſ.*148.
num. 1. Zephal. *conſ.* 254. *num.* 16. & *conſ.* 255.
*num.*3. Hier. Grat. *reſp.*133. *num.*7. *vol.*1. & *reſp.*
63. *num.* 5. *vol.* 2. immò quòd reprobatio iudicis
efficacior ſit, quàm reprobatio partis voluit Iaſſ.
in l. à Diuo Pio. §. *ſi emptor*, *num.* 3. *de re iud.*
plures apud Auguſtin. Barboſa *axioma.*93. *num.*25.
*pag.*19.

47 Vndecimò probatur ex more ſeruato in omni-
bus tribunalibus, quo teſtis pertinenter reproba-
tus, & reprobationis cauſa legitimè demonſtrata
reiicitur omnino, & abſque fide manet, vt iudica-
tum in Toloſano Senatu refert Gerard. Maynard *de-*
*ciſ.*68. *lib.*4. & paſſim apud nos ſeruatur: at nulla ma-
ior reprobationis cauſa, & probatio eſſe poteſt,
quàm ſententia iudicialis præſertim in iudicatum
tranſacta, vt ſuperiùs probaui. Igitur manet hæc opi-
nio ſufficienter ratione demonſtrata, & eius veritas
plenè comprobata, quam tuentur Paz *num.* 32. & 85.
& Valençuel. *à n.*8. cum ſeqq. pluribus locis citatis.

48 Quam & ego probo adhibitis tamen duabus de-
clarationibus. Prima, vt locum habeat in ſententiis
reprobatoriis, quæ tranſeunt in rem iudicatam, quia
ita efficiunt verum ſuum diſpoſitum, vt contrarij
mendacium oſtendant, ex latè ſuprà traditis: ſecus ſi
ſententia io iudicatum non tranſeat, vt ſi fuerit lata
49 in iudicio ſummario, † cuius naturæ eſt ſeotentia
lata in cauſis puritatis ſecundùm Perezium de Lara
de anniuerſ. & capellan. 2. *part. cap.*4. *num.*92. Aog.
Barboſa *de officio Epiſcopi*, 1. *part. tit.*2. *gloſ.*17. *n.*39.
& lata in iudiciis poſſeſſoriis, & in tenuta, vt
oſtendit Chriſtoph. de Paz citato loco *num.*10. &
50 39. † Cuius iudicij probationes tam ex parte acto-
ris, quàm rei, etiamſi contra eas ſententia feratur,
probant poſtea io iudicio proprietatis abſque noua
productione, & examine, quia vtrumque iudicium
ex diuerſis conſtituitur cauſis, ſecundùm *text. in l.*
naturaliter, 12. §. *nihil commune. de adq. poſſ. l. ſi*
duo. 3. *vti poſſid. l. cum fundum.* 18. §. *fin. de vi &*
vi arm. l. & an eamdem. 14. §. *fin. de except. rei*
51 *iud.* latè Menoch. *conſ.*311. *num.*48. *lib.*4. † Nec ideò
quòd probationes per ſententiam maneant quoad
vnum reprobatæ ſequitur manere quoad aliud, *d. l.*
& an eamdem, 11. *l. ſi cum teſtamento*, 21. *in princ.*
l. ſi in iudicio. 23. *de except. rei iud.* Separatorum
enim ſeparata eſt cauſa, & ratio *l. eum.* 18. *de neg.*
geſt. plura quæ adducit Valençuela *conſ.*1. *num.*79.

52 Nam & ſi iudicium poſſeſſorium ex diſpoſitione.
*l.*45. *Tauri*, admixtam habeat cauſam proprietatis,
vt communiter docent DD. *ex l.*2. §. *quadam.* ibi, *nam*
proprietatis cauſam continet hoc interdictum, de interd.
*l.*3. §. *hoc autem*, *de itinere actúque priuato.* DD. *in l. fin.*
*C. de edicto D. Adriani toll. l.*12. *tit.*14. *part.*6. Couar.
*lib.*3. *var. cap.*5. *num.*6. Mol. *de primog. lib.*3. *cap.*13.
*à num.*10. Pal. *rubr. & cæteri in d. l.*45. *Tauri.* Ma-
tienço *in l.*8. *gloſſ.*4. *tit.* 7. *lib.*5. *recop.* Parlad. *lib.*2.
*rerum quotid. cap. fin.*3. *part. in princ. num.*1. latiſſimè
Pelaez *de maiorat.* 3. *part. quaſt.*24. *à num.*19. cum
pluribus ſeqq. tamen cum ex ſua natura ſit iudi-
cium ſummarium, nec exceptiones, nec defenſiones
admittat, quæ altiorem requirunt indaginem, &
aliis careat ſolemnitatibus ordinarij iudicij, ſecun-
dùm *text. in l. in hac actione.* 3. §. *ibidem.* 13. *Ad exhi-*
*bend. gloſ. verb. quamuis in l.*2. *C. de edicto. D. Adriani*
toll. Greg. *in l.* 7. *gloſſ. verb. poſſeſſion. tit.*4. *part.*5. &
*in l.*2. *tit.*14 *part.*6. *verb. Luego.* Pelaez citato loco *à*
*num.*24. & *quaſt.*15. *num.*35. *cum ſeqq. eiuſdem partis*,
ſententia in eo lata non efficit rem iudicatam in pro-
prietate, vt raſoluunt Chriſtoph. de Paz, & Pelaez
citatis in locis, qui *in d. quaſt.*24 *num.*74. *verſ. Ex præ-*
dictis rationibus, & *num.*75. ait, eſſe hoc tenendum di-
gito alligatum, nec probationes reprobat, nec ea-
rum tollit ſententia fidem, quoad proprietatis iu-
dicium.

Secundò intellige locum habere hanc vltimam 53
negatiuam ſententiam quoties iudicium poſterius
fuerit idem cum primo, cuius ſententia pariat in illo
exceptionem rei iudicatæ, nec ſit cauſa, qua proba-
tiones contrariæ conſiſtere ſimul poſſint manente
ſententia, quæ aliter proferri oon valuit, ni contra-
rias abolendo probationes, vt loquitur *text. in d. cap.*
ſuborta. 21. *de re iud.* & DD. pro hac opinione ſupe-
riùs allegati ſic intelligendi veniunt, & loquuntur
Ioan. Garc. *de nobilit gloſ.*1. *in exordio num.*19. Io. Za-
ñez. Parlador. *rer. quotid. lib.*2. *cap. vlt.* §. 11. *ampliat.*4.
*num.*18. Auino *cõſ.*71. *ex num.*4. *lib.*1. Magon *deciſ. Flo-*
*rent.*3. *num.*26. Cacheran *deciſ. Pedam.*64. *num.*3. Ro-
ta Genuenſ. *deciſ.*103. *num.*2. Secus autem erit, cùm
ſententia & eius effectus concurrere poſſunt cum
probationibus, aduerſus quas fuerit lata, quæ tunc il-
læſæ, & intactæ io ſuo priſtino manent robore, vt
ex l ſi index. 10. vbi *gloſſ. fin. de his qui ſunt ſui. l. ſi quis*
à liberis. 5. §. *ſi vel parens.* 8. & §. *ſolent.* 18. *de agn. &*
alend. lib. & arg. l. ſancimus. 27. *C. de teſtam. & cap.*
cum renunciatur. 32. *quaſt.* 1. Bart. *in l. quod in diem*,
§. 1. *num.*2. *de compenſat.* Abb. *num.*9. *in dict. cap. ſub-*
orta. & vtrobique DD. Accurſ. *in l. pen. de his qui ſunt*
ſui. Alberic. *in l. ſin autem.* §. *ſi quocumque. de neg. geſt.*
& in d. l. quod in diem, §. *ſi rationem*, *in fin.* Innoc. *in*
*cap. vlt. num.*2. *verſ. Sed contra ponamus*, *de ord. cognit.*
Angel. *conſ.*100. & 217. *per totum.* Roman. *conſ.*412.
& ex aliis adductis à Chriſtoph. de Paz citato loco
*num.*46.

Ex qoibus duabus declarationibus duo alia ad 54
propoſitum vtilia inferuntur, Primò, conciliatio
prædictarum duarum ſententiarum, quæ ſibi pu-
gnantes videntur, nempe vt prima affirmatiua acci-
piatur dum ſententia lata, qua probationes re-
probatæ videntur, non tranſit in rem iudicatam,
aut conſiſtere ſimul poteſt cum ipſis probatio-
nibus, quæ compatibiles ſunt cum eadem ſen-
tentia, & ſuo diſpoſito, *text. eſt in l. neque na-*
talos. 10. *l. matrem.* 17. *C. de probat. l. non hoc.*4.
C. vnde legit. & vnde cogn. l. l. ſi inter me. 15. *de*
except. rei iud. & faciunt tradita per Bald *in l.*
vn. in 8. *notab. & oppoſit.* 9. *C. ſi ſeruus extero*, &
*in l.*1. *C. de diuerſ. reſcript* Secunda verò negatiua
ſententia intelligenda eſt de probationibus, quæ
reprobantur per ſeotentiam tranſactam in rem
iudicatam, cum qua conſiſtere ſimul non poſſunt,
quia tunc deſtructæ, & illæſæ omninò, & abſque
fide manent, ex regula contrariorum ſupra poſita,
quæ probatur *in l. Papinianus*, 10. *in fin. principij. de*
minorib. l. Pomponius, 40. §. *ſed & is*, *in fin. de procu-*
rat. Paul. Caſtr. *in l. precibus*, *num.* 14. *C. de impu-*
ber. Bald. *in l ſi vxor tua*, *num.*1. *C. de bon. auct. iud.*
poſſid. Menoch. *lib.*4. *præſumpt.* 16. *num.*24. & *lib.*6.
*præſumpt.*38. *num.*17. cum adductis ſuprà num.36. &
32. & ita vtriuſque fundamenta loquuntur, & ſunt
intelligenda.

Nec his obſtabit *text. in l. geſta*, *fin. C. de re iud.* eu- 55
ius plures fuerunt aſſignati intellectus per DD. quos
omnes recenſent Paz *à num.*90. *cum ſeqq.* & Valen-
çuela *à num.*8. cum aliis pluribus, locis citatis, inter

quos communior & vulgaris eſt, & mihi magis
placet, & rei, de qua agimus aptius accommoda-
tur, nempe, vt loquatur de geſtis a iudice, quæ valida
& legitima ſemper ſunt cenſenda, maximè ea,
quæ non ſolùm coram ipſo facta, ſed etiam ap-
probata fuerunt, quaſi aliud ſit de reprobatis, &
ab eo non ſequutis in ſua deciſione, ſeu aliàs à
iure annullatis, quibus perpetuò præſtari firmitas
ab Imperatoribus in dicta lege non eſt creden-
dum, ſaltim vt omnibus indiſtinctè noceant,
quod maximum eſſet abſurdum in iure, ſecun-
dùm notata per DD. *in l. ſi duo patroni*, 13. *de in-
reiur.* & per Bart. Cyn. Dec. & Ale. & DD. *in
l. 2. C. de edendo*, per quæ ita etiam intelligitur
text. in d. cap. quoniam contra, 11. *de probat.* maxi-
mè ex traditis per Bart. *num.* 12. & Cagnol. 110.
56 *in d. l. 2.* † Ex quibus nec geſta, nec approbata à
iudice fidem efficient in aliorum damnum & no-
cumentum, qui in iudicio non interfuerunt, ſed
tantùm quoad ipſum nudum geſtorum factum,
id eſt, vt omnibus conſtet, rem ita in illo per-
actam fuiſſe iudicio, non verò quoad effectum,
& probationem, prout textum illum intelligunt
DD. relati per Maſch. *de probat. concl.* 33. *num.* 35.
& ſeqq. Phil. Dec. *in cap.* 1. *num.* 24. *de fide inſtrum.*
Hier. Grat. *reſp.* 95. *num.* 18. *tom.* 8. Marc. Ant.
Natta *conſ.* 194. *num.* 3. *& conſ.* 309. *num.* 5. But-
ſat. *conſ.* 75. *num.* 8. *tom.* 2. Zepbal. *conſ.* 215. *num.*
57 *fin. lib.* 2. † Et quòd regulariter loquendo prædi-
cta iura accipi non debeant de probatione in
damnum aliorum, ſed tantùm in vim indicio-
rum, & adminiculorum, vt dixi in princ. hu-
ius quæſt. & docent *in d. l.* 2. præter ſuprà relatos
Bald. *num.* 18. Alex. 14. Purpur. 96. *& ſeqq.* Ri-
pa. 33. Fab. 2. Io. à Vicomerca 52. & Petr. Greg.
ſyntagm. iur. vniu. 3. *part. lib.* 47. *cap.* 41. *num.* 12.
Aſinius *in praxi iudic. cap.* 17. §. 15. *à num.* 12.
Maſch. *num.* 36. *& ſeqq.* citato loco. Socin. Iun.
conſ. 37. *num.* 1. *lib.* 4. Bald. *conſ.* 492. *num.* 8. *lib.* 1.
Rol. à Valle *conſ.* 85. *num.* 5. *lib.* 2. Natta *conſ.* 98.
num. 5. Rebuff. *reſp.* 136. *num* 9. alias quidem in-
terpretationes, & intellectus *d. l. geſta*, *à relatis*
ſumi poterunt, eas enim nunc referre nec expe-
dit, nec inſtitutum patitur.
58 Secundum, quod inferri diximus, eſt verus in-
tellectus opinionis Chriſtophori de Paz à *num.* 50.
cum ſeqq. & Valençuelæ *à num.* 31. *verſ. Et ceſſat
omnis difficultas*, *cum num. ſeqq.* citatis in locis,
pro certo conſtituentium teſtes reprobatos in iu-
dicio nobilitatis abſque fide omnino manere, nec
poſſe compulſari per informantem in cauſis pu-
ritatis, quia nullum bonum operantur effectum
per rationes ſuperiùs pro neganti ſententia addu-
59 ctas. † Et quia licèt puritatis cauſæ non ſubii-
ciantur regulis iudiciorum ordinariorum, nec iu-
ris egeant ſolemnitatibus, vt in quæſt. 5. latè
probauimus, procedit tantùm quoad iudicij ordi-
nem, non verò quoad fidem probationum, nec
ad iudicandum, in quo ius ſequi debet, & fides
deduci ex eius regulis, non ex iudicum arbi-
trio, & voluntate, etiam in his ſummariſſimis
cauſis, ſecundùm *text. in l.* 1. *C. de noxal. cap.
cum dilectus.* 8. *de conſuetud.* & allegatos à Paz
num. 53. *&* 54. & cùm prædicti teſtes reprobati
per ſententiam, & per ius, maneant abſque vlla
fide ſequi eus iudices in iudicando non poterunt.
60 † Quæ quidem opinio ita generaliter intellecta
nullo valet pacto ſubſtineri, quia caſus dari poſ-
ſunt, in quibus valeant concurrere probationes
contra quas fuit ſententia lata cum diſpoſito per
ipſam ſententiam, nec omnes in his cauſis in
rem tranſeunt iudicatam: cuius rationes men-
daces relinquant contrarias probationes, quæ
ex diuerſa cauſa, & fine valebunt ſubſiſtere,
& fidem efficere, etiam intacta ſententia ma-
nente, quod vt perfectè explicatum maneat, &
prædicta opinio cum materia completè intelle-
cta, præſertim quoad noſtrum probandæ puri-
tatis pertinet inſtitutum, ſingulas ſpecies quæ
ex facto occurrere poſſunt, per diſtinctas explicare
libuit concluſiones, vt ex eis in caſus contingentia,
quod aptiùs rei, de qua agitur, accommodetur, ſu-
mi à iudicibus valeat.
Sit igitur prima concluſio teſtes ignobilitatem, 61
& maculam generis firmantes in iudiciis ordi-
nariis nobilitatis coram nobilium iudicibus in
cancellariis regiis à regio procuratore fiſcali
producti omnino manent reprobati, & abſque
fide per ſententiam contra eos pro nobilitate
latam, & tranſactam in rem iudicatam, vt in
ſimili iudicio etiam inter eaſdem, aut diſſimi-
les perſonas, & circa eamdem rem produci,
nec compulſari non valeant ad vtilem effectum,
quia cum ſint velut inutiles reiecti in vno iu-
dicio, vel ſit, quia eorum depoſitiones, ve-
riſimiles non apparuerint, vel non ad rem
pertinentes eorum rationes, vel quia victæ ma-
nent per contrarias fortiores probationes, non
poterunt prodeſſe in alio ſimili iudicio, in quo
eoſdem pati defectus, eſt neceſſe, *arg. text. in
l. non poteſt*, 12. *cum l. ſequent. de legibus*, *l.* 1.
Cod. quæ ſit longa conſuet. cap. inter cæteras. 4. *de
reſcript. cap. in cauſis.* 19. *de re iud. cum ſimi-
libus. l.* 1. *tit.* 33. *part.* 7. & faciunt iura tra-
dita ſuprà §. præced. num. 9. & 48. cum quatuor
ſeqq. atque ita agnouit Chriſtoph. de Paz *in d. cap.
32. num* 48.
Secunda concluſio, idem dicendum eſt, dum 62
agitur de nobilitate ſummariè probanda ad ob-
tinendos honores, ad quos requiritur, vt cir-
ca ordines militares ſuo loco manet dictum, ad
quos aſſequendos non proficient, nec noce-
bunt teſtes adducti in dictis ordinariis iudi-
ciis, & per contrariam reprobati ſententiam,
cùm non poſſint, nec eorum mortua fides ex
poſtfacto ſuſcitari, vt probent in eadem re,
circa quam aboliti manent, *l. cum ex cauſa.* 9.
in fin. C. de remiſſ. pign. cum congeſtis per Va-
lençuel. *conſil.* 73. *num.* 11. & ea eadem ratione
de qua in præcedent. concluſ. Et quia ſi non
fuerunt vtiles ad rem, de qua ibi agebatur,
nec proderunt rei, de qua hîc agimus, quæ
in ſubſtantia vna & eadem eſt, vt per ſe patet,
quoad puritatem verò alius eſſe poteſt, vt infrà in
4. & 5. concluſ. dicam.
Tertia concluſio, teſtes, qui in ordinariis 63
nobilitatis cauſis pro ſui teſtimonij ratione ma-
culam ex iudæis per paternam adduxerint li-
neam exinde deducentes ignobilitatem per con-
trariam ſententiam, in qua ipſius generis nobi-
litas declarata fuit, eneruari omnino, & abſque
fide manent, tam quoad ignobilitatem, quam
quoad maculam, cùm illa ex hac proueniat, &
ſicut manent reiecti circa vnam, reiici etiam
eſt neceſſe circa aliam, & extante nobilita-
te non poteſt adeſſe macula Hebraïca per re-
ctam paternam lineam, nec compatibilis eſt
ſententia nobilitatis, nec eius diſpoſitum cum
macula ſimili, ſecundùm Montaluum, Gregor.
Otalor. Ioann. Garc. Ioan. Guttier. Cantet. Pelaez,
adductos

adductos pet Chriſtoph de Paz num. 48. &
per Valençuel. 36. locis citatis, & ab Ignac. del
Villar. *in reſp.* 12. *num.* 36. & à nobis ſuprà num. 21.
quare compulſari non debent ad alud iudicium
ordinarium, nec informatorium, quia in vtroque ea-
dem ratio, & ſic omnino intelligendi ſunt Paz. *d.*
num. 43. *& ſeqq.* & Valençuel. *à d. num.* 31. *cum ſeqq.* ci-
tatis in locis.

64 Quatta concluſio, ſi teſtes in prædictis nobilitatis
iudiciis ordinariis Hebraicam maculam generis
oſtendant contractam poſt adquiſitam nobilitatem
ex matrimonio inito cum impura ab aliquo ea ma-
ioribus, non manent reprobâti, nec minuta eorum fi-
des per ſentẽtiam latam pro illius generis nobilita-
te cùm in hac ſpecie oobilitas, & macula concurrere
poſſint, & ſententia compatibilis eſt cum teſtium aſ-
ſertione, & macula de nooo adquiſita antiqnam nec
lædat, nec tollat nobilitatem, vt probant Io. Gatc. *de*
nobilit. gloſ. 7. *num.* 19. *verſ. ſed adde.* Otalora *eod.*
tract. 2. *part.* 3. *princip. cap.* 7. *num.* 28. & dixi ſuprà
d. num. 21.

65 Quinta concluſio, ſi teſtes ſpeciatùn genetis
ſignent maculam per lineam matetnam etiam anti-
quam, non manent reprobati, neć fide minuti per
ſententiam nobilitatis, cum qua concurrete eòrum
teſtimonia poſſint, quia nobilitas paterna maculam
non excludit maternam, ex ratione reddita in præ-
cedenti concluſione, quæ eadem eſſe videtur cum
hac, ſed clarioris doctrinæ gratia eam hîc appoſui-
mus.

66 Sexta conclnſio, ſi teſtes genetaliter de generis
loquantur impuritate abſque vlla graduum, ſexuum,
nec linearum diſtinctione, non manent in totum re-
probati per oobilitaris ſententiam, etiam in iudica-
tum tranſactam, ni quatenus intelligi valent de ma-
cula prouenienti à recta paterna origine, à qua inci-
pit eius nobilitas, vt in terminis tertiæ concluſionis.
Quatenus verò intelligi poſſunt de impuritate orta
poſt adquiſitam nobilitatem, ſeu ex materna geoe-
ratione, vt dixi in duabus pręcedentibus concluſioni-
bus, non manebunt reprobari, nec fide minuti, ex aſ-
67 ſignatis rationibus. † Et quia reprobatio debet cla-
ra, & euidens eſſe, non dubia, nec æquiuoca, ſed con-
cludere cauſam cettam exclufionis, *arg. text. in l. nam*
hoc. 4. *C. vnde cognati, cap. in præſentia* 8. *de probat.* Zaba-
rel. *conſ.* 139. *n.* 17. Menoch. *conſ.* 233. *n.* 7. *& conſ.* 288.
num. 12. *lib.* 3. Pet. Surd. *conſ.* 513. *n.* 13. *& cõſ.* 534. *n.* 40.
68 *lib.* 4. † & cùm de reprobatione teſtium agitur debet
eius probatio manifeſta eſſe, *text. cum gloſ. in.* §. *item*
verborum 13. *de inutil. ſtipul.* Rebuf. *in tract. de reprobat.*
teſt. n. 8. *lib.* 4. *ad ll. Gall.* Io. de Annan. *conſ.* 97. *incipit, in*
cauſa, lib. 2. Valençuela *conſ.* 41. *num* 72. quod etiam
locum habere debet in reprobatione inducta per ſen-
69 tentiam, quæ directè, aut ſaltim virtualiter ea ea
conſtare erit neceſſe, quare in hoc dubio plurimùm
operabuntur coniecturæ, & præſumptiones, & iudi-
dices inflectant in fortiores, qui ex prædictis teſtibus
iunctis aliis ſuos inſtruere valent animos, non qui-
dem ex ſolis dictis teſtimoniis, quæ verè dubia in
propoſita exiſtunt ſpecie, & non ſufficiunt ad repul-
ſam prætenſoris, ſed concludentes requiruntur pro-
bationes per moralem certitudinem iudicum ar-
bitrio ex Aug. Barboſ. *de officio epiſc.* 1. *part. tit.*
gloſ. 172. *num.* 4. & probaui ſuprà quæſt. 8. in prin-
cipio.

70 Septima concluſio, dum teſtes originam maculæ
à Sarracenis deducunt ſiue per paternam aut mater-
nã lineam, ſiue primus nobilis è Sarracena cæcitate
ad fidem reſipuerit, non reprobantur, nec fide mi-
nuuntur propter ſententiam nobilitatis, cum qua
eorum aſſertio concurrere poteſt & nobilitas inci-
pere à Mauro, & eius deſcendentes nobiles declara-
ri vt ex Bar *in l.* 1. *num.* 62. *C. de dignit. lib.* 12. tenent.
Io. Garc. *de nobilitat gloſ.* 48. §. 3. *num.* 1. & Io. Gut-
tierr. *lib.* 3. *pract. quæſt.* 14. *num.* 98. *verſ. nihilominus.*
ita vt compatibilis ſit nobilitas cum deſcendentia
Mahometana, cuius macula licet nobilitati oon of-
ficiat, claudit ingreſſum ad puritatis honores, vt
ſuo loco diximus.

Octaua conclcſio ea eadem ratione eadem erit 71
ſeruandum in quacumque Eccleſia ſiue commu-
nitate ex cuius ſtatuto non repellantur progeniti à
Mauris, vt eſt in omnibus Eccleſiis cathredalibus, &
collegiatis Regni Granatæ, quarum ſententiæ ad-
miſſionis, & approbationis informationum præ-
bendati non reprobant, nec reiiciunt teſtes, nec
fidem eorum minuunt, qui à Mauris deſcenden-
tiam aſſetant, quæ receptionem, nec approbatio-
nem illam non potuit impedire: ſed optimè com-
patitur cum ipſa ſententia, & ſois effectibus, & ita
teſtes, & eorum fides intacti manent.

Nona concluſio, teſtes producti in puritatis iu- 72
diciis, & examinati vigore ſtatuti rigoroſi macu-
lam prætenſoris, & ſui generis teſtantes, non om-
nino manent reprobati, & abſque fide poſt ſen-
tentiam admiſſionis qua illius puritas fuit decla-
rata, quia cùm ſiioiles ſententiæ non tranſeant
in iudicatum velor latæ in ſummario iudicio,
non efficiunt verum diſpoſitum, niſi tantum vſ-
que ad cootrarium probetur, quod effici poteſt
non ſolùm ex aliis probationibus, ſed & ſimul
ea prædictis teſtibus, qoi licèt per ſe plenam pro-
bationem nullibi efficere valeant, cùm eam mi-
nutam ea contraria habeant ſeotentia, tamen præ-
ſumptiooem producent, vt aliis extantibus quæ
pro atbitrio iudicum ſimul cum illis ſufficiant,
plenam maculæ probationem generent, quod com-
probari poterit ex adductis ſuperiùs ex num. 48. cum
pluribus ſeqq.

Decima concluſio, teſtes examinati circa qualita- 73
tes generis in communitatibus, quæ ſtatutum ri-
gidum non habent, & ad munera, quæ puritatem
in rigore non expoſtulant, ſed ſufficit ad ea obtinen-
da iuris communis diſpoſitio, dum generis adduxe-
rint maculam extra gradus per ipſum ius commune
ſignatos, non eneruantur per ſententiam appro-
batoriam, quæ nun reprobat prædictos teſtes,
nec eis contraria exiſtit, quia teſtimoniis eorum
veris manentibus ſubſiſtit iure ſententiæ diſpoſi-
tio, quæ non impeditur per deſcendentiam a iu-
dæis, nec Mauris poſt gradus à iure ſignatos, in
quibus loquontur, ex eis, quæ dixi ſuprà quæſt.
4. §. 2. ex num. 3. & ſeqq. & infrà quæſt. 14. §. 4. ex
num. 29.

Nec obſtat quòd in propoſita ſpecie videntur 74
teſtes loqui extra articula & interrogationes, quæ
ſunt de certis gradibus, extra quos eorum proce-
dit reſponſio, & licèt praue agant ſecundùm P.
Th. Sanc. *in decalog. lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 18. & di-
xi in citatis locis, nullam efficiunt fidem *ex text, in*
cap. de teſtibus. 29. vbi gloſ. & communiter id *extra*
de teſt, & aliis adductis per Fatin. *tract. de teſt.*
quæſt. 71. *à num.* 1. Card. Tuſch. *lit. T. concl* 231.
num 1. *& ſeqq.* quia poſſunt ea forma deponere, ex
qua in omnibus fidem mereantur; vt ſi dicant, ſci-
mus non deſcendere ab auis viam maſculinam, nec
è parẽtibus per fœmininam, qui extra fidem deceſſe-
rint catholicam, quia proauus, ſeu tritauus hæreticus
migrauit, ſeu conuerſus, aut reconciliatus fuit ad fidẽ,
& poſtea cæteri ab ea non deuiarunt, ſed conſtanter

ſubſtinuerunt, quæ eſt optima ratio teſtimonij, & non reſponſum extra articula, & plenè probant teſtes ita deponentes, vt cõmuniter & conſtanter omnes tenent DD. inter quos Aug. *in l. 2. de iuriſd. omn. iud.* Fel. *in d. cap. de teſtibus, ſub n. 3. in 2. & 3. declarat.* quos ſequuntur Maſch. *de probat. concl.* 1371. *num.* 4. & 5. & allegati per Farinac. *num.* 30. loco citato, & per Pelaez *1. part. queſt.* 44 *num.* 26. Card. Tuſch. *in d. concluſ.* 231. *num* 11. & 12.

75 Vndecima ſit concluſio, ſi in cauſis fidei in ſanctæ Inquiſitionis Officio appareant teſtes, qui maculam delinquentis, & ſui generis afferant, vel aliqua ſint producta inſtrumenta, ex quibus deſcendentia à maculatis probetur, ſiue teſtes ſint, qui aduerſus aliquem ex illius aſcendentibus teſtimonium ferant circa aliquam obſeruationem fidei contrariam, & poſtea reus fuerit abſolutus in ſua manent intacti fide, nec abſolutoria ſententia eos tangit, nec fide minuit, cum nihil commune habeat macula cum delicto, de quo ibi præcipuè agebatur, & poſſit reus ille maculatus exiſtere, & à delinquendo vacaſſe, faciunt tradita ſuprà quæſt. 9. §. 2. per totum, maximè
76 in num. 28. & ſeqq. † nec ſententia maculam reſpexit, ſed delictum, licèt qualitates generis plurimum conducant ad fidei cauſarum expeditionem ex Eymerico *in direct. 3. part. in modo continuandi proceſſum per accuſationem, in princip.* vbi Peña *comm.* 18. *lit. A. verſ. Et interrogatus.* Simanc. *de cathol. inſtit. tit.* 43. *à num.* 14. & *in Enchirid. tit.* 27. *de interrogat. in princ.* Lud. à Paramo *de orig. inquiſit. lib.* 3. *quaſt.* 4. *à num.* 37. niſi appareant falſi in principali, quia fidem minuunt in acceſſoria macula, ex Iul. Claro *in pract. §. fin. quaſt.* 53. *num.* 8. Maſch. *de probat. concl.* 743. *per totam.* Card. Tuſch. *in pract. lit. T. concluſ.* 258. *num.* 3. & 4. vbi alios plures adducit, & Farin. *tract. de teſt. quaſt.* 67. *§. 6. ex num.* 111.

77 Decima ſecunda concluſio, dum teſtes per ſententiam reprobatos diximus in tribus prioribus concluſionibus, nulla ex eorum teſtimoniis oritur fides, nec indicium, nec minima præſumptio, & tunc optimè procedit opinio Chriſtoph. de Pax *num.* 50. *cum ſeqq.* & Valençuel. *à num.* 31. *cum ſeqq.* citatis in locis,
78 † nec quidem ex conſenſu partium poterit iudex eis vllam adhibere fidem, cùm efficere non poſſit, quòd habeant, quòd non eſt ſecundùm Abb. Fel. & Io. de Anna *in cap. nulli, de accuſat.* Menochium *conſ.* 23. *num. fin.* Pax citato loco *num.* 52. vbi ait, quòd iudex eos admittere non poteſt ex Ant. Gabrielis, & Ro-
79 tæ auctoritatibus ibi per eum adductis. † Dum verò diximus, teſtes non manere reprobatos per ſententiam eam efficiens fidem, quam ex rationibus, & veriſimilibus, quas adduxerint, & ſecundùm numerum, rei, & perſonarum qualitates, & negotij, de quo agitur, naturam, mereri iudices pro ſuo iudicent arbitrio, circa quod regula certa aſſignari non valet, cùm incerti ſint caſus, & euentus in ſimilibus iudiciis ex iuribus notis, & paſſim in noſtro tractatu adductis, nunc hæc ſufficiant pro huius dubij explicatione, quod ita enodatum, & explicatum nullibi videbis.

---

§. IV.

De aliquibus vtilibus illationibus in materia huius quæſtionis ex præcedentibus deductis.

SVMMARIVM.

1 *Iudices in collegiis an ſuos poſſint inſtruere animos. Ex teſtibus verè per ſententiam reprobatos, reſoluitur negatiuè contra Pax,* num. ſeqq.

Et contrarium eſt contra omnem rationem, & expreſſam iuris diſpoſitionem.

2 *Collegium in prouiſione præbendarum publicum ponit edictum, quo vocantur oppoſitores, & promittit ius ſeruandum in qualitatibus requiſitis diiudicandis quod adimplere tenetur vno ex tribus modis, aut iure, quo eis fidem præſtare eſt prohibitum,* num. 3.

Aut ratione quæ dictat teſtibus reprobatis, quia nihil ſunt nullam eſſe fidem præſtandam, num. 4.

Aut ex arbitrio, quod iure regulandum venit, num. 8.

5 *Teſtimonia reprobata nec indicium, nec præſumptionem efficiunt.*

Quod nihil eſt, nihil habet, ex quo iudices ſe informare quærant, ibid.

6 *Ex nihilo fides, nec præſumptio non deducitur.*

Sententia teſtes reprobat, aut velut mendaces, aut velut non fide dignos, ibid.

7 *Fides non fidedignis præſtari, nec indicium ex eis deduci non poteſt.*

8 *Arbitrium iudicis regulare debent ex iure, & ratione.*

9 *Iudices poſſunt ſe inſtruere ex imperfectis probationibus.*

10 *Imperfectum eſt aliquid licèt integrè, ex quo iudices poterant ſuos inſtruere animos.*

11 *Reprobatum nihil habet, quod poſſit dirigere animos iudicum.*

12 *Sententia probationes contrarias ita reprobat, vt nihil in eis maneat, quod ſuppleri valeat.*

13 *Oppoſitor ad collegium, qui ius adquiſitum non habet, non poteſt repelli iuſtè ob reprobatas probationes.*

Collegium non poteſt repellere prætenſorem ex iniuſta & damnata cauſa, ibidem.

14 *Princeps non poteſt ſine iuſta cauſa ius adhuc non quæſitum tollere ex veriori opinione.*

Papa non poteſt aliquem priuare beneficio ſine cauſa, ibid.

15 *Oppoſitio ſaltim tribuit ius conſiderabile quod tolli non poteſt niſi ex iuſta cauſa licèt hoc non intelligatur reſpectu aliorum oppoſitorum.*

Nouitij

Nouitij quamuis arbitrio religionis expelli poſſint intra annum probationis, intelligitur iuſta exiſtente cauſa,non ex libero, & abſoluto arbitrio,ibid.

Officium conceſſum arbitrio concedentis auferri ſine iuſta cauſa non poteſt, ibidem.

Idoneior eligi debet, aliàs peccatum interueniet lethale, etiamſi habeat contra ſe teſtes per ſententiam verè reprobatos, ibid.

16 Iuramentum in teſtibus non eſt de ſubſtantia.

17 Iudices pro arbitrio iudicantes non poſſunt credere teſtibus non iuratis: maximè in iudicandis informationibus puritatis, num.20.

18 Teſtimonium ſine iuramento non omnino nullum eſt; cum præſumptionem efficiat ad informandum conſcientiam iudicum in cauſis parui valoris, ſecus in magnis, num.19.

21 Statutum conſtituere non poteſt, quod ex teſtibus reprobatis per ſententiam repellatur quis ab honore prætenſo. Captioſum & iniurioſum ſecundùm ius interpretandum venit,ibid.

22 Iudices nec ex conſenſu partium poſſint fidem teſtibus reprobatis præſtare.

23 Fundator, aut teſtator in ſua fundatione poteſt præcipere quod non admittatur, qui contra ſuam puritatem,vel nobilitatem teſtes habeat reprobatos.

24 Oppoſitor æqualiter dignus, qui teſtes contra ſe teſtes habet reprobatos omitti poteſt, & eligi alter æquè dignus.

25 Iudices in elargiendis publicis honoribus poſſunt ſequi propriam ſcientiam,& omittere publicam, niſi iudicialiter procedatur, quia tunc aliter ex ſententia auctoris.

26 Acta vnius iudicij ad aliud quando extrahi, & compulſari poſſint, vel non, præcipuè ad puritatis iudicia, rationes dubitandi aliquorum Doctorum proponuntur,num.27.

Extrahi poſſunt quia aliquando probant, & ad minus indicium conſtituunt, num.28. & 30.

Aliquando eorum eſt neceſſaria extractio, num.33.

29 Iudices debent ſe inſtruere ex indiciis, præſumptionibus & teſtimoniis non plenè probantibus.

31 Acta alieni iudicij non petuntur ad repellendum prætenſorem, ſed ad inquirendum veritatem,& num.34.

32 Medium eſt inter plenam & nullam probationem, quod eſt ſemiplenè probare, aut indicium,ſeu præſumptionem efficere.

33 Acta & probationes alterius iudicij neceſſariò ſunt compulſanda, dum teſtis eſt qui ſe ad illa referat.

34 Cauſæ ſunt plures ex quibus legitimè poſſunt compulſari,& extrahi probationes alterius iudicij ad cauſas puritatis.

35 Vtilitas extrahendi teſtes & alias probationes ad accumulandum in cauſis puritatis probatur ex ſufficienti partium enumeratione.

Promotor fiſcalis poteſt petere extractionem dictarum probationum ad plenius fundandam ſuam intentionem, ibid. Immò ad hoc omninò tenetur,num.36. Et iuſta eſt petitio,num.42.

36 Copia maior probationum fundat melius intentionem agentis.

37 Litium euentus incerti maximè ſunt.

36 Iudices non ſemper eadem de eodem ſentiunt.

Probatio probationem non excludit,ibid.

Abſurdum non eſt,vt quis multis modis ſibi caueat,ibid.

Iudex, nec fiſcalis non debent ſe adſtringere ad vnam tantùm ſpeciem probationis, ibid.

Allegationes leuium & reprobatorum permittuntur in iudicio.

Iudices ſunt qui magis mouentur ex inanibus & futilibus rationibus, quàm ex ſolidis & iuridicis,ibid.

Probatio omni euentu reſtringenda non eſt, ibid.

Iudex probationem negando grauare dicitur, ibid.

Perfectum quod eſt aliis non indiget indumentis.

40 Vtilitas extrahendi probationes alterius iudicij, dum macula ſemiplenam tantùm habetur probationem euidens eſt, etiam dum nulla macula nec ſuſpicio manet probata,num.41.

41 Iudices veritatem inſequi omnibus debe[illegible] modis.

Macula eſſe poteſt, & non probari per receptas informationes, quæ ex habitis in aliis iudiciis ſuppleri poſſunt,ibid.

42 Fundamentum ſuæ intentionis nemini negapoteſt.

43 Probationes alieni iudicis vel poſſunt maculam probare, vel viam illius probationi aperire. Quod diſtinctione clarius oſtenditur, num.44.

45 Probationes reprobatæ verè per ſententiam an compulſari iuſtè valeant, & reſoluitur quod non aliquam ex eis deducendam fidem. Niſi ad inquirendum, num.47.

Et ad probandum qualitatem in qua non fuerunt reprobati, & ponitur exemplum, num.48.

46 *Exceptio rei iudicatæ ei prodeſſe non debet aduerſus quem fuit iudicatum*,& num.61.

48 *Teſtium dictis approbatis per ſententiam quoad vnum, manent etiam approbatæ eorum perſonæ.*

49 *Reprobato vno ex ſuppoſitis reliquum approbatum manet.*

50 *Teſtes examinati in vna cauſa,vt probent in alia debent denuò examinari, ſi commodè poſſunt. Niſi pars in aliud conſentiat*,n.53.

51 *Fides præſtatur teſtibus in aliis iudiciis examinatis propter antiquitatem, ſecus aliter. Et quia per alios veritas haberi non poteſt*, num.52.

54 *Acta extrahi debent integrè & ſine ſciſsione, ſi fuerint connexa,aliter ſecus*,num.55.

Iudicibus indiuiduum eſt,ibid.num.54.

56 *Commiſſarius informans poteſt in compulſum redigere qualiacumque acta, & informationes, quia ad hoc habet poteſtatem contra Chriſtoph.de Paz.*

51 *Teſtium productio in diuerſis iudiciis frequens eſt.*

58 *Communitates maiores, in quibus adſunt puritatis ſtatuta non ſolent inter ſe communicare informationes puritatis, niſi tribunalia Inquiſitionis inter eamet, non inter alias,eſſet tamen vtile,ſi inter omnes fieret.*

59 *Fiſcalis regius quando poſsit facere compulſare acta alterius iudicij, & quando non?*

60 *Exceptio rei iudicatæ obſtat in omnibus deductis in iudicio ex quo emanauit.*

63 *Inducta in odium fauorem operare non poſſunt. Ad vnum finem contrarium non operantur*,num.64.

65 *Probationes vere reprobatæ compulſari non debent,quia nihil, niſi ſententia ſuper eas non fuerit lata,vel non directè eas reprobet*,num.66.

67 *Teſtes & probationes reprobatæ in cauſis puritatis per tres ſententias,ſeu per tres actus poſitiuos compulſari non debent.*

68 *Acta & probationes circa alicuius ſtatum nocent omnibus.*

69 *Quilibet de familia, & genere poterit oſtendere ſuam puritatem, & ſui generis contra aduerſas probationes, & ſententiam,etiam in vita prætenſoris*, num.75. *In quolibet exiſtat gradu*, num.81.

70 *Contradictor, ſeu defenſor legitimus eſt qui damnum ex iudicio pati poteſt.*

71 *Quilibet, qui ex iudicio intereſſe capi poteſt admittitur ad tuendum ſuum ius, & ad faciendum ea,quæ principalis.*

72 *Sententia in cauſa puritatis in iudicatum non tranſit.*

73 *Conſanguineus agere poteſt de iniuria tangenti omnibus de genere, etiamſi omittatur à principali.*

74 *Succeſſor maioratus poteſt intereſſe iudicio cum poſſeſſore in coacto, & illo inuito cauſa adeſſe,& facere quæ principalis, & in eodem ſtatu.*

76 *Cauſam non defendens pro mortuo quoad illam habetur.*

77 *Paria ſunt non eſſe in rerum natura, & eſſe inhabilem.*

78 *Lis pro derelicta habetur, ſi indebitè defendatur.*

Vidua dicitur, quæ inhabilem habet maritum,ibid.

79 *Filius orbatus dicitur, qui habet patrem inhabilem.*

Eccleſia habens inutilem prælatum viduata dicitur.

Ciuitas non dicitur habere ſyndicum ſi inutilem habeat,ibid. *remiſsiuè.*

Legatum Orphanis relictum præſtari poteſt in vtraque foro habenti patrem inutilem,contra Thom.Sancium,ibid.

80 *Paria ſunt non defendere, & non legitimè defendere.*

Defendere propriè quid ſit? ibid.

81 *Conſanguinei ad propulſandas iniurias ſuorum conſanguineorum admittuntur in certis gradibus, aliud tamen eſt ad defendendum cauſas puritatis, quia indefinitè admittuntur.*

82 *Defectus notitiæ aſcendentium an ſuppleantur ex aliis informationibus eiuſdem deſcendentiæ. Negatur* ex num.83. *Affirmatiua eligitur*,ex num.88.

*Dummodò diligentia adhibeatur in requirendo teſtes, qui agnouerint maiores, num.*94.

83 *Qualitates requiſitæ ſunt probandæ ſpeciatim in ſingulis prætenſoribus, nec ſufficit, ſi adſint probatæ in alia cauſa, perſona, & tempore*, num.84.

84 *Forma actus ſeruanda alias corruit, deficiente deficit rei ſubſtantia*,num.85.

Per æquipollens adimplere non ſufficit, num.86.

Statutum diſponens præter ius commune dicitur formam dare,ſub num.84.

Sententia lata contra eius formam nulla eſt, ſub num.84.

87 *Puritas & nobilitas probari non poſſunt niſi agnoſcantur maiores ex quibus deriuantur.*

88 *Probationes ſanguinis ſicut nocent prodeſſe debent.*

89 *Forma ſtatutorum puritatis eſt,quòd illa qualitas conſtet ex legitimis probationibus, nec ad plus extenditur.*

90 *Probatio optima oritur ex combinatione duarum informationum.*

91 *Iudices ſe informare poſſunt ex minus legitimis probationibus.*

92 Forma

92 *Forma non ſuſtantialis per æquipollens adimpleri ſufficit.*

93 *Probationes proſunt omnibus quibus ſunt communes circa ſanguinis qualitates, an nocere poſſint extraneis, ſicut conſanguineis*, n. 95.

Et ponitur exemplum, diſtinguitur, num. 104.

Vt noceant in alio indicio tria concurrere debent, eadē res, perſona, & cauſa. 96. *Et quod indicium in quo fuerint recepta actitatum ſit cum legitimo contradictore*, numero 97.

97 *Defendens reprobatorii; partes non debet ſumere, alias alteri non nocet*, numero 99.

99 *Extraneus eadem perſona dici non poteſt verè nec interpretatiue.*

100 *Diuerſitatem demonſtrat diuerſitas rei, finis & perſona.*

101 *Identitatis effectus tolluntur data diſsimilitudine.*

102 *Illatio ex diuerſis non inducitur, nec quid certum.*

103 *Probationes vt probent in alio iudicio debuit adeſſe in primo iudicio legitimus defenſor.*

104 *Diſcrimen eſt inter teſtes & inſtrumenta.*

105 *Teſtes fidem capiunt ex iudicio & iudice coram quo ſunt producti.*

106 *Iudicium non extenditur ad alias perſonas præter intereſſentes.*

107 *Inſtrumenta vim capiunt ex perſona publica, & ſolemnitatibus, & à ſuo initio dicuntur probatio probata.*

Fidem efficiunt inter omnes quibus ſunt communia, n. 109.

Etiam ſi fuerint producta in extranei cauſa, n. 109.

110 *Teſtes etiam in extranei cauſa magnam efficiunt præſumptionem arbitrio iudicum*, num. 111.

1 INFERTVR primò ex omnibus vſque adhuc dictis, maximè ex præcedenti vltima concluſione in eius prima parte, quòd non poteſt ſuſtineri opinio Christophori de Paz *n.* 67. citato loco, volentis, in collegiis poſſe iudices informationum puritatis ſuos inſtruere animos ex teſtibos per ſententiam reprobatis, quia oppoſitor nullum ius adquiſitum habet, nec virtute electionis, nec præſentationis per patronum, ad quod euertendum non eſt opus maioris indaginis. Quod (inquam) ſuſtineri non poteſt, quia fidem præſtare prædictis teſtibus etiam ad minimum eſt aduerſus omnem rationem, & expreſſam iuris diſpoſitionem, vt diximus, & fatetur idem Paz, ſecundùm quam dirigere debent iudi-
2 ces ſuum arbitrium, & ſuos inſtruere animos: † præterquàm quòd dum edictum generale Collegium publicè exponit, vt qui voluerit, ſe ad vacaturas opponat, expreſsè promittit ius ſeruatutum in qualitatibus, & cæteris requiſitis diiudicandis, ad cuius impletionem omnino tenetur ex Mol. 2. *de primog. cap.* 5. *num.* 58. *verſ. Hac autem*, P. Mol. 2. *de inſt. diſp.* 595. *n. fin.* Io. Guttierr 2. *can. cap.* 11. *num.* 55. Nicol. Garc. 7 *de benef. cap* 16. *num.* 40. Mareſcot. 11. *var. cap* 54. *ex num.* 19. ſub obligatione reſtitutionis eligendo minùs dignum, in qua ſpecie ceſſant opiniones contrariæ, de quibus apud eoſdem, & alios communiter, penes Barboſ. *de off. Epiſc.* 3. *p. alleg.* 60. *n.* 68. *& de off. parochi, c.* 2. *n.* 105. *& in remiſſ. ad Concil. Trid. ſeſſ.* 24 *de reformat. cap.* 18. *num.* 137. *pag.* 488. quod adimplere tenetur vno ex tribus modis, aut ſecūdùm iuris diſpoſitionē, aut ex ratione, ſiue ex ſuo libero arbitrio & voluntate, qui ſunt omnes modi, ex quibus iudices cauſas diiudicare valent, nec alius eſt, nec excogitari poteſt. † Si iure Collegium pro- 3
cedere malit, prout omnino debent ex præcitatis non poterit fidem reprobatis adhibere teſtibus, vt probatum manet, & idem fatetur Paz, in quo nec ampliùs immorandum, nec decet, cum plura circa hoc dixerimus, quæ non inficias it prædictus aduerſarius. † Si verò ſecundùm rationem iudicare eligat, nul- 4
la eſt, qua teſtibus reprobatis, & nullis omnino exiſtentibus præſtetur fides, quam ipſi nec habent, nec merentur, fides enim teſtium non ex voluntate iudicantis pendet, ſed ex veriſimilitudine, congruentia, dignitate, meritis, maioribus, fortuna, conſtancia, & religione ſimul, vt *in l.* 1. *§ fin. l.* 3. *in princ. l. ob carmen.* 21. *in de teſt.* vbi Bart. & DD. *l.* 4. *l. teſtium* 14. *C. eod.* quæ omnia in reprobatis deficiunt teſtibus, ita vt nihil maneat, cui iudices adhærendo credere, nec ſuos valeant inſtruere animos, quod ex aliquo ſumi neceſſe eſt, ex nihilo enim aliquid deduci non poteſt, nec inſtructio ad animos informandos oriri. † Et 5
quidem ipſe Paz ita fatetur citato loco *num.* 50. *&* 51. conſtituens, nulla omnino eſſe reprobata teſtimonia, nec indicium, nec adminiculum conſtituere, quod pugnat cum dicta aſſertione eiuſdem, qua poteſtatem collegiis tribuit informandi ſuos animos ex dictis teſtibus, nam ſi nihil ſunt quomodo ex nihilo ſe iudices informare poterunt? quomodo quibus fides omnino deeſt, fidem adhibebunt? vel quomodo ipſa teſtimonia præſtare poterunt materiam ad animos iudicum informandos, quam non habent, & ſi aliquam habuerunt, ſublatam & eliſam habent per contrariam ſententiam? † Ex nihilo enim 6
fidem deducere, nec præſumptionem natura, ratio, & ius abhorrent, *arg. l. quotiens* 6. *Qui ſatiſd. cog. l. ſi vt proponis* 4. *& ſeq. C. Quomodo & quando iudex* Bal. & Salic. *in l ea quidem per text. ibi, notab.* 2. *C. ſi mancipium ita fuer. alien* Iaſſ. *in l.* 1. *§. hac autem verba, n.* 13. *Quod quiſque iuris.* Fel. *in cap. ex tenore, num.* 7. *de reſcript.* Rebuff. *reſp.* 24 *&* 59. Aym. Craueta *conſ.* 216. *num.* 12. faciunt tradita ſuprà quæſt. 11. §. 1. ex num. 33. & quæſt. 12. §. 2. num. 5. & 7. & prædicti teſtes aut per ſententiam reprobantur velut mendaces & falſi, tamquam non fidedigni, vt tot ſpecies conſiderauit Ant. Fab. *in ſuis rational.* 1 *tom. ad d. l. Lucius,* 21. *de his qui not. infam.* in dubitandi ratione. † Si verò velut 7
non fidedignis fidem præſtare iudices velint, aut ſuos inſtruere animos, ipſa ratio dictat, non licere, nec eſſe expediens; ſi quidem tamquam mendacibus & falſis, qui aſſerere poterit, quòd ipſi mendacio, & falſitati fides præſtetur? aut quod iudices poſſint ſuos animos ex falſitate & mendacio ad iudicandum inſtruere? nemo quidem cordatus, & prudens hæc aſſerere audebit, *a. g. text. in l.* 1. *§. quæſitum, de appellat. l. fin. C. de natal. reſtit. cap. poſtulaſti,* 27. *cap. ad aures,* 8. *cap. conſtitutus* 19. *cap. ad audientiam,* 11. *de reſcript. c. ſi proponente,* 42. *eod. tit. c. l. ſi motu proprio,* 23. *de preb. in* 6. *Clem.* 1. *eod. t. l.* 36. *verſ. quæ ſi carta, t.* 18. *p.* 3.

Digitized by Google

8 Si denique ex atbittio,& voluntate capella collegij in ſimili iudicet cauſa, debet ſe tegulare ex iuris regulis, & rationibus, extra quas atbittium iniquum tedditur, vt idem conſtituit Paz eodem loco *n.62.* & nos infrà 2.part.quæſt.9.§.1.in prine.& poſtea,quare, iudico prædictam opinionem non ſolùm eſſe contta ius, & naturalem rationem, ſed etiam aduerſus ius diuioum, quo ſemper veritatem ſequi iubemus, & quod ei ptoximus accedit, vt apertè iubetur Deuter.17.4.& 9.& probat Matt. Bonac. *in 8. praecep.diſp.*10.*q* 2.*punct.*2.*n.*1.

9 At dieet Paz iute eſſe conſtitutum, quòd iudicibus liceat ex imperfectis probationibus animum ſuum inſtruere, dum ius parti quæſitum non eſt, vt oppoſitor ad collegium ante electionem nullum habet ius, vt ipſe probat ex Iaſſ. & aliis *in d. num. 67.* Ex imperfectis(inquam) tanſeat, at ex reprobatis,&
10 nullis quomodo? † Eſtne quia imperfectum, & reprobatum idem ſit? abſit nullo modo, ſi quidem imperfectum eſt aliquid, licèt defectus aliquot patiatur, *l.ſancimus* 34. *in fin. C.de donat.l.*1.*C.qui num. tut.ſe excuſ cap.nihil* 16.7.*quaeſt.*1.*cap.dilectio.* 7. §. *poteſt,*16.*quaeſt.*3.*cap.tres ſunt,* 81. *de poenit diſt.* 1. qui ex aliis ſuppleri facilè poſſunt *ex text. in l. nec non* 28. §.*ſi quas ſapius,*1.*ex quib. cauſ. maior. l.ſi plures*, 9. §. *cumulum,de pact.gloſſ. in verb.impoſſibile in fin.cap. quorumdam.*13.*diſt.*23.*& in d.cap. nihil verb. vel preſbytero,in fin.*7.*quaeſt.*1.*& in d.cap.tres ſunt,verb.collecta, de poenit. diſt.*1 faciunt tradita per Ant Gab.*de teſt. concl.*7.*num.*8.Per.Surd.*conſ.*132.*num.*73. Hipol.Rimin. *conſ.* 409.*num.* 28. habent quidem probationes imperfectæ aliquid fidei, ex quo valeant iudiees ſuos
11 informare animos: † ſed reprobatæ nihil habent, quod dirigere animos rectè valeant iudieum, nec ex aliis ſuppleri quamtumcúmque fortiſſimis adminiculis, *arg. l.ſed etſi manente,*5 *in fin.de precario*, mul-
12 tis probat Farin.*de teſt.q.* 62. *n* 317. † quia ideò per ſententiam reiectæ fuerunt, quia vel per ſe,vel reſpectu aliarum probationum inuetiſimile aut falſum aliquid continebant, ex quibus nihil manet, quod ſuppleti vaſeat, nec ſaltim ſufficiat ad qualem qualẽ informationem,vt voluit Dec.*conſ.*94. *col.*1. relatus ad propoſitum per Hieroo. Gabt. *conſ.* 159. *n.* 14. & vterque à Maſch. *de probat. concluſ.* 1370. *num. fin.*

13 Inſuper, eritne ſufficiens ratio, quod oppoſitor ad Collegium poſſit abſque cauſa repulſam pati, quia ius ei quæſitum deficiat? quæ videtur eſſe præcipua ratio Chriſtoph. de Paz, & DD. quos allegat *ibidem n.* 68. aientium, Principem poſſe iuſta etiam cauſa non exiſtente,ius adhuc non quæſitum tollere. Nequaquam quidem, quia ptætet magnum diſcrimen,quod eſt inter illam, & hanc ſpeciem,cum omni euentu collegium teneatur, iudicare ex iure, & tatione,ſicut promiſit in edicto vacatutæ, non verò vti ſuprema poteſtate valet, quæ apud Principem tantùm eſt, nec poſſit prætenſorem repellere ex iniuſta & damnata cauſa, ſed ſuum ius ſeruare omnino debet, & ſic fidem promiſſam adimplere, ex dictis
14 ſuprà quæſt. 6. §. 5. † Atque loquendo in terminis prædictorum DD. prædicta opinio nec vera, nec tenenda eſt,provt eam defendit & magis probat Molina,quem Paz allegat pro ſua opinione,*lib.*1. *de primog.cap.*8 *num.*31. quæ ſicut verior, ita & communior, & ſeruanda eſt,vt conſtat Bal. Iſernia, & Aluarot.*in cap.*1. *Quemadmod.feud.ad fil.part.*Iul.Claro §.*feudum,quaeſt.*72.*in fin.*Couarr. *lib.*3.*var.cap.* 6. *num.* 5.Menchaca *de ſucceſſ.creat.*§.1 *num.*29 *&* 32.Burg.de Pax *in proem.leg.Tauri num.* 327. *&* 331. Matienço *in l.*7.*gloſſ.*5.*num.*4.*tit.*7. *lib.* 5. *recop. per l. qui teſtamentum* 10.*C.de teſtam.& cap.*1.*de alienat.feudi paterni,& l.*40.*&* 41.*Tauri*,quæ iura etiam adducit idem Burg. de Paz *conſ.*9.*num.*29.*& conſ.*16.*num.* 7. & plus omnium completè Pelaez *de maiorat.* 2. *part. in initio a num.*486.*cum ſeqq.pluribus*,vbi pro vtraque parte tem diſſerit Zaball.*comm. contra comm. quaeſt.* 577. *per totam*,& ex conſulentibus,Iaſſ.*conſ.*168.*num* 10. *lib.* 4. Socin.Iun.*conſ.*76 *num.*18.*&* 33.*lib.*1.Dec.*conſ.*239. *dub.*3.Alex. *conſ.* 104. *vol.* 4. Celſus Hugo *conſ.* 113. *num.*10 Paul.Caſtr.*conſ.*164.*num* 5. *&* 6. 2. *part.* Zephal.*conſ.*186.*lib.*2.Alc.*reſp.*188.*num.*2.Menoch.*conſ.* 187.*per totum*,quibus adde alios apud Anton. Gabr. *de iure quaeſito non toll.concl.*3. *num.* 36. & quòd Papa ſine cauſa non poſſit aliquem ſuo priuare beneficio, voluit Zaballos *comm.quaeſt.*528.vbi plures, & quaſi infinitos congerit Auguſt. Barboſa *clauſ. num.* 31. *& num.ſeqq.*alios refert contrarium tenentes. † Et licèt 15
ſuprà in q.7. ex n.12. dixerim, quòd ex oppoſitione non quæritur ius in his, quæ ſunt iuris communis,ſicut eſt oppoſitio ad Collegium, & ſic videbatur,quod de facili poſſit tolli,ex Alc.*reg* 3.*praeſumpt.* 11.*num.*7.& Pelaez citato loco *n* 485. tamen in propoſita ſpecie certum eſt, quod ſaltim ius adquiritur conſiderabile ex oppoſitione ex Nicol.Garc.*de benef.* 4.*part.c.*5.*num.*61. quod abſque iuſta cauſa tolli non poteſt, maximè cùm competat ex ipſius Collegiis ſtatuto,ſecundùm Ant.Aug.*in epit.tit.de proviſione & oppoſit.*§.1. & Puteum *deciſ.* 251. *lib.* 3. ex quibus ita cenſuit Rota apud eumdem Nicol.Garc. citato loco *n.*66.*in fin.*& quamuis hoc non intelligatur reſpectu aliorum oppoſitorum,quorum ius æquale eſt, vt in prædicto loco probaui; tamen cum ex eis idonior eligi oporteat,aliàs lethale orietur crimen ex violatione iuris,quod dignior habebat, etiamſi dignus elegatur, vt cum veriori tenent Per. Nauarra *de reſtitut.lib.*2.*cap.*2.*num.*138.*& lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 10. & Vaſquez *de benefic.cap.*2.§.4.*dubio* 19.*num.*141.Mart. Bonac.*de reſtitut.diſp.*1.*quaeſt.*2.*punct.*12. *ſub num.* 7. ſi dignior habeat contra ſe aliquos teſtes per ſententiam reprobatos,qui de eius depoſuerint macula in aliqua lite, vt in ſpecie duarum priorum concluſionum in præced.§. eligi in conſcientia debet,quia teſtes illi non præſtant iuſtam expulſionis, nec præteritionis cauſam cùm nihil ſint,nec probent.Pro quo mirabiliter facit,quòd licèt nouicij arbitrio religionis repulſam patiantur intra annum approbationis ex Abb.*n.*3.Hoſtienſ.4.Anchatr.2. *in cap.apoſtolicam, de regularib.*hoc tamen intelligendum venit, ſi iuſta ſubſit cauſa, vt dicunt præcitati, & cum eis Collectat.*num.*19.*in d. cap. ad apoſtolicam.* Franc. Emmau. Roderic.*reg.quaeſt.*21 *art.*11. *verſ. & ſi poſſunt tom.* 1. maximè poſtquam religio admiſit ad probationem faciendam circa religioſi mores & generis qualitates,etiamſi adſit rigidum puritatis ſtatutum, quia tunc prædictum arbitrium non debet eſſe liberum nec abſolutum,ſed regulari ex iuſta cauſa iure & ratione,vt rectè voluit Rota apud Ioann.Bapt.Coccin. *deciſ.*215.*num.*23.14. *&* 15. quæ oriri non poteſt ex probationibus reprobatis,vt per ſe patet & ſimiliter conceſſo officio, ptout concedenti videatur, vulgò *por el tiempo de mi voluntad.* quæ arbitrium boni viri ſignificant,abſque iuſta auferri non poterit, Abb. *in cap.verum* 7.*num.*6.*de foro comp.*Bal *in l.pecunia*, *verſ. quaero hic de ſtatuto, C. de condict. ob cauſ* Menoch. *de arbitr.lib.*1. *quaeſt* 55. *in addit. num.* 21. latè Gracian. *diſcept.for.tom.*1.*cap.*167.*per totum maximè, num.* 41. *&* 42.*& ex num.*46. *& ſeqq.* latiſſiméque Maſtrillo *de magiſtr.*1.*cap.*27.*ex num.* 16. *maxime* 23. 24. 26. *& ſeqq.*

Et confirmatur principalis opinio,quia etſi iura- 16
mentum in teſtibus non ſit de ſubſtantia, vt eſt *text. in cap.tuis,*39.*de teſt.* tenent Bal.*in cap.conſanguinei,in fin.*

ſin.de re iud. quem ſequitur Iaſſ. *in l.admonendi*, *num.*
226.*de iureiur.* And.Gail.*lib.*1.*obſernat.*101.*num.*3. &
plutes congeſti per Farin.*de teſt.quaſt.*74.*num.*111.&
faciunt tradita per Ildephonſ.Narbona *in l.* 83.*gloſſ.*
17 3.*num.*4.*tit.*5.*lib.*2.*recop.pag.*245.† Iudices pto arbi-
trio iudicantes non poterunt teſtibus ctedete non
iuratis *ex Clem.ſapè*, *verſ.nec ſic*, *de verbor. ſign.* tenet
Iaſſ.citato loco *n.*225.Menoch.*de arbitr. lib.* 1. *quaſt.*
26.*per totam*,Maſch.*de probat.concl.*1368.*num.*5.& 6.
18 *in ſin.*†& teſtimonium ſine iureiuraodo omnioo nul-
lum non eſt,cum ſaltim præſumptionem efficiat quæ
eſt ſufficiens ad informandum iudicis conſcien-
tiam ſecundùm Ripam *in d.l.admonendi num.* 197.*ex
gloſſ.in cap.* 1. §. *ſi duo*, *de pace tenend.* recitat plutes
idem Farin.citato loco *n.*106.Maſch. *d. concl.* 1368.
19 *nu.*7.vbi ait,† quòd iudices in cauſis,in quibus pro-
ceditur abſque iuris ſolemnitatibus,poſſunt non iu-
ratis teſtibus fidem præſtare, & ſuam ea eis con-
cientiam inſtruere, ſecundùm Ripam & cæteros ſu-
prà adductos,hoc ego intelligo in cauſis parui valo-
ris,non verò in grauibus, & arduis, in quibus dili-
gentet iudices debent ſe de veritate informare per
teſtes iuratos, oon pet alios, ſecundùm Socin. *reg.*
20 424.*fall.*4.ſequutum per Farin.*ſuprà num.* 108. † at-
que ita ſeruari debet circa iodicandas ioformationes
poritatis licèt ad informationem priuatam valeant
iudices vti teſtibus fidedignis non iuratis ex Iaſſ.
*num.*220.*cum ſeqq.*Ripa 197.Maſch.14.& 15. in cita-
tis locis poſt Innoc. *in cap. cum intria*, *de ſponſali-
bus.*

21 Quam opinionem amplia, vt etiam locum ha-
beat,etſi contratium per ſtatutum decideretur, tum
quia maxima maxima niteretur iniquitate, & iniu-
ſtitia repellendo ea io iuſta cauſa eum, qui aliàs ad-
mitteretur, quos maior iniuria fieri non poteſt,
tum etiam, quia honor læderetur proximi ex repro-
batis, & omnino nullis teſtibus, & ex nibilo gra-
uiſſimum orietur damnum, & in iuria,quod nec ius,
nec tatio ſiount,tum denique quia ſimile captioſum
& iniquum ſtatutum ex iure communi accipiendum,
& intelligendum eſt, etiamſi exinde ſuperfluum red-
detur,ſecundùm gloſſ. & DD.*in l.fin.*§. *in computatio-
ne* 9.*C.de iure* 9. *C. de iure deliber.* & Nicol. Euerard.
in topicis loco, *A ratione legis ſtricta num.* 14.*&* *loco*, *à
vi geminationis num.*5. And. Gail. *lib.* 2. *obſernat.* 37.
*n.*7.*cum communi.*

22 Hanc verò noſtram opinionem tuentur Bal.& Sa-
lic.*in l.ſeruos*, *C.de teſtibus* Oldrald. *conſ.* 192. *in fin.*
apud Nagon.*deciſ.Lucenſi* 39.*num.* 17. Franciſc. Per-
ſonal.*conſ.*7.*num.*22.*lib.*1.*&* *conſil.* 1.*num.* 55. *&* *ſeqq.*
vbi quòd nec ex conſenſu partis iudices teſtibus re-
probatis fidem poſſunt præſtare,Menoch.*conſ.* 23.*n.*
28.*vol.*1.

23 Sed tripliciter limitatam accipias.Primò ſi ita per
fundatorum, aut teſtatorem diſponeretur, cuius
voluntas ſeruari omnino portet, cùm poſſit ſuam
legare rem cui voluerit,cum conditionibus, & gra-
uaminibus quot libuerit, ex Pelaez *de maiorat.* 1.*par.*
*quaſt.*51.*num.*2.*&* *ſeqq.*Perezio de Lara *de capellan.* 2.
*p.c.*4.*n.*2.*&* 10.cum aliis adductis ſuprà q. 4. §. 7. in
princ.

24 Secundò limita oppoſitoribus æqualiter dignis,
quorum quilibet tutè eligi poteſt,& omitti,qui con-
tra ſe teſtes habet reprobatos per ſententiam, non
quidem ea hac ratione, ſed ex altera, nempe quia
æqualiter dignus quocumque euentu eligi, & nomi-
nari poteſt,ſecundùm *gloſſ.*2.Io. And. & Abb.*in cap.
cum autem*, 24. *de iurepatron.* cum pluribus aliis con-
geſtis per Aug.Barboſ.*de offic. Epiſcop.* 3. *part. allegat.*
72.*num.*199.& faciunt tradita per And.Tiraq.*de pri-
mog.q.*17.*opin.*1.*n.*5.

Tertiò limitat,niſi priuatim certè ſciant, quòd 25
macula aſſetta per teſtes reprobatos vera eſt, quia
eſt,quia tunc poterunt ſequi propriam ſententiam,
& omittere publicam ſequutam per ſententiam, vt
voluit Salun.2.2.*quaſt.*67.*art.*2.& ex aliis Mart. Bo-
nac.*in* 8.*Decalogi precept.diſp.*10.*quaſt.*2.*punct.*2 *n.*7.
quod intelligo dum agitur de gracis elargiendis, ſi
verò peruentum ſit ad iuſtitiæ limites, veras ſequi
oportet probationes, & ſi certæ iudicum ſcientiæ
aduerſentur,ſecundùm D.Thom 1.2.*quaſt.*67. *art.* 2.
l.illicitas,§.*veritas*, *de officio Praſidis*, *cum communi*, de
qua nos alibi.

Infertur ſecundò vera intelligentia,& praxis illius 26
dubij,quotidianæ in foro obſeruationis, & de facto
pluries contingentis, quando extrahi, & compulſa-
ri poſſint acta vnius iudicij ad aliud, vt aliquid pro-
bent, & quidem loquendo ſpecificè in noſtra ma-
teria puritatis probandæ de hoc agunt prædicti DD.
ſæpios in hac quæſtione allegati Chriſtoph videli-
cet de Paa *num.*50.*&* 51. & Valençuela *num.* 120. io
locis citatis,conſtituentes, quod nec iure, nec con-
ſcientia licet tribuoalibus, nec eorum commiſſariis
exttahere, dum qoalitates prætenſorum inquirunt
ex aliis informationibus, proceſſibus, & actitatis in
aliis ttibunalibus,& iudiciis teſtes in eis examinatos,
& per ſententiam reprobatos, quod & ante prædi-
ctos voluiſſe videtur Cenedus *in collect.ad lib.* 6. *De-
cretal. collect.*6. & Io.Segura Daualos *in Director. In-
dic.eccleſiaſt.*2.*p.c.*14.*à n.*19.

Cuius opiuionis duæ præcipoæ rationes à prædi- 27
ctis oſtenduntur, de quarum vna ſuprà latiſſimè
egimus in duobus præcedentibus §§. nempe quia
prædictis teſtes velut in aliis indiciis præcipuè ſum-
matiis eaaminati fidem non efficiunt in diuerſis, &
ſi iterum producantur eorum teſtimonia ſecundùm
eorum opinionem, quam ſuprà completè diluimus.
Altera eſt deducta à fine ad quem prædicti teſtes
extrahi,& compulſari ſolent, qui plerumque petun-
tur ad maculam & expulſionis cauſam probandam,
cùm numquam extrahantur informationes illius,
qui Collegium intrauit, aut qui fuit hooorem ade-
ptus,ſed illius,qui non fuit admiſſus, vt proſequitur
Valençuela *in d.conſ.*90.*num.*120 dicens. *Et hoc ſuffi-
ciebat ad perſuadendum aquiſſimis, & candidis iſtarum
rerum aſtimatioribus,quòd non deberent petere huiuſmodi
proceſſus informatinos Sancti Officy, & multo minus in-
formationes,qua fiunt in collegiis,nam vltra inconuenien-
tia,qua proponuntur,eſt certum, quod in rigore non fa-
ciunt nec poſſunt facere fidem in alio tribunali, maximè
contra tertium,& qua regulariter curioſitas hac,quamuis
prima facie iuſta videatur,poteſt multùm dubitari de in-
ſtitia finis illius,ſi quidem vidimus, quòd nunquam poſtu-
lantur informationes illius,qui Collegium intrauit, ſed il-
lius,qui non fuit ad illud admiſſus, euidens argumentum,
quod non petuntur in fauorem, maiorem confirmationem
illarum, qua ſunt facta & recepta ad militares habitus,
ſed ad ipſas deturbandas,nam ſi fuiſſent mala,& reproba,
& reproba facta de ordine illius tribunalis, non erat opus
quarere,nec mendicare mutuatum, quod domi, & penes
ſe haberent D.Ambroſ.lib.*1.*offic. cap.* 32. *dicent.* Nam
qui habet non mutuatur,*& arg.l.*1. *de theſſar. lib.* 10.
cap.nuper Abbates, *iuncta gloſſ.verbo componendum*, *de
decimis*,*&c.ad condemnandum*, *& reprobandum eas hoc
medio*,hactenus Valençuela.

Quæ rationes non ſolùm per eas, quas in præced. 28
§.propoſuimus, ſed in ſemetipſis reprobatæ,& victæ
manent,ex rationibus præcedentibus patet,tum quia
ſimilia teſtimonia, & informationes probant plenè,
quoties agitur de probanda eadem deſcendentia,ſeu
macula in perſona alia eiuſdem generis, vt dictum &
probatum manet,tum quia licet ad proficere non va-
letent

lereot, ni ad adminiculandas alias probationes, &
præſuoptionem adducendam, vt indubitabile eſt, ex
dictis in §. 1. in princ. huius quæſt. præmiſſo. 2. & in
§. præced. concl. 9. ritè & vtiliter extrahi & cõpul-
29 ſari poſſent nec reprehenſione eſſet dignum, † cùm
iudices poſſint, & debeant ex indiciis, præſumptioni-
bus, & teſtimoniis etiam non plenè probantibus ve-
ritatem inueſtigare, & inquirere, vt docuit S. C. *in l.
3. §. eiuſdem & in l. ob carmen, 21. §. ſi teſtes. 3. de teſt.* tum
etiam, quia ſicut conteſtis aſſignatus per aliquem ex
teſtibus examinatis iure rectè producitur ad inueſti-
gandum rei veritatem & fidem, quam teſtis ille me-
retur, vt probaui ſuprà quæſt. 6. §. 4. reg. 7. & paſſim
praxi ſeruatur, ita iuſtè, & commodè extrahi acta al-
terius iudicij poterunt ad eumdem effectum, ſi fuerit
teſtis qui illa in confirmationem ſui adduxerit teſti-
monij, tum denique, quia certum non eſt, quòd teſtes
ſine citatione examinati non probant, nec conſtitu-
unt indicium vt Valençuela voluit, quia certius eſt,
quòd teſtes circa ſanguinis qualitates probant in
diuerſo iudicio, & inter diuerſas perſouas etiam ſine
30 citatione, vt ſuprà in §. 2. latè probaui, † & genera-
liter in omnibus cauſis loquendo ſaltim efficiunt
præſumptionem, etiam inter eos, qui citati non
fuerunt, nec iudicio apparuerunt ex adductis per
Maſch. *de probat. concl. 682. à num. 3. cum ſeqq.* ſequu-
tus ab Alphonſo Modocio *dubitat. iuris §. lex eſt. du-
bitat. 36. num. 3.* & per Narbon. *in l. 82. gloſſ. 3. num. 2.
tit. 5. lib. 2. recop* quæ quidem præſumptio iuſtam præ-
ſtat cauſam extrahendi & compulſandi prædictos te-
ſtes, etiamſi non ita certum ſit, vt dixi, qood plenè
probant in ſtatus cauſis, vt ſuprà oſtendi.

31 Quod etiam Valençuelæ rationes per ſe ipſas
ſuam demonſtrent debilitatem patet euidenter, nam
quæſo vnde collegit Valenç quòd dum petũtur præ-
dictæ informationes, eſt cum fine reprobandi alias,
& reiiciendi prætenſorem per eas tantùm, & non
per factas de nouo? in quibus maculam non eſſe
probatam, præſumit, cùm aliàs fruſtra mutuo ab
32 aliis peteretur; † nónne inter plenam, & nullam
probationem medium eſt? quo licèt plena non ſit
probatio, habeatur aliqua, quæ per ſe non plenè pro-
bet, & aliis indigeat adminiculis, quæ ad minùs ha-
beri poſſunt ex prædictis informationibus, & teſti-
bus in aliis iudiciis productis & examinatis vt res
ipſa clarè demonſtrat, & probatum manet? nónne
etiam euenire poterit, quòd omnino ſit neceſſaria
extractio informationum receptarum io aliis iudi-
33 ciis? † veluti ſi teſtes ſint, qui ſe referant ad probatio-
nes receptas circa eamdem rem in certo iudicio, qua
ſpecie ad agnoſcendum fidem dictorum teſtium re-
quirere eſt opus prædictas informationes, à quibus
regulari debet, & ſi non appereant, nulla erit, ſecun-
dùm *text. in Auth. ſi quis in aliquo documento, C. de
edendo,* & in corpore vnde ſumitur, Paul. Caſtr *conſ.
139. num. 3. part. 1.* Rol. à Valle *conſ. 8. num. 21. lib. 3.*
Zephal. *conſ. 200. n. 7. 80* 2. Eſt ne in his ſpeciebus fru-
ſtra mutuare ab aliis, quod domi habetur? aut petere
prædictas informationes abſque cauſa ad præten-
ſorem reiiciendum ex ipſiſmet tantùm? nónne hæc
vtilitas eſt? appellari ne poterit vana curioſitas? certè
nequaquam, nam vtilitas magna, vrgens neceſſitas
patens iuſtitia, notum ius, & ratio, honeſtóſque finis
extrahendi & compulſandi prædictas informationes
in propoſita interueoiunt ſpecie. Prætetea cum prin-
cipaliter agatur de probandis generis qualitatibus,
de quibus actum eſt in iudiciis & probationibus
aliis, non abs re erit, ab eis illas petere, & inſequi
omnibus modis rei congruentibus.

34 Et cùm ſimiles informationes petuntur, non ſem-
per eſt ad maculam probandam, ſed tantùm ad rei
veritatem inquirendam, vel ſit in fauorem aut in
odium prætenſoris, & ſæpiùs extrahere vidi infor-
mationes ex quibus puritas, & præclaræ apparebant
generis qualitates: nec ideò quia pluries ad maculam,
quàm ad puritatem probandam petantur iniuſti-
tiam ſequi, aſſeri poteſt, cùm hoc ex multiplici eue-
niat cauſa, tum quia informatorij ſtatus alias expe-
tit probationes ad verificandum fidem quorumdam
teſtium in ſpecialibus rebus, quas deponunt, & quæ
aliis egent probationibus, tum quia, cum ab aliis iu-
diciis expetuntur acta, & probationes offertur du-
bium, & difficultas circa verificationem qualitatum,
aut deſcendentiæ, ad quam diſſoluendam, & verita-
tem aperiendam vtilia eſſe poſſunt, tam pro puritate
generis, quàm aduerſus eam, in quo ſumma manet
æqualitas, & iuſtitia, noo dubia curioſitas, ſed ne-
ceſſitas patens, & magna vtilitas; tum denique, quia
ex accidenti, & caſualiter prouenit, quòd pluries ex
probationibus extraneis appareant defectus, & ma-
cula, quod conſideratione dignum non eſt, ſed ve-
ritas, quæ per illas inquiritur, & ſi ex eis conſtat vera
macula, & defectus, iniuſtitiam non continet, impu-
tet ſibi prætenſor, qui abſque requiſitis qualitati-
bus, aut cum ſimilibus dubiis honorem appetiit, de
quo nemo cordatus dubitare poterit.

Quæ omnia concludenter confirmantur ex ratio- 35
ne deducta à ſufficienti numeratione omnium ſpe-
cierum, quæ in dubio propoſito excogitari valent,
quæ ex duobus maximè membris colligi poterunt?
nam aut inſequi rei veritatem volumus ex informa-
tionibus principalibus, quæ adhuc in fieri ſunt, & ad
quas aliæ ſunt accumulandæ, aut ex ipſiſmet, quæ
ad accumulandum petuntur ab alio tribunali, ſeu
communitate. Si ex illis aut maculam plenè proba-
tam continent, aut abeſt omnis fides omnino in pri-
ma ſpecie probationis plenæ, nullum damnum, nec
iniuria conſiderari valet contra prætenſorem pro-
motoris fiſcalis volentia pleniùs ſuam intentionem
probare, & prætenſoris maculam oſtendere, teſtimo-
nia extrahantur ex aliis ſimilibus iudiciis; † tum 36
quia fiſcalis ad hoc tenetur, & ius ſuum indubita-
tum oſtendere, & ſuum tribunal, & conſtitutiones
plenè defendere, quod fit aptiùs, dum maior apparet
probationum copia, ad quod ſunt boni text. *in l. reſti-
tuenda 23. cum l. ſeq. C. de aduoc. diuer. iudic. l. 3. C. de ad-
uocat. fiſci* † tum etiam quia litium euentus incerti 37
maximè ſunt, *l. quod debetur, 51. de pecul.* Gracian. *diſ-
cept. forenſ. tom. 2. cap. 279. num. 38. & tom. 3. cap. 454.
num. 10.* & magis certiorantur per pleniores proba-
tiones, *l. 1. de tranſact. l. item ſi res, 4. de alien. iud. mut.
cap. fac.* † Tum etiam, quia probationes arbitrariæ 38
ſunt, & earũ effectus à iudicibus pendent maxima ex
parte, qui nõ eadẽ de eiſdẽ ſentire ſolent, & vtile erit
plenis probationibus alias adiicere, ex qoibus magis
roborentur, & indubitatæ fiant, atque hoc ſenſu verè
dicitur, quòd probatio probationem non excludit,
vt dixit Puteus *deciſ. 34. num. 4. lib. 1.* Ioann. Baptiſta
Coccin *deciſ. 401.* Seraphin. *deciſ. 575. num. 5.* Auguſt.
Barboſa *axioma 191. num. 5. pag. 117.* Farin. *deciſ. 677.
num. 5. part. 1. & deciſ. 619. num. 7. part. 2. recent.* & Gra-
cian. *diſcept. forenſ. 5. tom. 849. num. 12.* non ſolùm con-
trariam, vt hi loquuntur, ſed ad maiorem ipſius con-
formationem. Nec abſurdum eſt, vt quis ſibi multis
modis caueat, Mantic. de *tac. & amb. lib. 2. tit. 13. n. 10.*
Abb *conſ. 97. num. 3. verſ. & primo lib. 2.* & ſicut iudex
non debet, ſe adſtringere ad vnam tantùm ſpeciem
probationis, *l. teſtium §. eiuſdem quoque,* vbi Bal. *de teſt.
cap. in præſentia, de probat. cap. cauſam quæ 14. de re iud.*
idem Mantica *eod. tract. lib. 8. tit. 15. num. 10.* ita nec
fiſcalis. Et conſtans eſt in iure, quod allegari & ad-
duci poſſunt in cauſa etiam leuia, & reprobata, quia
ſunt

ſunt iudices, qui magis mouentur ex inanibus, & fu-
tilibus, qnàm, ex veris & ſolidis rationibus & fun-
damentis, ex communiter DD. *in cap. per tuas. Qui fi-
lij ſint leg.* Cæpola *cautel. 67. ſunt multi procuratores,*
Io. Maria Coratus *de comm. opin. lib. 1. tit. 6. ſub n. 51.*
Neuizan. *in ſylua nupt. lib. 5. ſub num. 26.* & quidem
omni euentu probatio reſtringenda non eſt, Auth.
de fide inſtrum. § ſi quis igitur, in fin. Gracian. *March.*
deciſ. 116. *num.* 5. & ſi iudex eam deneget, aut coan-
guſtet, grauare dicitur ex Surd. *deciſ.* 153. *num.* 25.
39 Farin. *deciſ.* 451. *num. 4. in fin. tom. 2. in poſth.* † Tum
denique, quia exinde de nullum maius damnum ſe-
queretur prætenſoris ex adhærentibus probationi-
bus, quàm ex principaliter receptis, quæ velut plenæ
nihilominus eius repulſam afferunt, & quòd perfe-
ctum eſt aliis non indiget indumentis, *arg. text. in §.*
40 *ſed ſi rem 11. inſt. de leg. cum ſimilibus.* † In ſecunda ve-
rò diſtinctionis ſpecie, dum tantùm habentur macu-
læ ſemiplenæ probationis aperta & clara eſt vtilitas,
& iuſta extrahendi cauſa extraneas maculæ proba-
tiones, ex quibus illæ plenè roborentur, & perfician-
41 tur, vt dixi ſuperiùs, & probatione non indiget. † In
tertia verò ſpecie, dum nulla maculæ ſuſpiciu manet
probata, eſt tamen extraiudicialis ſaltim notitia pro-
bationis receptæ in alio iudicio, in qua macula ge-
neris prætenſoris fuit probata, adeſt etiam vtilitas
magna, & ius extrahendi, tum quia iudices ſequi
veritatem omnibus debent modis, *l. maritus 95. in
fin. ad l. falc. l. iudices 9. C. de iudic.* & malè eam quæ-
rentes tenentur ad damna, *l. ſeueriter, 14. in fine, C. de
de excuſat. tut. gloſſ. fin. in l. fin. tit. 7. part. 3.* Aceb. *in l. 14.
num. 11. tit. 9. lib. 5. recop.* maximè in iudiciis puritatis,
vt probaui ſuprà quæſt. 12. §. 3. ex num. 59. & eſſe
poteſt macula, & non per receptas comperta proba-
42 tiones, & poterit ex aliis aperiri, † tum etiam quia
ſi fiſcalis in compulſum redigere eas petat, iuſta eſt
petitio, nec ei poteſt negari, quod fundamentum eſt
ſui iuris, & intentionis, arg. *arg. l. 1. §. permittitur, verſ.
non eſt hoc, de aqu. quotid. & æſtiua, l. 1. C. ſi ſæpius in integ.
reſtit. poſtul.* cum notatis per Bart. *in l. 1. de iuriſd. omn.
43 ind.* † Tum denique, quia ex illis informationibus aut
probari macula ſufficienter poterit, aut viam proba-
tioni aperire, quo, ex aliis poſtea inſequi valeat, qui
effectus ſupernendi non veniunt per ea, quæ adduxi
ſuprà d. quæſt. 12. §. 3. ex num. 24. cum pluribus ſeqq.
& ſicut poſſunt iudices ex officio etiam poſt con-
cluſum in cauſa ſtatus & honoris teſtes examinare
ad eruendam magis veritatem, etiam poterunt eos
extrahere ex aliis iudiciis non ſolùm ex officio, ſed
ex petitione fiſcalis ex allegatis ſuprà quæſt. 5. ſub
n. 19. verſ. & generaliter quidem.
44 Aut rem conſiderare volumus reſpectu informa-
tionum iam factatum, quæ nouis accumulandæ ve-
niunt. Et tunc fateri debet Valençuela, quod in aliis
iudiciis plenè poſſunt probare, aut ſemiplenè, &
præſumptiuè, aut quod certius eſt ſecundùm eum,
nihil omnino. In primis igitur duabus ſpeciebus cer-
ta eſt vtilitas, certum ius, & certa ratio extrahendi, &
compulſandi illas informationes ad alterum iudi-
cium, nempe vt plenè, vel ſemiplenè, aut præſum-
ptiuè probent, vt ſuperiùs dixi. In tertia verò ſpecie
dum nihil probant, etſi dubitabilius ſit, etiam adeſſe
poteſt vtilitas, & ratio eas extrahendi, vt exinde
cauſam inquirendi, & viam aperiendi veritatem ſu-
mere iodices valeant, quod maximè vtile eſt in ſimi-
libus iudiciis inquiſitionis, & iure probatur, & iu-
dices ita prouidere poſſunt ex traditis ſuprà in d.
quæſt. 12. §. 3. d. num. 24. cum ſeqq. vbi latè de hoc,
quod cùm certum ſit, ita ſimiliter, & aliud, quod ex
eo ſequitur, extractio videlicet iuſta ſit, ita ſimiliter,
& aliud, quod ex eo ſequitur, extractio videlicet
iuſta & vtilis prædictarum informationum.
Hæc ita de teſtibus per ſententiam non reproba- 45
tis, quid nunc dicendum de reprobatis? Et abſque
dubio dicendum videtur, quod cùm nihil omnino
probent, inutilis & iniuſta erit eorum extractio, &
prætenſoris onerosa, quod quidem ferendum non
eſt, nec tam ingens ſequi permitti poteſt damnum
ex re inutili, & nullius effectus, *arg. text. in l. hac ſtipu-
latio. 14. §. 1. vt legat. ſeu fideicom. nom. cau. l. 1. in fin. ad
municip. l. vn. C. de theſauris, lib. 10.* cum ſimilibus, &
quidem certum eſt, quòd extrahi ad aliquam confi-
ciendam fidem non poſſunt ex rationibus ſignatis
ſuprà in §. præced. num. 61. cum duobus ſeqq. iontho
num. 77. & ſeq. & tunc optimè loquitur, & rem
comprobat Chriſtoph. de Paz *in d. cap. 34. num. 50. &*
52. vbi aliam reddit rationem, † ne exceptio rei iu- 46
dicatæ ei proſit contra quem fuit iudicatum adver-
ſus *text. in leg. euidenter, 16. de except. rei iudicata*
& quod ſi fortè de facto extrahantur, nul-
la ſit eis fides, adhibenda, nec deducenda præ-
ſumptio, nec adminiculum contra prætenſorem,
nec ſuam familiam, cum omnino reprobati, & abſ-
que fide per contrariam maneant ſententiam, &
comprobatur ex pluribus adductis Valençuel. *d. conſ.
92. n. 61. & ſeqq pluribus.*
Dixi, *ad aliquam conficiendam fidem non poſſunt*, quia 47
extra hanc ſpeciem dari poſſunt caſus, ad quos licita
ſit eorum extractio & compulſatio, quorum duo
mihi nunc offeruntur. Primus ad inquirendam ma-
culam, quam aſſeruerunt in iudicio, quo manent re-
probati, vt pluries ſuperiùs dixi, ad quem effectum
omnes, quamtumuis fide careant, ſufficiunt, vt dixi
in præced. quæſt. §. 3. per totum, maximè ex dict.
num. 24.
Secundus, vt ſi in aliqua qualitate non maneant 48
per latam reprobati ſententiam, ad illam probandam
ritè extrahi, & compulſari valeant, veluti ſi dubium
verſetur circa deſcendentiam, filiationem, ſeu paren-
telã prætẽſoris, de qua fuerũt loquuti prædicti teſtes
& ſententia retenta eadem deſcendentia, & filiatione
iudicet, eos in cæteris reprobando, quia tunc licitè
extrahi, & compulſari, & fidem, quoad qualitates il-
las, efficere poſſunt, nec quia maneant in cæteris re-
probati, demereri fidem debent in omnibus, cùm
qualitates illæ expreſsè per ſententiam maneant ap-
probatæ, & ſic etiam teſtes, qui eaſdem aſſeruerunt,
arg. text. in l. Tribunus, 10. §. cum aliquis, de milit. teſtam.
per quem text. dixit Bart. *in l. legata inutiliter, num. 7.
de leg. 1.* † quod aliquibus improbatis, reliqua appro- 49
bata cenſentur, Socin. *conſ.* 158. *num.* 10. *lib.* 2. Rol. à
Valle *conſ. 62. num. 11. lib. 3.* Aug. Barboſ. *axioma.* 203.
num. 1. pag. 125. ſecus verò erit, ſi in omnibus repro-
bati maneant, quia ſententia aliam fuit ſequuta aſ-
cendentiam, ſeu filiationem, quia tunc in neutro
probabunt, nec ad prædictum proficient effe-
ctum, licèt ad inquirendum prodeſſe, vt dixi va-
leant.
Quæ omnia intelligas velim, primò, vt locum ha- 50
beant, dum teſtes in alia cauſa examinati non poſ-
ſunt ampliùs produci, quia aut mortui ſunt, aut in
regione tam longinqua abſentes, vt non ſit facilè ac-
cedere ad eorum examen, quia ſi produci poſſunt,
non probabunt, vſque ad denuò examinentur, vt
voluit Bart. *in l. admonendi, num. 45. de iureiur.* Menoch.
de arbitr. caſu 111. *num.* 2. Curtius Sen. *conſ. 76. num. 4.*
& poſt eos Maſch. *de probat. concl.* 1273. *num.* 3. † quia 51
ſi præſtatur fides eis, qui amplius examinari non va-
lent ideò eſt, aut quia agitur de re antiqua probanda,
cuius memoria promptiùs eſſe potuit in remotibus
teſtibus iam examinatis, & defunctis, quàm in aliis
iunioribus, ſecundùm *text. in l. 2. §. pen. de aqua & aq.
plu.*

Digitized by Google

plu. arc. l. teſtamenta 18.*l. Sancimus* , 27. *C. de teſtam.*
& adductos per Nicol.Garc.*de beneſic.* 5.*part. cap.* 5.
num. 40.Auguſt.Barboſ.*de offic. Epiſcop.* 3. *part. alleg.*
72.*num.*4 ; *&* 44.Pelaez *de maiorat.*4. *part. quæſt.* 10.
52 *num.*310.*& ſeq.*Maſch.citato loco *num.*7. † aut quia
agitur de probanda,re , quæ licèt ex ſui natura plu-
ribus poſſit probari teſtibus , ex accidenti tamen
deficiunt , qui nunc examinari valeant , & ideò oc-
curritur ad defunctos de eadem re olim examinatos,
& eorum ſtatur dictis *ex l.iubemus* 41. *de liber. cauſ.*
53 *l.fin.verſ. ſint autem, C. de teſt.*† quæ rationes ceſſant,
dum teſtes examinati vitam degunt , & ideo ni
conſentiente parte, aduerſus quam extracti fuerunt,
iterum examinari debent,*ex d.l.fin.in princ. C. de teſt.*
cap.præſentata 50.*verſ. diſcretioni. extra eod.* & expli-
cat Maſch.*de probat.concl.*33.*num.*12. *&* 14. qui & ſi
loquatur in teſtibus ab eiſdem productis partibus
maiori ex ratione ſeruari oportet inter partes diuer-
ſas,& quamuis ex natura cauſarum circa qualitates
ſanguinis, quæ eædem ſemper ſunt , de quibus *in l.*
ingenuum 25.*de ſtatu hom.* & ex rationibus traditis
ſupra hac quæſt §.2.per totum,defendi valeat , quod
etiam abſque nouo examine prædicti plenè probent
teſtes aduerſus omnes,tamen ſecuriùs iudico , quòd
iterum producantur,& examinentur,& ſic fieri con-
ſulo.

54 Secundò intelligas , dummodò integrè , & ſine
ſciſſione omnia extrahantur acta , quia iudicij tenor
vnus,& indiuiduus eſt,*ex l. in omnibus* 68.*de reg. iur.*
cap.quærenti 26.*de offic. de leg.*probant Chriſtoph. de
Paz citato loco *num.* 86. & probant præter ab eo
adductos Fulu.Pacian.*de probat.lib.*1.*cap* 66. *num.* 4.
Ioann.Zañez Parlad.*rer.quotid.lib.* 2.*cap.* 9. Salgado
*de reg.protect.*2.*part.cap.*13.*num.*118. Maranta *de ord.*
iudic. 6. *part. actu* 10. *num.* 56. vbi *num. ſeq.* ait,
ideò omnia edenda,& compulſanda, quia Iudex po-
terit ita meliùs de cauſæ ſe inſtruere meritis , & ve-
ritatem diſcernere viſis vtriuſque partis allegatio-
55 nibus. † Quod intelligendum eſt,dum omnia acta,
& geſta ad vnum quid probandum tendunt , quæ
cùm ſint connexa ſeparari non poterunt , ex Phil.
Dec.*in cap.*1.*num* 279.*verſ.prædicta concluſio , de pro-*
bat.& tenet Pacian.loco citato *num.*49.cum allegatis
à Barboſ.*Clauſula*,58.*num.*3.*pag.* 40. ſecus ſi ſepara-
tas contineant res ex quibus pars concernens com-
pletè extrahi poteſt, cæteris extraneis omiſſis , ſe-
cundùm *text.in l.*1.*§.edenda*,3. ibi , *quibus quis vſurus*
non eſt compellatur edere,l.argentarius 10.*§. edi autem,*
2.*de edendo*, vbi communiter DD.*& in l.*1.*C.eod.*Bar.
& Bal.*in l.precibus, C.de precib. Imperat. offerend.* Iaſſ.
*in Rub.num.*8.*de noui oper. nunciat.* Specul. *de fide in-*
ſtrum.§.17.*verſ.ſed ſi omnia* docet idem Pacian.*d.cap.*
66.*num.*38.de quibus præter citatos videantur Scac-
cia *de iudic.lib.*1.*cap.*100.And.Gail.*lib.*1.*obſeruat.*106.
& 135.Bellon.*lib.*2.*ſupputat.* 12. & Guido Papa *de-*
*ciſ.*1.*& deciſ.*241.*& ſeq.* Minſing.*lib.*1.*obſeruat.*11.*&*
*ad cap.*1.*num.*39. *de probat.* à quibus , quæ hìc defi-
ciunt,videri poterunt,quia latiùs de hoc nunc agere
inſtitutum non patitur.

56 Tertiò intelligas,quòd prædicta extractio,& com-
pulſatio fieri poſſit à commiſſario informanti , cui
omnimoda , & completa à tribunali data eſt pote-
ſtas ad omnia agenda,quæ ad rei veritatis indaga-
tionem pertineant,ſeu pertinere valeant,non tantùm
ad teſtes de nouo examinandos, ſed etiam ad extra-
hendos, & accumulandos examinatos in aliis iudi-
ciis,& ad compulſandas quaſcumque ſcripturas , &
libros antiquos , & ſi quæ alia ad rem conducere
valeant , ipſius enim commiſſarij perſona , & indu-
ſtria ad omnia indiſtinctè fuit electa , vt ſuo loco
dixi,eſto ſit aduerſus Chriſtoph. de Paz *d. cap.* 31. *à*
num. 86.*cum ſeqq.* vbi probat , commiſſarium non
poſſe vti teſtibus iam examinatis , qui non teſtes,
ſed teſtimonia dicuntur , quæ in pluribus differunt,
*ex l.*3.*§.ideo,& §.idem Dinus , & §.Gabino,de teſt.* cum
adductis ſuprà h.quæſt.§.2.num.23. Nec commiſſa-
rius ſcire poteſt qualitates teſtium examinatorum
ab aliis,nec qualem mereantur fidem , quæ omnia
nihil ad rem efficiunt , tum quia commiſſarij pote-
ſtas completa eſt ad omnia efficienda, ex quibus rei
veritas poſſit oſtendi , ad quam conducere poſſunt
teſtimonia recepta in aliis iudiciis,vt iam dixi,†tum 57
etiam quia non eſt nouum , ſed maximè frequens,
teſtes in vno iudicio examinatos produci in alio,
quamuis à diuerſo fuerint examinati iudice, nec ple-
nam efficiant regulariter fidem , vt planè colligitur
ex d.l.3.cum ſuis §§.& apertius in l. ob carmen. 21.
§. ſi teſtes , verſ. confirmauit , de teſt , & alibi la-
tius de hoc dixi , nec nullam mihi continet dubi-
tationem.

Quartò intelligas,quòd in meis temporibus num- 58
quam vidi ſimiles probationum extractiones peti,
nec fieri ex receptis in communitatibus maioribus
in quibus rigoroſa exiſtunt ſtatuta puritatis velut in
ordinum Senatu,Eccleſia Toletana , nec collegiis,
in quibus res ita ſecretè agitur , vt inter eaſmet acta
non communicentur , niſi inter ſancti Officij tribu-
nalia , quæ etſi diuerſa vnum Sanctæ Inquiſitionis
corpus coſtituunt , & ſic ſibimet inuicem præſtant,
quidquid alteri deeſt , non verò cæteris communita-
tibus,inter quas vtinam hæc informationum fieret
communicatio quia magna ex hoc eis ſequeretur
vtilitas,& qualitates ab ſtatutis requiſitæ probaren-
tur faciliùs , ex quo licèt damnum aliquibus ſequi
poſſit,aliis, qui iniuſtè detinentur , commoda pro-
uenirent magna,& quod plus eſt veritas magis radi-
citùs deduceretur,quod publicè intereſt , vt dixi ſu-
prà quæſt.3.§.2.in princ.& conſtat ex adductis à Pe-
laez *de maiorat.* 1.*part.quæſt.*51.*num.* 5. ſed vidi plu-
ries ab aliis communitatibus peti , & exhiberi pro-
ceſſus, & informationes qualitatum in eis receptas,
& tradi prædictis maioribus tribunalibus , & accu-
mulari aliis informationibus & ex omnibus ſimul
cauſam terminare ſolitum eſt.

Infertur tertiò vera reſolutio illius dubij, quando 59
Regius Promotor Fiſcalis in Cancellariis regiis cir-
ca nobilitatis cauſas poſſit ſe iuuare depoſitionibus
teſtium receptis in aliis iudiciis , cuius veritas eſt,
quòd dum teſtes per ſententiam directè reprobati
manent,non poſſit eis vti ad effectum probandi,nec
adminiculandi alias probationes, tum quia res iudi-
cata omnia in actis deducta ita decidit , vt qui eam
contra ſe habet, non poſſit in ſuum conuertere com-
modum quidquam ex illo iudicio , † cum in omni- 60
bus ei obſtet rei iudicatæ exceptio, vt *in l.ſi quis cum*
totum,7.*§.ancillam*,1.*verſ.totiens eamdem rem l.ſi à te*,9.
§.1.*verſ.ſi actori,de except.rei iud.*† ne ei contra quem 61
iudicatum eſt,proſit rei iudicatæ exceptio , vt dixit
gloſſ.in d.l.ſi à te,§.1.*per l.euidenter*, 16.*eod. tit. l. & ex*
diuerſo,35.§.1. *verſ. non debere enim lucro poſſeſſoris ce-*
dere fructus cum victus ſit,de rei vendic. † & ne indu- 63
cta in odium fauorem operentur , *l. fin. C. de præpoſ.*
*agent.in reb.lib.*12.Menoch.*lib.*4.*præſ.*127.*n.*5.Burſat.
*conſ.*86.*n.* 30. *lib.* 1. Rol.à Valle *conſ.*23.*n.* 16. *lib.* 4.
Surd. *conſ* 462. *n.*18.*lib.*4.Aug.Barb. *Axiom.*58. *n.*14.
*pag.*39.† quia inductum ad vnum finem contrarium 64
regulariter operari non poteſt,*l. legata inutiliter*, 14.
*de adim.*Tib.Dec.*reſp.*14.*num.*14.*vol.*1. Crauetta *conſ.*
236.*num.*8.*vol.*1.*& conſ.*153.*num.*37.*lib.*2.Surd. *conſ.*
495.*num.*7.*lib.*4.Stephan.Gracian.*deciſ.* 47. *num.* 31.
plures apud Aug.Barboſ. *Axioma* 80.*num.* 9.*pag.* 51.
& Axioma 99.*nu.* 4.*pag.*63.† tum etiam quia nihil 65
probant,

probant, & ad nullum deſeruire valent effectum,&
inutilis extaret extractio, & ex nihilo ſe iuuare in-
tenderet Promotor Fiſcalis ſecundùm tradita per
Bar. in l. Paulus, a num. 1. de re iud. Alexand. in l. ſæpe,
num. 12. eod. tit. Gregor. Lopez in gloſſ. 3. l. 5. tit. 23.
part. 3. Rota deciſ. 132. num. 18. part. 2. diuerſarum
ſacri Palatij, Magon. deciſ. Lucenſi 98. num. 17. Per.
Surd. conſ. 190. num. 13. & conſ. 231. num. 6. vol. 2. Cra-
ueta conſ. 206. num. 7. faciunt tradita per Ioſeph de
Seſſe de inhibit. cap. 4. §. 1. num. 12. Purpurat. conſil. 2.
num. 21. & conſil. 204. num. 3. & conſ. 416. num. 9. Bur-
ſat. conſ. 316. num. 43. lib. 4. Zephal. conſ. 37. num. 48.
66 vol. 1. & inutilia reſecanda ſunt, ex vulgatis, † dum
autem circa teſtes ſententia lata non eſt, aut non
manent per eam directè reprobati, optimè Pro-
motor Fiſcalis eos petit in ſuum poſtea extrahere
fauorem, & accumulare in altera lite, ſecundùm ſu-
prà traditam diſtinctionem, ex rationibus pro hac
parte ſuperiùs adductis, quas hîc repetere nõ eſt fas.

67 Infertur quartò, quòd dum in cauſis puritatis
præceſſerint tres actus poſitiui circa idem genus, &
lineam, qui efficiunt rem iudicatam, & conferunt
ius perpetuum puritatis vniuerſo generi ex diſpoſi-
tione noſtræ pragmaticæ de qua infrà 2. p. art. 2. & 4.
ſi in informationibus factis circa eandem lineam
ſunt teſtes, qui maculam aſſerant eiuſdem generis,
manent omnino eliſi & reprobati per illos tres actus
poſitiuos, & ideò extrahi, nec compulſari non pote-
runt ad aliquem effectum cum totam vim amiſſam
habeant, & deficiat omnis ratio, & ius extrahendi,
vt clare res ipſa demonſtrat.

68 Infertur quintò, quòd ſicut probationes, & acta
circa ſtatum, & puritatem alicuius facta nocent om-
nibus eiuſdem generis, & familiæ per lineam infe-
ctam, & nota inde ſequuta vniuerſum inficit genus,
vt probaui, & conſtat ex notatis per Bart. in leg. lex,
Cornelia 5. in princ. de in iur. & à Baiardo ad Clarum,
§. iniuria, n. 37. Seraphin. in tract. de priuileg. iuram.
priuil. 32. n. 42. Menoch. de arbitr. caſu 262. a num. 1.
Maſch. de probat. concl. 68. n. 4. P. Th. Grammat. deciſ.
32. n. 2. & 3. Oſaſco deciſ. Pedam. 15. n. 6. & deciſ. 104.
69 n. 3. † ita ſimiliter quilibet eorum poterit probare
contrarium, & veritatem aliter ſe habere, eſto ſit poſt
iudicium, ſeu prætenſionem inceptam, ſeu poſt re-
probatoriam ſententiam, quia omni tempore admit-
ti debet ad damnũ ſibi inde obueniens reſarciendũ,
& iniuriam illatam propulſandam, contrariam pro-
bando veritatem, vt ſpecificè tenuit Rota apud Se-
rafin. deciſ. 50. verſ. Quod ſi capitulum refert, & pro-
bat Ricciol. de inophyt. c. 7. n. 20. & 23. vbi loquitur
poſt excluſionem prætenſoris & per Latam de capel-
lan. 2. p. c. 4. n. 90. Aug. Barboſa de off. epiſc. 1. p. tit. 2. gl.
70 17. ſub n. 48. & de Canonicis, c. 13. n. 45. † tum quia
omnis, cui damnum minatur, ſeu poteſt contumelia
tangere, legitimus contradictor, ſeu defenſor eſt, ſe-
cundùm Bart. & DD. in d. l. lex Cornelia, & in l. 1. §.
item ait, eod. tit. de iureiur. Socin. in c. olim, ſub n. 20. ex-
71 tra illo eod. tit. Menoch. n. 4. Baiard. in locis citatis, †
tum quia ille, cui intereſſe, ſeu iudicij euentus quo-
libet modo attingere poteſt, poterit ius ſuum tueri,
in iudicio cõparere, probationes adducere, & audiri
debet, l. ſi ſuſpecta 29. de inoff. teſtam. l. principaliter 19.
C. de liber. cauſ. Couarr. in pract. c. 28. Ant. Gom. in leg.
40. Tauri n. 73. plura tradit Pelaez de maior. 4. p. q. 14. à
72 n. 89. & 90. † tum quia ſicut ſententia puritatis non
tranſit in rem iudicatam reſpectu ipſius prætenſo-
ris, multo minus reſpectu vniuerſi generis & ſuorum
conſanguineorum, ad ea, quæ adducunt Perezius de
Lara de capellan. 2. p. cap. 4. num. 91. Aug. Barboſ. de offic.
epiſ. 1. part. tit. 2. gloſſ. 17. num. 39. tum etiam quia ita
aperte probatur in l. 1. per totam maximè in fin. cum
73 ll. ſeqq. de liber. cauſa † atque ideò ex iniuria vndecum-
que vniuerſo generi obuenienti vnuſquiſque ex eo
agere iudicio poteſt ex Ioann. Fab. in §. ſed ſi libero
homini, num. 3. per text. ibi, inſt. de iniur. & faciunt
tradita à Per Surdo Mantuana deciſ. 7. à num. 11. cum
ſeqq. & deciſ. 89. num. 4. vbi hoc extendit, etiamſi re-
miſſa iniuria fuerit à principali, ſeu cauſa eius de-
relicta, quia eius factum, aut omiſſio non poteſt
ius aliorum tollere, nec minuere. † Et rectè vo- 74
luit Anton. Gom. in d. l. 40. Tauri, num. 77. quòd
maioranis ſucceſſor poterit intereſſe iudicio cum
poſſeſſore inchoato, & illo inuito cauſæ adeſſe, &
probationes offerre, cæteráque facere, quæ principa-
lis poſſet, per d. l. principaliter 19. in fin. C. de liber. cauſ.
quod ſi ita procedit in habenti ius in ſpe, multo ma-
gis locum obtinebit in eo, qui in iure læſi ſanguinis
ſucceſſit, & Ant. Hom. bene explicat Pelaez in d. q.
14. n. 13. & 14. vt intelligatur, quod ita admitti debet,
ſicut admitteretur principalis, & in eodem litis ſta-
tu, & in eadem forma agendi abſque diſcrimine vl-
lo, † & ſicut poſt exitum prætenſoris admitti ad 75
proſequendũ litẽ poſſent, ita & in eius vita, ſi cauſã
deſerat, aut negligenter defẽdat, cõſanguinei admitti
valent, tum ex dictis, † tum quia ſi cauſam non de- 76
fendat, quoad illã pro mortuo habetur, bonus text.
in l. 1. §. & quidem, Quod cuiuſque vniuerſ. non cap. inter
corporalia, de tranſlat. epiſc. gloſſ. 8. in l. 4. tit. 16. part. 3.
Bart. in repetit. l. Barbarius, n. 2. poſt medium, de offic. præ-
tor. & in l. 4. § actor. in princ. de re iud. † & idem eſt 77
non eſſe in rerum naturã & adeſſe inhabilem, l. ſed &
ſi medica 6. § ſi filius, 2. de bon. libert. l. 1. § ſi pater. de con-
iung. cum emancip. liber. eius, § prodeſſe, inſt. de ſucceſſ. li-
bertorum, Bal. in auth. nouiſſimè, q. 3. & in dubius ſeqq.
C. de inoff. teſtam. Guillier. Bened. in cap. Raynutius, verb.
teſtamento, el. 1. n. 156. de teſtam. Pereg. de fideicom. art.
38. n. 1. vſque ad 4. Cald. Pereira de nominat. Emphyt. q.
3. n. 60. plures apud Auguſt. Barboſ. axioma. 174. n. 13.
cum ſeqq. 18. 20. 22. & 23. pag. 108. † & lis pro dere- 78
licta habetur, ſi ab inhabili, aut indebitè defendatur,
ſicut mulier vidua dicitur, quæ inhabilem habet ma-
ritum, gloſſ. in l. vlt. verb. orbitates, C. ad l. Iul. de Plagiar.
Couarr. in pract. c. 7. n. 2. Matienço in l. 6. gloſſ. 1. n. 4. tit.
10. lib. 5. recop. Alex. conſ. 104. n. 4. vol. 1. Rol. à Valle
conſ. 9. n. 34. vol. 1. & conſ. 96. n. 39. vol. 3. † & filius or- 79
batus, qui habet patrem inhabilem, l. cum heres inſti-
tutus, 32. de adq. hered. Bal. in l. ſi furioſo, n. 1. notab. 2. de
curat. furioſ. Ang. in d. l. 1. quidem. Quod cuiuſq; vniu.
nom. Grac. 4. diſcept. 666. n. 8. vbi n. 9. de vxore habente
virum inhabilem, & n. 10. de Eccleſia, quæ habet
inutilẽ Prælatum, & n. 11. de ciuitate habenti ſyn-
dicum inhabilem, de quibus & aliis videndi Iaſſ. in
l. quoties, qui ſatiſd. cog. Alex. in l. filij, §. viduam, ad mu-
nicip. gloſſ. & Salic. in l. fin. ad l. Flau. de Plagiar. Iodo-
cus Damhouderius in ſuis parib. & ſimil. verb. eſſe in-
vtiliter, & nouiſſimè P. Thom. Sanci. conſ. mor. nuper
impreſſ. 2. tom. lib. 4. cap. 2. dub. 13. pag. 78. (Quamuis
hoc non admittat in legato orphanis relicto, quod
non poſſe capi ab habenti patrẽ inutilẽ opinatur, ex
inſufficienti ratione meo videri nam potiſſima ratio
ſimilis legatis eſt maior neceſſitas, & pietas, quæ in
Orphanis innititur, quàm in aliis: at multo maior
conſiderari valet in habentibus patrẽ inutilẽ, & om-
nino pauperẽ, nẽpe onus alendi ſe, & patrẽ furioſũ,
aut perpetuo morbo laborantẽ, aut redimendi eũ ab
hoſtibus, quæ onera non conſiderãrũt in habenti pa-
trẽ mortuũ, & ſicut hæc magis teſtatorẽ inducerent
ad pietatẽ præſtandi legatũ, ſic & nos ad nos cõfor-
mandũ cũ hac præſũpta voluntate, l. Titius 25. §. 1.
de li. & poſth. Pelaez de maior. 2. p. q. 2. n. 64. & 71. plu-
ra apud Meno. 4. præſ. 67. n. 18. Mantic. de coniect. 3. tit.
19. Pereg. de fideicom. art. 11. n. 32. Intriel. de ſubſtit. cẽt.
3. quæſt. 72. Fuſar. eod. quæſt. 276. ex num. 12. & in ea-
dem ſpecie ita tenent Gracian. citato loco, num. 8.

& Perez de Lara de anniuerſ. 1.c.21.n.31. & 33. Diana tract. 2. miſcell. reſol. 52. verſ. tertio. Et ad fundamentũ P.Th.Sanc. ſatis it ex eo, quod per æquitatem aliquando receditur à proprietate verbotũ teſtatoris, l. in his 16. de cond. & dem. l. qui filium 74. §. fin. ad Treb. cũ congeſtis per Dec. in l. omnibus, n. 5. de reg. iur. Pelaez de maior. 2. p. initio, n. 435. & ſeqq. & in ſimilibus legatis piis facienda eſt lata interpretatio, ſicut in qualibet vltima voluntate ex iuribus allegatis per Grac. n. 406. loco citato, & c. 611 ex n. 15. & per Mãtic. 3. de coniect. tit. 18. n. 2. & ſeq. & 2. de tac. & amb. tit. 4. n. 63. Pelaez de maior. 1. q. 15. n. 33. per l. in teſtamẽtis,
80 12. de reg. iur.) † tum etiã, quia etſi cauſam defẽdat, ſed non accuratè & legitimè, eſt idem, ac ſi non defenderet, & tunc ſequens inteteſſatus ad defẽſionem admittitur, cũ non rectè defendere, & in iudicio non adeſſe, paria ſint, l. qui repudiantis, 13. §. fin. de inoff. teſtam. l. ſi ideo 55. de euict. l. ſi ſeruus 50. §. ſi quis ante 1. de leg. 1. præſes. 5. C. de pign. l. fin. § illud. C. de tẽp. appel. Bar. in l. cum filius in princ. de verbor. Alex. conſ. 84. n. 4. lib. 1. Crauet. conſ. 21. n. 10. & ex aliis defendit Pelaez in d. q. 14. à n. 62. & ſeqq. Barb. d. axiom. 174. n. 18. defẽdere quidẽ eſt, ita iudicio adeſſe, vt non deficiat vſque ad finẽ, l. itẽ ait Prætor. 21. §. fin. ex quib. cauſis maior. l. 2. §. defendi 3. & ſeq. Quib. ex cauſ. in poſſ. eatur. idem Aug. Barboſ. dict. 81. n. 3. pag. 223.
81 Circa quod animaduertendũ dixi, quod licèt ad propulſandas iniurias conſanguinei iure admittãtur intra quartũ aut ſextum aut ſeptimum gradũ, ſecundùm diuerſas DD. ſententias de quibus Iacob Meno. de arbitr. caſu 262. n. 2. ex Ang. in d. l. lex Cornelia n. in fine, de iniuriis. Herculano tract. de cau. c. 19. n. 4. Baiardo ad Iuliũ Clarũ in d. §. iniuria, n. 47. tamen cum ſanguinis qualitates ad omnes conſanguineos æquè pertineant, & ſint perpetuæ, & de longe veniant, ita ſimiliter ad earũ defenſionẽ omnes conſanguinei in quo cũ exiſtant gradu admitti debent, quæ eſt ratio illius opinionis, quæ hoc relinquit iudicũ arbitrio, quia ſunt iniuriæ, quæ omnes coinquinant conſanguineos ſine diſtinctione graduũ, quam tuentur Menoch d. caſu 262. n. 3. & 3. Tib. Dec. tract. crim. 1. p. lib. 3. c. 25. n. 67. ex Bar. in l. tutor. § ſi tutor. in fin. de ſuſpect. tut. Marſil. in l. 1. § præterea, n. 55. de q. & alij ab eis adducti, quam rationẽ ad aliud bene conſiderat Paz de tenuta 2. p. c. 85. n. 126.
82 Infertur ſextò ſolutio alterius dubij, quod non ſemel in facto vidi, an dũ extat quidã admiſſus ad honorẽ puritatis, & poſtea alius eiuſdẽ generis idem appetit, in cuius informationibus deſunt memoria, & notitia ſuorũ auorũ, & filiationes plenè probatæ non manent, & patent in alterius informatorio, poſſit hic defectus ex primis ſuppleri informationibus.
83 † Et videtur quòd non quia ſtatuta puritatis expoſcunt, quod traditæ qualitates ſpecificè, & certe in ſingulis probentur prætenſoribus, & ita in praxi, & ſtylo omnium tribunalium ſeruatur, quod ad vnguẽ adimplendum venit ex text. in l. 3. § hac verba, de neg. geſt. l. 1. § hoc interdictum, de Fonte, And. Gail. lib. 2.
84 obſeruat. 33. † nec ſufficit, quòd qualitas in vno requiſita fuerit in alio, nec in alio interuenerit tempore, vt ex Calcao. conſ. 15. num. 13. tradit Rota Rom. Sacri Palatij deciſ. 161. num. 1. part. 3. lib. 3. nouiſſim. ſed apparere debet dum honor impartiendus eſt, l. non oportet, 51. de leg. 2. l. ſi quis cum haberet, 5. de iure & l. hæred. cum allegatis à Mol. de primog. lib. 1. c. 13. n. 38. Valençuel. conſ. 23. n. 161. maximè cum pro forma requiritur, & reſpicit publicã vtilitatẽ, ſecundùm Paul. Caſtr. in l. teſtandi cauſa, n. 3. C. de teſtam. quæ omnino debet ſeruari alias actus corruit l. cum hi §. ſi Prætor. 17. de tranſact. l. ſcimus 21. § ſi vero poſtquã 12. C. de iure de liber. l. fin. C. de prædiis curial. lib. 11. cum pluribus adductis per Valençuel. conſ. 3. n. 18. & à Pelaez de maior. 1. p. q. 15. n. 85. & 4. p. q. 1. limit. 1. à n. 117. Aug. Barboſ. Axioma 100. ex n. 3. pag. 64. & ſtatutum aliquod determinans vltra ius commune, vt in noſtra ſpecie dicitur dare formam ex Socin. conſ. 92. col. 3. vol. 4. Marſil conſil. 65. n. 14. Craueta conſ. 182. num. 10. Marta de iuriſd. 4. part. caſu 94. n. 15. & ſi contra eius formam ſententia feratur nulla eſt, ex l. non dubium de legib. Grac. 1. diſcept. 18. n. 1. Valençuela conſ. 3. n. 28.
† quia deficiẽti forma dicitur deficere rei ſubſtantia, 85
ex Bal. in l. non codicillũ, n. 4. C. de teſtam. And. Tiraq. in l. ſi vnquam, verb. reuertatur, n. 76. C. de reuocand. don. Menoch. de adipiſc. rem. 4. n. 710. † atque ideò non po- 86
teſt per æquipollens adimpleri, ex Bal. Ang. & Socino in l. 1. de lib. & poſth. Matienço in l. 1. gloſſ. 4. n. 20. tit. 4. lib. 5. recop. cum adductis à Pelaez d. 4. p. q. 10. n. 179.
& 180. † & cùm ad puritatem probandam, quæ eſt 87
principalis qualitas ad admiſſionem neceſſaria, & quæ probari requiritur, neceſſe ſit probare qualitates aſcendentium ſaltim patrum, & auorum, quod aliter fieri non poteſt, ni agnoſcantur illi, de quorum qualitatibus agitur, vt dixi ſuprà q. 11. §. 2. in princ. ſequitur, quò nec puritas poſſit probari, cum eius cauſa, & origo ignoretur, nec vnquam fuerit à teſtibus cognita, nec audita, vt ſupponimus, nec ſufficiat alia æquipollens probatio ex dictis ſuprà, & in q. 8. §. illat. 4.
Sed contraria ſententia magis probatur ex omni- 88
bus præcedentibus, tum quia ſicut probationes ſanguinis contrariæ nocent omnibus conſanguineis, ita maiori ex ratione fauorabiles prodeſſe debent ex l. ſi a te, 9. §. Iulianus, de except. rei iud. gloſſ. in l. exceptio. 18. illo tit. Pelaez de maior. 4. part. quæſt. 14. num. 17. dixi ſuprà hac quæſt. §. 1. præmiſ. 7. maximè in qualitatibus adhærentibus, & non principalibus, vt prædi-
ctæ ſunt: † Tum quia forma aſſignata à prædictis 89
ſtatutis tantum eſt, vt ante admiſſionem puritas ex legitimis conſtet probationibus, ſpeciatim à parentibus, & auis, & generaliter à cæteris aſcendentibus, & eorum notitia deductis, & fieri poterit ex omnibus probationibus legitimis, & cùm circa ſtatus, & ſanguinis qualitates probent teſtes in aliis iudiciis, examinati, vt diximus, ſequitur quòd ſaltim in pro-
bationum inopia ſufficiant ex vulgatis. † Tum quia 90
optima probatio eſt, quæ ex coniunctione fit diſſimilium probationum ex l. Gallus, §. & quid ſi tantum, de liber. & poſth. & ex aliis congeſtis per Nicol. Euerard. in topicis, loco, à coniunctione ſeu combinat. duar. leg. Octau. Cachetan. conſ. 41. num. 27. Card. Tuſch. lit. A concl. 503. num. 1 & 2. & ex aliis alibi per me addu-
ctis. † Tum quia agatur de iudicum animis infor- 91
mandis, fieri poterit non ſolùm ex integris, & perfectis probationibus, ſed etiam ex defectuoſis, & ex aliis adminiculis, ſecundùm adducta per Ale. in l. Neracius, num. 4. de verb. ſign. & conſ. 30. verbis ſtatuti, à num. 14. & conſ. 42. per totum, lib. 2. Iaſſ. in leg. huiuſmodi § legatum, num. 19. de leg. 1. & conſ. 120. lib. 4. & Bal. conſ. 183. ſtatuto ciuitatis Verona num. 1. lib. 2. Ioan.
Vincent. de Anna conſ. 627. † Tum etiam quia quæ 92
requiruntur pro forma, ſufficit, ſi adimpleantur per æquipollens, maximè dum pro ſubſtantia non requiruntur, vt hic, ex Rebuffo in l. quod iuſſit 4. in præfat. n. 10. de re iud. & Albert. Brun. in tract. de form. & ſolẽnit. act. tit. ex quibus conſtat forma & ſolemnitas actus,
Pelaez de maiorat. 1. part. quæſt. 56. num. 47. † Tum 93
denique, quia nulli dubium vſque adhuc extitit, quòd probationes circa deſcendentiam, & bonas generis receptæ qualitates profunt omnibus conſanguineis, quibus ſunt communes ex text. in leg. ſi communem 10. ibi, victoria vnius omnibus proderit, leg. loci corpus, 4. §. ſi fundus, ſi ſeruit. vindic.

leg.

eg.poſthumus, 6. §. *ſi quis ex his*, 1. *de inoffic. teſtam.*
. 2. §. *ex his*, *de verb. auth. ſi quis liberos*, *in fin. C.*
de natural. libert. dict.leg. 5. *vbi gloſſ.*3.*tit.*23. *part.* 3.
& *l.*7.vbi *gloſſ.*9.*tit.*15.*part.*4.Alexand.*in l. ſæpè,num.*
31.*de re iud.*Hier. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 98. *num.* 17.
94 Perez de Lara *de capellan.* 2. *part. cap.* 4. *num.* 17. †
atque ita ſeruari debet, dummodò prius adhibita
ſit omnis diligentia in requirendis teſtibus, qui pa-
rentes & auos cognouerint, quia hæc eſt forma pro
ſubſtaotia requiſita, & ſeruata, etiamſi plures ſint
receptæ informationes qualitatum illius generis; ſi
verò poſt adhibitam omnem diligentiam, teſtes
non inueniantur, poterunt iodices ex aliis infor-
matiooibus eiuſdem generis, & deſcendentiæ rém
decidere, & prætenſorem admittere, cum ſatis in-
humanum videatur in ſimili ſpecie eum repellere
ex defectu probationis, quæ conſtat ex ſimili ea-
rumdem qualitatum indagine alio in tempore legi-
rimo factæ.

95 Infertur ſeptimò, & vltimò alterius dubij reſpon-
ſo, nempe an informationes receptæ circa purita-
tem ſanguinis poſſint nocere, aut prodeſſe extra-
neis, ſicut conſanguineis, v.g. quidam in ſua præten-
ſione probauit, ſe oriri ex tali ſtirpe, & linea, non
verò ex alia, quam impuram, & infectam eſſe ſuſ-
picabatur, & erat dubium an ex hac, an ex illa pro-
ueniret, & poſtea alius ex maculata familia, quam
ille alter deuitauerat, munus appetat in eodem tri-
bunali, in quo alterius manent informationes, ex
quibus conſtat macula noui prætenſoris, ſed fuerunt
factæ ex extranei petitione, qui noo fuit ex illa
procreatus familia, ſed ex alia diuerſa, quare me-
rito dubitatur, an ſimilis maculæ probatio nouo no-
ceat prætenſori? Ratio dubitadi conſiſtit io eis, quæ
latè tradidimus ſuprà h.q.§. 2. per totum, vbi tradi-
dimus, quod probatio maculæ, ſeu alterius ſan-
guinis qualitatis nocet omnibus, qui eiuſdem
ſunt familiæ, vnde oritur regula conſtans & ge-
neralis, quòd probationes qualitatum, quæ generi
vniuerſo conueniunt, nocent omnibus, qui eiuſ-
dem ſuot generis, ex adductis in duobus §§. præce-
dentibus pro affirmatiuis ſententiis de quibus ibi,
quas nunc non repeto, & ſic idem in propoſita ſpe-
cie dicendum videbatur.

96 Sed contrarium in noſtro dubio verius videtur,
nẽpe quod prædictæ informationes non plenè pro-
bent, nec noceant extraneis, qui è diuerſa ſunt fami-
lia, à qua primus prætenſor oriundus erat. Primò
quia, vt nocere poſſent tria concurrere erat neceſſe,
eadẽ perſonæ, & eadẽ agendi cauſa iuxta *text. in l. Iu-*
lianus, 3. *cum duab. ſeqq. l. ſi quis* 7. *&* *quaſi per totum tit.*
de except. rei iud. cum ſimilibus ſuprà in d. §. 2. *adductis*:
at in propoſito dubio nec adeſt eadem res, nec eadẽ
perſooa. Igitur nocere oon poſſe, fatendum eſt.

97 Patet minoris prima pars, quia primus prætenſor
nõ egit de probando veras qualitates generis ſecun-
di prætenſoris, ſed negauit ſe ex illo deſceudere, aſ-
ſerendo ab alio diuerſo prouenire, quod differt ab
alterius fine, qui firmat, ſe ex illo genitum, & requiſi-
tas habere qualitates, itavt primus reprobatoris po-
98 tiùs quàm defenſoris partes ſumpſerit, † quod alteri
nocere non poteſt, ſecundùm tradita *in l. frater à fra-*
tre 38. *de condict. in deb. c.* 1. *de notis ex liber. ventre*, vbi
gloſſ fin. plura iura adducit. ***Nec quidem ius pati debet,***
quod vna familia alieno opprimatur exemplo, vt bene
dixit Simachus ſcribens Imperatoribus Arcadio, &
Theodoſio, itavt vtriuſque finis diuerſus exiſtat &
loquatur de diuerſa re.

99 Minoris ſecũda pars probatur, quia primus prætẽ-
ſor non eſt eadẽ perſona cũ ſecundo nec vere, nec
interpretatiuè, non verè quia realiter diuerſa eſt; nec
interpretatiuè, quia eiuſdem auctoris ſucceſſores nõ
ſunt, nec ab eadẽ proueninnt origine, nec ſunt eiuſdẽ
generis, quorum vnum interuenire erat neceſſe, vt
interpretatiuè eadem dici poſſent perſona, ex *gloſſ.*
verb. concurrunt, *in d.l. & an eamdem* 14. *de except. rei*
iud. cum ſimilibus adductis ſuprà *in d.*§. 2. *ex num.*49.
† Vnde patet diuerſa eſſe iudicia & aliam agendi 100
cauſam, cum res, finis, & perſonæ diuerſæ ſint, vt
in d.l. & an eamdem, l. cum de hoc, 27. *de except. rei iud.*
† & data diſſimilitudine tolluntur effectus idonei- 110
tatis, vt dixit *gloſſ. in cap ſic enim, verb. num. quid*, 28.
quæſt. 1. Iaſſ. *in l.* 2. §. 1. *&* §. *ex his, de verb. oblig.* Greg.
in l. 1. *verb. la ſemejança, tit.* 33. *part.* 7. Menoch. *de ar-*
bitr. caſu 84. Card. Tuſch. *pract. concl. tom.* 2. *lit. D. concl.*
527. Auguſt. Barboſ. *Axioma* 74. *ex num.* 1. *pag* 48. † & 102
ex diuerſis noo rectè infertur, nec vnum quid deduci
poteſt, *l. Papinianus* 20. *de minor. l fin. de calumniat. leg.*
naturaliter 12. §. *nihil commune de adq. poſſ.* nec con-
iunguntur ad ex eis fidem deducendam, Bart. *in l.* 1.
§. *idem Cornelio* 4. *de quæſt.* Felin. *col.* 4. *verſ. Primo caſu*,
& Dec. *n.* 10. *in cap. cum cauſam, de probat* Paul. Æmil.
deciſ. 98 *n.* 4. *p.* 3.

Secundò probatur, vt probationes vnius iudicij in 103
altero probent, opus eſt, quòd in primò iudicio legi-
timus exiſteret contradictor, & defenſor, & quod ri-
tè ſuum compleuerit munus, ſecundùm Bar. Alex. Iaſ.
Emm. Ripa, & Immol. *in l. filius familias*, §. *Diui, de leg.*
1. Felio. *in cap. pen. n.* 16. *de re iud.* Franciſc. Mantica *de*
coniectur. lib. 12. *tit.* 6. *n.* 6. Aluar. Valaſc. *de iure emphit.*
q. 10. *n.* 3. Couarr. *pract. q.* 16. *num.* 6. Ant. Padilla *in l.*
vnum ex familia, §. *ſi de falcidia, n.* 2. *de leg.* 1. cum plu-
ribus congeſtis à Tiraq. *de primog. q.* 35. *n.* 17. at præ-
dictus primus prætenſor non fuit legitimus contra-
dictor, cùm noo fuerit de familia, nec in eius compa-
ruerit nomine, ſed velut proſus extraneus. Igitur
probatione, in eius prætenſione receptæ alienam
non poterunt prægrauare familiam.

Sed nihilominus, vt radicitùs percipiatur huius 104
dubij veritas, diſtinguendum eſſe arbitror, inter pro-
bationem teſtium, & inſtrumentorum, nempe
quòd teſtes recepti io extranei cauſa plenam non
efficiant fidem io alterius prætenſione: Inſtrumenta
verò, ſi publica fuerint, & antiqua, & de deſcen-
dentia vltimi loquantur prætenſoris, plenè probent,
etiamſi producta extent in extranei cauſa; & pote-
runt produci poſtea in alia quacumque ad eumdem
effectum.

Ratio autem differentiæ in eo videri in eo conſi- 105
ſtit, nam teſtes fidem, & vim accipiunt peculiari-
ter ex iudice, & iudicio, in quo ſunt producti,
ex text. in cap. l. vt fundus, 18. *comm. diuid. l fin.* 6.
C. de fideicom. libert. Donel. *lib.* 28. *comment. cap.* 4. vbi
Oſuald. Illiger. *l. A.* † & cùm ipſummet iudicium 106
ex ſua natura ad alios non extendatur, extra quos
actitatum fuit, ſeu ab eiſmet cauſam habent ex dictis
iuribus, & *l. pon* 63. *de re ind. & notatur in l.* 1. *ſi plu-*
res vna ſent. Bart. *in l.* 1. §. *item, num.* 6. *ſi quis in ius voca-*
tus, Bal. *in l.* 2. *in fin. C. de ſeruit.* Alexand. *conſ.* 48. *viſis*
num. 9. *vol.* 6. ita nec eius effectus, nec probationes in
in eo receptæ: † at inſtrumenta non ex iudicio, ſed ex 107
perſona publica & ſolemnitatibus legitimis ſeruatis
vim capiunt, *l. Celſus* 10. *de probat. l. in donationibus* 31.
C. de donat. c. poſt ceſſionem, 7. vbi Canoniſtæ, *de probat.*
Bal. & DD. *in l. qua* 22. *C. de epiſc. & cler.* itavt confe-
ctionis tẽpore dicantur probatio probata noo pro-
banda Bal. *in d.l. quoties, n.* 6. *in fin. de iudic. & in l.* 2. *in*
princ. C. Quãdo fiſcus, vel priuat. Hipol. *in l. ſi quis, n* 140.
de q. Alc. *reg.* 3. *præſ.* 33. *n.* 18. Socino *conſ.* 12. *Quoniam*
in fin. vol. & Dec. *conſ.* 118. *viſo, in princ.* Zephal. *conſ.* 4.
à n. 22. *vol.* 1. Hier. Grat. *reſp* 28. *n.* 2. *& reſp.* 46. *n.* 1. *li.* 1. † 108
quare inter omnes, quibus communia ſunt fidem

efficiunt,& probant,vt *in l.4.§.fin.cum l.ſeq. Famil.erciſc.l.procurator.7.C.de edendo,cap.G.perpetuus,12.iuncta gloſſ. de fide inſtrum.* & faciunt adducta per Fulu. Pacian.*de probat.lib.1.c.64.n.89.* Aceb.*in l.3.n.10.tit.5.lib.4.recop.* Io.Garc.*de nobilit.gloſ.2 §.1.num. 4. & 8.*

109 Paul. Æmil.*deciſ. 294.p. 1.* † & ſi in extranei informationibus adducta fuerint inſtrumenta publica æquè probabunt in omnibus iudiciis,& contra omnes,de quorum aſcendentia,& parentela mentionem efficiant , cùm non ideò , quòd in extranei iudicio fuerint producta, quoad cæteros amiſerunt fidem, quos idem tangere poteſt,in quo plurimùm à teſtibus differunt,vt bene conſiderauit Maſch. *de probat. in princ.q.6.à n.14.cum ſeqq.*

110 Denique,quod de teſtibus diximus,intelligendum eſt quoad plenam probationem , quia ſaltim magnã efficient præſumptionem in qualibet extranei cauſa, ſecundùm *gloſ.in l.ſi duo patroni,in princ. de iureiur.& in l.1.de except.rei iud.& in l.2.C.de edendo* , vbi communiter DD.*& in l.2.C.quibus res iud. non nocet.* Bar. *in l.à ſententia,de appellat.* Zephal.*conſ. 176. num. 31.*

111 *vol.3.* Menoch.*conſ.1 poſt. n. 106.* † arbitrio iudicum relinquendam, qui ex perſonarum qualitatibus , & negocij circunſtantiis , & dictorum rationibus percipient qualem,& quantam mereantur teſtes fidem, ex vulgata *l.3.§.1.de teſt.l.1.verſ.nam ſi quidem , ad S.C.Turpil.l.40. verſ. en tonce debe catar el judgador , tit.16.l.118.in fin.* ibi , *en tonce es en alvedrio del iudgador de deſecharla,o otorgarla,que vala ſi quiſiere* , & rerum paulò inferiùs,*tit.18.p.3.* Paul.Caſtr.*in l.admonendi,n.39.de iureiur.* Arias Pinel.*in l.2.3.p.cap.4.& vlt n. 44. C.de reſcind. vend.* quibus huic noſtræ quæſtioni finem imponamus , in cuius materia nihil aliud debet aliunde deſiderari.

QVÆSTIO XIV

De teſtibus ad perpetuam rei memoriam circa puritatem , & deſcendentiam coram iudicibus ordinariis examinatis, & à partibus productis in iudiciis puritatis , & de eorum fide,& effectu.

EIs quæ in præcedenti quæſtione diſcuſſimus , affinis eſt alia quæſtio quotidiana,& in praxi ſæpius præ manibus habita, de fide videlicet , quam efficiunt teſtes examinati ad perpetuã rei memoriã,& partibus poſtea in iudicio producti , quia paſſim in puritatis iudiciis ſolent à prætenſoribus offerri informationes ad rei perpetuã memoriã circa ſuã deſcendentiã, & puritatẽ, de quarum fide dubitari pluries vidi,in quo ſemper diuerſas inueni opiniones, cũ quidã plus quàm ſemiplenã eis præbuerint fidẽ, alij in adminiculorũ vim eas acceperint,cæteri verò omnẽ ab eis abſtulerint effectũ,in quo iudiciorum cõflictu,opere prætium me facturũ putaui ſi huiuſce nodi dificultatẽ ſecundùm iuris principia,& iudiciorum puritatis naturã , ad cuius perfectiorẽ declarationem,in quatuor partes vniuerſam decreui ſcindere quæſtionem.

1 Quo iure introductum fuerit teſtium examen ad rei perpetuam memoriam.

2 De forma & ſolemnitatibus requiſitis in eorum examine.

3 De fide teſtium ita examinatorum in omnibus cauſis generaliter loquendo.

4 De fide,quam ſpecialiter mereantur producti in puritatis iudiciis.

§. I.

Quo iure examen ad perpetuam rei memoriam introductum fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes regulariter de iure loquendo non recipiuntur ad perpetuam, rei memoriam , niſi ex parte rei,quia non eſt in eius voluntate ius agendi in iudicio,* n.2. *Et ex parte actoris,dũ teſtes ſunt ſenes , aut valetudinarij, vel timetur de eorum abſentia , vel morte,* n.3. *Quod iure admiſſum eſt ex æquitate contra eius rigorem,* num.4.

5 *Examen ad rei perpetuam memoriam habet locum quoties veriſimiliter timetur probationis periculum,& veritatis occultatio. Et ceſſat ex parte rei quoties agere in iudicio poteſt, ſicut ex parte actoris locum habet quoties ei deficerere poteſt probatio,* n.6.

6 *Actor ſi fuerit paratus ad agendum non poſſunt ex parte rei teſtes examinari ni ſenes aut valetudinarij fuerint, vel timeatur abſentia,quia tunc iudicialiter agere poteſt, & ceſſat potiſſima ratio eos recipiendi.*

7 *Reus antequam petat examen teſtium ad perpetuam petere debet quòd actor citetur vt ſi iudicio ſtatim agat differatur examẽ.*

8 *Examen teſtium ex parte rei non habet locum dum vices actoris ſumit,vt in actione confeſſoria,& in interdicto vti poſſidetis.*

9 *Actor poteſt petere examẽ teſtiũ ad rei perpetuam memoriam, dum non eſt in eius poteſtate iudicio agere,vt in debito in diem,vel ſub cõditione,vel ſi ei nõ ſit permiſſum cõparere in iudicio ni quibuſdam teſtibus examinatis , qui ad perpetuam poterunt examinari,* num.10.

11 *Examen teſtium ad rei perpetuam memoriam ortum ducit ex iure ciuili , contrarium verius,* n.12. *Ex iure canonico & regio,* n. 14.

12 *L.3.§.dua 5.de carbon.edicto.*

13 *L.in lege Aquilia,40.ad l. Aquil. l. fin. C. de vſur. pup. l. 1. C. vt nemo inuit. ag. Auth. ſed & ſi quis,C.de teſt. explicantur remiſſinè.*

15. *Æquitas*

15 *Æquitas & ratio ſuadent, quod probationes non pereant.*

16 *Examen teſtium ad perpetuam admittitur de iure regio in cauſis nobilitatis.*

1 PRo certo, & abſque controuerſia receptum eſt, quòd regulariter loquendo nullo iure receptio teſtium ſine litis conteſtatione ad rei perpetuam memoriam probatur, atque ideò fateri oportet, extraordinariam eſſe, dum ex aliqua permittitur cauſa, quia in eo deficiunt plura ſubſtantialia requiſita, vt fidem efficiant ſic examinati teſtes, quod communiter probant DD. *ex l. 3. de teſt. l. 3. §. dua 5. de carbon. edicto, l. ſola. 4. C. de teſt. cap. quoniam frequenter 5. vt lite non conteſtat.* vbi communiter DD. *cap. ſignificauit, 41. cap. Albericus 43. de teſt. leg. fin. vbi gloſſ. 2. & 3. tit. 10. leg. 2. tit. 16.* vbi *gloſſ. 4. & 6. cum ll. ſeqq. part. 3. l. 14. tit. 8. lib. 2 fori,* vbi *gloſſ. 1. leg. 125. ſtyli,* vbi Paz *in princip.* & DD. communiter in dictis locis, & *in auth. de teſt. §. fin. nouell.* 90. Did. Perez *in l. 1. gloſſ 5. verſ. Quaro 12. pag. 518. colum. 2. verb. teſtigos, tit. 3. lib. 3. ord.* Ioann. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 48. *per totam*, Plaça *de delict. cap. 19. num.* 17. Michaël Craſſ. *com. opin. lib. 2. cap. 17. quæſt. 28. in princ.* Viuius *eod. tract. opin. 922. num. 1. & 2. opin.* 923. And. Gail. *lib. 2. obſeruat. 19. à num.* 1. Menoch. *lib. 2. præſumpt. 54. num.* 1. Maſch *de probat. in princ. quæſt. 5. num. 43. & concl. 1373. à num.* 1. cum pluribus aliis adductis à Farin. *de teſt. quæſt. 76. à num.* 2. vbi latè de materia.

2 Quæ regula ita ab omnibus communiter recepta duas præcipuas continet limitationes ex omnium conſenſu, iure, & praxi admiſſas. Quarum prima eſt in reo, qui ante litis conteſtationem, & ad perpetuam rei memoriam producere teſtes poteſt examinandos coram iudice cauſæ, quod introductum ea maximè fuit ratione, quia cùm non ſit in eius poteſtate initium litis, nec agere, cùm voluerit, poſſit, & permiſſum fuit, ſuas ad futurum iudicium præuenire defenſiones, vt communi ore fatentur DD. *in d. auth. ſed & ſi quis ab aliquo, C. de teſt. maximè* Bart. *num.* 5. Bald. 11. Paul. 2. Salic. Alber. Ang. *omnes in num.* 2. Anton. Gom. *lib. 3. var. cap. 1. num.* 19. Maſch. *de probat. concl. 684. num.* 1. Matienço *in dialogo relator. 3. part. cap.* 50. Ioann. Garc. *d. gloſſ.* 48. *num.* 2. cum adductis per Farin. *in d. quæſt. 76 num.* 11. *iuncto num* 12. Cardin. Tuſch. *concluſ. 157. à num* 1.

3 Secunda limitatio eſt in actore, cum teſtes, ex quibus ſe iuuare intendit, ſenes ſeu valetudinarij ſunt, vel proximi longiſſimæ abſentiæ, & de eorum morte, abſentiáve diuturna veriſimiliter timetur, quod apertè probatur *in d. cap. quoniam frequenter,* 5. vbi. *Niſi fortè de morte teſtium timeatur, vel abſentia diuturna,* & inferius ibi, *Valetudinariis, & alij teſtes, de quibus ex aliqua rationabili cauſa timetur, etiam lite non conteſtata ſunt procul admittendi,* vbi exornant gloſſ. & communiter DD. *text. etiam eſt vbi iuris. cæſarei*, DD. *in l. lege Aquilia*, 40. ibi, *& Interim teſtibus quoque id probare poſſim, qui teſtes poſſunt, non eſſe eo tempore, quo conditio extitit, ad l. Aquil.* quibus conſonat, *l. 2. verſ. E eſto ſeria quando los teſtigos por quien huuieſſe de probar ſu intencion fueſſen viejos, o enfermos de manera que temieſſen, que ſe moriam, ante que dixeſſen ſu teſtimonio, o ſi por ventura los teſtigos fueſen aparexados para ir en hueſte, o en romeria, en otro lugar do ouiſen de hacer gran tar dança,* vbi Gregor. *tit. 16. part.* 3. Ioann. Garc. *d. gloſſ. 48. num. 2. verſ. ex qua regula*, & Matienço *in d. cap. 50. num 7. limit.* 1. Maſch. *d. concluſ. 684. num.* 2. Anton. Gom. *dict. cap. 1. num. 19. verſ. actor verò*, Menoch. *d. præſumpt. 54. num.* 2. Farin. *d. q. 76. n.* 81. Card. Tuſch. ſuprà *num.* 12.

4 Quorum ratio conſiſtit non in iure ſtricto, ſed in æquitate tantùm, vt colligitur ex dictis iuribus, & animaduertunt Ioann. Garc. *dict. num.* 2. Matienço *ſub num. 3. verſ. ſed quod teſtes*, locis citatis, ne videlicet occaſione momenti pereat probandi facultas, atque ita ius ceſſet, & iuſtitia, quorum practica & exercitium ex probationibus pendet, *leg. duo ſunt*, 30. *de teſtam. tut.* Maſch. *de probation. in princip. quæſt. 2. num. 2. cum ſeqq. iuncto num.* 5. 5 † Vnde regula conſtituitur à DD. vt toties valeant teſtes ad perpetuam rei producti memoriam, & examinari, quoties veriſimile eſt probationis periculum, aut veritatis occultatio, *ex d. cap. quoniam frequenter*, ibi, *ne veritas occultetur, & probationis copia fortuitis caſibus ſubſtrahatur,* vbi gloſſ. & ordinarij omnes vnanimiter tenent, vt patet ex citatis, & adductis à Farinac. citato loco *num.* 10. & ab aliis, de quibus infrà, §. 3. in princ.

6 Ex qua decidendi ratione deducitur, vt quoties, reus in iudicio pro libito agere poſſit, aut probationes ex poſtfacto actori deficere, timeri valet, toties deficiat prohibitio ex parte actoris, & permiſſio ex parte rei, . exemplum huius eſſe poteſt, cum reo volente ad perpetuam rei memoriam teſtes adducere, fuerit præſens actor ad agendum paratus, nam tunc à iudice recipi prædicti teſtes non poterunt, ni ſenes, aut valetudinarij fuerint, qui etiam ex parte actoris recipi poſſunt, nam deficit præcipua ratio, qua alij admitti valeant, teſte Abb. *num.* 4. & Ioann. Andr. *num. 10. in fin. verb. interſint.* Zabarel. *col. 2. verſ. ſi autem veniret aduerſarius*, Bellam. *num. 1. in fin. in d. cap. ſignificauit de teſtib.* quare voluit Bal. *in leg. fin. C. de vſuris*, 7 † quod dum reus intendit producere teſtes ante litis conteſtationem petere ante debet, quòd actor citetur, vt ſi velit, ſtatim agat, & differatur examen teſtium ad tempus litis probatorium, quod etiam refert Farin. *in d. quæſt. 76. num.* 34. 8 † Alterum exemplum conſtitui poteſt in iudiciis quibus reus partes actoris ſumere poteſt, vt in interdicto vti poſſidetis, & in actione confeſſoria, de quo latiùs agit Matienço *in d. cap. 50. num. 4. & 5.* DD. *in dict. cap. ſignificauit*, Farin. citato loco *num.* 72. vbi differentiam conſtituit inter remedium *d. cap. quoniam frequenter, & d. cap. ſignificauit*, qui pro hoc videndi ſunt, non enim meum eſt hic de eo latiùs agere.

9 Exemplum alterius ex parte actoris conſtitui poteſt in ſpecie *d. l. in lege Aquilia*, 40. *ad l. Aquil.* cùm debitum eſt in diem, vel ſub conditione, de quo ante exiſtentiam agi non poteſt, quia tunc poterit actor ad ſuam actionem fundandam teſtes ad perpetuam memoriam producere, & debent examinari, ſicut producti à reo ad ſuas exceptiones fundandas, & probandas, exornant Matienço *in d. cap. 50. num. 7. limitat.* 2. vbi videre poteris alia exempla, & apud Iuris Cæſarei DD. *in d. Auth. ſed & ſi quis, C. de teſt.* & apud Pontificij iuris interpretes *in d. cap. quoniam frequenter, & in d. cap. ſignificauit*, & adductos à Michaële Craſſo *in ſuis comm. opin. lib. 2. cap. 17. quæſt.* 29. And. Gail. *lib. 1. obſeruat. 92. ſub num.* 2. Socin. *reg.* 404. aliud exemplũ poſuit Bar. *in d. l. in lege Aquilia, in fin. ad l. Aquil. & in l. de ætate, n. 1. verſ. Quod intelligendum eſt, de minor.* & apud Card. Tuſch *lit. T. concl. 157. à n. 11. cũ ſeqq.* 10 † Quando actor non poteſt agere, nec litẽ conteſtari, ni teſtibus quibuſdã examinatis, poterit eos ante litem ad perpetuam memoriam producere ex reddita ratione, quam inſignem Bartoli doctrinam poſtea cæteri communiter fuerunt ſequuti, vt videre poteris penes Bald. *numero* 8.

Salic.7.Fulgoſ.2.Ang.3.*in d. Auth.ſed & ſi quis*,Iacob. Minſing.*cent.4 obſeruat.72.verſ.Poſteriori vero*,ex quibus poterunt omnia dubia, quæ circa hoc ex facto accidant,dilui, ideò enim plus rationibus rem oſtẽdere ſtudeo,quàm auctoritatibus niti,vt faciliùs radix rei percipiatur,& cæteri diluantur caſus.

11 Ex quibus ſatis conſtare videtur, quòd examen teſtium ad rei perpetuam memoriam ortum ducit ex iure ciuili,de quo plures ex allegatis loquuntur DD.& ſpecialiter probari videtur *in d. l. in lege Aquilia*,40.*& in d. Auth.ſed & ſi quis, C. de teſt.*& in corpore vnde ſumitur, quod eſt *auth. de teſtib. §. fin. C.de vſur.pup.l.1,C.vt nemo inuit.agere vel accuſa.cog.* tenent communiter omnes paucis exceptis de quibus infrà.

12 At iure ciuili hanc ſententiam, nec ex dictis legibus & iuribus,nec alibi probari, ſed potiùs contrarium verius iudico,nam ita apertè reiectum video ab Vlp.I.C.*in d l.3.§,duo 6.de carbon.edicto*, vbi licèt ob prædictas cauſas teſtium examen ob tuendum pupillum ad rei perpetuam memoriam eligere potuit I.C.id tamen prætermiſit,& iuridicam cauſæ cognitionem maluit, quàm teſtium productionem abſque cauſæ cognitione admittere, & non ſolùm eam non approbauit, ſed & nullius momenti eſſe iudicauit,cum apertè ſpreuerit eam, quod & confirmatur *ex l,3.de teſt.& l.ſola*,4.*C.eod.*

13 Nec obſtant iura pro contraria ſententia ſuprà, & communiter à DD.adducta,quia eruditè omnibus ſigillatim ſatisfacit,ac explicat,& hanc noſtram tuetur ſententiam Hug.Donel.*in l.4.à num. 6. cum ſeqq. pluribus, & in d. Auth. ſed & ſi quis, per totam, C. de teſt.*quem etiam referendo approbat Oſuald. Illiger, ad eumdem Donel.*lib.25.comment.c.9.lit.K.& L.* meum autem non eſt hîc agere de huius rei veritate, ſed,quid ſit praxi ſeruandum tantùm oſtendere.

14 Ad quod ſufficit iure canonico,& Regio expreſsè ita eſſe ſtabilitum,communique ſtylo, & praxi omnium tribunalium confirmatum, quòd & vt ita ſeruetur æquitas,& ratio æquè, & apertè ſuadent. Iure igitur canonico ita cauetur *in d.cap.quoniam frequenter,d.cap.ſignificauit*,41.*d.cap. Albericus*, 43. *de teſtib.* Iure autem regio Hiſpano conſtitutum habemus *in d.l.2.tit.16.part.3.& in l.14.fori legum l.175.ſtyli,l.*

15 *& l.*19.*&* 20.*&* 33.*tit.*11 *lib.2.recop.*† Æquitas enim & ratio ſuadent,ne veritas & probationes pereant, vt dixit Venuleius *in l.curent.*20.*de teſt.l.1.§.ſed & ſi ſeruus,de inſpic ventre* Ant.Fab.*in C.lib.7.tit.*19.*de fin.7.ſub n.4.*& dum neceſſitas expoſtulat, ex eis conſulendum eſt,*teſt in l pen.in integr.reſtit.l.& ſi nihil* 133.*de reg.iur.*atque ita in praxi quotidie ſeruatur.

16 Quare hoc ita ſpeciatim in iure noſtro ſtatutum eſt in cauſis nobilitatis, quæ & ſi ſemper pro grauiſſimis, & de magis arduis habitæ ſint,vt animaduertit Pelaez *de maiorat.4.p.q.14.num.56, verſ. & cauſa*, tamen probationes ad rei perpetuam memoriam admittuntur, vt patet ex dictis legibus recopilationis proximè allegatis, & explicanr è noſtris Arceus ab Otalora *in ſuo tract.de nobilit.5.part.princ.c.5.per totum* Ioann. Garcia *eod.tractat.dict.gloſſ.*18.*per totam*, Matienço *in d.3.part.Dialogi cap.*50.*num.* 8. vbi ait, quòd prædictæ leges debent intelligi, & declarari ex relatis iuris Pontificij iuribus, & locum habere in omnibus cauſis, & ſpeciebus, de quibus loquuntur, de quo etiam egit nouiſſimè alios remiſſiuè accumulando Idelphonſ.Narbona *in d.l.33 gloſſa,9.tit.11. lib.2.recop.pag.*271.

§. II.

De forma, & ſolemnitatibus requiſitis in examine teſtium ad perpetuam rei memoriam.

SVMMARIVM.

1 *Decretum iudicis requiritur ad examen in perpetuam memoriam.*

2 *Iudex competens adiri debet, qui examen committere poteſt,ſi teſtes diſtent, vel requirere iudicem illius territorij*, num. 3.
Non tamen in cauſis nobilitatis,num. 4.

5 *Citatio partis aduerſa requiritur, & fieri debet perſonaliter,ſi certa eſt,ſi verò non ſufficit fieri per proclama. Niſi in longinquo ſit,& periculum interueniat in mora, vel abſentet malicioſe*,num.6.
Vel cauſa ſit parui valoris, num.7.
Fiſcalis regius citandus eſt in cauſis nobilitatis ad examen teſtium in perpetuam,ſub d.num.5.

5 *Abſentia teſtium,& eius cauſa conſtare debet,vt probent ad perpetuam examinati,& ſufficit eorum aſſertio.*

9 *Publicatio teſtium ad perpetuam requiritur, vt plenè probent, & quando fieri debeat.*
Teſtes ex parte actoris valetudinarij, & ſenes non publicandi,& quare, num.10.
Idem in teſtibus ex parte rei, velut verius amplectitur,num.11.
Niſi ex eius voluntate,n.12.
Ex quo nullum actori praiudicium gignitur, num.13,

14 *Reus etiam facta publicatione teſtium ad perpetuam poterit poſtea in lite alios adducere,& debent examinari.*
Teſtes ad perpetuam examinati debent cuſtodiri in archiuo publico, licèt de facto hoc non ſeruetur ex miniſtrorum ſocordia, & qui ſuperſtites fuerunt denuò in lite debent examinari,aliàs non probant, n.16.

17 *Contradictor certus eſſe debet vt poſſint teſtes ad perpetuam examinari.*

18 *Actor & reus relatiua ſunt, & actor dicitur reſpectu rei,ſicut reus reſpectu actoris,nec eſt actor ſi deficiat reus, nec contra reus ſi deficiat actor.*

19 *Cautela eſt,qua teſtes ad perpetuam produci valeant, certo contradictore non exiſtente, nempe quòd diffamatio procuretur, & citetur diffamator.*

20 *Teſtes ad perpetuam examinati denunciari debent aduerſario,ſi abſens fuerit vel moneri lis intra annũ. Qui vtilis eſt nec currit ni à die ſciẽtia,& ſperiundi poteſtate*,n.21.

PRIMO

1 PRIMO enim pro forma requiritur ad informationes ad perpetuam, quod interueniat decretum iudicis, vt in cauſis nobilitatis loquendo apertè deciditur in prædictis legibus Regni præcipuè *in l. 33. tit. 12. lib. 2. recop.* vbi iubetur, quòd Regius Fiſcalis ſe opponat prædictis informationibus ad perpetuam, circa quod neceſſe eſt, vt interueniat prædictum decretum, & generaliter in omnibus cauſis loqoendo, ita de iure communi docent æquali conſenſu DD. in relatis iuribus, & refert Iacob. Menoch. *lib. 2. præſumpt. 54. num. 3.* & Andr. Gail. *d. obſeruat. 94. poſt num. 2. verſ. Proinde.* Roland. à Valle *conſ. 23. num. 20. lib. 3.* & Hipol. Rimin. *conſ. 145. num. 5. lib. 2.*

2 Secundò requiritur, quod iudex ſit, qui de cauſa cogniturus eſt in principali, aut ſaltim qui de ea cognoſcere poteſt, vt intelligunt omnes DD. *d. cap. quoniam frequenter, & d. cap. ſignificauit,* & expreſsè deciditur, *in d. l. 8. & 19. & 33. in verſic. Si alguno quiſiere hacer,* ibi, *Y que para ello ſe reciban tambien los teſtigos por ſolos los dichos alcaldes en la forma dicha,* & conſtituunt DD. ſuperiùs adducti, Card. Tuſch. *d. lit. T. concl. 156. num. 1.* & licèt in omnibus cauſis de iure communi 3 hoc intelligant DD. † niſi teſtes abfuerint à loco iudicij, & iudex commodè non valeat illuc accedere, qoia tunc poterit examen committere, aut alterum iudicem requirere, quòd teſtes in ſuo territorio exiſtentes interroger, ex Abb. *num. 13.* Felin. Butrio, & Marian. *num. 10. in d. cap. quoniam frequenter.* Iaſſ. *in l. admonendi, num. 208. de iureiur.* Andr. Gayl. *d. lib. 1. obſeruat. 73. num. 3. & 4.* Rolando *conſ. 23. n. 12.* 4 *& 18.* † Tamen in cauſis nobilitatis iudices debent ſe conferre in locum teſtium ex cauſa iuſta impeditorum, & non committere eorum examen, vt patet *ex l. 14. & 15. 33. 36. & 37. d. tit. 11. lib. 2. recop.* oiſi fortè teſtes extra regnum degant, vt in l. 34. eiuſdem tit, ſpeciatim hic caſus excipitur, & probat & exornat Narbona *in d. l. 33. gloſſ. 1. per totam,* maximè *num. 6. pag. 265.*

5 Tertiò requiritur citatio partis aduerſus quam teſtes producuntur, vt patet *ex d. cap. quoniam frequenter, verſ. Porrò,* ibi, *ſiue quia peremptoria citatione venire contendit, d. cap. ſignificauit,* & dictæ leges regni, in quibus regius Fiſcalis in cauſis nobilitatis citari iubetur, *vt in d. l. 33. verſ. Si alguno quiſiere,* probant Matienço *in d. cap. 50. num. 12.* & Io. Garc. *d. gloſſ. 48. num. 16.* And. Gayl. *d. obſeruat. 93. num. 2. & 4.* quæ citatio ſi coostat de aduerſario certo, aut qui poſſit aliquod ius habere, debet eſſe perſonalis, vt voluit Garcia ibi & Abb. *num. 21.* Bald. 6. Bellam. *§. 1. num. 11. & 12. in d. cap. quoniam frequenter, & in d. cap. ſignificauit.* Bart. *in l. 4. §. Prætor, num. 19. de damn. infecto, & in 1. lect. §. Auth. ſed & ſi quis. num. 7. C. de teſt.* vbi etiam Salic. *num. 7.* Alber. 2. Card. Tuſch. *d. lit. T. concluſ. 155. num. 8. & ſeq. & concl. 157. num. 7.* Si verò ſpecialiter de eo non conſter, debet citatio fieri per proclama, aut per edictom, ex Zabarella, & ante eum Innoc. *in d. cap. Albericus, col. 1. verſ. Quid ſi non apparet, de teſt.* Matienço citato loco num. 12. Card. Tuſch. *d.* 6 *concl. 157. num. 8.* † Niſi fortè pars in longinquo loco abſuerit, & commodè abſque periculo io mora ad probationem, & examen citari non valeat, ex Abb. *num. 3.* Bald. 4. Anchart. 6. Bellam. 12. & Zabarell. & Marian. 9. in d. cap. quoniam frequenter. And. Gail. *lib. 1. obſeruat. 94.* Matienço *num. 13.* citato loco, vel ſi calumnioſè ſe abſentet, ne citetur, quia tunc ſufficiet citatio ad domum, ne ſua fraus illi proſit, ita in ſpecie voluerunt, & rectè Bart. *in d. l. 4. §. Prætor, n. 29. & ſeqq. de damn. infect.* Salic. *in d. Auth. ſed & ſi quis, col. 3. verſ. Sed vbi actor. C. de teſtib.* Bald. *in d. cap. ſigni-* 7 *ficauit, num. 4.* vbi Immol. *poſt num. 8.* † & ſi aliqua dubitatio eſſe poteſt circa perſonalem citationem. Erit reſpectu cauſarum parui præiudicij, quia in cauſis arduis, & magni momenti, vt ſunt hæ, de qoibus loqoimur, nullum dubium continet, ni quod perſonalis requiratur, vt traditum, & benè intellectum relinquit Bart. *in d. §. Prætor, ait, num. 20. & ſeq. & in d. auth. ſed & ſi quis lect. 1. num. 7. ad fin.* vbi Salic. *num. 7.* Paul. 3. Bald. 7. *poſt medium.*

Quartò requiritur, quòd de teſtium abſentia, & 8 de eius cauſa conſtet ſaltim præſumptiuè, ex Bart. *in l. in lege Aquilia, notab. 2.* Florian. 4. Fulgoſ. 2. *ad l. Aquil.* Marian. Socin. *in d. cap. quoniam frequenter, num. 10.* vbi ait, ſufficere, ſi conſtet per ipſorum teſtium iuramentum, & idem volont præcitati, & ex eis Menoch. *de arbitr. caſu 62. num. 5.* Card. Tuſch. *d. concl. 155. num. 8.* ex quo etiam dixit idem Marianus, quod eſt neceſſe teſtem duplex præſtare iuramentum, vnum de veritate dicenda, & aliud circa cauſam, ex qua anticiparur examen, quod & voluit Felin. ibidem, Veſtr. *in pract. lib. 6. cap. 2. num. 3.* Roland. *conſ. 23. num. 20. in fin. lib. 3.* qood in praxi numquam ſeruatum vidi, nec eſſe neceſſaria prædicta duo iuramenta, ſed vnicum ſufficere de veritate dicenda, vt voluit Viuius *comm. opin. 923. num. 2.* & Roland. *ſuprà num. 12. & 13.*

Quintò requiritur, quòd teſtes ita recepti ad per- 9 petuam memoriam publicentur, vt *in d. cap. quoniam frequenter, & gloſ. in d. cap. ſignificauit, & in d. l. 2. part.* Card. Tuſch. *d. concl. 155. num. 10.* Sed in huius requiſiti intelligentia video Doctores noſtros plurimùm eſſe diſcordes, nam Arceus ab Otalora *in d. 3. part. cap. 1. num. 4.* voluit quòd publicatio indiſtinctè fieri debet, quandocumque teſtes recipiantur ad perpetuam rei memoriam, ſeu ante litis conteſtationem, Matienço *in d. cap. 50. num. 10.* indiſtinctè voloit contrarium, nempe quòd publicatio neceſſaria non ſit, ſed tantùm, vt in ſcriptis redigantur teſtes, & à notario ſignati, & clauſi producenti tradantur, ſecundùm formam *text. in d. cap. quoniam frequenter. & dict. l. 2. part.* præterquam in caſibus, quibus iure permittitur actori, aot reo omnes ſuos producere teſtes, quia tunc fieri poterit publicatio, cum potuerit pars omnes, quos voluerit, teſtes ad examen ferre, & ſi hoc omiſerit, & facta publicatione præcludatur ei via alios adducendi, ſibi imputet, ſecus verò cum tantùm ſenes, aut valetudinarij adduci permittuntur, quia tunc noo eſt, quod imputari valeat, nec inductum in eius ſaootem in odium verti oportet, cum facta publicatione non poſſit alios producere, quòd magnum eſſet præiudicium, & ita velle videtur Io. Garc. *d. gloſ. 48. num. 17. ſequendo gloſ. in d. cap. ſignificauit,* & reprobando Otaloram in loco citato, quod & ante voluerunt Bart. *in d. l. in lege Aquilia, col. 4. verſ. Sed publicatio differtur, & in Auth. ſed & ſi quis. 1. lect. num. 2. & 3. & ſeq. & 2. lect. poſt num. 2.* Paul. *num. 2. & 3. ibidem.* Bald. *poſt num. 8.* Salic. 7. Alber. 2. & tenent *in d. cap. quoniam frequenter.* Abb. *num. 7.* Hoſtienſ. 9. Bald. 6. Immol. 3. Butr. *in §. niſi fortè, num. 16.* Marian. Socin. 11. *& in d. cap ſignificauit.* Io. Andr. *num. 15.* Bald. 2. Bellam. 11. Butr. 5.

Ex quibus iofertur, quòd regulariter loquendo 10 actoris teſtes, qui plerumque ſenes, & valetudinarij ſunt, publicandi non veniunt, niſi in lite poſt eius conteſtationem: teſtes verò rei, cùm poſſit omnes, quos voluerit producere, erunt publicandi ſtatim ex Paulo Caſtr. poſt num. 2. Bald. 11. Ang. 2. *in d. Auth. ſed & ſi quis.* & idem Ang. *in Auth. de teſt. §. ex hoc verò, num. 41. cum ſeqq. gloſ. verb. publicatio, in d. cap. quoniam frequenter,* vbi Abb. *num. 7. & in §. ſunt alij ſimilis gloſ. verb. teſtis, in dict. cap. ſignificauit, per text.* ibi, vbi etiam Innoc. Hoſtiens. Ioan. Andr. *num. 7.*

Abb.3. Immol.4. Zabarel.*col.*1. Fel.*num.*3. Aret.16. *& ſeqq.*

11 Quæ opinio, & ſi communis videatur, in puncto iuris contraria mihi verior videtur, ne inductum in fauorem reorum in eorum verſatur perniciem, & tollatur facultas alios adducendi teſtes in lite poſtea inita, ſi fortè eos habeat, & quidem æquitatis ratio ad dictum fauorem inducendum ex poſtfacto in rigorem & iniquitatem conuerteretur aduerſus omne ius, & vulgaria iura, atque ita tenent in ſpecie Speculator, *tit. de teſte, §. nunc tractemus, num.* 5. quem ſequuntur Io. Andr. *num.* 15. Butr. 5. Bellam. 10. & 12. *in dict. cap. ſignificauit.* Corrad. *in pract. tit. de teſt. §. de receptio-*

12 *ne ante litem conteſtatam, caſu* 36. *num.* 48. † Atque ideò voluit Abb *in d. cap. ſignificauit, num.* 3. *verſic. Poſſet tamen dici*, ſequutus a Zabarel *ibid.* Quòd in prædicta ſpecie poſſit publicatio fieri ipſo reo volente, non verò inficianti, & contradicente, & ſummam rationem, & æquitatem habere videtur, licèt contradictorem habeat Aretin. *in eod. cap. ſignificauit, num.* 8. *in fin. & num.* 19. quia fauor conſiſtit in eo, quòd teſtes, qui poſt litem conteſtatam iure recipi erat neceſſe, recipiantur antea iuſta manente cauſa, & ſicut per litis conteſtationem plures alij à reo produci poterant, & à iudice examinari, ita & dum recipiuntur ante conteſtationem litis iuſta ex cauſa, quæ ex neceſſitate ſubrogatur in alterius loco, cuius naturam ſapere debet ex vulgatis, & tunc teſtes clauſi ſeruantur, vſque ad publicentur in lite debito tempore, ac ſi in ipſamet cauſa producti, & examinati fuiſſent, & hoc examen præhabitum debet omnes operari effectus, quos produceret receptum in ipſa

13 lite. † Nec obſtabit ex hoc gigni actori præiudicium, in cuius fauorem tendit dictorum teſtium publicatio, quia verè nullum conſiderari valet, cùm ideò citetur, vt ab initio conſcius ſit perſonarum teſtium, & eis opponere valeat in lite, quot habeant defectus perſonales, & ſuo tempore fiet eorum publicatio, vt ſimul aduerſus eorum dicta opponere, quidquid voluerit, poſſit, vt communiter tenent DD. ſequentes *gloſſ. verb. teſtes, verſ. Item contra illos, in dict. cap. ſignificauit*, vbi Io. Andr. *a num.* 13. *cum ſeqq.* Abb. 3. Butr. 5. Bellam. 14. Immol. 5. Zabarela col. 2. pro qua eſt *text. in d. auth. de teſtibus, § & hoc vero*, vbi animaduertit Ang. *num.* 37. *notab.* 4. *& fin. & num* 43. Cynus & Alber. *in d. auth. ſed & ſi quis, C. de teſt.* idem Alberic. *in dict. l. in lege Aquilia, num.* 5. *ad l. Aquiliam.*

14 Et ſi fortè maluetis contrariam defendere, & practicare opinionem, ita accipe, vt poſſit poſtea reus poſt litem conteſtatam producere omnes, quos teſtes velit, qui omnino examinari debent, & tunc ex illa opinione eumdem habebis effectum, ex Abb. *num.* 4. *in fin. fallent.* 17. Immol. 13. Butrio 14. Marian. 151. *in fin. &* 169. *in cap. fraternitatis, de teſtib.* Bald. *in cap. veniens el* 2. *paulo poſt princ. illo eod. tit.* adducti ab Ant. Gab. *lib.* 1. *tit. de teſtib. concl.* 21. *num.* 83. *& ſeq.* Socin. *reg.* 403. *fallent.* 33. Campeg. *reg.* 268. *fallent.* 54. & 66. & fatetur eſſe communem Aretin. qui contrariam ſequitur *in d. cap. fraternitatis, num.* 19. *vbi num.* 20. quamdam conſtituit diſtinctionem relatam ab eodem Gab. citato loco *num.* 86. quam nec referre, nec ſequi libuit.

15 Quare ſecurius iudico, in omnibus cauſis ſequi, quod nos circa teſtes ad perpetuam productos in nobilitatis probatione conſtitutum habemus *in l.* 19. *tit.* 11. *lib.* 2. *recop.* nempe, quòd partibus non tradantur, ſed in archiuo publico clauſæ reponantur informationes vſque ad litis adueniat tempus, ex qua cautela manebit res abſque vllo falſitatis periculo, etiam ſiue publicatione, de qua è noſtris teſtantur Arceus ab Otalora *de nobilit.* 5. *part. princip. cap.* 1. *num.* 5. Matienço *in d.* 3. *part. ſui Dialogi, cap.* 50. *ſub num* 11. Io. Garc. *d. gloſſ.* 48. *num.* 18. vbi deteſtatur magnam omiſſionem in prædicta diſpoſitione ſeruanda ex miniſtrorum culpa, & ſocordia, ex qua non parua oriuntur damna, ad quæ vitanda, vtinam in omnibus cauſis ſtrictè obſeruaretur prædicta diſpoſitio, cùm ita fraudibus & cautelis quorumdam via præcluderetur, maximè cùm de tertij agitur præiudicio, quia tunc cautius res agenda eſt, aut ſaltim informatio clauſa apud tabellionem ſeruari, & parti non tradi debebat, vt fit communiter, licet praxis magis aſſiduè ſeruet contrarium, indebitè tamen, vt ſuprà ex Otalora, Matienço, & Io. Garcia dixi.

Sextò principaliter requiritur, quòd teſtes examinati ad perpetuam qui ſuperſtites fuerint denuò, 16
atque iterum, repetantur, & examinentur in termino probatorio poſt initam litem, aliàs nullam efficient fidem, vt iure noſtro conſtitutum habemus *in l.* 14. *tit.* 8. *lib.* 2. *fori leg.* quòd aliter iure communi obſeruari ex præcedentibus deducitur, vt teſtatur in ſpecie Matienço *in d. cap.* 50. *num.* 14. *verſ. Ex quibus*, licèt in hoc etiam incidere videantur, quod tradidit Abb. *in d. cap. quoniam frequenter, num.* 11. *verſ. Quare ſatis aequè*, quem ſequitur Marian. *ibid. num.* 11. *in fin. verſ. Subdit etiam Dominus meus*, & alij in dictis locis.

Septimò, requiritur, quòd ſi poſſeſſor actualis ve- 17
lit teſtes examinari ad perpetuam habeat certum ſpe ſaltim contradictorem, aliàs locum non habebit ſua petitio, vt rectè voluit Bald. *in d. cap. ſignificauit, num.* 7. *de teſt. & in Auth. ſed & ſi quis, num.* 5. & alibi ibi-
dem, & conſtat ratione, † quia poſſeſſor non ideò, 18
quòd poſſeſſor eſt, dicitur reus, ſed reſpectu actoris, ſicut & actor talis dicitur reſpectu rei. *l. in tribus.* 13. *de iudiciis, l.* 1. *de except. l. properandum,* 13. *§. & ſiquidem.* 2. *C. de iudic.* ita vt reo deficiente, nec adeſſe poſſit actor, nec reus dici deficiente actore: atque ideò nec admitti tanquam actor, nec tamquam reus, quia vtrá-
que deficit qualitas. † Sed Bald. *in d. Auth. ſed & ſi* 19
quis, col. 3. *verſ. Cautela eſt*, docet cautelam, qua ſimilis poſſeſſor ſe tueri valebit ad teſtes examinandos ad perpetuam, nempe quod procuret diffamationem ſeminari circa malam fidem, ſiue cauſam poſſeſſionis, vt poſſit aduerſus diffamationem ſuam dirigere actionem, & ex hac cauſa facere citare cæteros, qui opponi vellent, quam approbauit Salic. *num* 4. *in dict. Auth. ſed & ſi quis. C. de teſt.* de quo agunt citato Baldo, Io. Garc. *in d. gloſ.* 48. *n.* 7. & Farin. *in d. quæſt.* 76. *num.* 71.

Octauò, & vltimò requiritur, quòd teſtes ita exa- 20
minati ad rei perpetuam memoriam denuncientur aduerſario, ſi abſens fuerit, vel quod lis intra annum moueatur, aliàs firmitatem ſuam omnino amittent, vt aptè probatur *in d. cap. quoniam frequenter, verſ. Sed ſi actor, vt lite non conteſt. & in d. l.* 2. *verſ. Otro ſi decimos, que ſi aquel contra quien recibieſen los teſtigos non fueſe eſtonce en la tierra, que gelo deben facer ſaber, quando quier que venga faſta vn año, o mouer pleito contra el, ſobre aquella coſa en que fueren los teſtigos recibidos, tit.* 16. *part* 3. explicant gloſſ & DD. *in d. cap. quoniam frequenter, & in d. cap. ſignificauit, per text.* ibi. *& in dict. cap. Albericus, & Legiſt. in d. Auth. ſed & ſi quis.* Viuius *comm. opin* 923. *num* 3. Andr. Gayl. *lib.* 1. *obſeruat.* 92. *num.* 4. *& obſeruat.* 94 *num.* 3. Card. Tuſch *in d. cōcl.* 155. *num* 5. Ioach. Minſing. *centur.* 4. *obſeruat.* 71. *verſ. Tertio.* Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 54. *num.* 3. † vbi *in* 21
verſ. Præterea, animaduertit, quòd dictus annus eſt vtilis, nec currit ni à die ſcientiæ, & experiundi poteſtate ſimul, ita vt ſcientia ſola non ſufficiat, quod etiam voluit Gaylius *d. obſeruat.* 92. *num.* 5. & ante eos idem animaduertunt gloſſa *verb. intra annum. verſic.*

Et

Et iſte annus. & Abb. *num.9.* Hoſtienſ. 10. Bald.7. Immol.3.3 Butr.17.*in § niſi forte.* Anchar.7. Mariano 11. *in d.cap.quoniam frequenter.*

---

§. III.

De fide teſtibus ad perpetuam rei memoriam examinatis præſtanda.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes ad perpetuam rei memoriam examinati ſeruatis debitis ſolemnitatibus plenè probant.*

2 *Sententia iudicis non requiritur, vt prædicti teſtes probent.*

3 *Fides teſtium ad perpetuam non tranſgreditur perſonas, quæ citatæ fuerunt, nec contra alios probant.*

Immò non proſunt ei qui eos produxit velut reus ſi poſtea in iudicio velut actor compareat, num.4.

Nec recepti ad defenſionem, ſeu ad exceptionem proſunt ad fundandum actionem, nec petitionem, nec loquendo in vna re proſunt in alia, num.5.

Niſi cauſa ex qua teſtes ad perpetuam examinantur communis ſit tam actori, quàm reo, quia tunc proderunt, vel compareat eos producens velut actor, aut ſicut reus, num.6.

1 Illvd quod præcipuè ex præcedentibus deducitur, eſt, quod teſtes examinati ad rei perpetuam memoriam prædicta forma, & ſolemnitatibus ſeruatis plenam efficiant fidem, vt tam ex verbis, quàm ratione prædictorum iurium colligitur, ex verbis quidem d.l. in lege Aquilia. 40. ibi, *Et interim teſtibus id probare poſſim, ad l. Aquil. d. Auth. ſed & ſi quis*, ibi, *& perinde valebunt, ac ſi eo præſente receptæ fuiſſent*, & in corpore vnde ſumitur, *C. de teſt. & in cap. Albericus.43. in fin.* ibi, *depoſitiones ipſorum in ſcripturam publicam redigi facientes, de teſt.* Ex ratione etiam colligitur, de qua *in d. cap. quoniam frequenter*, ibi, *ne veritas occultetur, & probationis copia fortuitis caſibus ſubtrahatur, & in d.cap. ſignificaſti*, ibi, *vnde timens ne proceſſu temporis probationis copia valeat deperire*, , & in d.l.2. *part.* ibi, *Que ſi ante non ſe recibieſen podria ſer que perderia el demandador, o el demandado ſu derecho*, quæ omnia omnino ceſſarent, ſi teſtes ita producti, & examinati fidem non efficerent plenam, quod confirmant, & exornant DD. ſuperiùs adducti, maximè Matienço *in d. cap.* 50.
2 *num* 14. † vbi ait ex mente omnium requiri (præter requiſita ſuperiùs in §. præced. propoſita) quod ſententia iudicis interueniat interloquutoria, ad hoc vt ſimiles atteſtationes fidem efficiant, quòd deficere ait in nobilitatis cauſis, in quibus requiſitum hoc non ſeruatur ex Otalora *d.5. part. cap.1. num.4.* nec quidem puto, requiſitum hoc neceſſarium eſſe, cùm fides oriri debeat ex ipſiſmet teſtium depoſitionibus, & rationibus, quibus iudex credit, non verò ex iudice tantùm, nec enim ideo, quod in dictis iuribus dicitur ſpecialiter, vt iudex ex eiſdem teſtibus publica efficiat monumenta, accipiendum eſt, vt id fiat per interlocutoriam ſententiam, ſed ex eius præſentia, & publici notarij ſubſcriptione, & ſigno, vt paſſim in practica fit, *cap.1. & fin. de fide inſtrum.* notant communiter DD. *in dict. cap.1.* & adducti per Farin. *tom. 1. quæſt.24. num.60.* Hieron. Oliues *in comment. ad leges Sardiniæ, cap.122. num.4.*

3 Sed hoc dupliciter intelligi oportet. Primò, vt dare fidem prædictis teſtibus examinatis ad perpetuam rei memoriam, ita accipiatur, vt non tranſgrediatur perſonas eorum, qui ſpecialiter fuerunt citati, vt aduerſus alios nullos probent, vt animaduertunt DD. *in d.cap. ſignificauit*, maximè Abb. *num.9.* Immol. 8. Butr.12. Aret.15. Floriano *in d.l. in lege Aquilia, num.11.* additio ad Bart. *col.2. lit.D.* Ang. *in d. Auth. de teſtib. §. & hoc verò, num.40.* & confirmari, & intelligi poteſt ex dictis in præcedenti quæſtione. 4 † Quod tam ſtrictè procedit, vt nec ei, in cuius fauorem, & à cuius petitione fuerunt recepti, quoad fidem proſint, ni quatenus adfuerit qualitas illa, cuius nomine examen præceſſit, v.g. teſtes fuerunt recepti ex petitione Petri velut reus, qui futurus ſperatur, compareret in iudicio poſtea velut actor non proſunt ei actori probationes, quæ velut à reo petitæ, & factæ ad perpetuam fuerunt, vt per DD. maximè Hoſtienſ. *n.1.* Innoc. *verſ. Item videtur.* Ioan. Andr. *num.9.* Bald.5. Butr.6. Bellam.5. Aretin.25. *in d.cap. ſignificauit.*

5 Secundò intelligas velim, quòd ſicut perſonas non tranſgreditur fides dictorum teſtium, ita ſimiliter nec cauſas, ob quas eorum fuerunt receptæ depoſitiones, veluti ſi ad defenſionem, ſeu exceptionem, nihil efficiet, quoad actionem, ſeu petitionem *ex gloſ. verb. teſtes, in d.cap. ſignificauit*, vbi etiam Bald. *num.9. & in d. Auth. ſed & ſi quis, num.8. C. de teſt.* quod etiam extenditur ad res, vt loquentes de vna non valeant ad aliam extendi, *l. & an eamdem.14.* cum ſimilibus, *de except. rei iud.*

6 Quæ duo ego intelligo, dum factum fuerit teſtium examen ad petitionem rei, vt non idem concederetur ei, ſi fuiſſet actor, quia tunc ita cohæret examen defenſioni rei, vt ad aliud deſeruire non poſſit, atque ita intelligo citatos Doctores, ſecus verò cùm cauſa examinis communis eſt, tam actori, quàm reo, nempe ſi fuerint examinati ſenes, aut valetudinarij, aut qui citò ſe abſentare intendunt, quia tunc nihil eſt, quod fidem eorum impediat, ſiue reus, cuius nomine examinati fuerunt, ſit conuentus, aut conueniat, quare igitur ei comparenti velut actori prodeſſe non valebant prædicti teſtes, cùm etiam nomine actoris examinari debebant, ſi eo nomine idem peteretur; atque ita intelligere volo Immol. *in dict. cap. ſignificauit*, *num.8. in fin. verſ. Et adde etiam*, & Nellum *de teſt. num.77.* vbi contrarium volentes carpit, ex quibus omnes occurrentes caſus dilui poterunt, ſunt enim medulla regulæ totius materiæ.

* * *

§. IV.

§. IV.

De fide quæ ſpecialiter in cauſis puritatis, & nobilitatis ſecundùm rigoroſa ſtatuta oritur ex teſtibus ad perpetuam rei memoriam examinatis.

SVMMARIVM.

1 Teſtes ad perpetuam rei memoriam examinati circa ſanguinis qualitates an probent in iudiciis puritatis, de quibus præcipuè agimus. Affirmatiua pro ratione dubitandi fundatur, ex num. 2. cum ſeqq. Doctores, qui volunt, quod ſaltim aliquod probent, referuntur, n. 10. Negatiua velut verior amplectitur, & probatur, ex num. 11. cum ſeqq. Doctores pro ea referuntur, num. 40. & ſub. num. 42.

2 Examen teſtium ad rei perpetuam memoriam locum habet, quoties quis in iudicio agere non poteſt.

Agere iudicialiter circa puritatis, & nobilitatis cauſam non ſemper in noſtra eſt poteſtate, ibid.

3 Teſtium penuria circa probandas ſanguinis qualitates euenire poteſt interim quo officium, vel honor vacat, quando licitum eſt eorum examen.

4 Teſtes ad perpetuam produci poſſunt quoties poteſtas agendi eſt in alterius voluntate.

Facultas agendi in cauſis puritatis eſt in poteſtate illius, qui honores impartitur non in alio, ibid.

5 Teſtes ad perpetuam reſpectu cauſarum puritatis defectus non patiuntur. Contrarium, à num. 13.

6 Acceptio perſonarum in iudiciis non habenda.

7 Defectus citationis, litis conteſtationis & publicationis non nocent, dum ex officio proceditur, necdum agitur de informandis iudicum animis. Nec in probandis ſanguinis qualitatibus, & ſtatu perſonarum, num. 8.

Nec ad aliquem admittendum ad honorem, officium, aut beneficium, num. 9.

10 Teſtes ad perpetuam ſine citatione, & ſine aliis ſolemnitatibus ſaltim aliquid probant. Circa ſanguinis qualitates producti in cauſis puritatis nihil probant, nec indicium, nec minimam præſumptionem efficiunt ex multiplici ratione, de qua num. 11. & ſeqq.

12 Experientia rerum magiſtra animos iudicum dirigit in veritatis ſemitam.

13 Citationis defectus tollit fidem teſtibus ad perpetuam etiam in cauſis puritatis, de quibus loquimur, num. 14.

14 Acceptio perſonarum non habetur in his quæ veniunt, ex natura rei, & ipſorum iudiciorum.

15 Teſtes ad perpetuam non examinati coram iudicibus, qui de cauſa ſunt cognituri, fidem non efficiunt.

16 Iudices in cauſis puritatis ſe inſtruere debent ex teſtibus integris, & fidedignis. Et examinati ad perpetuam circa qualitates ſanguinis ſuſpecti ſunt ex multiplici cauſa, num. 17.

17 Forma ab ſtatutis data velut ſubſtantialis ſeruari debet.

18 Sententia contra ſtatuti formam nulla eſt.

19 Fama & communis reputatio perire non poſſunt, ſicut nec vulgus in quo conſiſtunt, & num. 21.

20 Teſtes ad rei perpetuam memoriam, niſi ex cauſa, & neceſſitate examinari non poſſunt.

Mors tam citò aduenit iuueni quàm ſeni, ibid.

22 Cauſæ ſunt, ex quibus teſtes ad rei perpetuam memoriam circa puritatem poſſent produci, niſi ex contrario eſſent, quæ aliud magis ſuadent.

23 Nobilitas in communi opinione conſiſtit, & probatur teſtibus ad perpetuam; niſi incidens eſſet probatio ad carcerum relaxationem, & ſimilia, num. 24. Huius ratio oſtenditur, num. 25.

24 Probatio nobilitatis ad carcerum relaxationem, & ad ſimilia nihil prodeſt in cauſa principali, quia deſunt in ea, plura ſubſtantialia, & habet plurimum ſuſpicionis, num. 25.

26 Stylus velut lex ſeruandus. Euerteretur ſeruatus in tribunalibus puritatis ex admiſſione teſtium ad perpetuam, num. 77. & magis ſpecificè, num. 28.

29 Teſtes ad perpetuam non probant puritatem in rigore prout requiritur per ſtatuta.

Deſcendens ex Iudæis, & Mauris poſt ſecundam generationem, & ſi ex relaxatis deſcendat poteſt à teſtibus purus declarari, dum ad perpetuam memoriam interrogantur, vel ad munera ex iure communi ſubeunda, ibid.

Præſumendum non eſt, quod iuridicum non eſt, ibid.

30 Iuramentum intelligitur ſecundùm ius commune, dum deficit ſpeciale ſtatutum, cuius virtute exhibeatur.

31 Iudex non ſtante rigido ſtatuto non poteſt teſtes interrogare de puritate indefinita,

&

& in rigore. Factum iudicis maius quàm partis,ibid.

32 *Teſtes non tenentur iudici iniuſtè interroganti reſpondere ſecundùm factam interrogationem, ſed prout fieri legitimè debebat. Puritatem firmantes, dum non adeſt ſtatutum rigidum, ſed ad rei perpetuam memoriam, ſiue ad obtinendum munera ex iure communi conceſſa, intelliguntur de puritate ſecundùm ius commune, non de puritate in rigore*,num.33.

Etiamſi generaliter de puritate omnium aſcendentium loquantur,num.35.

34 *Probatio debet de neceſſitate concludere.*

36 *Teſtes iniuſtè rogati non tenentur eo in ſenſu reſpondere,ſed amphibologicè.*

37 *Reſponſio eo in ſenſu accipi debet, quo teſtes reſpondere tenebantur, non in alio*, num.39.

38 *Verba intelligendo in aptiori ſignificatu, & reſtringuntur ad veriſimilia, & ad magis habilia.*

39 *Teſtes reſpondere præſumitur eo in ſenſu quo debebant*,& num.37.

Iniuſtè interrogati, & ſi directè reſpondeont, non probant,num.40.

Si dum interrogontur circa puritatem ex iure communi purum prætenſorem dicant, & poſtea interrogati ex rigido ſtatuto maculatum eumdem aſſerant,probant, & non ſunt falſi, nec contrarij,num.41.

42 *Teſtimonia contraria probant diuerſis reſpectibus, & dum vtraque compatiuntur*, num.43.

43 *Contrarietas non dotur niſi reſpectu vnius ſubiecti, & eiuſdem finis, ſecus in diuerſis.*

Peccatum poteſt interuenire ex mente teſtium,quod in re ipſo non eſt,ibid.

40 *Maculati cautelosè vtuntur informationibus ad perpetuam,& ad quid.*

45 *Puri & nobiles rarò ſimili vtuntur cautela.*

46 *Cautela abundans ſuſpicione non caret.*

47 *Quilibet etiam impuriſſimus de facili inuenit teſtes, qui eum purum dicant. Et ideò parum probant etiam in ordinariis iudiciis*, num.48.

49 *Iudices cautelis occurrant, & teſtibus calumniosè productis in nihilo credont.*

50 *Teſtes ad rei perpetuam memoriam, nec iudicium faciunt fruſtratorij ſunt, & nullius momenti, tamen aliquando proſunt ad inueniendum maculam producentis*, num.51.

Et ad oſtendendum circunſtantiam ſiue qualitatem oblitam ex temporis tranſcurſu, num.52.

53 *Communitas & tribunal copit informationes qualitatum prætenſorum ſui,& illorum nomine.*

54 *Probationes facta coram iudicibus incompetentibus nihil probant.*

55 *Teſtes examinati ad perpetuam non probant deficienti iure cuius virtute poſſent examinari. Nec ante factam gratiam honoris, aut officij*,num.56.

Et multò minus poſt eam,num.60.

Ius ſanguinis non conſideratur velut principale, ſed velut medium, quo aſſequuntur honores,& officia puritatis.

58 *Ius medium,ſeu acceſſorium nihil eſt ſi deficit principale.*

59 *Aduerſario deficienti deficit omne ius examinandi teſtes ad perpetuam.*

Dixi copiosè, & breuiter ius formam, ſolemnitates, & fidem teſtium, & eorum examinis ad rei perpetuam memoriam; nunc verò ad præcipuum noſtrum inſtitutum puritatis & nobilitatis probandæ accedamus,in quo diſſimiles rationes, & cauſæ eſſe videntur, ex quibus magis dubitari poteſt de effectu,& fide, quam efficere poſſunt in ſimilibus iudiciis, de quorum natura circa hoc & quid praxi ſit ſeruandum, pro vtraque parte oſtendendo rationes in ſequentibus agam, & nouiter oſtendam. 1

Et videtur, quòd nulla ſit differentia inter puritatis ſtatuta, & eorum iudicia, & inter cætera ordinaria negotia; ſed potiùs maior ratio, & cauſa, qua eis plena præſtetur fides in his iudiciis quàm in aliis. Primò,nam quoties in alicuius poteſt ue non eſt, in iudicio agere,eſt veriſimile periculum amittendi ius, & probationes, & ſe tueri, quiſque poterit hoc remedio ex æquitate introducto, & petere teſtes ad perpetuam examinari: at non ſemper in noſtra eſt poteſtate circa puritatis cauſas iudicialiter agere,nec ad communitates & tribunalia, quorum honores puritatem requirunt, ad illum occurrere effectum. Igitur poterunt circa puritatem, & nobilitatem teſtes ad perpetuam produci, & producti plenam efficere fidem. Maior patet ex adductis per [illegible] ratione *in d.cap.50.num.3.* Io.Garc.*d.gloſ.48.num.15.* Veſtuo *in pract.lib.6.cap.1.Rubr.de teſt. & eorum in dictione,n.3.* Sciat.*in ſimili pract.iudic.cap.16.poſt num.100.*& DD. communiter in ſupra relatis iuribus. 2

Confirmatur primò, interim quo munus,ſeu officium vacat, ſeu gratia vacaturæ ſit, teſtium penuria prouenire poteſt propter mortem,aut abſentiam coturn:at tunc agere ad qualitatum probationem nec fas,nec ſolitum eſt, & probationes perire poſſunt, quod iuſtam præſtat cauſam prædictos examinandi teſtes, vt ſuperiùs *ex d.cap quoniam frequenter, d.cap. ſignificaſti,d.l.2.part.*& aliis probaui.Igitur patet prædicta ratio,& huius ſententiæ veritas. 3

Confirmatur ſecundò, quoties cauſa agendi in voluntate alterius eſt,extat ratio recipiendi teſtes ad perpetuam, *arg.in d.l.in lege Aquilia*, 40. vbi notant omnes *ad l. Aquil.* And.Gayl.*lib.1.obſeruat.92.num.9.* Socin. *reg.*404.*fallent.*1. & tenent communiter omnes: ſed agendi facultas in cauſis puritatis eſt in voluntate illius, qui poteſt honorum gratias impartiri, quarum vigore ad informandum procedimt. Igitur ante obtentam gratiam poteſt quis ſuas probare qualitates, ne ſenes pereant qui ſunt illarum meliores teſtes. 4

Secundò idem principaliter probatur,quia nullus defectus tribui poteſt teſtibus circa qualitates ſanguinis examinatis ad perpetuam rei memoriam, vt plenam non mereantur fidem. Quod ita probo, ſi defectum 5

defectum vllum contineot, ex omiſſa prouenit citatione, aut ex litis conteſtatione, ſiue ex publicatione, vt ſuperiùs in §.2.probaui: at ſimiles defectus in ſpecie puritatis probandæ teſtium non minuit fidem. Igitur nullum continent defectum ex quo eam amittant.

6 Maiorem probo, in iudiciis nulla eſt perſonarum acceptio habenda, l.nullus 14.in medio, C.de Iudæis, cum ſimilibus: ſed teſtibus receptis ex parte tribunalis non ſimilis obeſt defectus, vt latè probaui ſuprà quæſt.5.per totam. Igitur nec nocebit teſtibus ex parte prætenſoris receptis.

7 Confirmatur primò, nam vbicumque agitur de informandis iudicum animis, ſeu ex officio proceditur prædicti non nocent defectus, quia interuenire neceſſe non eſt prædictas ſolemnitates, ex gloſſ.verb. regulariter,& Hoſtienſi num.2.caſu 23. Innoc. num.1. Butr.4.Marian.31.fallent.35.in d.cap.quoniam frequenter. Speculat tit.de teſte, §.nunc tractemus, num.2.caſu 30. at in puritatis informatoriis ex officio proceditur ad informandos iudicum animos, vt ſæpiùs probaui,& res ipſa docet. Igitur patet intentum.

8 Confirmatur ſecundò, nam dum agitur de probandis ſanguinis qualitatibus & perſonarum ſtatu, & conditione ſimiles non nocent defectus, vt etiam probauit d.gloſſ.verb regulariter, in d.cap.quoniam frequenter, & communiter DD.maximè idem Hoſtienſis num.26. Marian.49.& 50. Monticelo in repertorio de lite non conteſtata, fol.69. Igitur apertè patet prædicta ratio,& hæc affirmatiua ſententia.

9 Confirmatur tertiò, ſimiliter dum agitur de qualitatibus alicuius probandis ad officia, beneficia, & honores obtinendos prædicti non obſunt defectus, vt probat d.cap.quoniam frequenter, §.porro, vbi gloſſ. verb.regulariter, in fin.& verb.electione,& ibi probant communiter DD. ex cap vn. verſ.Sed liceat,de eo, qui mit. in poſſ. cauſa rei ſeru. in 6. Innoc. num.1. Io.And. 2.& 49. Hoſtienſ.3. 4.& 26. Abb.ante num.1. Immol.4. Butr. poſt 4.& in d.§.porrò.4. Zabarel.1. & 7. Mariano 18.& 80.in d.cap.quoniam frequenter. Specolar.citato loco num.1. Ang.in auth.de teſt.§.& hoc vero, num 37. Conrad.in pract. de teſt.recept. ante litis conteſt.num.48. Igitur apertiùs probatur prædicta ratio & ſententia.

10 Quare, quòd teſtes ita recepti in ſpecie puritatis, ſaltim aliquid probent, pro certo conſtituit Farinac. d.deciſ.494.num.3 part.1. ex traditis per Bart. in l.admonendi, num.41.de iureiur. Abb.in cap.cum olim, num.6. de priuilegiis. & Anchar. in d.cap. quoniam frequenter, num.6.verſ.Sextò nota,& verſ.Nunciatio autem. Decio in cap.in nomine Domini, num.27. de teſt. & idem aſſerit Aym.Crauetta conſ.198. num.21. Gracian. diſcept. for.2.tom.c.269.num 50.

11 Sed mihi contraria verior ſemper viſa fuit ſententia, & in prædictis tribunalibus frequentiùs ſeruata, vt non ſolùm plenam non efficiant fidem ita examinati teſtes, quòd nemo cordatus vſque adhuc dubitauit, verùm nec indicium, nec minimam præſumptionem, loquor quidem ſpecialiter in cauſis puritatis,& nobilitatis, de cæteris nihil nunc dico, de quibus in præcedentibus latè egi. Quod igitur ad puritatem attinet hoc ita conſtanter aſſero (licèt in cauſis occurrentibus non defuerint, nec deficiant contradictores) tam ductus ratione & iure, quàm ex defectu dictarum depoſitionum,& ipſorum negotiorum experientia, 12 † quæ in iudicialibus eſt optima magiſtra, & rectè animos iudicum dirigit in veritatis ſemitam, text.eſt elegans in l.legatus,65. § ornatricibus,3.de leg.3.cap.quam ſit Eccleſiæ, num 6. in princ.de elect.in 6.gloſſ.verb. experientia in extrauag.ad conditorem. Ioannis.22. de verb.ſign. Iaſſ.in l. qui Roma. 121. num.26.de verb.Io. Neuixano in ſua ſylua nuptiali, In verb.Eſt nubendum, num.7. Menoch. de recup.rem.11. num.14. latè Aug. Barboſa Axiom.88. num.1.pag.55. & loco 45. num.1 pag.518. quam opinionem ſigillatim ex prædictis oſtendam.

Primò iure mihi probatur ex defectu citationis 13 intereſſe putantium, vt dixi ſupra §.2.requiſito 3.& probatur in d.cap. quoniam frequenter, §.porrò, d.l.2. part.verſ.empero, vbi gloſſ.4.ex traditis per DD.in dict. cap.Albericus, vbi etiam Innoc.num.6. Card.& Felin. num.1.tenent And.Gayl.d.obſeruat.94.num.2.& 4.lib. 1.Io.Garc.d.gloſſ.48 num.16.Hier. Zaball. comm. contra comm. quæſt.427. num.1. Matienço d.cap.50. n.12. 14 † Et licèt dixerim paulò ſuperiùs, quòd citatio in iudiciis puritatis non requiritur, intelligi oportet reſpectu ipſius prætenſoris, quem citare non eſt neceſſe ad teſtes videndos iurare, reſpectu verò ipſorum tribunalium,& communitatum aliud eſt dicendum, nec interuenire acceptionem perſonarum opponi poteſt, quia ex iudiciorum natura hoc venit, cùm aliter qualitatum probatio fieri non poſſet, ſicut expedit, vt dixi ſuprà in d.quæſt.5.& dicam infra in reſponſione contrariorum.

Secundò iure probatur hæc eadem opinio, quia 15 ſimilia teſtium examina plerumque fiunt ante alios iudices, numquam verò in eiſdem tribunalibus, & communitatibus, in quibus adſunt harum cauſarum proprij,& competentes iudices; ſed vt fidem aliquam efficiant, neceſſe eſt, quòd examinentur coram iudice, qui de cauſa eſt cogniturus, vt in d.§.2. in 2. requiſito dixi,& probatior ex text.in l.cum hi.8.§.tranſactiones.19.de tranſact. quem ad hoc notant Bart.ibi, & Auguſt.Morla in empor.iur.1.p.tit.2.de iuriſdict. in princ.num.76. Abb. num.12.in d.cap.quoniam frequenter,& d.cap ſignificauit, num.10.vbi etiam Aret. n.14. Butr.in ca cap ſi clericus laicum, de foro compet. Andr. Gayl.obſeruat.93.num.1.lib.1. Petr. Gerard. de Petra ſancta ſing.69.licèt hoc ibi limitet, niſi neceſſitas interueniat, & alij congeſti à Farinac. de teſt. quæſt.76. num.133. Igitur teſtes examinati coram diuerſis iudicibus nullam prorſus efficient fidem in prædictis cauſis & tribunalibus.

Confirmatur, nam quaſi omnia puritatis ſtatuta 16 diſponunt, aut ſaltim praxis ita ſeruauit quotidiana, quòd iudices per ſe, ex fidedignis teſtibus ſe inſtruãt, & inquirant prætenſorum qualitates, non verò ex ſuſpectis, nec productis ab ipſo prætenſore, nec ab alia ſuſpecta perſona, quod & ſtylus, & praxis omnium tribunalium obſeruat, quæ ſequenda eſt, & meliùs explicat ſtatutorum mentem. l.ſi de interpretatione.37 de legib. cum ſimilibus. 17 † Et cùm prædicti teſtes per alios iudices ſiot examinati, & præſentati per ipſum prætenſorem, aut per conſanguineum eius redduntur ſuſpecti ex multiplici cauſa,& non ſeruatur forma prædictorum ſtatutorum, quæ velut ſubſtantialis,& neceſſaria ad veritatis indagationem ſeruati oportet. l.cum hi. 8.§.ſi Prætor,17. de tranſact. l.ſcimus.22.§.ſi verò poſtquam.12. C. de iure delib. Pelaez de maiorat 4. part. quæſt,20. num.178.& ſeq. & Valençuela conſ.3.num.18.vbi num.28.multis probat, 18 † quòd ſententia contra ſtatuti formam nulla eſt, etiamſi defectus medicus ſit ex Iaſſ.in l.ſi vnus.n.4.C. de teſtam Fel in cap.cùm dilecta, num.10. verſ.Amplia decimo, in princip.de reſcript.& And.Tiraq. tract.de retract. lib.1. §.1.gloſ.21.num.11. & in tract. de reb.exiguis,& indic.in eis ferend.verſ.Hoc autem. Gratian. diſcept forenſ.1.tom.cap.18.num.1.

Tertiò iure probatur, puritas,& macula ſanguinis 19 plerumque in fama, & communi reputatione, & exiſtimatione conſiſtunt, vt probatum non ſemel manet; at fama nec communis reputatio perire non poſſunt,

poſſint,quia neque vulgus, in quo ſiſtunt, *l. proponebatur 76. de iudiciis*. Igitur nihil eſt, quo teſtes circa puritatem & nobilitatdm examinari poſſint, ad rei perpetuam memoriam, nec examinati fidem efficiant, procedit hęc ratio, ex Salic. *in d auth. ſed etſi quis num. 9. C. de teſtib.* & ex Farinac. *in d. queſt. 76. num 7.*

20 Confirmatur, nam teſtes ad rei perpetuam memoriam non niſi ex cauſa, & neceſſitate inſtanti produci, nec examinari valent, nec in hoc adeſt diſcrimen inter reum & actorem: pro reo enim ſaltim minatur mors, quæ tam iuueni, quàm ſeni præſtò eſt, *text. in l. ſenatus, 35. §. mortis cauſa 4. de donat. cauſa mort.* Ioan. Garc. *d gloſſ. 48. num. 4.* iuncta agendi impotentia, legitima eſt cauſa prædictos recipiendi teſtes, in actore eadem interuenit ratio,
21 de qua ſuprà §. 1. num. 3. † at cùm res in fama & communi reputatione conſiſtit, prædicta abeſt cauſa, quia fama, nec reputatio communis, ſicut nec vulgus, in quo conſiſtit, perire non poteſt. Igitur deficit iuſta cauſa recipiendi prædictos teſtes, & ſic etiam, vt recepti fidem efficiant.

22 Fateor quidem quoad præcedentem rationem, quòd ſi aliæ relatæ, & referendæ deficerent rationes, cauſæ interuenire poſſent, ex quibus rectè circa puritatem teſtes ad perpetuam examinari poſſent, velut ſi cauſa falſæ maculæ, & eius reputationis lateret communiter, quæ ſenibus quibuſdam eſſet nota, ſeu timor eſſe poſſet, quod communis puritatis reputatio valeat mutari ob inimicorum fallacias, & verſutias, aut obliuioni tradi ob temporis tranſcurſum, aut propter æquiuocationem aliquam quæ frequens eſſe ſolet in ſimilibus qualitatibus, quæ iuſtam præſtant cauſam examinandi teſtes ad perpetuam, ex eodem Sacilic. *d. num. 9.* & Farinac. *num. 9.* in citatis locis. Ioan. Baptiſt. Vincemela *conſ. 1. num. 23. iuncto*
23 *num. 141 inter conſ. feudal. diuerſor.* † Atque hac eadem ratione licèt nobilitas in communi reputatione, & fama plerumque conſiſtat, vt ex pluribus probat Ioan. Gutierr. *pract. queſt. 14. num. 6. cum ſeqq.* & latiùs dixi ſuprà quæſt. 10. §. 2. tamen poſſunt circa eam recipi teſtes ad perpetuam rei memoriam, & plenè probant, vt patet ex diſpoſitione text. *in l. 8. & 19. & 32. tit. 11. lib. 5. recop.* & docent Otalora *de nobilit 5. part. cap. 1.* Matienzo *in d. cap. 50. num. 8.* Ioan Garcia *d. gloſſ. 48.* Narbona *in d. l. 33. gloſſ. 9. pag. 271.* inter quam, & puritatem nulla recta poteſt aſſignari ratio differentiæ, licèt in modo examinis, & in cauſa agendi deficiant plura in teſtibus examinatis apud iudices ordinarios circa puritatem, quæ eis fidem tollunt, & ad nihilum in puritatis ſtrictis iudiciis proſunt.

24 Simile & ad propoſitum optimum habemus exemplum in nobilitatis probatione incidenter facta ad carcerum relaxationem, & ſimilia, coram iudicibus ordinariis, quæ poſtea in principali nobilitatis iudicio, nihil probat nec quidem ad minimum prodeſt, nec allegari, nec præſentari valet, vt apertè conſtitutum eſt, *in l. 8. & in l. 33.* vbi *Quando ſe deduxere ſu hidal quia por incidencia para ſalir vno dela carcel o otros fines ſemeſantes declaramos, que laprobança, y autos, que ſobre ello hicierem, noſepuedam preſentar, ni allegar, ni tener por acto poſitiuo para la hidalgui a en lo principal*, vbi Alphonſ. Narbona *gloſſ. 12. tit. 11. de los alcaldes de hyos*
25 *dalgo, lib. 2. recop. pag. 273.* † Cuius ratio eſt, præter traditam a Narbona ibi *num. 2.* quòd dictæ probationes fiunt coram iudicibus incompetentibus reſpectu iudicij principalis, & in eis deficiunt plura ſubſtantialia, & plerumque interueniunt teſtes viles & ſuſpecti, & non tanta indagine, & debitis requiſitis examina fiunt, ſicut dum principaliter agitur de nobilitatis iure & maximæ fraudes fierent, quibus regius Fiſcus valde exhaurietur, & magnis grauaretur damnis, ſicut & tribunalia, & communitates fraudarentur facilè, ſi prædictæ admitterentur puritatis informationes, in quibus interuenit eadem omnino ratio, ſicut diximus in nobilitatis iudiciis.

Quartò ratione probatur, nam cuiuſque tribunalis ſtylus, & modus eſt eſt ſeruandus velut lex, ex adductis per Viuium *deciſ. 297. lib. 1. & deciſ. 401. num. 32. lib. 2.* Ant. Gamma *deciſ. 17. num 7.* Curt. Iun. *conſ. 65. num. 19.* Petr. Surd *deciſ. 135. num. 2. & lib. 2.* Guido Papa *deciſ. 198.* Valençuela *conſ. 94. n. 90.* Menuch. *lib. 2. præſumpt 8. à n. 14. cum ſeqq.* cum 26
adductis ſuprà quæſt. 4. §. 4. num. 107. † At ex 27
admiſſione prædictarum informationum, maximè, vt aliquid probent, euerteretur omnino ſtylus, & modus noſtrorum tribunalium, & ex cautelis impurorum ad ſuum commodum maximè ſagacium ſtatuta quotidie turbarentur, & paterentur tranſgreſſionem. Igitur nec admitti teſtes ad puritatis perpetuam memoriam, nec aliquid probare, licèt admittantur, debent.

Minor patet, ſtylus, modus, & natura horum iudiciorum eſt clàm in omnibus procedere, vt prætenſor non ſciat, nec ſcire valeat, qui ſunt teſtes producendi, nec poſtea quid pro teſtimonio tulerint, ne eos alloqui, præuenire, nec muneribus corrumpere, nec de eis conqueri valeat, vt probaui ſuprà quæſt. 5. & cùm ex partis petitione teſtes ad perpetuam examinentur præcedente ipſius præuentione, alloquutione, & præſentatione, & plerumque corruptione, ſi admitterentur in prædictis tribunalibus, eorum ſtylus & ordo diu ſeruata, & ſubſtantialis, & natura ſubuerteretur iudiciorum, & paſſim impuri caperent honores, & fraudibus excluderentur, qui clari ſunt ſanguinis, & tribunalia exuerentur bonis, & implerentur malis, cui damno nihil eſt ſimile, nec ferendum à probis iudicibus. 28

Quintò ab effectu probatur, quia ſimiles depo- 29
ſitiones, dum abeſt rigidum puritatis ſtatutum, non conuincunt puritatem in rigore in omnibus indiſtinctè aſcendentibus requiſitam, nam etſi intendens ſuam puritatem probare ex Iudæis, ſeu ex Mauris vere deſcendat: dummodò non ſit Neophytus, nec filius, nec nepos per viam maſculinam, aut filius per maternam hæreticorum damnatorum per ſanctum Officium, dum hoc appetit non maiori ex cauſa, niſi quòd ſit memoriam ſemper ſuæ (quam non habet) puritatis, ſine vt appareat ſe, ſuóſque puros eſſe, & velut tales reputatos communiter, vel vt ſacris initietur ordinibus, aut obtineat beneficium, ſeu munus ad quod aſſequendum non interuenit ſpeciale puritatis ſtatutum, ſed ſufficit iuris communis depoſitio, poteſt iure & tuta conſcientia à teſtibus Chriſtianus veteranus declarari, † quia hoc iusjurandum, & eius aſ- 30
ſertio intelliguntur ſecundùm ius commune, quod ſemper in prædictis ſpeciebus attendendum eſt, *l. quæro, 12. § inter locatorem, 3. Locati.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 14. numero 8.* Pelaez *de maiorat. 1. part quæſt. 60. ſub num. 7.* nempe vt ſit Chriſtianus veteranus, non prout in rigore ab his requiritur ſtatutis, ſed ſecundùm iuris communis diſpoſitionem ad munera, quæ ab ipſo iure communi

elargiuntur obtinenda, vt doctè probat P.Th. Sanc.
lib.2. in Decalog. cap.28. quæſt.2. num.16. vbi aſſerit,
31 † quòd non ſtante rigido ſtatuto non poteſt iu-
dex teſtes interrogare de puritate in rigore (cui
ego addo, nec ex petitione, nec requiſitione par-
tis, quæ ius mutare non poteſt, & omnino ſe
conformare debet cum eius diſpoſitione, nec plus
quoad hoc conceſſum habeat, quàm iudex, cuius
maior eſt auctoritas & poteſtas iaſſ.*in l. à Diuo Pio,*
§.ſi emptor, n.3.de re iud.) ſed intra limites iuris com-
munis, extra quos deficit iuſta interrogandi cauſa,
& iniuſtè rogat iudex, cui eo in ſenſu ſaltim teſtis
32 non tenetur reſpondere, † niſi in quantum verba
iure intelliguntur, vt conſtat ex traditis à Couarr.
lib.1. var. cap.2. num.2. Ioan. Gutierr. *lib.1. pract.*
quæſt. 60. *num.5.* & expreſſiùs ex Nauarro *in man.*
cap. 25. num. 47. Salcedo ad Bern. Diaz *in pract.*
crim. can. cap. 126. tit. iuramento de præmiſſis inter-
rogare, lit. A. verſ. Ideoque pari ratione, tenent à con-
trario ſenſu plures allegati à Vinc. Filliuc. *tract.40.*
in 8. precept. cap. 8. num. 228. & à Mart. Bonacin.
diſp.10. in eumdem. 8. precept. quæſt.3. punct.3. de teſte,
num.4. vol.2. omnes conſtituentes, quòd teſtes non
legitimè, & ſecundùm ius interrogati veritatem
aperire, immò nec reſpondere nullo modo te-
33 nentur. † Quare etſi in noſtra ſpecie deponant
teſtes, Chriſtianum eſſe veteranum, qui eos pro-
duxit, & non deſcendere à Iudæis, nec Mauris,
nec à relaxatis, nec reconciliaris per ſanctum Of-
ficium, intelliguntur loqui ſecundùm diſpoſitionem
iuris communis, prout etiam etiam fuit facta in-
terrogatio, ita vt habeat ille, de cuius ſanguine
quæritur, hanc qualitatem, in quantum ſufficit de
iure communi, non verò in quantum rigidè, & in-
determinatè requiritur ex noſtris ſtatutis, vnde
ſecundùm ea nihil probant: probant quidem at-
tento iure communi, ſi ritè & legitimè ſecun-
dùm prædicta fuerint examinati; nec ideò conuin-
cunt, nec probant attentis noſtris puritatis ſtatu-
tis, quæ maximè rigidam expoſcunt puritatem,
cùm etiamſi eo in ſenſu veritatem dicant, & pro-
34 bent, in hoc verò falſum aſſerere poſſunt, † quare
ſimilis probatio non per neceſſe concludit purita-
tem eo in gradu, quo per ſtatuta requiritur, *l.non hoc.*
4.C.vnde legit. & vnde cognati, cap. in præſentia, 8.
de probat. Pert. Surd. *conſ.513. num.13. & conſ.534.*
num.40.lib.4. Capra *conſ.10. num.12.* Menoch. *conſ.*
233. *num.7. & conſ.288.num.12.lib.3.* Alc.*reſp.203.*
num. 6. vnde conſtat, quòd licèt fides præſtetur
prædictis teſtibus circa id, quod ab eis exquiri
poteſt, & ipſi reſpondere tenentur, nihil omni-
no probabunt reſpectu ſtatutorum puritatis, de qui-
bus loquimur.

35 Quod dupliciter & notabiliter amplia. Primò,
quòd etiamſi teſtes interrogati à iudicibus ordi-
nariis circa puritatem ad perpetuam rei memo-
riam indefinitè, & generaliter de omnibus aſcen-
dentibus eo in ſenſu reſpondeant, & aſſerant
puritatem, ſiue negatiuè dicendo, quod neſciunt
deſcendentiam ab impuris in aliquo gradu, ſiue
poſitiuè aſſerendo ex omnibus maioribus purum
exiſtere, adhuc nihil in propoſita ſpecie, nec
36 quoad noſtra probabunt ſtatuta. † Ratio eſt, quia
teſtes ita interrogati, vt dixi, iniuſtè rogantur, &
habent iuſtam cauſam reſpondendi amphibologicè,
non in ſenſu interrogationis, ſeu reſtrictionis re-
tentæ in mente reſpondentium, qua attenta ve-
rum ſit, quod aſſerunt, & eſt communis omnium
Theologorum, vt patet ex adductis per Nauarr. *in*
cap. humanæ aures, 22. quæſt.5. in quæſt.1.num.9. & per
P.Th. Sancium *in decalog. lib.3. cap.6. num.23.* & per
Mart. Bonacin. 2 *tom. de iuram. diſp 4. quæſt.1. puncto 12.*
num.5. verſ. Secundò ſequitur. † Et cùm in prædicta 37
ſpecie iniuſtè interrogentur, potiùs præſumendum
eſt, reſponſionem fuiſſe eo in ſenſu, quo teſtes re-
ſpondere tenebantur, & debebant, quam alio in de-
bito, & ſtulto, & ſic ſecundùm reſtrictionem in
mente retentam, & non ſecundùm interrogationem
iudicis iniuſtè rogantis, ex qua ſimilem iniuſtam, &
ſtultam reſponſionem præſumere non debemus, ſed
potiùs legitimam & cordatam. † Et generaliter lo- 38
quendo verba intelligi debent in ſignificatu rei
aptiori, *l. quoties idem ſermo, 67. de reg. iur.* & ad ea,
quæ veriſimiliora ſunt, reſtringuntur, *l. creditor. 60.*
§. Lucius 4. mandati. Card. Tuſch. *lit. V. concl.98. &*
concl.142. num.4. Flores de Mena *var quæſt.24. num.*
33. lib. 2. Et ad magis habilia, *l. vt gradatim. 11.*
§. & ſi lege. 1. de muner. & honor. l.1. in princ. C. de ſa-
croſ. Eccleſ. Menoch. *de adipiſc. rem.4. num.755. &*
de retin. rem.1. num.38. Franc. Molina *de ritu nupt.*
lib. 3. quæſt.85. num.61. Caldas Pereira *de poteſt eli-*
gendi, cap.1. num.57. † Et cùm teſtes non debebant 39
reſpondere ſecundùm interrogationem iudicis, quia
iniuſta, ſed alio in ſenſu, vt diximus, ita reſpondiſ-
ſe eſt præſumendum, ſecundùm Lapum *allegat.39.*
num.7. verſ. Septimum, allegatum per Card. Tuſch.
d. lit. V. concl.142. num.5. & alios adductos per Aug.
Barboſa *Axioma.222. num 44. pag.138.* quia non eſt
præſumendum, quòd iuridicum non eſt, Bald. *in l.*
nulla, num.3. C. de iure dot. Mantic. *de tac. & amb.*
lib.12. tit.14. num.5. & tit.19 num.37. † Præterquam 40
quòd omni euentu dubium eſt, an teſtis ſecundùm
iniuſtam reſponderit interrogationem, an non, ſi
extra eam, & modò, quem diximus, nihil certè
probat, vt patet, & manet dictum; ſi verò ſecun-
dùm eam ſimiliter nihil probat, quia teſtis iniuſtè
interrogati, etſi directè reſpondeant, & nihil iure
probant, *ex text. in l fin.* vbi Bald. & DD. *C. de teſt.*
Ant. de Butr. *in cap.1. num.2. de teſt. cog.* Marſil *ſin-*
gul.101. incipit, *Teſtes examinari.* Corneo *conſ.277.*
n.3. lib.3. Aym. Crauetta *conſ.2. num.7.* Ruio *conſ 149.*
num.14. lib.5. atque ita quacumque facie rem inſpi-
cias manet æquiuoca dictorum teſtium fides, & du-
bium an in hoc, an in illo ſenſu reſponderint, quod
nihil eſt.

Secundò amplia ad vnum valde ſingulare, & mente 41
tenendum, quod ſi teſtis in informationibus ad ordi-
nes, ſeu ad beneficia obtinenda, ſeu ad alia munera,
quæ iure communi elargiuntur, ſeu in examine ad
perpetuam aſſerat quemdam purum, & ſine macula,
& deſcendere à Chriſtianis veteranis, & circa id eſſe
publicam vocem & famam; & poſtea interrogatus vi-
gore ſtatutorum puritatis in rigore contrarium de-
ponat, nempe illum eumdem eſſe deſcendentem à Iu-
dæis, ſeu Mauris extra gradus à iure communi ſigna-
tos, aut ſine expreſſione graduum impurum, & pro
tali dicat communiter habitum, nec periurus eſt, nec
falſus, nec contrarius, nec fide in vtroque caret, † quia 42
vtrumque teſtimonium poteſt veritate niti, & in ſua
ſpecie probare ex diuerſis reſpectibus & cauſis, quæ
veræ exiſtant, Andr. Tiraq. *de nobilit. cap.28. num.13.*
Farinac. *in praxi. 4. tom. conſ.30. num. 62.* relati per
Aug. Barboſ. *Axioma. 58. num. 3. in fin.* ex quibus
optimè conciliantur, non ſolùm ad vitandum fal-
ſum, ſed etiam ad probationem efficiendam, † quia 43
vtrumque ſimul compatitur, vt magiſtraliter do-
cuit Baldus *in l. vnic. notab.8. & oppoſit. 9. Cod. ſi*
ſeruus extero. Et multis probat Dec *in l. vbi pugnan-*
tia, num. 4. de reg. iur. Alc. *reg. 2. præſumpt. 3.* idem
Dec. *conſ. 517. num.4.* Boër. *quæſt.252. num.2.* Me-
nochius *lib. 5. præſumpt. 23. num.9. & 10.* Gra-
cian. *diſcept for. tom.5. cap.894. n.5. & cap.899. num.8.*

Mantic.

Mantica *de iac. & amb.tom.1. lib. 9. tit.3. ſub num. 4.*
Contrarietas enim vt noceat, & non poſſit concur-
rere debet eſſe, & conſiderari reſpectu vnius ſubie-
cti,& eiuſdem finis, *l. 1. C.de furt.* Paul.*in l.manumiſ-
ſiones,num.8.de iuſt.& iur.*Gracian.*5.diſcept.921.n.24.*
Surd.*conſ.230.num.3.lib.2.*Idem Gracian *diſcept.894.
num.5. & 6.* nec inter diuerſa poteſt eſſe contrarie-
tas,nec oppoſitio inter ſe, ex iuribus vulgatis addu-
ctis ab Eueraido in topicis loco,a ſeparatis,ſub *n.2.*
& per Valençuel.*conſ.5. num.26.& conſ.67. num.12.
& conſ.1. num.79.* & magis ſpecifice Mantic. *de con-
iect.5.tit.14 num.10.* Gracian.*d.cap.922. num 24.*licèt
ex alio capite, & mente teſtis poſſit falſitas, perio-
rium, & peccatum interuenire in propoſita ſpecie,
quod iudicum, & confeſſariorum curæ relinquitur
ex variis deducendum cauſis, & circunſtantiis, quæ
ita nullibi notata videbis.

44 Sextò principalis opinio probatur,ex ipſamet ex-
perientia,& ſolitis fieri in ſimilibus cauſis, nam ple-
rumque qui macula ſanguinis laborant his vtuntur
informationibus ad perpetuam,& cautè ſeniores te-
ſtes producunt qui meliùs in ſecretis informationi-
bus veritatem poſſunt propalare, & veriſimilius vo-
candi ſunt per commiſſarium, vt primò puritatem
firmantes,poſtea maculam aſſerere non audeant,quæ
eſt vulgaris, & vſitata impurorum cautela ad ſe ho-
norandos,& puros reddendos, qua tribunalia deci-
pere intendunt; & ita hoc pharmaco ſe mederi cu-
rant,& communitates coinquinare ſua infectione,&
ſuis prauis moribus, & inquietis animis commoue-
re,& perturbare, quæ damna non prouenirent ſi te-
ſtes ſcirent, quæ a nobis tradita ſunt in præcedenti
ratione ab effectu,qua ſe tueri poſſent,& in publicis
informationibus deſiderio infecti conſulere, & in
ſecretis veritatem apertè dicere, ſine periurij, nec
peccati timore.

45 Quod & aliis confirmatur;primò nam nonquam,
aut rarò vidimus, quòd nobiles, & puri ſimili
vtantur cautela, nec de informationibus ad per-
petuam vnquam curarunt, quia ſua fortè veri-
tate, & puritate freti eam omittunt, & verum
probare intendunt, maculati verò eas frequenter
procurant,& inde commodum reportare non debent
ex ratione text. *in l.2 § ſimili modo fin. Si quis caut. in
iudic.ſiſtendi, § item tria onera.9. inſt. de excuſat. tut.*
Thom. Actiacus *tract. de ludo Scachor. quæſt.7. prin-*
46 *cip.num.6.* † Immò ſimili vti cautela non ſcrupu-
lo, & fraudis caret ſuſpicione arg. quæ adducunt
Bald.*conſ.447.num.4. lib.1.* & Andr.Tiraq.*de retractu
conuenc. in præfat. num.17.& 18.* Card.Tuſch. *lit.A.
concl. 67. num. 43.* Aug. Barboſ. *Axioma.3. num.10.*
vbi plures,& magis in ſpecie, quòd tunc fraus præ-
ſumatur, probatur expreſſè *ex d.cap. quoniam frequen-
ter*, vbi *gloſ. verb. in fraudem*, ait hoc eſſe ex præ-
ſumptione iuris, & de iure,& aſſentiuntur ibi Abb.
*num.12.*Bald 7.Immol 4.Marian.12. *vt lite non conte-
ſtata.*Gaylio 1. *obſeruat.92. num.4. & 6.* Menoch. 1.
*de præſumpt. quæſt. 65. num. 5. de lib. 2. præſumpt.
54.num.3.* Farinac. *de teſtib. quæſt.76. ex num.167. &
ſeqq.*

47 Confirmatur ſecundò, nam quilibet etiam impu-
riſſimus,& abiectiſſimus & peſſimus facilè inuenire
poteſt teſtes, qui illum bonum,purum, & optimi di-
cant ſanguinis,& iureiurando aſſerant,vt optimè di-
xit Io.à Roxas *de heret.1.part.num.350.* & melius An-
char.*conſ.194.vol.2.*Aym.Crauetta *de antiquit.temp.1.
part.ſect.Viſo de fama, num.9.& 12.*& Petr.Ant.à Pe-
48 tra *de fideicom.quæſt.13.num.82.* † Et ideò ſimiles te-
ſtes etiam in iudiciis ordinariis parum, aut nihil ef-
ficiunt. Menoch.*conſ.101. num.56. verſ. Non obſtat,
vol.1.* Ludouic. Peguera *deciſ. crim.17. num.13. in
fin. verſ. Quamuis illud negandum non ſit*, & fa-
ciunt allegati per Ant. Gabr. *tit. de teſtib concl 4.
num.25. verſ.Contrarium colligitur.*Maſch.*de probation.
concl.235.num.2.*

Tertiò confirmatur, nam iudices ſimilibus præ- 49
tenſorum cautelis debent occorrere, & teſtibus
calumniosè productis in nihilo credere, vt fa-
cilè colligi poteſt, *ex l. Prætor, 75. de iudic. l.pro-
perandum. 13. § ſin autem vtraque 8. C. de iudic.
cap. calumniam. 4. de pœnis. l.8. tit.3. l.7. tit.22. part.
3.* & per teſtes ritè examinatos rem diiudicare, &
ex aliis præſumptionibus & circunſtantiis,quæ in ſi-
milibus negotiis occurrere ſolent.

Quæ opinio de iure probatur *in l. ſi quando.* 50
*19. C. de teſtib. & in cap. in nomine Domini. 2.
extra eod.* vbi communiter Doctores conſtituen-
tes, quòd nec indicium faciunt, inter quos Abb.
num.14. Felin. 3. Aretin. *in princip.* Ruin. *conſ.46.
num.2. lib.4.* Rota apud Farinac. *deciſ 38. num.1.
nouiter nouiſſimarum*, plures apud Card. Tuſch.
lit. T. concl.153. num.15. vbi de communi, *& num.
19 & 22.& 34.*

Ex quibus conſtituo pro veriſſimo, quòd præ- 51
dictæ informationes ad perpetuam nihil probant,
nec aliquam merentur fidem, nec quidem mi-
hi minimam efficiunt præſumptionem, ſuſpicio-
nem, nec adminiculum, vt nec eas perlegerem,
ſunt enim fruſtratoriæ, & nullius momenti, li-
cet fatear, quòd aliquando plurimùm profue-
runt ad eruendam contra producentes veritatem
ex peculiari qualitate, ſeu aſcendentia probata,
& collata cum libris, & ſcripturis ſancti Offi-
cij, palàm eorum ab impuris aperiebatur de-
ſcendentia, & verecunda macula, qui læſi valde ex
ſua manſerunt defenſione,quare iidemmet infecti,&
impuri cautè his vti debent informationibus ad per-
petuam, quia prodeſſe parum, multúmque nocere
poſſunt.

Licèt etiam fatear, quòd dari poſſunt caſus 52
cum circunſtantiis veriſimilibus, quæ animos
iudicum ſuadere valeant ad confirmandum ali-
quam qualitatem ex conducentibus ad purita-
tatem per has ad perpetuam informationes, ve-
luti ſi alicuius nobilis viri pura & bona deſcen-
dentia ex hominum obliuione, aut malitia pe-
riclitari videatur per confuſionem, ſeu errorem,
aut falſam credentiam ſimilitudinis cum alia non
ita pura, & nobili, & vt perpetuò obliuioni
non tradatur, curat, quòd examinentur ali-
qui fidedigni ſenes, ex quorum dictis & ratio-
nibus perpetuæ veritas tradatur memoriæ, cum
quibus ſi concurrant aliæ rationes veriſimiles,
quæ ſuadere valeant iudicibus ad ſic credendum,
& quòd prædictæ informationes non fraudulen-
ter factæ fuerunt, ſed ex iuſta, vera, & neceſ-
ſaria cauſa, nam tunc poterunt iudices animos
ſuos his applicare informationibus, & veriſimi-
libus circunſtantiis, & rem ſecundùm eas deci-
dere. Ex pluribus quæ in ſimili adducam infrà 2.
parte quæſt.6. §. 4. ex num.4. cum ſeqq. vbi agam
de confirmanda confeſſione inſufficienti ex ve-
riſimilibus cauſis concurrentibus, quod etiam
locum eadem ex ratione obtinet in cæteris pro-
bationum ſpeciebus. Extra verò hanc ſpeciem nihil
mihi efficerent,nec probarent.

Quam opinionem probare videntur Doctores
adducti ſuprà *in §. x.* pro requiſitis quæ concur-
rere debent in his informationis, vt aliquid pro-
bent, quæ omnia aut ſaltim principaliora in
eis deficiunt, & pro ea adduci ſpecialiter poſ-
ſunt præter relatos ſuprà *numero 50.* Aretinus

*conſ.*173 *col.*5. Hier.Gabr.*conſ.*178. *num.*33 *lib.*1.Th. Gramm.*voto.*30.*n* 7. *&* 8. & alij adducti à Menoch. *de arbitr. lib.*1. *quæſt.*33. *num.*7.*&* 8. cum aliis ſuprà *num.*50.relatis.

53 Nec his obſtabit citationem, nec publicationem in puritatis iudiciis non eſſe neceſſariam, circa quod non poteſt eſſe peior prætenſoris conditio, cuius probationes admitti debent cum eodem defectu, quia hoc procederet ſi prætenſor teneretur probare ſuas qualitates, & teſtes ad hoc producere poſſet, & pars aduerſa illius maculam, nam tunc æqualitas inter vtrumque ſeruari debebat, ſed cùm communitas vtriuſque nomine informationes capiat, & inſtruat, non poteſt prætenſor eius partes ſumere, nec offerre probationes coram aliis iudicibus, & ſi de facto efficiat, nihil & proderunt ex omiſſa forma, & licèt citari non debeat ad videndum iurare teſtes recipiendos per commiſſarium communitatis, nec earum fiat publicatio, nec interueniant aliæ ſolemnitates fauore communitatis, & cauſa facilioris veritatis probationis contra ipſum prætenſorem, ratio eſſe non poteſt, vt ex ſua parte inſcia communitate ſumantur informationes, quæ ſtatutis, & ordinationibus contrarientur, & ſolitum tollant, & euertant ordinem, & ius tribunalia minuatur, & veritas offuſcetur, quia illius iuſſu examinari debent teſtes per commiſſarium ad hoc electum, & publicari in capitulo communitatis, ſeu in tribunali, quod vicem ſuſtinet citationis & publicationis, quibus caret prætenſor ex natura horum iudiciorum, nec ab eis priuari poterit communitas, nec tribunal per factum 54 ipſius prætenſoris, † nec factæ coram aliis iudicibus incompetentibus reſpectu harum cauſarum probare aliquid debent, *ex text. & per totum tit. in l.*1. cum notatis ibi per DD. *C. ſi à non compet.iud.* Bald. *in Auth. Clericus, num.*11. *verſ.Deinde quæritur.C. de Epiſc & Cler.*Albertin. *de agnoſc.hæret. quæſt.*25.*num.*43.*verſ.Et quamuis.* Bartolus, Auftet.*in tract.de poteſtate iud.ſecul.ſuper Ecclesſ.reg.*4. *num.*31. Carol. Ruin. *conſil.*124.*in prin.lib.*5. Guido Papa *deciſ.*202. *num.*6. *& deciſ.*419.*num.*1.

55 Nec obſtat altera prima difficultas, & ratio dubitandi cum duabus eius confirmationibus, de quibus ſuprà ex num.1.& duobus ſeqq. nam defectus copiæ agendi in his tribunalibus, nec timor inopiæ probationum, nec mortis teſtium, nec aliæ rationes, de quibus in dictis locis, poſſunt his informationibus valorem præſtare, quia & ſi omnia hæc euenire poſſint ex dilatione informatorij conficiendi; tamen cùm deficiat principale ius ad officium, ſeu honorem petendum, ex quo oriri poſſet cauſa iuſta conficiendæ informationis ad perpetuam, deficere etiam debet eius fides. Quod vt clariùs percipiatur diſtinguendum eſt inter informationes factas ante elargitam gratiam officij, ſeu honoris, vt plerumque accidit, & inter factas poſt eam obten- 56 tam; † In prima ſpecie nullum eſt ius ad honorem, ſeu officium reſpectu cuius, & eius amiſſionis fieri valeant prædictæ informationes, nec eſt, quid amittatur, cùm nec ſit quid ſaltim ſpe quæſitum, quo iure principali deficienti, deficere etiam debet, quod in eius conſequentiam venit. Nec intereſt, quòd ſit ius ſanguinis; cuius conſeruatio principaliter 57 intenditur, quia dupliciter reſpondeo. † Primò, quòd ius hoc reſpectu tribunalium, & communitatum etiam poſt gratiam factam, & ius aliquod adquiſitum, non conſideratur velut principale, ſed velut medium, & circumſtantia, qua mediante aſſequi, ſeu amitti principale poteſt, ideò enim puritas inquiritur, vt ſi adſit, honor, de quo principaliter agitur, aſſequi valeat; aut macula quæritur, vt exiſtens obiectum conſtituat, quo amittatur honor, † & cùm ius ſanguinis ſumatur velut 58 medium, ſeu acceſſorium deficienti iure principali in conſiderationem non venit, *arg. l.tunc inutile,* 12. *de pecul.leg. l. cum principalis.* 178. *de reg.iur.* Bart.*in l.Græce, §.illud, num.*4. *de fideiuſſ.* Iaſſ. *in l.ex toto*, 8. *num.* 6. *de leg.*1. *& in l.quod in rerum, §.ſi quis.poſt num.* 2. *eod. tit.* Menoch. *de retin. rem.*1. *num.*119. *& lib.*4. *præſumpt.* 86. *num.* 16. *& conſil.*26. *num.*35. *lib.*1. Card.Tuſch. *lit.A. concl.*77. *num.*16. *tom.*1. Aug. Barboſa *Axioma.* 4. *num.* 12. *&* 13. Se- 59 cundò reſpondeo, quod etſi ius ſanguinis velut principale conſiderari poſſet, cùm deficiat aduerſarius, qui opponi ſe valeat, aut à quo timor litis prouenire ſperetur, deficit omnino ius, quo teſtes producantur ad perpetuam ex his quæ dixi ſuprà §.2.ex num.17. & per conſequens, quo efficere fidem valeant.

Si verò teſtes ad perpetuam producantur poſt fa- 60 ctam honoris, ſeu officij gratiã, vt in ſecundo diſtinctionis mẽbro, ſimiliter ceſſat omne ius eos producendi, cùm poſſit ſtatim tribunal, ſeu communitas incipere informatoriũ, & ſi illud omittat poterit prætenſor petere, quòd fiat, & cauſa poſt gratiam factam cõſideratur in ſtatu litis conteſtationis, & eſt iudiciũ quaſi inceptum, & prætenſor, cùm eam acceptauit, ſaltim tacitè faſſus fuit, requiſitas habere qualitates, & deficere contrarias, quod eſt litem conteſtare, & habet certum aduerſarium, certoſque iudices, quos adire debebat, & aduerſarium citare, ex quibus deficit omne ius producendi teſtes coram aliis iudicibus, & vt producti aliquam efficiant fidem ex iuribus ſuprà adductis, & in ſpecie docuerunt Abb. *num.*4. *verſ.Imputetur ergo illi.*Io.Andr.*verb.interſint, num.*10. Zabarella *col.*2. *verſ.Si autem venerit aduerſarius.* Bellam. *num.*1. *in fin. in d. cap. ſignificauit, de teſtib.*Bald. *in l.fin. C.de vſur.* additio ad Bart. *in d.l. in lege Aquilia, col.*4.*lit. C ad l. Aquil.* Papienſ. *in pract. forma.* Quando producantur teſtes ad æternam rei memoriam, & ſimul deficiunt cæteræ omnes qualitates & requiſita, quæ interuenire debebant, & ſicut vno deficienti deficeret ſimul teſtium fides, maiori ex ratione ea carere debent deficientibus omnibus ſubſtantialibus, vt patet, ex quibus noſtra quæſtio completè enodata, atque explicata manet.

QVÆSTIO XV.

Quomodo puritas, deſcendentia, & parentela per inſtrumenta, & eorum verba enunciatiua probentur.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenta cum teſtibus magnam habent affinitatem, & ſimilitudinem.*

2 *Teſtes quodam ſenſu ſub appellatione inſtrumenti comprehenduntur, aliquando verò potiores habentur,*num.5. *Aliquando potiora ſunt inſtrumenta,*num.4.& 6.

3 *Inſtrumentum ſumitur pro omni eo quo lis inſtruitur, & tunc comprehendit teſtes.*

4 *Probatio per inſtrumenta aliquibus ſpeciebus teſtibus præfertur,* & num.6. *In aliis verò probatio per teſtes præfertur inſtrumentis,*num.5.

7 *Scriptu*

7 *Scriptura conſtans, perpetua, & immutabilis eſt.*
Lingua hominum varia, & mutabilis, ibid.
8 *Præſumptio eſt in factis antiquis fuiſſe potiorem memoriam apud illos, qui inſtrumenta confecerunt.*
9 *Inſtrumentum & ſcriptura ſemper loquuntur.*
10 *Fides potior in antiquis habetur inſtrumentis quàm teſtibus, maximè in exquirendis ſanguinis qualitatibus*, num. 11.
11 *Schedula regia in antiquis pleniſsimè probat.*

1 POSTQVAM latè egimus de teſtibus, & eo-
rum ſingulis ſpeciebus, & de fide circa pro-
bationem qualitatum ſanguinis, cõſonum erit agere
de inſtrumentis, quæ cum teſtibus magnam habent
affinitatem, & vtrorumque probatio valde iure aſſi-
milatur, & quaſi in omnibus pacificatur, vt pla-
nè conſtat *ex text. in l. in exercendis*, 15. *C. de fide
inſtrum. l. teſtium.* 18. *C. de teſt. cap. cum Ioannes*,
10. *de fide inſtrum.* Gracian. *diſcept. tom.* 5. *cap.* 887.
2 *num.* 39. † in tantùm vt quoſdam ſenſu ſub inſtru-
mentorum nomine, etiam teſtes contineantur, vt
apertè decidit *text. in l.* 1. *de fide inſtrum.* ſiquidem in-
ſtrumenta dicuntur ab inſtruendo, *l notionem.* 99. *§. in-
ſtrumentum, de verb ſign. l. inſtrumento.* 8. *l. quæſitum eſt*,
12. *& quaſi per totum tit.* vbi notant omnes, *de inſtru-
cto & inſtrum. leg.* & in iudiciorum tractatu ſumũtur
pro omni eo, qualis inſtruitur, & fides oriri valet, *l.* 1.
de fide inſtrum. vbì paſſim omnes, quo ſenſu & teſtes
contineri nulli dubium eſt, vt *in cap. peruenit.* 4. *§. nos
igitur, de teſt cog.* Speculat *in tit. de inſtrum. edit. §. inſtru-
mentum* Iaſſ. *in l. admonendi, num.* 322 *& ſeq. de iure-
iur.* Bertazol. *de clauſul. inſtrum. in rub. num.* 2. Card.
Tuſch. *concl.* 235 *num.* 9 *lit. I. tom.* 4. *& concl.* 771 *num.* 2.
lit. P. tom 6. & alij penes Aug. Barboſ. *appellat.* 119.
num. 4. vbi benè ex aliis hoc explicat, & DD. com-
muniter in dictis locis & rubricis.
3 Sed alio in ſenſu, & quidem propriè inſtrumen-
tum ſumitur pro ſcriptura, quæ fidem facit, & cau-
ſam inſtruit, vt notant omnes *in Rub. ff. & C. & Decre-
talium, de fide inſtrum.* & Bart. *in l. Labeo, de ſupellect.
leg.* Lamfranc. *in cap. quoniam, verb. inſtrumentum, de*
4 *probat.* † Quo in ſenſu parem vim teſtes, & inſtru-
menta continere dicuntur in præcitatis locis, niſi
in aliquibus ſpeciebus, quæ tantùm admittunt pro-
bationem per inſtrumenta, quas refert gloſ. *verb.
ſcriptis, in cap.* 1. *extra de cenſib.* ex qua omnes com-
muniter ibi, & alij aliis in locis referunt, in quibus
potior eſt inſtrumentorum, quàm teſtium proba-
5 tio, † & in aliis in quibus tantùm teſtes interueni-
re ſolent, nec confici inſtrumenta fuit conſuetum,
vt in quibuſdam hominum exterioribus factis, quæ
ab eorum vnica, & priuata tantùm prouenire ſo-
lent voluntate, ſiue delictum perficiant, ſiue alium
quemlibet extra crimen actum, in quibus potior eſt
teſtium, quàm inſtrumentorum probatio, ex traditis
per Abb. *in d. c. cum Ioannes, de fide inſtrum.* quæ eſt me-
lior, & magis comprehenſiua diſtinctio, quàm tradita
per Maſch. *de probat. tom.* 1. *in princ. quæſt.* 6. *à num.* 20.
6 *cum ſeqq.* † Aut agitur de probando aliquo homi-
num facto, circa quod confici potuit in ſui initio in-
ſtrumentum, & ſcriptura, & tunc præualet inſtru-
menti probatio, vt *in l. cenſus* 10. *l. ſi arbiter.* 28. *de
probat.* Gracian. *tom.* 3. *diſcept. cap.* 526. *num.* 46. 47. *&*
7 48 † Tum quia ſcriptura conſtans, perpetua, & abſ-
que mutatione eſt. Greg. *in proœm per text.* ibi, *tit.* 18.
part. 3. & teſtium lingua varia, inconſtans, & labilis
eſſe dicitur, vt dixit Imp. Iuſtinianus *in l. hac conſul-
tiſſima.* 8. *verſ. At cum humana. C. qui teſtam. fac. poſſ.*
Maſch. *d. quæſt.* 6. *ſub num.* 23 *in fin.* Gracian. *d. num.* 47.
† tum etiam quia præſumitur in facto antiquo ple- 8
nior rei notitia fuiſſe apud eos, qui tunc inſtrumen-
ta confecerunt, quàm in teſtibus, qui nunc de eadem
re teſtantur, cùm magis rei, de qua quæritur, acceſſe-
rint, *arg. text. in l. ſi ita teſtamento.* 15. *§. mulier, in fin. de
inſtrum. leg. l. octaui*, 9. *in fin. Vnde cognati, l.* 1 *§.* 1. *de flu-
min.* † Quare dictum, quòd inſtrumentum omne, 9
quod continet, conſtanter dictat, & ſemper de eo
loquitur, *l. Ariani*, 5. *C. de hæret.* Maſch. *d. quæſt.* 6. *num.*
28. *in fin.* latè Card. Tuſch. *lit. S. concl.* 82. *per totam*,
tom. 7. † & receptum quòd in antiquis potius verbis 10
inſtrumentorum præſtetur fides, quàm teſtibus, *ex
gloſ. magiſtra in cap. tertio loco, de probat.* Ant. Peregr.
de fideicom art. 44. *ſub num* 19. Bald. *conſ.* 420. *num.* 4.
vol. 1. Rol. à Valle *conſ.* 2. *num.* 59. *lib.* 1. Burſat. *conſ.*
235 *num.* 47 Marcellino de Mauro *alleg.* 2. *num.* 7. Se-
raphin. *deciſ.* 339 *num* 7. *& deciſ.* 553. *num.* 2. & quoad
puritatem, & nobilitatem probanit Perezius de
Lara *de anniuerſ. & capellan.* 2. *part. cap.* 4. *num.* 57. *&*
58. & Otalora *de nobilit.* 1. *part.* 3. *part. princip. cap.* 7.
num. 17. *in fin.* Ioan. Garc. *eod. tract gloſ.* 4. *num.* 33. Io.
Gutierr. *lib.* 3. *pract quæſt.* 13. *num.* 13. Tib. Dec. *conſ.* 21.
lib. 1. *& conſ.* 7. *num.* 31. *& conſ.* 66. *num.* 5 *lib.* 3. Franc.
Otoman. *conſ.* 35. *num.* 3. † Et quòd ſchedulis regiis, 11
& ſcripturis antiquis certior, & verior fides adhi-
beatur in probandis ſanguinis qualitatibus maluit
Valençuela *conſ.* 90. *num.* 136. *& ſeq* de quorum veri-
tate & intelligentia hac in quæſtione agere decre-
ui, quam, vt clariùs eius procedat explicatio, in tres
diuidam partes.

1 De generali inſtrumentorum probatione, quam iure efficiunt in omnibus cauſis.
2 An puritas, ſeu macula directè per inſtrumenta probari poſſint?
3 Quid dicendum circa indirectam probationem, & quæ ad eam concurrere valeant, & debeant.

---

§. I.

De inſtrumentis, & eorum fide, & de eis, quæ interuenire debent, vt probent.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum, vt plenè probet, publicum eſſe debet.*
2 *Omnis ſcriptura,*
Priuilegium,
3 *Omne quo cauſa inſtruitur,*
4 *Acta iudicialia,*
5 *Teſtamentum,*
Codicillum,
6 *Lauda,*
Sententiæ,
7 *Omnis charta continens geſta inter partes,*
8 *Confeſſio,*
9 *Scriptura priuata,*
} *Inſtrumenti nomine continentur.*

Scriptura priuata probat & inſtruit iudicium, & comprehenditur ſub nomine inſtrumenti impropriè, & non ſecundùm communem vſum loquendi, ibid. *Et ſic non comprehenditur ſub ſtatuto mentionanti inſtrumentum*, num. 10.

11 *Statutum propriè intelligendum eſt.*

12 *Inſtrumentum non tantùm probat, quæ expreſsè continet, ſed etiam quæ tacitè, directè, ex natura diſpoſitionis & contractus, & ex ſuadente neceſsitate colliguntur. Et in omnibus his quæ executioni mãdatur*, n. 13. *Et quæ enunciatiuè profert principaliter propter ſe, ſecus ſi propter aliud, & inter eoſdem enunciantes, ſecus quoad alios*, num. 14. *Falſum redditur propter enunciationem falſam ad actum neceſſariam, non verò ſi non ita neceſſaria*, num. 15. *Appellatur probatio probata*, num. 16. *Ad probandum nulla indiget fori diſceptatione*, num. 17. *Niſi eius fides ſuſpendatur per oppoſitas obiectiones, vel tollatur per potentiores probationes*, num. 18. *Vt probet, debet quid certum, & indubitabile continere*, num. 19. *Loquens conditionaliter non probat ni exiſtente conditione*, num. 20. *Nec ſi relatiuè, niſi verificetur relatio*, num. 21. *Vel conſtet ex ipſa ſcriptura*, num. 22. *Referendo certam quantitatem probat, & nocet quamuis eius cauſam ad aliud referat*, num. 23. *ſecus ſi vtrumque incertum, & offuſcatum maneat*, num. 24. *Quod virtualiter, & in conſequentiam continet expreſſum dicitur*, num. 25. *Vt probet veriſimile continere debet*, num. 26. *Præcipuè ſi non veriſimile adſit in principaliori eius parte*, num 28. *Eius fides non minuitur per cancellationem, niſi intercidat ſubſtantialem partem*, num. 29. *Approbatum in totum cenſetur, à producenti*, num. 30. *Explicatur* num. ſeqq.

14 *Enunciatiua inſtrumenti probat inter enunciantes, præcipuè ſi fuerit neceſſaria ad actum, ſecus ſi propter aliud, nam tunc ſi falſa fuerit exiſtat non reddit inſtrumentum falſum, ſecus autem ſi fuerit neceſſaria ad actum*, num. 15.

21 *Relatio nihil prodeſt niſi de relato conſtet.*

25 *Expreſſum dicitur, quod virtualiter, & in conſequentiam continetur.*

27 *Falſitas præſumpta non extenditur ad partes inſtrumenti veriſimiles, niſi præſumptio falſitatis ſiſtat in principaliori parte inſtrumenti, quia tunc totum reddit falſum*, num. 28.

29 *Cancellatio inſtrumenti in ſubſtantiali parte illud inefficax reddit, ſecus ſi in non ſubſtantiali.*

Producens inſtrumentum totum approbare cenſetur, & ea quæ contra eum faciunt, etiamſi loquatur narratiuè, & enunciatiuè, & in acceſſoriis, num. 31. *Etiamſi fuerit proteſtatus, ſe eo vti velle in vtilibus, & non quæ poſſunt nocere*, num. 32. *Idem eſt in teſtibus*, ibid.

ANTEQVAM ad ſpecialem puritatis & nobilitatis probationem per ſcripturas, & inſtrumenta deueniam, aliqua circa eorum fidem in genere proponere breuiſſimè decreui, vt quæ poſtea in noſtra ſpecie ſunt dicenda, pleniùs intelligantur ex præhabitis fundamentis, & rationibus.

Primò inſtrumentum, vt per ſe plenè probet abſ- 1
que aliis indumentis eſſe debet publicum in publicam redactum formam, & ſigillo ſubſignatum per publicum notarium, ſeu tabellionem, de quo *in l. 1.* vbi notant omnes, *C. de iureiur. propter calum. l. Imperatores, 29. de probat. l. ſcripturas. 11. C. Qui potior. & in Auth. de inſtrum. caut. & fide, l. 54. tit 16. p. 3.* vbi Greg. Innoc. & DD. *in c. in princ. de fide inſtrum. per c. cum dilectus, 9. illo tit.* Lamfranc. *in c. quoniam, in verb. inſtrumentum, n. 2. de probat.* Ferrara *in forma produc. inſtrum. verbo, Exhibens, n. 5.* Couar. *in pract. c. 20. num. 5. & 6.* Maſch. *de probat, in d. quæſt. 6. à num. 73.* Parlad. *lib. 2. rer. quotid. cap. 20. per totum.*

Secundò, nomine inſtrumenti comprehendimus 2
omnem ſcripturam factam de quocumque hominum actu, ſiue pendeat ab vnius tantùm voluntate vt gratia, quæ priuilegium dicitur, & vltima voluntas, teſtamentum, & codicillus, ſiue à plurium placitis, & conſenſu, vt ſunt ferè omnes contractus, ita explicuit Speculat. *d. tit. de inſtrum. edit. §. 1.* Abb. *in rub. & in c. 2. de fide inſtrum.* ſequuti à cæteris omnibus, & refert Matth. VVeſembek. *in rubrica, ff. eod. n. 2.* vbi & DD.
communiter. † Atque ita hoc generali ſignificatu 3
comprehenditur id omne, quod proficere poteſt ad inſtruendum cauſam, vt ſuprà dixi de teſtibus, & te-
ſtimoniis, † & de actibus iudicialibus dixerunt Paul. 4
Caſtr. *conſ. 430. in quadã, n. 3. lib. 1.* Ang. *conſ. 49.* Card. Tuſch *in pract. concl. 235. n. 3. cum ſeqq. lit. I.* Aug. Bar-
boſa *d. appellat. 119. n. 5.* † Itidem teſtamentum, & co- 5
maiorat.* 2. *part. quæſt* 4. *illat.* 2. *n.* 37. † & probatio ſuper- 22
ueniens præcedentem tollit præſumptionem, ſecun-
dùm Menoch *lib.* 1. *præſumpt. q.* 31. *n.* 7. Valençuela *cõſ.*
71. *n.* 21. pro qua opinione adducitur *text. in l. ſi iidem
codicilli.* Bald. *in l. ex legato. C. de legat. & conſ.* 194. *col.
fin. verſ. Facit etiam, lib.* 2. Alex. *conſ.* 96. *conſideratio, n.* 6.
lib. 5. Decio *conſ.* 15. *n.* 54. *lib.* 1. eum adductis à Card.
Tuſch. *in ſuis practicis verb. Diuerſitas, concl.* 517. &
verb. nominatio, concl. 58. & *verb. identitas, concl.* 3. *num.*
11. quia præſumptio ſemper cedit veritati, *l. fin. in prin.
quod met. ca. l. cum de indebito*, 15. *de probat. l. nuptura
filiofam.* 57. *de iure dot. l. in rebus.* 30. *C. eod.* Card. Tuſch.
lit. P. concl. 612. *per totam, tom.* 6. & Aug. Barboſ. *Axiom.*
186. *num.* 1. vbi plures *pag.* 114. optimè Peregr. *de fi-
deicom. art.* 44. *num.* 45. & 46.

Qua in ſpecie magnam conſidero differentiam 23
inter probandum hominis identitatem, & inter pro-
bationem identitatis rei, vt puta fundi per nomen
taotùm, quia fundorum & rerum nomina non ſolent
ita in eodem loco multiplicari, ſicut hominum, & ra-
rò inuenies duos fundos eiuſdem nominis ſine ali-
qua qualitate diuerſificanti, ex qua ratione commu-
niter receptum eſt, † quòd fundi identitas probatur 24
plenè per eius nomen, ſecundùm Bart. *in d. l. demon-
ſtratio falſa, in princ. num.* 4. *de condit. & dem.* Menoch.
d. præſumpt. 15. *n.* 32. & *ſeq. & præſumpt.* 30. *n.* 0. Fulu.
Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 31. Farin. *in d.* 2. *part.
fragm. verb. identitas, n.* 58. Pelaez *de maiorat.* 4. *part.
quæſt.* 20. *num.* 5. maximè cùm non apparet alius fun-
dus eiuſdem nominis, quàm enunciatus ex adductis
per Card. Toſch. *d. verb. identitas, concl.* 3. *num.* 14. &
num. 23. & *concl.* 4. *num.* 10. & Farin. citato loco *n.* 59.
† Et quòd non præſumatur pluralitas fundi in con- 42
tractu adducti, ſingulariter probauit Franc. Aret. *in
cap. ſeries, de reſcript. & conſ.* 37. *col.* 1. & *conſ.* 103. *n.* 3.
& Mazarius *tract. de fideicom. q.* 55. ſecundùm Pelaez
in d. 4. *part. de maiorat. quæſt.* 20. *num.* 6. Peregr. *d. art.* 44.
num. 48. & *ſeqq.*

Sed in hominis identitate probanda non aliter 26
nomen ſufficiet, niſi ſimul cognomen illius, aut aliæ
appareant demonſtrationes, ſecundùm *text. in l. de-
monſtratio falſa*, 17. *de cond. & dem.* & communem DD.
ſententiam ex adductis à Crauetta *conſ.* 198. *poſt n.* 2.
verſ. Et alibi ſcribit Baldus, & conſ. 169. *n.* 4. Matth. Ma-
theſil. *in l.* 1. *n.* 3. *C. ſi vnus ex plurib.* cuius opera im-
preſſa habentur, *in tom.* 1. *ſingularium DD. diuerſorum*,
& pluries approbauit Rota apud Seraphin. Oliuar.
deciſ. 17. *n.* 1. & *deciſ.* 489. *num.* 2. & *deciſ.* 1475. *num.* 4.
& *deciſ.* 1093. & 1499. *num.* 1. Maſch. *de probat. con-
cluſ.* 875. *num.* 1. & abſque dubio cum hac opinione
concludit Fulu. Pacian. *eod. tract. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 43.
verſ. Concludẽdum eſt, vbi de hoc actum iterum relin-
quere, ait, *in lib.* 1. *cap.* 48. *in fin.* Card. Tuſch. *d. verb.
identitas, concl.* 3. *n.* 28. Farin. *eod. verbo n.* 16. vbi præter
alios adducit Petr. Mazatium *de fideicomm. q* 55. *in fin.*
& ex Decio *conſ.* 13. *n.* 9. & Aym. Crauetta *conſ.* 112.
n. 3. tenet Pelaez, *d.* 2. *part. de maiorat. quæſt.* 7. *n.* 81. Pe-
reg. *num.* 40. & 46. citato loco, Gracian. *diſcept. forenſ.*
3. *num* 56. & 57. vbi ait, quòd dicens, alium fuiſſe
eiuſdem nominis & cognominis, debet id pro-
bare, ex Bartol. Iaſſ. Natta, & Rimin. Iun. quos
allegat.

Ratio eſt, quia oomen & cognomen homines 27
aſſumunt,

aſſumuntur,vt à cæteris diſtinguantur, & per ea iotet
omnes ſecernantur, & demonſtrentur, vt dixi ſu-
prà h.q. §.2. num.11. & 12. & probatur Exodi *cap.*
33.11. ibi.*Noui te ex nomine, & inueniſti gratiam co-
ram me.* & Tobiæ *cap.*5.18. *& in l recognoſcendos.*10.
C.de ingen.manum. l.vn. C. de mutat.nom. l.Diuus, 25.
*de bon.damnat.*vbi *gloſſ verb.ipſo nomine,§.ſi quis in no-
mine,*19. vbi Ant. Pichard. plura cumulat, *inſt. de
leg.* Abb. & DD. *in cap.*1. *de iudic.* Bart. *in tract. de
inſign.& armis, num.*4. Celſ. *in addit. ad Bald. in* 1.
conſtitut. Cod. num. 26. Pelaez *de maiorat.* 2. *part.*
28 16. *num.* 105. Valençuel. *conſ.* 90. *num.*155. † &
quæſt. 7. *num.*81. Ioan. Gutiérr. *lib.* 3. *pract. quæſt,*
ideò receptum, quòd ex nomine perſona oſtendi-
tur, & probatur, *ex l.* 2. vbi DD. *de lib. & poſth.*
§.1. *inſt. de exhæred. liber.* Nicol. Euerard. *in locis le-
gal. loco, ob etymologia, num.*7. *in fin.* Simon de Præ-
tis *de interpretat. vlt. volunt. lib.* 3. *dubit.*4. *ſolut.*1.
*num.*6. tam ex proprio, quàm ex appellatiuo ei ſoli
conuenienti, *ex l. Titius.* 25. *in princip. de liber. &
poſth.* Gratus *conſ.*5. *num.*6. relatus à Perez. de Lara
*in compend. cap.*14.*num.*55. *in medio,* & non præſu-
mitur, quod in eodem agnatione, & familia plures
ſint eiuſdem nominis, vt ex Abb.*conſ.*6. *num.*12.
probat Maſch. *d.concl.*1179.*num* 25. & contrarium
aſſerens, debet probare, ſecundùm Iaſſ. *in l. cum
qui,§.in popularibus,num.*1.*de iureiur.*Pelaez *d.quæſt.*7.
*num.*88.

29 Quod primò ampliatur, vt etiam procedat,
dum quis geminom fert nomen, aliàs ſic, aliàs
aliter ſe nominando, nam ſicut ipſe ex quoli-
bet eorum nominum rectè demonſtratur, ita &
eius identitas probatur, ex Paulo Caſtr. *conſ.*173.
*Viſa relatione, col.*1. *poſt medium, verſ. Non obſtat
id, quod dicitur.* Franciſc. Marc. *deciſ.Delphin.*211.
part. 1. Annan. *conſ.* 17. *num.* 10. Aym. Crauetta
conſ. 342. *num.* 8. *& conſ.* 564. *num.*5. Menoch. *de
præſumpt.* 15. *num* 45. *in fin.* Card. Tuſch. *in d.verb.
identitas .concl.*3. *num.*10. *& verb. nomina, concl.*58.
30 *num.*17. Farin. citato loco *num.*17. † Et licèt dubi-
ret, dum quis duo tantùm fert nomina propria,
indubitanter procedit, dum cuique eorum additur
cognomen, aut vnum ex duobus propriis nomi-
nibus adiiciendo, aut vni nomini diuerſa adhæ-
rendo cognomina, dummodò ex alterutro in co-
gnitionem perſonæ deuenire valeamus, & homo
per ea certiorandus veniat, nam his ſpectebus per
vtrumque ſimul, aut ſeparatim, identitas proba-
ri poterit; ſecus verò, ſi duo ſunt propria nomi-
na nuda abſque cognomine, quia tunc ex vnico
tantùm non poterit plenè identitas probari, ex
adductis ſuperiùs num. 19. Et tunc eſt vera Fari-
31 nacij relata opinio. † Poterit tamen ex illis duo-
bus nominibus ſimul, identitas probari, ſi eorum
coniunctio vſitata oon fuerit eo in loco, ita vt
ambo ſimul efficiant vnum ſingulare nomen, &
indubitatam moraliter loquendo perſonæ demon-
ſtrationem ad identitatis probationem, ex ſuperiùs
dictis.

32 Ampliatur ſecundò, vt etiam procedat prædicta
reſolutio, ſi aliqua ſit modica differentia nominis,
quia tunc diuerſitatem perſonarum non arguit, ni
magna ſit, & dubiam reddat perſonæ cognitionem,
vt ex Caſſaneo *conſ.*10. *num.* 13. & Aym. Crauetta
*conſ.*170. *num.* 4. *in fin. & d. conſil.* 564. *num.* 4. &
Menoch.*d.præſumpt.*15. *num.*45. docet Card. Tuſch.
*verb.diuerſitas, concl.*517.*& verb.nomina,concl.*58. *&*
33 *verb.identitas,concl.*3.*num.*11. † quia ſi de re,aut per-
ſona conſtare poteſt,non eſt curandum de parua dif-
ferentia inter enunciatum, & enunciantem, *arg.quæ
notantur in l ſi olenm,*10.*in fin.de dolo, l ſi quis fundum,*

10. *Locati.* Bald.*in l.*2.*quæſt.*11. *verſ.Sed nunquid ſuf-
ficit,C.de reſcind.* vbi adducit *text.in l.quamuis,* 32.*de
condit.& dem.* adducti per Tiraq. *de indic.in reb. exi-
guis,verſ.His accedit.* & in aliis pluribus ibidem, Se-
baſt. de Medicis *de reg. iuris,reg.*5. *in princ num.*1. *&
ſeqq.& ampliat.*207.*&* 218. *&* 378. ſecus verò eſt,ſi
diuerſitas magna ſit in nomine, quia tunc diuerſam
arguit rem,& perſonam *l ſi idem,*7. *C.de codicill.*Bart.
*ex num.*14.& Paul.*num.*5. *in l demonſtratio, de cond.&
dem.*Natta *conſ.*672.*num.*37. Rota apud Ioan.Baptiſt.
Coccin. *deciſ.* 289. *num.*1. quamuis ſufficere in pro-
bando identitarem rei, quod conoeniant duo confi-
nia,licèt plura alia expreſſa differant, teneant Bart.
in d. l. demonſtratio falſa,num 14. Paul.*in l ſi in nomine,
in fin.C.de teſtam.*& alij plures penes Hier.de Monte,
*de fin.reg cap.*87.*num.*4.Peregr.*de fideicom.art.*44.*num.*
50.*&* 51.vbi teſtatur de communi Mareſcott. *var.*1.
*reſol.*12.*num.*21. Crauet. *conſ.*198.*num.*2. *verſ.Neque
obſtat,& in reſponſo pro genero,num.*526. Cephal.*conſ.*
443.*num.*35.*&* 38.

Vbi tamen nomen poteſt pluribus conuenire, de- 34
bet ſaltim cum duabus demonſtrationibus oſtendi
perſona, ex Bart.*in d.l.demonſtratio falſa,num.*14. vbi
etiam Paul & cæteri DD. *de cond. & dem.* ſic intelli-
gendus Bald.*in l.hac conſultiſſima, col.* 1. *verſ Quæro
quid ſi nomen,*vbi etiam Paul *C.qui teſtam.fac.poſſ.*Me-
noch.*d.præſumpt* 15.*num.*36.*&* 39.cum aliis pluribus
ibi Maſch. *in d.concl.*875.*n.*2. *& d. concl.*1179. *n.*18.
Matth.de Afflict. *deciſ* 245. *n.*6. ita intellectus à Pe-
laez *d.*2.*part.q.*7.*n.*56.Alex.Ludouiſ. *deciſ* 455.*n.*18.
& hoc ſenſu poteſt ſubſtineri ſententia eorum quos
plena manu refert Farin.*in d.*2.*part. fragm.lit.I.n.*12.
quod ſumendum eſt ex vſu, & loci conſuetudine, vt
paulò ante dixi num.16.

Ex quibus deducitur,quòd ſi quis ſcripturam, ſeu 35
inſtrumentum in iudicio producat.in quo nomen &
cognomen continetur illius,de quo agitur, non te-
nebitur probare illum eumdem eſſe, magis ſpecia-
libus probationibus, quia ex eo tantùm illius iden-
titas præſumitur,de quo quæritur,niſi appareat,alios
fuiſſe eiuſdem nominis, & cognominis tempore fa-
cti inſtrumenti, ſeu quod aliis conuenire valeant,
quia tunc alia ſaltim demonſtratio requiri ex præce-
dentibus viderur, vt volunt ex Bald. ſic ſingulariter
tenentí,*in l.neque natales.*10.*n.*7.*verſ Circa hoc dubitat,
C.de probat.*quem cæteri ibidem fuerunt ſequuti.Iaſſ.
*in l.*2.*n.*15.*C.de bon.poſſ.ſecund.tab* Fel.*in cap.ſeries,n.*4.
*de teſtib.*Maſch.*concl.*670. *n.*18.ex illa ratione, quòd
pluralitas non præſumitur,& ex adductis in præced.
§§.pro quo etiam facit dictum Sarmienti *in l.*1.*n.*1 *de
lib.& poſth* quem & alios refert, Pelaez *in d.quæſt.*7.
*num.*91.*& ſeq.*vbi prædictam proponit rationem, &
Peregr.*de fideicom.art.*43.*num.*85.

Nec tunc obeſt, quòd in grauibus, & crimi- 36
nalibus cauſis identitas non præſumitur, ſed po-
tiùs pluralitas, ſi per eam delictum excludatur, ſe-
cundùm Bald. *in l. ſi duo rei,*§ *in fin.de recept. arbitr.*
Menoch.*in d præſumpt* 15. *num.*18.Bertazol.*conſ* 251.
*num.*39.*tom.*1. Phil. Corneo *conſ.*271. *lit. B vol.*3.
Aym.Crauetta *conſ.*244. *in cauſa inquiſitionis, num.*2.
Burſar. *conſ.*116. *Ex actis, num.*29. *verſ. Rurſuſque
identitas, vol.*1. relati à Fulu. Pacian.*de probat. lib.*1.
*cap.*48.*num* 84. & à Farinac. *d.verb.identitas, in num.*
21. † vbi, *num.*73. ait, quòd pluralitas potius præ- 37
ſumitur, quàm identitas ad delicti excluſionem, &
Maſch. *de probat. concluſ.*1174. *num.*54. Menochius
*d. num.*18. Card.Tuſch. *lit I. concluſ.* 3. *num.*29. Aug.
Barboſa *Axioma,* 179. *num.*10. *pag.*111. & vt teſtes
eripiantur à contrarietate præſumitur pluralitas
actuum,& rerum,ex textu *in cap. cum tu,* 16.vbi DD.
de teſtib. Maſch. *de probat.concl.*1174. *n.*51.55.*& ſeq.*

Menoch. *num* 15. *& ſeqq* Aug. Barboſa *num.*4. locis citatis, idem Menoch. *de arbitr. caſu.*215. *num.*40. & alij infra num.47. referẽdi.

38 † Et cum puritatis,& nobilitatis cauſæ grauiſſimæ ſint, & iure criminalibus aſſimilentur, *l. iſti quidem.*7. *Quod metus cauſa, l. iuſta.* 9. *de manum. vindicta. l. Iulianus.*16. *ſi quis omiſſa cauſa teſtam. l. licet.*103. *de verbor ſignif.* Alc. *reſp.*65. *num.*5. *&* 14. *lib.*1. videbatur dicendum, quòd in eis ad maculam generis excludendam potius præſumatur pluralitas, quàm identitas, etiamſi nomen proprium cum cognomine appareat.

39 Sed prædicta opinio, licèt ab aliquibus ex præcitatis DD. velut vera proponatur, aliis contraria verior,& certior viſa fuit,& quamuis illis aſſentiamur, qui volunt, potius præſumere pluralitatem, quàm identitatem ad vitandum delictum, quod in ſe verum putamus, adhuc nobis, nec ſuperiùs dictis contrarij non extant, quia nos loquimur, dum perſona demonſtratur ex nomine, & cognomine, aut ex duabus demonſtrationibus, qua ſpecie, non tam præſumimus identitatem, quam verè eſſe probatam aſſerimus, & procedit non tantùm in ciuilibus, verùm etiam in criminalibus,& præiudicialibus cauſis, vt fert communis Doctorum opinio, inter quos fuerunt Fel. *in cap. cum Ioannes, ſub num.* 9. *verſ. Sed dictum Domini Cardinalis, extra de fide inſtrum.* Bald. *conſ.*70. *cùm apparet de condemnatione, lib.*4. Aym. Craueta *conſ.* 198. videtur iſte locus, *num.* 5. *verſ. Alibi. ſcribit Baldus lib.*1. Natta *conſ.*97. *num.*15. *verſ. Tertio adiicitur lib.* 1. cum aliis allegatis à Fulu. Paciano *in d. cap.* 15. *à num.*25 *cum ſeqq.* & iterum *lib.* 1. *cap.*48. *num.*83. *&* 84. & omnes congerit Farin. citato loco *num.*76. Gracian. *diſcept. forenſ.* 3. *tom. cap.*554. *num.*56. *&* 57.

40 Et verè neminem contradicentem video dum perſona apparet ex nomine, & cognomine, ſeu ex duabus ſaltim demonſtrationibus, aut ex ſingulari nomine, quia his ſpeciebus omnes fatentur, quòd identitas ſatis etiam in pœnalibus manet demonſtrata, ſi non apertè conſtet, alios fuiſſe eiuſdem nominis, & cum eiſdem demonſtrationibus ex dictis ſuprà num. 11. & 13. cum ſeqq.& expreſsè in delictis loquendo, ita tenet Pacian *in dict. cap.* 15. *à num.* 47. *cum ſeqq.* Farinac. citato loco *num.*77. & DD. quos adduximus ſuprà num. 36. & 37. contrarium volentes loquuntur de nomine tantùm abſque alia demonſtratione, quod verè fateor, & probaui ſuprà latè, non ſolùm loquendo in criminalibus, ſed

41 etiam in ciuilibus; † ita vt nullam videam contrarietatem inter prædictos DD. nec diſſonantiam in aſſignando formam probandæ identitatis in ciuilibus, & criminalibus, vt Pacianus voluit in citatis locis, licèt ex natura harum cauſarum,& iuris diſpoſitione euidentior requiratur probatio identitatis in criminalibus, quam in ciuilibus, ex notis iuris regu-

42 lis. † Quibus & adde aliam rationem, quod omnes prædicti DD. agunt de probanda identitate perſonæ, quæ adhuc vitam agit, vt ex eiſdem patet, circa quam facilior inuenitur probatio, quàm in probanda identitate defuncti antiqui, qui ignotus fuit vitam nunc agentibus, & deficiunt etiam demonſtrationes, ex quibus certò eius poſſit perſona ſignari, qua in ſpecie minor ſufficit probatio, vt diximus in principio huius §. & in iudiciis puritatis, de quibus nos loquimur, numquam, aut rarò verſatur dubium circa identitatem eorum, qui apud nos degunt, ſed ſemper de perſona antiquiſſimi defuncti, de cuius progenie,& qualitatibus dubitatur, in quo minor ſufficit probatio ex iam dictis.

43 Pro complemento autem dictorum animaduertas velim, quòd ratio, qua ex nomine & cognomine, ſeu ex duabus demonſtrationibus identitas perſonæ, & rei plenè probatur, eſt quia ex eis rectè perſona ſignatur, & demonſtratur, quare ſi aliter perſona appareat, non eſt plurimùm de nominibus, & demonſtrationibus curandum, ſi errorem interueniſſe ex veris oſtendatur probationibus, *l. ſi in nomine.* 4. *C. de teſtam. §. ſi quidem in nomine*, 30. *inſt. de leg. l. ſi ita.* 8. *§. ſed & cum.* 5. *de bon. poſſ. ſecund. tab.* Alc. *lib.* 4. *de punct. cap.*1. Romano *conſil.*343. *num.*11. Socino *reg.*119. 44 † Nibil enim intereſt, quo nomine, aut ſigno quis agnoſcatur, ſi modò conſtat, de quo agitur, & de quo aſſumi debet cognitio *text. in l. Lucius Titius*, 34. ibi. *Exotem ſeruum, qui & Pſyllus vocatur, de fideicom. libert. d. l. hac conſultiſſima* 8. *in princ. C. qui teſtam. fac. poſ.* explicat bene poſt alios D. Franc. Sarmient. *in l.* 5. *de lib. & poſth.* Maſch. *de probat. concl.* 1179. *num.*36. *cum ſeqq.* Menoch. *conſ.*3. *num.*27. *& conſ.*80. *num.*16. *lib.*1. Burgos de Paz *conſ.* 27. *ex num.*9. 45 † & dum de eſſentia rei conſtat diuerſitas, aut identitas nominis non attenditur ex Bart. *conſ.*179. *num.* 1. *lib.*1. Io. de Annan. *conſ.* 17. *num.*10. Aym. Craueta *conſil.* 880. *num.*4. atque his relatis ita cenſuit Rota apud Farinac. *deciſ.*506. *num.*3. 1. *part.* 46 † Et ideò ſi ex veris, & legitimis probationibus, ſiue ex inſtrumentis, ex rebus iudicatis, & ex aliis coniecturæ, & ſufficientes appareant præſumptiones, ex quibus non identitas, ſed pluralitas potiùs demonſtretur, cæteris præferendæ veniunt, ſecundùm Crauetam *conſ.* 198. *num.* 2. Anchart. *conſ.*194. Carol. Ruyn. *conſ.* 31. *num.* 6. *vel.* 4. *& conſ.* 198. *num.*1. 47 † veluti ſi probata appareat qualitas, quæ exiſtere non poſſit identitate manente, ex qua ſuſpicio inſurgat falſitatis contra prædictum inſtrumentum, ſeu alias ſcripturas, nam vt falſitas euitetur, potiùs pluralitas præſumi oportet, ex adductis per Bald. *in l. Gallus*, *§. ille caſus. de lib. & poſth.* Ang. *in l. ambigua, de legib.* gloſſ. *in cap. in noſtra, de teſt.* Abb. & Butr. *in cap. ex litteris, de ſponſal.* reſoluit Carol. Ruyn. *d. conſ.*51. *num.* 0. *&* 20. *lib.*5. Menoch. *de arbitr. caſu.*513. *num.*4. *& lib.* 6. *præſumpt.* 15. *ex num.* 15. *cum ſeqq.* Maſch. *dict. concl.* 1179. *num.*51. cum aliis adductis per Farin. *in d. verb. identitas, num.*85. & latiùs *in tract. de teſt. quæſt.*65. *à num.* 38. *cum ſeqq.* & à nobis ſuprà num. 37. 48 † Et denique, quoties cum identitatis probatione, ſeu præſumptione occurrunt aliæ præſumptiones, ſeu probationes, quæ pluralitatem oſtendunt, cum maiori efficacia, aut veriſimilitudine, corruere debent primò receptæ informationes, quia minores præſumptiones, & probationes ſemper maioribus cedunt, *ex text. in l. Diuus*, 7. vbi gloſſ. *verb. exiſtimari*, *de integr. reſtitut. l. non ſolum*, 67. *de ritu nuptiar. l. quia autem*, 6. *§. non ſimpliciter.* 3. *ſi quis omiſſa cauſa teſtam. l. mater.* 2. *C. de calumniat.* Menoch. *lib.* 1. *de præſumpt. quæſt.*3n. *à num.*1. *& lib.*6. *præſumpt.* 64. *num.* 46. *& conſ.*21. *num.*22. Aug. Barboſa *Axioma.*186. *num.* 3. *pag.* 114. Cepola *conſ. ciuil.*2. *num.* 15. Zephal. *conſil.*53. *num.*33. *lib.*1. *& conſ.*242. *num.*19. *lib.*2. quæ autem potentiores, præſumptiones dicuntur, relinquitur iudicum arbitrio, vt pluries dixi.

§. IV.

§. IV.

De matrimonij identitate probanda.

SVMMARIVM.

1 *Vtilitas huius dubij,& quæſtiones diſputandæ proponuntur.*
2 *Identitas, non pluralitas matrimonij præſumitur,* & n.9.
3 *Conſenſus,& voluntas non præſumuntur.*
4 *Pluralitas actuum hominum non præſumitur,* & n.12.
5 *Matrimonium & cæteri contractus ſunt actus hominum.*
6 *Matrimonium eſt contractus.*
7 *Contractus identitas non pluralitas præſumitur.*
8 *Identitas actuum, qui reiterari non ſolent, præſumitur, non pluralitas.*
9 *Matrimonium ſecundum difficilius contrahitur quàm primùm.*
10 *Facilius reiterantur, quæ à ſola incipiunt hominum voluntate, quàm ea, quæ præter voluntatem ex accidenti dependent.*
11 *Matrimonium ſecundum contrahi non poteſt ni mortuo primo coniuge,* & num. 13.
13 *Mors non præſumitur, niſi probetur.*
14 *Filij præſumuntur nati ex primo matrimonio, ſecundo non apparente.*
15 *Effectus deficiunt, deficiente cauſa.*
16 *Cauſatum plus non poteſt habere, quam influens cauſa.*
17 *Cauſa remota remouentur effectus.*
Cohabitatio continua parentum in antiquis ſufficit quoad legitimationem filiorum, ibid.
18 *Filij præſumuntur legitimi, ſi parentes coniugatos habeant.*
Præſumptio honeſtatis ſumenda, non luxuriæ, ibid.
19 *Præſumptio magis honeſta præferenda.*
20 *Filius legitimus, non ſpurius, nec illegitimus præſumitur, & maiori ex cauſa in antiquis.*
Præſumitur natus poſt matrimonium parentum contractum, non antea, num. 21.
Etiam ſi de fornicatione ante matrimonium conſtet, num. 22.
Nec præſumitur natus poſt patris Sacerdotium, ſed antea, n.26.
Naturalis potius, quàm ſpurius præſumitur, num. 27.
19 *Præſumptio honeſtior præferenda, & quæ minus lædit proli,* n.24.
23 *Subtilicandum non eſt in cauſis filiationis propter periculum illegitimitatis.*
25 *Vxor potiùs præſumitur, quæ domi retinetur, quàm concubina.*
28 *Præſumptio magna eſt contra eos, qui magis volunt, eſſe ſpurios, & illegitimos, aut deſcendere ab eis, quàm ex legitimis nuptiis procreatos.*
Vera deſcendentia obumbrari per commenta, & fictiones infectorum non licet, ibidem.
29 *Duplici matrimonij extante recurritur ad magis veriſimilia ad ſciendum ex quo fuerint filij procreati, & ad inſtrumenta & ſcripturas,* n.30.
Et ad libros baptizatorum, & coniugum in Eccleſiis, & parentum, & ad notas priuatarum ſcripturarum, n.31.
Ad nominationem parentum, ad famam, & communem reputationem, alimentationem, & alios modos de quibus, n. 32.
Ad præſumptiones, & coniecturas magis veriſimiles, n.33. & 36.
Hoc dubium maxima cura deliberandum, n. 37. & ſeq.
Et ſi cauſa expoſtulet iudicium differatur, docti, & periti conſulantur, n. 39.
33 *Filiatio directè probari non poteſt, & aliquando ex parte matris,* numero 34. & 35.
Probatur ex præſumptionibus, & coniecturis, num. 36.
37 *Iudices in iudicando circa dubiam deſcendentiam cautè ſe habere debent. Præferant pinguiores probationes, & præſumptiones, & quæ fortior fuerit, & ſi opus fuerit differant iudicium & doctos conſulant,* numero 39.
38 *Cauſa grauior maiori ſtudio diſcutienda.*

TERTIVM verò dubium circa identitatem matrimonij plurimùm huic tractatui de puritate, & nobilitate probanda conducit, quia non ſemel dubitare vidi an auus, ſeu proauus prætenſoris coniugium fuerit ſecundò ſinitus? & an prætenſor in primo, aut in ſecundo fuerit procreatus? in quo plurimùm intereſſe ſolet; nam licèt auus, ſeu proauus purus extiterit, contraxit tamen ſemel cum impura, & dubitatur, an ab ea, ſeu ex alia fuerit conceptus pater, aut auus prætenſoris, & ſolet inſurgere dubium ex diuerſitate teſtium, & informationum, aut ex allegatione, & aſſertione ipſius prætenſoris, qui clarioris rei gratia, aut ob maculam fugiendam ſecundum coniugium à ſuo maiori contractum cum impura, à qua ipſum non prouenire, demonſtrat: aut econtra firmat ſe procedere à ſecunda, non à prima vxore, quam macula de coloratam fuiſſe autumnat. Quod plurimum certè animos iudicum conquaſſare ſolet, dubiúmque valde harum informationum diiudicationem reddere. Vnde nunc, prout iure fieri poteſt, his dubiis occurrere curaui, vt tantæ rei prudentiſſimi æſtimatores iudicium & arbitrium recta valeant dirigere via, & grauiſſimæ rei 1

diiudicatio deinceps non tanta procedat difficultate,
& confuſione,maxime ex iuris principiis , quæ nos
hac in re tantùm iuuare poſſunt, non verò certa , &
infallibilis regula quæ magis in facti continentia,&
circunſtantiis, & iudicum prudentia conſiſtit. Et in
primis animaduerto non meum eſſe animum hîc
agere de matrimoniis præſumptis, quæ olim præſu-
mebantur ex copula poſt ſponſalia , & ex diuturna
cohabitatione,& ex conſenſu præſumpto , quia ho-
die omnis dubitatio ceſſat per Concilium Triden-
tinum,quo omnis præſumptio ſublata eſt in contra-
hendo matrimonium , vt bene animaduertit Flores
de Mena 3.*var.q.23.num.71.& duob.ſeqq.*& P.Thom.
Sanc.qui plures congerit *de matrim.3.diſp.40. num.2.
&* 3.qui ſunt omnino videndi quoad prædicta du-
bia. Quoad noſtrum verò inſtitutum duo maximè
diſcutienda ſunt.Primù an matrimonij pluralitas,ſeu
identitas præſumatur?Secundum, quo pacto probari
poſſit,iterum fuiſſe matrimonium initum,& ex quo
eorum fuerit conceptus prætenſor,prouenitâtve.Pri-
mum quidem ex certis iuris prouenit principiis;
ſecundum magis in facto , quàm in iure conſi-
ſtit.

2 Circa primum reſolutiuè dicendum eſt,quòd ma-
trimonij præſumitur identitas , non verò pluralitas,
& probatur primò,matrimonium in facto,& volun-
tate hominum conſiſtit,*text.in l.nuptias 31.de reg.iur.
l.ſi quis 16.C.de nuptiis*, & omnes paſſim ex Martino
3 Bonacina *de matrim.quæſt.2.punct.1.à nu.2.cum ſeqq.*†
at voluntas,nec conſenſus velut quid facti non præ-
ſumuntur,textus celebris *in l.conſilio 7.§. quæſitum eſt.
3.de curat.furioſi*,Ioann. Gutierr. *de matrim. cap. 46.
num.8.& 9.*Hier.Grat.*conſ.59.num.20. vol. 1.* Valen-
çuela *conſ.48.num. 3. & 4.* Igitur nec matrimonium
velut effectus è conſenſu proueniens.

4 Secundò probatur ex communi omnium aſſenſu,
volentium, quòd actuum hominum pluralitas num-
quam præſumitur , ſed identitas *ex text.in l. Pompo-
nius 5.in fin.de rei vendicat.l.fin.C.de reb.cred.l.omnium
19.verſ.nec inſtitutus hæres.fin.C. de teſtam. cap. in præ-
ſentia 8.verſ.verum,de probat.*Bar.*in l.ſi in rem,num.2.
de rei vendic.*Alex *in l.quid ſi nominatim, num. 4. de li-
ber.& poſth.& in l.qui iuraſſe 5.ſi pater,num. 5 de iure-
iur.*& adducti à Menoch.*d.præſ.15.num.3.cum ſeqq.&
de arbitr.caſu 113.num.9* Maſch.*d.concl.1179. n. 2. &
9.& 18.& ſeq.*Card.Tuſch.*d.verb.identitas , concl. 3.
num 22.& 25.& verb pluralitas,concl.368.num.3.*Aug.
Barboſa *axioma 179. num. 2. & ſeqq pag. 110.* Natta
conſ 275.num.4.lib.2. Aym. Crauetta *conſil.112.n.4.&
conſil.198.ſub n 1.*Burſat.*conſ.206. num. 13. lib. 1.* &
5 alij congeſti à Fatin.*d.verb.identitas,n. 20.* † ſed ma-
trimonium ſicut cæteri contractus in actu homi-
num conſiſtit , vt ſignificatur *in d.l.conſilio 7.§.fin.de
curat.furioſi , cum ſimilibus.* Igitur eius pluralitatem
non præſumi,certiſſimum eſt.

6 Confirmatur primò,nam matrimonium contra-
ctus eſt,vt *in l.1.& 2.de ſponſal.l.nuptias 31.de reg iur.
cap.conſultationi,28.de ſponſal.l.5.tit.2.part.* 4. P. Th.
Sanc.*de matrim.lib.1.diſp.1 num.7.*& Io Gutierr. *eod.
tract.cap.* [illegible] *num.* [illegible] Mart.Bonacina , 1. *tom. illo eodem
7 tract.quæſt.2.punct.1.num.3.* † at contractus identitas,
non pluralitas iure præſumitur , ſecundùm *text. in
cap.Ioannes.10.*vbi communiter DD. *de fide inſtrum.*
Dec.*in l.hac conſultiſſima,num 18. C. Qui teſtam fac.
poſſ.*Aym.Crauetta *conſ.198.num.2.& conſil.281. n.6.
& conſ.425.n.5.vol 3.*Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Lucenſi
13.n.31.*Card.Tuſch.*pract. concluſ.d. verb. pluralitas,
concl.368.n.6.& 8.*Fatin *d verb.identitas, n. 26.* Aug.
Barboſa *num.5.*citato loco.Igitur ſimiliter matrimo-
nium vnum non duplex erit præſumendum.

8 Confirmatur ſecundò,omnes conueniunt , quòd
pluralitas actuum & rerum , quæ ex ſua non ſolent
iterari natura,non præſumitur, ſed identitas , vt ſe-
quendo Decium *in cap.in præſentia, num. 43. notab.9.
de probat.*tenent DD.citati *ſuprà §.1.num.48.*ſed ma-
trimonij natura eſt vnitas indiſſolubilis , ex Matth.
19.6.& 1.Corinth.7.10.*cap. fin. de condit. appoſit.* P.
Thom.Sancius *de matrim.lib.2.diſp.13.* Mart. Bona-
cina ſuprà *quæſt. 2. punct. 11.per totum* , Igitur ma-
iori ex cauſa identitas , non pluralitas eſt præſu-
menda.

Tertiò magis ſpecificè circa noſtrum dubium 9
probatur.nam ſi verum eſt quòd matrimonij con-
tractus iure non præſumitur,vt probaui, etiam cùm
non conſtat aliud præceſiſſe matrimonium ex Me-
noch.*lib. 3.præſumpt.1.à num.1.& conſ.199.n.2.vol. 2.*
Maſch.*concl.1023. à num. 1.* & multis probat Ioann.
Gutierr.*de matrim.cap.40.num.2.* vbi ait , quòd aſſe-
rens matrimonium tenetur id probare , cùm non
præſumatur,videndus,quia plura ad propoſitum cu-
mulat Card.Tuſch.*in pract tom. 5. lit. M. concl. 118.
per totam,*Peregr.*de fideicom.art.45.num. 70.& 71.* at
maior difficultas eſt in contrahendo ſecundùm ma-
trimonium poſt primum contractum,quia huius diſ-
ſolutionem præcedere, eſt neceſſe. Igitur ex vrgen-
tiori ratione eius identitas , & non pluralitas præſu-
mi debet.

Confirmatur primò,faciliùs ea reiterantur,quæ à 10
ſola pendent hominum voluntate,quàm quæ ſolum
ex ea incipere non valent,ni ſimul ex accidenti , ſeu
caſu inſeruenienti , qui in hominum non conſiſtit
voluntate,vt per ſe patet:†ſed reiteratio matrimonij 11
poſt primum contractum non tam à voluntate con-
trahentium incipere poteſt , ni ſimul à morte alte-
rius coniugis,cum aliter contrahi non valeat,vt no-
ta iura,*in l.quid ergo 13.§.2.de his qui not. infam. l. ne-
minem 2.C.de inceſt nupt.l.eum,qui duas, 18.C ad l.Iul.
de adult.cap gaudemus,8. de diuortio , cap. in præſentia
19.de ſponſal.*cum a me congeſtis in quæſt.de duplici
matrim. Igitur reiteratio matrimonij præſumi nullo
modo poteſt.

Confirmatur ſecundò retenta maiori præceden- 12
tis confirmationis , nam etiam ea , quæ à voluntate
hominum ſolùm pendent, reiterati non præſumun-
tur,& ſic nec eorum pluralitas,ſecundùm *text. in leg.
omnium 19.C.de teſtam.*DD.communiter *in l. 2. C. de
bon.poſſ.ſecundum tab.*Menoch. *lib. 6. d. præſumpt. 15.
num.3.*Maſch.*d.concl.374 num. 6. & 10.* & alij apud
Fatin. *n. 27.* & apud Auguſt. Barboſ. *ex num. 2. cum
ſeqq.*locis citatis. Igitur multu minùs reiteratio ma-
trimonij , quæ ſimul cum voluntate vnius , à morte
alterius pendet.

Confirmatur tertiò,ad matrimonij reiterationem 13
omnino alterius mors requiritur coniugis , vt pro-
baui : ſed mors non præſumitur , niſi probetur ex
celebri *gloſſ.in l.ſed & ſi de ſua,34.* vbi Bar. Ang. Im-
mol.& DD.*de adquir.hered & in l.2 §.ſi dubitetur,*vbi
etiam Bar. *Quemadm. teſtam. aper.* adductis à Villa-
lob.*comm.opin lit.V.n.41.*Ant. Gabr. *lib. 1.tit. de præ-
ſumption.concl.16.num.7.*Hier.Gab.*conſil. 134. num.4.
lib.1.*Menoch.*de adipiſ. rem 4.num.667.* Maſch.*concl.
1074.num.1.*Fatin.*1.fragm.part.lit.M.num.*308.Igitur
tur nec matrimonium iteratum præſumi poterit,
quia mortem præcedere,neceſſe eſt.

Quam ſententiam communiter ſequuntur DD.vt
conſtat ex allegatis ſuprà num.9 & à Maſch.*de prob.
concl.1022.num.2.& 3.*Bar. *conſil. 42. vol. 1.* Cephal.
*conſ.384.num.6.& 7.vol.1.*Socin.de Iun.*conſ.86 n. 5.*
Natta *conſ.431.n.9.*Corneo *conſ.68.num.3.vol 1.*Ale.
conſ.9.num.18. lib.1.& alios penes Menoch.3. *præſ. 1.
ex n. 1.*

Ex quibus ad noſtrum propoſitum deducitur.Pri- 14
mù

mò quod non apparendo contractum ſecundum
matrimonium, filij nati præſumuntur, ex eo, quod
apparet, coniugio, non verò ex alio, quod non præ-
15 ſumitur, & ſic multo minus eius effectus, † quos de-
ficere cauſa deficiente, neceſſe eſt, l. ſed etſi quis, 25. §.
interdū, de vſufructu, l. ſemper 5. §. negotiatores 3. de iure
immunit. Tiraq. 1. part. num. 17. de ceſſante cauſa, Eue-
tard. in topicis loco à virtute finis ſub num. 9. circa me-
16 dium pag. mihi, 884. Surd. conſ. 302. num. 5. † Et in cau-
ſato non poteſt eſſe magis quam in fluenti cauſa, l.
quominus 2. de flumin. l. & ſi amice, 9. in fin. ad l. Iul. de
adulter. Pelaez de maiorat. 2. p. q. 2. n. 115. plura Card.
17 Tuſch. tom. 1. lit. C. concl. 138. quaſi per totam, † & dum
cauſa tollitur eius arcentur effectus, DD. communi-
ter in auth. multo magis, C. de ſacroſ. Eccleſ. Paul. Caſtr.
in l. maritus C. de procurat. Bart. Socin. conſil. 268. lib. 2.
Alc. reſp. 69. num. 1. Aug. Barboſa Axioma 40. ex n. 4.
& aliis pluribus ibi, pag. 27. vnum tamen in propo-
ſito eſt, quod ſi poſt parentum mortem, quæratur an
inter eos verè fuerit contractum matrimonium, &
conſtiterit eos per longum cohabitaſſe tempus, licèt
exinde in eorum vita, non præſumatur matrimo-
nium, vt ſaltim poſt Concilium Tridentinum verius
eſt, & defendunt Couarr. Matienço & alij penes Flo-
res de Mena 3. var. q. 23. n. 71. & ſeqq. tamen poſt eo-
rum mortem ad legitimandum, filios, ſufficiet proba-
re longi temporis cohabitationem ſecundùm gloſſ.
& Abb. in cap. lator. Qui filij ſint leg. ſequutos per
Couart in 4. 2. p. c. 1. ſub n. 5. & per Menoch. 3. præſ. 1.
n. 70. & 77.

18 Secundò deducitur, quòd nec filij poterunt præ-
ſumi nati ex illicito coitu ſi habeant parentes con-
iugatos, cùm potiùs honeſtatis præſumptio, quam
luxoriæ ſit ſumenda, ex celebri textu in l. filius, qui 15.
de condit. inſtit. Quintilian. lib. 1. inſtit. orator. cap. 12.
Oſorius lib. 5. de gloria, Cic. lib. 1. offic. verſ. & huiuſmo-
di, Seneca lib. 13. epiſt. 78. & lib. 22. epiſt. 121. Policrat.
lib. 8. de nugis curialibus, cap 15. Pet. Gregor. lib. 9. de
repud. cap. 3. n. 1. & lib. 24. cap. 8. n. 8. Franç. Conan. lib.
19 1. comment. cap. 1. † Et quòd honeſtior præſumptio
ſemper ſit præferenda, docuit Maſch. concl. 1230. n.
16. Ludouic. Zuntus in reſponſo pro vxore n. 771. &
ſeq. quia ſicut veritatis ſententiam ſecundam ſuade-
mur, ita honeſtatem ſemper præferendam, vt dixit
Plinius lib 4. epiſt. 10. & facit text. in l. marito 31. in
20 princip. pro ſocio. † Et quoties quis filius alicuius ap-
paret, legitimus potius eſt præſumendus, quàm ſpu-
rius, aut illegitimus ex l. ex facto 17. §. ſi quis rogatus,
ad S.C. Treb. & Alc. reſp. 268. tom. 2. Natta conſil. 537.
n. 40. Aym. Craueta conſ. 116. in princ. Dec. conſ. 54. ſub
n. 52 latè pluribus nouiſſimè cumulatis D. Io. del Ca-
ſtillo controuerſ. iur. lib. 5 tom. 6. c. 124. per totum. Fulu.
Paciano de probat. lib. 2. cap. 16. ex n. 50. plures apud
Peregr. de fideicom. art. 43. n. 70. & 71. Gracian. diſcept.
for. tom. 1. cap. 135. num. 31. cum ſeqq. & quod in anti-
quis præſumatur ex vrgentiori ratione legitimitas,
probat ex Alex. conſ. 31. vol. 1. & conſ. 90. vol. 6. Natta
conſ. 115. col. 2. & ſeq. Zephal. conſ. 137. n. 45. Maſch. de
probat. concl. 799. n. 15. Pelaea de maiorat. 3. p. q. 15. n.
184. & eſt communis abſque controuerſia, etiam
aliquibus coniecturis contra exiſtentibus, ex Achill.
deciſ. 1. qui filij ſint legit. Io. Bapt. Coccin. deciſ. 7 n. 2. &
4. † & ſic filij præſumuntur nati poſt contractum
21 matrimonium, & non ante, Bal. in l. neque natales, C.
de probat. Nicol. Euerard in topicis loco 101. à commu-
niter accidentibus, n. 4. in fin. & n. 5 Pelaea de maiorat.
2. p. q. 1. n. 83. † etiamſi de fornicatione ante matri-
22 monium conſtet, ſecundùm Salic. in d. l. natales n. 3. C.
de probat. Fulu. Pacian. de probat. lib. 2. c. 24. n. 70. Achil.
& Coccin. locis citatis; † nec ſubtilicandum in cau-
23 ſis filiationis eſſe propter periculum illegitimitatis

dixit Innocent. in cap. cum inhibitio, num. 3. de clandeſt.
deſponſat. Pelaez de maiorat. 3. p. q. 13. n. 184. † & ſem- 24
per ſumenda eſt præſumptio, quæ minùs lædat pro-
lem ſecundùm Maſch. concl. 882. à n. 1. cum ſeqq. Lu-
dou. de Sardis tract. de legit. §. de probatione filiationis, n.
14. in vol. 5. pract. Doctor. Io. Gotierr. lib. 2. pract. q. 113.
Menoch. conſ. 199. n. 13. lib. 2. Zephal. conſil. 435. n. 81.
lib. 3. † & ſic potiùs præſumitur vxor, quæ domi re- 25
tinetur quàm concubina, text. eſt in l. in concubinatu, 3.
in princ. vbi gloſſ. verb. haberi, & DD. communiter, de
concubin. Maſch. concl. 1413. vlt. n. 17. Pelaez 3. p. d. q.
15. n. 188. † & filius non præſumitur natus in ſacer- 26
dotio patris, ſed ante clericatum, ex tex. in cap. inter
cæteras, vbi Fel. ex Ripa, de reſcript. & in cap. 2. de filiis
presbyt. & in c. veniens, de accuſat. Burg. de Paz conſ. 26.
n. 44. & Roland. conſ. 12. n. 43. lib. 4. † vt ita præſuma- 27
tur naturalis, & non ſpurius, Ægidius Boſius tit. de
coitu damnato, & punib. n. 77. Matienço in l. 9. gloſſ. 3. n.
6. cum ſeqq. tit. 8 lib. 5 recop. Gracian. diſcept. for. 1. tom.
1. 135. n. 31. cum ſeqq. Menoch. de arbit. caſu, 194 n. 42.
& lib. 6. præſ. 54. n. 15. & præſ. 55. n. 18. vbi latè Maſch.
concl. 1089. à n. 1. cum ſeqq. & videatur Ignac. del Vil-
lar optime diſtinguens, & alios Doctores adducens
in ſua ſylua reſp. 7. p. 4. n. 15. & 26. & Ioann. Gut. lib. 1.
pract. q. 112. ex n. 1. verſ. contrarium & P. Thom. Sanc.
conſ. mor. lib. 4 c. 3. dub. 6. & faciunt pro omnibus his
adducta ſuprà q. 8. §. 3. illat. 4. verſ. ex quibus, à n 38.
cum ſeqq.

Tertiò deducitur magna præſumptio aduerſus 28
eos, qui potiùs appetunt filios eſſe ſpurios, & illegi-
timos, aut ab illegitimis deſcendere, quàm ex legi-
timis nuptiis procreatos cauſa fugiendi maculam,
aut ignobilitatem qui aliquando audiendi non ſunt,
ni euidentiſſimis nitantur argumentis, & probatio-
nibus, ſicut & hi, qui aſſerunt, ſe procreatos ex ſecun-
dis nuptiis ex alia vxore, ſeu marito, quia contra ſe
habent iuris præſumptionem, ſecundùm text. in cap.
tranſmiſſa 3. Qui filij ſint legit. & dixi ſuprà quæſt. 6.
§. 4. reg. 15. num. 48. & ſeqq. & ſimilibus cautelis, &
inuſitatis modis curant ſe puros, & nobiles efficere,
& deſtruere communitates, & tribunalia, quæ ſan-
guinis ſplendorem, & morum rectitudinem expoſ-
cunt, & licèt aliquando ex facto ſimilia accidant, ta-
men præmaximè ſimulantur, quare iudices veritatem
recipere, & veras attendere probationes, & iuris de-
bent præſumptiones, & non ſequi apparentias, &
fictiones prætenſorum, nec ex qualicumque proba-
tione ſuos inſtruant animos, ſed ex ea, quæ veriſimi-
lior fuerit, quia non licet per commenta, & fictiones
veram deſcendentiam mutare, nec veritatem vince-
re, ad quod ſunt boni text. in l. fideicommiſſum 76. de
de condit. & dem. l. filio quem pater. 28. de liber. & poſth.
l. pen. §. ſed ne articulum, C. de adoption. de quibus latius
alibi.

Circa aliud dubium, dum matrimonium ſecundò 29
contractum apparet & dubitatur, an ex primo, an ex
ſecundo prætenſor fuerit genitus, aut procedat, nec
inueniuntur veræ, & legitimæ probationes, nihil cer-
ti ſtatui poteſt, cum in facto hoc totum conſiſtat,
& eius circunſtantiæ, & veriſimilitudines variæ, &
inconſtantes eſſe ſoleant; quare iudices adhærere de-
bent probationibus magis veriſimilibus, & inquire-
re, quas rei natura melius aſſequi valet; † inter quas 30
præcipuum obtinent locum inſtrumenta, & monu-
menta antiqua, ex Bal. conſ. 420. n. 4. vol. 1. Valençuela
conſ. 100. n. 45. & cenſuit ita Rota apud Seraphin.
dec. 339. n. 7. & deciſ. 532. n. 2. & latè dixi in præced. q.
† Et libri coniugum, & baptizatorum in Eccleſiis 31
parrochialibus exiſtentes ex Zaballos comm. contra
comm. tom. 5. q. 4. n. 80. & 81. Nic. Garc. de benef. 7. p. c.
15. n. 33. & etiam libri parentum, in quibus filiorum
adſcri

Digitized by Google

adſcribere natiuitatem ſolent, ſecundùm *l. etiam, 16. de probat.* Menoch. *de arbit. caſu* 116. *n.* 3. *& lib.* 1 *præſ.* 51. *n.* 9. & Aym. Crauetta *de antiq. tem.* 1. *part. ſect. Vidimus abunde, n.* 34. *cum duobus ſeqq.* de quibus plenè ſuprà egi quæſt. 11. §. 2. illat. 4. & 5. & notæ, & memorialia priuatarum ſcripturarum, ſecundùm Peregr. *de fideicom. art.* 43. *n.* 85. ex Bal. *in l. neq ue natales, col.* 1. *C. de probat.* Salic. *in l. etiam, de probat.* Pariſ. *conſ.* 10. *n.* 58. *in*
32 2. Alban. *conſ.* 83. *n.* 13. † Deinde nominatio parentum, & fama & communis reputatio, ex quibus filiatio maximè antiqua probatur, vt communiter volunt DD. *per text. in l. filium* 6. *de his, qui ſunt ſui, & per c. per veſtras* 10. *in verb. communiter, de prob. & in c. tranſmiſſæ* 3. *vbi gloſſ. verb. à vicinia. Qui filij ſint legit.* & per allegata à Menoch. *de arbitr. caſu* 89. *num.* 86. Maſch. *d. concl.* 753. *num.* 10. *& concl.* 791. *à num.* 1. *cum ſeqq.* Peregr. *de fideicom. d. art.* 43. *num.* 87. *&* 88. plures cumulat Farin. 1. *tom. de indic. & tort. q.* 47. *n.* 94. & Caſtro Palao *in opuſc. morali tract.* 1. *diſp.* 3. *punct.* 5. *ex n.* 8. *cum ſeqq.* & per alimentationem, quæ plurimùm confert ad probationem filiationis ſecundùm Bald. *in l. non ignorat.* 9. *n.* 4. *C. de his qui accuſ. non poſ.* Crauera *conſ.* 958. *n.* 36. apud Garcia *n. diſcep. for.* 1. *tom. c.* 135. *n.* 49. vbi *ex n.* 47. alios modos probandi filiationem proponit, *& in.* 3. *tom. c.* 562. *n.* 1. *& ſeqq. & ex n.* 70. *cum ſeqq. & c.* 567. *n.* 27. *&* 28. & per alios plures modos, quibus filiatio probatur, quos omnes nunc ſigillatim recenſere nullo modo expedit, nec inſtitutum patitur.

33 Deinde etiam vti oportet præſumptionibus, & conjecturis veriſimilibus cùm tam ratione antiquitatis, quàm ex natura rei directè probari deſcendentia, & filiatio non valeant, vt *l. Lucius,* 83. *de condit. & dem.* & probant communiter DD. iuris Cæſarei *in l. neque profeſſio, S. C. de teſtam* & Pontificij iuris Aſſeclæ *in cap. per tuas,* 10. *de probat.* Bal. *conſil.* 337. *lib.* 5. Ant. Gabr. *lib* 1. *tit. de præſumpt. concl.* 4 *à n.* 1. Maſch. *de probat concl.* 787. *à n.* 2. *& concl.* 796. *à num.* 1. Peña *tract. de fideicom. q.* 11. *n.* 241. Fulu. Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 25. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 89. *à n.* 1. *& lib.* 6. *præſ.* 53. *à n.* 1. Cabedo *deciſ.* 73. *n.* 12. *p.* 2.
34 Farin. *deciſ.* 289. *num.* 2. † & licet fuerit filiationis ex parte matris, quæ ſemper certa eſt, *l. quia ſemper* 5. *de in ius vocando, iuncta l. vulgo concepti,* 13. *de ſtatu hom. l.* 5. *ad fin. tit.* 19. *p.* 4. *l.* 11. *tit.* 13. *p.* 6. Ant. Pich. *in princ.* §. 6. *n.* 27 *inſt. de heredit. quæ ab inteſt.* & poteſt directè probari, ex traditis per Maſch. *de probat. concl.* 787.
35 *n.* 1. & 2. † nempe ſi tempore partus interfuerint, qui partum viderint, & natiuitatem aſſerere iudicio valeant, quæ nominatur directa filiationis probatio; tamen quia de re antiqua agimus, & euentus, & tranſcurſus temporis eamdem afferre ſolent difficultatem in probatione filiationis ex parte matris, quæ ex rei natura habet reſpectu patris, qui non ita certus eſt, vtraque per conjecturas poteſt, vt receptum eſſe ex Verio & aliis teſtatur idem Maſch. citato
36 loco *n.* 8. & Menoch. *d. caſu* 89. *n.* 84. † & quidem ex multis præſumptionibus ſimul iunctis, quarum ſingulæ non ſufficiant, poterit probari filiatio, & ex quo matrimonio à parentibus inito filius proceſſerit, vt probant Couarr. *de ſponſal.* 2. *p. c.* 8. §. 3. *num.* 7. & Maſch. *concl.* 796. *à n.* 1. *cum ſeqq.* Valençuela *conſ.* 28. *n.* 11. nec quidem in ſimilibus dubiis congruentior probatio inueniri poterit, tam ratione antiquitatis, quàm difficultatis probationis, ni indicia, & præſumptiones, nec ius, nec natura rei alios modos ſignant, nec nos certiores afferre poſſumus.

37 Et quia magnas, & indiſſolubiles in propoſito dubio vidi ortas difficultates, animaduertant iudices, ſi non appareat à quo prætenſor deſcendat an à coniuge puro, an à maculato, quod de re ardua, & valde graui agitur, vt magis ac magis veritatem inquirant, & omnibus completis & maxima cura inueſtigatis, ſequantur, quod veriſimilius ſibi videatur,
† quia dum cauſa grauior, & dubitabilior eſt, maiori 38
cura & ſtudio inſcrutari debet ex ratione *text. in l.* 1. §. *ſi quis, de Carbon. edicto, cap. vbi periculum, de elect. in* 6. *l.* 4. *tit.* 17. *p.* 7. cum ſimilibus, & animaduertunt Butrius *in c.* 1. *n.* 7. *de confeſſis, in* 6. Maranta *diſp.* 1. *n.* 16. plures apud Aug. Barboſa *axioma.* 177. *n.* 1. *pag.* 110. præferant quidem pinguiores probationes, & præſumptiones, quæ magis veriſimiles eſſe ſolent *l.* 3. §. 1. *de teſt. l. cum de indebito,* 25. *in princ. de probat. auth. itaque C. comm. de ſucceſſ.* Per. Surd. *conſ.* 1. *n.* 60. qui loquitur de præferendo plures præſumptiones, & quòd præferatur, quæ eſt fortior, docuit Menoch. *lib.* 1. *præſumpt. q.* 30. *n.* 1. *cum ſeq & lib.* 6. *præſ.* 64. *n.* 46. *& conſ.* 22. *n.* 21. *per text. in l. Diuus* 7. *de in integ. reſtit. leg.*
non ſolum 63. §. 1. *de ritu nupt.* † & ſi opus fuerit, iudi- 39
cium differant, & doctos conſulant viros circa propoſitum dubium, (arcano ſeruato in rebus, & perſonis particularibus) vt in filiatione dubia ſpeciatim conſulit Maſchat. *concl.* 796. *n.* 5. *verſ. in hac re quid ſit ſentiendum,* & ſi omnibus completis res merè dubia maneant, decidenda erit, ex dictis ſuprà quæſt. 8. §. 3. illat. 6. & ex latiùs dictis infra 2. part. q. 9. §. 4. regula vltima.

---

§. V.

Quædam breuiter proponuntur ad perfectiorem prædictorum explicationem.

SVMMARIVM.

1 *Veroſimilius ſemper præferendum.*
Præſumptiones ſemper habent locum dum plenæ deficiunt probationes, ibid.
Probatio deſtruit præſumptionem, ibid.
2 *Diuerſitate exiſtente non habet locum identitatis præſumptio.*
Corpus rei ſi conſtat de nominibus, & demonſtrationibus curandum non eſt, ibidem.
3 *Pluralitas præſumitur ex communiter accidentibus.*
4 *Præſumptio validior tollit debiliorem.*
5 *Pluralitas præſumitur ex diuerſitate rerum, tempori, loci, aut perſonarum, & formæ,* num. 6.
Et cauſa, n. 7.
6 *Forma dat eſſe rei.*
7 *Cauſa diuerſa diuerſam rem demonſtrat, & conſtituit diuerſos actus,* n. 8.
9 *Diuerſitas conſiderabilis identitatem excludit, & pluralitatem demonſtrat in rebus, actibus, & perſonis.*
19 *Præſumptio propinquior rei de qua agitur excludit præſumptionem identitatis, aut pluralitatis.*

OMNIA

1 OMNIA prædicta, tam quæ pertinent ad identitatis probationem, quam ad eius præſumptionem, intelligenda veniunt, vt tantùm locum habeant, dum aliud veriſimilius non apparet, quia cùm probatio inſurgens ex præſumptione identitatis, & ex probatione aliquatum demonſtrationum, maximè præſumptiua ſit, vt oſtendunt Phil. Corn. *conſil.* 144. *lib.* 4. Zabarela *conſil.* 18. & patet, quia ad eam occurrimus in defectu pleniorum probationum, & fortè præſumendo, quod non eſt, & ideò, ſi appareat aliqua directa probatio, corruit altera præſumptiua pluralitatis, ſiue identitatis, vt reſoluit Aym. Craueta *conſ.* 244. *n.* 2. Phil. Dec. *conſ.* 36. *n.* 7. vbi ait *Neque obſtat, quod præſumatur eſſe iidem teſtes, ex quo habent idem nomen ex notatis in l. demonſtratio falſa, quia cùm ſit ſolum præſumptio nihil operatur contra perfectam*
2 *probationem*, quod & ratio ipſa ſuadet. † Vnde colligitur, quòd ſi aliunde conſtat cognominum diuerſitatem in ciuitate, aut in oppido eſſe, non poterit familiæ, nec perſonarum identitas præſumi, ſecundùm *text. & notata in eo, in l. ſi iidem Codicilli, 7. C. de codicillis*, & ex Bart. *in l. ſi in rem, n. 6. de rei vendicat.* Fel. *in cap. cum Ioannes, n. 9. de fide inſtrum.* & plures congeſti per Farin. *d. verb. identitas n.* 19. Ant. Peregr. *de fideicomm. art.* 44. *n.* 45. vbi *n.* 52. bene probat, quod non plurimùm curandum eſt de nominibus & demonſtrationibus rei, ſi aliàs de eius corpore conſtat ex ratione *text. in l. cum ſeruo 63. § fin. de contrah. empt. l. patronus 35. § libertis 2. de leg. 3. l. quibus diebus, 40. §. qui dotalem 4. de cond. & dem.* Bart. *in leg. demonſtratio, quæſt. 7. de condit. & dem.* Paul. Caſtr. *conſil.* 117. *lib.* 2.

3 Quod non ſolùm procedit, dum habetur in contrarium plena probatio, ſed etiam cùm alia fortior concurrit præſumptio, veluti ſi res, aut actus ex natura ſit, vt communiter ſolent iterari, quia tunc à communiter accidentibus iteratio, & ſic pluralitas actuum præſumitur, & deletur alia identitatis coniectura, ſecundùm Phil. Deci. ita rectè diſtinguentem *in d. cap. in præſentia, n. 43. de probat.* intellectum tamen
4 prout diximus ſuprà §. 1. ex num. 28. † & generaliter conſtitutum habemus, quod præſumptio debilior tollitur per validiorem, vt communiter probatur per textum *in l. Diuus 7.* vbi *gloſſ. verb. exiſtimari, de reſtit. in integ. l. non ſolum, 67. de ritu nupt. l. quia autem, 6. §. non ſimpliciter, 3. ſi quis omiſſa cauſa teſtam. l. mater. 2. C. de cumulat.* Menoch. *lib. 2. præſumpt. q. 30. n. 1. cum ſeq. & lib. 6. præſ. 64. n. 46. & conſ. 22. n. 22.* Burg. de Paz *conſ. 16. n. 3.* Zephal. *conſ. 23. n. 33. lib. 1. & conſ. 242. n. 10. lib. 2. & conſ. 178 n. 14.* Roman. *conſ. 156. n. 4.* Cepola *conſ. ciuil. 2. n. 12.* Marc Ant. Eugen. *conſ. 15. n. 25. & conſ. 76. n. 74 lib. 1.* Auguſt. Barboſa *axioma* 186. *n.* 3. *pag.* 114. vbi *n* 4. ait, idem eſſe, ſi cōtra vnam præſumptionem identitatis concurrant plures pluralitates, quia hæ ſunt præferendæ *ex leg. 3. §. 1. de teſt. leg. cum de indebito, 25. in princip. de probation. auth. itaque C. commun. de ſucceſſ.* Surd. *conſil.* 1. *n.* 60.

5 Atque ſimiliter, ſi inter vnum & alterum actum interuenerit aliqua rerum, temporis, loci, aut perſonarum diuerſitas, oritur præſumptio pluralitatis actuum, aut rerum, quia victa manebit identitatis coniectura, *ex gloſſ. in l. Pamtonius, §. rei, de adq. heredit. & tenent* Socio. Ruin. & Euerard. relati, & ſequuti à Iacobo Menoch. *d. præſ. 15. n. 22.* Socin. *conſ. 24. viſis diligenter, verſ. tertio*, relatus, & ſequutus à Maſch. *concluſ.* 1179. *num.* 42. & à Farinac. citato loco, *num* 25.

6 Idem etiam erit, dum interuenit forma diuerſa, ex qua oritur fortior præſumptio pluralitatis, quàm identitatis, quia diuerſitas formæ diuerſarum rerum demonſtratiua eſt, & cùm forma det eſſe rei, ſequitur tot eſſe res, quot earum formæ ex Bal. & Fel. *in cap. cum Ioannes, de fide inſtrum.* idem Bal *in repetit. l. edicta n. 118. C. de edendo* Card. Ruyn. *conſ.* 137. *n.* 12. Maſch. *d. concl.* 1179. *n.* 40. Menoch. *de arbitr. caſu* 213. *n.* 25. *& in d. præſumpt.* 15. *num.* 11. *cum ſeqq.* Farin citato loco *num.* 30.

Sicut etiam cùm interuenit diuerſa cauſa, quæ 7
præſumptio eſt diuerſarum rerum ex Bart. Bald. & communiter DD. *in l. ſcire debemus, de verbor.* Iaſſ. *in l. planè, § ſi eadem, n. 11. de leg. 1.* Alc. *in l. triticum, n. 2.* vbi etiam idem Iaſſ. *n. 8. de verbor.* Th. Gramm. *deciſ.* 103. *n* 59. Car. Ruyn. *conſil.* 31. *n.* 4. Card. Tuſch. *in pract. verb. diuerſitas, concl.* 517. *n.* 14. vbi hanc dicit communem, licèt eam impugnare videatur cum aliis ſequacibus. Menoch. *de præſ. 15. n. 4. & 5. de arbitr. lib. 2. caſu 213. n. 11. & ſeqq.* tamen veriſſimam eſſe coniicio, pro qua facit, quod voluit Bal. *in l. edicta col. pen. C. de edendo*, quia diuerſæ cauſæ diuerſos actus conſtituunt, itavt coniugi non valeant, vt in ſimili dixit Bar. *in l. 1. §. idem Cornelio, de quæſt.* Felin. *in cap. cum cauſam, col. 4. verſ. primo caſu, de probat.* vbi etiam Dec. *n.* 11. Paul. Æmilio *deciſ. Rota* 98. *n.* 4. *part.* 3.

Quorum omnium ratio eſt, quia diuerſitas exi- 9
ſtens in parte conſiderabili actus, aut rei identitatem excludit, & pluralitatem demonſtrat, cum in vnica re, aut actu, quid diuerſum conſiderari non poſſit, nec veriſimile ſit, *arg. text. in l. ſi ſeruum 71. §. non dixit Prætor. 5. de adquiren. hered. l. ſi maritus 10. C. de donat. inter l. illam 19. C. de collat.* Hieron. Grat. *reſp. 44 n. 27. & reſp. 66. n. 28. vol.* . Burg. de Paz *conſil.* 8 *n.* 1. Io. Zephal. *conſ. 205. n 56. & conſ. 224. n. 91. &*
conſ. 244. n. 28. tom. 2. † & quoties cum præſumptio- 10
ne identitatis concurrit alia præſumptio propioquior rei, de qua agitur, fortior iure reputatur, atque ita præualere & vincere debet, vt etiam ſuperiùs probaui, ex gloſſ. *verbo, exiſtimari, in l. Diuus 7. per text* ibi, *de in integr. reſtit. l. non ſolum 67. de ritu nupt. l. quia autem, 6. § non ſimpliciter 3 ſi quis omiſſa cauſa teſtam. l. 2. C. de calumniat.* Menoch *de præſumpt. lib.* 1. *q.* 30 *a n.* 1. Burg. de Paz *conſ. 16. n. 3.* Zephal. *conſ.* 21. *n.* 14. Marc. Ant. Eugen. *conſ.* 15. *n.* 25. *& conſ.* 74 *lib.* 1. Roman. *conſ.* 156. *n.* 4. quibus præcluditur quæſtio celebris de identitate probanda.

QVÆSTIO XVII.

De ſententia circa puritatem, & nobilitatem quatenus noceat, vel proſit in vna cauſa, quæ lata fuit in alia.

SVMMARIVM.

1 *Sententia & probationes pari paſſu ambulant, lata circa qualitates ſanguinis nocet & prodeſt omnibus eodem iunctis ſanguine*, num. 2.

Et probatur latè, num. ſeqq.

Lata per ſenatus ſuperiores ab ipſo Principe cenſetur lata, n. 3.

Et facit ius quoad omnes, n. 4.

Circa ius vniuerſale prodeſt omnibus, quibus illud ius commune eſt, n. 5.

Et

Et circa puritatem lato eſt de iure vniuerſali totius generis & familiæ, n.6.

Circa ius pluribus commune omnibus nocet, num.8.

Eius præcipuus effectus eſt ſanguinis adimere iura,n.10.

Circa ſtatum perſonarum facit ius inter omnes, & circa habilitatem perſonæ, & qua quis Hermaphroditus declaratur,n. 11.

Contra ius principale nocet omnibus habentibus ius in conſequentiam & declarat ius vniuerſale totius generis,n.12.

Contra inſtitutum ſubſtituto nocet,n.13.

Circa maculam generis declarat primæ ſtirpis infectionem,n.14.

Viam præcludit omnibus eiuſdem generis ad ſuſcipiendos honores,n.15.

Extinguit ius totius generis,n.17.

Probat non ſolùm expreſſa, ſed etiam connexa,& adhærentia,n.20.

Circa ius indiuiduum omnibus præiudicat, num.21.

Circa primam cauſam, & originem comprehendit omnes effectus inde prouenientes, & lata contra matrimonium præiudicat filiis ex cognatis,n.22.

Contra vnum ex correis debendi alteri etiam non comparenti nocet,n.23.

Præcipuè ſi lata fuerit contra legitimum contradictorem aui defenſorem,n,24.

Circa maculam patris nocet filiis,n.27.

Et etiam collateralibus, ex num. 28. cum ſeqq.

Contra fratrem in cauſa nobilitatis, quando noceat cæteris fratribus,n.33.

Vbi ponitur differentia inter ſententiam latam in cauſa nobilitatis,& puritatis, & in n.35.& ſeqq.& in n.54.

Et lata circa nobilitatis proprietatem,quæ vocatur,deſolar,omnibus nocet, n.28.

Sequitur naturam rei circa quam fertur, num.39.

Lata in iudicio ſummario puritatis numquam tranſit in rem iudicatam,n.53.

Circa cauſam ſanguinis vniuerſum amplectitur genus,n.51.

Ius nouum non creat ſed quod iam erat declarat,n.52.

7 Macula generis prouenit ab inquinamento contracto per ſuum auctorem ex hæreſi,aut ex infidelitate.

8 Singuli de familia poſsident qualitates ſanguinis ex titulo ſuorum maiorum,& eaſdem in iudicio deducit quilibet ex ea cum prætendit honorem puritatis, n.9.

9 Exceptio rei iudicatæ toties obſtat,quoties eadem res ab eiſdem petitur.

10 Iura ſanguinis æquè omnibus de familia pertinent. Cauſa excluſiua à progenitoribus prouenire omnes æquè comprehendit deſcendentes ibid.

16 Suſpicio in capite familiæ totam familiam ſuſpectam reddit.

Aqua quæ ducitur ex Caſtello dicitur ab eo pendere tamquam à capite,ibid.

18 Radice amputata neceſſe eſt, quod rami areſcant.

19 Fiſtula ducenti aquam excæcata impedimento eſt, vt cætera aquam non recipiant.

21 Conſanguinei connexi & vniti eodem ſunt ſanguine.

Quilibet ſequitur naturam ſui progenitoris, ibid.n,19.

22 Matrimonio impugnato per ſententiam filij ex eo nati præiudicium accipiunt.

24 Hæres, } Legitimi ſunt
25 Poſſeſſor, } contradictores
26 Pater, } & defenſores.

28 Collaterales an præiudicentur per ſententiam latam circa maculam ſui collateralis. Omnes habent ius æquè principale, & vnus non eſt legitimus contradictor reſpectu cæterorum,n.29.

Ratio,quæ verſatur circa deſcendentes in iuribus ſanguinis,locum habet in collateralibus,& quoad omnes genus purum aut maculatum declaratur, n.30.

Et quòd ſententia lata circa ſtatum, & ius ſanguinis omnibus noceat tenent Doctores relati,n.32.

31 Iura ſanguinis in omnes deſcendentes ab aſcendentibus proueniunt.

33 Frater damnum non patitur ex ſententia lata in cauſa ſui fratris circa nobilitatem ſi poſtea vberiùs contrarium probet, vel dum ſententia lata fuit circa poſſeſsionem, num 35.

Secus ſi in proprietate,n.38.

45 Prætenſor quandocumque admittitur ad contrarium probandum contra latam ſententiam.

35 Puritas & iura ſanguinis in poſſeſsione & proprietate eadem ſunt, nec ſecerni valent, & n.37.

36 Nobilis ex deficienti poſſeſsione plebeius declarari poteſt.

37 Frater poteſt nobilis declarari, & alter frater ignobilis.

Puritas ſemper eadem eſt, & non poteſt in vno fratre eſſe, & deficere in alio, ibidem.

Nobiles reputari poſſunt quidam ex ortis ex vna familia,& domo,& alij ex eadem non. ibid.

39 Qualitate vnius fratris probata, cenſetur etiam probata qualitas aliorum fratrum vtrimque coniunctorum.

Sententia ſequitur naturam rei circa quam fertur,ibid.

40 Macula & puritas non tam ſunt in indiui-

dui ſ

duis quam in vniuerſo genere.

41 *Ius reale ſemel conſtitutum qualitatem tribuit indelebilem. Eſt tamquam accidens, totum tota, & totum qualibet parte*, n. 42.

Habet cauſam continuam & perpetuam, num. 43. *Maximè in iuribus ſanguinis, quæ vnum quid conſtituunt in omnibus*, n. 44.

Tranſit cum ſua qualitate, n. 49.

44 *Iura ſanguinis continuationem habent, & vnum quid in omnibus & ſingulis producunt.*

45 *Onus rei accedens cenſetur eius pars indiſſolubilis, nec alterationem admittit, & ſemper idem eſt in omnibus*, n. 46.

Inhærens rei in quemcumque tranſit, num. 50.

47 *Grauamen vni impoſitum tranſit in omnes, nec mirum ſi ex impoſito vni alij pragrauentur*, n. 48.

49 *Ius indiuiduum tranſit cum ſua qualitate: ſanguini inhærens omnes comprehendit*, num. 51.

52 *Macula non ideò in vnius perſona declaratur quia per ſe maculatus exiſtat, ſed quia ex genere maculato deſcendit.*

54 *Diſcrimen conſtituitur inter ſententiam latam in ſummario iudicio, quæ in rem non tranſit iudicatam, & inter latam in plenario. Ad hanc euertendam nemo auditur, ad illam verò ſic*, n. 55.

1 PLVRA ad hanc quæſtionem pertinenita congeſſi ſuprà in quæſt. 13. per totam, maximè in
tribus prioribus §§. vbi de teſtibus in aliis iudiciis
examinatis, & eorum fide late egit; † quia cùm teſtes, & ſententia pari paſſu ambulent, quoad probationis effectum, vt communiter tenent DD. *ex text. in l. ſed ſi poſſeſſori*, 11. §. *fin. cum l. ſeq. l. in duobus*, 28. §. *Colonus, de iureiur. cap. inter dilectos*, 6. §. *in omnibus autem, verſ. Nec atteſtationes, de fide inſtrum.* Ioann. Gatcia *de nobilit. gloſſ.* 15. *num.* 8. Pelaez *de maiorat.* 4. *part. quæſt.* 14. *num.* 31. Valençuela *conſil.* 92. *num.* 10. cum pluribus aliis adductis *in d. quæſt.* 13. §. 1. *præmiſſo.* 4. *& in* §. 1. *pluribus in locis*, quoties nocet ſententia nocent probationes & teſtes, vt prædicti aſſerunt, & nos aſſeruimus in citato loco, & licèt videatur, quòd bis agamus de eadem re, duplici ex cauſa id efficere non erubeſcimus, tum quia ibi tantùm de ſententia adduximus, quantum opus fuit ad veritatem illius quæſtionis oſtendendam circa fidem teſtium, & aliarum probationum in aliis iudiciis productorum: nunc verò magis ſpeciatim, & completè, quæ ad ſententiam pertinent, pertractabimus, tum etiam, quia cum hac quæſtione noſtrum tractatum, & iudicialem puritatis ordinem perfecimus, & omnia ad rem tangentia complectimur, ſine qua & tractatus incompletus maneret, & interciſus
2 debitus progrederetur ordo. † Quare ſicut ibi aſſerui, qòd teſtes, & probationes receptæ in vnius cauſa nocent omnibus, qui eiuſdem ſunt familiæ, & deſcendentiæ, ita hîc regula certa, & conſtans aſſignanda eſt, quòd ſententia lata in cauſa conſanguinei, nocet, & prodeſt cæteris omnibus eodem iunctis ſanguine per eamdem deſcendentiam, & lineam, vt probauit Rota apud Farinac. *deciſ.* 315. *ſub num.* 3. 2. *part. nouiſſim.* & apud Mohed. *deciſ.* 8. Creſcent. *deciſ.* 18. *de probat.* Achill. *deciſ.* 5. *de ſent. & re iud.* plures apud Barboſam *de canonicis*, *cap.* 13. *num.* 38. qui omnes ſpeciatim in materia puritatis loquuntur.

Quod ab omni dubio alienum eſſe videtur in 3
ſententiis latis per Senatum ſupremum Inquiſitionis, & regium Ordinum, quæ latæ cenſentur ab ipſo Principe, *ex text. in l.* 1. §. *de aqua autem.* ibi, *& putat de ea reſtitutione ſenſum, quam vel Princeps, vel Senatus indulſit, de poſtulando l. quod Principis*, 23. *de aqua, & aqua pluu. arc.* melior *text. in l. quiſquis*, 5. *in princ. C. ad leg. Iul. maieſt. l.* 1. *C. de prapoſit.* Lambar. *lib.* 17. Gregor. Lopez *in l.* 23. *gloſſ.* 3. *tit.* 9. *part.* 1. Matienço *in Dialogo relator.* 1. *part. cap.* 4. *num.* 9. vbi adducit *l.* 1. *verſ. La octaua, tit.* 2. *part.* 7. Simanca *lib.* 7.
de repub. cap. 6. *nu.* 2. † & faciunt ius quoad omnes 4
tam in vtilitate, quàm in damno, *text. eſt in l. fin. C. de legib. l.* 28. *tit.* 18. *l.* 14. *tit.* 22. *part.* 3. *cap. in cauſis*, 19. *de re iud.* plura tradunt Pelaez *de maiorat.* 4. *part. quæſt.* 22. *num.* 53. *cum ſeqq.* Curt. Iun. *conſ.* 60. *num.* 7. Valençuela *conſ.* 39. *num.* 64. plura quoad vtrumque cōgerit Pelaez de Lara *in compend. vita hom. cap.* 1. *num.* 58. *&* 59. Et ſpeciatim, quòd ſententia Senatus faciat ius quoad omnes probant *ex text. in l. filius emancipatus.* 14. ibi, *Sic enim inueni Senatus cenſuiſſe, ad ſeq. Corn. de falſ. d. l. fin. C. de legib.* Ant. Gamma *deciſ.* 13. *num.* 2. vbi Flores plotes adducit, Ant. Theſaur. *in præfat. deciſ. Pedam. num.* 32. & in ſententiis Cancellariæ loquens multis probat Valençuela *conſ.* 73. *num.* 53. *& conſ.* 40. *num.* 55.

In cauſis verò ſtatus, & qualitatum ſanguinis idem 5
maiori ex cauſa eſſe, & ſeruari debere in ſententiis omnibus quorumçumque iudicum probatur ex ſeqq. Primò quia ſententia lata circa vniuerſale ius plures æquè tangens, æquè omnibus prodeſt, & nocet, ex notatis *in l. Papinianus* 8. §. *ſi ex cauſa*, 16. *de inoff. teſtam.* & communiter DD. *in l. ex contractu*, 44. *de re iud.* cum cumulatis à Peregr. *de fideicom. art.* 53. *n.* 49.
& 50. † At ſententia lata circa puritatem vnius verſa- 6
tur circa ius vniuerſale commune omnibus eiuſdem generis & familiæ, *ex text. in l. emancipatum.* 7. §. *fin. de Senator. l.* 3. *de interd. & releg. l.* 2. *verſ. La tercera, tit.* 21. *part.* 2. Ioan. Gutierr. *lib.* 3. *pract. quæſt.* 13. *num.* 32. *& ſeq.* Pelaez *de maiorat.* 1. *part. quæſt.* 51. *num.* 6. cum aliis congeſtis infrà 2. part. quæſt. 6. §. 1. ex num. 7. Igitur omnibus æquè nocere, & prodeſſe debet.

Secundò, id etiam probatur, ſententia lata aduer- 7
ſus cohæredem ex contractu cum teſtatore innito, ita nocet cæteris omnibus cohæredibus, ac ſi aduerſùs omnes nominatim lata fuiſſet, & omnes ſimul in iudicio comparuiſſent: at macula generis prouenit ab inquinamento contracto à ſuo auctore ob commiſſam hæreſim, & infidelitatem, ex quibus, non minus, quàm ex contractu tenetur, ſecundùm *l.* 1. *in princ. cum §§ ſeqq. l. ex maleficio.* 4. cum aliis ibi, *de oblig. & act. princip. inſt. de oblig. ex maleficio.* Igitur ſententia lata circa generis maculam in cauſa vnius cæteris nocere debet.

Minor patet, *ex text. in l. in contractu*, 44. *de re iud.* & omnes ex ea ita obſeruant, ſecundùm Arias Pin. *in l.* 1. 3. *part. num.* 49. *C. de bonis matern.* & faciunt *text. in l. in executione.* 81. §. *quod ſi ita ſtipulatus.* 3. *de verbor. & in l. inter cohæredes*, 44. §. *quod ex facto.* 5. *fam. erciſc.* vti ea iura interpretatur Don. *in l.* 2. §. *item ſi in facto, num.* 4. *de verbor.*

Tertiò, quoties in iudicio agitur per legiti- 8
mum defenſorem de iure plures tangenti omnibus etiam non citatis prodeſt, & nocet ſententia lata ſecundùm *text. in l. cum non iuſto.* 3. *de colluſ. deteg. l.* 1. §. *denunciari, de ventre inſpiciend.*

leg. 1 de except. rei iudic. tenent DD. infrà in diſcurſu referendi: ſed quilibet de familia ex titulo ſuorum maiorum ſanguinis poſſident qualitates, quarum ſinguli legitimi ſunt defenſores. Igitur ſententia lata circa eaſdem ſanguinis qualitates aduerſus vnum, cæteris nocebit conſanguineis.

Minor conſtat ex opinione communi, de qua Dec. *in leg. fin. num. 41. C. de edicto D. Adriani toll.* Anton. Gom. *in leg. 45. Tauri, num. 150.* Menoch. *de adipiſc. remed. 4. num. 581.* Sebaſt Montieul. *de inuentario cap. 9. num. 442.* Gozzadino *conſ. 6. Prima facie, num. 89.* Rol. à Valle *conſ. 78.* Habita diligenti conſideratione, *n. 5. & 27. lib. 9.* Burg. de Paz *conſ. 39. n. 14.*

9 Quartò probatur, exceptio rei iudicatæ toties obſtat quoties eadem res ab eiſdem petitur: at dum poſt latam ſententiam circa qualitates ſanguinis in vnius cauſa alter conſanguinis intendit puritatis, in iudicium deducit eaſdemmet generis qualitates, & dicitur eadem perſona interpretatiuè ſaltim cum prima, vt ait *gloſſ. verb. concurrunt, & verb. perſonas, in leg. & an eadem, 1. de except. rei iud.* Igitur & ei obſtabit prima ſententia ſaltim vſque ad contrarium apertè probetur, vt inferiùs latè dicam.

Maiorem probo *ex text. in l. ſi quis cum totum, 7. §. 1. de except. rei iud.* Alexand. *in l. ſæpe, num. 12. de re iud.* Ronchegald *in l. ex duobus, la. 2. num. 37. de duob. reis* Greg. Lop. *in l. 5. verb. compañeros, tit. 23. part. 3.* Aym. Crauet. *conſ. 306. num. 7.* Per. Surd. *conſ. 190 num 13. & conſ. 131. num 6 vol. 2.* Rota *dec. 132. n. 18. part. 2. diuerſorum ſacri Palacij.*

10 Quintò probatur, præcipuus ſententiæ effectus eſt ſanguinis adimere iura, *ex text. in l. 3. 3. §. ſed & ſi de conditione, 2. de iureiur. & in leg. ſiue contra 3. in princ. de agnoſc. & alend. lib.* Alber. *de ſtatutis 2. part. quæſt. 103. num 2.* Pelaez *de maiorat. 4. part. 14. num. 1.* at iura ſanguinis æquè ad omnes de familia pertinent, nec in vno eſſe poſſunt, & in alio deficere. Igitur ſententiam latam circa ius vnius in qualitatibus ſanguinis omnibus nocere conſanguineis, eſt neceſſe.

Minor patet *ex text. in l. hoc accuſare 12. § in omnibus, 4. de accuſat. Auth. Quibus modis naturales effic. ſui, § ſi quis ergo filius,* late Andr. Tiraquel. *in l. ſi vnquam, verb. Donatione largitus, num. 288. C. de reuoc. donat.* & cauſa exclusiua à progenitoribus proueniens omnes æquè comprehendit deſcendentes ex ratione *text. in l. in ratione 11. § ſi filio 6. ad l. falcid. leg. qui id quod, 33. in princ. de donat. l. tutor. 69. de fideiuſſor.* multa congerit Pelaez *dict. 2. part. quæſt. 2. à num. 84. cum ſeqq.* & nos ſuprà quæſt. 2. ex num. 36. cum ſeqq.

11 Sextò probatur ex vulgatiſſima regula, quòd ſententia lata circa ſtatum & perſonarum conditionem, pro veritate habetur, vt faciat ius vbique, & inter abſentes, & non vocatos, *ex text. in l. ingenuum, 27. de ſtatu homin.* præcipuè circa qualitates perſonis cohærentes, ſecundum Cyn. Bal. Salic. & Ang *in l. 2. C. Quib. res iud. non nocet,* adductas ab And. Tiraq. *de nobilit. cap. 27. num. 2. & ſeqq. & in tract. res inter alios acta, lim. 18.* Paz *de tenuta d. c. 43. num. 2.* Ant. Fab. *in C. lib. 7. tit. 25 de fin. 1. n. 2. & lib. 9 tit. 19. de fin. 11. n. 6.* vbi de ſententia lata circa nobilitatem. Alex Ludouiſ. *deciſ. 498. num. 9.* vbi plures Gracian. *diſcept. for. & 2. cap 31. num. 11 tom 5. c. 869. n. 16* vbi etiam loquitur de ſententia lata contra vel pro habilitate perſonæ, Bal. *in l. pen. de re iud.* pluribus in locis, *& col. 18. ſub n. 66. verſ. ex hoc in foro,* dixit quòd ſententia, qua quis hermaphroditus declaratur, ius quoad omnes facit, approbat Stephan. Lamberteng. *de contract. eorum. gl. 2. verb. mulierum n. 13. pag. mihi 53.* Otalora *de nobilit. 2. par. 5. partis principalis, c. 8. à n. 1. cum ſeqq.*

Couarr. *in pract. cap. 13. num. 55.* Igitur patet huius ſententiæ veritas. Cuius contrariis plenè ſatisfactum manet, in d. q. 13. §. 2.

Confirmatur primò, ſententia lata aduerſus ius 12
principale æquè nocet omnibus, quibus communicatur, nempe ſi feratur aduerſus hæredem omnibus nocet fidei commiſſariis, & legatariis: ſed ſententia in cauſis puritatis declarat ius vniuerſale totius generis, ex quo velut principale in cæteros deriuatur, vt probaui latè in dict. quæſt. 13. §. 2. Igitur omnibus nocebit.

Maior probatur ex opinione magis recepta, quam tuentur Bar. & Alexand. *in l. de vnoquoque, de re iud.* adducti ab Anton. Gab. *lib. 2. comm. opin. tit. de citatione concl. 1. num. 310.* Sim. de Prettis *de interpret. defunct. vol. lib. 5. dub. vlt. num. 17.* Marzar. *de fideicom. quæſt. 72.* Anton. Peregr. *eod. tract. art. 53. ex num. 46* Alexand. *conſ. 84. num. 10. lib. 3.* Burſat. *conſ. 203. num. 19. lib. 2.* Zephal. *conſ. 279. num. 15. lib. 2.* Socin. Iun. *conſ. 181. num. 95 lib. 2.* Hieron. Gabr. *conſ. 43. num. 43.* contra Couarr. *in pract. d. cap. 13. n. 6.* Iacob. Puteum *deciſ. 91. n. 2. lib. 2.* Valençuel. *conſ. 6. n. 20. & 21.* Chriſtoph. de Paz *d. c. 41. de tenuta, n. 3 verſ. vlterius,* latè Fuſario *de nobilit. q. 621. per totam.*

Confirmatur ſecundò, ſententia lata in credito- 13
rum fauorem aduerſus inſtitutum ſubſtitutio nocet ſecundùm Bar. *in l. in diem, de aqua & aquæ pluui arc.* Peregr. *d. art. 53. n. 52. per text. in d. l. ex contractu, de re iud. l. 1. §. denunciari 14 de ventre inſpic. l. Papinianus, 8. § ſi ex cauſa 16. de inoff. teſtam. & in d. ſi patroni, 55. §. fin. ad Treb.* Rebuf *in tract. concord.* Rub. *de collat. pag. 259.* Alex. *conſ. 156. n. lib. 2.* Oldrald. *conſ 94. dub. 3. à n. 16. verſ. quod ſententia,* Nic. Boër. *deciſ. 204. n. 41. & deciſ. 55. n. 12.* Igitur ex eadem ratione nocere debet in noſtra ſpecie omnibus conſanguineis.

Confirmatur tertiò, per ſententiam maculæ infe- 14
cto totius generis, maximè primæ ſtirpis directè de-
claratur, *ex text in l. 3. de interd. & releg. l. qui aliena 32.*
& in aliis eſt, *l. liberto, 31. § fin. de neg. geſt.* Io. Garcia
de nobilit. gloſſ. 6. n. 48. & Io. Gut. *lib. 3. pract. q. 12. n. 94.*
& præcluditur via ſuſcipiendi honores ſanguinis, vt
ex noſtris patet ſtatutis, † & ſicut macula ipſa omnes 15
apprehendit, ita & per ſententiam via præcluditur
omnibus eiuſdem generis, ex doctrina Bar. *in l. ſi eo*
tempore, C. de rem. ſſ pign. Maſeh. de Afflict. *deciſ. 235.*
Innocent. *in cap. cum ſuper, de re iud.* faciunt tradita à
Pelaez *2. part. quæſt. 2. à num. 81. cum pluribus ſeqq.* † & 26
vbi cadit familiæ ſuſpectum eſt, eamdem ſuſpicionem
omnia eius membra habent, Iaſ. *in leg. apertiſ-*
ſimi, num. 7. C. de indic. Surd. *deciſ. 41. num. 8. & 9.* benè
probat Paz *dict. cap. 43. de tenuta ſub num. 1. circa*
fin. ſicut aqua quæ ducitur ex caſtello dicitur ab eo,
pendere tamquam à capite *leg. 1. §. ait prætor. & §.*
ſeq. de aqua quotid. & æſtiu. Gracian. *diſcept. forenſ. 2.*
part. cap. 396. num. 8. Fuſario *de ſubſtitut. quæſtion.*
317. ex num. 2. cum ſeqq. † eum illa ſententia extin- 17
guat ius totius generis, & ſic extinctum ad omnes
deriuatur, *ex text. in leg. lex vectigali 31. verſ. leg.*
Item quæſiit, de pignor. Dec. *in leg. aliud, §. abſur-*
dum, de reg. iur. gloſſ. *per illum text. in leg. qui aliena,*
§. fin. de neg. geſt. gloſſ & Bart. *in l. ſi de communi, ſi ſeruit.*
vindic. cum adductis ab Alex. *in d. l. ſæpe, n. 48. de re*
iud. † & cum ſtirps ſanguinis, ex qua deriuatur in 18
vniuerſam ſobolem eius qualitas, amputata per
ſententiam maneat, rami aridi, & ſine fructu ma-
nebunt, ſecundum Afflict. *in cap. 1. num. 16. de*
nat. feud. Mantic. *de tacit & amb. lib. 22. titul. 16.*
numero 4. in fin. Aymon. Craueta *conſil. 163. num 4.*
& 5. † Et ſicut fiſtula, ex qua ducitur aqua, excæ- 19
cata impedimento eſt, vt aqua vlterius duca-
tur, ita cùm genus dehoneſtatum macula

per

Digitized by Google

per ſententiam dicitur, impedimento perpetuo eſt omnibus, qui ex eo ôttum dicunt, vt optimè conſiderat Pelaez *de maiorat.* 2. *quæſt.* 4. *illat.* 2. *num* 28. cum quilibet ſemper ſequatur naturam ſui genitoris, Bal. *in leg.* 1. *n.* 2. *& ſeq. de ſenat.* Afflict. *in cap.* 1. *num.* 45. *de ſucceſſ.* fratr. Mantiça *de tacit. & amb. lib.* 22. *tit.* 16. *n* 4.

20 Confirmatur quartò, ſententia amplectitur, & probat non ſolùm expreſſa ſed etiam omnia connexa, & quæ illis adhærent, *text. in leg. ſi cum tibi* 4. vbi Bart. *Cod. de iudic. cap.* 1. *§. ex contrario, de inueſtit. de re aliena facta*, vbi Afflict. *num.* 7. Hipolit. *in rub. num.* 187. *de fideiuſſor.* Andr. Tiraq. *in tractat. res inter alios acta, pag.* 28. Auiles *in cap.* 1. *correctior. num.* 17. ex ratione quam tradunt Dec. *in leg.* 1. *num.* 6. *Cod. de bon. poſſ. ſecund. tab.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 39. *num.* 4. Corſet. *ſingul. verb. argumentum*, & cùm conſanguinei vniti, & connexi eodem ſint ſanguine, de quo fertur, ſententia, *ex in leg* 1. *§. conſanguineos autem* 10. *de ſuis & leg. hered.* Mart. Bonacin. *de matrimon. quæſt.* 3. *punct.* 5. *§.* 1. *num.* 2. Auguſt. Barboſa *de officio Epiſcop.* 3. *p. alleg.* 51. *n.* 153. ſequitur, quòd omnes in ſententia complectantur.

21 Confirmatur quintò, quoties in iudicio deducitur ius indiuiduum, præiudicat ſententia omnibus ad quos pertinet ius, vt probat Anton. Peregr *d. art.* 53. *num.* 41. & Paz *d cap.* 45. *de tenuta num.* 8. Parlad. 2. *quotid. cap fin.* §. 1. *num.* 1. Pinel. *in l.* 1. 3. *part. num* 5. *cap. de bon. matrim.* Felician. 3. *de cenſib. cap.* 2. *num.* 14. latè Gonçal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 9. §. 1. *ex num.* 84. vt in ſententia lata contra præſentatum, ſeu nominatum receptum eſt, quod noceat patrono in poſſeſſione ſaltim, *ex text. in cap. cùm olim.* 7. vbi *Card. de cauſa poſſ & prop.* Abb. *num.* 23. & Immol. *in cap pen. de re iud.* tenent adducti per Lambert. *de iure patron lib.* 2. 2. *quæſt.* 11. *art.* 9. Couarr. *in pract. cap.* 14. *num.* 1. Pelaez *de maiorat.* 3. *part. quæſt.* 15. *n.* 11. ſed ius ſanguinis indiuiduum eſt inter omnes conſanguineos, vt notum eſt. Igitur patet ſententia noſtra.

22 Confirmatur ſextò, & oſtenditur, quòd ſententia lata aduerſus originem & primam cauſam apprehendit omnes effectus inde prouenientes, quia ſententia lata aduerſus matrimonium præiudicat filiis ex eo natis, qui ſe legitimos dicunt ſucceſſores *ex text in leg.* 1. *§ fin. l.* 3. *in princ. de agn. & alend. lib. l.* 20. *verſ. otro ſi decimos, que ſi alguno* vbi Greg. *gloſſ. contra el padre tit.* 22. *p.* 3. elegantiſſimè Bal. *in l.* 2. *verſ ſed quæ ſunt ſententiæ, C. quib. res iud. non nocet.* Couarr. *de ſponſal.* 2. *p. c.* 8. §. 3. *n.* 2. plures apud Paz *d. c* 43 *num.* 4. quamuis ex *num. ſeq.* aliud ſuadere conetur quam defendit ab Alexandri, & aliorum oppugnationibus Pelaez *de maior.* 3. *parte, q.* 15. *n.* 188. *num duobus ſeqq.* inter quam & noſtram ſpeciem rectum rationis diſcrimen aſſignari non poteſt. Igitur eadem diſpoſitio.

23 Confirmatur ſeptimò, quia ſententia lata contra contra vnum ex correis debendi alteri etiam non comparenti nocet, ſecundùm *text. in l. ex duobus* 18. iuncta gl. & Bar. *in* 4. *q.* Ang. & Aret. *ſub num.* 9. *de duobus reis*, Alex. *in l ſæpe, num.* 42. *de re iud.* Ang. *in l.* 2. *in fin. C. de fide inſtrum.* Peregr. *de fideicomm. art.* 42. Card. Tuſch *pract. concl.* 174. *n.* 128. *lit. S. tom.* 7. ſed omnes conſanguinei ſanguinis ſunt correi. Igitur patet intentum.

24 Quæ omnia abſque controuerſia procedunt, dum ſententia lata fuit aduerſus legitimum contradictorem, & defenſorem, ad quem cauſa principaliter attinet, & à quo ius in cæteros deriuatur, v. g. aduerſus hæredem ad quem principaliter attinet teſtamenti defenſio, à cuius iure cæterorum ius pendet, vt *in dict. leg. Papinianus* 8. *ex cauſa* 16. *de inoffic. teſtam. d. ct. leg. ex contractu* 44. *de re iud.* plures regnicolæ apud Chriſtoph. de Paz *de tenuta cap.* 43. *num.* 1. cum aliis pluribus allegatis ſupra, & à Peregrin. *num.* 49. & 50. loco citato. 25 † Poſſeſſor maioratus reſpectu ſucceſſorum, *leg.* 1. *§. denunciari.* 14. *de ventre inſpic.* Couarr. *in dict. cap.* 13. *pract.* Peregrin. *num.* 48. in loco citato, & omnium latiſſime Pelaez *dict.* 4. *part. quæſt.* 14 *à num.* 1. cum aliis paulò inferiùs allegandis. 26 † Patet in cauſa filiationis ingenuitatis & matrimonij, *leg.* 1. *§. fin. cum illi ſeqq. de agnoſc. & alend. lib. dict. leg. ingenuum* 25. *de ſtatu homin. leg. Diui* 27. *§.* 1. *de liber cauſa*, Couarr. *in dict. quæſt.* 13. *num.* 5. Farinac. *deciſ.* 325. *num.* 3. *& deciſ.* 294. *num.* 5. *&* 9. *part.* 2. Pelaez *de maiorat.* 3. *part. quæſt.* 15. *num.* 189. *& ſeqq.* 27 † Atque ſimiliter in noſtra ſpecie, ſententia lata circa maculam patris nocebit filiis & deſcendentibus. Perezius de Lara *de anniuerſ. & capellan. lib.* 2. *cap* 4 *num.* 28. Farin. *deciſ.* 335. *num.* 2. *&* 3. 1. *part. & deciſ. nouiſſima*, 284. *num.* 4. *&* 5. D. Ioann. del Caſtillo *tom.* 6. *lib.* 5. *controuerſ.* 2. *part. cap.* 123. *num.* 19, quia lex multum confidit de eo ad quem principaliter cauſa expectat, vt tradunt Cyn. Alex. & apud Peregr. *d. art.* 53. *ſub n.* 49.

28 Maius quidem dubium verſatur circa collaterales, quibus præiudicium afferre ſententiam latam contra ſuum conſanguineum nec rationi, nec iuri congruum videtur, licèt ab eadem proueniant radice, & ſtirpe, *ex text. in leg. duobus* 30. *de liber. cauſa l.* 1. *§. patronum* 5 *ſi ingen. eſſe dic.* cum adductis ſuprà in d. quæſt. 13. §. 2. num. 11. cum ſeqq. 29 † quia eorum reſpectu non poteſt dici conſanguineus legitimus contradictor cùm omnes ius habeant æquè principale, nec ſententia eis præiudicium afferre poterit, ex Couarr. citato loco, *num.* 5. Fab. de Anna *conſil.* 17. *num.* 20. *&* 22. Vincent de Franch. *deciſ.* 587. *à num.* 17. *cum ſeqq.* 3. *part.* Pelaez 2. *part. de maiorat q.* 4. *illat.* 2. *n.* 32. Anton. Peregr. *d. art.* 53. *ſub n.* 44. *verſ. vbi tamen.*

30 Nihilominus tamen in ſpecie noſtra aliud dicendum eſt, tum quia rationes omnes, quæ obtinent in deſcendentibus locum habent in tranſuerſalibus, tum quia prima radix, & genos vniuerſum macula notatum per ſententiam declaratur, & comprehendit omnes eodem infectos ſanguine, tum etiam quia vbi agitur de bono communi tuendo ad quod reſpiciunt puritatis ſtatuta ſententia omnibus, quos res tangit, nocet, 31 † tum etiam, quia ſicut iura ſanguinis ex patre non tantùm in filios tranſeunt; ſed principaliter ex genere proueniunt, ita ad conſanguineos, & collaterales omnes pertinent ex ipſo genere iura ſanguinis abſque diſcrimine vllo, vt patet *ex text. in l. eum qui* 3. *de interd. & releg.* Ioann. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 7. *num.* 17. Otalora *eod. tract.* 1. *part. cap.* 5. *num.* 1. *cum ſeqq.* Ioann. Gutierr. *lib.* 3. *pract. q.* 13. *à n.* 92. *cum duobus ſeqq.* quas & alias rationes ſuprà h. q. & in d. quæſt. 13. §. 2. per totum congeſſi, & latiùs probaui, vnde ſumenda ſunt, ne eadem pluries relegantur.

32 Ex quibus, & aliis rationibus hanc ſequuntur ſententiam præter relatos ſuprà Bart. *in leg. poſthumus §. ſi quis, de inoff. teſtamen.* & latiùs Alexand. *in dict. leg. ſi patroni, §. actiones, à num.* 2. *ad Trebel.* Andr. Fachin. *lib.* 7. *controuerſ. cap.* 103. & relati à Couarr. *in dict. quæſt.* 13. Arias Pinel. *in leg.* 1. 3. *part. num.* 48. *Cod. de bonis matern.* Menchac. *lib.* 1. *de ſucceſſ. creat.* §. 6. *num.* 28. Meneſes *in leg. vnum ex familia, §. ſi de falcidia, num.* 14. *de leg.* 2. Chriſtophor. de Paz *de tenuta* 2. *tom. cap.* 32. *num.* 73. Perez de Lara *dict. cap.* 4. *num.* 31. Pelaez, qui latè de

hoc agit,& plures recenſet 4. *part. quæſt.* 14. *per totam*, Anton. Gamma *deciſ. Luſitan.* 383. *num.* 2.
vbi bene docet, quòd ſententia lata circa qualitatem perſonæ facit ius inter alios, vbi Flores de Mena eius additionator *ad notab.* 1. plures congerit,
Ioſeph de Seſſe *deciſ. Regni Aragon.* 4. *num.* 13. *&* 50.& Ioann. Gutierr. *conſil.* 1.*à num.* 3. cum aliis
ibi,præter relatos à nobis ſuprà *num.* 27. & alibi, &
licèt plures ex dictis loquantur in poſſeſſore maioratus reſpectu ſucceſſorum idem omnino per neceſſariam conſequentiam locum habere debet in
puritatis ſententia reſpectu omnium eiuſdem generis,ſanguinis,& deſcendentiæ,ex dictis.

33 Et quamuis contrarium voluiſſe videatur Otalora *de nobilit.* 2. *part.* 3. *princip. cap.* 8. & Ioann. Garcia *cod. tract. gloſſ* 6. *num.* 48. Pelaez *de maiorat.* 2.
part. quæſt. 4. *illat.* 2. *num.* 10. in meo Codice eſt
eſt *num.* 32. Fab. de Anna *conſ.* 89. *num.* 4. *&* 5.
lib. 1. Valençuela *conſil.* 112. volentes, quòd ſententia lata contra fratrem in nobilitatis cauſa aliis fratribus nō præiudicat,loquuntur tamē reſpectu nouarū probationum,quibus rei veritas pleniùs apparuit,
quàm in primo conſtitit iudicio; nam cæteri poterunt poſtea contrarium probare,& nouum inſtruere
iudicium, & obtinere non obſtanti alia fratris contraria ſententia, itavt eius præiudicium tantùm ſit,
quoad contrarium vberiùs probetur, quod & nos
etiam in puritatis ſententia admittimus, & aſſerimus,quæ non ſic generi, & conſanguineis nocebit,
vt ampliùs non poſſint audiri, nec contrarium
probare ſed tantùm pronunc, & vſque melius veri-
34 tas probetur: † Immò & plus fatemur quod non
tantùm fratres,& conſanguinei, ſed & ipſe, qui aduerſam obtinuit ſententiam poterit oſtendere, rem
aliter ſe habere, & probata contraria veritate,debet
prima reſcindi ſententia, & honorem prætenſum
obtinere,cuius contrarium ſeruatur in iudiciis nobilitatis,quorum ſententia in rem tranſit iudicatam,
& ita nocet ei,contra quem fuit lata, vt audiri ampliùs non debeat, licèt contrarium validiſſimis
oſtendat probationibus, & quamuis magnam efficiat aduerſus alios fratres præſumptionem ex dictis
quæſt. 13. §. 1. præmiſſo. 2. tamen non omnino nocet,
cùm audiri poſſint, & contrarium probare, vt ſæpiùs dixi.

35 Eſt & in alio magna differentia inter ſententiam
nobilitatis latam in plenario iudicio, & inter prolatam in ſummario puritatis, de qua nos principaliter loquimur,nam in iudiciis puritatis agitur de eius
poſſeſſione, & proprietate ſimul, & ſecerni vna ab
alia non valet,& eius ſententia fertur in proprietate,& poſſeſſione, quod diuerſimodè ſe habet in nobilitate, cuius proprietas ſecerni poteſt à poſſeſſione, & ſententia ferri circa poſſeſſionem ſeparatam à
proprietate, vt paſſim in practica fit, & conſtat ex
traditis à Ioann. Gutierr *lib.* 3. *pract. quæſt.* 19. *per totam*, Otalora, Garcia, Acebedo & aliis in locis ibi
36 per eum relatis.† Ex quo diſcrimine prouenit, quòd
verè nobilis ex deficienti actuali poſſeſſione plebeius,& tributarius poſſit per ſententiam declarari, &
cum poſſeſſio in facto perſonali conſiſtat *text. in l.*
3. *in princip. & in leg. quemadmodum* 8. & paſſim per
37 totum *titul. de adquir. poſſ.* † poterit eſſe penes fratrem, & deficere in alio, quod & in filio reſpectu
patris admittit Ioann. Garcia *in dict. gloſſ.* 12. *num.*
48. licèt contrarium ſentire videatur Zaballos
commun. contra commun. quæſt 636. *num.* 11. & quòd ex
eadem domo orti poſſint alij nobiles reputari, alij
non,dixit Socin. *conſil.* 246. *num.* 3. *verſ. quocumque autem, vol.* 2. Farinac. *deciſ.* 535. *num.* 5. *part.* 2. *& deciſ.*
555. *num.* 2. *part.* 2. *in poſthum.* quod omne econtra accidit in puritate,quæ cum ſemper vna ſit tam in proprietate, quàm in poſſeſſione perpetua & conſtans
eſt in omnibus, & non poteſt alia in vno, & alia in
alio eſſe,ſed ſemper vna, & eadem in omnibus eiuſdem generis, & proinde eis omnibus nocere,& prodeſſe debet. † Quod euenit etiam in nobilitatis pro- 38
prietate,quæ vulgo *deſolar*, dicitur, cuius ſententia
aduerſus vnum lata nocet æquè omnibus eiuſdem
familiæ,quia fertur circa ius reale,naturale, indiuiduum, & vniuerſum quoad omnes,*ex text. in leg. qui
aliena*, 32. in aliis eſt *leg. liberto.* 31. §. *fin. de neg. geſt.*
Ang. *in auth. vt liceat matri & auiæ*, §. *ad hæc*, docet
Ioann. Garcia *gloſſ.* 6. *num.* 48. *verſ. Imo aun que la
executoria*, vbi in fine hanc quam conſtituimus inter
proprietatem, & poſſeſſionem differentiam aſſignat,
& eam ſequitur aliud agens Ioann. Gutierr. *lib.* 3.
pract. quæſt. 14. *num.* 141. *&* 142. Anton. Fab. *C. tit.* 29.
deffinit. 12. *num.* 6. *lib.* 9. † quare ſicut puritas, aut ma- 39
cula conſtituunt ius reale perpetuum,& indiuiduum
in toto genere, & vniuerſa agnatione, ita ſimiliter
ſententia de eiſdem qualitatibus lata amplecti debet
omnes, quibus eædem communes ſunt qualitates,
quia ſententia ſemper naturam ſequitur rei circa
quam fertur,cùm nouum ius non inducat, ſed vetus
declaret,*ex text. in leg. ſicuti* 8. §. *& ſi quidem* 4. *ſi ſeruit. vindic. lex. ex aduerſo.* 35. §. *vbi autem de rei vendic.
l. non poteſt* 23. *l. non quemadmodum* 34. *de iud. l. Pomponius*, 13. §. *ſi iuſſu* 9. *de adq. poſſ. l. quid tamen* 21. §. *ſi
arbiter.* 10. *de recept. arbitr.* Bar. *in leg. exceptio.* 28. *de
except. rei iud.* Iaſſ *in leg. ex hoc iure*, *num.* 44. *de iuſt.
& iure*. plura congerit Pelaez *de maiorat.* 4. *part. quæſt.*
20. *num.* 282. atque hoc ſenſu verè dicitur,quòd probata qualitate vnius fratris cenſetur probata aliorum fratrum vtrinque coniunctorum,ex Ang. citato loco *in fin.* Alexand. *in leg. ſæpe num.* 51. *verſ.
idem etim ſentit. Angelus, de re iud.* Tiraq. *de nobilit.
cap.* 17. *num.* 3. Coſta *in memorabilibus, verb. ſententia
dicta pro vno ex multis fratribus*, ſequuti à Rota penes
Ioann. Coccin. *deciſ.* 68. *numero* 4. *& deciſ.* 105.
num. 1.

Cuius rei ratio etiam illa eſt, quòd ius puritatis, 40
ſiue maculæ non tantum inuenitur in indiuiduis
perſonis, ſed in vniuerſa familia & genere à ſui
initio,cui ſemper inhæret (licèt puritatem ex poſtfacto mutari poſſe, maculam verò non ita alibi dixerim) *ex text. in leg. qui aliena*, *aliàs leg. liberto.* 31.
§. *fin. de neg. geſt. leg. imperatores* 7. *de public. & vectig.*
& ex aliis iuribus congeſtis per Anton. Gom. *lib.* 2.
var. cap. 15. *num.* 28. *verſ. Secunda ſolutio ſit.* Bar. Paul.
Fulgoſ. & Alexand. adducti ab Auguſt. Morla *in
empor.* 1. *part. tit.* 6. *num.* 31. qui in duobus *num. ſeqq.*
rem hanc bene explicat. Hug. Donel. *lib.* 11. *comm.
cap.* 1. *in princip. & cap.* 10. *verſ. quo poſito*, *& cap.* 13.
circa princip. Briſon. *lib.* 2. *de ſolut. tit. de acceptilat. pag.*
377. † vbi probat, quòd ex conſtitutione iuris realis 41
qualitas indelebilis generi, & fundo imprimitur,*ex
leg quid aliud*, 86. *de verb. ſign.* quæ ſemel inſita hæret,
noſtra vt voluntate non poſſit non inſita videri,
Bronch. *lib.* 2. *aſſert.* 5. & refert Oſuald. Illiger. ad eumdem Donel. *in d. cap.* 10. *lit. E.* † Et ius reale ineſt rei 42
tamquam accidens in ſubiecto, ſecundùm Nauarr.
de vſuris 9. 21. *num* 81. Simanc. *de Catholicis inſtitut.
tit.* 9. *num.* 120. Parlad. *lib.* 1. *rer. quotid. cap.* 4. §. 8. *num.*
20. *&* 21. & eſt totum in tota, & totum in qualibet
parte,ſicut anima ineſt corpori humano *l. ſi cui* 9. *de
ſeruit. leg. certo generi*, 13. § *ſi totius leg. via conſtitui* 22.
§. *quocumque, de ruſtic.* Gracian. *diſcept. forenſ. tom.* 5.
cap. 841. *num.* 41. † Et poſtquam ius reale ſemel rei 43
acceſſit,ſeu per ſententiam ineſſe declaratur, habet
cauſam continuam,& perpetuam, ſecundùm *text. in
leg. vlt. de contrah. empt. leg. cogi* 16. §. *inde quæritur*, *t. ad
Treb.*

Treb. l. cum fundo, 36. *de ſeruit.ruſt. l. eum cui*, 13.
C. de hered. act. Pereira *in l. ſi curatorem, verb.ſua
facilitate*, *num.* 80. *C. de in integr. reſtit.* Corraſ.
in l. ſeruitutes. 4. *num.*25. *verſ. Conſtitui planè*, *de*
44 *ſeruit.* Ioan. del Caſtillo *de vſufructu*, *cap.*11. † Ma-
ximè in his, quæ per ſanguinis deferuntur conti-
nuationem, quæ vnum quid in omnibus conſti-
tuit ſucceſſoribus; ſecundùm Curtium Senior.
*conſil.*44. *in fin.* Pelaez *de maiorat.* 2. *parte*, *quæſt.*6.
45 *num.*276. † & onus rei accedens cenſetur eius eſſe
pars indiſſolubilis, *text. in l.fundi partem.* 79. *de
contrah. empt. cap. cum Ioannes*, 10. vbi Abb. *de
fide instrum.* Valençuela *conſ.*33. *num* 44. *& ſeq.*
vbi adducit *l.*6. *& fin. tit.* 20. *part.*1. Aceb. *in l.*2.
*num.*7. *tit.*5. *lib.*1. *recop.* † Quia nec diuiſionem, nec
alterationem admittit, nec poteſt in vno defice-
re, nec pro parte deberi, ſed idem in omnibus
eſſe, aut deficere omnino, *l.loci*, 4. §. *ſi fundus*, 3.
47 *ſi ſeruit. vindic. cum ſimilibus.* † etiamſi vni tantùm
grauamen impoſitum fuerit, tranſit in omnes,
qui ab illo proceſſerint. Ioan. Lupus & Caſtillo
*in l.*27. *Tauri*, *num.*19. ex doctrina Bart. *in l. quæ*
48 *conditio*, *de condit. & dem.* † nec mirum quod ex
grauamine vnius alij prægrauentur, *text.ſingularis
in l. ſi ſeruus.* 108. §. *non autem mirandum*, 14. *de
leg.*1. quem idem Bart. *citat. in l.Titia Seio*, §. *Seia
libertis*, *de leg.* 2. Zanchos *in l.hæredes mei*, §. *cum*
49 *ita part.*6. *num.* 182. *pag.*983. *ad Treb.* † & ſemper
ius indiuiduum tranſit cum ſua qualitate, *l. ſed
ſi hac.* 10. §. *proſtituta*, *verſ. At ſi venditor*, *de in ius
vocando*, *l. conuenerit.* 18. §. *ſi fundus.* 2. *de pignorat.
act. l. debitorem.* 15. *C. de pignor. l.*1. *in fin. Cod. ſi
mancip. ita ven. ne proſtit.* Ludou. Rom. *ſingul.*793.
50 *n.*1. Cæſar de Graſſis *deciſ.*2. *de ſepultur.n.*6. † & onus
ſemel inhærens rei in quemcumque tranſit, *l.*2.
verſ. Et licet ad fiſcum, *de alim. & cibar. leg. l. Præ-
tor.* 15. *de noxal. act. l. & poſt litem*, 12. §. *res quæ.*
2. *fam. erciſc. l.*1. *C. in quib. cauſ. pign.* Dinus *conſ.*4.
num. 2. Hier. Zaballos *tom.* 3. *comm. contra comm.
quæſt.*828. *num.*18. plura apud Auguſt. Barboſ. *axio-*
51 *ma.* 199. *num.* 5. *& duobus ſeqq. pag.*123. † Quare
ſententia lata circa cauſam ſanguinis inhærentem
vniuerſum amplectitur genus, & nocet omnibus
indefinitè, ſecundùm gloſ. communiter receptam
in d.l. qui aliena, §. *fin. verb. prædio*, *de neg.geſtis*,
& in nobilitatis cauſis probat Io.Garcia citato lo-
52 co, † vbi rationem reddit, quia ſicut ſententia
ius, ſeu onus fundi non de nouo imponit, nec
obligationem conſtituit, ſed quæ iam erat, de-
clarat, ita ſententia circa puritatem, & nobili-
tatem non ita fertur, quia prætenſor per ſe pu-
rus, aut nobilis ſit, aut econtrà ignobilis, aut
maculatus, ſed quia è genere nobili eſt, aut è
puro, ignobili aut maculato, & quia à radice
his prædita prouenit qualitatibus, quæ in primo
talis declaratur, & per conſequens prætenſor, qui
ex ea deriuatur, *ex d. l. ſicut autem.* 8. §. *& ſi qui-
dem.*4. vbi *gloſſ.verb. declarari*, Bart. & communiter
DD. *ſi ſeruit. vindic.* cum aliis congeſtis ſuprà, &
quæ adducit Pelaez *d.* 4. *part. quæſt.*20. *num.*282. &
Garcia *d gloſſ.*6. *num.*48. ex quibus patet, quàm ve-
rum ſit, iuri & rationi conſonum, quòd ſententia
circa ſanguinis qualitates proſit, & noceat omni-
bus, qui eiuſdem generis, & proſapiæ ſunt, ſaltim
vſque ad contrarium probetur, quod & praxi rece-
ptum, & à Doctoribus probatum eſt.

53 Dixi, *vſque ad contrarium probetur*, quia cùm in-
formationibus puritatis ſummarie res agatur, ſen-
tentia lata pro puritate, aut contra numquam tran-
ſit in iudicatum, vt in terminis ex Bart. Rau-
denſi *conſ.* 17. *à num.*54. *part.*6. *Deciſ. Genue.* 3. *à
num.* 6. *&* 9. animaduertunt Perezius de Lara *de
anniuerſ. & capellan.* 2. *part. cap.*4. *num.*91. & no-
uiſſimè Ricciol. *de neophyt. cap.*7. *num.*24. Aug.Bar-
boſa *de offic Epiſc.*1. *part. tit.*2. *gloſ.*17. *n.*39. *per text.in
cap.fin. de præſumpt.* vbi communiter DD. maximè
Abb. *num.*15. Immol.5. & 12. & alios adductos per
Salgad. *de reg. protect.*2. *part. cap. cap.*13. *ex num.*21.
cum ſeqq. & num. 42. Sequitur, quòd poſſit poſtea
contrarium probari, & ſententia retractari, &
prætenſor admitti ad munus prætenſum: ſimiliter
atque poſt ſententiam latam pro puritate, & poſt
admiſſionem prætenſoris ad honorem, ſeu offi-
cium, poterit ex plena maculæ, ſeu defectus proba-
tione remoueri à poſſeſſione obtenti muneris, vt
non ſemel factum vidi in ſupremo ſanctæ Inquiſi-
tionis ſenatu, licèt clariores tunc requirantur pro-
bationes, quam in initio prætenſionis, vt dixi ſuprà
*quæſt.*6. §. 1. *ex num.* 1. *cum ſeqq.*

Ex quo oritur tertia differentia inter ſententiam 54
latam in iudiciis ſummariis puritatis, quæ numquam
tranſit in rem iudicatam, nec ius tribuit irreuoca-
bile, & perpetuum, & admittit quandocumque pro-
bationem in contrarium, & retractari poteſt, vt
dixi, & inter ſententiam latam in iudiciis ordi-
nariis nobilitatis in regiis Cancellariis, quæ in
rem tranſit iudicatam, & ius irreuocabile tribuit
ei, pro quo fuit lata: nec poſtea ſubuerti, nec
reuocari poteſt, ni ex falſis teſtibus, aut inſtru-
mentis ortum capiat, & tunc ſeruatis ſolemnita-
tibus, quas præfinit *l.*34. *verſ. Cen lo que toca a re-
ueer*, *tit.*11. *lib.* 2. *recop.* † Et ideò vtriuſque ſen- 55
tentiæ effectus diuerſi ſunt, quia lata in ordina-
rio iudicio nocet ei contra quem prodita fuerit,
nec ampliùs auditur contra eandem rem, *l. ele-
ganter*, 23. §. *ſi quis poſt tranſactionem.* 3. *de condict.
indeb. l.*1. *C.eod. l. poſtquam liti.* 4. *C. de pactis*, cum
pluribus addictis infra 2. parte, quæſt. 4. art.1. per
totum, lata verò in iudicio ſummario tantum
nocet, vſque ad contrarium probetur, vt proba-
tum manet.

§. II.

Proponuntur declarationes vtiles ad omnia præcedentia.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata circa maculam generis, aut dubium exiſtens circa qualitates integras ſanguinis impedimentum conſtituit ad alium admittendum eiuſdem generis, & lata circa puritatem non efficit, vt alius admittatur ſine nouis informationibus*, num.2. & 8.

Plus nocet contraria, quàm fauorabilis ſpecialiter in cauſis puritatis, nam regulariter contrarium iure ſtabilitum habemus, num.3.

Lata pro ſocio prodeſt, non tamen aliis nocet, num.4.

Pro adultera prodeſt adultero, non verò contra, num.5.

In fauorem collegatarij cæteris prodeſt, non

tamen nocet, num.6. *Contra fratrem cæteris non nocet*,num.7.

Pro puritate patris filiis prodeſt.num.8. *Et in cauſis puritatis ſaltim ad magnam præſumptionem*,num.9.

Vt aliis noceat , debet eſſe probè lata, num.10.

Ex cauſa falſa comperto errore retractatur,vt veritas ſequatur,num.11.

Maximè dum non tranſit in iudicatum, num.12.

Lata circa maculam nocet illis tantùm , qui ex linea proueniunt maculata,num.13.

Vt alij noceat cauſa debet defendi omni cura & legitimè ſine negligentia,num.14.

Maximè omiſsis ſubſtantialibus, aut appellatione,num.15.

Aut productione inſtrumentorum , & ſcripturarum,num.16.

Contra nobilitatem patris à qua non appellauit filiis non nocet,num.17.

8 *Puritas patris eſt puritas filij.*

11 *Iudices veritatem ſequi debent.*

14 *Defenſor legitimus debes cauſam omni cura, legitimè, & ſine negligentia defendere,vt aliis ſententia nocere poſsit.*

18 *Conſanguinei omnes poſſunt comparere in iudicio, & cauſam falſitatis , aut erroris oſtendere , & cætera facere , quæ defenſor poſſet , maximè ſi cauſam deſerat, aut non ritè defendat , aut ſit negligens*, num.19.

1 PRIMA ſit declaratio,quoad noſtram purita-
tis materiam, magnam eſſe differentiam inter
ſententiam pro puritate , & inter latam pro generis
macula , nam manente ſententia impuritatis nemo
de genere admitti valet ad honores , qui ex noſtris
deferuntur ſtatutis, nec quidem ſumi poſſunt infor-
mationes circa eius qualitates,nec fieri gratia officij,
nec honoris , vt iuſſum habemus in ſupremo Inqui-
ſitionis Senatu:immò magis,quòd ſi ante latam ſen-
tentiam detineatur informatorium ratione dubij
circa ſanguinis qualitates , dubio manente alius non
admittatur conſanguineus per lineam , ex qua pro-
uenit dubium,nec interim nouæ ſumantur informa-
2 tiones eiuſdem ſanguinis : † & ſic non ſolùm ſen-
tentia circa maculam , ſed eius dubium operatur ad-
uerſus omnes conſanguineos per eamdem lineam.
Sententia verò in vnius lata fauorem , non ita pro-
deſt omnibus ſuis conſanguineis ſicut nocet contra-
ria;nam & ſi fuerit conſanguineus admiſſus ad hono-
rem puritatis , & actu eum poſſideat , non ideò cæ-
teri puri quoad noſtra præſumuntur ſtatuta , nec ad-
mittuntur ad ſimiles honores abſque nouis infor-
mationibus ſicut nó admitteretur,dum nemo ſui ge-
3 neris ſimilem obtinuit honorem.†Quod ita ſpeciali-
ter admiſſum eſt in puritatis iudiciis , & quod plus
noceat contraria ſententia,quàm prodeſt fauorabilis
aduersùs communem iuris regulam , qua conſtitu-
tum habemus , quòd ſententia in fauorem proſit
aliis,aduerſáque non noceat, vt communiter accipi-
tur *text.in d.l ingenium* , 25 *de ſtatu hom.* & probatur,
ex l.ſi communem. o *Quemadmod ſeruit.amit.l.loci corpus.4.§.ſi fundus,de reb.cred. l.poſthumus.* 6. *§.ſi quis ex
his,de inoff. teſtam.l.2. §.ex his,de verbor. auth. ſi quis
liberos, C.de natur. lib.*5. vbi *gloſſ.3. tit.25. part.3.l.7.*
vbi *gloſſ.9.tit.15.part.4.* Alex.*in l.ſæpè, num.12.& 31.
de re iudic.*Perezius de Lara *in d.cap.4. num.17.* Hie-
ron.Magon.*decif.Lucenſ.48.num.17.* Couarr.*in pract.
cap 13.num.15.*& adducti a Pelaez *de maiorat.2.part.
quæſt.4.illat.2.num.32. & ſeqq.* Craueta *conſ.205.num.
1.*Vincent.de Franch. *deciſ.523.a num. 7. cum ſeqq.
3.part.*Fab.de Anna *conſ.18. num.21. & 26.& ſeq.&
conſ.99.num.3 & ſeqq.1.part. & conſ.89. per totum lib.
2.* † vnde licet ſententia pro Socio cæteris proſit,ex 4
Alex. *conſ.186. viſis ſubtiliſſimis , col.4. verſ. Præterea
fortius,lib.1.*Aym.Craueta *conſ.201.num.2.* Rota *de-
ciſ.213.num.6.part.1.diuerſ.ſacri Palatij , & deciſ.132.
num.18.2.part.diuerſor.*Surd.*conſ.190.num.13.& conſ.
231. num.6. vol.2.* tamen lata contra Socium ſocio
non nocet,*ex l hæret.7.fam.erciſc.*Alex.*in d.l.ſæpe,col 4.
ad fin.verſ.Item in quantum,& col.8.verſ.Vbi tamen lata
eſſet,de re iud.*Craueta *conſ.747.num.37.verſ Idem , &
conſ.931. verſ.Alius.* † & abſolutio adulteræ prodeſt 5
adultero,& non nocet condemnario, *text.in l.denun-
ciaſſe,17.§.pen.ad l.Iul.de adulter.l. & ſi crimine.12. C.
eod.tit.gloſ.2.in l.2.C.eod.*Card.Tuſch.*pract.concl.265.
num.15 lit.R.tom.6.& lit.S.concl.174.num.98.& 109.
& 112.& concl.176.num.5.* Et Aug.Barboſa *in addi-
tam.ad remiſſ. ordin. Luſitan.lib.5. tit.25. ſub num 36.*
Dial.Perez *in l.2. gloſſa, Si el ſponſo, verſ. Quæri etiam
poteſt,pag.mihi.312.tit.15.lib.8.ord.*Aceb. *inl.2.num.9.
tit.20.lib.8. recop.* † Et lata in fauorem collegatarij, 6
ſeu correi cæteris prodeſt, ſed contraria non nocet,
vt probat Fab.de Anna *in d.conſ.89.lib.2.* Abb.*in cap.
fin.quæſt.5.de ſent. & re iud.*plures apud Ant. Peregr.
de fideicom.art.53.num.40. † & licet ſententia aduer- 7
sùs fratrem in cauſa nobilitatis cæteris non noceat,
vt ſuprà in §.præced. verſ.Et quamuis,num 43.pro-
baui , tamen fauorabilis omnibus prodeſt. Vinc. de
Franch.*d.deciſ.523.num.17.& ſeqq. . part.*Fab de An-
na *d.conſ.18 num.21.& 26.lib.1.* Io. Vincent. de An-
na *ſing.468.* Aloyſ.Ricciuſ *collect.723.part.4.* Ioſeph.
de Seſſe *deciſ Aragon.3.* Io. Garc. *de nobilit.d.gloſſ.6.
num.48. & gloſſ.40. num.13.* Andr. Tiraq. *de nobilit.
cap.37.num.13.pag.522.*cuius rationem tradunt Bart.
*in l.ex duobus,quæſt.4.de duob.reis.*Io. Fab.*in § præiudi-
ciales,num.42.inſt.de act.*Paul.Caſtrenſ.*conſ.139.num.
7.part.1.* Franc. Aret. *conſ.29.num. 22.* Idem Fab. de
Anna *d.conſ.89.num.1.& conſ.99. num.11.* Aym.Cra-
ueta *conſ.747.num.37.*

Quare ſententia pro puritate patris lata filiis pro- 8
deſt,quia puritas patris puritas eſt filij, vt ſpecialiter
tenent Farinac.*deciſ.335. num. 2. & 3. 2.part.* Pere-
zius de Lara *in d. cap. 4. num.* 28. faciunt tradita à
Ioann.Guttierr.*lib.3.pract.quæſt.13.num.86.& 88.cum
ſeqq.* non verò ideò , nec fratres illius , qui admiſſus
fuit velut puri ſanguinis cooptabuntur ad ſimiles
honores,niſi prius nouis informationibus ; aut niſi
interueniant tres actus poſitiui in illo genere ex
diſpoſitione noſtræ pragmaticæ , de qua infrà 2.
part.quæſt.4.art.2.† licet bene verum ſit , quòd pa- 9
tris,aut fratris admiſſio ad honorem puritatis pro-
derit filiis, & fratribus ſaltim ad magnam ſuæ puri-
tatis præſumptionem,ita vt promotor fiſcalis onere
plenioris informationis ad illum repellendum ob-
ſtrictus maneat,cùm probatio puritatis illorum, cæ-
terorum arguat puritatem,vt per ſe patet,& ſuperius
probaui.

Secunda ſit declaratio;quòd ad hoc , vt ſententia 10
aliis noceat debet eſſe legitima,& probè lata , ex ad-
ductis per Alexan.*in dict.l.ſæpe,num.83. verſ.nono, &
vltimo,de re iud.* Peregr. *de fideicomm.art 53. num.63.*
Dec.*conſ. 445. num. 36.* † Etſi ex falſa cauſa feratur 11
comperto errore,eo omiſſo veritatem iudices ſequi
debent,

debent, *ex text.in l.illicitas 6. §. veritas de offic.præſid.l. fin.§.item quæſitum,de condict.indeb.l.ſi poſt diuiſionem 4. C.de iuris & facti ign.l.* 1. §. 1. *Quæ ſent. ſine appellat.*
12 *reſcind.*† maximè cùm numquam tranſeat in rem iudicatam, quod & omnibus ſententiis, & cauſis commune eſt, ſecundùm Abb. communiter ſequutum *in c.cum cæteras,de ſent.& re iud.*

13 Tertia ſit declaratio, quòd cùm ſententia ferri valeat contra prætenſorem ex macula contracta ex vna taotùm linea cæteris puris manentibus, ex traditis ſuprà quæſt.4.§. 2. nocebit tantùm conſanguineis & coniunctis per illam lineam maculatam, non verò cæteris, vt ratio ipſa docet, & iure conſtans eſt, & patet ex ſuperiùs dictis, & faciunt tradita in ſucceſſore maioratus per Bart. Socin. *conſ.*40. *num.*27. *lib.*3.& Pelaez *de maiorat.* 4. *part. quæſt.*14.*num.*101. per rationem *text in l.ſæpe,de re iud.*

14 Quarta ſit declaratio, quòd vt ſententia noceat aliis, qui in iudicio non interfuerunt, debet litigans cauſam legitimè defendere, & ſine vlla negligentia, quæ ei imputari valeat, aliàs nocere aliis non debet, *ex text.in l.Herenius.*63.*§.Caia Seia,*t. *de euict. cap.licèt Epiſcopus.* 28. *de præbend. in* 6.*l.*36. *verſ.El ſeteno,* vbi Gregor. *tit.*5.*part.*5. Couarr. *lib.*3. *var. cap.*17. *num.*9. plura Peregr. *d.art.*53. *num.*59. & Fuſario *de*
15 *ſubſtit.q.*622.*per totam*, † maximè ſi aliquid ex ſubſtantialibus omiſit, aut non appellauit, *per l.ſi ſeruus plurium.* 50. §.1. *iuncta gloſſ.verb. quod appellauit,* vbi communiter DD. *de leg.*1. Alex. *conſ.*126.*num.*4. *lib.*2. Pelaez *d.quæſt.*14.*num.*61.*cum ſeqq.* Peregr. cita-
16 to loco. † Vnde ſi potuit ſcripturas producere, & eas omiſit, ſententia ei tantùm, non aliis, præiudicat, ſecundùm Rebuff. *tract. de concordant. rubr. de collat. §.volumus pag.*434.*verſ.Et colludere dicitur.* Pelaez ci-
tato loco *num.*79.& 87. † vbi agit de ſententia con- 17
tra nobilitatem partis lata, à qua non appellauit, & ait, quòd non debet nocere filiis, quin ad proſequutionem non admittantur quæ magis indiſtinctè locum habent in ſententiis latis in puritatis iudiciis ex ratione ſequentis intelligentiæ.

Quintò, prædicta intelligenda ſunt, quòd ſicut 18
ſententia lata in cauſa puritatis nocet omnibus conſanguineis, ita omnes compatendo in iudicio, & cauſas erroris, aut falſitatis oſtendendo auditi debent, vt comperta veritate reſcindatur, cùm in iudicatum non tráſierit, vt dixi ſuprà quæſt.13.§.4.illat.
§.† & multò magis ſi prætenſor cauſam deſerat, aut 19
non ritè defendat, nec oſtendat veras ſuarum qualitatum probationes, & cauſas quilibet ex conſaoguineis admſtti debet ad ſuum honorem curandum, *ex text.in l.*1 *.cum ſeqq.de liber.cauſa, & in l. à ſententia,*5. *in princ. & §.*1.*cum ſeqq.de appellat. l.ſi à te.*7. *C.de ingen. manum.* iuncta Baldi doctrina *in l.*2.*num.*8. *Cod. quib.res iud.non nocet,* optimè Bart. *in l.ſi perluſorio.*14. *§.*1 *.num.*3. *& alibi,de appellat.* Rebuff. 3.*tom.conſtitut. gall.tit.de arreſt.& oppo.art.*1.*gloſſ.*2.*num.*17.*pag.*562. Gom. *in reg. de triennali quæſt.* 21. Vancio *de nullit. proceſ.tit.Quis poſſit dicere de nullit. num.*20. quod verè ſummè iuſtum, & æquum eſt, cùm ex ſimili cauſa tam magna proueniant præiudicia, & nota vniuerſæ familiæ, & generi, cum quibus finitur hæc noſtra quæſtio decima ſeptima, & prima pars huius tractatus de puritate & nobilitate probanda.

Finis primæ Partis huius Tractatus.

SECVNDA PARS
TRACTATVS
DE PVRITATE,
ET NOBILITATE
PROBANDA,

Ad ſpecialem explicationem noſtræ Pragmaticæ latæ Matriti decimo Februarij, anno milleſimo ſexenteſimo vigeſimo tertio, ſigillatim per ſingulos §§.

Digitized by Google

TRACTATVS
DI PVRITATE,
E NOBILITATE
OBANDA AD SPECIALEM
EXPLICATIONEM NOSTRÆ
PRAGMATICÆ PER SINGVLOS §§.

SECVNDA PARS.

Hque latè egimus de his,quæ à Iure,& Doctoribus circa puritatem & no-
tatem probandam fuerunt tradita, & quæ in omnibus tribunalibus , &
con itatibus apud quas ſtricta puritatis habentur ſtatuta,fuerunt obſeruata;
qu:t præmiſſa ad pleniorem huius pragmaticæ intelligentiam præhabita
fuc nunc deueniendum eſt ad ſpecialem eius explicationem;vt ſciamus,quid
pe noui circa puritatis, & nobilitatis probationem conſtituatur , quídque
de os ſit ſeruandum , + quia cùm legis nouæ noui aliquid ſtatuere proprium 1
ſir *in l.leges.7.l.humanum* 8.*C.de legib cum ſimilibus*,viſis,quæ vſque adhuc fuerunt
ſca,& ſimul quid per hanc pragmaticam ſanctionem noui ſit ſtabilitum,ap-
pe erit neceſſe,quid immutatum,quid verò de nouo ſancitum habeamus ſe-
c.ùm Bald.*in auth Quas actiones,verſ.Sed ego dico,C.de ſacroſ.Eccleſ* Marc.Ant.Ge-
nıſ *practic.Eccleſ quaſt.*660 *n* 3. vt deinceps obedienter,ac vtiliter id ſeruemus,ex
l.quæ notantur *in l.item ſi fundi.9 §.huic vicinus.* 4.*de vſufr.* vbi Bald *l ſed & ſi plu-*
*r*10 *§.filio impuberi* 2.vbi Angel.*de vulg l* 1 *§.item quæritur*,17.*verſ Ego Oſilio,de aqua*
qtid & æſtiua, cap.tranſlato,3.*de conſtitut. cap quanto*.3 *de iudic.* faciunt tradita per
Ant.Gab.*lib.*5 *comm.tit.de præſcript concl.*2.*num.*50.

QVÆSTIO PRIMA.

De præmiſſis , & rationibus decidendi huius pragmaticæ. Ad interpretationem,§.20. in princip.*incipit*, Y porque el odio malicia,y otros reſpetos.

TEXTVS VERBA.

A Y *Porque el ódio,malicia,y otros reſpetos , y accidentes particnlares ſean hecho tanto lugar en el modo de la calificacion de la nobleça y limpieça en los actos que ſe requieren* , B *con tan poco credito,y conſuelo de la nacion*,C *con tanta inquietud,y diſcordia en la republica*,D *con tanta coſta de las haciendas,y v das*, E *y peligros en las conciencias*, F *que ſe juzga en el gouerno por la coſa mas digna de reparo ; aſsi por el remedio de inconuenientes tan grandes , y de los quales tanto daño reſulta al Regno en comun, y particnlar* , G *como porqne ſe conſeruen en ſu primitiua calidad, y inſtitucion los ſantos ſtatutos,y los vtiles, y loobles fines del beneficio comun a que ſe encaminaron , y que de ſu buen vſo ſean experimentado* , H *y que ſiendo tan conuiniente en la ſubſtancia , no ſe pongan en eſtado de per juicio por los accidentes en el modo.*

SVMMARIVM.

1 *Ratio recta debet eſſe ad modum regulæ, dicitur dux intellectus, & neruus diſpoſitionis*, num. 2. *Eius anima & ſpiritus*, num. 3. *Gubernat, & regit totam diſpoſitionem*, num. 4. *Eſt idem quod ipſa lex*, num. 5. *Omnes ſuos determinat caſus*, num. 6. *Inſpicienda potiùs quàm verba*, num. 7. *Si generalior ſit dicto legis extendit diſpoſitionem, non vi extenſionis, ſed ipſius rationis comprehenſione*, num. 8. *Sin verò limitata reſtringit diſpoſitionem*, num. 9. *Per eam ampliatur, & limitatur omnis diſpoſitio*, num. 10. *In ſtatutis potiùs inſpicitur quàm verba*, num. 11.

1 REGVLA & lex non quàm formoſa, ſed quàm recta ſit quæritur, bona autem ex eo eſt, ſi ratio explicata, & recta ſit, ad naturæ ſuæ voluntatem accommodata, vt Se-
2 neca dixit *lib. 2. epiſt. 77.* † Quia ratio eſt dux intellectus ſecundùm Anchar. *conſ. 254.* ſtatuto cauetur, *num. 4.* Roman. *conſ. 503. num. 7. & ſeq.* & neruus diſpoſitionis legis, vt *ex text. in l. non dubium, 5. C. de legib.* colligunt Rol. à Valle *conſil. 6. num. 18. lib. 4.* Vetoio *conſ. 87. num. 50.* Vincent. de An-
3 na *allegat. 70. num. 57.* † ſeu vt dixit Bald. *in l ſi quis ſeruo. 20. num. 7. C. de furtis.* Eſt ipſius anima, & ſpiritus, quem ſequuntur Phil. Dec. *in cap. ſecundo requiris, num. 1. de appellat.* & adducti per Pet. Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt. 44. num. 15. & quæſt. 111. num. 6.* Andr. Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. libertis, num. 38. C. de reuoc. donat.* Mol. *de primogen. lib. 1. cap. 5. num. 8.* Pelaez *de maiorat. 1. part. quæſt. 58. num. 115.* Aug. Bar-
4 boſa *axioma 197. num. 1. pag. 121.* † Ratio enim eſt, quæ gubernat, & regit totam diſpoſitionem, *text. in l. cum ratio. 7. de bon. damnat. & in l. fideicommiſſa. 11. § hæc verba. 9. de leg. 3. gloſſ. in l. iuriſgentium, 7. §. quod ſore, 12. de pactis, & in §. item ſi quis poſtulante, 12. inſt. de act.* Alex. *conſil. 75. num. 3. vol. 5.* Marc. Ant. Eugen. *conſ. 63. num. 8. lib. 1.* Tib. Dec. *reſp. 7. num. 14. cum ſeqq. lib. 1.*
5 † Immò ratio eſt ipſa lex, ita vt nec lex ſit extra rationem, nec ratio ipſa aliud quàm lex, vt notant *gloſſ. in verb. rationem, aut legem, in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo.* Pelaez *de maiorat. 1. part. quæſt. 58. num. 115.* Marc. Ant. Genuenſ. *practic.*
6 *Eccleſ. quæſt. 214. num. 7.* † Et ſicut genus comprehendit ſuas ſpecies, ita & ratio omnes ſuos determinat caſus, ex congeſtis ab Andr. Tiraq. *in d. l. ſi vnquam, in verb libertis, num. 15. C. de reuocand. donat.* Hugo Don. *lib. 1. comm. cap. 5. poſt med.* Ant.
7 Fab. *iuriſprud. lib. 1. princ 1. illat. 5.* † ita vt non legis verba, ſed eius ratio ſit inſpicienda, *l. ſcire. 13. §. aliud. 2. verſ. Sed & ſi maximè, de excuſat. l. adigere, 6. §. quamuis. 2. de iure patron. cap. ſtatuimus. 8. §. ſed ſciendum eſt, diſt. 61.* Archid. *in cap. vbi periculum in verb. ratio, de elect. in 6.* Andr. Tiraq. *de verb. libertis, num. 47.* Fuſaro *de ſubſtitut. quæſt. 480. num. 40.* Menoch. *conſil. 998. num. 13.*
8 † quia ratio generalior dicto legis extendit diſpoſitionem *ex text. in l. 2. §. ſi mater, 23. ad SC. Tertul.* & multis probat Andr. Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa, 1. part. num. 149.* Flam. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 5. quæſt. 4. num. 12.* Nicol. Euerard. *loco, à ratione legis larga, num. 1.* Angulo *de meliorat.*

in l. 6. gloſſ. 2. num. 2. Aym *conſil. 227.*
num. 3. non quidem vi exten ipſius ra-
tionis comprehenſione, *l. non erbum. de*
verbor. ſignif. l. illud. 19. C. de clеſ. l. his
ſolis. 7. ibi, *Satis etiam tacitè amus, C.*
de reuoc. don. gloſſ. *verb. Italiæ, e tempor.*
ordin. in 6. Gonçalez *in reg. 8. proœmij,*
num. 105. Marc. Ant. Genuenſ. *cleſ. quæſt.*
582. num. 2. & quæſt. 625. num. rit alios
plures Pelaez citato loco *2. part um. 510.*
& ſeq. & Aug. Barboſa *axioma 19 g. 122.*
† Econtra verò generale dictum itur ad
limites ſpecialis rationis, *ex text. pater,* 9
77. §. dulciſſimis, 20. de leg. 2. l. milit princ.
de re milit. concordantibus add. Nicol.
Euerard. *in topicis loco, à ratione leg num.*
1. † & deinceps generaliter quidem poſi- 10
tio ampliatur, & limitatur per rati num
ex familia. 67. §. fin. de leg. 2. l. ſi is qui . de
adq. poſſ. Iaſſ. *in l. id quod, num. 7. d* ota
apud Farinac. *deciſ. 10. num. 2. part. 1. nſ.*
67. num. 20. & ſeq. Octauiano Glorit. *m.*
35. & reſp. 5. num. 58. & reſp. 10. num 57. od 11
in ſtatutis inſpicienda ſit ratio, & mens ſt n,
& non verba, dixit Card. Tuſch. *pract. con 6.*
lit. R. tom. 6. ex Mariano Socino *conſ. 35.*
Clam. col. 2. verſ. Et quamuis, lib. 1. Bald. c.
tenemus, in fin. lib. 4. Alex. *conſ. 54. num.*
lib. 4. Pariſ. *conſ. 12. num. 52. lib. 2. & conſ.*
13. & 14. lib. 3. Quæ vis rationis cùm ta
meritò noſter inuictus Rex Philippus à rati
ſuæ diſpoſitionis initium ſumit, & prius no
præ oculis proponit, quàm ſuam principale
ctionem, vt ex præhabita illarum notitia facili
ius virtutem, ac vim agnoſcere valeamus.

GLOSSA I.

De odiis, & malitiis introductis in puritatis, & nobilitatis probationibus.

SVMMARIVM.

1 *Odiis, & malitiis occurrendum eſt*, & num. 7 *maximè coopertis, & palliatis cum velamine publici boni*, num. 2.
2 *Calumniatores plerumque ſuam malitiam, & prauum animum cum boni velamine cooperiunt. Infames ſunt*, ſub num. 5.
Tumultus grauiſſimi in republica oriuntur ex veneno in viſceribus diſſimulato, ibid.
3 *Mendaciis dat malignitas initium, & credulitas incrementum,*
4 *Calumnia tanto magis nocent, quanto ſub diſſimulatione vehuntur.*
5 *Calumniatores velut nequiſſimi repellendi. Calumnia contra publicam eſt vtilitatem, & dolum habet annexum*, ibid. *Iudices ex officio calumnias & fraudes repellere debẽt.*
6 *Calumniæ contra honorem familiarum nobilium in cauſis puritatis, de quibus loquimur magna nobis afferunt damna.*

Iudices

8 *Iudices animum calumniandi ex indiciis, & coniecturis perpendent.*

Animus ex coniecturis & præſumptionibus probatur, ibid.

9 *Delatores præmaximè ex odio, & malitia procedunt.*

Nemo ad denunciandum maculam proximi cogitur, & rarò iure in denunciando facit, ibid.

10 *Delatores falſæ maculæ contra honorem proximi grauiter puniri debebant, licèt ita fieri non ſit ſolitum.*

A IN primis, inquam, ait noſter Rex, *Porque el odio malicia, y otros reſpetos, y accidentes particulares ſean hecho tanto lugar en el modo de la calificacion de la nobleça, y limpieça en los actos*
1 *que ſe requieren*, † Odiis enim hominum, & maliciis iuſtè ac tectè via præcluditur hac in parte per noſtram ſanctionem. Eſt enim latens, & occulta res odium, & ideò magis imperio exitioſa, quia ſicut ex feſtuca incenſa, aut lucerna neglecta domi, nonnumquam conflagrat vrbs tota: ſic ex priuaris odiis, ac diſſidiis publica per-
2 nicies oritur, vt dixit Eraſmus. † Maximè quidem ex odiis, & maliriis coopertis cum velamine publici boni, & apeciendæ veritaris, quo plerumque odioſi calumniatores nituntur, ad maliciam, & fraudoloſum cooperiendum animum, cum peiora ſint tecta odia, quàm aperta, & agnoſci amet, qui odium oſtendit, vt Seneca in prouerbiis dixit, & ex veneno in viſceribus diſſimulato grauiſſimi ſoleant in republica oriri tumultus in his, quæ ad decus, exiſtimationem & hominum famam conducunt, aduersùs quam ſolent inimicorum inſidiæ inſurgere falſum & mendacem
3 ſpargendo ſermonem, † cui malignitas dedit initium, & credulitas incrementum, vt oſtendit Quintilian. *lib. 5. institut. oratoriar. cap. 3. Declamat. 11. & 18.* Oſuald. Illiger. *ad Donel. lib. 12. comment. cap. 22. lit. F. fol. mihi*, 1014. Valençuela *conſil. 90. num. 185.* Menoch. *lib. 1. de præſumpt. quæſt.*
4 1. *num.* 39. † Quæ tantò magis nocent, & ſunt periculoſæ, quantò ſub diſſimulatione vehuntur, vt ad aliud dixir dixit Cicero in orat. in Caium Verrem act. 3. *Nullæ* (inquit) *ſunt occultiores inſidiæ, quàm hæ, quæ latent in ſimulatione cordis*, maximè ſi ex boni cauſa, ex re fingatur, vt dixit Siluian. *lib. 3. de gubernat. Dei*, *Magis damnabilem malitiam. quam titulus bonitatis accuſat, & reatum impij eſſe pium nomen*, † quare aduersùs ſimi-
5 les honoris alieni calumniatores inſurgit Imperator Iuſtinianus *in proœm. inſtit.* ibi, *Sed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat.* vbi Io. Redin. de maieſtate Principis in eiſdem relatis verbis *à num.* 2. plura ad hoc adducit iura, cùm calumnia ſemper ſit contra publicam vtilitatem habeat dolum annexum, aperiat viam fraudibus, & ſic ſemper proſternenda ex multis traditis à Signotol. *conſil. 56. per totum*, ad hoc adducto per Card. Tuſch. *lit. C. concl. 9. num. 18. tom. 1.* vbi etiam *num. 29.* ait, quòd calumnia conſiſtit in animo, & numquam eſt ſine dolo, *ex l. 1. de dolo.* Abb. *conſ. 78, viſo toto circa fin. verſ. Calumnia, lib. 1. adde. l. 1. §. 1. ad Turpil. totum tit. C. de iureiur. propter calumn.* Paul. *lib. 1. ſentent. cap. 5.* & ſic iuſtè calumniatores infamiam iure patiuntur. *l. 1. l. 4. §. calumniator, de his, qui not. infam.* faciunt tradita per Cujac. *lib. 9. obſeruat. 3. & lib. 5. ſentent.*

Pauli cap. 16. Menoch. *de arbitr. caſu*, 198. Oſuald. Illiget. *ad Donel. lib. 18. comm. cap. 8. lit. O. pag. mihi*, 314. Valençuel, *conſ. 96. num. 25. & 26.* & iudices fraudes, & calumnias ex officio repellere debent, Ioan. Bapt. Aſin. *de execut §. 3. cap. 19. & ſeqq.* refert Oſuald. *ad Donel. lib. 22. comm. cap. 2. lit. A. ſub fine, pag. mihi*, 806. Menoch. *de recuper. rem 15. num. 326. & ſeqq.* Farin. 1. *tom. crim. quæſt. 38. num. 25.* & ſpeciatim in puritaris cauſis loquendo animaduertunt Cenedo *in collect. ad lib. 6. Decretal. collect. 6.* Segura Dauallos *in allegat. directory iudicum Eccleſiaſt. 2. part. cap. 14. num. 28.* quibus accedit Valençuela *conſil. 90. num. 185.* & etiam idem conſiderauit Alphonſ. Hojeda *in ſuo tract. de incompatibil. benefic. 1. part.*
cap. 23. num. 10. in hæc verba, † *quia experimento compertum eſt in his informationibus, quam* 6
plurima reperiri falſiſſima teſtimonia, & quæ fundamento aliquo carent, & non alio fine fiunt, quàm vt honor proximi lædatur, & eius etiam familiæ, quod negari non poteſt eſſe maximam cauſam ody, & inimicitiarum, ac fortaſſis necium; præterea ex præfatis informationibus, ſeu inquiſitionibus infinitæ lites oriuntur, prout experientia longa nos docuit, & quàm multæ familiæ nobiliſſimæ, & illuſtriſſimæ maxima notatæ fuerunt infamia, ex quibus conſiderationibus videtur, non poſſe negari prædicta ſtatuta pacem, & vnitatem Chriſtiani populi perturbare, (cui in hoc ex alibi dictis non aſſentior, & quia hæc ex prauorum hominum culpa proueniunt non ex ſtatutorum iuſtorum iniuria, quæ plurimas alias nobis aſſerunt vtilitates, vt benè dixit in propoſito Did. Velazquez *in defenſione ſtatuti Toletani, cap. 34. in fine, pag mihi* -9.) & iterum ait, *ſub num 129. verſ. Vltimo, Addendum eſt præfatis, quòd in informationibus, quæ fieri ſolent ratione præfatorum multæ fraudes, ac mendacia & fabulæ, ac falſa hiſtoria, & periuria ſolent interuenire propter inuidias, & contentiones,*
vt ſuprà dictum eſt. hactenus Hojeda. † Quibus 7
equidem malitiis totis viribus à iudicibus occurrendum eſt, *text. in l. in fundo. 38. de rei vendic. l. ſi legatarius, 15. C. de leg. l. magis. 5. § ſi pupillus. 5. de reb. eorum, & cap. fin. de cenſib. in 6. cum ſimilibus.* Flamin. *de confident. benefic. quæſt. 31. num. 61.* Marian. Antonin. *var. reſolut. 51. num. 31. reſolut. 62. tom. 5. lib. 1.* Card. Tuſch. *lit. F. concluſ. 475. per totam, tom. 4.* Valençuela *conſ. 33. num. 32. & conſ. 44. num. 48.* de quo alibi ſæpiùs egi-
mus, † qui animum malitioſum, & venenatum 8
ex coniecturis & indiciis perpendent, vt alias voluit Auguſt. Barboſa *de officio Epiſcopi. 2. part. allegat. 32. num. 22. pag. 266.* cùm alias improbabilia ſint animi interiora quæ ſoli Deo patent, gloſſ. *in l. 2. de interrogat. act. & in cap. de occidendis, 23. quæſt. 5. & in clem. exiui de Paradiſo, de verb. ſign.* & ſic probatur malitioſus animus ex ſignis, coniecturis, & præſumptionibus ex congeſtis per Menoch. *de arbitr. caſu. 361. num. 2. & lib. 5. præſumpt. 40. à num. 1. cum ſeqq. & lib. 6. præſumpt. 35. num. 1.* Maſch. *de probat. concl. 94. num. 4.* Card. Tuſch. *lit. A. concl. 136. num. 2. tom. 1.* Mantica *de tac & amb. lib. 1. tit. 2. num. 3.* Neuizan. *in ſylua nupt.*
lib. 6. n 16. † In his igitur cauſis voluntarij delatores 9
plerumque ex odio, & malitia procedunt, cum iuſtè hoc facere rarò cogantur, *arg. text. in l. 1. §. huius de officio eius cui mandata eſt iuriſd. l. qui teſtamento. 20. §. mulier. Qui teſtam. fac. poſ.* Io. Gutierr. *lib. 1. canon. cap. 20. n. 12.* Zephalo *conſ. 321. n 21. cum ſeqq. lib. 8.* Barboſa
citato loco *n. 21.* † & certè, qui prætenſum hono- 10
rem malitioſè, & falſis impedire allegationibus,

& maculis oppoſitis tentat, arbitrio iudicum grauiter puniri debebat, ſicut qui falsò impedire matrimonia intendunt ſecundùm *text. in cap. cum inhibitio, 3. §. fin.* vbi *gloſſ. fin.* & Anchart. *num. 3. de clandeſtin. deſponſat.* Menoch. *de arbitr. caſu 453 num. 2.* Vgolin. *de poteſtate Episc. cap. 15. §. 11. num. 6.* & licèt fieri non ſit ſolitum io puritatis cauſis, fieri tamen debebat, de quibus etiam videnda ſunt, quæ tradidimus ſuprà 1. part. quæſt. 1. §. 6. per totum, vbi de his latè actum relinquo, nunc enim dicta ſufficiant, cum dicendis infrà gloſſ. 5. num. 30. & 31.

GLOSSA II.

De vtilitate Regni in conſeruatione familiarum nobilium.

SVMMARIVM.

1 *Familiæ nobiles nobilitant ciuitatem & Regnum pluſquàm cætera omnia*, & num. 3.

2 *Ciuibus in Regni defenſione pluſquàm Regi tribuitur.*

3 *Ciues nobilitant ciuitatem non tam ex numero quàm ex nobilitate & integritate*, & num. 4. & ſeqq.

4 *Reges Hiſpaniæ cæteris Regibus ſunt præferendi propter innumerabilia Regna, coronas, & ſubditos, vt velut Dij habentur*, ſub d. num. 3.

4 *Virtutes ex nobilitate maiorum prouenire ſolent.*

5 *Nobilitas poſteros ad virtutes exemplo maiorum excitat.*

7 *Multitudo multoties deficit, dum paucorum fortitudo vincit.*

8 *Melior vnus bonus, quàm multi iniqui.*

9 *Ciuitas magis felix, dum magis nobiliſſimas conſeruare intendit familias.*

Ciues inſtrumenta ſunt, quibus vrbes feliciſſimæ ſiunt, ibid.

10 *Regnum augetur, dum ciuium res, honor, & morum floret rectitudo*, & ſub numero 11.

Econtra verò dum priuatorum res malè ſe habent, ibid.

Ciuium virtus ad rem publicam accommodatur, ibid. ſub num. 10.

12 *Honor Regni Regiſque augetur per dignitates ſubditorum.*

13 *Vaſalli fideles plus conducunt ad regiam coronam, quàm redditus.*

Milites pecunia conducti in neceſſitate deficere ſolent, ibid.

14 *Reipublicæ intereſt habere nobiles qui honoratè viuant, & quòd integra ſit eorum fama, ab eiſque gubernari.*

15 *Nobiles non tantùm eſſe in republica expedit, ſed & quod tales appareant.*

15 *Nobilitas quæ non apparet, & calumniantium linguis ſuffocatur, talis dici non poteſt, nec debet.*

17 *Reipublicæ intereſt ſaluas eſſe familias à vera macula, & fictitiis ſordibus, & quòd honeſta non miſceantur infectis*, ibid. num. 18.

Et quòd tranquillè ſuo ſtatu fruantur, num. 21.

19 *Damna magna Reipublicæ oriuntur ex commixtione familiarum nobilium, cum maculatis.*

20 *Pacta qualibet, quibus nobiles nobiliores redduntur iure ſubſtinentur.*

Interpretatio illa ſumenda, quæ pro nobilitate eſt, vt augeatur numerus nobilium, ibid.

22 *Nobiles à Regibus honorandi.*

23 *Cauſa iuſta diſpenſandi in matrimonio eſt, ne nobilis ignobili miſceatur.*

24 *Nobilitas eſt cauſa iuſta diſpenſandi in matrimonio.*

25 *Specialia multa iure ſunt recepta ad conſeruandum familias nobiles.*

26 *Papam indulgere poſſe, monachus vt ad tempus vxorem ducat vſque ad procreationem ſaltim filiorum, ne ſtirps nobilis ſine prole finiatur, nec certum, nec ſecurum eſt.*

27 *Diſpoſitiones teſtatorum, quibus ſucceſſores prohibentur contrahere cum maculatis laudabiles.*

26 *Theſaurus magnus eſt ortum ducere è parentibus bonis, & è contra magnum dedecus ab infectis oriri parentibus.*

29 *Calumniæ aduerſus puros, & nobiles non tantùm lædunt ipſiſmet calumniatis, ſed etiam Reipublicæ.*

36 *Publicè intereſt, mederi damna prouenientia ex oppreſſione nobilium.*

31 *Fauor publicus interuenit, dum agitur de intereſſe reipublicæ.*

32 *Cauſa nobilitatis, & puritatis inter grauiſſimas numerantur, & nulla alia grauior eſſe poteſt*, num. 33.

Et mitiſſimè ſunt tractanda, num. 34.

Vbi familiæ honor interuenit tractatur de magno præiudicio, num. 35.

36 *Arma familiæ eius ſunt ſigna, & memoria, & aboleri pro lugubri & fatali reputatur*, num. 37.

38 *Honorem aboleri mendaciis, & calumniis lugubre, & enorme eſt.*

39 *Calumniatores alieni honoris puniri debebant grauiſſimis, & pertimeſcendis pœnis.*

40 *Finis noſtræ pragmatica qualis?*

41 *Hiſpaniæ plurimùm intereſſe habet in familiarum nobilium conſeruatione.*

42 *Publicè intereſt ne iudicia puritatis & nobilitatis ex calumniis prolongentur*, &

& quod earum probationes debito fiant or-
dine, num. 43.

1 B A I r etiam, *con poco credito, y conſuelo de la na-*
cion, quia nihil regnum & ciuitates conde-
corat plúſque nitoris, & fulgoris eis affert, quàm
pulchræ familiæ, & ciues nobilitate, & animi ſte-
nnitate, & virtutibus prædiri, atque condecorati,
nónque obcæcatione labis, nec vlla denigrati igno-
minia, quia vt inquit Cicero pro Seſtio, *Reipublicæ*
vtile eſt, nobiles eſſe homines, dignos maiorib. ſuis, & ideò
etiam Lycurgus dixit *Non aliis mœnibus muniendam*
2 *eſſe ciuitatem, quàm ciuibus ſtrenuis* † quibus in re-
gni defenſione pluſquam Principi tribuitur, vt ipſe-
met oſtendit Lycurgus, *Multum*, (inquit) *habet mo-*
menti Principis integritas, ſed multo plus ciuium re-
3 cta inſtitutio, & obſequium, † vnde dictum ciues
nobiles nobilitare ciuitatem, non tam ex eorum
numero, quàm ex nobilitate, & integritate, quia & ſi
in cap. 14. Prouerb. verſ. 28. dicatur. *In multitudine po-*
puli dignitas Regis, & in paucitate plebis ignominia
Principis, ex quo Reges noſtri Hiſpaniæ præferri de-
bent aliis Regibus & Principibus, quia habent plu-
ra Regna, & Coronas, ſubſéque plures, & quaſi in-
numerabiles ſubditos, vt probat Bart. Chaſſan. *in ca-*
talogo gloriæ mundi 5. part. conſid. 37. & aliis ibi, Ma-
ſtrill. 1. *de magiſtr. cap. 4. num.* 18. atque ideò velut
Dij vocantur, vt ait gloſ. *verb. Iubemus, in l. iubemus,*
nulli 14. C. de ſacroſ. eccleſ. Bal. *in auth. hoc amplius, verſ.*
4 *an filij Regis, C. de fideicom.* † tamen hæc multitudo
magis æſtimanda eſt ex amplitudine familiarum, &
ſubditorum nobilitate & claritate, ex qua internæ,
& externæ proueniunt virtutes, vt ex Ariſt. *Rhetor.*
ad Theodetem lib. 1. cap. 12. docuit Maſch. *de probat.*
5 *concl.* 1073. *n.* 17. Pelaez *de maiorat.* 1. *p. q.* 51. *n.* 22. † &
quæ poſteros ad virtutes exemplo maiorum excitat,
ex Abb. *in cap. venerabilis num. 4. de prabend.* & ex
pluribus cumulatis per And. Tiraq. *de nobilit. cap.* 20.
n. 22. cum ſeqq. Menoch. *de præſumpt. lib. 1. q. 15. n.* 24.
Maſch. *concl.* 1253. *n.* 110. *&* 111. Pelaez citato loco
n. 10. quam ex numero familiarum, & ciuium, † quo-
7 rum multitudo multoties deficit, dum paucorum
fortitudo vincit, ſicut vn ua prudens patriam à plu-
ribus deperditam recuperauit, vt Eccleſiaſt. 9. 14. &
15. *Inuentúſque* (inquit) *eſt in ea vir pauper &*
8 *ſapiens, & liberauit vrbem per ſapientiam ſuam*; †
quia melior eſt vnus timens Deum, quàm mil-
le filij impij. Eccleſiaſtici 16. 3. & melior
eſt vnus cum iuſtitia, quàm multi cum iniquitate,
Prouerb. 16. 8. ſic enim meliùs eſt pauciores habere
bene inſtructos & fideles ciues, quàm plures timidos,
9 & ſocordes, vnde optimè animaduertit Iſocrates de
pace inquiens, † *eam demum ciuitatem felicem nomi-*
nandam, non quæ ex promiſcua hominum colluuie multos
ciues temerè colligit, ſed quæ antiquiſſimas, & primas fa-
milias cõſeruare ſtudet, in hoc relatus per Did. Velaſ. *in*
defenſione Toletani ſtatuti cap. 34. verſ. Publicè intereſt,
pag. 77. cuius rei ipſe Iſocrates in Nicocle rationem
10 reddit, *Hos enim quadam velut inſtrumenta eſſe video,*
vt vrbes, & fœliciſſimæ, & ampliſſimæ fiant. † Et quia
in tantum regnum augetur, in quantum florent ci-
uium res, morum rectitudo, & ſanguinis nobilitas,
quæ origo cæterorum eſt. *Quemadmodum igitur cun-*
ctis nautis nauigationis ſalus propoſita eſt, hanc enim ex-
petit eorum quiſque eadem ratione ciuibus omnibus eſt
communitatis ſalus propoſita, communitas autem eſt
reſpublica, quo fit, vt neceſſario ciuis virtus ad Rempu-
blicam accomodetur, vt ſunt verba Ariſtotelis *lib. 3.*
Politica cap. 3. & vt Hierax dixit, *quidquid patriæ pro-*
deſt, id ſingulis particulatim eſt commune, etenim totum
nullum eſt ſine partibus, & viciſſim, quod ciui fuerit vti-
le, ciuitati quoque conuenit; nam & quod chorearum duci
quatenus choreas agit, ex vſu eſt, idem toto choro prodeſt;
† econtra verò rerum priuatorum ſiniſtra colluuies 11
in Regni, & Principis vertitur perniciem, vt Caro-
lus Paſchal. in axiomate politicæ dixit. *Quidquid in*
perniciem ciuium vertitur, id Principi honorificum eſſe
non poteſt, nec debet. Quorum vtrumque amplectitur
Dionyſ. Halicarn. lib. 2. *Omnem* (inquit) *ciuitatem quæ*
ex multis familiis conſtat, veriſimile eſt, tunc florere cùm
priuatorum res florent; econtra magnis tempeſtatibus
agitari, cùm res vnius cuiuſque priuati ſe malè habent. † 12
Atque ideò honor Regis, Regníque totius augetur
per dignitates ſubditorum, & fit eorum ſtatus magis
potens, magiſque honorabilis, & timendus, *arg. text.*
in auth. conſtitutio, quæ dignit. & Epiſcop. §. generaliter
autem, Nouel. 81. & voluit Bald. *in cap. intellecto, col. fin.*
fin. de iureiur. optimè conſiderat Ant. Fab. *in C. lib. 7.*
tit. 19. de fin. 7. num. 1. per l. 1. §. ſed & ſi ſeruus de inſpic.
ventre, & refert Bart. Chaſſaneus, *in catalogo gloriæ*
mundi, 5. part. conſid. 19. † Vbi inquit, quòd magis ad 13
decus Regis, & Regni ſpectat plures habere vaſallos,
& fideles, qui ei perſonaliter ſeruiant, potiùs quàm
redditus feudorum manu ſua percipere, & militibus
conductitiis erogare: quorum non par eſt fidelitas
fidelitati nobilium vaſallorum, quia vt plurimùm,
qui pecunia redimuntur, in neceſſitate deficiunt; † 14
Et quòd expediat reipublicæ, habere nobiles, &
quòd honoratè, & ſecundùm dignitatem viuant, &
nobiliter nubant, ſatis explicant plura ſeptem parti-
tarum iura, vt colligi poteſt *ex l. 1. 4. 8. 11. & 12. tit.*
7. l. 3. tit. 5. l. 1. & 2. tit. 6. l. 2. 4. 6. 9. 11. 12. 18. & 23. tit.
9. l. 5. 6. & 7. tit. 18. l. 2. 3. & 23. tit. 21. l. 4. tit. 23. l. 3. &
vltima, tit. 24. part. 2. l. 11. tit. 13. p. 6. & l. fin. tit. 4. p. 4. &
Prœm. tit. 13. eiuſd. par. l. 3. tit. 6. p. 7. & Prœm. ipſarum,
vbi Greg. *verb. del linage*, quæ iura cumulat ad no-
ſtrum propoſitum Pelaez *de maiorat. 1. p. q. 51. num.* 5.
Et quòd reipublicæ interſit, famam ciuium inte-
gram manere probat Couarr. *lib. 1. var. c. 2. n.* 8. Va-
lençuel. *conſil. 90. n.* 110. & cum ex nobilibus bona fa-
cta ſperentur ex eis aſſumendos eſſe ad rectam Rei-
public. adminiſtrationem bene docet Ariſt. 2. *Polit.*
c. 8. & 10. D. Th. 4. *de regim. Princip.* Tiraq. Otalora
Simon c. Bouad. penes Maſtrill. 2. *de magiſtrat. c. 8. ex*
n. 28. cum ſeqq. † Et quidem non tantùm expedit, 15
quòd nobiles in Republica ſint; ſed & quòd tales
appareant, quia parum intereſt, nobiles eſſe, & puri
ſanguinis, ſi velut maculati, & ignobiles reputantur,
ſecundùm Bar. *in l. conuenticula, num. 6. C. de Epiſcop. &*
cleric. & in l. cum ſuper, C. de rei vendic. Inno. *in cap. ve-*
nient, 34. n. 4. de verbor. ſign. Perezius de Lara *de anni-*
uerſ. & capell. 2. p. c. 4. n. 100. † Etſi enim ex inimico- 16
rum cauillationibus nobilitas ſuffocatur, & ex la-
trantium prauo corroditur morſu, atque æmulatio-
num tenebricoſis cooperitur nobilis, eſt idem ac
ſi nulla eſſet nobilitas, nulla puritas, cùm omne ſit
ſordidum, & obſcurum oculis intuentium; & ſi qui-
dem nobilitas verè ſit, non niſi ignobilitas apparet,
& ſi maiorum glorioſa ſit memoria, & clariſſimum
in poſteros transfuderint ſanguinem, nunc tantùm
adeſt memoria ab hominibus contempta, & in vo-
lucro fictæ veritatis antiqua obſcurata gloria, &
genus ſui ſine meritis denigratum, cuius indelebilis
vbique circum ducitur macula, quæ præcipuæ atten-
ditur, & veritas communiter ignoratur ex ratione
text. in l. eius qui in prouincia, 41. verſ. Quas verò, de
reb. creb. & in leg. in lege 77. de contrah. empt.

Et ideò non mirum, ſi reipublicæ interſit, quòd 17
ciuium ſtatus, & exiſtimatio intacta & incolumis
euadat, non ſolùm à vera macula, ſed etiam à calum-
niantium linguis, & fictitiis ſordibus, vt ſignificauit
Vlp. I. C. *in l. 1. §. ſed & ſi ſeruus, 13. de inſpic. ventre*, di-

cens,quòd ordinum & familiarum dignitatem ſal-
uam eſſe publicæ conducit vtilitati. Did Velaſquez
in defenſ ſtatuti Toletani,cap. 34. verſ. publicè intereſt.
Rota apud Farin. *deciſ.* 60. *ſub num* 2. *in nouiſſim.* &
Impp. *in l. ſuper ſtatu* 9. *C. de quaſt.* conſtituunt, quòd
ſtatus cauſæ cautè agantur, ne fortè alienæ, & ſordi-
dæ ſtirpes ſplendidis, & ingenuis natalibus audeant
ſubrogari,& facit ratio tradita ab Imp. Iuſt. *in leg. ſi*
qua illuſtris,5.ibi, *cùm in mulieribus ingenuis & illuſtri-*
bus (quibus caſtitatis obſeruatio præcipuum debitum eſt)
nominari ſpurios, ſatis iniurioſum, ſatiſque acerbum, &
noſtris temporibus indignum eſſe iudicemus, *C. ad S. C.*
18 *Orfician.* † & ideò cognoſcere nationes, ne claræ, &
honeſtæ familiæ pereant, & confundantur commia-
tione, & ſoppoſitione infectorum, ex dictis iuribus
publicè intereſſe, dicunt Guilielm.Benedict. *in cap.*
Rainucius, in princ n. 57. *de teſtam.* & Pelaez *in d.q.* 51.
19 *n.*29. vbi *n. ſeq.* † duo magna reipublicæ damna re-
cenſet, quæ oriuntur ea confuſione nobilium, & ma-
culatorum, vnum ipſi ſoboli, cuius nobilis ſplendor
deletur in ſui, & reipublicæ detrimentum, alterum
quod prouenit ex ipſa ſanguinis confuſione, qua
mores in malum mutantur, pro quo faciunt *text. in*
l. 3. *tit.* 2. *p.* 2. *l. fin.* ibi, *ca non ſeua qui ſada coſa, que la*
ſangre de los nobles fueſe em bargada, ni ayuntada atan
20 *viles mugeres, tit.* 14. *p.* 4. † Ad quæ vitanda ſubſtinen-
tur iure quæcumque pacta nobilium, quibus ipſi &
ſuæ agnationes, nobiliores redduntur ex adductis
ab Alea Trentacinq. *in tract ſubſtitutionum, lib.* 4. *c.* 7.
n. 23. *ad fin.* Io.Gutierr *lib.* 2. *canon. cap.* 25. *per totum.*
Ripa *reſp.* 131 *num.* 15. faciunt tradita per Matth. de
Afflict. in conſtitut. Neapolit. *lib.* 3. *rub.* 19. & 20. &
quòd in dubio benignior reſponſio ſumenda eſt
pro nobilitate, vt numerus augeatur nobilium, vo-
luit Rota apud Fario. *deciſ.* 575. *n.* 5. *p.* 2 *poſthum.* ex
Bal. *conſ.* 83. *in fin lib.* 2. Vincent. de Franch. *deciſ.* 2. *n.*
28. *verſ ex ratione*,& Menoch. *conſ.* 2-7. *n.* 1. & *ſeqq.*
quos citat.

21 Ex quibus omnibus ſummo iure receptum eſt,
quòd publicè intereſt, vt nobiles ciues, & præclaræ
familiæ tranquillè fruantur ſua decora, & fulgida
opinione, & ſtatu, vt dixit Greg. *in l.* 36 *gloſſ.* 2. *in me-*
lio, tit. 18. *p.* 3. & *in l.* 6. *gloſſ.* 4. *q.* 5. *circa fin. tit.* 11. *p.* 6. &
in l. fin. gloſ. 2. *poſt medium tit.* 33. *p.* 7. Couarr. *lib.* 3. *var.*
c. 5. *n.* 5. *verſ. tertio* Io. à Roaas *in epitome ſucceſſion.*
cap. 1. *n.* 10. Mol *lib.* 1. *de primog. c.* 18. *n.* 1. & *c.* 4. *n.* 8.
& 28. Hier. Zaball. qui plura adducit *comm. contra*
comm. q. 674. *n.* 12. *cum ſeqq.* Ant. Gamma *deciſ. Luſit.*
224. *n.* 10. vbi ad litionator. Flores de Mena alios ad-
22 ducit,† & ideò ideò plurimum nobiles à Regibus
honorandos commendat *text. in l.* 2. *tit.* 2 *p.* 3. & *in l.*
5. *tit.* 25 *p.* 6. & *in l.* 5. *tit.* 2. *lib.* 2. *recop* Bobad. *lib.* 1. *po-*
lica. c. 4. *n.* 6. vbi tres huiuſce rei rationes affert, quo-
rum præcipua eſt magna vtilitas quæ ea nobilibus
Regi, & Regno proueniunt.

23 Secundò, ea dictis prouenit, & receptum eſt, quòd
vbicumque agitur, ne ſanguis nobilis cum vili miſ-
ceatur, iuſta ſit diſpenſandi in matrimonio cauſa,
ratione publicæ vtilitatis, vt voluit Sforcia Oddo *in*
tract. de reſtitut. in integ. 2 *part. quaſt.* 60 *art.* 2. *n.* 17. &
24 ex eo Pelaez *de maiorat.* 1. *part. quaſt.* 51 *num* 104. † &
generaliter quòd nobilitas ſit iuſta diſpenſandi cau-
ſa inter contrahentes matrimonium probant ex plu-
ribus P.Th.Sancius *de matrim lib.* 8. *diſputat.* 19. *n.* 5.
25 & 31. Io.Gutierr. *eod. tract. cap.* 128. *n.* 13. † & multa
ſimilia ſpecialia iure introducta habemus ob fami-
liarum ſplendorem ſeruandum, & vitandum dam-
num publicæ vtilitatis in amiſſione nobilium quæ
ratio vſque adhuc creuit, vt auſus fuerit aſſerere Bal.
26 *in l ſibi filius de adopt.* † quòd Papa poteſt indulgere
monacho vxorem ad tempus ducere vſque ad pro-
creationem filiorum, ne ſtirps nobilis ſine prole fi-
niatur, nec reſpublica familia careat nobili, licet de
hoc notabili dicto dubitauerit And. Tiraq. *de nobilit.*
cap. 20. *n.* 186. *pag* 128. & de eo agunt Ioann. Sylua
in tract. de beneficio 2. *part. quaſt.* 2. *num.* 55. Couarr. *in*
rub. de teſtam. 2 *p. n.* 10. & 11. Caldas Pereira *de nomi-*
nat. emphit. q. 20. *n.* 29. poſt Abb. *in cap. ex plurblicon.*
15. *de controuerſ. coniugat.* & Dec. *conſ.* 112. *n.* 4. Portio
conſil. 154. *n.* 15. Nicol. Boërio *deciſ.* 10. *num.* 30. & alij
apud Pelaez *de maiorat.* 1. *p. q.* 51 *ex num.* 54. à veritate
alienum dicit P.Thom.Sanc. *de matrim lib.* 8. *diſp.* 8.
n. 9. quia certum tempus contrarium eſt vinculo in-
diſſolubili matrimonij, cùm alias fateatur id facere
poſſe Pontificem duobus in caſibus, nempe ex con-
ſenſu vxoris poſt habitam prolem, & ratione publi-
cæ vtilitatis, & boni totius regni ex fundamentis &
Doctoribus ibi per eum adductis *n.* 7. & 8. cui aſſen-
tire videntur allegati per Andr. Tiraquel. citato in
loco.

Prouenit etiam tertiò, multùm laudabiles eſſe te- 27
ſtatorum diſpoſitiones, quibus ſucceſſores prohi-
bentur contrahere cum maculatis ſeu ignobilibus,
ne ſanguis labe coinquinatus in Reipublicæ & fa-
miliarum perniciem vertatur, ex Bal. *in l. nec filium,*
verſ. iſtud vltimum, C. de ſecundis nuptiis, Alex. *conſ.* 2.
n. 4. *verſ. vndecimò probatur, lib.* 1. Hipolit. Riminald.
conſ. 122. *n.* 106. *lib.* 2. Socin. Iun. *conſ.* 39. *n* 41 *lib* 3. la-
tè Pelaez *de maiorat.* 1. *p d. q* 51. *per totam*, maximè, *n.*
2. 3. & *ſeqq.* faciunt à me tradita ſuprà 1. part. q. 4 §. 7.
quaſi per totum.

Prouenit quartò, quòd cùm ſit magnus theſaurus 28
aliquem fuiſſe ortum ex parẽtibus bonis, vt ex Ariſt.
& aliis tradidit Simanch. *de cathol. inſtit. tit.* 50. *n.* 8.
cum ſeqq. & Pelaez *in d. q.* 51. *n.* 40. conueniunt Gloſſ.
in Extrauag. ad cõditorem verſ. honorem de verb. ſign. D.
Thom. 1 2. *quaſt.* 2 *art.* 1. Nauarr. *in tract. de finib. bon.*
actuum n. 45. & è pluribus dixi ſuprà 1. p. q 1. §. 2. &
econtra ſit magnum dedecus, & infãmia ab infectis
oriri parentibus, vt latiſſimè probaui ſuprà *d. q.* 1. §.
4. & *q.* 4. §. 2. † & quoties puri & nobiles viri falsò & 29
calumniosè in ſuo læduntur honore, & nobilitate,
non tantùm eis damna, & ſuæ proueniant familiæ,
ſed etiam Reſpublica, Regnum, & Princeps maxima
prægrauentur iniuria, vt probatum manet, † non 30
ſolùm tantis medelam adhibere damnis priuato reſ-
picit iuri ſed etiam publico concernit fauori, & vti-
litati *text. in l. ita vulneratus ſi in fin. verſ. multa autem,*
ad l Aquil. cum ſimilibus.

Cùm enim agitur de intereſſe reipublicæ, fauor 31
interuenit publicus ex notatis per Bart. & DD. *in l.*
2. §. *exercitum, de his qui not. infam.* idem Bart. *in leg.*
quemadmodum, C. de agricol. & cenſit. lib. 11. Iaſſ. *in l.* 15.
qui pro emptore, num. 367. *de vſucap.* & *in conſil.* 118.
lib. 1. *colum.* 3. Phil Dec. *in leg. inſtrumentis*, 12.
num. 1. *de reg. iur.* Curt. Iun. *conſil.* 275. *numero* 3.
lib. 2.

Prouenit quintò, quantum ſit magna ratio, qua 32
non ſemel dixi, cauſas ſtatus, & in quibus agitur de
probatione nobilitatis, & puritatis eſſe inter magis
arduas, & graues connumerandas, qua vno ictu agi-
tur ſimul de proximi & integræ familiæ honore, ac
totius Reipublicæ vtilitate quod omne conſtituit
rem grauiſſimam, & magni ponderis *arg. text. in l. cæ-*
tera, 41. §. *ſed & ſi quis*, & quæ ibi notat Paul. Caſtr.
de leg. 1. Sforcia Oddo *de reſtitut. in integr. q.* 18. *art.* 8.
n. 52. & magis apertè probat *text. in l. ſi inimicitiæ*, 9. §.
ſed etſi palam de his qua vt indig. Bald. *in c. in ratione,*
col. pen. de appellat. Socin. Iun. *conſ.* 34. *n.* 42. *tom.* 2. &
conſ. 117. *n.* 24. *lib.* 3. Aym. Craueta *conſ.* 108. *num.* 2.
Th. Grammat. *deciſ.* 1 *num.* 12. † & nulla maior, nec 33
grauior cauſa, nec quidem in reputatione, & opinio-
ne

ne hominum pondere receptior inuenitur, quàm
illa, in qua de honore & fama ciuium, & familia-
rum nobilium agitur, ex text. in l. 2 §. pen. de orig. iur.
tenet Bart. in l. qua omnia, de procurat. Alex. in l. ſæpè,
n. 10. & in l. victum. n. 2. de re iud. Zephal. conſ. 688.
n. 8. Burſat. conſ. 191. n. 13. lib. 1. Vaſquez controuerſ.
illuſtr c. 11. à n. 7. Pelaez de maiorat. 4. part. q. 14. n. 56.
34 verſ. & cauſa nobilitatis. † Et ideò mitiſſimè tractan-
dæ ſunt, ne quis in honore lædatur, ſecundùm Al-
ciat. conſ. 2. n. 5. lib. 7. in nouiſſima impreſſione. Burſat.
conſ. 191. n. 13. tom. 2. Iacob. Menoch. conſ. 96. n. 15.
35 lib. 1. † quia vbi vertitur familiæ honor, dicitur tra-
ctari de magno præiudicio, ex Phil. Dec. in l vt vim,
in fin. de iuſt & iure Ioan. Vinc. de Anna, allegat. 132.
n. 11. Craueta conſ. 2. n. 18. & conſ. 168. n. 2. Zephalo
conſ. 59 n. 4. & conſ. 57. n. 5. Menoch. conſ. 202. n. 91.
36 10. 3. † Quia ſi aboleri inſignia, quæ tantùm ſunt ſi-
gna, & memoria honoris familiæ, ſecundùm text. in
l. legatum. 4. in fin. de admin. rer. ad ciuit. pertin & in l.
Quintus, 7. verſ. hæc autem, de annuis leg. Pelaez de ma-
iorat. 2. part. q 4. illat. 8. n. 77. Greg. Lopez in l. 3. tit. 4.
part. 6. gloſſ. fin. Molin. de primog. c. 14. num. 47. Mol.
37 Theolog. tom. 3. de iuſt. & iure, diſp. 615. n. 9. † pro lu-
gubri, & fatali communiter reputatur, ex Bart. in l. 2.
§. nec eius, de operib. public. Tib. Dec. conſ. 2. n. 223. &
conſ. 31. n. 95. ad hoc aducto ab Ant. Theſauro deciſ.
Pedam. 270. n. 1. & faciunt tradita à Cepola de ſeruit.
urban. præd. tit. de picturis, 71. col. 2. in fin. verſ. vnde po-
ne, Lambert. de iure patron. q. 5. princ. art. 4. num. 9. &
ſeqq. Petr. Anchar. conſ. 356. ex ſerie teſtamenti, in fin.
38 † Quid erit dum non ſignum, in quo nulla adeſt
ſubſtantia, & ad placitum fuit appoſitum, ſed ipſa-
met res principaliter ſignata, magnis laboribus ad-
quiſita, & plerumque pretio empta ſanguinis, ipſe,
inquam, honor, adquiſita gloria maiorum, bonum
nomen, & fama abolentur, & mendaciis, atque pra-
39 uorum abraduntur cautelis, † quid igitur erit lugu-
brius? quid enormius? quid grauius? vt grauiſſima
animaduerſione puniantur huioſce magnæ rei graſ-
ſatores iniqui, arg. text. in l. qui liberalitate, 2. in fin.
cum l. ſeq. in prin de operib. public. & tradita per Auend.
in cap. Prætor. 1. part. c. 1. n. 4. Cepola num. 10. citato
loco, & Menoch. de recuper. rem. 15. n. 48. & de arbitr.
40 caſu 281. n. 4. Roman. conſ. 355. † de quo in noſtra
pragmatica non agitur; ſed tantùm de aſſignando
congruam formam in recipiendis, & diiudicandis
informationibus puritatis, & nobilitatis, vt deinceps
nobiles, nec puri, quorum honor vertitur in ſplen-
dorem reipublicæ calumniis non prægrauentur, nec
detractionibus dehoneſtentur, & per conſequens
vniuerſum deluſtretur Regnum ſimilibus ciuium,
& ſubditorum iniuriis, nec ſuum amittat ſplendo-
rem, qui è ciuibus ſtrenuis, & nobilibus proue-
nit.

41 Prouenit ſextò genuina, & principalis noſtræ
pragmaticæ ratio, & verus intellectus prædictorum
verborum noſtri textus, quibus ſignificatur quan-
tum vniuerſa natio Hiſpana habeat intereſſe in
conſeruatione familiarum nobilium, & earum ho-
noris, quantúmque patiatur damnum, & dehoneſta-
tionem ex illarum iniuſta, & calumnioſa oppreſſio-
ne in ſua fulgida, & decora fama, & denique quan-
tum publicè expediat agnationes nobilium ſaluas
exiſtere à calumniantium ſtrepitu, & quod puritatis
& nobilitatis probationes non obſcurentur falla-
42 ciis, † nec earum iudicia ex calumniis prolongentur,
nec detineantur, vt & probat text. in l. curent. 29. de
teſtib. iuncta l. 1. §. ſed & ſi ſeruus, de inſpic. ventre, Ant.
Fab. lib. 7. ad tit. 10. C. de re ind. diffin. 7. n. 4. & expreſsè
in puritatis, & nobilitatis iudiciis loquendo ſic te-
43 net Valençuela conſ. 92. n. 135. † & quòd informatio-
nes prædictarum qualitatum debito fiant iure, & ra-
tione, vt ſeruatis iuſtiſſimis communitatum ſtatutis,
ſeruetur etiam ciuium, & totius Regni honor, & no-
men, & ita deinceps prædictæ non ſumantur in-
formationes, *con tan poco credito, y conſuelo de la nacion.*

GLOSSA III.

De pace & concordia Reipublicæ ſeruanda.

SVMMARIVM.

1 *Diſcordia & rixa magna Reipublica afferunt damna.*
Ciuitas in ſeditione non poteſt eſſe beata nec in diſcordia dominorum domus, ibidem.
2 *Pax eſt tranquilitas boni.*
Diſcordia genitrix malorum, ibid.
Acerrimus hoſtis, ruina ciuitatis, n. 4. *Vbi plura eius mala recenſentur.*
3 *Ciuitati nihil pernicioſius quàm diuiſio, & nihil melius quàm vnio.*
5 *Concordia & charitas ſunt præcipua nexa, & vincula corporis mixtici & naturalis.*
6 *Corpus naturale per ſuarum partium concordiam, & annexionem conſeruantur.*
Corpus mixticum ex ſingulorum diſcordia deſtruitur, ibid.
7 *Res paruæ creſcunt concordia, & magnæ diſcordia dilabuntur.*
8 *Concordia dulcis, & eius nomen blandum, & ſuaue.*
9 *Reges, & ciuitates concordiam appetere debent.*
10 *Rex eſt caput, protector, & conſeruator.*
Reipublicæ iure diuino, & naturali, numero 11.
11 *Defenſio eſt de iure diuino, & naturali.*
12 *Poteſtas Regibus fuit tributa principaliter ad Regni defenſionem, & in neceſsitatibus denegari non poteſt*, n. 13.
Aliàs eſſet Chriſtum negare, n. 14.
15 *Regum munus, & quidem præcipuum eſt quærere ſubditorum tranquilitatem, & pacem, & quantum hoc melius adquirant, tantum melius, & laudabilius ſuum munus implebunt*, n. 17.
17 *Magnitudo regia Deo ſimilatur, dum fiunt in Regno, quæ Deus in mundo facit.*
18 *Laus eſt regnantis ſubditorum otioſa tranquillitas.*
19 *Vtilitates ex concordia & pace ex D. Auguſtino referuntur.*
20 *Specialia in iure ſunt ſtabilita ob pacem & tranquillam concordiam.*

21 Scanda

21 *Scandala ſunt vitanda.*
22 *Princeps & eius Conſilium ob bonum pacis poſſunt compellere partes ad tranſactionem.*
23 *Iudices ex officio poſſunt partes compellere ad concordiam ob bonum pacis.*
Statutum fieri poteſt ad cogendum litigantes ad concordiam, ibid.
24 *Papa ob pacem poteſt non ſolùm diſpenſare in matrimonio, ſed etiam diſſoluere iam contractum.*
25 *Nobilitatis & boni nominis adquiſitio amiſſióve diſcordias magnas in republica parit.*
Verba parua multoties homicidium perpetrarunt, & ciuitates integras euerterunt, ibidem.

1 CON TANTA *inquietud, y diſcordia en la*
Republica, quia cùm odium ſuſcitet rixas,
& vniuerſa delicta opperiat charitas Prouerb. 10. &
diſcordiæ, & rixæ peſſima Reipublicæ, & Regno afferant
damna, cùm nec ciuitas in ſeditione poſſit
eſſe beata, nec in diſcordia dominorum domus, vt di-
2 xit Cic. *lib. 1. de finib. bon. & mal.* † & ſicut pax eſt
tranquillitas boni ſecundùm D. Thom. 1. 2 *q. 70. art.*
3 3. ita & diſcordia eſt genitrix malorum, † quare Plato
de repulica animaduertit, quòd nihil pernitioſius
eſt ciuitati, quàm diuiſio, vt & nihil melius quàm
4 vnio. † Quare diſcordia eſt acerimus hoſtis, ruina
cuiuſcumque ciuitatis, & loci, hoſtis intrinſecus bellantium,
& bellorum fomes; hinc Catholicorum
diſcordia creuit infidelium populos, deperdita enim
fuit tota Ptolomaida cum nomine Chriſtiano, in
Syria pro diſcordia Catholicorum inſula Rhodus,
vt tradit Iulius Ferretus *de re nauali lib. 6. n 27. to. 12.*
5 *fol.* 337. † Concordia enim, & charitas ſunt præcipue
nexus & vincula, quibus quaſi indiſſolubiliter
annectuntur omnia corpora myſtica, quæ ad ſimilitudinem
corporis naturalis requirunt concordiam
6 pro ſui conſeruatione. † Sicut enim naturale corpus
per ſuarum partium concordiam, & annexionem
conſeruatur, & per earumdem diſcrepantiam reſoluitur,
& perit, ita & myſticum corpus ex ſingulorum
diſcordia inordinatur, & omnium deſtruitur, ſic
ex D. Paulo 1. *ad Corint.* 12. probat D. Ioann. Ramie-
7 rez *in tract. de confirmat. ord. D. Iacobi cap. 25. n. 1.* †
Quia paruæ res creſcunt concordia, & maximæ cum
diſcordia dilabuntur, vt dixit Io. Ferretus *lib. 6. de*
8 *bomag. c. 1. in princip. tom.* 10. 2. *p.* 117. † Et concordia
non modò ipſa dulcis eſt, ſed etiam eius nomen
blandum, & ſuaue: tum res ipſa, vt ſapientes dicere
audio, ſalutaris; hac enim agri, ac vrbes, hac res priuatæ,
hac Reſpublicæ, hac enim Regna conſtituuntur,
& diu ſeruantur ex B. Facio *hiſtor. lib. 9 Quid enim*
(vt inquit Polibius lib. 4.) *vel æqualitatē in Republica,
vel fiduciā, vel libertatis iucundiſſimū nomē laudaremus,
ſi nihil omnino eſſet paci anteponendum, quia nihil in Republica
plus deſiderari debet, quam æquabilitas, & concordia,
quæ eſt mater omnis felicitatis Reipublicæ, hac à
finibus repellit hoſtem, auget opibus Regnum, ornamentis
illuſtrat, præſidiis firmat*, vt & dixit Io. Demetrius in
Poloniæ hiſtoria. Et concordia humilia ex tollit,
obſcura clarificat, & non modò Rempublicam, &
Regnum conſeruat, verùm etiam amplificat, & immortalitate
donat, ex Bonfino *lib. 3. rerum Vngaricar.*
& Nacianus *in Iulian. Orat. 1. optima eſt*, (inquit) *concordia,
& vt vna conſentiant ciuitates gentes, & familiæ,*
*ac cuncta ſigillatim naturæ legem, & ordinem ſequantur,
quæ omnia diſtinxit, & compoſuit, totúmque hunc mundum
vnum ex pluribus fecit*, † & ideò Reges ſuis ciui- 9
tatibus, & Regno tranquillitatem & concordiam
omnino appetere debent, vt Natalis Comes *lib.* 3.
hiſtoriæ. Primum (inquit) *omnium bonorum humanorum
pax eſt, & tranquillitas populorum, quam Principes
in primis debent procurare*; † quia cùm Rex ſit caput, 10
protector & conſeruator reipublicæ, ex Caſſadoro
lib. 4 var. epiſt. 42. Gregor. *in l. 2. gloſſ. 3. tit. 19. p. 2. & in
l. 4. gloſſ. 6. tit. 15. p. 5.* Fuſco *in tract. de viſitat. c. 32. n. 5.*
Hieron. Zaballos *comm. contra comm. q. 897. num* 105.
Moneta *de conſeruator. cap. 3 ſub n. 2.* plures nouiſſimè
congerit Salgado *de regia protect. p. 1. prælud. 2. ex n.*
75. Paul. Caſtrenſ. *conſ. 21. n. 9. vol. 3.* Roland *conſ.* 18.
n. 22. lib. 2. † & quidem iure diuino, & naturali, quo 11
defenſio prouenit, *text. in l. vt vim. 3. & de iuſt. & iure*,
tenentur Princeps, & Reges ad rempublicam in diſcordiis
degentem protegendam, ex adductis ab Anil.
in c. 21. prætor. verbo la paz Agia *de exhibit. auxilij fundam
22. & ſeq.* quod eſt Regum præcipuum munus,
*c. Regum officium, 23. c. adminiſtratores, 26 c. Princeps
20. 23. q. 5. c. cum deuotiſſimam 8. 12. q. 2. c. ab Imperatoribus
10. 23. q. 3. epiſt. inter claras, C. de ſum. Trinit. l. vn. C.
Quando Imp. inter pup & vid.* leiem. c. 21. 12. & c. 21. 3.
cum allegatis à Zaballos *in d q. 897. n.* 182. *& ſeqq* Peguera
deciſ. 92. Agia citato loco *fundam.* 27. † & ideò 12
dicitur principaliter ad Regni defenſionem tributam
fuiſſe regibus poteſtatem à Deo Domino noſtro,
DD. *in l. ex hoc iure, de iuſt. & iure.* Imper. *tit. de
pace tenenda, & eius violat. l. 1. tit. 1. l. 2. tit. 10. l. 26. tit.
14. p. 2.* Couarr. *in pract. c. 55 n. 3.* Ludouic. Gom. *in §.
rurſus, n. 12. verſ. nam ſecundum legem Dei, inſt. de act.*
Corſet. *de poteſt. Reg. q. 1. & q. 41.* Vlcattin. *de regimine
mundi in 2. q. 2. quæſtionis princip.* Reſtaur. Caſtald. *de
Imperat. q. 4* Oldrald. *conſ. 94.* Afflict. *deciſ. 24.* † Quod 13
auxilium & defenſionem in ſeditionibus impertiri
recuſare Rex non poterit manente regia poteſtate,
cum ſit onus affixum, & cohærens ipſi regiæ poteſtati,
Olibano *de iure fiſci c. 5. n. 40. & c. 11 a n. 49. cum
ſeqq. & c. 14. n. 113. & ſeq* Bobadilla *lib. 1. politicæ c. 16.
n. 87.* † & ait Olibanus citato loco, quod negare 14
reipublicæ, ſeu Regno auxilium in diſcordiis eſſet
Chriſtum negare. † Quare præcipuum Regum mu- 15
nus eſt reipublicæ inquirere tranquillitatem & pacem
ad ſubditorum, & vaſallorum conſeruationem
Hieron. Zaball *in epiſtola regia n. 11. in principio tractatus
de violentiis*, Agia citato loco *fundam.* 23. Olibano
d. c. 14. n. 6. vt in pace & fœlicitate viuant, vt
dicebat Xenophon. 3. *de dictis & factis Socrates*, refértque
Maſtrill. 3. *de Magiſtr. c. 1. num.* 79. † Vnde 16
quantò maiorem in ſeditionibus tranquillitatem, in
diſcordiis concordiam, & in bellis pacem regno Reges
adquirant, tantò melius, & laudabilius ſuum munus
implebunt, magiſque laudandi ſunt ab hominibus,
& præmiandi à Deo, qui totam prouinciam faciunt
pace gaudere, violentias cohibent, iuſtitiam
ſeruant, & diſponunt, quod agendum eſt ab hominibus
ſuis legibus, & præceptis, † tum quia magni- 17
tudo regiæ virtutis præcipue Dei ſimilitudinem gerit,
dum agunt in regno, quæ Deus in mundo, vt tò-
ridem dixit verbis Bart. Chaſſan. *in Catalogo gloriæ
gloriæ mundi 5. p. conſiderat. 3. verſ. ſic ergo iuſtificari in
medio.* † Vnde Caſſador *lib* 1. *epiſt.* 22. dixit, *quod de-* 18
*cet apicis regalis curam generaliter cuſtodire concordiam,
quoniam ad laudem regnantis trahitur, ſi ab omnibus pax
ametur; quid enim eſt, quod Principem melius prædicet,
quàm quietus populus, concors ſenatus, & tota reſpublica
morum honeſtate, veſtita*, & *lib.* 1. *epiſt.* 29. item inquit,
Regnantis eſt gloria ſubditorum otioſa tranquillitas, quem
in aliis locis refert idem Chaſſaneus citato loco
conſid.

19 *conſid.* 16. *in princip.* † Nec mirum quidem cùm ex
concordia, & pace tot commoda & vtilitates ſe-
quantur, quot refert D.Auguſt.*in lib.de ſerm. Domini
in monte*, inquiens, concordia eſt ſerenitas mentis,
tranquillitas animi, ſimplicitas cordis, vinculum
amoris, conſortium charitatis; hæc ſimulates
tollit, bella compeſcit, iras comprimit, ſuperbos cal-
car, humiles amat, diſcordias ſedat, inimicos concor-
dat, cunctis eſt placida, neſcit extolli, neſcit inflari;
hanc, qui accipit, teneat, qui perdidit, repetat, qui
amiſit, acquirat, ſine tamen iuſtitiæ adminiſtratione,
20 pax aſſiſtere nequit, † quare ad pacem & cócordiam,
tótque vtilitates obtinendas, & Reipublicæ tran-
quillitatem ſeruandam, ſedandos tumultus, rixas &
concitationes multa iure ſpecialia introducta ſunt,
quæ alias non permitterétur, vt ex *text.in l.cum pater
77.§.dulciſſimus* o *de leg.2.l,qui decem.*16. *in fine*, *ad
l.Corn de ſicar.& in l.æquiſſimum* 14.aliàs *l.ſi cuius* 13.
§.æquiſſimum,de vſufr.l.cum oportet, 6. §. *non autem hy-
pothecam* 2 *verſ. ſin autem res*, *C. de bon. quæ liber.cap.
cum teneamur* 6. *de præbend.cap.* a. vbi bona gloſſa,*de
diſpenſat.impub.* Hoſtienſ. *tit. de foro compet. verſ. ex
præmiſſis, col.* 4. Aufrerius *de poteſtate eccleſiaſt. ſuper
laicos n.*26.& tradit plura Pelaez *de maiorat.4.p.q.*22.
à n 20.*cum ſeqq* Greg *in l.*58.*gloſſ.eſtos,tit.*6.*p.*1. Que-
ſada *in ſuis diuerſis q. c.* 29. *n.* 1.*in fin.* & ante omnes
Specul. *tit de cõpet iud.addit §.generaliter,in.* 29 *verſ.*
21 *trigeſimo quarto*, † maximè vbi ſcandala timeri va-
lent, quæ omnino vitanda ſunt, vt *in d.cap.cum tenea-
mur*, & per adductos à Tiberio Dec. *in pract. crimin.
tom.*1.*c.*10.*n.*3.*verſ.Decimo limita*, & latè per Franc.
de Borcelinis *de duobus fratribus n.*20,*tom.*6.1.*p. part.
fol* 174.& hoc ita valde intereſt boni communis, vt
ex pluribus docet P.Th.Sancius *de matrim lib* 8.*diſp.*
23 19.*n.*9 † & eadem ratione poterit Princeps & ſuum
regium conſilium ob bonum pacis cogere partes
ad tranſactionem, ſeu compromiſſum faciendum, ex
Abb.& Fel. *in rub. de treuga & pace*, eodem Abb. *in
c.fin.n.*4.*de maior.& obed.per c.placuit*, 90. *diſt.* Zaſius
*in l.ſi conuenerit,n.*10. *de re iud* Maranta *in ſuo ſpeculo
6.p.n.*164.Lancel. Cõrado *in templo iudicum,6 p. de
pace,concl.*101 *à n.*1.*cum ſeqq.*Padilla *in rub n.* 14. *C.
de tranſact* Afflictis *deciſ.*149.*n.*7. Maſtrillo 3.*de ma-
giſtr.c.*4.*n.*98.*&* 99.*& n.*278 279. *& ſeq* & quòd cæ-
teri iudices valeant ex officio partes compellere ad
concordiam ratione ſcandali, & pacis, & ex aliis cau-
ſis ſpecialibus, referunt idem Padilla ibi *n.* 5. *& in l.
tranſigere,n.*90.*illo tit C. de tranſact.* Mol. *de primogen.
lib* 4. *c.* 9. *n.* 30 Paris de Puteo *de ſyndicatu in verbo,
concordia,num.*9.Io.Gracianus Falcon.*reg.* 329. *n.* 80.
Afflictis,& Conradus citatis in locis, non tam in ci-
uilibus, ſed etiam in criminalibus, vt latè probat
Marta plures refereus *de iuriſd.*2.*p.n.*2. *ex n.* 10. *cum
ſeqq.*& quòd fieri poſſint ſtatuta ad cogendum liti-
gantes ad cócordiam ex Io.de Anna *in c.*1.*n.*13.*verſ.
vtrum autem quis,de maledic.*& ex Grat *conſ.*115.*n.* 5.
*lib.*1. Mantic. *de tac. & amb. to* 2.*lib.* 27.*tit.* 13.*n.*7.
24 † Atque eadem ratione poterit Papa non ſolùm diſ-
penſare ad contrahendum matrimonium, ſed etiam
ad iam contractum diſſoluendum ex adductis à Me-
noch.*lib.*2.*præſ.*10.*n* 42. & à Pelaez *de maiorat.*4.*p.q.*
22.*ſub n.*21.*circa fin.*vbi *in num ſeq.*alia plura conge-
rit, plures congerit & bene explicat quoad diſpen-
ſandum in matrimonio contrahendo P. Th. Sanc.*d.*
25 *diſp.*19.*n.* 8 † & cum nulla res diſcordias ingentio-
res reipublicæ pariat, quàm nobilitatis, & boni no-
minis acquiſitiu, amiſſióve, vt dixit Ariſtot.*lib.* 1. *po-
litica.Nobilitas generis,& diuitiæ principia & fontes ſunt
ſeditionum*, quia vt Reginius de amicitia inquit. *Mul-
ti hactenus plus mali per calumnias, quam per hoſtes ac-
ceperunt, & multis iam iniuria maior facta eſt propter
aurium infirmitatem, quàm inimicorum inſidias*, ex qui-
bus ſequitur, quod animaduertit D. Io. Chryſoſto-
mus ſuprà Matth.5.*Parua verba multoties homicidium
perpetrare, & ciuitates integras euertere*, & quàm rectè
& ſummo iure in noſtra hac pragmatica ob ſeditio-
num, & diſcordiarum pericula, regnique & regnico-
larum tranquillitatem & pacem ſalutifera & vtilis
adhibetur medela circa conficiendum, & diiudican-
dum informationes puritatis & nobilitatis, nec dein-
ceps in tribunalibus & communitatibus procedatur,
con tanta inquietud y diſcordia en la republica.

GLOSSA IV.

De vtilitate diuitiarum, & ciuium in Republica.

SVMMARIVM.

1 *Odia & ſeditiones minuũt facultates, & mortem ciuibus afferunt, & damna reipublicæ augent.*

2 *Regna & ciuitates è ciuibus & pecuniis maximè conſtant.*

Ciuitas eget ciuibus ad ſui conſeruationem & diuitiis ad illorum educationem, ibidem.

Reipublicæ intereſt plures habere ciues, ibidem.

Modus introductus vſque adhuc in iudicandis puritatis informationibus afferebat mortem ciuium, & amiſſionem diuitiarum, ibid.& n.18.

3 *Diuitiæ conſeruant familias*,& num. 7.

Vtilitatem perſonarum tegunt,n.4.

Ciues celeberrimos faciunt,n.5.

Per ſe nobilitant,n.6.

Ciues in honore facilè conſeruant,n.8.

Honeſtatem & dignitatem præſtant,n.9.

Honor ſecundùm eas menſuratur, num. 10.

Sunt dignitatis & familiæ ſuſtentaculum, ſine quibus ſordeſcit, & decreuit dignitas, num.11.

Inopia ſordeſcit familias, & earum nigreſcit ſplendorem, vilitas eſt, aut ſaltem vilitatis cauſa, ſub d.n.3.& 4.& 11.*Amittit nobilitatem*.n.7.

Dignitas per eam perit, ſub. num. 9.

Nullus honor ex inopia, ſub n.10.

6 *Nobilis ſatis dicitur, qui diues eſt, econtra verò ſi pauper.*

Imperium per ciuium diuitias augetur & abundat, ſub n.11.

12 *Reipublicæ intereſt locupletes ciues habere*,& ſub n. ſeq.

13 *Princeps curare debet, quòd ciues locupletes ſint, & ne plurimum erogent, nec deprimatur*, n.15.

Cauſa

Cauſa iuſta diſpenſandi in matrimonio eſt conſeruatio diuitiarum in familia, ibidem.

Diuites nobilibus in omnibus æquiparantur, ibid.

Iniuriarum actio competit aduerſus eum qui diuitem diffamat de paupertate.

14 *Theſauri Principis penes ſubditos diuites inueniuntur*,& n.27.

Opes melius à ſubditis poſsidentur, quàm ſunt in publicis ærariis.

19 *Ciues in tempore ſubueniri debent ne ex dilato iuuamine incurabilis fiat eorum plaga & inopia.*

17 *Princeps non minùs hominibus, quàm pecuniæ publicæ debet velle eſſe conſultum.*

19 *Nobiles ad vindictam excitantur ob oppreſsionem honoris.*

20 *Honor defendi poteſt manu armata.*

Duellum permiſſum ob tuendum honorem quamuis aliud ſit ex noua Concilij Tridentini deciſione,ibid.

21 *Grauius eſt honore priuari, quàm omnibus bonis temporalibus.*

22 *Homicidium permiſſum ob honorem, qui aliter tueri non valet in vtroque foro, in cauſis puritatis hoc locum habere non poteſt*, num.23.

24 *Iniuriatus verbis atrocibus ſi aliter ſe defendere nequit,poteſt iniuriantem occidere, & eum qui conatur eum in iudicio magnis calumniis afficere,ſecus iure externo.*

25 *Delationes maculæ in cauſis puritatis ſolent mortes adducere,& cauſare.*

26 *Regis & reipublicæ intereſt ciuium vitam incolumem reddere.*

27 *Augmentum diuitiarum prouenit ex tuitione ciuium.*

1 D CON TANTA *coſta de las haciendas y vidas*, ex odiis diſcordiis & ſeditionibus, licèt per plurima oriantur damna,vt dictum manet, illud tamen præcipuum eſt,quòd facultates, & diuitias minuunt,& aliquando prorſus euellunt, & ciues morte miſera è vita traducunt, itavt ex eis damna reipublicæ magis augeantur, & dupliceotur, vt optimè
2 conſiderauit Vegecios *lib.* 3. *cap.* 10. † & colligitur ex Lucio *lib. 9. de cade.* 4. Regna igitur & ciuitates è ciuibus & pecuniis maximè conſtant, quia vt inquit Ariſtot.*lib.Oeconomicor.Ciuitas,ſeu Regnum eſt multitudo domorum agro & pecuniis ſufficienter abundans ad benè viuendum*, cùm diuitiis egeat ad ciuium educationem, & ciuibus etiam ad ipſius conſeruationē,quare dicitur intereſſe Reipublicæ plures ciues habere,vt dixit Melch.Iun.*lib.1.q. polit.* 26.& refert Maſtrill.1.*de magiſtr.c.13.n.11.*& ſic ex abuſu recepto circa probandas ſanguinis qualitates in prædictis tribunalibus oriebatur diuitiarum amiſſio, & ciuium mors, oriebatur equidem totius Regni deſtructio,quod maximè conſtat ex dictis duabus rebus, quarum certè amiſſio,illius conſumptio eſt.

3 Quod certè primum de diuitiis conſtat, nam per ſe principaliter conſeruant familias, ſecundùm *text. in l. & quia hoc* 5.iuncta *gloſſ.de interrog.act. & in leg.*
Titia 34.§.*Lucius Titius,relictis* 6.vbi Bal.*de leg.2.*adducti ab And.Tiraq *de primog.q.23 num.12.pag.218.*
Chaſſan.*in conſuetud.Burgund.rub.7. Fama Mariæ fol. 269.col.1.in princ.& in Catalogo gloriæ mundi 5.p.conſider.* Pariſ.*conſ.72.n.30.lib.4* Craueta *conſil.75.n.17. & conſ.164.n.4.* econtra verò abſque diuitiis ſordeſcunt,& earum ſplendor obſcuratur,*ex text. in l.quiſquis 5.§.filij,C.ad l.Iul maieſt. cap. ſi quis teſtium* 8. vbi *paupertate depreſſi, de teſt.* cum adductis à Pelaez *de maiorat* 1.*p.q.1.n.39.*Marc.Ant.Natta *conſ.675.n.11.*
Tib.Dec.*reſp.1.n.290.& reſp.6.n.69.vol.* 1. Menoch. *conſ.51.n.27.lib.1.& conſ.116.n.2 lib.* 2. Valençuela *conſ.40.n.12.& conſ 98.n.10.* Tiraq. *de nobilit. c.* 25.
Menoch.*conſ.177.n.16.*Gracian.*diſcept.tom.5.c.* 914. *n.41.*& quòd paupertas vilitas ſit, aut ſaltim vilitatis cauſa,patet *ex l.2.princ.verſ.quid enim C.quando & quib.quarta pars deb.*ad quod plura nouiſſimè cumulat Aluarez de Velaſco *de priuileg.pauper.1.q.6.n.3.*
*cum ſeqq.*maximè 6.7.& 15.& *q.14.n.7.* † quia fami- 4
liæ,ſicut perſonæ vilitas ob diuitias tegitur, & illius ſplendor per egeſtatem obſcuratur,*text. in leg.eos qui vtenſilia,12. in fin de Decurion.* & ſicut fides ſine operibus mortua dicitur, ita nobilitas ſines diuitiis. Bonus de Curte *de nobilit.p.7.n* 4. Baeça *de inope c.16.*
*n.2.*Velaſco vbi ſuprà, † & ciues ex diuitiis celeber- 5
rimi fiunt, ſecundùm *text. in l. ſi res pupillaris* 50. *de adminiſt. tut.* & vtrumque Bart. Chaſſan. *in Catalogo*
5.p conſid.22.† & diuitiæ per ſe nobilitant,ex Alber. 6
*in l.imperatores de Decurion.*Matienço *in l.7.gloſſ.4.n.2. & 3.tit.7.lib.5.recop.*& ſatis habetur nobilis, qui diues eſt,*l.nobiliores,* 3. *C. de commerc. & mercat.* Andr. Tiraq.*de nobilit.c.3.per totum,*Pichard. *in tract. de nobilit.comm.n.81.*Aug.Barboſa *appellat.164.n.5.*Ioann. Gutierr.*lib.3.pract q.13.n.84.& lib.4.q.16.ex num.19. cum ſeqq.*maximè *n.21.*Fontanella *de pact.nupt. clauſ. 7.gl.3.p.15.n.58.* Immò nobilitas vbi paupertas eſt, contemptui, & ludibrio eſt, manca & mutila, & mortua ſicut fides ſine operibus, vt multis probat And.Tiraq.*d.tract de nobilit c.25.n.9.& 10.pag. mihi*
149.† Immò & acquiſita nobilitas abſque diuitiis 7
facilè amittitur,& difficulter conſeruatur, *text. in l. ad ſubeunda 45.C.de Decurion.lib.10.& in l.2.C.de prædiis minor.eod lib.*Otalora *de nobilit.2.p.c.3.n.4* Pelaez
de maiorat.1.p.q.2.n.14.† & per diuitias ciues in ho- 8
nore facilè conſeruantur,ex Tiraq.Soto, Simanc. & Peralta recenſet & probat Hierony. Zaballos *comm. contra comm.q.674.n.19.*Flamin. Pariſ. *de reſignatione*
beneficior.lib.13.q.1.n.150. & ſequenti, † & cognato- 9
rum honeſtas,& dignitas propter diuitias aſſequuntur,quæ eadem ratione pereunt propter inopiam, *l. pietatis 6.C.de ſuſpectis tut auth.de teſt.§. Sancimus*, & facit *l.12.verſ.la quarta,tit.7.p.2.* Menoch. *conſ.* 117.
*n.2.lib.2.*Iac.Porcios *conſ.21.n.* 13. † & per diuitias 10
ſolet honor menſurari, amplior ex magnis,paruus, aut nullus ex minutiſſimis reputatur diuitiis,ex Lanceloto *in templo iudicum lib.1.c.2.de reg n.* 18. vbi ci-
tat Cepolam *in tract. de Imperat.milit elig.§.diuitiis*, † 11
quæ ſunt præcipuum ſuſtentaculum dignitatis, & familiæ,ſine quibus ſordeſcit,& decreſcit dignitas,& honor familiæ Ant.Padilla *in rub.n.4. verſ. Secunda ratio,C.de fideicom.*Sylua nuptialis *lib.4.n.9. cum ſeqq.* Guillierm.*in cap.Rainucius, verb. Duas habens filias, n.131.cum ſeqq.de teſtam.*Burg de Paz *conſ.3.n.44.& conſ.9.n.6.*Laur.Syluan.*conſ.1.n.* 39. Menoch. *conſil. 216.n.3.& conſ.126 n.28.* Flamin. citato loco, cum pluribus aliis congeſtis à Pelaez *d.q.1.n.29.*& cùm iam diximus,reipublicæ intereſt, habere plures nobiles,& familias amplas, quibus in pace honorari,& in bello defendi valeat, & imperium magis ac magis per ciuium diuitias augeatur,& abundet, vt *in auth. iudices ſine quoquo ſuffrag.§.1.verſ.conſiderauimus.*Mantica

rica de tac. & amb. lib. 23. tit. 3. num. 34. tom. 2.
12 † Sequitur quantum Regni, & ciuitatis intersit
locupletes ciues, & ſub ſe habere plures ſuditos di-
uitiis plenos, ex §. pen. vbi gloſſ. verb. mali, inſt. de
his qui ſunt ſui, de curat. bon. dando, l. cum ratio 7.
de bonis damnat, & in §. auth de defenſorib. ciuit. &
& in §. 1. auth. vt omnes obed. indic. Summa titul. 14.
vbi gloſſ. 1. alia iura adducit, part. 1. l. 2. verſ. o como
qui er. vbi gloſſ. 20. & leg. 9. in fin. titul. 1. leg. 7. tit. 9.
verſ. e ſobre todo, part. 2. Bart. in tract. repreſal. in 7.
quæſt. princip. ad teſtium, ſub num. 4. verſ. præterea,
in conceſſione. Bald. in auth. ſed omnino, num 41. &
43. & ne vxor pro marito. Andr. Tiraq. de iure pri-
mogen. quæſt. 4. num. 13. & in loco nuper adducen-
do, Oldrald. conſil 94. colum. 2. & 3. maxime ſub
num. 8. Hieron. Zaballos comm. contra comm. quæſt.
578. num. 22. Matienço in leg. 1. gloſſ. 2. titul. 10. &
in leg. 7. gloſſ. 3. & 4. per text. ibi, tit. 7. lib. 5. recop.
Tiber. Dec reſponſ. 25. num 63 vol. 1. Valençuela
conſ. 99. num. 49. vbi alios plures congerit, Pelaez
13 in dict. 1. part. quæſt. 1. num. 30. † & Princeps curare
debet, quòd ſubditi & vaſalli locupletes ſint, auth.
vt indic. ſine quoquo ſuffraq. §. cogitatio, vbi gloſſ.
verb. locupletibus, nouella, 8. atque hac ratione inter
cauſas diſpenſandi per Papam in matrimonio recen-
ſetur conſeruatio diuitiarum in eadem agnatione,
cùm ita abundet regnum viris nobilibus, ac locuple-
tibus, qui commodiùs ipſi inſeruiant ex leg. 1. §. de-
nunciare, verſ. publicè, de ventre inſpic. & §. 1. Auth.
de defenſorib. ciuit. & in auth. vt omnes obed. ind. And.
Tiraq. de primogen. quæſt. 23. num. 12. ſic tenet Galle-
go de cognat. ſpirit. cap. 22. num. 11. & ſeqq. Eman.
Rodetic. 1. tom. cap. 237. num. 2. concluſ. 1. in 2.
Vega, 2. tom. cap. 34. caſu, 167. relati à P. Thom.
Sancio de matrimon. lib. 8. diſput. 19. num. 30. At-
que ideò diuites eiſdem, ac nobiles, proſequuntur
fauoribus, furca non ſuſpenduntur, viles non pa-
tiuntur pœnas, nec tormentis ſubiiciuntur, pro eis
ſemper præſumitur, ſicut pro nobilibus, & denique
appellatione Principum comprehenduntur, vt om-
nia hæc ſpeciatim recenſet ac probat Ioann. Gutierr.
lib. 4 pract. quæſt. 16. ex num. 19. vnde iniuria eſt diui-
tem diffamare paupertate ex Bertaz conſ. 89. num. 9.
& ſeq. & Iul. Clar. in pract. § iniuria in princ. vbi
Baiard. num. 6. Farinac. 3. tom. quæſt. 105. ſub num. 26.
14 † Cuius veri theſauri ſunt habere ſubditos diuites,
Xenophon. lib. 7. de Pædia Cyri, refert Valençuela
ſub dict. num. 49. vbi quòd diuitiæ meliùs ſunt apud
priuatos, quàm in fiſco Principis. Maſtrill. 3. de ma-
15 giſtr. cap. 1. num 66. † & ideò non ſolùm ratione con-
ſeruandi regni, ſed propter ſui ipſius vtilitatem
Princeps debet ſuos vaſallos iuuare, & cauſam ma-
gnatum erogationum, ſumptuum, & ſubſtantiæ
exhauriendæ tollere, ne ſubditi deprimantur, vt eſt
text. in l. prouincialium 8. C. de erogat. milit annona lib.
12. Luc. de Peña in l. vn. num. 6. C. de ſuper indicto, lib.
10. Sim. de Prettis de interpretat. vlt. vol. ſolut. 43.
16 num. 30. † ſed præſenti damno prouidendo, ita eis
conſidere, vt ne ex dilato iuuamine difficilis, incu-
rabiliſve fiat eorum plaga, & inopia, vt aliàs dixit
Vlp. I. C. in l. 3. præſens, ibi, ne ſine diſcrimine, & frequen-
ter his oppreſſis ſimul viris, & viribus republica deſti-
tuantur, de muner. & honor. quam legem ad hoc pōde-
17 rauit Franch deciſ. 2 num. 27. † & Princeps non mi-
nùs hominibus cuiuſque loci, quàm pecuniæ pu-
blicæ debet velle eſſe conſultum, vt dicere ſolebat
Imperator Traianus referēte Plinio 2. lib. 10. epiſt.
116. & confirmatur ex Innocentij 8. reſponſo, in cap.
1. ibi, officij noſtri debitum remediis inuigilat ſubditorum,
quia dum eorum excutimus onera, dum ſcandala remo-
uemus ab ipſis, nos in eorum quiete quieſcimus, & ſo-
nemur in pace, de offic. & poteſt. iud. deleg. in 6. & con-
cordat text. in cap 1. paulò poſt princip. de reſtit. ſpoliat.
eod. lib. & facit l 2. tit. 10. p. 2. & tradita ab Acebedo
in l. 1 num. 3. & in l. 17 num. 1 tit. 10 lib. 5. recop. Fede-
ric. de Senis quæſt. 185. num. 1. Rimin. Iun. conſ. 56.
num. 75 lib. 1. Maſtrill. 3. de magiſtr. c. 4. num. 32. Igitur
magnoperè docet, quòd Princeps ſubditorum ſuo-
rum ſumptibus, & magnis erogationibus ſubueniat,
paupertate depreſſi ſibi & regnu deficiant.
De ſecundo autem membro circa mortem ciuium, 18
& eorum amiſſionem planè conſtat, nam vt refer-
tur in ſuprà relatis noſtræ pragmaticæ verbis, ex
rigidis puritatis, & nobilitatis probationibus, & ex
fallaciis, & calumniis ab inimicis excogitatis, &
clàm oppoſitis & delatis in his occultiſſimis iudiciis
multorum neces certæ fuerunt, de quibus etiam an-
te noſtram pragmaticam teſtatus fuit Alfonſus de
Hojeda de incompatibilit. benefic. cap. 13 num 10. † 19
nam oppreſſio nobilium in cauſa ſui honoris eos
incitat ad vindictam, & calumniantium homicida
patranda, quia nulla res proximorem eis occa-
ſionem præſtat, quàm proprij honoris offenſio, quia
cùm verecundum ſit, eum multum relinquere, vt
diximus ſuprà 1. part. quæſt. 1. 8 per totum, & pro-
bat Bart. Chaſſan. in conſuetud. Burgund. tit. de iuſtices
§. 5. gloſſ. 5. il n'a Grace, num. 165. & in Catalogo 1.
part. conſid. 2. num. 3. vbi ad hoc adducit text. in l. mi-
les 11. §. ſocer. 3. ad l. Iul. de adulter. † & poſſit ad de- 20
fenſionem honoris reſiſtere manu armata, immò &
duellum permiſſum ad eum tuendum, ſecundùm
Bald. in cap. 1. circa princip 5. col. de pace tenenda, in vſi-
bus feudor. Chaſſaneus vltimo citato loco n. 2. licèt
hodie aliud ſeruandum credo ex conſtitutione Con-
cilij Trid. ſeſſ. 14. de reformat. & adductis per Valen-
tiam tom. 3. queſtion. 17. punct. 1. & per Filiuc.
tract. 29. c. 7. n. 145. Mart. Bonacina tract. de cenſuris
diſp. 2. quæſt. 6. punct. 4. num. 11. & de reſtitut. propter ho-
micid. diſp. 2 quæſt vlt. punct. 10. num. 9. † Et grauius ſit 21
ſuo aliquem honore priuare, quam bonis omnibus
temporalibus, vt vt in text. in cap. niſi cum pridem, 10.
§ Non autem, verſ. pro graui quoque, de renunc. Luc.
de Peña in l filios C. de Decurion. lib. 10. Bald. conſil.
482. n. 3. Iaſſ. lib. 5 notab. 3 in l. reprehendenda, C. de inſt.
& ſubſtit. Crauetta conſ 795 num. 5 & conſ. 870. num. 8.
Philip. Corn. conſ. 162. num. 8. vol. 1. cum adductis
in d. quæſt. 1. §. 1. faciunt tradita per Ioann. Gu-
tierr. lib. 4. pract. quæſt. 16. numero 10. † Atque 22
ideò ad tuendam famam & proprium honorem
eſt permiſſum homicidium tam iure externo,
ſecundùm Auendaño de exequend. mandatis cap. 19
numero 13. Lara de alimentis in princip. num. 34.
Iul. Claro in §. homicidium, numero 36. Maſchar.
de probation. concluſ. 490. numero 8. & 11. Fa-
rinac. tom. 4. de homicid. quæſt. 135. à numero 41.
& 44. Pelaez & ab eo citati, de maiorat. 1. part.
quæſtion. 51. numero 53. quam iure interno ani-
mæ, vt volunt Pet. Nauarra de reſtitution. lib.
2. capit. 3. numero 376. Manuel. Rodetic. in ſum-
ma capit. 136. numero 12. cum allegatis à Mar-
tino Bonacina tom. 2. practicab. de reſtitution di-
ſputation. 2. quæſtion. vlt. ſect 1. punct. 10. à nu-
mero 5. cum ſeqq. Filliuc. tractat. 40. ex n. 48. vbi
in ſeqq. tutum practicè non iudicat aliquibus in ſpe-
ciebus † Et licet hoc verificari nō valeat, aut ſaltim 23
valde ſit difficilè in ſpecie, de qua loquimur quia
prædicti DD. loquuntur, dū quis in fragrāti imperu
læditur in honore, quē aliter eripere nō valet, ni læ-
dentē occidendo, quia tunc licere, omnes fatentur, &
in ſpecie noſtra nec honor coram, nec in fra-
granti læditur, ſed præmaximè clam & abſente præ-
tenſore, qui aliter ſibi ſuccurrere valet, & tunc

occidere inuaſorem honoris non licet, ſecundùm
optimam diſtinctionem Leonardi Leſſi de iuſt. &
24 iure lib.2.cap.9.dub. 12.num. 78. qui alios refert, †
& dum quis contumeliis atrocibus per verba aut
ſigna afficitur, occidere inuaſorem poterit, dummo-
dò aliter ſuum proſpicere honorem non valeat, ſe-
cundùm Ant.Gom.lib.3.var.cap.3.n.51.Iul. Clar. ci-
tato loco verſ.idem & multo magis, Pet. Nauarra de
reſtitut.lib.3.cap.3 num.376.Emman. Roderic. in dict.
cap.136.num.12.Lopez 1.part.cap.62.verſ.quandoque
ſequenda eſt, contra Leſſium citato loco, Axorium
& alios, & quòd liceat clàm occidere eum qui in
iudicio conatur nos magnis calumniis afficere, do-
cent Bañez 2.2.quaeſt. 64. art.7.dub.4. concluſ. 2. & in
reſp. ad. 2. Pet. Nauarr. de reſtit. lib. 2. num. 289. &
& 190. Pet. Thom. Sanc. in decalogum tom. 1. lib. 2.
cap. 39.num. 7. licet ex præcepto poſitiuo non occi-
dendi in foro exteriori propter plurima ex hoc pro-
uenientia damna temperent Coinch. de actib. ſuper.
diſp. 32.dub.2.num.12. Syluius 2. 2. quaeſt. 64.art. 7.
quaeſt.6 Diana reſol. moral.3.part.tract.5. miſcel. reſol.
97.pag. 216. quare à prudentibus hæc opinio licèt
in ſe vera, conſulenda non eſt, vt animaduertit Bo-
25 nacina citato loco num. 8. verſ. Dixi † Sed negari
non poteſt, quòd ex delationibus iniurioſis in ſecre-
tis puritatis iudiciis plures cauſam ſumunt ad plu-
ra homicidia, & aſſaſſinia patranda, quorum dam-
26 nis noſtra pragmatica mederi intendit, † quia re-
gis & reipublicæ intereſt ciuium vitam incolumem
reddere, vt ſuperiùs probaui, & probent ex l. am-
biguitates 2. in fin. ibi, Augeri enim magis noſtram rem-
publicam & multis hominibus legitime progenitis fre-
quentari volumus, C. de indict. viduit. toll. Aceb. in l. 4.
num.1. tit.10.lib.5.recop. Andr. Barbac. conſ. 46. num.
36 lib.4. Valençuela conſil. 99. num. 48. verſ. nullum
27 enim ornamentum † & ex tuitione ciuium prouenit
diuitiarum augmentum in republica, bonus text. in
auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio §. cogitatio, verſ.
conſiderauimus enim, quia licèt quaeſtus immodicus im-
minuitur imperio; attamen noſtri ſubiecti incrementum
maximum percipient, ſi indemnes à iudicibus conſeruen-
tur, & imperium & fiſcus abundabit vtens ſubiectis locu-
pletibus: & vno hoc introducto ordine plura rerum, &
innumera erit vbertas l. 2. C. de omni agro deſerto, lib. 11.
Bal. conſ 410. num. 5. verſ. Nam theſaurus Principis non
eſt fiſcus, ſed ſubditi bene ſe habentes, lib. 5 fol. 108. & ne
homicidia ſequantur, nec diuitiæ Regni exhaurian-
tur propter ciuium læſum honorem, ſanctè, ac iuſtè
Princeps, & Rex noſter Philipus his in commodis
ſalutari occurrit medela, modum præfigendo, quo
deinceps puritatis & nobilitatis qualitates non in-
quirantur, nec inimicorum calumniæ tanti damni
ſint, nec ſubſtineantur, con tanta coſta de las haciendas
y vidas.

GLOSSA V.

*De anima & conſcientia illæſis ſeruandis,
& de obligatione Regum remouen-
di cauſas ruinæ ſubditorum
ſuorum.*

SVMMARIVM.

1 *Conſcientia eſt ſenſus animæ cognoſcentis bonum & malum.*

Dicitur à Conſcio quaſi ſe ipſum agnoſcat, num. 3.

2 *Faciens quod conſcientia malum indicat lædit animam.*

Anima eſt, quæ operatur per ſuas potentias & ſenſus, ibid.

Et dicitur eſſe cauſa peccati ob potentiam voluntatis, n. 4.

5 *Conſcientia præſtat cauſam meriti aut reatus peccati, & eſt regula humanorum actuum,* ibid.

6 *Peccatum dirigitur aduerſus Dei placitum, & patratur aduerſus Deum, vel aduerſus proximos, vtrumque verò aduerſus rectam rationem,* n. 7.

8 *Proximus lædi poteſt tripliciter, vel in bonis ſpiritualibus, vel temporalibus,* numero 9. *vel in corpore,* n. 10.

11 *Iniuria contra honorem proximi ex odio illata peccatum gignit mortale. Non tam ſi falſa, & ſi vera exiſtat, & occulta maneat,* num. 12.

Cum obligatione reſtitutionis ibid.

Et contra defunctum, cui & eius liberis fama deperdita reſtitui debet, niſi infamia vera & publica exiſtat, numero 13.

14 *Dicens aliquem ortum ducere à Iudæis, Saracenis, aut hæreticis peccat mortaliter: immò grauius quàm ex alia perſonali diffamatione, cùm plures tangat,* nnmero 15.

Iniuria plures tangens grauior quàm paucitares, ibid. ſub n. 15.

16 *Iniuria facta* Religioſo, *quæ præiudicium affert Cænobio aut religioni grauior eſt, quàm ſi illius perſonam non egrediatur.*

17 *Canutium publicum factum abſenti non eſt peccatum, ſecus ſi in præſentia fiat.*

18 *Infamia publica in abſentia percontari licet.*

19 *Peccata multipliciter oriri poſſunt in cauſis puritatis, quæ recenſentur hîc,* & num. ſeqq.

Inquirens maculam generis ob prauum finem mortaliter peccat, ibid.

Niſi iuſta interueniat cauſa, & qualis ſit, num. 20.

Aut inuincibilis ignorantia, n. 22.

Aut ſi deficiat dolus, & gaudium damni proximi, num. 23.

Declaratur, num. 24.

21 *Interrogatio maculæ generis licita eſt, dum licitè eam teſtificare poſſumus, & dum graue veriſimile damnum oriri non poteſt,* num. 24.

25 *Quilibet prauidere tenetur damnum proximi, quod veriſimiliter ex ſuo facto euenire poteſt.*

Culpa

culpa eſt non cogitare quod poteſt euenire, ibid.

16 *Denunciatio falſæ maculæ, aut cum animo iniuriandi peccatum mortale conſtituit.*

17 *Mendacium peccatum mortale.*

Animus calumniandi itidem, ibid.

28 *Odium etiam in bono opere lethale eſt.*

29 *Damnum proximo indebitè illatum etiam.*

30 *Denuncians maculam proximi prauum animum habere præſumitur.*

Nemo tenetur ſe offerre ad teſtificandum, dum vita ſeu honor proximi in periculo eſt ibid. *remiſſiuè.*

31 *Affectans petere damnum proximi ſuſpectus redditur.*

32 *Teſtis falſam aſſerendo maculam, aut quam neſcit, aut audiuit à non fide dignis, aut muneribus aut precibus corruptus, aut veram in iudicio tacendo peccat mortaliter.*

33 *Iudices iudicare debent attentis qualitatibus requiſitis, & ſecundùm veritatem & veriſimilitudinem*, num. 34. *Non ſecundùm extraneas & alienas conſiderationes*, n. 35. *Nec ob incertos defectus & maculas dictas ab inimicis, & ſeminatas ſine cauſa*, n. 36. *Nec ſecundum errorem probationum, & teſtium.* num. 38.

37 *Cauſa nobilium ex leuitate teſtium iudicari non debent.*

Familiæ nobiles ſine cauſa lædi non debent, ibid.

38 *Error probationum & teſtium non attendendus.*

Superat idololatriam contra cognitam, veritatem dimicare, ibid.

Error cum non reſiſtitur approbatur. ibid.

39 *Operari contra proprium aſſenſum nemo debet. Iniuſtè facit, & peccat mortaliter*, num. 40.

41 *Iudices maculatum dicere, quem purum putant, non debent.*

42 *Denunciatio fieri non debet, ni ex vera cauſa & facili probatione, & dum neceſſitas denunciare expoſtulat, aliàs ſuſpectus redditur denuncians*, num. 43. *vbi quod in cauſis puritatis à denunciando abſtinere debent.*

44 *Principes animabus ſubditorum conſulere debent.*

Superior corripere, & coërcere Chriſtianos debet de omni peccato, tollendo, quæ ad illud incitant, & procurando, quæ ad illud expellunt, ibid.

45 *Rex Hiſpaniæ defenſor eſt legis Chriſti, & de ſua & ſubditorum conſcientia plurimùm curare debet.*

46 *Magna damna oriuntur ex offenſa Dei.*

Regnum inſtabile eſt, vbi ſanctitas deficit, ibid.

Ruina morum peior eſt ruina murorum, ibid.

Superiores regimen animarum cunctis præferre debent rebus. ibid.

47 *Specialia perplurima iure conſtituuntur ob vitandum peccatum.*

48 *Periculo tanto efficacius occurrendum eſt, quanto maius ex eo ſperatur damnum.*

Cauſa quæ reſpicit ſalutem animarum cenſetur finalis. ibid.

Conſtitutio Papæ in terra ſibi ſubiecta in temporalibus, vbique ſeruanda, ſi ſalutem animarum reſpiciat. ibid.

49 *Damnum nullum maius, quàm quod animam alligatam tenet.*

50 *Anima pretioſior corpore, & omnibus rebus præferenda*, num. 51. *Eius fauore extenſio admittitur*, num. 52.

53 *Apices iuris non attendendi dum agitur de ſalute animæ.*

Sententia & res iudicata vim amittunt ratione peccati, & grauaminis conſcientiæ, ibid.

Iudices officium ſuum impartiri debent dum eſt periculum animarum etiam ſi non petatur. ibid.

54 *Tutius eſt neceſſaria omittere, quàm cum periculo conſcientiæ vniuerſa lucrari.*

E Y *Peligro en las conciencias*, conſcientia equi- 1
dem eſt ſenſus animæ cognoſcentis bonũ
& malum, ſecundùm Bolognin. ad Io. de Annania
conſ. 34. *n.* 9. Card. Tuſch. *to.* 2. *lit. C. concl.* 742. *à princip.*
Aug. Barb. *axioma iuris* 52. *n.* 3. & conueniunt ex D.
Th. 1. 2. *q.* 79. *art.* 13. & ex D. Ant. 1. *p. tit.* 3. *c.* 9. & 10.
allegati à Filliucio 2. *to. tract.* 21. *c.* 4. *n.* 113. & à Paulo
Laym. *lib.* 1. *tract.* 1. *c.* 2. *n.* 1. & bene in ſeqq. explicat,
& Menoch. 1. *de arb. q.* 8. *n.* 41. † & ideò faciens quod 2
conſcientia malũ iudicat lædit animã, cùm ipſa ſit,
quæ operatur per ſuas potentias, & ſenſus. Ariſtot. *de
anima c.* 2. & cõmuniter omnes, † & dicitur conſciẽ- 3
tia à conſcio, quaſi ſeipſã agnoſcat, & quid ſit bonũ
& malũ ſciat D. Th. 1. *p. q.* 79. *art.* 13. Io. de Annania
conſ. 34. *n.* 5. Barb. citato loco, *n.* 2. † Anima verò qua- 4
tenus habet potentiã volũtatis, ſine qua peccatũ eſſe
non poteſt, dicitur eſſe cauſa peccati. Io. Sanc. Abu-
lenſ. *q.* 25. *n.* 26. Mart. Bonac. 2. *to. tract. de peccatis diſp.*
2. *q.* 2. *pun.* 3. *n.* 15. & cõmuniter omnes, † & ideò cõ- 5
ſcientia quatenus operando agnoſcit bonitatem, aut
malitiã actuũ animæ præſtat cauſã meriti ex bonis
operibus, vel ream facit peccati & pœnæ, ſecundùm
Valenciam *to.* 2. *diſp.* 6. *q.* 16. *punct.* 1. Vaſquez 2. *p. diſp.*
137. & 139. Mart. Becanum *tract.* 2. *c.* 8. & alios quam
plurimos, & ſic dicitur conſcientiã eſſe regulam hu-
manorum actuum, ex P. Th. Sancio *in decalog. lib.* 1.
c. 11. *n.* 3. Mart. Bonac. *de peccatis diſp.* 2. *q.* 4. *punct.* 6. *n.*
& *n.* 23. *verſ. ſi verò.* † Peccatũ autẽ dirigitur aduerſus 6
Dei placitũ, D. Th. 1. 2. *q.* 71. *a.* 6. D. Aug. *lib.* 22. *contra
Fauſtũ c.* 27. P. Th. Sanc. *in decalog. lib.* 1. *c.* 1. † & patra- 7
tur directè aduerſus ipſã deitatẽ, vel aduerſus proxi-
mos noſtros, vtrũq; tamen aduerſus rectã & naturalẽ
rationem D. Th. 2. 1. *q.* 71. *art.* 2. plures apud Vaſquez
1. 2. *diſp.* 90. *c.* 1. & apud Azotiũ *Claui regia* 1. *p. lib.* 4.
c. 1. *quæſito*, 3. † Proximus verò lædi tripliciter poteſt, 8
vel in bonis ſpiritualibus, quæ immmediatè per-
tinent ad vitam conſequendam, vt ſunt gratia,
virtutes, & perfectiones, vel quæ non ita im-
mediatè, vt eſt intellectus, voluntas & memoria,

9 Valencia *tomo* 3. *diſputat*. 5. *quaſt*. 7. *punct*. 5. & alij
plures. † Secundò in bonis temporalibus, vt ſunt
facultates & pecuniæ, §. 1. *inſt. de oblig. ex delicto*
l. 1. *de furtis*, Gell. *noct. attic. lib*. 11. *cap*. 18. &
10 *fama & honor*, *l. item apud Labeonem*, 15. §. *ait Prætor*. 25. *de iniuriis* Paul. *lib*. 5. *tit*. 4. † Tertiò in corpore illud vulnerando *l. item Mela*. 11. §. 3. *ad leg. Aquil. gloſſ. in leg. ſi in rixa*, 17. *verſ. vniuscuiuſque*, *ad leg. Cornel. de ſicar. vel occidendo*, *l. inde Neratius*, 23. §. *ſi dolo* 9. *ad leg. Aquil. leg*. 1. §. 1. *ad leg. Cornel. de ſicar ad not*. verò nunc non pertinet agere de his omnibus peccatorum ſpeciebus, ſed tantùm de his, quæ pertinent ad ſecundam ſpeciem in ſecundo eius membro, quæ expectant ad famam & honorem proximi, & ſunt homini magis nociua, & periculoſa ex his quæ tradidimus ſuprà 1. part. quæſt. 1. §. 1. & ſeqq. de quibus loquitur noſter textus in propoſitis verbis, ibi, *y*
11 *peligro es las conciencias*, † quia ex odio & malitia aduerſus proximi honorem & bonum nomen illata iniuria gignit lethale & grauiſſimum peccatum in Dei, & proximi magnam offenſam, & conſcientiæ grauamen ſecundùm D Thom. 2. 2. *quaſt*. 73. *artic*. 2. Soto *de iuſt. & iure lib*. 5. *quaſt*. 9. *art*. 2. & eſt communis omnium ſecundùm Mart. Bonacin. *de reſtitut. diſputat*. 2. *quaſt*. 4. *punct*. 1. *num*.
12 7. † non ſolùm ex falſæ maculæ impoſitione, ſed dum vera extat, ſed tamen occulta peccat aduerſus iuſtitiam & charitatem, ſecundùm diſtinctionem poſitam ſuprà 1. part. quæſt. 9. §. 1. præmiſſo 3. num. 14. & 15. & conſtat ex P. Man. Roder. *in ſumma cap*. 278. *num*. 6. Nauarr. *in man. cap*. 18. *num*. 52. Per Nauarra *de reſtitut. lib*. 2. *cap*. 4. *num*. 459. Valer. Reginald. *lib*. 24. *num*. 106. Mol. *de iuſt. tom*. 4. *tract*. 2. *diſputat*. 5. *num*. 1. & 2. & eſt apud omnes indubia & communis opinio, qui ſimul tum peccato mortali obligationem iniungunt ex eod. Nauarro *num*. Pet. Nauarra 222. & *dict. n*. 459. Reginald. *num*. 47. citatis in locis. Filliucio *tract*. 14. *cap*. 2. *quaſit*. 8. *num*. 19. & ex aliis apud Mart. Bonacina *de cenſur. diſp*. 2. *quaſt*. 6. *punct*. 1. *num*. 7 & *tract. de reſtitut. diſputat*. 2. *quaſt*. 2. *punct*. vn. *num*. 4. Ioann. Sanc. Abulenſ. *qui de communi teſtatur in*
13 *ſuis pract. diſputat*. 46. *num*. 10. † Etſi igitur talis maculæ, ſeu infamiæ occultæ manifeſtatio aduerſus iā defunctum fiat, vt plerumque in cauſis puritatis euenit, quæ vertatur in filiorum & deſcendentium deriſum, & dehoneſtationem, non ſolùm peccatum producit lethale, ex Nauarra *d. cap*. 4. *n*. 351. Azor 3. *part. lib*. 13. *cap*. 4. *dubio* 3. Salon. 1. 2. *quaſt*. 61. *art*. 2. *controuerſ*. 21. *concluſ*. 3. Rebello *lib*. 4. *de reſtitutio. quaſt*. 3. *num*. 5. Mol. *de iuſt. tract*. 4. *diſp*. 44. *in fin. & conſ*. 45. ſed etiam inſurgit obligatio reſtituendi famam de perditam ipſi defuncto, ſeu etiam filiis & deſcendentibus ex eod. Mol. *diſp*. 44. *num*. 3. Rebello *quaſt*. 11. citatis in locis, niſi fortè ita publicè commiſit defunctus delictum ex quo irrogata fuit infamia, & damnatus fuit, aut aliter publicè conſtet, vt nulla noua ex manifeſtatione contrahatur infamia, aut ſcientia, quia tunc peccatum, nec reſtituendi obligatio non inſurgit, ſecundùm Mol. *d. tract*. 4. *diſputat*. 28. & *in dict. diſputat*. 44. *num*. 3. Rebell. *dict lib*. 4. *de reſtitut*.
14 *quaſtion*. 11. *num* 3. † Et in noſtra ſpecie, & materia loquendo, dicens aliquem ortum ducere à Iudæis, Sarracenis, aut hæreticis, quod licèt verum, occultum eſt, mortaliter peccat, quia in re graui præcipuè apud Hiſpanos, qui ægrè ferimus ſimilem diffamationem, & magis quam aliam quamlibet, vt tenent Mol. *tom*. 4. *diſputat*. 16. *numero* 5. Azor. 3. *part. inſtit. moral. lib*. 13. *dub*. 2 Medina *in inſtruct. quaſt*. 14. §. 35. *fol*. 182. Pet. Nauarra *dict. cap*. 4. *de reſtitut. ſub num*. 307. vbi quòd ſimilis manifeſtatio notabiliter denigrat famam cuiuſpiam, licet in aliis natalium defectibus contrarium admittat, & in omnibus generaliter hanc nouiſſimè admittit Mart. Bonacina *de reſtitut. diſputat*. 2. *qu*. 4. *punct*. 2. *n*. 11. contra Reginald. *lib*. 24. *num*. 79. Leonard. Leſſium *de iuſtit. lib*. 2. *capit*. 2. *dubio* 3. *numero* 15. Sayr. *in Claui reg. lib*. 11. *cap*. 6. *num*. 8. ſed hi non cognouerunt, quantùm ſimilis deſcendentia, & macula apud Hiſpanos detrimentum, & incommoda afferat, quantúmque ægrè communiter ab omnibus feratur, quia non illius eſſent opinionis, immò contrariam veriorem faſſi fuiſſent ex ſuiſmet conuicti rationibus.

Quibus & addo, quòd maiorem incutit iniu- 15
riam, & grauius patratur peccatum, qui vni de familia ſimilem infligit dehoneſtationem, quæ ſuos omnes tangit cognatos, quàm ſi iniuria illius perſonam non egrediatur, tum quia grauior iniuria eſt plures tangens quam pauciores, *ex text. in leg*. 1. 2. & 3. *de liber. cauſa*, & traditis à Farinac. 3. *tom. quaſt*. 105. *à numero* 388.
cum ſeqq. † tum quia licèt iniuria aduerſus re- 16
ligioſum cuiuſdam cœnobij tanto eius nomine illata, referendo videlicet delictum ab aliquo ex eo patratum, videatur, quod non conſtituat lethale peccatum, cùm nemo in particulari læſus inueniatur, tamen ſi generaliter inferatur aduerſus communitatem, omnes, qui ex ea ſunt, infamando, aut ſi vnius delictum reuelatum ad totam dirigatur communitatem, aut omnes ex ea tangat, nullum verſatur dubium circa maius & grauius peccatum quàm ſi vnus tantùm iniuriam pateretur, ſecundùm Pet. Nauarram *de reſtitution. lib* 2. *capit*. 4. *num*. 357. & *& ſeqq*. Mol. *de iuſtit. tract*. 4. *diſputat*. 27. *num*. 3. Sayr. *Claui reg. lib*. 11. *cap*. 6. *n*. 21. Azorium *inſtitution. moral. libro* 13. *capit*. 7. 3. *part*. ſequutos à Mart. Bonacina *dict. tract. de reſtitution. diſputat*. 2. *quaſt* 4. *punct*. 2. *numero* 10. † 17
qui *in ſeq. numero verſ. Dices*, conſtituit differentiam, dum conuitium fertur in abſentem, aut in præſentia iniuriati, nam hac in ſpecie nec verum poteſt referri crimen, nec infamia, qua proximus valde contriſtetur, ex quo lethale oritur peccatum ſecundùm Pet. Nauarram *de reſtit. lib*. 2. *cap*. 4. *numero* 309. & ſic veniunt intelligendi Bañez & Salon. 2. 2. *quaſtion*. 72. *art*. 2. *concluſ*. 2. Valencia *tom*. 3. *diſputat*. 5. *quaſtion*. 16. *punct*. 2. Valerius Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib*. 24. *numero* 100. & Rebell. *lib*. 4. *de reſtitut*.
quaſtion. 1. *num*. 8. † In abſentia verò infamia, 18
& publicum proximi delictum percontari licet, quia tunc grauiter non denigratur, nec læditur proximi honor, & fama ſecus ſi falſum ſit crimen aut infamia occulta, nam vtroque caſu aliis referre non licèt, & ita ſunt intelligendi DD. ſuperiùs adducti.

In noſtra tandem ſpecie multiformiter animæ
peccata oriri, & committi valent, quæ in qua- 19
tuor comprehenduntur ſpeciebus; aut inquirendo, aut denunciando, aut teſtificando, aut iudicando; inquirendo quidem, cùm quis abſque iuſta cauſa, quæ excuſationem præſtet, ſed animo ſe delectandi ex malo proximi aut alio prauo fine inquirit defectus natalium, aut qualitates generis, quia tunc lethale quærit peccatum ſecundùm Diuum Thom. 2. 2. *quaſtion*. 167. *artic*. 1. *ad*. 4. Corduba *in ſumma quaſt*. 57. Nauarr. *in man. capit*. 23. *num*. 26.

num. 26. Pet. Nauarra *de reſtitut. dict. cap.* 4.
*ſub n.*390.*verſ.Decimo octauo, & n.ſeq.* & plures quos
adducit Mart.Bonac.*d.tract.de reſtitut.diſp.*2.*q.*4.*pun.*
20 11 *n.*3.
Dixi, *abſque iuſta cauſa , quæ excuſationem præſtet*,
nam poſſunt interuenire plures excuſantes cauſæ,
veluti ſi inquiſitio fiat ad receptionem , ſeu ad-
miſſionem collegij , ſeu alterius communitatis , ſeu
ad impertiendũ honorẽ , contrahendũ matrimoniũ,
aut ad quid ſimile,vt voluerunt Corduba & P.Na-
uarr. & Mol. *diſputat.* 24. *num.* 7. & 8. citatis in
21 locis , † quibus ſpeciebus ſicut eſt licitum teſtimo-
nium occultæ maculæ , ſiue defectus , vt bene tra-
dit Mart. Bonacina *puncto* 8. *num.* 5. & 6. loco
citato , ita erit licita interrogatio , & inquiſitio , vt
etiam dixi ſuprà 1. *part. quæſt.* 1. §. 1. *num.* 18. in
22 quo omnes conueniunt , † ſiue fiat cum inuincibili
ignorantia grauis damni prouenientis ex inquiſitio-
ne, aut interrogatione : nam excuſationem habet
non ſolùm à mortali culpa,ſed etiam à reſtitutione,
ſecundùm Bonacinam *dict. punct.* 11. *num.* 3. †
aut ſi non interueniat dolus , nec gaudium dam-
ni proximi , ſed quædam curioſitas , aut leuitas,
quæ à mortali ſaltim excuſant , ſecundùm D.
Thom. Nauarr. & Petrum Nauarram citatis in
23 locis. † Sed ego indiſtinctè hoc ita intellectum
non admitto , niſi dum ex interrogatione graue
veriſimiliter non imminet damnum , quod antea
timeri , & præueniri potuit , cùm rei periculoſæ
fiat interrogatio , ex qua defectus proximi mani-
feſtari valent , & ei grauia damna oriri , cum quo
periculo vana curioſitas erit peccatum mortale,
cùm facilè poſſet animaduertere , quantum va-
leat proximo exinde damnum ſequi vt ſentit Mart.
24 Bonacina & Nauarrus citatis in locis ; † nam qui-
libet præuidere tenetur damnum proximi , quod
ex ſuo facto rei natura & ſtatus præſens facilè
euenturum indicat, *arg. text. in leg. in diem 9. in fin.
de aqua & aquæ plun. arc. & in leg. fin.* §. *ſin autem
ſub conditione* , 3. *C. canon. deleg.* Vldar. Zaſius *conſ.*
12. *num.* 39. *lib.* 1. plures apud Stephan. Gracian.
tom. 2. *diſceptat. forenſ. cap.* 354. *num.* 34. *cum duo-
bus ſeqq. & tom.* 5. *cap.* 754. *num.* 35. & culpa eſt
non cogitare, quod poteſt euenire , *leg. qui bona* 13.
§. 2. *leg. in hac* 24. *de dam inf.* Alexand. *conſ.* 41. *n.*5.
in fin. lib. 3. Crauet. *conſ.* 170. *num.* 11. Surd. *conſil.*
391. *num.* 43. & 44. *lib.* 3. & *conſ.* 365. *num.* 30.
25 *eod. lib.* † quæ notanda ſunt ad plura peccata huius
ſpeciei vitanda , cùm videam plures ſimilis rei cu-
rioſus interrogantes maculas nobilium familiarum,
& eas annotantes in ſuis albeolis , & retinentes in
memoria,quò perpetuo dehoneſtatæ manent , & ſi
aliquando ratione finis excuſari valeant , vt dixit
Pet. Nauarra ſuprà , præmaximè tamen prauus ani-
mus,& dolus interueniunt, & deinde perplura pec-
cata,quæ nemo doctus euitabit.
26 Secundò denunciando falſam maculam ſiue ver-
bis ſiue ſcriptis , aut vera exiſtente & publica cum
animo iniuriandi , & damnificandi proximum,non
verò ad iuſtitiam obtinendam , nec declarandum
veritatem , in quibus ſpeciebus committi peccatum
27 mortale omnes fatẽtur,†tũ ob mendaciũ ni præiudi-
ciũ proximi , & contra eius honorem , *cap.mihi* 12.
*cum ſeqq.*12.*quæſt.*2.Couarr.*lib.*1.*var. reſol.* 2. *num.* 1.
Ioann.Gutierr.1.*pract.quæſt.*60.*num.*4. Parlad. 1. *rer.
quotid. cap.* 4. *num.* 11. & ſecundùm tradita à DD.
Teologis ad D. Thom. 2.2.*quæſt.*100.*art.*3.& à Sum-
miſtis *verbo, mendacium* , Azor *inſtit. moral.* 3. *parte,
lib.*13.*cap.*1.Sayt.*Clauí reg.lib.*12.*cap.* 2.*num.* 3. tum
ex calumnia & calumniandi animo *l.*1.§.1.*l. ab accu-
ſatione* 7.§ *fin.ad S.C.Turpil. l.Athletas*,4.§.*calumniat.*

Secunda Pars.

5.*de his qui not. in fam.* cum ſimilibus tum etiam ra-
tione odij in animo concepti , quamuis verſetur
circa boni operis ,& veritatis exercitium , ex Valer.
Regin. *in praxi fori pænitent. lib.* 17. *num.* 116. &
*lib.*24.*nu.* 79.† Emman. Saa *verb. Charitas* , *num.* 8. 28
Mart.Bonac.2.*tom.diſp.*3.*quæſt.*4.*punct.vlt. de charita-
te ſub num.*7.*verſ. ſecundo* ,*pag.* 169. & communiter
omnes ad D.Th 2.2.*quæſt.*34.*per totam* , † tum deni- 29
que ob damnum proximo illatum indebitè,*l.*5.§.1.
*ad l. Aquil.l.*1.*l item* 15. *ait Prætor.* 20. *de iniur.* & ex
D. Thom.2.2.*quæſt.*73.*art.*1.Mol.*de iuſt.tract.* 4. *diſp.*
27.& communiter Doctores ad S.Thom.ibi,& *quæſt.*
62.*art.*6. Rebello *de oblig. iuſt.* 1. *part. lib.* 1. *quæſt.* 2.
Leſſio *de iuſt.lib.*2.*cap.*27.*dub.*5. †Generaliter autem 30
loquendo denuncians maculam proximi intendẽtis
conſequutionem honoris aut officij prauo incedere
animo, & peſſimæ eſſe præſumitur voluntatis , cum
ad hoc iure nullo teneatur, vt dixi ſuprà h. q. gloſ.
1.n9.& ſecundùmNauat.*in man.c.*15.*n.*17 Bonac.2 *to.
ad* 8 *præcept. Decalogi diſp.* 0.*q.* 3.*punct.* 3. *num.* 9.
Leornard.Meſſium *eod.tract.lib.*2 *cap.* 10.*dub.* 8. &
aſſerendo prætenſoris maculam,affectat eum à præ-
tenſo honore reiicere,& maculatum declarari , † & 31
cùm nullo cohoneſtari tegmine valeat , venenata
habere præſumitur viſcera , ſecundùm Iacob Meno-
ch.*conſ.*149.*num.*22.*lib.*2. & alios adductos in noſtra
materia loquendo per Valençuel.*conſ* 92.*num.*134.&
faciunt tradita infrà *q* 2.*n.*18.& 55.
Tertiò peccatum lethale oriri valet ex teſtimo- 32
nio veluti cùm teſtis iureiurando falſam aſſerit ma-
culam,aut quam neſcit,aut audiuit à non fidedignis,
velut veram & certam aſſerit , aut eam profert pre-
cibus,aut muneribus corruptus , aut cùm veram ma-
culam quam in iudicio propalare iureiurando tene-
batur,nam in his omnibus ſpeciebus peccatum mor-
tale patratur , ex D.Thom 2.2 *quæſt.* 70. *art.* 1. & ex
pluribus adductis à Mart. Bonacina 2. *tom. de iudicio
publico,diſp.*10.*quæſt.*3.*punct.*3.*num.*4 P. Thom. San-
cio *in præcept.Decalogi lib.*3.*cap.*7. *num.* 1. *verſ. atque
idem eſt,& num.*2.& aliis ibi , de quo latiùs egi ſuprà
1.part.quæſt.9 §.1.per totum. Poteſt etiam interue-
nire peccatum ex teſtimonio ratione odij,prauæ vo-
luntatis & animi nocendi proximo , & ſi verum ſit
quod profertur,ex dictis ſuperiùs circa denuncia-
torem,inter quem;& teſtem nullum poteſt aſſignari
rectum diſcrimen , quod paſſim in ſimilibus pori-
tatis iudiciis euenire ſolet , de quo non ampliùs ,
quia in citato loco fuſiùs de eo actum relinqui-
mus
Quartò in iudicando poteſt interuenire pecca- 33
tum , dum iudices non attentis qualitatibus requi-
ſitis , nec quæ actu interueniunt in prætenſoris
perſona , & genere iudicant , cùm omnino tenean-
tur prædictas reſpicere qualitates, ad ea quæ notant
Felin. *n.*18. Immol. 4. *in cap. cùm acceſſiſſet* , *de
conſtit.* Roch. de Curte *de iurepatron. verb. Hono-
rificum* , *quæſtion.* 3. *colum.* 1. Cæſar Lambert. *eodem
tract. lib.* 2. 3. *part. art.* 7. *in quæſt.* 5. *in princip.*
† & iudicium ferre ſecundùm veritatem , aut 34
quod veroſimilius appareat , nam contra non
poterunt rura anima iudicare , ex ratione *text.
in leg. ſi ſeruum* 91. *ſequitur* 3. *de verbor. & in cap.
Abbate ſanè* 3 §. *ſecus autem* , *verſ. quoniam etſi* , *de
ſent. & re iudic. in* 6. Valençuela *conſ.*11 *num.* 58.plu-
ra Mart. Bonacina 2. *tom. de iudicio publico diſp.* 10.
quæſt. 2. *punct.* 1. à *num.* 1. † Nec quidem poterunt 35
iudicare , nec animos ſuos inſtruere ex extraneis ,
& alienis conſiderationibus à iure , & facto , &
ab eis , quæ ex actis apparent , *ex text. in leg.
fin. C. de conſulib. lib.* 12. *auth. de triente & ſe-
miſſe* † §. *conſideremus, collation.* 3. *nouel.* 18. Bald.

in cap. in Geneſi de elect. & in cap. nihil 15 *eod tit.* Aym.
Craueta *conſ.* 25. *num.* 9. idem Valençuela *conſil.* 97.
num. 156 cum adducendis infrà quæſt. fin. vbi latè de
inſtructiune iudicum harum informationum puri-
36 tatis.† Poterit etiam interuenire peccatum, dum iu-
dicant iudices aduerſus puritatem & honorem pro-
ximi eo tantum, quòd macula aſſerta fuit ab inimicis
& vulgo dicta, & ſeminata ſine cauſa, quia tunc po-
tiùs amplecti debent veritatem, quàm hæc dicta abſ-
que fundamento, nec vanus populi rumores, ſecun-
dùm tradita ſuprà 1. part. quæſt. 10. in princip. &
37 quæſt. 12. §. 3. ex num 46. & dicemus infra quæſt 3.†
nec ex leuitate teſtium cauſæ nobilium iudicari de-
bent, vt dixit Cic. *in orat. pro Silla*, nec dandus eſt lo-
cus, quòd nobiles familiæ ſine cauſa lædantur, vt
dixit Simancb Impp. Theodoſio, & Arcadio *lib.* 10.
epiſt. 47 vbi, *neque enim ius fuerit, vt vna familia nouo*
38 *opprimatur exemplo*,† nec attendi debet error proba-
tionum, nec teſtium, *l. cum falſa* 6. vbi communiter
DD. *C. de iuris & facti ignor* ſed veritas, quia ſecun-
dùm D. Aug. *epiſt.* 48. *ſuperat. idololatriam contra ve-
ritatem cognitam dimicare*, & cùm error non teſtitui-
tur approbatur elegans text. *in cap. nolite timeri* 86.
11. *quæſt.* 3. & melius *in cap. error* 86. *diſt.*

39 Omnes equidem prædicti tam denunciatores,
quàm teſtes, & iudices non debent aliquid aduerſus
proprias operari conſcientias, nec contra id,
quod verum eſſe ſciunt, aut veriſimilibus ducti
cauſis tale eſſe putant, quia ſemper, quod ratio, &
conſcientia verum & iuſtum agnoſcunt, faciendum,
& ſequendum eſt, vt communiter probatur ex
40 D. Paulo *ad Roman.* 14. † & operans aduerſus id
quod eſſe verum, & iuſtum putat, quantum in ſe eſt,
facit quod eſt falſum, & iniuſtum, & extat prohibi-
tum ex lege Dei, & ſufficit ad conſtituendum pecca-
tum, ex Becano 2. *part. tit.* 1. *cap.* 4. *quæſt.* 7. *num.* 5. Va-
lencia 2. *tom. diſp.* 2. *quæſt.* 14. *punct.* 4. *dub.* 3. Sayr. *Claui
reg. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 15. P. Thom. Sanc *in decalog. lib* 1.
cap. 11 *à num.* 1. *cum ſeqq* qui late hanc rem explicant;
41 † quare nec aſſerere debent maculatum, quem pu-
rum eſſe intelligunt, nec purum, quem maculatum
eſſe putant, in dubio equidem teſtes teſtimonium
ferre debent eo modo, quo rem aut maculam ſciunt,
& exponere rationes pro vtraque parte, quæ rem du-
42 biā reddunt, nec dubiu pro certo adducere poterunt,†
denunciatores verò in dubio neminē denūciare debēt,
niſi denunciationis cauſam veram, & probari poſſe,
ſciant, Franc. Emman. Roderic. *in ſumma* 1. *parte cap.*
79. *num.* 7. Campanil. *in diuerſor. iuris canonici Rub.*
11. *cap.* 15. *num.* 100. *verſ. alios* Mart. Bonac. *tom.* 3. *de
cenſur diſp.* 2. *quæſt.* 6. *punct* 1. *num.* 25. & in nouiſſime
editis *de onere & oblig. denunt. diſp.* 6. *punct.* 1. §. 4.
num. 1. *per totum*, & Auguſt Barbos. *de officio epiſcop.* 3.
43 *part. alleg.* 96. *num.* 66. *colum.* 631. † quod intelligen-
dum eſt, vbi obligatio denunciandi interuenit, quia
ſi deficiat, ſuſpectus maximè denuncians redditur,
quare in puritatis cauſis, in quibus onus denuncian-
di maculam omnino deeſt, abſtineri a denunciandos
omnibus conſulo, ni in teſtes fuerint vocati, quia
tunc veritatem exponere tenentur, alias ſponte
comparentes præter ſuſpicionem magna ex parte
fidem amittunt, & animi paſſionem, & venenum de-
monſtrant, & a probis viris pleruntque moleſte fe-
runtur. Iudices verò an contra propriam conſcien-
tiam ex probatis iudicare in ſimilibus cauſis de-
beant, quidque in dubiis efficere valeant dicemus in-
fra quæſt vlt. vbi propria ſedes.

44 Quare cùm non ſolùm oporteat Catholicos Prin-
cipes in ſuis regnis vitā curare politicā, ſed etiā ani-
mabus, & ſubditorum conſcientiis ſalutarem inqui-
rere & adhibere medelam, vt *text. in leg.* 2, *de legib.*
*& auth. vt non luxur. contra natur. in
pria.* & ex D. Th. 1. 2. q. 9 *ar* 1. & q. 9. *a.* 1. maluit Co-
uar. *in cap. quamuis pactum* 2. *part.* 1. *num.* 24. quia vt
inquit Sum. Pontifex *in cap. nouit.* 8. *de iudic.* ad offi-
cium ſuperioris pertinet de quolibet peccato mor-
tali corripere omnes Chriſtianos, & ſi correctionem
cōtempſerint, per diſtrinctionem coërcere: nam cu-
ius eſt ordinare homines ad finem, eiuſdem etiam
eſt cognoſcere de mediis, quibus perueniant ad fi-
nem, ſicuti medici (vt inquit Nauarr. *in d. cap. nobilit.
notab.* 6. *num.* 14) cuius eſt iudicare de ſanitate cor-
poris, etiam eſt iudicare de iis, quæ conſeruant eam,
vt corpori applicentur, & de his, quæ impediunt
eam, vt tollantur, refert Paul. Layman. *lib.* 3. *ſect.* 5.
tract 3. *part.* 2. *cap.* 4 *n.* 2. † & cum legis Chriſti, & 45
ſuæ Eccleſiæ principalis noſter Rex defenſor ſit, vt
dixit Io. Redin. *de maieſtate Princip. verb. imperato-
riam, num* 3. Valençuela *conſil.* 99. *num* 27. plura con-
gerit Salgado *de reg protect. lib.* 1. *prælud.* 2. *ex num.* 72.
& plurimùm debeat de ſua, & ſubditorum conſcien-
tia curare, vt multis probat Auiles *in cap. Prætor. in
proœm. gloſſ. conſcientias*, † quia præter Dei offenſam, 46
quæ eſt maius damnum, ex polluta mente & repre-
henſibili conſcientia magna oriuntur damna, quæ
recenſet Bubadilla *in politica lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 59. *cum
ſeqq.* nec regnum diu conſiſtere poteſt, vbi ſanctitas
deficit, ſecundum illud Senecæ in Thieſte. *Vbi non
eſt pudor, nec cura iuris, ſanctitas, pietas, fides, inſtabile
regnum eſt*, quia ruina morum peior eſt ruina muro-
rum, vt ex Seneca, & Innocentio probat Marc. Ant.
Genuenſ. *in practic ab. Eccleſiaſt. quæſt.* 5 9. *num.* 3. qua-
re reges, & ſuperiores regimen animarum cūctis de-
bent præferre rebus *cap. cum ſit art.* 14 vbi *gloſſ. verbo
cum de ætate & qualit. cap. præcipimus* 12 *quæſt.* 2. Gra-
cian. *diſcept. forenſ. tom.* 1 *cap.* 123. *num.* 16. † & ideò 47
iura pericula conſcientiæ, & peccandi mortaliter
maximè fugiunt, multa ſtatuendo ſpecialia ad vitan-
dum peccata, & alia ſtatuendo in animæ fauorem
ex gloſſ. verb. inſinuatione, in cap. lator. 7. *de ſent. & re
iud. & in cap. ſciant cuncti verſ. alios, de elect. in* 6 Cra-
ueta *de antiq. temp. part.* 4. §. *videamus modo de al. qui-
bus limitationibus, num.* 10. Tiraq *de priuileg. pia cauſa
priuileg.* 161 Couarr. *de ſponſal.* 2. *part. cap.* 6. *in princ.
num.* 12. Aceb. *in l.* 2. *num.* 4. *tit. lib.* 5. *recop.* Perez *in l.*
1. *tit.* 5 *cred. pag.* 39. Farin. *in fragm. part. lit E. num.*
109. & 111. Auguſt. Barboſa *axioma* 2 *num* 3. & 4.
pag. 20 & multis probat P. Th. Sancius *de matr. lib* 1.
diſp. 6. *num.* 5. *verſ. præterea, & lib.* 2. *diſp.* 1. *num* 8. &
in Decalog. lib. 6. *cap. num* 36. *poſt medium* Zeballos
cum allegatis per eum *tom. com. contra comm. q.*
840. *n.* 13. † quia tantum ſalutibus, efficacius pe- 48
riculo occurrendum eſt, quanto ex eo maius inten-
ditur damnum, *l.* 6. *ſed & ſi quis, de Carbon. edicto,
cap. vbi periculum de elect. in* 6 *& in l.* 4 *vbi gloſſ.* 2.
tit. 17. *part.* 3. plures apud Auguſt Barboſ *axioma* 177.
num. 1 *pag.* 10. vnde prouenit, quòd cauſa, quæ ſalu-
tem reſpicit animarum ſemper cenſetur finalis *ex l.
ſi quis pro redemptione* 36. *de donat* Bar. *in l.* 2. §. *fin.
num.* 2. *de donat* Mantic *de tac. & amb. lib.* 3. *tit.* 12. *n.*
42. & ita licet conſtitutio Papæ circa ius ciuile non
ſit neceſſe ſeruari niſi in terris Eccleſiæ in temporā-
libus ſubiectis, tamen ſi ſaltem reſpiciat animarum,
vbique ſeruanda eſt, vt ex *gloſſ. in c. de reg. iur. in
fin. de præſcript. & in cap. vlt. de ſent. nupt.* docet Gra-
cian. *in addit num. ad Inſtit. Mar b.* 214. † nullum- 49
que excogitari valet maius, quam quod infelicem
diutiùs animam, & conſcientiam moderetur allegatam,
ſecundùm *text. in cap. fin. non licet cap. pen in fin.
de conſanguinitat. & affinitat. cap. cum Eccle-
ſia* 9. *de ſimon.* † cum corpore præferatur, Matth 50
23. & Luc. 12. 23. *cap. ſecundo* 3 *diſt. cap. præcipimus*, 2.
quæſt

Digitized by Google

quæſt. 32. cap. cum infirmitas. prope fin. de pœnit. & re-
51 *miſſ.* Cardoſa *in praxi verb. anima,* † immò omnibus rebus velut magis pretioſa, ſit præferenda, *l. ſancimus, 21. in fin. C. de ſacroſ. eccleſ. d. cap. præcipimus.* Tiraquel. *de priuil. piæ cauſæ in præfat. num 9.* Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. tom. 2. lib. 13. tit. 28. n. 10.* Maſch. *conc. 1171. num. 5.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 112. n. 4. & præſumpt. 189. num. 134.* Ioan. Gutier *in repet l. nemo poteſt. num. 486. de leg. 1.* Marian. Anton. *variar. reſol. lib. 2. reſol. vlt. caſu 37.* Card. Tuſch. *in pract. conc. 333. num. 1. lit. A. tom. 1.* atque ideò ſalus animarum in primis inſpicienda eſt, *cap. ius canonicum.*
52 *4. diſt.* † & eius fauore admittitur extenſio etiam in odioſis & pœnalibus & exorbitantibus, Marta *de iuriſdict. 4. part. caſu 85. num. 10. & 11.* ex Craueta Farin. & aliis citatis, Marc. Anton. Genuenſ. *practic.*
53 *eccleſ. q. 772.* † nec attendi debeant apices iuris dum agitur de ſalute animæ, ſecundùm And. Tiraq. citato loco *priuileg 164.* Hieronym. Zaballos *commun. contra commun. quæſt. 73. num. 1.* Gracian. *diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 391. num. 13.* in tantum, quòd licèt vis & effectus rei iudicatæ tanti ſint, vt dicemus infrà *q. 4. art. 1. per totum.* tamen corruunt, dum peccatum & conſcientiæ grauamen interueniunt, ex Bald. *in l. cum allegas. num. 11. C. de vſur.* Tiraq. *de retract. conuent. §. 1. gloſſ. 2. ex num. 37.* Ioan. Baptiſt. Lupus *de vſur. comm. 2. §. 3. num. 19.* Matant. *in ſpecul. 6. p. act. 1. num. 154. Van. c. de nullit. tit. Quotiens & intra quod temp. num. 8.* Salgado *de reg. protect. p. 4. c. 3. num. 116.* & licèt officium ſuum iudices niſi petentibus impartiri non debeant, *l. 4. §. 8. de dam. infect. l. 3.* vbi DD. *§. 14. de nobil. oper.* nunc tamen aliud eſt vbi agitur de animæ periculo. *text. in c. placuit 9. diſt. 90. gl. in cap. cupientes, §. vel ſi perſonas, verb. contumacia. de elect. in 6.* Abb. *in rub. de treug. & pac.* Ripa *in d. l. 4. §. 8. num. 24.* Vincenc. Carot. *de remed. contra præiudic. ſent. & c. except. 131. num 33.* & ideo conſcientiæ om-
54 ni euentu in primis ſubueniendum eſt, † quia tutius eſt neceſſaria omittere, quàm cum conſcientiæ periculo vniuerſa luctari, vt *in text. cap. quanto 4. de conſuetud.* cum ſuperiùs relatis; quare apte, & iuſtè huic incommodo, & immenſo periculo noſtra obuia fuit Pragmatica: ne ampliùs puritatis, & nobilitatis cauſæ progrediantur, cum tot reipublicæ damnis, cum odiis & diſcordiis, & denique quod perniciolius omnium eſt. *con peligro en las conciencias.*

GLOSSA VI.

De fine legum, & ſpecialiter noſtræ Pragmaticæ.

SVMMARIVM.

1 *Lex eſt quædam regula agendorum.*

2 *Regula dirigit in rectum, & deuiat ab obliquo.*

Legis finis eſt virtutes dirigere, & vicia proſternere, ibid. *& medelam damnis imponere, & iniurias cohibere,* num. 3. *Internus eſt iuſtitia & æquitas. Finis ad quem eſt adeptio iuſtitiæ.* num. 8.

4 *Pragmatica noſtra in rectum dirigit informationes & iudicia puritatis, & nobilitatis, & tollit abuſum vſque adhuc ſeruatum, ex quo plura [illegible] damna [illegible] eſt commoda priuatis, familias [illegible], & ſtatutorum obſeruantiæ num. 6.*

7 *Legis eſt commune [illegible] & tunc dicitur anchoram eſſe [illegible] rerum publicarum* num. 9.

10 *Abuſus vſque adhuc ſeruatus [illegible] ſtatutorum plura damna afferebant.*

11 *Lex debet ſtatuere, quod vtilitas & æquitas faciendum ſuadent.*

F QVE ſe iuzga en el gouierno por la coſa mas digna de reparo aſſi por el remedio de inconuenientes tan grandes, y de los quales tanto daño reſultan al Reino en
comun, y en particular, † quia cùm lex nihil aliud ſit, 1
quàm quædam regula agendorum ex D. Th. *2. p. q. 90. art. 1.* Azorio *inſtit. moral. tom. 1. lib. 5. cap. 2. quæſito, 1.* Valencia *2. part. tom. 2. diſp. 7. quæſt. 1. punct. 1.*
Mart. Becanus *tract. 3. cap. 1. quæſt. 1. num. 15.* † & 2
effectus regulæ ſi ſint, dirigere in rectum, & deuiare ab obliquo, ita ſimiliter legis finis eſt virtutes dirigere, vitiáque proſternere ex Cic. *lib. 1. offic.* Matth. Vveſembek. *in rub. de legib. num. 6.* & vtilitatem reſpiciendo priuatorum publicæ conſulere vtilitati, vt
infrà in q. 7. dicam. † quod ſit rerum damnis im- 3
ponendò medelam, & priuatorum iniurias cohibendo, *l. vt vim, 3. diſp. & iure cap. olim. 12. de reſt. ſpoliat. cap. ſignificaſti. 16. de homicid. cap. ſi vero. 5. de ſentent.*
excommun. † quæ duo ex hac noſtra Pragmatica 4
oriuntur, quia in primis dirigit in rectam viam & modum puritatis & nobilitatis iudicia, & informationes recipiendas circa prædictas qualitates, & eis vtilem, & rectam præfigit formam, qua deinceps in his procedatur cauſis cum debita animaduerſio-
ne, & æquitate. † Deinde tollit, & omnino euellit 5
plura damna, & iniurias prouenientes ex abuſu valde rigido, & parùm æquo modo introducto in aliquibus collegiis, & communitatibus circa conficiendas, & diiudicandas ſanguinis qualitates & informationes, ex quo plurium familiarum nobilium dehoneſtatio, & denigratio proueniebat, & ſimul plura damna & iniuriæ tam puritatis, quam vniuerſo regno pullulabant.

Ex quibus prouenit, quantum hæc noſtra ſanctio 6
commoda ſit priuatis, propria ſanguinis qualitatibus, quantúmque familiarum ſplendorem incolumen ſeruet, ſtatutorúmque ſit obſeruantiæ, & calumniantium fomenta cohibeat, ex quibus cætera, quæ recenſuimus, proueniunt damna, quæ per conſequens ex hoc ſalutifero ſimul arcentur antidoto, quo etiam vtilitatem magnam, & tranquillam concordiam vniuerſo quærit regno, & illud perluſtrat cum nobilium familiarum defenſione, & condecoratione, quam principaliter intendit; itavt ex omni-
bus ſimul illius directè inſpiciat bonum, † quæ ſunt 7
partes rectæ legis, & æqui iuris ex Horac *lib. 1. ſatyra. 1.* quia is eſt finis legũ, publica videlicet ſalus, & ciuium tranquillitas, ex Cortaſ. *ad l. 1. num. 1. de ſtatu hom.* & hinc lex duodecim tabularum *ſalus* (inquit) *populi ſuprema lex eſto,* & ideò Ang. Matheac *lib. 1. de*
via iuris cap. 9. num. 5. ait, † finis internus legis eſt 8
iuſtitia, & æquitas, quam vt vmbra corpus, ſequitur hominum ſalus & tranquillitas reipublicæ: finis ad quem eſt adeptio iuſtitiæ, ſcopus autem, ſeu finis, cui hæc iuſtitia quæritur, eſt reſpublica, & ſocietatis ci-
uilis conſeruatio, † quam rerum publicarum an- 9
choram firmiſſimam Solon eſſe dixit, & conducunt Ariſt. *4. politicor. cap. 1. l. 1. de legib. cap. erit autem*

Digitized by Google

lex.2.4.diſt. & tradita infrà ſeq.gluſ.num.1. & quæſt.
10 7. †& cùm abuſus in obſeruadis ſtatutis tot incommoda & damna regno, & priuatis vſque adhùc attulerit, hæc noſtra Pragmatica omnium inſeruiens commodo, atque vtilitati, quæ ipſa eſt iuſti propè
11 mater, & æqui, reſpiciens, † quod ipſa vtilitas, & æquitas ſuadent, ſtatuit, & ordinat, ſecundùm *text.in l.quia actionum*, 11. *de præſcript verb. l ſed an via.* 12. *de pignor & hypoth.* & tradita à Petr. Barboſa *in l.1.part. 1.à num.65.& part.7.num.49.& 50.ſolut.matrim.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg.*104.*num.*3. P.Th. Sancio *in tract de matrim.lib.*1. *diſp.*1.*num.*4. quo, incommodum illud commodum reddit, & damna præterita tollendo, vtilitatem affert magnam, & vniuerſo regno, & priuatis ſingulis, vt ſoprà relata demonſtrant verba.

GLOSSA VII.

De ſtatutorum obſeruatione, & vtilitate.

SVMMARIVM.

1 *Leges & ſtatuta ob publicum bonum perpetuò eſſe debent.*

2 *Officia publica dignis largiri oportet. Nobilior quantò quis eſt, tantò dignior reputatur ad publica munera ſubeunda*, ibid.

Nobilitas iuſta eſt cauſa diſpenſandi in pluralitate beneficiorum, ibid.

Vtilitas per experientiam demonſtrata ſeruanda eſt.

Experientia rerum dux & magiſtra, ibid. *à qua argui poteſt ad cæteros omnes caſus*, num.4.

5 *Statuta puritatis vtilia ſunt, & intereſt publicè, quod intacta obſeruentur*, & num.6.

Familias puras ſeparari à maculatis publicè intereſt, ibid.

7 *Statuta puritatis non ſolùm non tolluntur ex noſtra noua ſanctione, ſed principaliter ſeruari iubentur.*

8 *Proœmium legum & ſtatutorum cauſam finalem demonſtrat*, & num.9.

10 *Finis noſtræ pragmaticæ duplex, obſeruatio ſtatutorum puritatis, & forma iuſta, & æqua conficiendi, & iudicandi informationes.*

G COMO *porque ſe conſeruen en ſu primitiua calidad, y inſtitucion los ſantos ſtatutos, y los vtiles, y loables fines del beneficio comun, à que ſe encamina-*
1 *ron, y que de ſu buen vſo ſean experimẽtado.* †Quia ſtatuta, ſeu leges factæ ob publicam vtilitatem (vt omnes eam pro fine habent, *cap.erit autem lex.*2.4 *diſt.l.*1.*de legib.* Ariſt.4. *politic. cap.*1. Duar.*lib* 1 *diſp.*11. Ang. Matheacio *de via iuris, cap.*1.*num.*5. Theologi plures apud Mart. Bonacin.2.*tom.tract.de legib.diſp.*1.*quæſt.*1. *punct.*1. *num.*1. *verſ. Dicitur ad bonum commune, & gubernationem reipublicæ, §.fin. proœm.inſt.* Raynaldus Corſus *lib.*2 *indagat.cap.*13. Turamin. *lib.ſing. de legib.*2.*part.cap.*1. *num.*24. ita vt per eam à ſubtili iuris diſpoſitione deuietur, vt *in l.quia actionum.*41.*de præſcript.verb.l.ſed an via*, 12. *de pign cum ſimilibus*,) debent perpetuò, & conſtanter manere, *ex text.in cap.*1. *& c.*25. *quæſt.*1. probant Rebuff. *in tract.de nominat. quæſt* 5.*à num.*40. Pelaez *de maiorat.* 4.*part.quæſt* 15.
*num.*59.*verſ.Et quæ inducta ſunt*, † maximè, quæ ex- 2
pectant, ad electionem perſonarum ad publica officia, quæ largiri dignis oportet, *arg.text.in l.nam reipublica*, 4. *de noui operis nunciat. & in l.ſeruum.*33. §. *publicè, de procurat.* gloſſ.*verb.appellatum, in l. reus delatus*, 7. §.*fin. de muner.& honor.*; Abb. *in cap.ex parte*, 7.*num.*6.*de teſtib.* Valençuela *conſ.*76.*num* 38.& quantò nobilior quiſquam eſt, tantò dignior iure reputatur, vt *in text. in l.honor.*14.§.*de honoribus.*3.*de muner. & honor.l.honores.*7.§.*is qui.*2.*de Decurion.l.*1 *C.de conditis in public. horr. lib.*10. *auth. Præſides, C.de Epiſcop. aud.cap de multa* 28.*in fin.de præbend.* latè Andr. Tiraq. *de nobilit.cap.*20.*ex num.*1.vbi *ſub num.* 3.dicit, quòd nobilitas eſt cauſa iuſta diſpenſandi circa pluralitatem beneficiorum, ex Innoc. *in cap.dudum, ad fin.verſ. Item ſi Papa, de elect.* pro quibus ſunt videnda quæ
tradidimus ſuprà 1.part. quæſt.3.§.2.ex n.26. † præ- 3
cipuè cùm vtilitas ſtatutorum puritatis & nobilitatis per experientiam demonſtretur, vt hîc dicitur, quæ omnium rerum dux & magiſtra eſt, ſecundùm *text.in l legatis.*63. § *ornatricibus.* 3. *de leg.*2.*cap.quam ſit.*6.*de elect.in* 6.*gloſſ.verb. experientia, in extrauag. ad conditorem, Ioannis.*22. *de verb ſign.* Iaſſ. *in l.res obligata.num.*16.*de leg* 3.*& in l.qui Romæ.*12. *num.*26 *de verbor.* Ioan. Neuizan. *in ſylua nuptiali, num.*7. Menoch.*de recuper.rem* 12. *num.*24. Alex. *conſ.*151.*Viſis*
*narratis, num.*8. *vol.*5. † A qua arguere licet ad cæte- 4
tos omnes caſus, *ex cap.multis.*47. *diſt.* Card. Tuſch. *lit.F.concl.*648 *per totam.tom.*3. Aug. Barboſa *axioma* 88.*pag.*55.*& loco*, 45.*pag.* 318. Pelaez *de maiorat.* 1. *part.quæſt.*1.*ſub num.* 307. Vbi etiam eam rerum ſu-
ſtentaculum rectè appellat, † & cùm puritatis ſtatu- 5
ta non ſolùm ab initio adinuenta, & conſtituta fuerint ob publicam omnium vtilitatem, ſed etiam ex poſtfacto ipſa experientia plures vtiles exinde ſequutos demonſtrauerit effectus, & quaſi cum digito publicam ſignauerit vtilitatem, plurimùm intereſt, & reipublicæ Hiſpaniæ maximè expedit, quòd ſtatuta puritatis, & nobilitatis intacta cuſtodiantur, & intrepidè obſeruentur, abſque tamen corruptela, nec abuſu in forma, & modo; quo fuerunt ſtabilita, & vtilia eſſe inceperunt, vt exinde meliùs, & faciliùs fines communis vtilitatis, ad quos adinuenta fuerunt, conſequantur, quia cùm eorum inſtitutio, & erectio fuerit ob tribunalium, & communitatum
pacem, & ſplendorem ſeruádum, † ex quibus præci- 6
puè totus componitur orbis, & ob puritatem, & nobilitatem familiarum meliùs agnoſcendum, & ſeparandum à maculatis, & infectis radicibus, vt reipublicæ, & vniuerſo expedit regno, *ex l.*1.§.*pen.de inſpic.ventre, l ſuper ſtatu* 9.*C.de quæſt.* Guil. Benedict. in cap Rainuncius, *in princ. num.*57.*fol.*9 *de teſtam.* & à viris doctiſſimis, & ſanctiſſimis adinuenta fuerunt ob honorum ſuarum communitatum, vt probaui ſupra 1.part. quæſt.3. §.2. publicè intereſt ſeruari eo modo, & forma, & ad eos fines, ad quos fuerunt erecta, & comparata, in quo nunc non ampliùs eſt immorandùm, cùm per ſe pateat, & in præcitato loco latè de hoc actum relinquamus.

Illud verò ex his verbis ſpecialiter inferendum, 7
& notandum eſt, quòd, non ſolùm puritatis ſtatuta per noſtram pragmaticam non tolluntur, verùm nec in parte minuuntur, quod ita verum aperte apparet, vt cauſa finalis ipſius ſanctionis or horum ſtatutorum

Digitized by Google

rum conſeruatio in ſua primæua qualitate & inſti-
tutione, vt melius fines ad quos erecta fuerunt, aſ-
ſequantur, & ex eis bono communi vtilius con-
ſulatur,& ne tot bona, & vtilitates, quot vſque ad-
huc experientia docuit,ex eorum abuſu, & corru-
ptela impediantur; & ne ex pharmaco ex eis intro-
ducto mortifera venena communi bono ſequantur,
quibus damnis occurrere intenditur, non verò vim
minuere ſtatutorum, vt clarè ſupra relata demon-
8 ſtrant verba, † quæ cùm adſcripta ſint in prooemio
huius conſtitutionis cauſam finalem demonſtrant,
*ex text.in l.fin.*iunctis his, quæ communiter ibi no-
tant DD. *de hæred. inſt.& in l.demonſtratio falſa*, vbi
Bart.& Immola *in §.1.num 14.de condit.& dem.* idem
Bart.*in l.ſi iure,num.2. de leg.3.* Bald.*in l.1, num.17. C.
de falſa cauſa adiecta leg.*Paul. Caſtrenſ.*in l.ſi quis, in
princ.num.82.verſ.Septimo fallit, de leg.3.* Iaſſ.*in l.ſi fi-
lius,num.21.de lib.& poſth.& in l.eam quam,num.18.C.
de fideicom.* Hier. Cagnol. *in l.1.num.:6. de orig.iur.*
Purpurat. *in l.3. num 110. de reb. cred.& ſi cert.pet.*
And.Tiraq. *in tract.ceſſante cauſa,num 64.* Greg. Lo-
pez *in l.21.per text.*ibi,*tit. 1.part 6.* Lud.Mol. *de pri-
mog.lib.1.cap 5.num.1.*Gonçalez *in §.7.prooemij reg.8.
cancellar. num 142.& 192.* Iaſſ.*conſ.1. num.13.lib.1.*
Roland.*conſ.49.num.34.& 61.lib.1.& conſ.67.n.72.
lib.3.* Hier.Grat.*reſponſ.44.num.18.& reſp.16.num.2.*
9 *vol.2.* † & ſpeciatim quòd prooemium ſtatutorum
cauſam finalem diſpoſitionis denotet dixit Menoch.
lib.6. præſumpt.2.à princ. Tib. Dec. *conſ.3.num.116.
lib.1.*Grat.*conſ.44. num.18. lib.2.*Aug.Barboſa *axiom.
192.num.1.& 2.*vbi plura cumulat, & itidem prooe-
mium legis,vt *in d.l fin.de hæred.inſt.l.cum pater, 77.
§.dulciſſimis, 20. de leg.2.* Menoch. citato loco *n.2.*
10 Curt.Iun.*conſ 185.num.2.*† ita vt duo ſint huius con-
ſtitutionis fines,vnus obſeruatio ſtatutorum purita-
tis in ſua primæua natura,& inſtitutione;alius trade-
re modum & formam, qua informationes puritatis,
& nobilitatis deinceps ſumantur, & iudicentur de-
bita cum iuſtificatione, & æqualitate,ne damna, &
iniuriæ, quæ quotidie oriebantur ex inordinaro
abuſu,& valde ſtricto vſque adhuc ſeruato in aliqui-
bus communitatibus, & quæ etiam oriebantur ex
falſis rumoribus,& inimicorum calumniis,& verbis
iniurioſis, de quibus in ſequentibus quæſtionibus,
radicitùs decernentur, ne amplius pullulent, ita vt
prædictorum ſtatutorum vtilitas amplectatur, &
abuſus ſuperfluus, & iniurioſus reiciatur, & inde
euadat incolumis,& expetiatur vtilitas publica, quæ
principaliter intenditur ex ratione prædictorum
verborum,videlicet,*porque ſe conſeruen en ſu primitiua
calidad,y inſtitucion los ſantos ſtatutos,*&c.

GLOSSA VIII.

De iniquitate, & abſurditate legum & ſtatutorum vitandis.

SVMMARIVM.

1 *Lex & ſtatutum emendandum propter iniquitatem & abſurdum, & reſtringendum ad limites iuſtitiæ & æquitatis*, numer.2.

3 *Priuilegium propter abuſum extinguitur, & eo malè vtens eius vtilitate priuatur*, num.4.

5 *Lex incommoda & inutilis redditur inefficax.*

6 *Statutum à prudentibus redargui non debet, nec ita cuſtodiri,vt captioſum, & iniurioſum exiſtat*,num.7.

7 *Abſurda vitanda & reſtringendo diſpoſitionem, & impropriando verba recedendo à proprio intellectu.*

8 *Princeps non poteſt ſtatuere, quod iniurioſum, & captioſum eſt.*

9 *Poteſtas Principis in bono,& vtilitate abundanter conſiſtit, & reiicit omnem iniquitatem,& iniuſtitiam,quia tunc potiùs tempeſtas,quàm poteſtas dicitur.*

Contractus iniqui ad æqualitatem redigendi, ibid.

10 *Pragmatica noſtra intendit emendare rigidam formam procedendi circa iudicandum qualitates ſanguinis introducta in quibuſdam communitatibus.*

11 *Æquitas ſuadet iniurias tollere, & rerum quærere veritatem.*

Leges & ſtatuta tolli, & mederi poſſunt, ibid.

Qui poteſt actum facere, poteſt illum qualificare,ibid.

12 *Obſeruantiæ iniquæ legum & ſtatutorum mederi oportet.*

13 *Statuta ita ſeruanda vt vltra modum non noceant.*

14 *Lex incidens in iniquitatem nullam vim habet,& ſaltim abroganda venit.*

15 *Vtilitas euidens facit recedere ab eo quod olim æquum viſum fuit.*

Leges non ſemper vtiles,ibid.

Emergens de nouo, nouo indiget auxilio ibid.

Morbus nouus nouo indiget antidoto ibid,

Omnia non ſemper vtilia,ibid.

16 *Statuta interpretanda, vt aliquid operentur vltra ius commune,niſi abſurditas,aut iniquitas ſequatur*, num.17.

18 *Diſpoſitio iniqua reducenda ad ius commune etiamſi nihil ita operetur.*

19 *Lex & ſtatutum declaratur ex obſeruantia, ad noxam tendens ſeruari non oportet.*

20 *Finis noſtra Pragmatica qualis.*

H Y *Que ſiendo tan conuiniente en la ſuſtancia, no
ſe ponga en eſtado de perjuicio por los acciden-
tes en el modo*, † quia ſi ex obſeruantia legis latæ 1
ob bonum commune, & publicum iniquitas vlla,
abſurdúmve ſequatur, lex & ſtatutum venit emen-
dandum,*text.in l.ex facto,43.in princ.*ibi, *Etenim ini-
quum incipit fieri beneficium Principis, de vulg.& pup.
& in l,Neratius.191.in fin.de reg.iur.l.reſcripta 7.C.de
precib. imp. offer. auth. in medio litis non fieri ſacras for-
mas,c.2.§ ſi verò dum cauſa,verſ.Et hac dicimus collat.8.
nouel 113.l.1.& 2.& 10.tit.14.lib 4 recop. text in cap.
ſuggeſtum,9. de decimis*, vbi probatur, † quòd & ſi 2
lex aliquid expreſsè ſubeat,cuius obſeruatio iniqua
reddatur

reddatur ex aliqua ſuperuenienti cauſa, debet reſtringi ad id tantùm, in quo iuſtitia, & æquitas conſiſtant, vbi ita hoc notat Abb. *num.* 1. *&* 3. & Ant. de Butrio *num.* 1, *&* 2. Rebuff. *in tract. de decimis, quæſt.* 4. *n.* 29. gloſſ. ordinaria, & notabilis *in cap. decet,* 6. *de reg. iur.*
3 *in* 6. † vbi ait quòd propter abuſum extinguitur priuilegium, ſimiles gloſſæ *in cap. renouantes,* 6. *verb. priuſquam, ante fin.* 22. *diſt. & in cap. priuilegium,* 63. 11. *quæſt.* 1. Specul. *in tit. de inſtrum. edit. §. nunc autem, in fin.* facit etiam *text. in l. ſed cum ab herede,* 12. ibi, *Præſertim ſi nouum beneficium cum alterius iniuria poſtuletur,* vbi *gloſſ. fin. ad SC. Treb. & in l.* 2. *§. meritò.* 10. *& §. ſi quis a Principe,* 16. *ne quid in loco publico, l. nec auus.* 4. *C. de emancipat. liber. cap. ex tenore,* 16. *cap. quia nonnulli,* 43. *de reſcript. cap. ex tuarum,* 5. *de auctorit. & vſu pally, l.* 7 *tit.* 10. *lib.* 5. *ord.* Rebuff. citato loco *num.* 16. adducti à Pelaez *de maiorat.* 1. *part. quæſt.* 5. *num.* 26. *& quæſt.* 51. *num.* 72. & ab Aug. Barboſa *axioma.* 81. *num.* 4. *pag.* 51. & conducunt etiam *tex. in cap. cum olim,* 16. vbi gloſſ. *verb. ſine præiudicio, de conſuetud. cap. licet* 4. *in fin. de tranſlat. Epiſc. cap. licet,* 12. *de officio ordin.* Roſenthal. *de feudis, cap.* 9. *membro* 1. *concl.* 38.
4 *num.* 1. *&* 2. Afflictis *deciſ.* 334. *num.* 2. † & quod malè vtens priuilegio, aut alia conceſſione ea priuari debeat propter abuſum, probat *text. in l. Iudæos,* 11. *C. de Iudæis, & in l. eos,* 3. *C. de aquæductu, lib.* 11. *& in l.* 43. *tit.* 18. *part.* 3 Pelaez citato loco *quæſt.* 19. *num* 3 Suarez *de legib. lib.* 8. *cap.* 36. *per totum.* Card. Tuſch *lit. P. concl.* 754. *tom.* 6. Aug. Barboſa *axioma.* 190. *num.* 8. *pag.* 116.

5 Pro quibus facit primò, ſi cùm lex incommoda, & non vtilis reipublicæ manet, ceſſat eius vis, atque poteſtas, ex Caſtro, *de l. penali, cap.* 5. Salas *de legib. diſp.* 11. *ſect.* 3. Suarez *eod. tract. lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 3. & ex aliis penes Matt. Bonacin. *tom.* 2. *tract. de legib. diſp.* 1. *punct. vlt. §.* 2. *num.* 7. multò magis ceſſare, ſeu abrogari debet legis, aut ſtatuti abuſus, ſi ex eo iniquitas ſequatur, manente ipſo ſtatuto & lege, & eius vſu in primæua ſua forma & obſeruantia, ita vt incommodis, & abuſu ceſſantibus maneat intacta, & inuiolabilis vtilitas diſpoſitionis reipublicæ, tribunalibus, & priuatis commoda.

6 Facit ſecundò, quòd lex, ſeu ſtatutum ita praxi ſeruari debet, vt exinde redargui à prudentibus non valeat, ſecundùm *text. in d. l. ex facto,* 43. *in princ. de vulg. & pup. & in l. Saluius Ariſto* 6. *de leg. præſt. and.* Vbertus Zuch. *in l. fin. num.* 39. *C. de edicto D. Adriani toll.* Bald. *conſ.* 294. *ad euidentiam, lib.* 1. *& conſ.* 85. *vol.* 3. Ioan. Zephal. *conſ.* 13. *num.* 12. *& conſ.* 76. *num.* 89. *lib.* 1 *& conſ.* 146. *num.* 20. Socio. Iun. *conſ.* 1 *num.* 128. *& conſ.* 122. *num* 24. *vol.* 3. & cenſuit Rota *deciſ.* 294. *num.* 8. 2. *part. ſacri Palatij.* Valençuela *conſ.* 87. *n.* 86. & alios congerit Pelaez *de maiorat.* 1. *part. quæſt.* 1. *num.* 198. & cùm praxis & ſtylus circa probandas ſanguinis qualitates in quibuſdam ſeruatus tribunalibus, & communitatibus maxima fuerit dignus reprehenſione ex tot iniuriis & damnis, quæ pluribus obuenerunt familiis puris, & nobilibus, & quæ vidimus, & experientia docuit, & noſſet recenſeret textus, ſequitur, quam iuſtè, ac ſanctè ex hac noſtra tollitur, & derogatur ſanctione.

7 Facit tertiò, quòd ſtatuta, quæ iuſta & vtilia reipublicæ exrant, manerent captioſa, & iniurioſa ex prauo modo, & abuſiua praxi, ſubditis iniurioſa, & magnum gigneretur abſurdum contra iuris regulas, *ex text. in l. ſcire oportet,* 13. *§. aliud.* 1. ibi, *Erit igitur in deteriori ordine de excuſat. tut. l. in ambigua.* 9. *de legib. l. nam abſurdum,* 7. *de bon. libert.* Bart. *in l. omnes populi, quæſt.* 9. *de iuſt. & iure.* Albert. Brun. *de ſtatutis, art.* 5. *num.* 12. Nicol. Euerardo *in loco ab abſurdo.* 23. *per totum.* maximè *num.* 2. *&* 9. Peregr. *de fideicom. art.* 11. *num.* 45. *verſ. Hæc tamen.* Card. Mantica *de coniect. vlt. vol. lib.* 3. *tit.* . *à princ. & de tacitis & ambig. conuent. lib.* 2. *tit.* 13. *per totum* Card. Tuſch. & Aug. Barboſa locis citandis, Phil. Dec. *conſ.* 19. *num.* 3. *verſ. Suadetur.* Rol. à Valle *conſ.* 61. *Reiecta, num.* 20. *lib.* 3. Zephalo *conſ.* 110. *num.* 12. *tom.* 2. faciunt tradita per Valençuel. *conſ.* 4 *num* 65. *& conſ.* 12 *num.* 23. *& conſ.* 91. *n.* 71. vbi de puritatis ſtatutis loquitur, *& conſ.* 97. *num.* 32. *&* 193. & propter vitandum abſurdum quælibet diſpoſitio reſtringitur, *l.* 1. *C. de noxal. act. l. vt gradatum.* 11. *§.* 1. *de muner. & honor.* Nicol. Euerard. *loco.* 23. *ab abſurdo, num.* 4. *&* 6. Card. Tuſch. *lit. A. concl.* 66. *num* 38. *tom.* 1. Aug. Barboſa *axioma.* 2. *num.* 3. etiam impropriando verba ſtatuti, & recedendo à propria ſignificatione ex Euerardo *d. num* 4. Tuſcho *num.* 17.
& 21. Barboſa *num.* 4. *&* 6. locis citatis. † Et proce- 8
dunt hæc omnia, vt nec tacitè, nec expreſsè poſſit princeps contrarium ſtatuere, quia conſiſtunt in ratione naturali, quæ ſuadet iniquum arceri, & damna è republica tolli, & ſubditos ab iniuſtis oppreſſionibus tueri, vt colligitur, *ex d. l.* 10. *in fin. tit.* 14. *lib.* 4. *recop.* & tradunt Abb. *in repet. cap. per tuas, num* 21. *de arbitr.* Fel. *in cap. ad audientiam.* 31. *num.* 4. *verſ. Bene*
fateor, de reſcript. Tib. Dec. *conſ.* 25 *num.* 5 *vol.* 1. † & 9
principis poteſtas in bono & vtilitate abundanter conſiſtit, & reiicit omnem iniquitatem, & iniuſtitiam, quæ omnino regiæ & ſupremæ opponitur poteſtati, & exceſſus iuſtitiæ tempeſtas & rigor potiùs dicitur, quam plenitudo poteſtatis, *cap. Imperatores,* 98 *cap. non ſemper.* 92. *cap. qui reſiſtit.* 97. 11 *quæſt.* 3. *cap. non licet,* 11. *diſt.* & alia iura diffusè congeſta per Syluestrum Aldobrandin. *conſ.* 1. *a num.* 56 *vſque ad* 138. & a nobis ſuprà 1. part. quæſt 7. ex num. 11. quod etiam locum in contractibus habet, non ſi iniqui tractu temporis efficiantur, vel in infinitum creſcant, per iudicem ſunt reducendi ad æquitatem, vt eſt *text. in l. cum quidam,* 17. *de vſur.* Fontanel, *de pact. nupt. clauſ.* 4 *gloſſ.* 8. *p.* 1 *num* 116.

Ex quibus patet, quòd licèt noſtra Pragmatica 10
non intendat emendare, nec in parte tollere, nec minuere ſtatuta puritatis prout in ſe ſunt, & dixi ſuperius in antecedenti gloſſa: corrigit tamen modum, & formam procedendi ſeruatam in quibuſdam collegiis, & communitatibus circa probandam puritatem, & nobilitatem, quæ nimis ſtricta erat, & aduersùs iuris regulas mentem ſtatuentium, & ipſorum ſtatutorum laudabilem, & vtilem finem, vt ex relatis
apparet verbis, quod procedit tam iure, quàm æqui-
tate. † Qua oportet iniurias tollere, & rerum quæ- 11
rere veritatem, & non ex alienis, & extraneis iudicare, præſertim quia ſi ex magnis cauſis, & incommodis poterant in totum prædicta tolli ſtatuta, ſeu in parte mederi, & modificari, vt conſtat ex dictis, & dicendis rationibus, & iuribus, & magis in ſpecie probauit Abb. *in cap. cum acceſſiſſet de conſtitut. num.* 2. Ripa *reſp.* 1. *num* 6. Zephalo *conſ.* 38 *num.* 15. *&* 23. *lib.* . Menoch. *conſ.* 250. *num.* 16. *cum ſeqq. lib.* 3. Et is, qui poteſt actum facere, vel deſtruere melius poſſit illum modificare, & qualificare *l. videamus.* 4. *§. iura. c.* 2. *l. in actionibus.* 5. 6. 1. *&* 1. *de in litem iur.* Gracian. *diſcept. for. tom.* 4. *cap.* 769. *num.* 4. *& cap.* 800. *num.* 13. Surd. *conſ.* 113. *num.* 3. *lib.* 1. Becc. *conſ.* 101. *num.* 25. Mantic. *de tac. & amb. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 28. *num.* 1. *in fin.*
† Meliùs multò mederi, & ſuppleri poterit obſer- 12
uantia iniqua, & iniurioſa prædictorum ſtatutorum, & tolli modus ab extra ortus in conficiendis, & diiudicandis ſanguinis informatoriis, qui procedunt contra mentem ipſorum ſtatutorum abſque lege, & ratione, ſinéque æquitate indicta, ſed ex voluntate, & vſu aliquarum communitatum, vt factum eſſe iniquè, conſtat, & damna inde orta quotidie vidimus,

&

& experientia dictauit, vt in noſtro textu ſignificatum habemus,& ad aliud bene conſiderauit Salgado *de reg.protect part.1.cap.2.num.4.*

Quod prætet ſupradicta amplius iure procedit,
13 quia ſtatura ita ſeruari debent, & maximè oportet,
vt vltra modum non noceant,ex notabili textu *in l.*
in ſumma 2.fin. ibi, *Sic tamen ſi non vltra modum noceat,de aqua & aqua pluu.arc.l.nemo.5.*ibi,*nemo curiam*
noſtram immani pulſet iniuria,C.de dignit.lib.12. pro
quo etiam facit *text. in l. 43.* ibi, *E deſpues aquellos*
aquien lo el Rei dio vſaren del en tal manera, que torne
en daño de muchos comunalmente, vbi Greg.*gloſſ.2.*
tit.18. part.3. & text.in cap. reſcripta, 15. vbi gloſſa
14 *verb.quòd non lædat.25.quæſt.2.* † vbi ait,quòd lex ſtatim, dum incidit in iniquitatem, nullam omnino
vim habet per *text. in d. l.ex facto.43. de vulg. & in*
cap.quia ſancta,18. §.verum.63.diſt. Did.Perez. *in l.6.*
gloſſ.1.tit.11. lib.1.ord. Menchac.*controuerſ.illuſtr.cap.*
fin.ex num.1.cum ſeqq. Salas *de legib.diſp.2.ſect. 8. ex*
num.50. quibus adde text. *in l.ſi quis ſuo.33.§.1. C.de*
inoff.teſtam.l.cum quis.10. C.natur.lib. vbi ab Imp. Iuſtin. leges antiquæ iniquæ abrogantur, vide Ant.
15 Fab.1.*Iuriſpr.princ.2.confut.2.*†cum ab eo, quod diu
viſum fuit æquum, recedi nune oporteat propter
euidentem vtilitatem ex *l.pen.de conſtitut. princip.*tenet Alphonſ. Montaluus *in l.7.gloſſ.1. in fin. tit.11.*
l.2.fori, ad quod etiam faciunt adducta ab Acebedo
in l.8.num.5. & 6.tit.6.lib.6.recop. & per Valençuel.
conſ.33. num.173. nam non omnia omni tempore,
loco, & condirione vtilia ſunt, eſſet quidem lex tyrannis ſi mutatis cauſis conſtitutionis, & rationibus
iotroductionis ceſſantibus illa eadem imperraret, vt
inquit Petr. Greg. *lib.10.de repub. cap.5.num.17.* &
videantur Conan. *lib.1. comm. cap.1. num.5.* Corraſ.
in l.1.num.7.& 8.de inſt & iur. Hermannus Vulteius
in princ.num.7.inſt.de inſt. & iur. Ang.Mattheacio *de*
via iuris,lib.1.cap.21.num.34.& cap.23 num.11. Hugo Donel.*lib.1.comm.cap.12. circa princ.* vbi Oſuald.
Illiger. *lit.A.* atque hoc eſt, quod dicitur cauſam
emergentem de nouo, nouo indigere auxilio,*l.1. in*
princ de ventre inſpic.l.oratione.7.de feriis,l.de ætate,11.
§.ex cauſa 8. de interrog. act. cap.fin.de in integrum reſtitut. Roman.*in l.ſi vero,§.de viro,num.82.ſol.matrim.*
Gonçaiez *ad reg.8. cancellar.gloſſ. 4. num.97.* Card.
Tuſcb.*lit.E.concl.145. per totam tom.3.* Rol. à Valle
conſ. num.159.cum ſeqq.lib.2. Craueta *conſ.264.n.5.*
& 6. Petr. Surd. *conſ.418.num.9.* Ant. Monach.*Lucenſi deciſ.21.num.32.* ſicut nouus morbus, nouo indiget antidoto, *cap.cæterum.5. de iuram.calum.* The-
16 ſaur.Pedam. *deciſ.239.num.11.cum ſeqq.* † Similiterque licèt ſtatuta ita interpretari debeant, vt aliquid
vltra ius commune operentur, vt ex aliis docuit Simon Schardius *de feudis part. 7. cap.2. num.53. &*
cap 7.num.35. Marta *de iuriſdict.4.part.caſu 62.n.15.*
& caſu 85.num.30. per Fel.*in cap.ſi autem,num.3.verſ.*
Primo,niſi ſtatutum,de reſcript.& per Marſil.*in l patre,*
17 *vel marito.num.19.de quæſt.* † tamen ſi ex eis,quis indebitè lædatur,ſecundùm ius commune veniunt interpretanda, vt iniuria non ſequatur, nec captioſa
exiſtant,licèt ſuperflua exinde maneant, ex gloſſ. &
DD. *in l.fin. §.in computatione, C.de iure deliber. & in*
l.cum à matre, in fin. vbi etiam Bald.*C.de rei vendic.*
docet Nicol. Euerard. *in locis legalibus loco, à ratione*
legis ſtricta,num.14. & loco, à vi geminationis, num.5.
And.Gaylio *lib.2.obſeruat.33.num.7.*quem refert Oſuald.Illiger.*ad Donel.lib.16,comm.cap.2.lit.A.pag.mi-*
18 *hi 1391.* † & diſpoſitio,quæ iniurioſa manet, reducenda eſt ad ius commune, etiamſi tunc per ſe nihil
operetur,*ex text.in l.ſi quando 35.*vbi Bald.*in princip.*
*C.de inoff.teſtam.*DD.*in l.4. §.Prætor ait,de damno infecto,cap.1.* vbi *gloſſ.de conſtitut.in 6.* Ign. del Villar. *in*
ſylua reſp.12.in 2.part cap.3.num.4. & faciunt tradita
à Pelaez *de maiorat.1.part.quæſt.58.num.190.*

Facit etiam quòd cùm ſtatutum,ſeu quælibet alia 19
diſpoſitio declarari, & interpretari debeat ex obſeruantia ſubſequuta ſecundùm tradita *in cap. cum dilectus.8.de conſuetud.& in cap.cum de beneficio,5.de præbend.in 6.*Bart.*in l ſemper in ſtipulationibus*, vbi *additio de reg iur.* Innoc.*in cap.olim,de verb ſign.*Phil.Probus ad Io. Monach. *in cap.ei cui,num.28. & ſeqq. de præbend.* Abb. *in cap. certificari, de ſepulturis.* Ioſeph. Ludouic.*tit.de conſuetud.concl.un.* Io. Garc.*de nobilit. indiuiſ.num.56.* Phil. Dec.*conſ.538.viſo puncto,num.3. tom.2.*Veroius *conſ 91. num.10.lib.3.* Petr.Surd. *deciſ. 129.num. 19.* Ioſephus Ludouic. *deciſ. Peruſina 29. num.32.*& horum ſtatutorum obſeruatio, & practicandi modus iniquus & iniurioſus in aliquibus exiſtat communitatibus, dicendum eſt, quòd prædicta ſtatuta redduntur iniuſta, & iniqua ſaltim pro ea parte, qua iniquè obſeruantur,quod ferendum non eſt,& reſecandum venit, maximè in cauſis honoris, quæ in grauitate & intereſſe cæteris omnibus antecellunt,vt pluries dictum & probatum manet. Sicut omnes legum ioterpretationes iniquæ,ſicut vitioſæ, improbandæ veniunt, optimè Ant. Fab.1. *Iuriſpr. princ.2.confut.2.*

Vnde quidem receptum eſt, quòd ſtatutum & quælibet alia diſpoſitio, quæ ad noxam tendat, ſeruati non debet, vt probant Petr. Ancharr. *conſ.84. Domina Azolina, num. 4. & 5.* Rol. à Valle *conſ.1. num.159.cum ſeqq.lib.2.*Craueta *conſ.264.num.5.& 6.* relati per Aug. Barboſa *axiom.81. num.2.pag.51.*& quòd lex, quæ certò noxia eſt, in conſcientia non obliget,tenent plures apud Menchac.*lib.1.controuerſ. illuſt.cap.fin.num.2.* Salas *de legib.diſp.1.ſect.8.num.52.* Martin.Bonacina 2.*tomo tract.de legib.diſp.1. quæſt.1. punct.1. num.11.* vnde non ſolùm tenetur Princeps iniquas leges tollere, ſed etiam vitare omne illud propter quod ſua lex reddatur ſuſpecta ſubditis, optimè Greg.*in l.16.gloſſ.3.tit.1.p.1.*

Ex quibus omnibus ſequitur ratio, & finis noſtræ 20
pragmaticæ ſanctionis, quæ intendit tollere abuſus ex cauſa ſtatutorum puritatis introductos circa probandas ſanguinis qualitates, & ſimul vniuerſum regnum tueri,& intactum ſeruare à tot damnis, odiis & malitiis,à tot prauis, & impoſititiis maculis,quibus eius denigrabatur ſplendor à tótque diſcordiis, & reipublicæ perturbationibus, ex quibus pax communis euertebatur,à tot diuitiarum,& ciuium amiſſionibus,quæ regni vires diſſoluebant,à tot denique immanibus contra Deum, & conſcientias facinoribus,ex quibus catholicorum conſcientiæ grauabantur, & animæ in gehennam detrudebantur, & ab aliis perplurimis damnis, quæ quotidie ex hoc abuſu in toto pullulabant regno, cùm maleuoli, & calumniatores exinde ſcopum,& anſam ſumebant puras, & nobiles maculandi familias, itavt deinceps iniurioſis,& ſuperfluis abſtractis & ſublatis, maneat modus & ſtylus debitus,& iuſtus in puris,& nobilibus qualificandis, & in probandis infectorum maculis & defectibus,& illi nullum in ſuo ſanguine, & honore iniuſtum patiantur detrimentum; nec ex horum receptione tribunalia,& communitates grauentur,nec ſubiectis careant, qui præditi ſint qualitatibus in ſuo ſanguine, & genere requiſitis per noſtra ſtatuta, & ex omnibus ita conſtitutis, & rectè ſeruatis vtriſque ſimul conſultum ſit, ne deinceps tot damna ſequantur ex prædictis ſtatutis, *Y que ſiendo tan conuinientes en la ſuſtancia,no ſe pongan en eſtado do perjuicio por los accidentes en el modo.*

QVÆST

28 Tribunalia etiam læduntur ex oblatione libellorum falſa macula.

30 Inquiſitores hæreticæ prauitatis non debent procedere ad ſpecialem inquiſitionem virtute libelli abſque ſubſtractione, ſed ad generalem tantùm, & qua forma, num. 31.

32 Praxis Cathaloniæ apponendi arcam clauſam in atrio domorum viſitationis, vt litteræ ſecretæ contra ſyndicos proiiciantur, omnino velut pernicioſa damnatur.

33 Delatores ſecreti non omnino reiiciendi.

34 Libelli & ſchedulæ ſecretæ, nec plenè, nec ſemiplenè probant, nec indicium efficiunt, nec lædunt eï, contra quem fuerunt oblata, num. 43.

35 Quod non ſufficit ad inquirendum, nec indicium facit, niſi ex ratione & cauſa iuſta, num. 38.

36 Exceptio firmat regulam in contrarium.

37 Argumentum à contrario ſenſu in legibus validum.

39 Veriſimilitudo ad inquirendum ſufficit, quæ ſi deficiat in ſecretis libellis ad nihilum proficient, num. 40.

Et tunc etiam per ſe nihil operantur, num. 42.

41 Libelli occulti continentes delictum abſque ſufficienti demonſtratione nihil ſunt, magna ſuſpicione laborant, num. 44.

45 Dolus præſumitur ex actu clandeſtino.

46 Clandeſtinitas præſtat præſumptionem contra facientem.

47 Facta in occulto ſuſpicione non carent, & num 53.

48 Actus nocte celebrati habent præſumptionem contra ſe.

49 Tenebræ aptiores ad malum.

50 In grauibus cum alterius detrimento non licet ex leuibus vagari cauſis.

51 Veritas ſecreto non eget, & vera loquens publicè exire oportet.

52 Libelli ſecreti ex malitia oriri præſumuntur.

53 Iniuſti magis ſunt, qui magis occultè procedunt.

55 Præſumptio eſt contra illum, qui inſtat, quod alteri graue inferatur damnum, præcipuè ſi non habeat intereſſe, nec commodum.

56 Delator, & teſtes ab eo nominati ſuſpecti valde ſunt, & præſumuntur inimici, num. 57.

58 Inimicitia præſumpta ſicut vera à teſtimonio repellit, & ſufficit, ſi probetur per teſtes, aut per coniecturas, num. 59.

60 Falſitas præſumitur ex clandeſtinitate proferentis.

Inſtrumentum factum clàm, & in abſcondito falſum præſumitur, ibid.

61 Suſpicio falſitatis tollit fidem, ſicut vera falſitas.

62 Delatio cum præſumptione malignitatis reiicienda venit.

63 Scriptura calumnioſa nullam in iudicio vim habet.

Inimici quando in cauſis puritatis ad teſtimonium admittantur, ibid.

64 Libelli occulti quando proſint, vel non, ad inquirendum? & n. ſeqq. Generales abſque ſubſcriptione, cauſa, nec veriſimilitudine nihil ſunt, nec ad inquirendum ſufficiunt, nec dum ſubſcriptionem habet, eius tamen auctor non apparet, num. 65. Cum ſubſcriptione proſunt ad inquirendum, etiam ſine certa cauſa, nec demonſtratione, & in primis ab auctore recognoſci debent, & qua forma, num. 67. Et conteſtes cum maxima cautela examinandi, & inſtrumenta, & ſcripturæ compulſanda, ibid. & num. 68. Sine ſubſcriptione, cum expreſſione teſtium accipi poſſunt ad illos generaliter examinandos, antequam commiſſarius inter ſe conferat, poſtea ſecus, num. 69. Sine ſpecialibus interrogationibus, num. 70. Et etiamſi proferantur poſt iter inceptum, dummodò informatorium non ſit clauſum, nec perfectũ, num. 71. & 73. Et ſi accipiantur n. [illegible]am omnino fidem efficiunt, ni ad inquirendum, num. 75. & ſeqq. Et ſi famam publicam, & teſtes afferant poſt informatorium perfectum accipi non debent, num. 78. Si veriſimiles adducant rationes, & cauſas accipi poſſunt ad inquirendum etiam poſt informatorium clauſum, num. 80. Explicatur, & ponitur diſcrimen inter famam & ſcripturas, num. 83. & ſeqq.

60 Suſpicio efficit, vt maiori cum cautela res agatur.

70 Interrogationes ſpeciales non debent fieri ob ſecretos libellos, etiamſi habeant ſubſcriptionem proferentis.

72 Oblatio chartularum in tempore æquipollenti facta idem operatur.

73 Incluſio vnius eſt excluſio alterius, & è contra.

74 Caſus æquipollentium numquam excluſus cenſetur.

76 Referens non plus efficit fidei, quàm relatum, & num. 77.

79 Litteræ nullius ſuffulta auctoritate circa qualitates ſanguinis nihil probant.

81 Veriſimilitudo ad inquirendum ſufficit, & tollit præſumptionem falſitatis.

Et fidem præſtat probationibus aliàs inualidis, num. 82.

83 Macula non minus probatur per famam communem, quàm per ſcripturas, & inſtrumenta.

84 Æquiparatorum eadem ratio, & effectus.

QVÆSTIO II.

De ſchedulis, ſeu libellis ſecretis, vulgò dictis, Memoriales ſin firma, *in cauſis puritatis, & nobilitatis oblatis: ad explicationem huius Pragmaticæ* in §. Ordenamos, y mandamos, que de aqui adelante ninguna perſona, *&c.*

VERBA TEXTVS.

ORdenamos y mandamos, que de aqui adelante ninguna perſona de qualquier eſtado, y condicion que ſea, no pueda dar, nide, como ni tan poco admitir, ni admitar memoriales ſin forma, y que ſe admitieren en algun conſexo, Tribunal, Yglesia, Collegio, o otra comunidad donde ſea neceſſaria calificacion de nobleça, y limpieça no ſe les de credito, ni hagan fee ſi fueren generales, y no dieren raçon particular de las coſas que contrinieren, aunque citen, ni ſeñalen teſtigos; y aunque alegen fama publica, y ſolo ſe puedan admitir en orden a inquirir, y no para otro efeto, quando indiuiduaren, y ſeñalaren Sambenito o penitencia, y el año en que ſedio, con expreſion de la perſona, aquien toca, de la Yglesia, o parte donde eſta, del parenteſco, que tiene con el pretendiente, o con otros indiuiduos tan particulares; que veriſimilmente induzgan el animo, a que no es malicia. Y aſsi miſmo ſe puedan admitir, quando manifeſtaren ſcrituras con iguales calidades a las dichas, o en caſo que citando teſtigos ſe den antes que el informante parta, porque en tal caſo ſe podran examinar los teſtigos, que en el ſe citan como pudiera el informante examinarlos por ſi miſmo, y aſsi no haran fee en quanto eſtados en el memorial, ſi no en quanto lo que dixeren examinados.

SVMMARIVM.

1 *Indicia puritatis, velut ſecreta inquiſitio, cauſam præſtant offerendi ſecretos libellos, & chartulas contra puritatem, & nobilitatem.*

2 *Libelli occulti offerri, nec accipi non poſſunt, nec fidem efficiunt, ni ad inquirendum ſi veriſimilem ſignauerint cauſam; ſecus nec ad inquirendum proficiunt*, & num. 3 & 39. & 54.

4 *Iudices illicò fidem præſtare his ſecretis libellis, nec eorum virtute inquirere debent. Poſſunt tamen ſumere excitationem ad inquirendum ex eis ſecretò tamen, non publicè*, ſub num. 31.

5 *Prælati non debent recipere chartulas, quas ruſtici contra ſuos rectores clanculo offerunt.*

6 *Delatores occulti pernicioſiſsimi reipublicæ, & peiores furum*, & num. 29.

A Romanis fuerunt interempti, & è republica eiecti, num. 7.

8 *Detrahere ſecretò proximum interdictum iure diuino & poſitiuo, & peccatum conſtituit lethale.*

9 *Detractor homicida dicitur, quia nos priuat à fama*, & num. 11.

10 *Viuimus non ſolùm hac vita naturali, ſed etiam poſt mortem per bonum nomen & famam.*

12 *Detractio non ſolùm verbis, ſed ſcriptis fit.*

13 *Loquimur non minus per ſcripta, quàm per verba. Scripta manent, & perpetuant memoriam, & ſemper loquuntur*, ibid.

14 *Conuitium, quo proximum vocamus Iudæum, Sarracenum, aut hæreticum, aut ab eis ortum trahere ita ſcripto ac verbis fit.*

15 *Offerens libellum occultum contra alicuius puritatem cenſetur libellum famoſum confeciſſe, & lethaliter peccat, cùm ad aliud non poſsit deſeruire niſi ad infamandum proximum, & ſi bono fine fiat, raró deficiet odium, ex quo peccatum gignitur*, num. 17.

16 *Schedula ſimplex nihil probat, nec ſufficit ad inquirendum.*

17 *Peccatum raró deficiet in oblatione occulta libellorum ratione praui animi, & odij.*

18 *Delatores maculæ, & defectuum proximi ſemper fuerunt valde ſuſpecti.*

Conſilium eſt, vt omnes ſe abſtineant à ſimilibus delationibus, ibid.

19 *Offerens ſecretos libellos non ſolùm peccat, ſed tenetur ad reſtitutionem, quæ fieri debet eo modo, quo læſa fuit fama, & honor proximi*, num. 20. *Si falsò honor fuit ablatus ſe mentitum fateri debet*, num. 21. *Si autem verè, & infamia occulta erat, non tenetur palinodiam recantare, ſed ad ſæpiùs laudandum iniuriatum.* num. 22. *Si litteræ fuerunt oblatæ in aliqua communitate, vel tribunali, ibi fieri debet reſtitutio*, num. 23.

24 *Delatores falſæ maculæ grauiſsimis puniri debebant pœnis*, & num. ſeqq. *Non tamen eſt ſolitum*, num. 27.

25 *Libellum famoſum ſcribens ordinaria pœna punitur, etiamſi libellus careat nomine ſcribentis, aut offerentis*, num. 26.

Actio iniuriarum locum habet, dum quis prohibet honorem alicui decerni, ſub d. num. 26.

Denuncians malitioſè punitur, niſi pro ſe habeat vnum teſtem, vel famam, ſub d. num. 26.

Occultans alienum honorem, ſeu laudem furi ſimilis eſt, ſub d. num. 26.

28 *Tribunalia etiam læduntur ex oblatione libellorum falſa macula.*

30 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis non debent procedere ad ſpecialem inquiſitionem virtute libelli abſque ſubſtractione, ſed ad generalem tantùm,& qua forma,*num.31.

32 *Praxis Cathaloniæ apponendi arcam clauſam in atrio domorum viſitationis, vt litteræ ſecretæ contra ſyndicos proiiciantur, omnino velut pernicioſa damnatur.*

33 *Delatores ſecreti non omnino reiiciendi.*

34 *Libelli & ſchedulæ ſecretæ, nec plenè,nec ſemiplenè probant, nec indicium efficiunt, nec lædunt ei, contra quem fuerunt oblatæ,* num.43.

35 *Quod non ſufficit ad inquirendum, nec indicium facit,niſi ex ratione & cauſa iuſta,* num.38.

36 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*

37 *Argumentum à contrario ſenſu in legibus validum.*

39 *Veriſimilitudo ad inquirendum ſufficit, quæ ſi deficiat in ſecretis libellis ad nihilum proficient,*num.40.

Et tunc etiam per ſe nihil operantur, num.42.

41 *Libelli occulti continentes delictum abſque ſufficienti demonſtratione nihil ſunt, magna ſuſpicione laborant,*num.44.

45 *Dolus præſumitur ex actu clandeſtino.*

46 *Clandeſtinitas præſtat præſumptionem contra facientem.*

47 *Facta in occulto ſuſpicione non carent,* & num53.

48 *Actus nocte celebrati habent præſumptionem contra ſe.*

49 *Tenebræ aptiores ad malum.*

50 *In grauibus cum alterius detrimento non licet ex leuibus vagari cauſis.*

51 *Veritas ſecreto non eget, & vera loquens publicè exire oportet.*

52 *Libelli ſecreti ex malitia oriri præſumuntur.*

53 *Iniuſti magis ſunt, qui magis occultè procedunt.*

55 *Præſumptio eſt contra illum,qui inſtat, quod alteri graue inferatur damnum, præcipuè ſi non habeat intereſſe,nec commodum.*

56 *Delator, & teſtes ab eo nominati ſuſpecti valde ſunt, & præſumuntur inimici,* num.57.

58 *Inimicitia præſumpta ſicut vera à teſtimonio repellit,& ſufficit,ſi probetur per teſtes,aut per coniecturas,*num.59.

60 *Falſitas præſumitur ex clandeſtinitate proferentis.*

*Inſtrumentum factum clàm, & in abſcondito falſum præſumitur,*ibid.

61 *Suſpicio falſitatis tollit fidem,ſicut vera falſitas.*

62 *Delatio cum præſumptione malignitatis reiicienda venit.*

63 *Scriptura calumnioſa nullam in iudicio vim habet.*

*Inimici quando in cauſis puritatis ad teſtimonium admittantur,*ibid.

64 *Libelli occulti quando proſint,vel non, ad inquirendum?* & n. ſeqq. *Generales abſque ſubſcriptione, cauſa, nec veriſimilitudine nihil ſunt, nec ad inquirendum ſufficiunt, nec dum ſubſcriptionem habet, eius tamen auctor non apparet,* num.65. *Cum ſubſcriptione proſunt ad inquirendum, etiam ſine certa cauſa,nec demonſtratione, & in primis ab auctore recognoſci debent, & qua forma,*num.67. *Et conteſtes cum maxima cautela examinandi, & inſtrumenta, & ſcripturæ compulſandæ,* ibid. & num.68. *Sine ſubſcriptione,cum expreſſione teſtium accipi poſſunt ad illos generaliter examinandos, antequam commiſſarius inter ſe conferat,poſtea ſecus,*num.69.*Sine ſpecialibus interrogationibus,* num.70. *Et etiamſi proferantur poſt iter inceptum,dummodò informatorium non ſit clauſum, nec perfectū,* num. 71. & 73. *Et ſi accipiantur n. ʼam omnino fidem efficiunt, ni ad inquirendum,*num.75. & ſeqq.*Et ſi famam publicam, & teſtes afferant poſt informatorium perfectum accipi non debent,* num.78. *Si veriſimiles adducant rationes, & cauſas accipi poſſunt ad inquirendum etiam poſt informatorium clauſum,* num. 80. *Explicatur, & ponitur diſcrimen inter famam & ſcripturas,* num. 83. & ſeqq.

60 *Suſpicio efficit, vt maiori cum cautela res agatur.*

70 *Interrogationes ſpeciales non debent fieri ob ſecretos libellos, etiamſi habeant ſubſcriptionem proferentis.*

72 *Oblatio chartularum in tempore æquipollenti facta idem operatur.*

73 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius, & è contra.*

74 *Caſus æquipollentium numquam excluſus cenſetur.*

76 *Referens non plus efficit fidei,quàm relatum,* & num.77.

79 *Littera nullius ſuffulta auctoritate circa qualitates ſanguinis nihil probant.*

81 *Veriſimilitudo ad inquirendum ſufficit, & tollit præſumptionem falſitatis.*

*Et fidem præſtat probationibus alias inualidis,*num.82.

83 *Macula non minus probatur per famam communem, quàm per ſcripturas, & inſtrumenta.*

84 *Æquiparatorum eadem ratio, & effectus.*

85 *Fama res eſt incerta & fragilis, à maleuolis ortum capiens, expoſita captionibus, refugium inimicorum, & calumniantium, aſſerta in ſimplici ſcriptura ſuſpecta, nec quid veriſimile continet,* num. 86. & ſub num. 87.

87 *Perfecta ex imperfectis ſubuerti non debent.*

88 *Pœnitentia certa, ſacellus benedictus, inſtrumenta, & ſcriptura indiuidua maximam veriſimilitudinem continent.*

Probatio ex ſcripturis euidentior, quàm quæ per famam, ibid.

89 *Libelli aſſerentes maculam, quæ ex informatorio iam recepto non apparet ſuſpecti ſunt,* & num. 90.

90 *Notorium ab omnibus ſciri præſumitur.*

Fama præſumitur omnibus nota, ibid.

Scripturæ verum continere poſſunt, & ab aliis ignorari, ibid.

91 *Teſtes, aut cauſæ exiſtentes in receptis informationibus circa quamlibet ſuſpicionem contra prætenſorem ſufficiunt ad inquirendum, & conficiendum nouas informationes.*

92 *Libelli occulti, vt veriſimilem ad inquirendum cauſam præſtent, an continere debeant certum gradum deſcendentiæ, aut conſanguinitatis. Affirmatiua proponitur, & probatur, ex* num. 93. cum ſeqq. *Negatiua verior dicitur, & probatur, ex* num. 101. cum ſeqq.

94 *Expreſſio dicitur declaratio rei, ita facta vt intellectus non laboret in intelligendo, & dum indiuidualiter exprimitur,* num. 95 *Maximè dum requiritur pro forma,* num. 96. *Dum ex noua requiritur lege non ſufficit ſi generaliter interueniat,* num. 97. *Nec per æquipollens,* num. 98. *Certi gradus requiruntur cum omnibus ſuis qualitatibus,* num. 100. *Specialis magis mouet, quàm generalis,* num. 101. *Pro expreſſo habetur, quod ſufficit ex natura actus,* num. 106. & 107. *Et quod refertur in genere,* num. 108. *Maximè ſi ex eo colligatur, quod quæritur,* num. 109. *Facta in lege ob maiorem declarationem non coarctat regulam,* num. 112. *&* 113.

99 *Factum non ſufficit narrare niſi exprimatur modus facti.*

100 *Gradus certi regulariter exprimendi ſunt.*

103 *Probatio maculæ, & puritatis gradum certum non deſiderat.*

104 *Interpretatio dubiorum ſumenda eſt ex natura rei, de qua agitur.*

105 *Verba intelligenda ſecundùm naturam actus cui adhærent.*

106 *Expreſſum dicitur, quòd ſufficit ex natura actus,* num. 107.

Et quod in genere refertur. num. 108.

Si ex eo colligatur quod quæritur, num. 109.

110 *Diſpoſitio, quæ vnum refert gratia maioris claritatis reſtringenda non venit.*

111 *Alternatiua verificatur in qualibet eius ſpecie.*

112 *Exempla regulam non coarctant,* & numero 113.

114 *Probatio maior oritur ex aſsignatione certorum graduum.*

115 *Intellectus verus noſtri textus.*

CVM iudicium, in quo de probanda nobilitate, & puritate agitur arcanum omnino ſit, & occultè in omnibus procedatur, & ſit ſecreta inquiſitio circa qualitates inquiſiti facta per tribunal, ſeu communitatem, vt ſuprà 1. part. quæſt. 5. latè probaui, adeſt maior commoditas, & occaſio offerendi iudicibus ſecretos libellos, & chartulas contra puritatem, & nobilitatem prætenſorum, quia clandeſtinitas ſimilium iudiciorum anſam malignis, & calumniatoribus præbet ad plurima peſſima patranda, tum ad falſa ferenda teſtimonia, quia numquam publicantur, tum ad ſchedulas, ſeu libellos ſecretè offerendos, quibus falſæ maculæ, & defectus continentur, quia ſperant ſemper illius rei ignaros prætenſores exituros, ex quibus maxima oriebantur damna, iniuriæ, & calamitates, tam in honore, & integra eorum fama, quàm in expenſis, & dilationibus, quibus in dies prætenſores indebitè afficiebantur, & eorum familiæ prauo denigrabantur nomine, cùm tot regni, & reipublicæ damnis, quot ſuperiùs retulimus, quibus nunc ſanctio noſtra ſalubriter, & opportunè ſalutarem adhibet medelam, qua deinceps tanta præcludantur incommoda, ſic ſtatuendo. 1

Quòd ſimiles ſchedulæ, ſeu libelli occulti à nemine offerantur, à neminéque accipiantur, & accepti nullam mereantur fidem, ni quatenus ſpecialis ratio, ſeu veriſimilitudo in eis expreſſa ſuadeat, etiamſi teſtes aſſignent, publicámque allegent famam, licet tunc, ſi porrigantur antequam commiſſarius proficiſcatur ad prætenſoris originem, poterit teſtes aſſignatos examinare, ſicut per ſe poſſet, quamuis aſſignati in ſchedula non fuiſſent, qui fidem efficient, non quatenus citati, ſed quatenus examinati depoſuerint; poterunt etiam accipi ad inquirendum, ſi prætenſoris deſcendentiam à ſacellis benedictis, aut à pœnitentiatis per ſanctum Officium Inquiſitionis oriri afferant, & hoc per veriſimiles rationes, aut per inſtrumenta, aut per authenticas demonſtrent ſcripturas. Quod dubium, & quæſtionem noſtram in terminis diſputatam pro vtraque inuenio parte penes Hieron. Zaballos *comm. contra comm. quæſt.* 821. *à num* 10. *cum ſeqq. pluribus,* & apud Perezium de Lara *de anniuerſ. & capellan. cap.* 4. *à num.* 113. *cum ſeq.* 2

Quod quidem iuſtiſſimum eſt, & iure comprobatur ex textu celebri, *in cap. Inquiſitionis,* 21. *§ tertiæ dubitationis, in verſ. Nec ad petitionem eorum, qui libellum infamationis porrigunt in occulto procedendum eſt ad inquiſitionem ſuper contentis ibidem criminibus faciendam, de accuſat.* ex quo omnes DD. colligunt, quòd ſimiles occulti libelli, ſiue chartulæ nec vllam efficiant fidem, nec ad inquirendum mouere debent animos iudicum, vt ibidem tenet gloſſa *verb. in occulto,* vbi pro hoc adducit *text. in cap. quidam,* 2. 5. *quæſt.* 1. & facit *text. in cap. teſtes,* 3. *quæſt.* 9. *l.* 3. *cum l. ſeq. de famoſ. libell. in C. Theodoſiano, cap. licet Heli, de ſimonia, l. vn. C. de famoſ. libell. l.* 3. vbi Greg. *gloſſ. pen. tit.* 9 *p.* 7. & tenent ordinarij omnes *in d. cap.* 3

inquiſitio

inquiſitionis. Abb.*num.*4. Fel.11. Ioan. Andr.6. Butr.
22. Ioan. Annan.2. Franc. Atetin.6. Marian.Socin.
ibidem, *& in cap. qualiter & quando.* 2. *de accuſat.*
Nauarr.*tom.*2.*rubr.de iudiciis*, §.13. *num* 62. Greg. *in*
*l.*3.*gloſſ.*5. *tit.*9.*part.*7. Hier. Zaballos *in d.quæſt.*821.
a num. 19. *cum ſeqq.* vbi adducit Boſſium *in pract.*
crim. tit. de indiciis, *num.*7. Simanc. *de cathol.inſtit.*
*tit.*44. *num.*10. *in fin. & in Enchirid. tit.*22. *de inqui-*
ſit. num. 8. Iul. Clar. *in praxi*, §.*fin. quæſt.*5. *num.*4.
circa medium, vbi ait; quòd omnes, contra quos
fuit proceſſum ex huiuſmodi denunciationibus fa-
ctis per perſonas incertas & occultas fuerunt per
Senatum abſoluti, & ſpecialiter alios refert Baiard.
ad eumdem Iul. Clar. *in d.* §. *fin. quæſt.*73. *num.*41.
Seguta *in director.iudic.*2.*part. cap.*3.*num.*10. Auiles
*in cap.pretor.verb.En iuſticia,num.*18. Menoch. *conſ.*
94.*num.*18.*&* 12.*vol.*1. Iac.de Graff. *de caſib.reſeruat.*
*lib.*1.*cap.*19.*num.*9.*&* 10. latè Maſtrill.6. *de magiſtr.*
*cap.*2.*ex num.*47. *maximè* 49. Aldrete *de religioſa di-*
*ſciplina tuenda,lib.*1.*cap.*7. *num.*29. *&* 30. Fr. Ant. à
Souſſa *in aphoriſmis Inquiſitor. lib.*2.*cap.*3. *num.*11.
4 † Nec iudices memorialibus ita clanculo emiſſis
fidem debent adhibere, nec illicò maculam, ſeu
delictum in eis contentum inquirere aduersùs ho-
norem, & bonam familiæ & generis famam; ma-
ximè poſt completas puritatis, & nobilitatis in-
formationes, ex quibus ſufficienter qualificati ex-
tant prætenſores ad quorum diffamationem, & ho-
noris amiſſionem, aut ſaltim cum eius periculo ſce-
leſti quodam homines, & vt plurimùm eadem quam
aſſerunt fæce coinquinati, non zelo iuſtitiæ, ſed
ex odio & malitia particulari fabricare conſuene-
runt ex his, quæ notantur ab ſpeculatore *tit. de in-*
5 *quiſit.* §.2. *verſ.Vt autem,*† vbi ſubdit, quòd prælati
non debent paſſim recipere chartulas, quas fre-
quenter ruſtici contra ſuos Rectores clanculo or-
ferunt, *ex text. in cap. Sacerdotibus*, 41. *circa me-*
dium, 11. *quæſt.*1. cui adde optimum textum *in cap.*
*cum in iuuentute.*15.*verſ.Quia tamen eius ſuggeſtio non*
de charitatis radice procedere videbatur, noluimus aures
noſtras quaſi malignis delationibus inclinare, *de præ-*
ſumpt. & tenet Balthaſar Altamirano *tract.de viſitat.*
6 *in verbo*, *à metropolitanis vero*, *num.*69. † Sunt enim
huiuſmodi delatores pernicioſiſſimi reipublicæ, &
deteriores, quàm qui ſubſtantias,& aliorum prædia
diripiunt, vt *ex cap.deteriores.* 15. *cap. ex meritò.*13.
6. *quæſt.*1. & tenet *d.gloſſ. verb. in occulto in d.cap. in-*
7 *quiſitionis.*Maſtrill. *num.*48. *citato loco.*† & ob id non
ſine cauſa à Romanis fuerunt interempti, vt refert
Plinius *lib.*2. *in panegyrico ad Traianum*,&Conſtan-
tius Imperator illos in republica adeſſe prohibuit;
vt habetur *in l.pen. C. de delator. lib.* 10. nam, vt in-
quit Plato *in Comedia* 18. *in ſticho*, *nemo in iſtis de-*
lationibus libellorum curioſus eſt, *qui non ſit maleuolus*,
faciunt tradita à Bouad. 5. polit. cap. 1. num.75. &
ſeq.Maſtrill.54.ſupra.
8 Quod non iure tantùm poſitiuo procedit, ſed
& diuino hoc prohibitum extat, vt in Pſalm.100.6.
Detrahentem ſecreto proximo ſuo hunc perſequebar,
& ex D. Auguſt. refertur, *in cap. nimium ſunt in-*
quieti. 37. §. *item ſi ſemper*, *& in cap. qui peccat*,40.
in princip. 23. *quæſt.* 4. & refert etiam *d.gloſſ. verb.*
in occulto, ad tradita per D. Th. 2.2. *quæſt.*73.*art.*1.
ad 3. vbi Bañez & Saloo. *art.*2. Sotum *lib.*1. *de iuſt.*
& iure, *quæſt.*15.*art.*1. *ad* 3. Mol. *de iuſt.tract.*4.*diſp.*
27. Petr. Nauarram *de reſtitut. lib.*2. *cap.*4. *a num.*
104. *cum ſeqq.* Rebellum *de obligat. iuſt. lib.* 4. *de re-*
ſtitut. quæſt. 1. Azorium *inſtit. moral.* 3. *part. lib.*13.
cap. 15. qui omnes firmant, detrahentem ſecretò
proximo ſuo mortaliter peccare.
9 Quare detractor homicida Ioan. 1. *canonic. cap.* 3.
Omnis qui detrahit fratri ſuo homicida eſt, *& omnis ho-*
micida non habet partem in regno Dei, & ſanctus Cle-
mens detractionem inter genera homicidiorum re-
cenſuit, *in cap. homicidiorum*, *de pænit diſt.*1. † Nam 10
non ſolùm viuimus hac vita naturali, ſed etiam poſt
mortem bono nomine & fama,qua apud alios viui-
mus,vt dixit D.Auguſt. *in cap.non ſunt audiendi*, 11.
quæſt. 3. *& in cap. nolo.* 12. *quæſt.*1.*dixi ſuprà* 1. *part.*
quæſt. 1. § 3. maximè *num.*7. *&* 8. † & ſi detractor 11
nos priuat fama,& bono nomine, priuat etiam vita;
ſicuti explicuit gloſſa *verbo,detrahit.in d.cap. homici-*
diorum.
Quæ detractio non tantùm fieri poteſt verbo, vt 12
prædicti loquuntur DD. ſed etiam in ſcriptis, vt in
ſpecie noſtra, tum quia eodem modo loquimur per
ſcripta,ac per verba,*text.in l. lex Cornelia.*5. §.*fin. &*
in l.item apud Labeonem. 15.§ *hæc autem ferè*, *de iniu-*
riis, §. *iniuria autem*, *inſt.eod.* Ant. Gom. *lib.* 3. *var.*
cap. 6. *num.*1. Iacob. de Graff. *in deciſ. caſuum con-*
*ſcientia.*17. *num.*2. *lib.*2. *part.*2. † tum etiam, quia 13
maior iniuria eſt, quæ fit in ſcriptis, quam per ver-
ba, quia hæc volant, & deficiunt; ſcripta verò ma-
nent,& perpetuam memoriam,*ex text.in l.Arriani*,6.
C. de hæret. tenet Maſchard. *de probat. lib.*1. *quæſt.*6.
*num.*28. *in fin.* & ſemper loquuntur, Craueta *de in-*
*demnitate mulierum ex ſtatuto Ferrariæ,num.*31. atque
ita ſpecificè docet Mart.Bonacina 2. *tomo, tract.de re-*
*ſtitut diſp.*2.*quæſt.*4.*punct.*9.*num.*2. Iac.à Graffio *de ca-*
*ſib.reſeruat.lib.*1.*cap.*19.*num.*7.
Vnde fuit, quòd cùm dicens proximum ortum 14
fuiſſe ex Iudæis, aut à Sarracenis, aut hæreticis in
eius abſentia mortaliter peccet ſi talis defectus, aut
non verus ſit, aut occultus maneat, ſecundùm Mol.
*tom.*4.*de iuſt.diſp.*16. *num.*5. Azorium 3. *part.inſt.mo-*
*ral.lib.*13.*c.*7.*dub.*2. Medina *in inſtruct.quæſt.*14.§.3.
Bonacina *d.diſp.*2.*quæſt.*4.*punct.*2.*num.*11. & alios ci-
tatos ſuprà quæſt.1.gloſſ.5.ex num.11.cum ſeqq.ita
ſimiliter, ſi defectus ille ſcriptis tradatur, alicuiue
mittatur,vt ei ſit notus, erit mortale peccatum de-
tractionis,quod omni caret dubio.
Et in noſtra ſpecie, qui clanculo tacito ſuo nomi- 15
ne ſchedulam iniurioſam mittit, aut defert ad Tri-
bunal,ſeu communitatem, ſeu ad iudicem circa ali-
quem ſimilem defectum cenſetur libellum famoſum
confeciſſe,ſi hoc efficiat; vt de eo inquiratur,aut ad
proximum infamandum, ſecundùm Mol.*d.tract. de*
*iuſt.*4.*diſp.*30.& Finell *caſu* 12.& ex eis voluit,& be-
nè declarat Mart. Bonacina *d. tract.de reſtitut.diſp.*2.
*quæſt.*4. *punct.*9. *num.*5. Iac. de Graff. *de caſib.reſeru.*
*lib.*1.*c.*19.*n.*9.*&* 10. vbi extendit etiamſi contra in-
centem diffamatur *ex gloſſ.in l.eum qui,de iniur.*& Tur-
recremat *in iure* 5.*q.*1. & ita grauiſſimè peccat, quia
ſi defectum falſum defert,nullum eſt dubium,ſi ve-
rum & occultum ſimiliter peccat, cum exinde nul-
lus bonus poſſit oriri effectus. † quia ſchedula illa 16
nihil per ſe probat,nec ad inquirendum ſufficit, vt
in d.c.inquiſitionis, §.*tertia dubitationis,de accuſat*, ita
vt tantùm deſeruiat ad proximum infamandum, in
quo conſiſtit peccatum.
Et licèt dum verum ſchedula defectum refert,qui 17
poſſit probari,deficere poſſit peccatum, ſi cum bono
fine, & intentione fiat ob bonum videlicet publi-
cum,& vt veritas pateſiat, ex Turrecrem. *in* §.*fin.*5.
*q.*1. Iac. de Graff. citato loco *n.*13.*&* 14.tarò tamen
eueniet, quòd animus nudus ſit ab odio, & à praua
proximum lędendi intentione,& gaudendi ſuo damno
immò vereor, quod ita ſemper eſt,quo ſine plerum-
que cellulæ offeruntur prædictæ, & ideò tarò defi-
ciet peccatum, & grauiſſimum quidē etiamſi cauſas,
& teſtes aſſignent, quibus macula poſſit probari, vt
benè docuit Martin. Bonacina, & relati per eum

18 citato loco. † Et quidem ſemper prauè iudicatum vidi de inteotione, & fine ſimilium delatorum, qui ſponte maculam occultam deferunt, & pletumque vidi inimicos eſſe, & præceſſiſſe rixas, & diſcotdias inter offerentes, & prætenſores, aut eorum maiores ſiue cognatos, qui cauſa & ſtimuli fuerunt ad ſimiles defendendas maculas, io quo tarò, aut numquam meo videri ſaltim in intentione, & fine poterit deficere peccatum mortale, pro quo faciunt tradita per Ang. *conſ.* 233. *in cauſa*, *col.*3. Parlſ. *conſil.* 15. *num.* 30. *lib.*2. *& conſ.* 151. *num.* 16. *vol.* 4. Menoch. *conſil.* 149. *num.*22. *lib.*2. cum adductis ſuprà præced. quæſt. gloſſ. 1. num. 9. & gloſſ. 5. uum. 30. & 31. & infrà h. q. oum. 55. & ſic conſulo, vt ſe omnes abſtineant à ſimilibus ſchedularum oblationibus aduersùs inimicos, & proximorum honorem, & puritatem, vt peccatum effugiant, & ſimul ſiniſtram ſuſpicionem, quæ ſemper oritur contra ſimiles delatores, quod & eſt de meote prædictorum Doctorum.

19 Ex quibus ſequitur primò, quòd ex prædictis ſectetis ſchedularum oblationibos non ſolùm oritur peccatum lethale, vt dixi, ſed etiam obligatio reſtituendi, ſaltim dum macula vera non eſt, aut manet occulta, quæ ad tacendum obſtringat, quia in bis ſpeciebus contra iuſtitiam honor læditur proximi, vt tenent relati Doctores, & Summa, Armilla & Syluester *verb. libellus.* Mol. *de iuſt. & iure*, *tract.*4. *diſp.* 35. *num.*6. Zecbius *de caſibus reſeruatis. caſu* 17. Nauarr. *in cap. Sacerdos*, *num.*6. *de pœnit. diſt.* 6. Petr. à Plaça *in Epitome delictor. lib.* 1. *cap.*3. *num.*4. Iacob de Graff. *deciſ.*138. *num.* 17. relati à Proſp. Farinac. 3. *tom. praxis crim. quæſt.*105. *num.* 436. & Mart. Bonacina *d.diſp.* 2. *de reſtitut quæſt.*4. *punct.* 9. *num.* 7. *verſ. Quod verò teneatur*, in quo oullum dubium eſt.

20 Eſt igitur, & magnum circa modum & formam reſtitutionis, & quidem illud mihi certiſſimum eſt, qood fieri debet eadem forma, & modo, quo honor, & bona fama ablata, & publicata fuit, itavt ad æqualitatem cauſæ infamantis reduci debeat honoris reſtitutio; & ſi publicè infamia fuit ſparſa, publicè reſtitutio fiat, vt ex Saa, *verb. infamare*, *num* 8. & Sayr. *in claui regia*, *lib.* 12 *cap.*4. *num.*9. Petr. Nauarra *de reſtitut. d.lib.* 2. *cap.*4. *num.* 442. & declarat *in num.* 443. Mart. Bonacina loco proximè citato *num.* 8. optimè Iac. de Graff. *de caſib. reſeruat. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 30. Reginald. *lib.* 10. *num.* 357.

21 Et ſi macula, ſeu infamia publicata falſa fuit, tenebitur libellum conficiens falſitatem fateri, & ſe meotitum fuiſſe, vt docent communiter DD. nonnullis reſtagantibus, ex Petr. Nauarra citato loco *num.* 175. *cum ſeqq.* vbi latè rem diſputat, Soto *de iuſt. lib.*4. *quæſt.* 6. *art.*3. *in ſolut. ad* 4. Scoto *quæſt.* 4. *art.* 1. Molina *de iuſt. tract.* 4. *diſp.* 41. *num.*3. *&* 4 Rebell. *de obligat. iuſt. lib.* 4. *quæſt.* 13, *num.*7. Sayr. *Claui reg.* citato loco *cap.*3. *num.*23. Salon. 2. 2. *quæſt.* 62. *art.*2. *controuerſ.* 13. *concluſ.* 2. licèt contrarium quoad recantandam palinodiam ſentiat Mart. Bonacina citato loco *puncto* 15. *ſub num.*4. *verſ. Non exiſtimo tamen*, & verè neſcio cauſam dubitationis, quia nec aſſignata per Bonacinam conuincit; nec ego inuenio condignam ſatisfactionem honoris ſemel iniuſtè ablati; & verè tales diffamatores, & falſi detractores externo iure grauiſſimis puniri debebant pænis admodum flagitij honoris ablati, qui eſt pretioſior gemma omnium bonorum externorum, & cuius læſio difficilè curatur, & recuperatur difficiliùs, itavt nemo condignam adhibere ſatisfactionem valeat, atque ita palinodiam cantandam io ſpecie propoſita probant ſumma Angelica *verb. libellus*, *num.* 2. *in fin.* Iodoc. *in pract. crim. cap.* 125. *poſt num.*6 adducti per Farinac. *in dict.* 3. *part. quæſt.* 105. *num.* 437. † Dum verò in libellis 22
continetur macula, ſeu infamia vera, ſecreta tamen, ad cuius arcanum omnes ſcientes obſtricti erant, non tenetur infamans palinodiam recantare, nec falſum dixiſſe fateri, ſed tantùm ad laudandum ſæpiùs infamatum coram eiſdem apud quos diffamatio præceſſit, quod ſufficiet io hac ſpecie ad condignam ſatisfactionem, de quo contra alios alibi dixi, cum Molina. Leſſio, & aliis apud eumdem Bonacinam *d.punct.* 15. *num.*2. † vnde prouenit quòd offerentes prædictas chartulas, 23
ſeu libellos in communitatibus & tribunalibus, in quibus agitur de probandis qualitatibus iofamati, tenebuntur eius famam & honorem reſtituere apud eadem tribunalia, & communitates, coram quibus diffamatio, & chartularum præceſſit oblatio ſeruata eadem forma in reſtitutione, quæ fuit in diffamatione, itavt reſtitutio fiat eodem modo, quo videatur æquè honorem manere compenſatum, ac læſus fuit; ſecundùm æſtimationem, & arbitrium boni, ac ſapientis viri, & prudentis confeſſarij, ex præcitatis.

Infertur ſecundò, quòd ſimiles proximi iofa- 24
miæ canes latratores, falſi, & iniuſti detractores etiam in foro fori puniri debebant cum grauiſſimis, & pertimeſcendis pœnis, vt in Sicilia aliquando factum commemorat Maſtrill. *num.*49. loco citato, maximè poſtquam falſas, & improbas ſuas eſſe aſſertiones conſtiterit, quia certè eorum facinora grauiſſima, & horribilia ſunt, quibus nullus eſt honor, qui à maleuolis hiſce hominibus non proſternatur, & denigretur, quibus Satan vtitur ad ſeminandum paſſim in republica perturbationes, & ad maxima patranda facinora, cùm tot regni damnis, & animarum pernicie, quot in præterita recenſuimus quæſtione, quare iſti ita iure ſunt odioſi, vt ex leuiſſima ſoleant torqueri cauſa, vt *in cap illi, qui*, 1. *quæſt.*5. animaduertit Marc. Ant. Genuenſ. *in practicab. Eccleſ. quæſt.* 685. *num.*5. † Pro quo iure facit, quòd ſcribens libellos 25
infamatorios aduersùs alicuius honorem punitur ordinaria pœna impoſita contra libellos publicantes, vt ex mente omniom Legiſtarum, & Caooniſtatum probauit Farinac. *in d.quæſt.*105. *num.* 470. vbi Turrecrematam, Bonifac. de Vital. & quamdam Pij V. conſtitutionem recenſet, quæ plurimùm huc conducit, † etiamſi careat libel- 27
lus nomine illius, qui eum ſcripſit, publicauit, aut obtulit, in quauis communitate *ex text. in d. l. lex Cornelia*, 5. §. *ſi quis librum*, 9 ibi, *Vel ſine nomine*, *de iniur & famoſ. libell.* Summa Armilla *verb. libellus*, *verſ Pertinet ad detractionem.* Iul Claro *in pract. crim.* §. *fin. quæſt.* 68. *num.* 26. *verſ. Libelli famoſi auctor.* & poſt omnes Farinac. citato loco *num.* 473. Et iniuriarum pœna locum habet aduersùs eum, qui prohibet honorem alicui decerni, provt hi delatores conantur, ſecundùm Bald. *in l obſeruare*, §. *antequam*, *num.* 3, *de off. proconſ.* Corduba de Lara *in l. ſi quis à liberis*, *in princ. ex num.* 30. *de liber. agn.* Gracian. *diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 110. *ex num.* 23. Gerardo *ſingul.* 33. Sicut malitioſè deouncians puniri poteſt, Couarr. *var.* 2. *c.* 9. *n.* 1. Menoch. *de arbitr. caſu.* 321. vbi *n.* 33. ait, quòd poteſt conueniri actione iniuriarum, cui conueniunt Clar. *lib.* 5. §. *iniuria*, *in princ. & §. fin. quæſt.* 53. *n.*4. *& quæſt.* 62. *n.* 4. Viuio *tom.* 1. *com lib.* 4. *tit.* 10. *n.* 67. *pag.* 520. Maſch. *concl.* 24. *& concl* 36. *n.* 44.

&

& ſeqq. niſi pro ſe habeat vnum teſtem. Menoch.
ſupra ex num.7. & caſu 177. *num.8. & 9.* Maſch.
d.concl.24 num.11. Syluan. *conſ.51.num.14.* Rota
Bonon. *deciſ.46. vel publicam famam.* Iaſſ. *in l.1.*
num. 23. de eo per quem factum erit. Bonacoſ. *com.*
crim. part. 1. verb. accuſator. fol. 5. & part. 1. verb.
communis opinio, fol. 12. Clar. *§.fin. quæſt.62. num.*
8. Menoch. *de arbitr. d. caſu. 177. num.12. & d. ca-*
ſu. 321. num. 29. & conſ. 145. num. 24. Guido *de-*
ciſ. 449. Dueñas *reg. 268. verſic. Quinto fallit.* &
alienum honorem, ſeu laudem occultans furi
comparatur, & eiſdem pœnis dignus eſt, *vt arg.*
l. hereditarium. 68. in fin. ad l. falcid. & Iaſſ. *in tit.*
inſt. de act. in fin. tenet Gracian. *diſcept. cap.111.*
num.23. quæ omnia, & alia, quæ ad propoſitum
afferri poterant in noſtra ſpecie locum habere, nul-
27 li dubium erit, † ita vt iudices tribunalium, in
quibus puritatis informationes capiuntur, & qui
iuriſdictionem ad puniendum habent, poſſent
ſimiles punire huius grauiſſimi delicti pattato-
res; ſed video; ita fieri, non eſſe ſolitum, ne
fortè pœnas pertimeſcentes ſe abſtineant à macu-
lis prætenſorum aperiendis, quia ita fieri valde
conuenit, & eſt propirium ipſiſmet communita-
tibus, & tribunalibus; ſed nihilominus iuſtiſſi-
mum, & opportunum erat valde, quòd aliquando
falſi delatores punirentur, ad reprimendum ali-
quorum audaciam, qui valde ſunt voraces in de-
trahendo, & deſtruendo alienum honorem, cuius
conſeruatio, & integritas communiter intereſt; &
licèt falſas aperire maculas timendum veniret,
non verò veras recti, & boni viri tacere curarent,
ex qua non ſolùm puniri non debent, verùm &
laudandi ſunt, ſi vocati, & legitimè interroga-
ti id efficiant, quorum vtrumque ipſis conuenit
28 tribunalibus, † quæ etiam læduntur, & dehone-
ſtantur ex læſione honoris nobilium, quia aut
eis carent ratione falſæ aſſertionis, aut ſi eos ad-
mittant, non tamen carent dehoneſtatione, quæ
licèt falſa appareat, non id notum omnibus eſt,
qui impoſitam norunt maculam, itavt ex ſimili-
bus detractionibus etiam tribunalia, & commu-
nitates valde læduntur, & debebant eas non
admittere, & aliquando earum punire auctores.

29 Infertur tertiò, quàm verum ſit, quod ſuperiùs
per tranſennam tetigi, circa hos falſorum criminum,
& infectionum delatores, qui iudicibus & commu-
nitatibus clanculo libellos, & fictitias chartulas of-
ferunt, nempe maligniores furibus eſſe, & deteſtabi-
liores, quàm deuaſtatores agrorum, vt probatur *in*
cap. deteriores, 15.6. quæſt.1. cap. detractores, 10. 3.
quæſt.4. & ex aliis iuribus docuit Bobadilla *in poli-*
tica, lib.3. cap.6. num.28. & lib.5. cap.1. num.74. vbi
ſubdit. *Y con forme a derecho a ſu instancia y requiſi-*
cion priuada o publica, no debe el juez hacer informa-
cion, ni proueer coſa alguna, ex dict. cap. inquiſitio-
nis, & iuribus ſimilibus ſuperiùs adductis, *& in*
d. cap.1. num. 75. verſ. Eſtos delatores, refert optimè
horum delatorum mores, & damna reſpublicæ ex
eis prouenientia, quæ omnia maiori cum ratione,
locum habere debent in cauſis puritatis, de quibus
loquimur, quæ ob ſuam clandeſtinitatem, & ex-
quiſitam formam magis expoſita ſunt calumnian-
tium verſutiis, & cautelis, quàm cætera iudicia, vt
ſuprà ſæpius dictum manet.

30 Infertur quartò, quàm iure procedat opi-
nio volentium, quòd Inquiſitores hæreticæ pra-
uitatis non poſſunt procedere, nec ad inquiren-
dum, nec puniendum crimen hæreſis contentum
in libellis clam abſque vllius ſubſcriptione obla-
tis, nec quidem ad examinandum teſtes in eis
relatos, cùm res ſit multùm ſuſpecta, & im-
probis anſa daretur infamandi, quos voluerint,
quod eſt peſſimi exempli, nec ſequendum in no-
ſtris ſæculis, quæ plena ſunt malitiis, & in-
uidiis hominum, vt rectè defendunt Iacob. Si-
manc. *de cathol. inſt. tit. 44. num. 10. in fin. &*
in Enchirid. viol. relig. tit.22. de inquiſit. num. 8.
pag. 27. Læl. Zech. *in ſumma. 1. part. tit. de fide*
rubr. de hæreſi, cap. 11. num.12. verſ. Declaratur
verò, quos refert & ſequitur Farinac. *de hæreſi.*
quæſt. 185. l. 5. num. 68. vbi ſic practicari aſſerit
in ſupremo vrbis ſanctæ, & generalis inquiſi-
tionis tribunali (quem nouiſſimè refert & ſe-
quitur Fr. Ant. de Souſſa *in aphoriſmis Inquiſit.*
lib.2. cap.3. num.11.) & improbat opinionem Lu-
douici à Paramo *de orig. Inquiſit. lib. 3. quæſt. 6.*
à num. 91. cum tribus ſeqq. volentis, † quòd te- 31
ſtes aſſignati in prædictis libellis occultis poſ-
ſint per Inquiſitores examinari maxima cautela,
& prudentia adhibita, & tacito nomine denun-
ciati, nempe interrogari generaliter de ſcientia
alicuius hæreſis, & poſtea magis ſpeciatim de
aſſerta hæreſi, & denique, ſi negauerit, ma-
gis ſpeciatim de loci, & temporis circunſtan-
tiis, in genere tamen ſine expreſſione perſona-
rum, nec certi diei, nec loci prout mos eſt in
ſanctæ Inquiſitionis officio, articula interroga-
tionum concipere, & magis in ſpecie explicat
Paramus citato loco *num. 94.* à quo non pluri-
mùm diſſentio, cùm hoc fiat abſque iniuria de-
nunciati, cuius nomen teſtibus, vt eum agno-
ſcant proponi non debet, & ſi nihil contra eum
aſſerant ab iniuria & infamia incolumis manet,
vt ſubdit Paramus ipſe *in d. num. 94. in fin.* &
hoc magis indubiè in practica adduci poterit,
ſi teſtes in primis generaliter interrogentur de
hæreſi in abſtracto, & poſtea, ſi audierunt, aut
viderunt talia verba dicere, aut actus facere
ſine alia interrogatione magis ſpeciali, quæ eſt
vltima, quæ ſolet fieri in ſancto Officio, &
hac in ſpecie omitti conſulo, vt omittantur pe-
ricula, quæ ex contraria euenire ſolent, licèt
tunc etiam poſſit malitia eſſe ex parte ſcriben-
tis, annotando in litteris inimicos, & æmulos;
ad præſtandam anſam vindictæ, & calumniæ,
& ſic prudenter hac opinione vtendum eſt, pro
quo facit dictum Zabarelæ, qui *in d. §. tertia du-*
bitationis, num. 7. dixit, quòd licet ex ſimilibus
cedulis non ſit formanda inquiſitio, tamen poſ-
ſunt eſſe quædam excitationes ad formandum in-
quiſitionem, & ſequitur Iac. de Graſſ. *de caſib.*
reſeruat. lib. 1. cap. 19. num.11. in fin. & condu-
cunt tradita per Mol. *de iuſt. & iure, tom 3.*
tract.4. diſp.35. ſub num.2. vbi non benè ſenſit de
aſſenſu cuiuſdam Inquiſitoris nolentis ſecretò in-
dagare circa hæreſim contentam in ſchedula ſe-
creta, *per d. §. tertiæ dubitationis*, in quo tantùm
prohibetur publica inquiſitio ex libellis ſecretis,
non verò occulta ad præcauendum damnum ſi
quod in futurum euenire poſſit, & benè conſi-
derat Maſtrill. 6. *de magiſtrat. capite 2. ſub nume-*
ro 53.

Infertur quintò, quòd praxis Cathaloniæ ap- 32
ponendi arcam paruam clauſam in atrio domo-
rum viſitationis, vt hora occulta valeant cedu-
læ, & memorialia ſecretè apponi contra iudi-
ces & officiales viſitandos, perquàm dura & rigida
eſt exiſtimanda ex dictis, & quia occaſionem ma-
leuolis, & inimicis præſtat ſe iniuſtè vlciſcendi ma-
chinis, & fallaciis, & affligendi iniuriis, & falſis im-
poſitionibus prædictos iudices, & officiales, & cautè

iudices viſitationis his cellulis vti debent, vt ex
Petro Gregorio ſyntagm. iuris, lib. 32. cap. 12. num. 8.
verſ. Idque circa iudicij formam, docet nouiſſimè
Gabriel Berart. de viſitat. cap. 3. num. 65. & ſeq. vbi
33 ſubdit, † quòd non omninò ſecreti delatores ſunt
reiiciendi, quia dum delicta publicè deferre non
audent, ſecretè ea eiiciunt, & veritate aliquando ni-
tuntur, & ad eorum probationem per plurimùm
deſeruiunt, ſecundùm Maſtrill. de magiſtrat. lib. 6.
cap. 2. num 53. Bobadillum d. lib. 5. politica, cap. 1.
num. 75. Molina proximè citato loco. Maſtrill. dict.
num. 53.
34 Infertur ſextò, quod ſchedulæ, & libelli prædi-
cti occultè oblati abſque alicuius ſubſcriptione,
nec plenè, nec ſemiplenè probant, nec quidem
vllum indicium, nec ſuſpicionem efficiunt, vt pla-
nè conſtat eod. cap. inquiſitionis, §. tertia dubitationis,
de accuſat. & ſimiliter ex noſtro textu in ſuprà rela-
tis verbis, & ratione probatur, nam ſi ad inquiren-
dum ſufficit qualis qualis præſumptio, indicium, ſeu
diffamatio, ex text. in cap. ſicut nobis. 9. §. ſuper quo, vbi
gloſſ. pen. de teſtib. Salic. in l. ea quidem, num 41. C. de
accuſat. Ang. de maleſic. in verb. hac eſt quædam inquiſi-
tio, §. 2. Principaliter in hac materia, num. 30. &
Boſſio, tit. de inquiſit. num. 8. & 61. adhibita diſtin-
ctione Iulij Clari in pract. quæſt. 2n. verſ. Ad for-
35 mandum, † & prædicti libelli, ſeu ſchedulæ, nec
ad inquirendum ſufficiunt, ſequitur planè, quòd
nec indicium, nec quidem minimam conſtituunt
præſumptionem, quod & apertè probatur in d.
§. tertia dubitationis, verſ. Ad hac reſpondemus, iun-
cto verſ. Nec ad petitionem, & ex noſtro textu in il-
lis verbis, No ſe les de credito, in hagan fee, quæ
ex ſubiecta materia, quatenus ſubeſt, nec ad in-
quirendum ſufficere, non tantùm ſunt intelligen-
da de fide plena, ſed etiam de qualibet præſum-
ptione, ſeu indicio, quia ſi aliquod efficerent, ſuf-
ficeret ſaltim ad inquirendum, quod etiam ne-
gatur hoc in loco in verſ. Y ſolo ſe puedan admitir en
36 orden a inquirir, † quæ verba conſtituunt exceptio-
nem præcedentium, & formant regulam in con-
trarium, ex text. in l. nam quod liquido, 4. § fin. de
penu leg. l. cum Prætor. 12. in princ. de iudic. l. Tribu-
nus. 20. §. fin. de teſtam. milit. Couarr. in cap. alma
mater, 1. relect. part. §. 11. num. 15. de ſent. excomm.
lib. 6. Nicol. Euerard. qui plura iura adducit loco, 9.
de except. ad regulam, num. 11. Zephal. conſ. 150.
num. 16. tom. 1. Ang. Barboſa axioma, 85. num. 4.
pag. 53. cum adductis à Card. Tuſcho practic. concl.
verb. exceptio, concl. 421. per totam.
37 Sed obſtant verba illa eiuſdem textus, No ſe les
de credito ni hagan fee, ſi fueren generales, y no die-
ren raçon particular de las coſas que contuuieren,
quæ demonſtrant, quòd ſecreti libelli cauſam,
& peculiarem maculæ aſſignantes rationem ple-
nam efficiunt fidem, per argumentum à contra-
rio ſenſu, ſecundùm text. in l. 1. §. huius rei, de
offic. eius, l. qui teſtamento. 20. §. mulier. 6. de te-
ſtam. l. ſequens quæſtio. 68. de leg. 2. cap. cum Apoſtoli-
ca. 7. in fin. de his quæ fiunt à Prælatis ſine conſen-
ſu Cap. & cap. cum virum. 12. de regular. Petr.
Surd. de aliment. tit. 5 quæſt. 3. num. 75. & quæſt. 11.
num. 2. Ioan. Neuizanc. lib. 1. ſylua nupt. Non eſt nu-
bendum, num. 2 2. Franc. Mantica de coniecturis
vlt. vol. tit. 14. & ſeq. num. 11. & de tacitis & am-
big. conuent. tom. 1. lib. 2. tit. 14. & iura congeſta per
Nicol. Euerard. loco à contrario ſenſu. & per Au-
guſt. Barboſa loco. 27. à num. 1. cum ſeqq. vbi latiſſi-
mè pag. 311.
38 Sed intelligi oportet prædicta verba ſecundùm
inferiùs poſita, & à me paulò ſuperiùs relata,

Y ſolo ſe puedan admitir en orden a inquirir y no
para otro efeto, vbi poſtquam prohibetur prædi-
ctas accipere literas, ni rationem, & cauſam
maculæ peculiarem demonſtrent, ſubiungitur
quòd caſu illo, & aliis, quibus accipi, & ad-
mitti permittuntur, ſit tantùm ad effectum in-
quirendi, non vt fidem accipiant, nec per eas
mereantur in minimo credi, ita vt ſi ſimplici-
ter loquantur abſque ratione, & cauſa maculæ,
quam referunt, nec fidem efficiant, nec ad in-
quirendum proſint, nec vllum omnino operen-
tur effectum, ni ad teſtes, quos ſignauerint,
examinandos, vt in ſpecie, de qua infrà in ca-
ſu. 3. concluſ. Si verò cauſam veriſimilem de-
monſtrent deſcendentiæ à pœnitentiaris per ſan-
ctum Officium, aut à ſacellis benedictis ex af-
fixis in Eccleſiis proficient, ſolùm ad verita-
tis inquiſitionem, vt patet ex inferioribus ver-
bis, Que veriſimilmente induzgan el animo a que
no es malicia, † nam ex veriſimilitudine, quam 39
afferunt, deducitur ſaltim præſumptio ſufficiens
ad inquirendum, ſecundùm text. in cap. conſti-
tutus, 45. ibi, quia veriſimiliter non videtur, de
teſtib. cum adductis à Franc. Mantica de conie-
ctur. vltim. volunt. lib. 1. tit. 1. num. 8. & Petr. Ant.
à Peña de fideicomm. quæſt. 9. num. 74. in fin. Phil.
Corn. conſ. 197. num. 7. in princip. vol. 3. Auguſt.
Barboſa axioma. 223. per totum, maximè num. 1.
in fin. & num. 2. † quæ ſi deficiat, deerit etiam 40
cauſa inquirendi, & ad nihilum proficient li-
belli, vt optimè ex multis explicuit Mart. Bo-
nacina 2. tom. tract. de reſtitut. diſp. 2. quæſt. 4.
punct. 5. qua ſpecie procedit prima pars huius
verſiculi. † Et iura ſuperiùs allegata loquuntur 41
dum libelli occulti continent delictum commiſ-
ſum, abſque aliqua demonſtratione veriſimili,
quare nec probant, nec efficiunt præſumptio-
nem ad inquirendum, cùm per ſe nihil ſint,
nec ex ratione cauſæ, quam aſſignant, probant,
cùm nulla ſit, ex quo mutuam ſaltim ſuffi-
cientiam capiant; † nec cùm cauſam conti- 42
neant veriſimilem per ſe aliquid operantur, ſed
per veriſimilitudinem ſufficiunt ſaltim ad in-
quiſitionem veritatis inſtruendam, & tunc ſu-
perſedendum erit admiſſioni prætenſoris, do-
nec veritas ex factis informationibus appareat,
vt in terminis voluit Perezius de Lara de anni-
uerſar. & capellan. 2. part. cap. 4. num. 123. verſ. Si
tamen aliquid veriſimilitudinis, & dicemus inferiùs
in concluſ. 6.
Infertur primò, prædictos libellos, & char- 43
tulas non lædere eum aduerſùs quem oblatæ
fuerunt, tum quia eis omnis deficit fides, qua
nocere valeant, vt probaui ſuperiùs, tum et-
iam quia ita iure conſtitutum habemus, vt in
l. vn. in fin. ibi, Huiuſmodi autem libellus alte-
rius opinionem non lædat, C. de famoſis libellis, vbi
gloſſa, & communiter Doctores, & eſt canonicum
in cap. fin. in fin. 5. quæſt. 1. Zaballos in d. quæſt. 821.
num. 22. & 23.
Ratio verò, qua his ſchedulis, ſeu occultis 44
libellis veriſimile non continentibus, nec ad
inquirendum fides præſtatur, illa eſt, quia ex eo
quòd abſque ſubſcriptione authoris clanculo of-
feruntur, magna aduerſùs eos, & offerentes ori-
tur ſiniſtra ſuſpicio, † tum quia ex actu clande- 45
ſtino mendacium & dolus, prauúſque præſumi-
tur animus, vt in textu in l. non exiſtimo, 54. de
admin. tut. l. 2. de effractor, cap. cùm ex iniuncto. 12.
de hæretic. Maſchard. concluſ. 447. num. 55. & con-
cluſ. 532. num. 43. & concluſ. 802. num. 43. Farinac.
de

Digitized by Google

46 de delictis 1.10.quæſt.18.num.68.† & ex clandeſtinita-
te præſumitur contra facientem l fin.de ritu nuptiar.
gloſſ.l.1. C. de interd. matrim. quam ad hoc ponderat
Gregor.in l.13.verb.aldeano necio,tit 7.part.6. Meno-
ch.de arbitr.caſu 194.n.1.& lib.5.præſ.3.num. 107.vbi
47 plures. † Facta enim in occulto ſuſpicione non ca-
rent.c.1.§.porro,vt eccleſ.benefic.Menoch.de arbitr.cen-
tur. 6.caſu 529.& lib.2.præſ.91.num.4.And. Titaq.de
pœn.temp.cauſa 11.n.11. & de retractu tit.2. in præfat.à
n.13.Maſch.concl.815.num.33. & Menoch.lib.4. præſ.
48 12. num. 7. † & ideò actus nocte celebrati habent
præſumptionem contra ſe , ſecundùm allegatos per
Emman.Barboſ.remiſſ.ad ord.Luſitan. lib. 3.tit.60.n.2.
pag.406.Felin.in c.conſuluit.n.19. de offic.deleg.per tex-
tum ibi,& in cap Anaſtaſius 9.in fin.19.diſt. ex ratione
text.in d.c.conſuluit. 24. verſ.Nec vero de offic. deleg.&
adductis à Maſch de probation. concluſ. 532. ſub n. 43.
49 †quia tenebræ aptiores ſunt ad patrandum malum,
vt inquit text.in l.1.§.de inſpiciendo ventre , 10. verſ.
mulier.3.in fin.de inſpic.ventre , quem ad hoc ponde-
rat Meneſes,in l.non minorem, num. 22. C. de tranſact.
cum adductis ab Aug. Barboſ. Axiom. 141. num. 1.
pag.89.
50 Et ſemper præſumitur contra eum , qui recta via
non incedit , ſed per anfractus , & circuitus , text.
in l.qui fiſcales 7.C.de nauicular.lib. 11. tenent Bald. &
Salic.in l.cum proponas, C. de nautico fœnore , Crauet.
conſ.115.num.5.Menoch.lib.5.præſumpt. 3.num. 108.
50 † & quia non licet in tanta re cum alterius detri-
mento ex leuibus vagari cauſis, l. Prætor, 7. in princ.
vbi gloſſ verb.certum, de iniuriis , l. item exigit 16. de
dolo,Lodou.à Paramo de origine inquiſit,lib.3. quæſt.6.
51 ſub num.91.verſ.moneor , † & ſi macula in eis aſſerta
vera eſſet,palàm cũ ſubſcriptione ſaltim porrigeren-
tur libelli,& ſchedulæ prædictæ , maximè in his iu-
diciis,in quibus res tanto agitur arcano , vt timor
eos offerenti exinde oriri non poſſit,vt inquit text.in
cap.quidam 2.poſt princip.5.quæſt. 1. Dum quiſquis ve-
raciter loquitur ſemetipſum innoteſcere non debet, for-
midare , oportet , vt publicè exeat,& quæcumque in con-
52 teſtatione ſua loqui præſumpſit, oſtendat ; † præſumitur
quidem,quòd prædictæ ſchedulæ , & libelli ex ma-
licia oriuntur proferentis , vt clarè probatur hoc in
loco,ibi,a que no es de malicia , & probant DD.ſuprà
relati,præcipuè Simanc.& Paramus ſub num.91.verſ.
moneor,citatis in locis, animaduertuntque Tib.Dec.
conſ.32.num.65.vol.Giurba conſ.17.num. 33. & conſil.
51. numero 28. & conſil. 63. numero elegantiſſimè
Petr.Bimius conſil.. 177. numero 12. lib. 2. in illis
verbis.Nam cum quis conſuetum non tenet curſum , vel
à communis ſenſus conſuetudine abhorret, inuſitatum , &
inſuetum iter habet,mala mens,malus eſt illi animus, mẽ-
temque ſuam verſare videtur ad aliquam malitiam , &
fraudem,cuius laqueis aliquem irretiat,captet,& circum-
53 ueniat,†& Ariſtot.lib.7.Ethic dixit , magis iniuſti ſunt
ij,qui magis occultè procedunt,& Socrates lib.5.hiſtoria
eccleſiaſticæ ait, ea , quæ occultè geruntur improbitatis
ſuſpicione pleniſſima ſunt,vt vtrumque refert Simanc.
de cathol.inſtit.tit.40.ſub num.9. & alia Fr. Emm. Ro-
54 detic.regul.q.1.art.1. poſt medium † quare fidem non
merentur, nec vllum operari debent effectum , nec
ad ſuperſedendum informatorij diiudicationi , nec
admiſſioni,prætenſoris,ſi ex teſtibus examinatis ob-
iectum ſufficienter probatum non appareat, vt patet
ex noſtro textu , & expreſsè ante eum docuerunt
Perezius de Lara in d.cap.4.num. 123. & Hieron Za-
ballos in d.quæſt.821.num.19. quia præmaximè ſimi-
les libelli ab inimicis prætenſoris,& ſuæ familiæ of-
ferri ſolẽt,vt ipſemet probuit Lara ibidem ex Marco
Ant. Cucho lib.4.inſtit.maior.tit.8.num. 83. & Zabal-
55 los eod.loco num. 37. † & ſemper præſumitur contra
illum qui inſtat, vt alteri graue inferatur damnum,
ex Abb.in cap.in omni negotio , col. 3. de teſtib. Alex.
conſ.154.num.11.verſ.ex quibus apparet , lib. 5. Pariſ.
conſil.152.num.16.lib.4.Natta conſ.61.num.10.in fin.
& num.ſeqq.Ferret.conſil.346.num.4. Menoch. conſil.
141.num.21.Pertazol.conſ.170.n. 9. Card. Tuſch. lit.
A.concl.237.tom.1.& lit.T.concl.223.n. 5. tom. 8. cum
adductis ſupra n. 18. præcipuè dum non habet cer-
tum commodum, nec intereſſe in cauſa , vt ex Alex.
& Craueta probat Iacobus Menoch lib.1.præſ.3.num.
106.Emm.Barboſ.remiſſ.ad Ord.Luſit.lib.5.tit.142.n.
4.pag.370.& vt dixit Tertullianus , malum eſt , quod
occultatur,vt refert Ant.Fab in C.lib.9.tit. 15. defin. 1.
n.2.† nec quidem delator,nec teſtes ab eo nominati 56
idonei ſunt,immò valdè ſuſpecti de inimicitia, cum
is,qui ſe ſponte offert ad teſtificandum in cauſa gra-
ui aduerſus alterũ inimicus capitalis iure præſumi-
tur,vt bene conſiderant adducti à Iul.Claro in pract.
§.fin.q.24.verſ.ſed numquid ille.Tib.Dec. tract. crim.1.
p.lib.3.c.25.à n. 62.cum pluribus ſeqq. & alij adducti
à Farin.1.tom.de indiciis & tortura q.49.ſub n.77.& to.
2.de teſtib.q.53.n.49.& 50.† & ſimiliter præſumun- 57
tur inimici omnes,qui ab illo producuntur,& citan-
tur velut vnius factionis, & confœderationis,ad tra-
dita per Tib.Dec.d.c.25.n.13. & per Maſch. de prob.
concl.857.n. 50.in fin. Menoch. lib.5.præſ.41. n. 16.
Gig.in tract.de crimine læſæ maieſt.lib.2.tit.Quomodo &
per quos crimen læſæ maieſtatis prob.q.2.n.29.& faciunt
tradita per Farin.in d.q.49.n.57.& ſeq.†Inimicitia igi- 58
tur præſumpta ita à teſtimonio repellit , ſicut vera,ex
Innoc.in c.cum l.& A. de ſent.& re iud. Bal. in auth.ſi
teſtis , C. de teſtib.& in l. præſcriptione , C. ſi contra ius
vel vtil.publ.Tib.Gramm.conſ.58.n. 10. Franc. Burſ.
conſ.276.n.1.lib.1.Rimin.d.conſ.84.n.7.tom. 2. Petrus
Follet.conſ.137.n.2.to.1.Vincent.Honded.conſ. 100.
n.28.& conſ.102.n.66.& conſ.105.n.67.lib.1.† & ſuf- 59
ficit,ſi inimicitia probetur per teſtes , aut per con-
iecturas,vt docuit Bald.in d.aut.ſi teſtis,n.4.C.de teſtib.
Salic.in l.3.n.2.C.illo tit.Menochio lib.5 præſ.43. n.3.
de quo latiùs ſuprà 1.part.q.12.§.2.illat. 3. † præci- 60
puè quia ex clandeſtinitate nominis proferentis fal-
ſitas præſumitur,vt probat Ludou. à Paramo d.lib.3.
q.6.ſub n.9.in fin.Menoch lib.5.præſ.20.n. 35. & 41. ex
Craueta conſil.827.& conſ.862.n.5. & conſ. 864.n.3.
ſicut etiam inſtrumentum factum clam,in abdito,&
obſcuro falſum præſumitur,vt ſubdit idem Menoch.
n.36,citato loco,Farin.de falſit.q.153.n. 225. ex Rui-
no conſ.35 n.11.verſ.quarta coniectura eſt , & ex Cra-
neta d.conſ.862.n.4.† & ſola ſuſpicio falſitatis , ſicut 61
falſitas vera facit , quòd ſcriptis fides non adhibea-
tur,ex Dec.conſ.448.n.28.& conſ. 602. num. 7. Carol.
Ruin.conſ.35.n.9.vol.4. Aym.Craueta conſ. 134.n.29.
cum cæteris per Paramum adductis,& per Menoch.
lib.1.præſumpt.q.99.n.5.& per Farin. de falſit.& ſimul.
q.152.ex n.10.& q.156.n.150.& ex vtraque ſuſpicio-
ne tam falſitatis, quàm inimicitiæ effectum operari
non debent clandeſtini libelli , † nam quoties ma- 62
lignitatis præſumptione laborat delatio reiicienda
omninò à probis iudicibus venit,cap.cum in iuuentu-
te 15.verſ.quia tamen eius ſuggeſtio non de charitatis ra-
dice procedere videbatur , noluimus aures noſtras quaſi
malignis delationibus inclinare,de præſumpt.†ſicut quæ- 63
libet calumnioſa ſcriptura vim in iudicio obtinere
non debet,l.2.de fide inſtrum.& malitiæ hominum re-
ſecandæ veniunt,l.in fundo, 38. de rei vendic. Donel.
lib. 14.comm.c.25.verſ.hæc dico de eo genere,plures apud
Aug.Barb.Axioma,143.n. 1.pag. 93. & licèt ſuprà 1.
part.quæſt.12.§.3.probauerim,quòd inimici debent,
& poſſunt aliquando admitti ad ferenda teſtimonia
in puritatis cauſis,intelligendum venit , dum infor-
matorium in fieri eſt , non verò poſt eius perfectio-

neiu,quia tunc,nec ius patitui , nec ratio , quòd in-
formationum diiudicatio , nec prætenſoris admiſſio
impediantur per inimicorum depoſitiones , quæ ve-
rè nihil in ſe ſunt,nec valent prodeſſe , niſi ad in-
quirendum,quod tunc ceſſat, dum ex plenis , & iam
perfectis conſtat probationibus contrarium , de cu-
ius ratione ampliùs inferiùs dicam.

64 At dices, hæc ita dum nec ad inquirendum ſuffi-
ciunt prædicti libelli , & chartulæ ; quid dicendum,
dum ſaltim ad formandam inquiſitionem prodeſſe
valent , atque quomodo , ſeu qua regula agnoſcere
poterimus , an ſufficiant libelli ad inquirendum,
ánne?& cùm vtriuſque dubij diuerſi ſint,& diſtincti
caſus,& ſpecies,quæ diuerſas continet rationes , ad
perfectiorem propoſiti dubij reſponſionem de ſin-
gulis agere per diſtinctas concluſiones decreui , ex
quibus cuiuſque caſus vera poterit ſumi deciſio.

65 Sit igitur prima concluſio , ſchedulæ , ſeu libelli
occulti,& generales abſque porrigentis ſubſcriptio-
ne muniti,in quibus macula , & ignobilitas generis
deteguntur ſine earum peculiari ratione , & cauſa,
nec porrigi poſſunt , nec admitti debent in tribuna-
libus,cùm nocere plurimùm valeant,& ſint plerum-
que confecti à maleuolis, & inimicis prætenſoris,&
continere ſolent res vagas, incertas , & falſas,vt in
hoc noſtro textu probatur in illis verbis. *Ninguna
perſona no peda dar,nide,como ni tan poco admitir,&c.*
iunctis verbis,*ſi fueren generales,y no dieren raçon par-
ticular,&c.*& idem etiam probatur *in d. cap. inquiſi-
tionis,§ tertia dubitationis,verſ.nec ad petitionem,*& fa-
ciunt *text.in l.lex Cornelia* 5.*§ ſi quis librum* 9. *ibi, vel
ſine nomine,de iniur & famoſ. libell. & in leg.vn. C. de
famoſ.libell.& in l.*3.ibi,*ea las vegadas encubrerſa mente
echando aquellos eſcritos malos en las caſas de los grandes
ſeñores,tit.9.p.7.*quæ iura & ſi in diuerſa ſpecie loqui
videantur,tamen in ratione ſui ad noſtram ſpeciem
adduci poſſunt. Atque idem erit,ſi cum ſubſcriptio-
ne fuerint non tamen ſubſcribentis appareat perſo-
na,quia incognita quia tunc idem eſt , ac ſi nullius
ſubſcriptione fuerint muniti, tum quia maior ſuſpi-
cio adeſt falſitatis tum etiam quia illo colore noſtra
fraudaretur conſtitutio, tum denique , quia paria
ſunt,ſubſcriptionem non eſſe, ac eius auctorem non
apparere ex vulgaris de quibus ſuprà q.8.§. 1. n. 17.
& hæc concluſio indubie procedit , & eam probant.
DD ſuprà relati *ex n.*2.*cum ſeqq.*

66 Secunda concluſio,ſi ſchedulæ,ſeu libelli occulti,
& clandeſtini non fuerint , ſed proferentis manu
traditi,aut ſubſcripti , etiam ſine ſpeciali maculæ
cauſa,nec ratione,porrigi poſſunt,& accipi quocum-
que in tempore a tribunalibus, in quibus de purita-
tis & nobilitatis agitur probatione , vt conſtat ex
hoc noſtro textu,ibi,*ni admita memoriales ſint firma,&
ex d.cap.inquiſitionis § tertia dubitationis*,ibi, *qui libel-
lum infamationis porrigunt in occulto*,per argumentum
à contrario ſenſu apertè colligitur,quia tunc ceſſant
rationes ſuſpicionis., quas ſuprà retulimus , ſaltim
quæ finales fuerunt ad horum iurium conſtitutio-
nẽ,pro qua cõcluſione etiam facit text.iam ſuprà ad-
ductus *in cap.quidam* 2.*poſt princip.* 5.*q.* 1.& tradita
per Mol *de iuſt.& iure,tract.*4.*diſp.*31. Matt. Bonaci-
na *de reſtit.diſp.*2 *q.*4 *p.* 9.*n.* 5. quod & vſus omnium
tribunalium comprobat, & à Senatu Sanctæ Inqui-
67 ſitionis receptum nonnumquam vidi, † & tunc ipſi
libelli,& ſchedulæ recognoſci debent à ſubſcribẽri,
porrigentiue,& peti rationes, & cauſæ maculæ , &
quibus motus fuit ad libelli confectionem, & dela-
tionem maculæ,& ſi fortè teſtes aſſignentur in char-
tulis , & in teſtimonio ſubſcribentis , aut delatoris
examinari oportet cum cæteris cõteſtibus ab eiſdem
teſtibus datis , & à ſingulis ratio , & cauſa maculæ
ſciſcitari , & interrogationibus exquirenda eſt ve-
ritas omnium,quia ſuſpecti manent, vt ſuperiùs dixi
ex num 55. cum ſeqq. † & maiori cum cautela , & 68
circumſpectione interrogari debent , ita vt ex omni-
bus rei veritas , & mens delatorum , & teſtium ape-
riantur ne ex palliatis inimicorum machinis honor
nobilium pereat , aut periclitetur , qui à iudicibus
deſerendus non eſt , ſed potiùs pro viribus proſpi-
ciendus,& ex eadem ratione exquirendæ , & extra-
hendæ ſunt ſcripturæ , aut probationes aliæ , quas
chartulæ,ſeu earum auctores,aut teſtes , cum inter-
rogantur,ſignauerint,vt quotidie fit , & alibi latiùs
probauimus. Si verò ſubſcribens incognitus ſit , ni-
hil horum faciendum, non idem eſt , ac ſi non fue-
rint ſubſcripti,vt dixi ſuperiùs *ſub n.* 65.

Tertia concluſio,libelli,ſeu ſchedulæ ſine ſubſcri- 69
ptione,cum teſtium tamen expreſſione porrecta an-
tequam commiſſarius nominatus ad conficiendum
informatorium in iter ſe contulerit , accipi pote-
runt ad teſtes ſignatos examinandos,ſicut examinari
poterant per commiſſarium , etiam nullæ eſſent
oblatæ chartulæ,nec libelli , vt apertè deciditur in
hoc noſtro textu , ibi , *o en caſo que citando teſtigos ſe
den antes , que el informante porque en tal caſo ſe po-
dran examinar los teſtigos , que en el ſecitan , como pu-
diera el informante examinar los por ſi miſmo* , quia
exinde nulla ſequitur prætenſoris iniuria, nec oritur
iniuſtitia,cùm ſit liberum commiſſario,quos malue-
rit teſtes producere,& examinare , & poterit eligere
nominatos in chartulis oblatis, & ita earũ inquirere
veritatẽ , † caueat tamẽ ab interrogationibus ſpecia- 70
les maculæ,ad quas omne ius deficit , & ratio, cùm
prædicti libelli nullam efficiant præſumptionem,
cuius ratione deueniri valeat ad ſpeciales interroga-
tiones , ſed examen fiat per articulos generales tan-
tum , pro quo expendo verba illa ſuperiùs relata,
como pudiera el informante examinar per ſi miſmo , &
ſicut per ſe abſque vllis litteris non poſſet ſpeciales
maculæ facere interrogationes , ita nec cum illis in
ſpecie huius concluſionis , quia libelli nihil cauſæ
addunt , cùm nihil ſint pro quo etiam faciunt tra-
dita per Ludouic.à Paramo *de origine inquiſit. lib.* 3.
*q.*6.*n.*94.& per Graſſis & Molin. locis citatis *ſuprà n.*
31.*in fin.*

Quæ concluſio ampliatur , vt etiam procedat,ſi 71
chartulæ proferantur poſtquam commiſſarius in lo-
cum originis fuerit profectus ante informatorium
perfectum,& clauſum,ſiue accipiantur in tribunali,
ſeu communitate, & ei mittantur adhuc in loco in-
formatorij degenti,& in teſtium examine laboranti,
ſeu aliter eidem offerantur ante clauſuram informa-
tionum,quia his ſpeciebus poterunt teſtes citati exa-
minari,cùm eadem ſit in eis ratio , & tempore con-
gruo offeruntur;† nihil enim intereſt,quod oblatio 72
chartularum in tempore æquipollenti fiat, *ex text.in
l.fideicommiſſa.*11.*§.ſi cui.* 11.*de leg.*8.*l.ſi mater.* 3.*C.de
inſt.& ſubſt.l.ſi quid* 5.*C.de donat.quæ ſub modo*,& DD.
communiter in dictis iuribus. Ignac. del Villar *in
Sylua reſp.*9.*n.*51.*p.*1.Hiet.Grat.*reſp.*121.*n* 9. Burgos
de Paz *conſ.*32.*n.*17.

Nec oberit expreſſio illa , *antes que el informante* 73
parta,quæ demonſtrare videtur,eſſe neceſſe oblatio-
nẽ chartularũ ſine ſubſcriptione fieri ante iter ince-
ptum per commiſſarium, & eſſe excluſiuam cætero-
rum caſuum,ſecundùm *text.in l.ſi cum dotem* 22.*ſolu-
to matrim.& in l.commodiſſimè* 10.*de lib.& poſth.* cum
ſimilibus adductis ab Aug.Barboſ.*Axioma.*120.*ex n.*
1.*pag.* 76. † quia caſus æquipollentium numquam 74
excluſus cenſetur per quācumque taxatiuam,aut ex-
cluſiuam dictionem ſuperadditam,ex Iaſ. *in deg. l.ſi
mater.*3.*C.de inſtit.& in l.vn.in princ ſi quis ius dicenti*

non

Digitized by Google

non obtemp. Paul.Caſtrenſ.*conſ.*300.*in q.* 1. *in antiquis*, Nicol.Euerard.*loco, ab æquipollentibus* 101.*n.*8. Pelaez *de maiorat.* 1.*p.q.*2 2.*n.* 22. & dicitur idem in effectu eſſe, vt per Bart.*in l.fraus, de legib.* Rol.à Valle *conſ.*49. *n.*25.*vol.*3. & eadem ratio facit exclusionem ceſſare, ſecundùm Thom de Thomaſſat. *in florib. legum. reg.* 148.Menoch. *conſ.* 197.*n.* 83. *verſ. non obſtat primo*, Mandel.*conſ.*164.*per totum*, vbi multipliciter declarat, Card.Tuſch.*lit.I.concl.*71.*n.*85.*&* 86.*tom.*4.

75 Quarta concluſio, chartulæ ſeu libelli, dum recipi poſſe, diximus, nullam per ſe fidem efficiunt, nì ad inquirendum aſſertæ maculæ veritatem, & quam merentur veriſimilia, ſcripturæ, & teſtes, quos afferunt, poſtquam fuerint examinati, ſeu quæ appareat ex deſcendentia à pœnitentiatis, ſeu à ſacellis benedictis in eis contentis, ad quæ ſe referre, neceſſe eſt, vt aliquid operentur, & cùm in referente plus fidei,
76 non poſſit, ad eſſe, quàm in relato, ſequitur, † quòd fidem non efficiunt, in quatenus conſtet eſſe in eis, quæ referunt, *text.eſt in l.aſſe toto*,77. *de hered. inſtit.l. in teſtamento* 27.*l.ſi ita ſcripſero*, 38. *de cond. & dem.* Peregr.*de fideicom.art.*16.*ex n.* 2. Auguſt.Barboſa *clauſula*, 5.*ex n.*3.*cum ſeqq.pag.*6. Oſuald.Illiget.ad Don. *lib.*27. *comment. cap.* 6. *lit. M. in fine pag. mihi* 2485. Hieron.Zaballos *commun.contra comm.q.*95. *num.*14. Aceb.*in l.*7.*n.*60.*tit.*11.*lib.*8.*recop.* Paul. Æmil. *deciſ.*
77 81.*&* 204.*n.*4. Valęçuela *conſ.* 51.*n.*17.† & quòd in referente maior fides in eſſe non poſſit, quàm in eo, cuius fit relatio, probant *ex textu in l.ſi prior maritus*, 32.*ſol.matrimon* Iaſſ.*in l.qui ſic ſtipulatur* 47. *n.* 58. *de verbor.& in d.l.aſſe toto.de hered.inſt.* Aceb.& alij relati ſuprà, & à Menoch.*conſ.*847.*n.* 3. & apertè probatur in noſtro textu, ibi. *Y aſſi no haran fee en quanto citados en el memorial, ſino en quanto dixeren examinados*, quod verè abſque hæſitatione procedit.

78 Quinta concluſio, & ſi prædictæ chartulæ, & libelli famam publicam & reputationem communem aſſerant, & in eius comprobationem teſtes adducant, poſtquam informatorium puritaris confectum eſt, & commiſſarius receſſit à loco originis, nec accipiendi ſunt, nec accepti fidem merentur, nec ad inquirendum proficiunt, nec eſt superſedendum nec immorandum in teſtium, & actorum calculatione, & diiudicatione, nec quidem in prætenſoris admiſſione, ſi alia non obſtant, vt probatur in præſenti; ibi, *Zauuque allegen fama publica*, & ita venit intelligendus Perezius de Lara *in d.cap.*4.*num.*123. *in prima caſus ſpecie*, & approbari videtur per noſtram pragmaticam in hoc §. opinio Hieronymi de Zabellos *in d. quæſt.* 821. *à num.* 19. *cum ſeqq.* vbi hanc negatiuam opinionem amplectitur, & iure quidem ex rationibus ſuprà adductis, quam hodie canonicatam in hac
79 noſtra habemus pragmatica, † & iure probatur, quia litteræ ſimiles nullius ſuffultæ auctoritate, præſertim confectæ circa qualitates, quæ diſpoſitioni hominum non ſubiiciuntur, nullam omnino merentur fidem, *ex textu in l.non epiſtolis*, 13. *l. non nudis*, 14.*C. de probat.text.in c.*2. *ibi, non videtur alicuius firmitatis robur habere, de fide inſtrum.* Afflictis *deciſ.*8. *num.*6.*in fin.* Hieron.Grat.*conſ.*66.*num.*21.*vol.*1. Maſch. *de probat.concl.*111.*à num.* 1.*& concl.* 284.*num.*5 eum adducendis infrà quæſt.5.ex num. 3.

80 Sexta & vltima concluſio, ſi libelli, & ſchedulæ ſine auctoris ſubſcriptione verſimiles reddent reddant rationes, aſſignando prætenſoris deſcendentiam à Sacellis benedictis, ſeu à pœnitentiatis per ſanctum Officium, cum expreſſione temporis pœnitentiæ, aut cum diſtinctione graduum, aliorùmve indiuiduorum ſpecialium, quæ ita rem veriſimilem efficiant, vt potiùs indagandæ, & aperiendæ veritatis occultæ animum demonſtrent, quàm indumentum prauæ & malignæ conſcientiæ debent admitti, quocumque offerantur tempore, ſiue ſit informatorium perfectum, & clauſum, ſiue non, & poterunt iudices contentorum veritatem inquirere, † cùm veriſimilitudo, 81
quàm continent prædictæ ſchedulæ, ita ſuadeat, *ex text.in l.non eſt veriſimile* 23.*in princip.quod metus cauſa, & in l.peculium, autem*, 10. *in princip. aliàs eſt l.ſed ſi damnum*, 9.§.*præterea*, 4.*& l.ſi filius* 54.§.*at ſi quis fin. de pecul.* cum adductis ab And.Tiraq.*in l.ſi vnquam, in præfatione num.*37. *C. de reuocand. don.* & ab Auguſt. Barboſa, *axioma* 223.*ex num.*1.*cum ſeqq. pag.* 139. & præſumptionem falſitatis excludat, ſecundùm Bal. *in l.fin.col.*12.*circa medium*, *C. de edicto D. Adri. toll.* Abb.*n.*12.*in fin.* Hoſt.5.Io. And. poſt. 29. Bellamer. *poſt.*12. Butrio.19.*verſ.* dicit etiam, Innocentius, *n.*3. *verſ.& ſi contra has ſuſpiciones, in cap.inter dilectos, de fide inſtrum* Baiard.*ad Clar.*§.*falſum, n.* 232. Menoch. *lib.*5.*præſ.*20.*n.*14.*&* 53. Bertazol. *conſ.* 398. *n.* 16.*&*
*conſ.*521.*n.*7. *& quaſi per totum conſilium*, † & præſtat 82
fidem probationibus aliàs inualidis, & ſupplet quoſcumque defectus, vt ex Immola *in l.edita, in fin. C. de edendo*, probat Maſch.*de probat.concl.*1409.*n.* 17. & in ſpecie probat textus noſter in verſ. *Y ſolo ſe pueden admitir en orden a inquirir, y no para otro efecto, quando indiuiduaren, y ſeñalaren Sambenite, o penitencia, &c. que veriſimilmente induzgan el animo a que no es de malicia*, & probatur ex adductis ſuprà ſub n.38.& 39. atque ita loquitur, & intelligendus eſt Perezius de Lara *in d.cap.*4.*n.*123.*in ſecund caſus ſpecie, verſ. ſi tamen aliquid veriſimilitudinis*, vbi expreſsè huius fuit opinionis, & quidem rectè.

At licèt hæ duæ vltimæ concluſiones apertè in 83
noſtro textu probentur, difficultatem continent, cùm non minus macula, & generis infectio per famam publicam, & communem probetur reputationem, vt latè demonſtraui ſuprà 1.p.q.10.§. 2. per totum, quam per deſcendentiam à Sacellis benedictis, & à pœnitentiatis per Sanctum Officium, vt ſuprà etiam latè dixit 1.p.q.4.§.2.& duobus ſeqq.& videbatur dicendum, quòd ſicut expreſſio pœnitentiæ, & deſcendentiæ à Sacellis benedictis cauſam probet veriſimilem inquirendi veritatem, & deiinendi informatorium, & admiſſionem prætenſoris, donec conſtet veritas contentorum, & fiant nouæ informationes: ita debebat idem operari expreſſio famæ & communis reputationis, quæ in harum qualitatum probatione præcipuè attenditur, vt latè probaui *in d. q.* 10. *in princip.ex n.* 12. *cum ſeqq.* † & cùm ſint res 84
æquales, & noſtro iure æquiparatæ, & eamdem contineant rationem, debebant per eamdem diſpoſitionem regulari, & eoſdem producere effectus, *arg.text. in l.Pomponius ſcribit.*9.*verſ.& quemadmodum, de neg. geſt.& in.*1.§ *veteres* 16.*l.ſi ideo* 40.§.*fin.de adq.hæred. l.Gallus* 29.§.*& quid ſi tantum* 5.*de liber. & poſt.* Aul. Gelius *lib.*2.*noctium Atticar, cap.*16. Flamin. Pariſ.*de confid.benef.q.*27.*n.*74.*& q.*28.*n.*82. Zephal. *conſ.*138. *n.*25. Hier.Grat.*reſp.*91.*n.*19. *lib.* 1. præter allegatos ab Aug.Barboſa *axioma* 14.*ex n.* 1. *pag.* 15. *& loco* 6. *pag.* 106.

Sed ratio diſparitatis inter prædicta in eo, vt præ- 85
ſumo conſiſtit, quòd fama ex ſua natura vaga, incerta, & fragilis eſt, ſecundùm Io. Gut. *conſ.* 55. *à n.* 25. amaleolus plerumque, & calumniatoribus ortum capiens, nec quidquam certi habens, ex cumulatis per Farinc.1.*tom.de indiciis & tort.q.*47 *à n.*7.*cũ ſeqq.* Valençuela *conſ.*90.*à n.*182.& ex aliis adductis *in d. q.*10.*in princ.& §.*1.*&* 2.*ex n.* 2.*cum ſeqq.* & ideò expoſita multorum captionibus, & anſam præbens & ſcopum inimicis, & æmulis dehoneſtandi honeſtas, & nobiles familias, ita vt ſit fama velut refugium quoddam inimicorum, & calumniantium, atque in-

dumen

dumentum, quo ſoam cooperire ſolent malignita-
tem & mendacium, aſſerendo maculam, quæ non eſt,
quia dictam, ſeu auditam publicè, & quia eius eſt
communis fama, quæ fortaſſis ab eiſdemmet ſumpſit
initium, & fuit ſeminata abſque alia cauſa, nec ra-
86 tione, † & ideò fama ſimpliciter aſſerta in occultis li-
bellis, non ſolùm per ſe, & per ſuam fragilitatem
ſuſpecta manet, ſed etiam per ipſoſmet libellos clan-
deſtinè oblatos, qui maxima laborant ſuſpicione, vt
iure, & rationibus probauimus; & vndecumque rem
inſpiciamus, nihil eſt veriſimile, ex quo ſaltim noua
inſtrui poſſit inquiſitio, nec detineri informatorium
legitimè confectum, nec aſſequutio honoris, cum
87 tanto prætenſoris detrimento & iactura, † nec de-
beant per facta ex imperfectis ſubuerti, *arg. text. in l.
pecunia* 9. ibi, *ſuperfluo detracto l. placuit*, 29. *de vſuris*,
bonus text. *in l. non eſt dubium* 50. *ad l. falc. l. ſiue gene-
rali* 61. *de iure dotium l.* 1. §. *ſed ſi mihi* 5. *l. quæ extrinſecus*
65. *de verbor.* etſi enim fama legitimè probata cum
requiſitis, de quibus *in d. q.* 10. §. 4. plenè maculam
nocet, in ſimplici tamen aſſerta ſcriptura non eſt
habenda pro fama legitima, non ſolùm vt probet,
verum nec vt præſumptionem ad inquirendum ef-
ficiat, cùm nihil contineat veriſimile, nec cauſam
habeat, ex qua inquiratur, præſertim cùm magis præ-
ſumatur vana vox populi ab inimicis ortum capiens,
quàm vera & legitima fama; ſicut auctor libelli ini-
micus aut ſuſpectus præſumitur, vt ſuprà dixi ex n.
88 44. cũ ſeqq. † deſcẽdentia verò a certa pœnitentia, ſeu
a ſacello benedicto, & probatio per certas ſcripturas,
& inſtrumenta res indiuiduæ, & conſtantes ſunt, pro
quibus etiã ſimpliciter aſſertis maior eſt præſumptio,
veriſimilitudo, quàm pro incerta, & fallaci fama,
tum propter earum indiuiduitatem, & certitudinem,
& per loci aſſignationem, & alias demonſtrationes
veriſimiles, quas adeſſe præſupponimus, tum etiam
quia ſicut probatio, quæ oritur ex ſcripturis, pœni-
tentiis, & ſimilibus certior & euidentior eſt, quam
proueniens ex fama, vt colligi facilè poteſt ex tradi-
tis ſuprà in d. q. 10. 2. in princ. iunctis congeſtis in
q. 15. in princ. ita etiam maior & potentior eſſe debet
præſumptio, quæ oritur ex earum allegatione, & ex-
preſſione, quam publicæ famæ in prædictis libel-
lis.
89 Facit etiam alia ratio, quia ſi libelli & chartulæ
aſſerant famam, & commune maculæ opinionem, &
ex informatorio legitimè, & pleoè confecto de ea
non appareat, ſed potiùs de communi puritatis, &
nobilitatis reputatione, euidenter conſtat falſitas, &
ſuppoſitio maculæ per chartularum auctores, tum
quia cùm fama ſit totius, aut maioris populi partis
notitia, vt ſuo loco dixi, veriſimile non videtur, quòd
90 omnes teſtes examinati eam ignorauerint, † tum etiã
quia ſi dicunt libelli maculam publicam eſſe, præſu-
mitur, quòd omnibus notoria ſit, & à nemine igno-
retur, *text. in regula* 9. §. *ſed facti* 2. *de iuris & facti
ignor. gloſſ.* & DD. *in l. ſi tutor petitus* S. C. *de peric. tut.*
& dum extat fama præſumitur ab omnibus ſciri ex
Alex. *conſ.* 187 *n.* 8. *lib.* 2. Marſch. *concl.* 1299 *n.* 2. pro
quo faciunt plura tradita ſuprà q. 10. §. 5. ex n. 2. qua-
re aſſertio famæ in prædictis libellis ſuſpecta de fal-
ſo manet, nec quid operari debet, quæ ratio non ha-
bet locum in ſcripturis, & in aliis indiuiduis demon-
ſtrationibus, quæ poſſunt eſſe veræ, & à pluribus
communiter ignorari, vt ſæpiùs accidit, & per ſe pa-
tet.
91 Dixi, *ſed potiùs de communi puritatis reputatione*,
quia præſuppono quòd omnes teſtes in informatio-
nibus examinati puritatem aſſeruerunt prætenſoris,
aut ſaltim quòd ita ſua ferunt teſtimonia, vt contra-
riam nullo modo probent qualitatem, ſi verò ſint te-
ſtes contrarij, aut cauſæ, ſiue defectus exiſtant in in-
formationibus, qui nouam deſiderent inquiſitionem,
aliud eſt dicendum, & nihil dubium niſi quod eo-
rum vi poterit ſpecialis fieri inquiſitio circa verita-
tem defectuum, ſiue aſſertæ maculæ, non verò virtu-
te chartularum licèt teſtes in eis ſignati poſſint exa-
minari hoc prætextu, ſicut in ſpecie tertiæ concluſio-
nis, ſi ita expedire commiſſario fuerit viſum, qua in
ſpecie non habet locum deciſio noſtris textus, nec
nos nunc de ea loquimur, alibi de ea dicturi, præci-
puè infra in duabus vltimis quæſtionibus licet hoc
magis in facto, arbitrio, & prudentia commiſſarij, &
iudicum quàm in iure conſiſtat.
Sed nunc pro prædictorum declaratione dubitari 92
poteſt, an ſit neceſſe quòd libelli & chartulæ, quæ
aſſerunt prætenſorem deſcendere à ſacellis benedi-
ctis, ſeu à pœnitentiatis per Sanctum Officium aſſi-
gnent certum, & terminatum deſcendentiæ gradum,
vt admitti ex iuſta valeant cauſa, & eorum virtute
communitates, & tribunalia poſſint vlterius ad in-
quirendum procedere, & ſuperſedere in iam receptis
informationibus, & in earum calculatione, & diiu-
dicatione, & in admiſſione prætenſoris.
Et affirmatiua ſententia, nempe quòd expreſſio 93
certi gradus deſcendentiæ requiratur, ſuaderi vide-
tur ex illis noſtri §. verbis, *con expreſſion* &c. *del pa-
renteſco, que tiene con el pretendiente*, quæ videntur ex-
preſſè requirere aſſignationem certæ conſanguini-
tatis, & deſcendentiæ, & eius gradus, † quia expreſ- 94
ſio aliud eſt, quàm declaratio res demonſtratæ ita
facta, vt intellectus non laboret in intelligendo,
arg. ea quæ tradunt DD. *in l. ſi quando* 35. §. *& genera-
liter* 3. *de inoffic. teſtam.* Bal. *in auth. Hoc liberos, in princ.
C. de teſtam.* Pelaez *de maior.* 2. *partis initio n.* 124. So-
cin. Iun. *conſ.* 122. *n.* 23. *lib.* 1. Valençuela *conſ.* 83. *n.* 42.
† & quidem indiuidualiter exprimi neceſſe eſt, ex 95
textu *in l.* 2. vbi Paul. Caſtr. & Iaſ. *de lib. & poſth. & in
c. ne captanda* 3. vbi Dominic, & Phil. Franc. *de conceſ.
prebenda, in* 6. And. Tiraq. *in l.* 16. *connubiali*, *gloſſ.* 7.
verbo, en prez n. 147. *fol.* 317. † maximè cum expreſſio 96
pro actus forma *ex d. l.* 2. *lib. & poſth.* Rip. *a l.* 1. *n.* 64. *de*
& alij adducti ab And. Tiraq. citato loco *n.* 98. *&* 158.
& 188. Card. Tuſch. *lit. C. concl.* 358. *n.* 60. *tom.* 1. Aug.
Barb. *clauſula* 61. *n.* 60. *pag. mihi* 109. † & cùm expreſ- 97
ſio per nouam requiritur legem, non ſufficit, ſi ge-
neraliter interueniat, vt per Ang. *in* §. *ſi vero expreſ-
ſum, per text* ibi, *in auth. de triente & ſemiſſe*, Bar. *in leg.
centurio col* 7. *verſ. quid dicemus*, vt etiam Ang. & Im-
mola, *de vulg. & pup.* Roman. *in auth ſimiliter col. fin. C.
ad falcid.* vbi pro hoc adducit textum *in l. ſi quis*, *in
principio* 12. *verſ ſed hoc ita locum de leg.* 3. *& in l. fin. C.
de indicta viduit toll.* Oldrald. *conſ.* 248. *n.* 4. *in* 4. *quæſt.*
Alex. *conſ.* 22. *col.* 3. *verſ. quia reſpondeo lib.* 4. Roman.
conſ. 75. *Neſcio qua ex re*, *& conſ.* 79. *Totum fundamen-
tum*; † nec ſufficit, ſi per æquipollens exprimatur ex 98
Iaſ. *in l. prætor in princ. col.* 4. *verſ. ex qua diligenter*, *de
noui oper. nunciat.* Lancel. *Polit. de ſubſt. tit de ſubſt. vulg.
in q.* 2. And. Tiraq. *in d gloſſ.* 7. *n.* 89. *& ſeq.* vbi etiam
plura ad hanc rem cumulat, † nec ſufficit narrare fa- 99
ctum, niſi exprimatur modus facti ex gloſ. *in c. dile-
ctus filius de reſcriptis*, Th. Grammat. *deciſ.* 66. *n.* 19. Pe-
laez *de maior.* 1 *p. q.* 5. *n.* 5. *in medio*, vbi pro hoc addu-
cit Ant. Peregr. *de fideicom. art.* 23. *ex n.* 52. *cum ſeqq.* † 100
quare videtur, quod fieri debeat expreſſio gradus cer-
ti in ſpecie, de qua loquimur, vt alias dixit per gloſ-
ſam quam ſingularem appellat *in c. vt circa*, *verb. om-
nia. & ſingula de elect. in* 6. Rebuffus *in praxi benef. in
3. p ſignatura verb. & de ſpeciali, n.* 3. Pelaz *d.* 1. *q.* 22. *n.*
95. & magis in ſpecie loquendo, quòd expreſſio gra-
dus ita fieri debeat, vt per eam conſtet conſanguini-
tas in ſpecie, non verò in genere, atque ideo, quòd
eius

Digitized by Google

eius gradus exprimantur ſigillatim cum omnibus
ſuis qualitatibus,& circumſtantijs,tenet *ex text. in c. ad aures* 8. *c. ſi proponente* 42. *deſcript.* idem Rebuff.
101 citato loco *nu.* 16.† expreſſio ita facta magis monet
quam generalis,vt in *l.item apud Labeonem,* 15.§.*hoc edictum* 26.*de iniurijs* cùm non egeat aliqua declaratione,ſicut generalis *ex text.in l.emptor.* 47.§.*de pactis, & in l.cum Aquiliana* 5.*de tranſact.*

102 Contrariam autem negatiuam ſententiam in noſtra ſpecie veriorem eſſe iudico,videlicet quòd ſufficiat generaliter referre,quòd prætenſor deſcendit à tali infecta radice pœnitentiati, aut à Sacello bene-
103 dicto ſine aliqua graduum præfinitione,† tum quia
probatio puritatis, & maculæ non requirit numericam graduum præfinitionem,ſed tantùm deſcendentiam ab ſtirpe puta,aut maculata generaliter , & indefinitè probari,vt ex Io.Garcia , & Cabedo voluit Perezius de Lara *in d.*2.*p.c.*4 *n.*12.*&* 13.&Nic.Gar. *de benef.*7.*p.c.*15 *à n.*28. Aug.Barboſ.*de offic. Epiſc.* 1. *p.tit.*2.*gloſſ.*17.*n* 37.& ex alijs probaui ſuprà 1.p.q.9.
104 §.3.& 4.† ex cuius natura ſumenda eſt interpretatio,
& intelligentia noſtris dubij, ſecundùm *text. in leg. ſi vno* 16.*locati,& in l.ſi ſtipulatus* 4 *de vſur.& in l.Proculus* 19.*de vſufructu* , *& in l. inſulam.* 6. *de præſcript. verb.*Riminaldus *in l.*1.*n.*47. *Quod quiſque iur.* Pariſ.*conſ.* 88.*n.*21 *lib.*1.&Socin.*conſ.*27 *n.*4.4.*vol.* 2.plures apud Aug.Barb.*axiom.* 130.*n.*6.*pag.*82.Card.Tuſch. *lit. V.*
105 *concl.*96 *tom.*8. † atque intelligi verba debent,ſecū-
dùm naturam actus,cui adhærent *ex text. in l. damni infecti* 18.§.*ſi is* 5.*verſ.cui conſequens,& l.damni* , 45.§. 1.*de dam.infect.& in l.circa* 19.*& in l.exceptio.* 18.*C. de locato*.Bart.*in l.ſtipulatio iſta,in princ.de verbor.*Minſing.*cent.*1.*obſeruat.*54.*n.*4. Cald. Pereira *in tract. de renouat.ad emphyth.q.*18.*n.*37.Auguſt.Barboſ.*axioma.*
106 222.*n.*6.8.*& ſeq.pag.*135.† tum quia verba illa *con expreſſion* , verificantur ſi deſcendentia abſque vlla graduum oſtendatur præfinitione in dictis libellis, & chartulis,*arg.l.fin. C. de fideiuſſ.*Hier.Zaball.*comm. contra comm.q.*51.*n.*8. *& q.* 828.*n.* 156. Boërio *deciſ.*
107 217.† quia id pro expreſſo habetur,quòd ſufficit ex
natura actus , & diſpoſitionis , ſecundùm Ancharr. *conſ.*393 *Viſa diligenter gratia,n.*3. quem refert,& ſe-
108 quitur Pelaez *de maior.* 1.*p q.*15 *n.*26.† & expreſſum
dicitur quod in genere refertur, *ex text.in l.qui vsū. fructum,*58 *de verborum.*Bart.*in l.*1.*n* 7.*& in l.centurio col* 1.*de vulg.*Bald.*in l.prætor.de noui oper.nunciat.*And. Tiraq.*in l.*16.*connub.gloſſ.*7.*n.*86.*&* 87 *fol.*310.Pariſ.
109 *conſ.*8 *n.*18 *lib.*1.Meno.*conſ.*310. *n.*3. *li.*3.†maximè ſi
ex eo ſufficienter colligatur,quòd quæritur,*arg.text. in l.iuris gentium §.ſed cum nullum* ... *in l.tale pactum* 40 § *fin.de pact.& in l. iam hoc iure* 4. *de vulg.*notat Bal *in l.*1.*col.fin.C.de his qui ante apert. tab.*Phil.Dec *in l.humanitatis n.*7.*C. de impub.* Simon de Prætis *lib.*3.*de interpret. vl vol.fol.*12. *n.* 11. Cra-
110 uera *conſ.*138.*& conſ.*149. *n.* 11. *& conſ.*157. *n.* 6. †
tum etiam,quia etſi prædicta verba expreſsè voluiſſent,aſſignari parentelam cum graduum diſtinctione,non ita eſſe accipiendum , vt neceſſariò ſemper ita fieri debeat, ſed tantùm , vt ſimilis graduum expreſſio habeatur pro ſufficienti demonſtratione ad recipiendum libellos , & eorum virtute inquirendum circa contentorum veritatem,ſi verò aliæ cauſæ ſint citra gradus certos ſufficient ad eumdem effectum,ſi veriſimilitudinem contineant,vt clarè de-
111 monſtrant verba illa,*o parte donde eſta el parenteſco,*†
alternatiua enim illa,*O*,non ſolum verificatur in illa ſpecie,ſed etiam in cæteris omnibus expreſſis , & ſimilibus,*text.in l ſi heredi plures,*§.*de cond.& dem.& in l.ſi is qui ducenta,*13.§.*cum ita* 2.*&* §. *vtrum* 3. *de reb. dub.c.inter cæteras,* 4. vbi communiter DD. *de reſcriptis,*ex quo ſatis colligitur,non eſſe neceſſe,quòd numeratio interueniat ſpecifica graduum , cùm aliæ
cauſæ veriſimiles extra eam ſufficiant ad prædictos effectus,vt manet probatum,& ex noſtro textu con-
ſtat.† Præterea,quia prædicta verba gratia maioris 112
declarationis , & in vim exempli appoſita fuerunt, quæ regulam,nec diſpoſitionem non coarctant , nec minuunt,*ex text.in l.damni infecti,*30.§.*fin.de dam.infecto,& in l.*1.§.*quod vulgo.*25.*de vi & vi armata gloſ. ſingul.*vbi communiter notant DD. *verb. præſidentes, in Clem.* 1. *de reſcript.* quam plurimum commendat Nicol.Euerard.*in topicis loco* , *a ratione legis larga* , *n.* 38 Aug.Barboſ.*axioma* 86.*n.*2.*pag.*55.& melius *axio-
ma* 120.*n.* 13. † nec expreſſio facta in lege ratione 113
maioris frequentationis , & ad magis ſuam demonſtrandam mentem regulam coarctat,nec reiicit caſus ſimiles,*verb.vn.verb.ſponſam,C.de raptu virgin. & gl. in d.verb.præſidentes.*Alex.*conſ.*119.*n.*93.*lib.*6.licet ve-
rū ſit,†quòd ex aſſignatione graduū ab infecta radi- 114
ce orietur maior præſumptio veritatis,quæ erit iuſta cauſa recipiendi libellos occultos , & inquirendi ex eorum virtute,ex eis,quæ dixi ſuprà 1. p. q. 4 §. 1.n. 54.& 55.ſed non eſt ita præcisè neceſſaria,vt ſemper interuenire debeat.

Deniq; præter ſupradicta verus intellectus noſtri 115
text. circa prædicta verba nō eſt,vt requirat aſſignationē parentelæ per diſtinctionē graduū,ſed tantùm ſignificant,quòd ſi litteræ occultæ aſſignent ſacellum benedictum , ſeu pœnitentiam maiorum , cum expreſſione loci , vbi adeſt memoria , aut probatio eius,aut cum conſanguinitate , quæ eſt inter pœnitentiatum, & prætenſorem , non per diſtinctos gradus,neceſſariò ſaltim, ſed per generalem expreſſionem deſcendentiæ à ſimili infecta radice,dummodò per ſe, aut per alias veriſimiles cauſas ſuadeat animos iudicum ad credendum , quod non ex malitia procedit,poſſint ſchedulæ admitti , & aſſignata inquiri macula,qui intellectus planè procedit , & ſuadetur ex ipſis textus verbis.

QVÆSTIO III.

De verbis iniurioſis contra puritatem , & nobilitatem prolatis in rixis , conuenticulis , & priuatis loquutionibus ; an quid probent, ánque aliquam mereantur fidem ad interpretationem §. Otro ſi que las palabras.

TEXTVS VERBA.

OTroſi,que las palabras,que ſe ayan dicho en pendencia, o extraiudicialmente en corrillos,o en conuerſaciones.no obten, ni ſean de impedimento , para los actos de nobleça , y limpieça, quanto qui era,que ſe ayan diuulgado , y eſparcido , y llegado a noticia de muchos, y que los teſtigos que depuſieren dellas , como no tengan mas noticia de la calidad del pretendiente,que auerlas oido,niſi huuo cauſa,ni raçon para decirlas,no obſten a la pretenſiō de nobleça,y limpieça como eſta no aya procedido,ni ſe fundo en otro principio,pero ſi hecha au eriguacion dellas per los informantes hallaren,

ballaren, que huuo fũdamento para poder lo decir, por eſtar notada la perſona, o por otras racones de ſcrituras, Sambenitos, penitencias es nueſtra voluntad, que obren lo que huuiere lugar de derecho, por que en tal caſo no obraran las palabras por, ſi ſino la cauſa y fundamento, que ay contra el pretendiente aunque no ſe dixeran.

SVMMARIVM.

1 *Verba facilè proferuntur, & facilè ad omnes tranſeunt, & creduntur*, n. 3.
2 *Vana multa ſub celebri vulgantur nomine.*
4 *Humana mens credula eſt.*
Vanam vocem, & dictum vnius facilè ſequitur multitudo, ibid.
5 *Pronior eſt ad malum, quàm ad bonum omnis ætas ab adoleſcentia ſua.*
Dictum vnius vires ſibi adquirit eundo, ibidem.
Paruum in initio magnum creſcendo efficitur in fine, ibid.
6 *Fama plerumque falſi nuntia confirmat, Ab inimicus ortum capit*, n. 7.
7 *Inimici ſeminare ſolent verba iniurioſa infamandi cauſa, ſiue minuendæ opinionis*, num. 8.
9 *Fama non plus fidei tribuendum, quàm eius meretur origo, ab inimicis orta nullam facit fidem*, n. 10.
11 *Verba per ſe non poſſunt eſſe cauſa maculæ. Nec nocebunt, quamtumuis proferantur in rixis, conuenticulis, & priuatis loquutionibus, ni quatenus ex aliis legitimus vera appareant*, n 12. & 15.
13 *Voces vanæ populi non ſunt audiendæ, nec robur habent*, 14.
16 *Verba calore iracundiæ prolata n hil ſunt.*
17 *Conuitians ex iracundia excuſatur, dummodò ſedato animo pœniteat.*
18 *Iniuria perficitur ex mentis deliberatione & ex reuocatione in animum.*
19 *Ira eſt irrationabilis perturbatio mentis, adimit rationem & mentem*, n. 20.
20 *Macula velut magis iniurioſa in noſtra Hiſpania deſeruit inimicis ad vindictam, & ad iniuriandum inimicos. Prouenit è certa cauſa, & facto, & quale*, num. 21. & 27.
Quod omne conſiſtit in facto, n. 23.
24 *Qualitas à certo proueniens facto ex ipſo facto probanda venic*, & n. 27.
Et ſine facto nonſufficit, n. 25.
Nec probatio per verba, n. 26.
28 *Effectus probantur per ſuam cauſam.*
29 *Actus ex quo plures participant in primis eſt attendendus.*
30 *Cauſa prohibitionis attendi debet, non remota, nec ſecundaria.*
31 *Verba factum probant, quod ex ipſis oritur, aliàs ſecus.*
42 *Verba reſpectu factorum incerta ſunt, & ex eis factum non ſequitur.*
33 *Probationes per facta firmiores ſunt, quàm per verba.*
34 *Verbis non attenditur, dum res per factum poteſt probari.*
35 *Factum, quod verba proponunt, ſi verum facilè apparebit, aliter ſecus.*
Factum patet, non verò factum latet, ibidem.
36 *Cauſa maculæ, & factum per ſenſum æquabilem apparere debet, non per verba, nec per diſcurſum intellectus.*
37 *Maculam alicuius proferens neceſſariò ſe refert ad aliquam cauſam ex eis, à quibus prouenire ſolet.*
38 *Relationis veritas pendet ex relati veritate.*
39 *Relatio naturam ſumit illius, ad quod fuit facta, & ſecundùm illud reſtringitur & limitatur, nec fieri poteſt ni ad id quod certum eſt, & corruit ſi in incerto maneat, & velut erronea reiicitur, & improbatur.*
40 *Verba nihil efficiunt, dum quod dicunt, non apparet in ſua cauſa.*
41 *Macula generi aliunde prouenit, & ex eo debet probari.*
42 *Cauſa tum eſſe non poteſt, ni appareat cauſa.*
43 *Cauſa ſanguinis ſemper eadem eſt in omni ſuo cauſato.*
44 *Qualitates ſanguinis regulantur per ſuam cauſam, non per verba.*
45 *Verba non plus efficiunt quàm apparet ex earum cauſa.*
46 *Facta maioris ſunt potentiæ, quàm verba & mutare non ſemper poſſunt ſanguinis qualitates*, n. 42.
48 *Cauſa in primis à iudicibus inſpicienda, &* ſub n. 78.
49 *Verba tantùm ſunt ſigna conceptuum, rerum & earum demonſtrationes, & per ſe nihil operantur. Nec poteſtatem habent mutandi ſanguinis qualitates*, n. 50.
Iura ſanguinis è maioribus proueniunt, ibidem.
Immutabilia ſunt, n. 51.
Princeps, nec leges circa ea poteſtatem non habent, n. 52.
Nec mutari debent ex nudis verbis, nec voluntate, n. 53.
54 *Fama eſt opinio voce manifeſtata circa cuiuſque ſanguinis qualitates.*
55 *Infamatio ex multorum voce naſcitur, dicitur imminutio, nota, ſeu priuatio famæ*, num. 61.
Nota nominis, eſt næuus honoris, n. 63.
Probatio per famam, & communem reputationem circa ſanguinis qualitates non tollitur per noſtrum textum, vt ineptè quidam

vulgo

vulgo opinarunt, vt probatur ex d. n. 55. cum ſeqq.

56 *Nota publica circa maculam alicuius probat, & æquiparatur ſcripturis, & deſcendentiæ à pœnitentiatis, & à ſacellis benedictis,* num. 57.

Et eſt idem ac fama publica, ſeu infamia, num. 61.

Dicitur quaſi ſignum, & notati quaſi ignominia ſignati, n. 64.

Notatus idem ac infamatus, n. 65.

58 *Æquiparatio multorum eoſdem ſignat in omnibus effectus.*

59 *Æquiparatorum idem eſt iudicium, valet de vno ad aliud argumentum,* num. 60.

62 *Notati infames dicuntur,* & numeris ſeqq.

86 *Verba noſtri textus.* Que obren loque huuiere lúgar de derecho, *explicantur.*

67 *Verba quamtumuis in plurium aures peruolauerint, nihil probant,* & num. 69.

68 *Rumor ortus ex verbis contumelioſis nihil eſt,* & num. 77.

69 *Verba orta ex hominum leuitate, & credulitate paruipendenda ſunt.*

70 *Fama antiqua, & conſtans plenè probat.*

71 *Differentia inter rumorem & famam.*

72 *Matrimonium impeditur per famam non per rumorem.*

73 *Origo famæ inſpicienda, non nomen,* & n. 75.

74 *Initium cuiuſque rei inſpici oportet.*

76 *Vis originis transfunditur in omne ab ea deriuatum.*

78 *Teſtimonia nihil probant, magis quàm eorum ratio, & cauſa, ampliantur & reſtringuntur per rationem,* n. 79.

80 *Ratio teſtium potiùs inſpicienda quàm verba.*

81 *Teſtes reddentes rationem incongruam nihil probant, maximè circa qualitates generis, in quibus etiam non interrogati rationem reddere tenentur,* n. 82. *Et circa infamiam,* num. 85.

84 *Differentia non eſt inter verba prolata in præſentia, & in abſentia,* & n. 80.

Contrarium, n. 88. & ſeqq.

85 *Rixa in præſentia fit.*

86 *Verba dicta in conuenticulis, & priuatis loquutionibus in abſentia iniuriati proferuntur.*

87 *Iniurians præſenti tantùm peccat ſicut abſenti conuicians. Contrarium tenent Theologi,* n. 88. & ſeqq.

88 *Cōtumelia dicitur iniuria in præſentia illata, & conſtituit maius peccatum, quàm detractio,* n. 89.

89 *Detractio eſt iniuria verbalis in abſentia facta.*

90 *Præſens plus læditur quàm abſens.*

91 *Rapina maius delictum eſt quàm furtum.*

92 *Detractio & contumelia peccatum gignunt mortale & obligant ad reſtitutionem.*

93 *Peccatum ex detractione & contumelia ex duplici ſumitur capite, aut ex grauitate iniuriæ, aut ex damno ex ea ſequuto,* numero 94.

Iniuria, vt gignat peccatum mortale grauis eſſe debet, leuis leue gignit peccatum, & nullam reſtituendi obligationem, n. 95.

Niſi ratione damni ex ea prouenientis, vt ſi ſiat perſona in dignitate conſtituta, num. 96.

Aut ſi amittatur res grauis, quia tunc & lethale oritur peccatum, & obligatio reſtituendi, n. 97. & 98. & 99.

Vbi de verbis Iudæi, Sarraceni, & hæretici.

97 *Conuicium circa defectus naturales alicuius, velut quod ſit ſpurius, ignorans, imprudens, eocles, giboſus, &c. quando mortale peccatum & actionem iniuriæ producat,* & numero 98.

SICVT nihil eſt, quod faciliùs, ac leuius per- 1
ficiatur, quam verba, ita nec quod magis debeant paruipendere prudentes, nec iure viliotis ſit effectus, quantò quidem velocius proferuntur, tantò vilius æſtimantur, & quantò facilius exeunt, tantò citius tranſeunt ad omnium aures, & in vulgum
ſparguntur, † Ita vt multa vana, ſub celebri vulgen- 2
tur nomine, vt dixit Cornel. Tacit. *lib. 5. annal. & facit text. in l. Pactum eius 92. fin. de hæred. inſtit. bonus text. in l. Decurionum 12. C. de pœnis* Gandin. *tract. malefic. tit. de quæſt. n. 39.* Cauarita *in ritus magnæ curiæ vic. regni Neapol. ritu 41. num. 10.* † maximè ea, quæ ad in- 3
famiam, & contra proximi tendunt honorem, ſicut citò proferuntur, exeunt, & ſparguntur in omnes, ita plaudent hominibus, & creduntur, & fidem leuiter merentur, quia ſecundùm Senecam Iunior in
Hercul. *Oeteo actu 5. ſcena 4* † Humana mens credula 4
eſt, & vanam vocem, & dictum vnius facilè ſequitur multitudo, *text in cap. cum in iuuentute 12. verſ. vn. de nos, de purgat. canon.* vbi gloſſ. *in verbo facilè ſequitur,*
reddit rationē, † quia proniot eſt ad malū quàm ad 5
bonum omnis ætas ab doleſcentia, *c. omnis ætas 12. q. 1. auth. de monac. §. ſancimus, verſ. ſi vero collat. 1.* atque ita dictum ab vno ſibi vires adquirit eundo, & in initio paruum, & ex quaſi nihilo incoactum facilè creſcendo tranſit, & in plures ſpargitur, & magnū
citò conſpicitur, & admirabile, † vnde falſi nuntia 6
plerumque confirmat omnium fama, vt dixi ſuprà 1. q. 10. §. 1. n. 16. & §. 3. n. 2. & 3 & §. 4. n. 14 & 15. & docent Maſch. *de prob. conc. 745. n. 7.* & Menoch. *de præſ.*
li. 1. q. 1 ex n. 39. & alij à me allegati citatis in locis, † 7
& cū initiū infamiæ pręmaximè ab inimicis oriatur, qui omnia cogitant mala, vt damnum inferant inimico, *l. 1. §. præterea, 24. de q. c. repellantur 7. de accuſat.* Rom. *conſ. 7. viſis neceſſariis, col. 1.* P. Surd. *conſ. 477. n. 2.* & in rixis, conuenticulis, & priuatis locutionibus, tam in plateis, quàm domi iniurioſa proferunt verba contra inimicos, vnde originem ſumere infamia ſolet, non aliam habens rationem, nec funda-
mentum, niſi malitiam, & indignationem, † 8
qui plerumque hæc proferunt infamandi inimicum cauſa vt *in leg. 1. & 2. item apud Labeonem, 15. §. ſed quod addicitur 5. & §. ſine vnus 12. de iniuriis,* ſeu

minuendæ opinionis cauſa, vt *in leg. 3. C. eod. tit.* notat
9 Oſuald Illiget. ad Donel. *lib. 18. comm. c. 6. lit. H.* †
quare cùm non plus fidei famæ ſit tribuendum,
quàm eius meretur origo, ſecundùm Philip.
Corn. *conſil.* 198. *num.* 16. *& conſ.* 232. *num.* 16. *lib.* 2.
Alexand. *conſil.* 10. *num.* 11. *lib.* 2. Carol. Ruyn.
conſil. 51. *num.* 14. *lib.* 1. & latiùs probaui *in dict.
quæſt.* 10. *in princip. & §. 4. ex num. 9. cum ſeqq.* &
talia proferentes verba inimici præſumantur, vt
dixi ſuprà dict. quæſt. 10. §. 1. num. 13. & probant
Tiber. Decian. 1. *part. crimin. lib.* 3. *cap* 25. *ex num.*
52. Plaça *de delict. cap.* 28. *num.* 19. *verſ. ab eadem
radice*, Gig. *de crimin. læſæ maieſt. lib. 2. tit. quomodo
& per quot crim. læſæ maieſt. probat. quæſt. 2. num.* 9.
Anton. Gom. *tom* 3. *var. titul. de probat. delict. num.*
14. *verſ. intellige tamen*, non ſolùm ſi ea proferant
in præſentia ſed etiam in abſentia iniuriati, Blanc.
de indic. num. 104. vbi, *num.* 110. *& ſeq.* ampliat in
prolatis per ſcripturam, & in eo qui malam famam
de altero ſeminat, Maſch. *de probat. concluſ.* 898.
num. 41. ſicut vtrumque refert Farinac. alios addu-
10 cens 1. *part. praxis crimin. q.* 49. *n.* 39. *& ſeqq.* † è
quibus ortum fuit conuicium, licèt poſtea in plures
diuulgentur, ſicut nec ipſiſmet inimicis, ſic nec
famæ inde ortæ fides præſtanda erit, ex Burſato
conſil. 20. *num.* 36. *lib.* 1. *& conſ.* 358. *num.* 34. *tom.*
4. Hieron. Grat. *reſponſ.* 45. *num.* 1. faciunt plura
tradita per Farinac. 1. *part. praxis quæſt.* 47. *ex num.*
153. de quo etiam latiùs in dict. quæſt. 10. §. 4. il-
11 lat. 8. num. 18 † & ſicut verba per ſe non poſſunt
eſſe cauſa infectionis, & maculæ, quæ à certo pro-
uenit initio, non à verbis, nec ab hominum volun-
tate, ita nec eam poterunt probare, nec nocere
ſanguini aliorum, quæ à maioribus prouenit, *leg.
neque profeſſio.* 5. *C. de teſtam.* cum aliis inferiùs re-
ferendis, & magis expreſsè deciditur in noſtro
textu, qui incommodis ex iniurioſis prouenien-
tibus verbis aptè, & commodè vtile adhibet reme-
dium, ſtatuendo ita.

12 Quòd iniurioſa verba in rixis, conuenticulis, &
priuatis prolata loquutionibus, quantumcúm-
que in plurium peruolauerint aures, fidem non
efficiant, nec teſtes illa in ſuis afferentes teſtimoniis
robur habeant, nec puritati, nec nobilitati affe-
rant præiudicium, ni quatenus vera, aut ratio-
nabilia per alias legitimas oſtendatur cauſas, &
probationes, vt erunt inſtrumenta, pœnitentia,
ſacellum benedictum, & antiqua nota, ex quibus,
& ſimilibus vim capere poſſunt, per ſe quidem
nullam habent, pro qua deciſione eſt text. melior
de iure *in leg. iuſtiſſimos* 3. ibi, *nam ſi veræ voces 3. ſint,
nec ad libidinem per clientulas effuſæ, diligenter inueſti-
gabimus, Cod. de offic. rect. prouincian. & in leg. decu-
rionum* 12. ibi, *cumque à populo exclamatum eſſet, ite-
rum dixerunt vana voces populi non ſunt audienda, nec
enim vocibus eorum credi oportet, quando aut noxium
crimine abſolui, aut innocentem condemnare deſideras,
C. de pœnis & in l. ſi conſtet.* 12. *de appellat. cap.* 2.
vbi communiter DD. *de elect. & in leg. ſi priuatis,*
17. *Qui & à quibus manum. leg miles* 11. §. *mulier.*
12. *ad leg. Iul. de adulter. & in leg. Diuo Marco*, 3.
Cod. qui manum. non poſſ. adducti à Guilielmo Be-
nedicto *in cap. Raynucius verb Patre mortuo*, *el.* 1.
numero 391. *de teſtamen.* Neuizan. *in Sylua nuptiar.
lib.* 4. *num.* 103. Andr. Tiraquel. *de nobilitat. cap.*
37. *num.* 97. *in medio. pag* 546. & Gregor. *in leg.* 3.
part. 7. Maſchar. *de probation. concluſ.* 748. *num.* 5.
13 † vbi de vna voce populi, & rumore vulgi, qui
nullos habet certos auctores, cauſas, nec pro-
babiles rationes ad ſic credendum, Canteta *in
ſuis quæſtion. crimin. tangent. probation. delict. quæ-
ſtion.* 3. *de indiciis & tortura ſub numero* 8. Ignac.
del Villar *in ſua Sylua reſponſ.* 9. *in* 2. *eius parte,
numero* 15. *ante fin.* Perezius de Lara *in materia pu-
ritatis loquens in dict.* 2. *part. cap.* 4 *numero fin. colum.*
2. *poſt medium*, & plura adducit Farinac. 1. *tom. de
indic. & tortura quæſtion.* 47. *numero* 8. *in medio*, &
latiùs *in num.* 153. Ioann. Gutierrez *conſil.* 35. *ſub
num.* 24. *ante fin.* Valençuela *conſil.* 92. *numero* 172.
cum duobus, ſeqq. † qui omnes probant ſimiles po- 14
puli, & vulgi voces nullum habere robur, nec fir-
mitatem, nec quidem attendi debere, quia plerum-
que falſi nuntia pronunciant, & mendacia ſpargunt
in omnes ſine cauſa & origine.

Præterea, quoad verba in rixis, & hominum 15
contentionibus prolata contra honorem, & pu-
ritatem generis conſtat eadem ratio, immò & ma-
ior, quia plerumque in rixis, & diſcordiis verba
indeliberatè proferuntur, † & iræ calore con- 16
uoluta nihil efficiunt, nec in iure ad aliquid pro-
ſunt, ſecundùm rationem text. *in leg. quidquid* 48. *de
reg. iur. & in leg.* 3. *de diuortiis leg.* 1. §. *quæri
poſſit*, 5. ibi, *& inconſultum calorem calumniæ vicio
carere, ad S. C. Turpil. & in leg.* 2. ibi, *ſeu calorem,
Cod. de abolit. crimin. & in leg. ſi non conuicij* 5. ibi,
*ſi autem in rixam inconſulto calore prolapſus, Cod.
de iniur. iuncta interpretatione* Andr. Gaylij *lib.* 2.
obſeruat. 106. quem ſequitur Oſuald. Illiget. ad
Hug. Donel. *lib.* 15. *commun. capit.* 24. *lit. G.* & in
ea reſidere videtur Farinac. *de pœn. temper. quæſt.*
81. *numero* 30. *tom.* 3. † & quòd hac ratione excuſe- 17
tur conuicians iracundiæ calore propter animi
commotionem, dummodò ſedato animo poſtea
pœniteat, voluerunt *ex leg. vn. Cod. ſi quis Imp. ma-
ledix.* Salic. ibi, & Andr. *in leg. ſi non conuicij* 5. *C.
de iniur. & in practic. crimin. ad verb. iniurioſa numero*
16. *&* Felin. *in cap. ſicut ex litteris num.* 2. *&* 3. *de
iureiur.* Vveſembek *in paratitl. ad titul. de iniuriis ſub
num.* 4. *verſ. Pro quo optimè facit*, plura cumu-
lat Farinac. 1. *tom. quæſt.* 91. *num.* 32. *& quæſt.* 105.
nu. 149. *&* 151. † quia tunc, & iniuriandi animus, 18
& mentis deliberatio in proferente deficiunt, nec
enim reuocaſſe in animum verba iniuriæ calor iræ
præſumere ſinit, *arg. leg.* 3. §. 1. ibi, *cum enim iniuria
ex affectu facientis conſiſtat*, & *leg. non ſolum.* 1. ibi,
qui dolo fecit, & *leg. ſi quis ſeruum* 26. ibi, *ſed hoc vt-
cumque tunc locum habere poteſt, quotiens ille, qui ſua-
det, animum iniuriæ faciendæ habet, de iniur.* quod om-
ne deficit, ſi iræ calor interueniat, ex iuribus ſu-
periùs allegatis, † & quia cùm *ira ſit irrationabilis* 19
perturbatio mentis, ex Ariſtot. *lib.* 4. *Ethicor. capit.* 5.
Hugo *lib.* 2. *de Sacramentis*, animum nocendi, ra-
tionem & mentis adimit conſiderationem ex Paulo
Horoſcio lib. 5. non minus, quàm ebrietas, aut in-
ſania, vt dixit Eraſmus, & ſecundùm Cic. 4. Tuſ-
culan. *Ira eſt initium inſaniæ*, quia vt dixit Cato ma-
ior. *iratus ab inſano tempore tantùm diſtat*, & ſecun-
dùm Laërt. Diogen. de vita & morib. Philoſophor.
ira immoderata inſaniam gignit, & concinit Franc.
Petrarcha Soneto. 186.

Ira eſt breuis furor, quem qui non reprimit,
Eſt furor longus, qui ſuum poſſeſſorem,
Aut ad dedecus, aut ad mortem ducit.

Nec enim ira, atque indignatio præſtant con- 20
turbato animo, quid rectiſſimum ſit, conſulendi
locum, ex Xenophon. lib. 4. Cyripæd. nec quod
verum,

verum, nec rationem habeat, nec fundamentum,
ſed plerumque profertur iniuria, quæ primò in
mentem venit, & magis deſeruit ad contriſtatio-
nem, & dehoneſtationem aduerſarij, abſque ta-
21 men veritatis conſideratione, † & cum maculata
deſcendentia tantùm ſuos in noſtræ Hiſpaniæ
dehoneſtet regione, primò in mentem inimico-
rum venit, & eam vlciſcendi ſe cauſa, & ſi ſit
falſa, & mendax, vt inconſideratè proiiciunt,
quare nec fidem mereri, nec quidquam opera-
ri, nec vllum ſortiri debet effectum contra in-
iuriati exiſtimationem, tam verborum ratione, &
ſuarum virium, & naturæ, quam ex proferen-
tis mente, quæ ratione iracundiæ ab iniuriandi
cogitatione, & veritatis pondere præmaximè
caret.

22 Deinde quoad verba nuda narratiua maculæ,
ratio noſtræ conſtitutionis patet, nam dum ali-
cuius proſternitur puritas, ſeu nobilitas ideò
eſt, quia eius exiſtimatio, & qualitates ſui ge-
neris læſæ manent ex aliqua ſufficienti cauſa,
quæ ſit potens ad maculam, aut ſanguinis de-
fectum infligendum ſiue ob notam communem,
& publicam infamiam, ſiue ob deſcendentiam
à pœnitentiatis per Sanctum Officium ſiue à ſa-
cellis benedictis, quæ ex legitimis ſcripturis, aut
23 probationibus conſtet, † cùm hæc omnia in facto
conſiſtant, ſecundùm textum *in leg. ob hæc verba,*
20. de his, qui not. infam. & in leg. ea quæ 13.
leg. verbum 17. leg. interloquutio, 19. Cod. eod. &
in leg. 2. de obſeq. à libert. præſt. & in noſtris ter-
minis ſpecificè docet Hieron. Zaballos *commun.*
contra commun. quæſt. 821. num. 15. verſ. Quarto
confirmatur hæc opinio, & faciunt tradita per Va-
24 lençuel. *conſil. 8. nu. 35.* † & cùm res, aut qua-
litas à certo prouenit facto, factum ipſum in
primis probari, & inſpici debet, ſecundùm
Bald. *in leg. 1. num. 24. verſ. tu dic. C. de emancip.*
liber. Craueta *conſil. 75. num. 15.* Rota apud Fa-
rinac. *deciſ. 480. num. 2. in fin.* nec quidem vbi fa-
ctum adeſſe eſt neceſſe, verba ſufficiunt, ſecun-
dùm Alexand. *conſil. 21. viſo proceſſu, in fin. num.*
7. lib. 1. & allegatos à Cardinal. Tuſch. *lit. F.*
concluſ. 21. per totam, tom. 3. Auguſt. Barboſ. *axiom.*
25 *93. num. 12. pag. 59.* † nec qualitas abſque facto,
nec econtra factum ſine qualitate ſufficit, *ex text.*
in leg. denunciaſſe 17. §. quid tamen 4. ad leg. Iul. de
adulter leg. pen. §. docere. Nequis eum. Bart. *in leg.*
Diuus, colum. 1. de re iudic. Cyn. *in leg. 2. Cod. de prob.*
Iaſſ. *in dict. §. docere, num. 3. & in leg. Prætor. §. docere*
12. per text. ibi, *vi bonor. rapt. & in leg. vt vim, num. 3.*
de iuſt. Dec. *in l. vlt. num. 40. C. de edicto D. Adriani*
toll. & in cap. licet cauſam num. 24. vbi etiam Felin.
de probat. & conſil. 180. Andr. Tiraq. *lib. 1. de retract.*
§. 8. gloſſ. 7. num. 1. cum ſeqq. & §. 32. gloſſ. vn. num. 93.
Alciat. *lib. 1. de verb. ſignificat. colum. 4.* Gozandino
conſil. 70. Reuerendiſſime Domine, num. 10. Matth. de
Afflict *in conſtitut. Neapolit. lib. 2. rub. 17. num. 27.*
26 *fol. 61.* † & qualitatem probari oportet per ipſum
indiuiduum factum, non per extranea verba,
quæ cadunt ſuprà ipſum factum, nec factum, nec
factum, nec qualitas ex verbis oritur ad tradita
communiter per DD. *in leg. manumiſſiones de iuſt. &*
iure, & facit text. *in leg. ſed etſi quid. 25. §. interdictũ de*
27 *vſufr.* † & quæ ex facto procedunt, non niſi per
factum ipſum probari valent, *leg. 1. §. non tamen*
36. ad Silanian. Eſcob. *de ratiocin. cap. 15. num. 44.*
Cardin. Tuſch. *lit. F. concluſ. 21. tom. 3.* Auguſt. Bar-
boſa *axioma 222. num. 47. pag. 138.* Zephalo *conſ.*
240. num. 14. lib. 2 Maſch. *de probat. concluſ. 732. num.*
28 *3* † quia ad probandum effectus, de eorum prius

constare debet cauſa text. *eſt in l. 1. §. item illud 22. ad*
S.C. Syllan. cap. 1. de foro compet. in 6. DD. *in cap. Roma-*
na, §. contrahentes, eod. titul. & lib. Immol. & moder-
ni *in cap. cæteri de iudic.* & Bald. *in l. præſcriptione 2 C.*
ſi contra ius vel vtilit. vbi etiam communiter DD.
† & dum ex vnico actu plures indiuiduè partici- 29
pant, actum ipſum, & cauſam principaliter atten-
di, & apparere oportet, vt ex *text. in l. ſi quis nec*
cauſam 4. cum ibi notatis, *de reb. cred,* tenent. Bald.
in l. reos colum. 5. C. de accuſat. Ripa *in l. ex facto, num.*
14. de vulg. Andr. Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa limit.*
22. num. 22. Ioann. Gutierr. *lib. 3. pract. quæſt. 1. num. 11.*
Ioann. Zephal. *conſil. 141. verba ſtatuti num. 5. vol. 1.*
Valençuela *conſil. 33. n. 114.* † & cùm ex cauſa prohi- 30
bitio vim capit, ipſa cauſa debet probari, nec re-
mota ſufficit, nec ſecundaria, ſecundum *text. in leg.*
ſocium 60. §. 1. pro ſocio. Bart. *in l. ſed et ſi plures §. in*
arrogato, de vulg. Dec. *in l. certi condictio §. quoniam,*
num. 7. de reb. cred. etſi cert. pet. Menoch. *lib. 2. de arbitr.*
caſu 287. num. 18. Roland. à Valle *conſil 48 num 20.*
& ſeq. vol. 2. & conſil. 82. num. 14 vol. 3. & facit text.
in l. verum 40. de furt. † & ſi quodam modo verba 31
probare factum poſſunt, eſt, cum ex verbis de ne-
ceſſitate deducitur factum, alias ſecus, ſecundum
Iaſſ. *in l. ſciendum, ſub num. 2. per textum* ibi, *de ver-*
bor. † ratio eſt, quia probationem claram & con- 32
ſtantem eſſe conuenit, & verba reſpectu facto-
rum incerta ſunt, cum eis manentibus facta defi-
cere poſſint, nec ex dicto factum ſequatur, nec ve-
ritas *l. non nudis 14. l. cum precibus 18. C. de probat.*
cum ſimilibus, † & certiores, & dilucidiores repu- 33
tantur probationes per facta quàm per nuda & ſim-
plicia verba, quæ ficta plerumque ſunt, facta ve-
rò conſtantia & certa, quæ in primis attendi de-
bent *ex text. in l. item legato 49. §. parui 4. de leg. 3.*
voluit Bald. *in l. non ignorat. 9. num. 5. C. de his, qui*
accuſ. non poſ. Alciat. *de præſumpt. reg. 3. præſumpt.*
38. num. 4. Menoch. *lib. 2. præſumpt. 1. num. 83.*
Fulu. Paciano *de probation. lib. 2. cap. 12. num. 19.*
† Et cùm res probari poteſt per factum, ex quo in- 34
cepit, verba non attenduntur, nec aliquid operan-
tur, *ex text. in l. non omnes 5. §. fin. de re milit. leg.*
peculij eſt, 4. §. 1 in fin de pecul. Maſch. *de probation.*
in princip. quæſt. 2. num. 19. Alexand. *conſil. 21. viſo*
proceſſu in fin. n. 7; lib. 1. & conſ. 44. n. 6. lib. 7. Ægid.
Bellarm. *conſil. 9. num. 17. verſ. Item non obſtat*, Soci-
cino *conſil. 92. viſo inſtrumento num. 10. lib. 4.* Cardin.
Tuſch. *in practic. concluſ. 21. per totam lit. F. tom. 3.*
Auguſt. Barboſa *axioma 93. num. 12. pag. 59. &*
axioma. 222 num. 47. pag. 138. † quia ſi vera ſunt 35
verba, quæ fuerunt prolata, & verum ſit ignomi-
niæ factum, aut nota, ad quam ipſa reſpiciunt ver-
ba, manifeſtum erit, ſi verò falſum non ita, ſecun-
dum Innocent. *in cap. extirpandæ colum. fin. prope fin.*
de præbend. notat Fulu Pacian. *illo tract. de probat. lib. 1.*
cap. 10 num. 3. vbi ad hoc adducit Guid Papa *ſing. 619.*
& Nattam *conſ. 283. num. 4. vol. 2.* quia factum patet
non verò factum latet, *cap quanto de tranſlat. Epiſcop.*
Gracian. *Marchiæ deciſ. 64. num. 2.* † ad quod neceſſe 36
eſt, quod cauſa maculæ, & ſic factum, ex quo pro-
ceſſit per ſenſum appareat æquabilem, non per diſ-
curſum intellectus, nec per verba, ex traditis per
Bart. *in l. ſolam. C. de teſt.* Maſch. *de probat. concl. 426.*
ſub n. 4. quare cùm verba calumniæ ſe referri omnino
debeant ad aliquam certam illius cauſam, quarum
plures ſuprà retulimus, & omnes in facto
conſiſtant, ſi veræ fuerint palàm erunt, & ve-
niunt neceſſariò probandæ, aliàs verbis ſim-
pliciter prolatis nulla omnino erit adhibenda fi-
des.

Confirmatur, nã cùm macula prouenire non poſſit, 37

niſi ab aliqua ex prædictis quatuor cauſis, aut ex eo,
quòd maiores ab hæreticis Iudæis, aut Sarracenis
proueniant, qui aſſerit aliquem impurum, neceſ-
ſariò ſe refert ad aliquam earum, *arg. leg.* 1. &
quæ ibi notat Angel. *de inſt. & iure*, à qua omnis
vis prouenit, *leg. rem non nouam* 14. *C. de iudic.*
38 Valençuela *conſil.* 25. *nu.* 20. † maximè cùm aliæ
non ſint, à quibus poſſit macula prouenire, & cùm
relationis proprium ſit, perinde veram eſſe, ac ve-
rum apparet id, ad quod facta eſt, vel fieri de-
bet, *ex text. in leg. aſſe toto*, 77. *de hæred. inſtit.*
& in leg. ſi teſtamentum 8. ibi, *tamquam ſi teſtator*
ipſas inſtitutiones eiſdem clauſulis copulaſſet, *Cod. de*
inſtitut. & ſubſtit. & in leg. 8. *titul.* 3. *in fin. &*
leg. 9. *verſic. e por toller eſa duda*, *titul.* 5. *part.*
6. Andr. Tiraquel. *latiſſimè in leg.* 16. *connub. gloſſ.*
7. *verb. exprez*, *à* 4 *num.* 182. *cum ſeqq. fol.* 321. &
Anton. Peregrin. *de fideicomm. artic.* 16. *numero* 111.
& artic. 51. *num.* 37. Ioann. Gutierrez *lib.* 3. *pract.*
quæſtion. 15. *num* 41. *& quæſt.* 17. *numero* 46. An-
39 tonius Gamma. *deciſione*, 206. *numero* 14. †
& relato ſiue expreſſa, ſiue tacitè ſubintellecta na-
turam ſumit ex veritate illius, ad quod fuerit facta,
vel fieri debebat, ex eleganti Baldi doctrina *in leg.*
adeo §. cum quis, *de adquir. rer. dom. & conſil.* 338.
ex qua veniunt, *lib.* 2. Vancio *de nullit. ex defectu ci-*
tat. num. 138. Dec. *conſil.* 638. *num* 7. & ſic reſtrin-
gitur, & limitatur ad illud, quod in relato con-
tinetur. Phil. Dec. *conſil.* 63. *ſub num.* 6. *verſ. nec*
obſtat. Carol. Bardel. *conſil.* 61. *num.* 42. Rimi. *conſil.*
34. *num.* 6. Ioſeph. de Seſſe Arrag. *deciſ.* 125. *num.*
41. *& deciſ.* 187. *num.* 110. quia fieri non poteſt,
niſi ad id, quod certum eſt, Pariſ. *conſil.* 122. *Clariſſi-*
mus, *n.* 3. *& ſeq lib.* 1. *& conſ.* 2. *num* 51. *& ſeq. lib.* 3.
Paul. Caſtrenſ. *conſil.* 91. *in fin. lib.* 1. & ſic rela-
tio nihil eſt, dum relatum in incerto manet, *dict. leg.*
aſſe toto, 77. *de hæred. inſtitut. leg ſi ita ſcripſero* 38.
de cond. & dem. leg. ait. Prætor. 5. §. 1. *de re iudic.*
Marian. Antonin. *lib.* 1. *var. reſolut.* 38. *numero* 5.
& reſolut. 64. *num.* 7. *& lib.* 2. *reſolut.* 8. *num.* 12.
P. Surd *conſil.* 5. *n* 57. & velut erronea reiicitur & im-
probatur ſecundùm Dec. *dict. conſil.* 63. Octau.
Glorit. *reſponſ.* 12. *num.* 24. Menoch. *conſil.* 1.
num. 96. ſequitur quòd verba iniurioſa maculam
generis denotantia non plus poterunt operari,
quàm verum eſſe conſtet id, quod proferunt ex
40 aliqua prædictarum cauſarum, † ex quibus ſi
nihil verum conſtet, verba nihil per ſe efficere
poterunt, text. elegans ad propoſitum in auth. *ſi*
quis in aliquo documento mentionem faciat alterius do-
cumenti: nulla ex hac memoria fiat exactio, *niſi aliud*
documentum, *cuius memoria in ſecundo facta eſt profe-*
ratur, *Cod. de edendo.* Paul. Caſtrenſ. *conſil.* 139.
num, 3. *part.* 1. Roland. à Valle *conſil.* 8. *num.* 21.
lib. 3. Zephal *conſil* 200. *num.* 7. *tom.* 2. Hieron.
Zaball *commun. contra commun. quæſt.* 44. *per totam*,
& Gracian. *diſcept. forenſ.* 3 *tom. cap.* 501. *num.* 16. *&*
41 *tom.* 5. *cap.* 957. *num.* 50. † cùm non poſſint per ſe
eſſe cauſa maculæ, & infectionis, quæ generi aliun-
de prouenit, & aliunde à ſua origine, & cauſa de-
bet probari *leg. qui id quod* 33. *de donat. leg. cutor.* 69.
de fideiuſſor. Pelaez *de maiorat.* 2. *part. quæſt.* 2. *num.*
42 143. † & ad cauſatum conſtituendum, de eius cau-
ſa prius debet conſtare, ex notatis *in leg. ſed & ſi*
quid 2 *y* 6. *interdum de vſufr. cum ſimilibus*, ex qua re-
gulari debet. Pelaez *de maiorat* 2. *part. num.* 115.
plures apud Auguſt. Barboſ. *axioma* 40. *num.* 27.
43 *&* 28. *pag.* 28. *& axioma* 80. *num.* 1. *pag.* 50. † ma-
ximè ex cauſa ſanguinis influenti, quæ ſemper
eiuſdem eſt virtutis in omni ſuo cauſato nec po-
teſt plus habere virtutis, & potentiæ, quam ab il-
la procedit, ſecundùm Bald. *in leg.* 1. *num.* 2. *de*
ſenator. relatum à Ioann. Gutierrez *lib.* 3. *pract.*
quæſtion. 16. *num.* 96. † vnde maiori ex ratione de- 44
bent per cauſam, & primam originem regulari
qualitates ſanguinis, non verò verbis attendi, ſed id,
quod aſpiciunt, & ex quo verificanda veniunt *ex tex.*
in leg. non omnis 19. *de reb. cred. & ſi cert. pet.* nec
plus operari poterunt, quàm ex illo appareat, eſt
text. in leg. 1. §. *Iulianus*, & ibi Bart. *de itin. actuque*
priuato, *& in leg. voluntarie* 11. *Cod. de excuſat. tut.*
leg. fin. Cod. ne vxor pro marito, † & ſemper inſpi- 45
cienda eſt cauſa verborum, non ipſa per ſe verba,
leg. cum tale 72. §. *fin. de cond. & dem. leg. verum* 2.
de furtis gloſſ. in leg. legata inutiliter 14. *de aliment.*
leg. cap. intelligentia 6. *& ibi* gloſſ. *verb. ex cauſis, de*
verbor. ſignificat. cap. etſi Chriſtus 26. §. *quadam*, vbi
etiam gloſſ. *verb. ex cauſa ſecunda*, *de iureiur.* præ-
ter tradita ab Auguſt. Barboſa *Axioma.* 222. *num.*
38. *pag.* 138. Cardinal. Tuſch. *lit. V. concluſ.* 122.
num. 44. *tom.* 8. † & licèt facta maioris ſint po- 46
tentiæ, quàm verba *text. in leg. tamen ſine culpa*
48. §. *ei qui ſeruum* 3. *de ædilitio edicto*, *cap. dilecti*
filij 52. *verſic. cum autem plus eſt*, *de appellat.* cum
aliis plurimis congeſtis a Ioann. Roxas *de hæretic.*
1. *part. à numero* 287. *cum ſeqq.* & ab Auguſt. Bar-
boſa *Axioma.* 93. *n.* 9. *pag.* 58. † non tamen ſẽper 47
iura ſanguinis inducere, nec mutare poſſunt *ex leg.*
3. *de interd. & releg.* cum ſimilibus, And. de Iſernia
in cap. 1. §. *cæteri.* Quis dicatur Dux, & ex eo
Ioann. Gutierrez *lib.* 3. *quæſtion.* 16. *n* 96. *verſ.*
actiones autem, quare multo minus verba, quæ
non tantæ ſunt potentiæ, & per quæ rerum
veritas regulari non debet, ſed ex eius cauſis, † 48
quæ in primis inſpici debent, & à iudicibus
inueſtigari, vt conſulit D. Gregor. *ad cap.*
29. Iob. in explicatione illorum verborum, *cau-*
ſas, *quas neſciebam diligentiſſimè inueſtigabam*, &
ait Sanctus Doctor. *Ad proferendam ſententiam*
numquam præcipites eſſe debemus, *ne indiſcuſſa temerè*
iudicemus, *nec qualibet male audita nos moueant*, *nec*
paſſim dicta ſine probatione credamus, † quia ver- 49
ba tantùm ſunt ſigna rerum & earum demonſtra-
tiones, *leg. ad recognoſcendos*, *C. de ingen. man. leg.*
vn. Cod. de mutat. nomin. exornant plura addita Ti-
raquel. *in leg. ſi vnquam*, *verb. liberis*, *num.* 15. *&*
18. *Cod. de reuoc. donat.* & cæteri congeſti per Au-
guſt. Barboſ. *Axioma* 222. *num.* 2. *pag.* 135. & de-
ſeruire debent ad eas, earúmque cauſas demon-
ſtrandas, & inquirendas, non verò ad aliquid
per ſe operandum, nec efficiendum, nec proban-
dum, vt ſummo iure conſtitutum habemus in hoc
noſtro textu, & pragmatica.

Aliter enim poteſtatem haberent nuda inimi- 50
corum verba, & voluntas adimendi purita-
tem, & nobilitatem ſanguinis, quæ à maiori-
bus & genere tantùm proueniunt, vt eſt *text.*
in dict. leg. cum qui 3. *de interdict. & releg. leg.*
2. *titul.* 21. *leg.* 6. *tit.* 27. *part.* 2. Otalora *de*
nobilitat. 1. *part. cap.* 5. *à num.* 1. *cum ſeqq.* Ioann.
Gutierr. *lib.* 3. *pract. quæſtion.* 12. *num.* 92. *&* 94.
† & quæ ex ſua natura, prout in ſingulis adſunt 51
perſonis, immutabiles ſunt, *ex text. in leg. ius*
agnationis, 34. *de pact. leg. iura ſanguinis* 8. *de*
reg. iur. Ioann. Gutierrez citato loco *num.* 95.
cum aliis ſtatim citandis, † ita vt Principes 52
nec leges poteſtatem non habeant eas mutandi,
nec conſtituendi text. *in leg. ſed & pecuni.* 12. §. *quo*
Senatuſconſulto, de vſufr. ear. rer leg. Diui, 2. §. *Diui. de*
libertat. cauſa, *leg. ſi à te*, 7. *C. de ingen. manum.*

§. fin.

§. fin. de leg. agnat. tut. conſonat. *leg. 5. tit. 14. part. 4.*
leg. 34. vbi Gregor. *tit.* 34. *part.* 7. quæ iura ad
propoſitum referuot Ioann. Garc. *de nobilit. gloſſ* 7.
num. 17. Ioann. Gutierr. *d. quaſt.* 13. *num.* 93. &
plures alij apud D. Ant. Pichat. in ſua diſputat. *de
nobilit. communicat. inter vir. & vxor. num. 4. & ſeq.*
53 *num.* 69. † mutarentur ex nudis inimicorum calum-
niantium verbis, & ex eorum nuda voluntate, à
quibus non pendent, *d. leg. ius agnationis*, *l. aſſum-
ptio 6. in princip. ad municip. & de in col. l. origine 4. C.
de municip. origin. lib.* 10 quod quidem ferendum non
eſt, nec quod verba iniurioſa in conuenticulis, &
rixis prolata cauſa eſſe poſſint maculæ probandæ, &
ignobilitatis, & quidem nec decet, quod præiu-
dicium afferant, & id ſuadent naturalis ratio, &
æquitas, vt nouiter, & vtiliter in præſenti ſtabili-
tum habemus.

54 Sed cùm fama nihil aliud ſit quoad noſtrum
inſtitutum, quàm opinio, quæ de cuiuſque ge-
neris ſanguine vulgo habetur, vt ex Bald. &
DD. *in leg. 1. C. de his quibus infam. irrog.* docet
Matth. Vveſembek *in rub. n. 1. de his qui not. infam.*
ſeu eſt omnis opinio de ciuiuſque ſanguinis qualita-
tibus voce manifeſta, ſecundùm Menoch. *lib.* 1.
55 *præſumpt. quaſt.* 1. *num.* 4. † & omnis infamia ex
multorum voce naſcatur, vt oſtendit Oſuald. Il-
liger. ad Donel. *lib.* 18. *comm. cap. 6. lit. D.* videtur,
quod ex noſtri textus verbis his. *Quanto quiera que ſe
ayan diuulgado, y eſparcido, y llegado a noticia de muchos,*
tollatur probatio puritatis, & nobilitatis per famam,
& communem populi reputationem, aduerſus ea,
quæ latè tradidimus ſuprà 1. part. q. 10. 6. 1. per to-
tum, vbi copioſè probauimus, quòd nobilitas, pu-
ritas & macula generis probantur per famam, &
communem reputationem, tam iure, quàm praxi
omnium tribunalium, quod multum eſſet reſtrin-
gere probationes dictarum qualitatum. Et per no-
ſtrum textum in relatis verbis vulgo homines opi-
nantur, quòd macula generis iam non poteſt
per famam probari, ni verò appareat eius prima
cauſa, & initium per legitimas probationes, &
multi, hac ex cauſa decepti, & hoc errore nixi of-
ficia appetiere puritatis, quorum macula per pu-
blicam famam probata ſubticuere, & ſuo errore
emiſſo, amiſerunt officia, & intactas relique-
runt puriſſimas communitatum aras, & ſuis expen-
ſis tam in honore, quàm in burſa noſtram intelle-
xerunt ſanctionem.

56 Nam ius commune, nec praxis omnium
communitatum circa probandas generis qualita-
tes per famam & communem reputationem nec
tolluntur per noſtrum textum, nec minuuntur, ſed
potiùs approbantur, vt clarè conſtat ex illis
verbis, *O por eſtar notada la perſona*, quæ ſta-
tuunt, quòd verba iniurioſa in rixis, & priua-
tis loquutionibus prolata fidem capere ex nota
publica poſſunt, ſicut ex deſcendentia à pœni-
tentiatis, & à ſacellis benedictis per ſcripturas,
57 aut aliter probata, † quæ omnia in noſtro textu
parificantur, non quidem, vt tunc verba per ſe
aliquid probent, ſed quia à cauſa proueniunt le-
gitima, quæ ex ſe plenè probat etiam ſi nulla iniu-
rioſa præceſſiſſent verba, & ſicut deſcendentia
ab infectis probata ſufficit ad excluſionem; ita ſi
58 probetur nota generis, † quorum æquiparatio
eamdem demonſtrant diſpoſitionem, & eoſdem
producit in ſingulis effectus, *ex reg. text. in leg.
iam hoc iure, 4. de vulg. & pup. l. quamuis 4. C. de im-
puber.* Roman. *conſil.* 308. *num.* 4. Stracha *titul.
mandati, in princip. numero* 11. Marc. Antonin.

Secunda Pars.

Eugen. *conſil.* 48. *numero* 7. *lib.* 1. † & æquipa- 59
ratorum idem eſt iudicium, text. *in leg. Gallus
29. §. & quid ſi tantum 5. de lib. & poſthum.* Flamin.
Pariſ. *de conſid. benefic. quaſtion.* 27. *num.* 74. *& quaſt.*
28. *num* 82. Zephal. *conſil.* 138. *num.* 25. Hieron.
Grat. *reſponſ* 91. *num.* 19. *lib.* 1. & ſimilis iuris diſpo-
ſitio, *arg. l. illud 42. cum ſimilibus*, *ad leg. Aquil.*
plures cumulat Auguſt. Barboſ. *axioma* 14. *num.* 1.
pag. 15. † & ideò de vno ad aliud valet argumen- 60
tum, ſi per legem eorum fiat æquiparatio ex no-
tatis ab Alexand. *in d. l. Gallus §. forſitan num.* 4. Ar-
chid. Dominic. & DD. *in cap. relatum* 37. *diſt.* Gra-
cian. *diſcept. forenſ. cap.* 298. *num.* 70. Menoch. *lib.* 2.
de arbitr. iudic. caſu 55. *num.* 5. Pet. Surd. *deciſ.* 19.
num. 16 *&* 21. Flamin Pariſ. *conſil.* 49. *num* 86. *lib.* 3.
plures apud eumdem Auguſt. Barboſ. *loco* 6. *pag.*
306.

Verba enim illa, *por eſtar notada la perſona*, ni- 61
hil aliud ſignificant, nec volunt niſi *por eſtar in-
famada*, notatum quidem & infamatum, ſicut
nota infamiam, ſignificat, vt iure paſſim accipi-
tur, & probatur pluribus in locis, vt *in leg.* 2.
in princip. ibi, *ignominia cauſa ab Imperatore miſſum
hac nota laborare*, *ergo etſi Dux cùm exercitui præeſt,
dimiſſus fuerit*, *notatur*, *& ſi Princeps dimiſe-
rit, & adiecerit ignominia cauſa ſe mittere*, *vt ple-
rumque facis*, *non dubitabis*, *vt ex edicto Prætoris
eum infamia eſſe notatum*, *& in leg. furti* 7. §. 2. ibi,
infamia notabantur leg liberorum 11. §. *non ſolent.* 3.
infamia notabitur, *&* §. *notatur.* 4. *notari ignominia*,
& omnibus ferè legibus illius tituli, *de his qui not.
infam. & in leg.* 1. § *Denique*, ibi, *hoc enim puto no-
tam non euadere*, ibi, gloſſ. *de poſtulando*, *& in leg.*
2. §. *in auo*, ibi, *ne patris nota filius maculetur*, *de
Decurion. leg. milites* 13. §. *irreuerent.* vbi gloſſ. *de
re milit. & in leg. turpia*, 54. ibi, *notandi magis le-
gatarij*, id eſt infamandi, iuncta gloſſ. *verb. pro non
ſcriptis*, *de leg. nec infames*, 12. vbi gloſſ. *verbo nota*,
C de Decurion. lib. 10. leg. neque famoſis 1. vbi Lucas
de Peña & Ioann. de Platea, *C. de dignitat. lib.* 12.
† Vnde Accurſius *in leg. 1. C. de quibus irrogatur* 62
infam. dixit, *infamia eſt imminutio*, *nota*, *ſeu pri-
uatio famæ*, Alciat. *in leg. impuberum* 3. *num.* 18.
de iuriſd. Omn. iudic. Rebuff. *in leg. Marcellus* 9.
verb. notat, *verſic. notare præterea*, *de verb. ſign.
fol. mihi* 92. Hug. Donel. *lib.* 18. *communic. capit.
6. verſic. deinceps*, *& verſic. hoc exiſtimationis*,
ibi, *inde dictum infames eſſe*, *qui notantur*, vbi Oſ-
uald. Illiger. *lit. G. & lit. I. pag. mihi* 184. † Eſtque 63
infamia facti, quia nota nominis, & nænus hono-
ris, ex Freher. *de exiſtimat. cap. 1. num.* 10. † nota 64
enim dicitur quaſi ſignum, & notati quaſi ingno-
minia ſignati, vt *in leg lex Cornelia, 5. §. eodem* 10. ibi,
in notam aliquorum producitur de iniuriis, Docuis Re-
buff. *in a. verſ notare*, atque in noſtro vulgati ſermo-
ne idem ſignificant, *notar*, *infamar*, *nota*, *infamia*,
eſtar notado, *eſtar infamado*, *o tener mala fama*, vt
vſus comprobat & oſtendit Sebaſtianus Couarr. *in
teſauro lingua Hiſpana verbo, Nota.* † Quare quatenus 65
textus noſter ait, *por eſtar notada la perſona*, idem vult,
ac ſi diceret, *por eſtar diſfamada, o por tener mala fama
circa de ſu limpieça la perſona*, veluti ſi apud plures
genus pro maculato fuerit habitū, & probat, quod
ſi macula legitimè per famam probetur, probata ſi-
militer erit impuritas generis, & ſi verba iniurio-
ſa probata circa maculam fuerint, quia fama anti-
qua eam extat, & quòd prætenſor, & ſuum genus
ſunt denigrati macula, & hoc ex aliis legiti-
mis conſtiterit probationibus, plenè proba-
bunt.

66 Et exinde primò intelligenda veniunt verba illa,
Que obren lo que huuiere lugar de derecho, quæ lo-
quuntur tam in probatione maculæ, & iniuriæ
per famam, & communem reputationem, cuius
ius inueteratum, & intactum manet, quam in
probando deſcendentiam ab infectis, & pœniten-
ciatis, & à ſacellis benedictis, quæ omnia adæqua-
ta manent, & ſunt eiuſdem virtutis ex iuris diſpo-
ſitione, de qua prædicta loquuntur verba, & ad ſcien-
dum an verum ſit conuicium, & verba iniurioſa,
necne, erit regulandum per quamcumque dictarum
cauſarum indiſtinctè, & abſque diſcrimine vllo, vt
ex dictis conſtat.

67 Secundò veniunt intelligenda alia verba, quæ
difficultatem vrgebant. *Quanto quiera que ſe ayan di-
uulgado, y eſparcido, llegado a noticia de muchos*
quæ loquuntur de eiſdemmet nudis, & ſimpli-
cibus verbis prolatis in rixis, conuenticulis, & pu-
ritatis loquutionibus, dum eorum veritas non
conſtat ex aliqua prædictarum cauſarum, nec eſt
origo, nec ratio ſufficiens ad credendum, quia tunc
nec ipſa verba ſufficiunt ad maculæ probationem,
68 † & multo minos fama, ſeu potius dicam rumor
ex eis ortus, licet vndique ſparſus fuerit, & ad
plurium aures peruolauerit, qui ſimiliter nihil pro-
babit, ex iuribus ſuperius adductis, & *ex text. in c. in
cunctis 2 11. quæſt. 3.* ibi. *De veſtra igitur ſanctitate abſit
à Chriſtianorum iudicio ea, quæ maledicorum hominum
rumoribus conficta credimus in qualicumque modulo ſu-
ſpicionis adduci, quia & ſacri eloquij teſtimonium tene-
mus, vt maiora mala cum forſitan dicuntur, niſi pro-
bata credi non debeant*, & *in cap. nullum 30. quæſt. 5.*
69 † & licèt verba in plurium prouolauerint aures, &
credantur, cum non ex iuſta proueniant cauſa, ſed
ex inconſulta leuitate, & hominum credulitate at-
tendi non debent, Eccleſiaſtic. *cap. 19. 4. & text.
in l. 1. §. dolum 4. de eo per quem factum erit, cap. ſi
quis vero 86. diſt. cap.* non *ſolum 9. quæſt. 3 & in l. 8.*
vbi gloſſ. *1. tit. 23. part. 2.* & gloſſ. *6. in l. 2. tit. 6.
part. 7.* Floriano *in l. 1. num. 6. ſi mentior falſ. mod.
dix.* Car. Ruyn. *conſil 158. n. 23. lib. 3.* Socin. Iun.
conſil 36. n. 29. lib. 2. Curt. Iun. *conſ. 122. n. 1. lib. 2.* Th.
70 Gramm. *conſil. 42. n. 8 & 9.* Burſat. *conſil. 210 n. 30.* †
ſed cum non eſt rumor, ſed fama antiqua, & con-
ſtans à proba, & legitima incipiens cauſa fidem ple-
nam efficit, ex late congeſtis ſupra in d. quæſt. 10.
71 §. 2. per totum. † Quam differentiam inter rumo-
rem, & famam conſtituit Lancellotus in epiſtola
aduerſus detractores Baldi poſita ante indicem ope-
rum ipſius Baldi, in nouiſſima impreſſione, & alij
congeſti à Farinac. *de indic. & tortura quæſt. 47. num.
2.* & à Menoch. *lib. 1. præſumpt. quæſt. 1. ex num. 39.*
& probant communiter DD. *in cap. ſuper eo de con-
ſang. & affinit.* P. Thom. Sanc. *de matrimon. lib. 1.
diſput. 71. num. 18* Ioann. Gutierr. *eod. tract. cap. 36.*
72 *num. 16.* † volentes, quòd etſi contractus matri-
monij impediri valeat per famam conſanguinitatis,
ſiue alterius impedimenti, non tamen per rumo-
rem, cui nullibi attendendum eſt, † & cum origo
73 famæ in primis inſpicienda ſit, ad ſciendum quan-
tam mereantur fidem, vt ex Phil. Corn. *conſil. 198.
num. 16. & conſ. 232. lib 2.* Carol. Ruin. *conſil. 51.*
74 *num. 14. lib. 1.* Pariſ. *conſil. 107. num. 51. lib. 1.* †
Sicut in quacumque re initium & primæua cauſa
inſpici oportet, *ex text. in l. quid id quod 13. in prin-
cip. de donat. l. 2. § pari que referre, de priuileg. cred. &
in l. tutor. 69. de fideiuſſor. & in l. ſi filius fam. 3. C.
ad S. C. Maced.* Petr. Surd. *de alimentis, tit. 7. quæſt.
34. num. 4.* Menoch. *lib. 1. de arbitr. iudic. quæſt. 80. num.
105. & conſil. 124. num. 23. & conſil 133. num. 3. &
conſil. 152. num. 20. vol. 2.* Crauetta *conſil. 131. num. 15.
& conſil. 144. num. 2.* Roland. à Valle *conſil. 79. num.
10. lib. 3. & conſil. 32. lib. 4.* † nec curandum eſt de 75
nomine, an fama, ánve rumor vocetur, ſed de ori-
gine à qua vim omnia capiunt. Mandoſ. *reg. 27.
Cancellar. quæſt. 20. num. 4. & reg. 30. quæſt. 2. num. 1.*
Hieron. Gonçalez *ad reg. 8. Cancellar. gloſſ. 31. num.
46.* † nam eadem eſſentia, & vis, quæ inuenitur in 76
origine transfunditur cum eiſdem qualitatibus in
omne deriuatum *ex l. in ratione, 11. § ſi filio 6. ad l.
falcid.* Burg. de Paz *quæſt. ciuil. 3. num. 17.* Angel. *conſil.
110.* & poſt eum Valdar. Zaſios *conſil. 14. num. 51.
lib. 1.* † quare ſi inſpiciamus verba prolata in rixis, 77
conuenticulis, & priuatis loquutionibus, quæ in ſe
nihil ſunt, nullámque vim, nec robur habent, idem
dicemus de rumore ex eis nato, qui ſimiliter nihil
erit, nihílque probabit, vt plane dedocitur, & ſi-
gnificatur in noſtro textu, in quo conuenit cum re-
gulis & ratione iuris, vt ex dictis patet.

Ex quibus infertur primò ratio illius declaratio- 78
nis noſtri textus ibi. *Y que los teſtigos, que depuſieren
dellas como no tengan mas noticia de la calidad del pre-
tendiente, que auer las oido, ni ſi huuo cauſa, ni raçon
para decir las, no obſten a la pretenſion de la nobleça, y
limpieça*, quia, vt iam dixi, teſtium dicta, & teſti-
monia regulantur & interpretantur per ſuam cau-
ſam & rationem, nec ampliùs probant, quam ipſa
ratio, & cauſa, quæ inſpici, & attēdi in primis debet,
*ex text. in l. cum hi 8. §. vlt. ig. tur 8. de tranſ. & leg. 2. §.
circa, de doli except. l. cum tale 72. in fin. de cond. & dem.
l. ſola 4.* vbi gloſſa alia adducit concordantia, & DD.
communiter, *C. de teſtib. auth. de teſtib. §. & licet*, ibi,
*aut etiam cauſam teſtimony forte faciant manifeſtam,
nouel. 90. & in cap. cum cauſam, 37.* ibi, *prudenter inqui-
rens de cauſis, de teſtib. cap. ſi teſtes 3. §. ſola*, vbi gloſſ.
8. tit 16. par. 3. † ita vt ſecundùm rationem amplietur, 79
& reſtringatur fides teſtium, & ſuarum depoſitio-
num, vt per DD. in dictis locis, & per Bald. *in l. con-
uenticula, num. 5. C. de Epiſc. & cleric.* Maſch. *de probat.
quæſt. 5. num. 121. & concl. 5 369. num. 18.* & plures alios
apud Farin. *2. tom. tract. de teſtib. quæſt. 70. num. 12.* Gra-
cian. *diſcept. forenſ. tom. 4 cap. 678 num. 13.* Marſil. *ſing.
621.* Octau. Cacheran. *conſil. 66. ſub num. 17. lib. 1.* † & 80
potiùs inſpicienda eſt cauſa teſtimonij, & eius ratio,
quam comprehenſio & narratio verborum. Mol. *de
primog. lib. 1. cap. 5. num. 9.* Ioann. Gutierr. *lib. 3. pract.
quæſt. 106. num. 4* Rol. à Valle *conſil. 6. num. 20. lib. 4.*
Hieron. Grat. *reſponſ. 13. num. 45. lib. 1.* Aym. Crauetta
conſil. 243. num. 4. Ioann. Andr. Georg. *allegat 6. num.
21.* † & ideò ſi teſtes reddant rationem incongruam, 81
& non ſufficientem, erit idem ac ſi nullam omni-
no reddidiſſent, & ſic fidem nullam non efficiunt ex
Bertazol. *conſil. 251. num. 40. & conſil. 296. num. 10.* ex-
tra alios allegatos per Farinc. citato loco *num. 10.* † 82
maximè dum interrogantur de qualitatibus perſona-
rum, & de puritate & nobilitate generis, quæ ad ſta-
tum hominum pertinent, quarum rationem etiam
non interrogati reddere debent, ſecundùm Anton.
Gom. *tom. 3. var. cap. 12. num. 10.* Roland. *conſil. 3. num.
52. lib. 1.* † & in probanda fama, ſeu infamia hoc idem 83
defenditur Cagnol. *in l. 1. num. 134. de reb. cred.* Abb. &
Felin. *in cap. cum cauſam, de teſtibus* Maſch. *de probat.
concl. 1375. num. 8.* cum ploribus apud Farin. *num. 48.*
citato in loco, & cùm prædicta ratio teſtium, nem-
pe quia audierunt maculam, ſeu alium defectum in
rixis, conuenticulis, & in aliis loquutionibus priua-
tis, nihil in ſe ſit, nec probet, ex ſupradictis, nec eo-
rum dicta, & depoſitiones probabunt, nec aliquam
efficient fidem ex eadem ratione.

Infertur ſecundò, quòd in hoc noſtro textu nul- 84
la conſtituitur differentia inter verba iniurioſa in
abſentia prolata, & inter prodita in præſentia, vt
patet

85 patet ibi, quo ſe ayan dicho en pendencia, † quæ præſen-
tialiter fit, ſecundùm text. in l. ſi ex plagis, § 2. § 1. taber-
narius, 1. ad l. Aquil. & colligitur ex traditis à Iacob.
Menoch. de arbitr. iud. caſu 349. num. 5. & caſu 350.
num. 3. Maſch. de probat. concl. 1289. & ex adductis à
Narbona in l. 20. gloſſ. 12. à num. 83. cum ſeqq. tit. 1.
lib. 4. recop. pag. 483. iunctis aliis verbis ibi, O extraiu-
86 dicialmente en corrillos, o en conuerſaciones, † quæ in
abſentia iniuriati habentur, & parificantur cum di-
ctis in præſentia, vt hîc, & in text. in l. item apud La-
beonem. 15. § conuicium. 7. vbi gloſſ. verb. te abſente, de
iniuriis. & in l. 1. tit. 9. part. 7. & l. 1. tit. 10. lib. 8. recop.
Salic. in l. 1. C. ſi quis Imperat. maledix. Abb. & DD. in
cap. 1. extra, de maledicis. Plac. in epitome delict. cap. 1.
poſt num. 2. verſ. Quam ſententiam. Couarr. lib. 1. var.
cap. 11. num 4. Ant. Gom. lib. 3. var. cap. 6. de iniur n. 2.
& 5. Did. Perez in l. fin. tit. 1. lib. 2. ord. D. Io. Vela de
pœnis delict. cap. 16. de iniur. num. 25. Pallad. lib. 1. rer.
quotid. cap. 17. num. 41. & ſeqq. Aceb. in l. 1. num. 7 &
8. tit. 10 lib. 8. recop. & plures quos allegat Farinac. 3.
tom de variis ac diuerſ. crim. quæſt. 105. num. 83. & 84.
87 † vbi ex Iodoc. in pract. crim. cap. 136. num. 5. ait,
quod tantùm peccat, qui præſens lædit, ſicut abſens,
immò quod grauiori, quis afficiatur iniuria, dum
abſens eſt, quam dum præſens, cùm ſuum poſſit ho-
norem ſtatim defendere, & iniuriam expellere, quod
abſens non poteſt, voluit Aceb citato loco in d. n. 7.
88 Contrarium tamen receptum video penes ſacræ
paginæ DD. ſequentes ducem ſuum, & inextingui-
bilem lucernam cæteris omnibus de mundo clario-
rem, ac veriorem D. Th. 1. 2. quæſt. 73 art. 1. & 2. con-
ſtituentes quòd contumelia, quæ dicitur iniuria præ-
ſentialiter illata, ex Nauarro in ſumma cap. 18. n. 111.
& ſeq. Azor inſtit. moral. 3. part. lib. 13. cap. 5. Bañez &
Salon. 2. 2. quæſt. 72. art. 1. Mol. de iuſt. tract. 4. diſp. 18.
Sayr. Claui reg. lib. 1 . cap. 4. num. 2. & cæteri commu-
89 ter, † conſtituit maius peccatum, quam detractio,
quæ dicitur in abſentia occulta denigratio, ita San-
ctus Doctor in d. art. 2. ad 2. vbi Salon, Bañez & cæ-
teri Rebell. de obligat. iuſt. lib. 4 de reſtitut. quæſt. : . Azo-
rius citato loco cap. 6. dub. 3 Mart. Bonacina 2. tom. de
reſtitut. diſp. 2. quæſt. 4. punct. 1 num. 3. & quæſt. 5. punct. 1.
90 num. 8. † vbi reddit rationem, quia præſens & ſciens
magis inuitè fert iniuriam, quàm abſens, qui igno-
rantiæ ratione, & minoris inuoluntarij, non ita gra-
91 uiter læditur, † Sicut rapina, quæ in præſentia fit,
maius conſtituit crimen, quam furtum in abſentia
factum, l. 1. l. 2. § ſi in re depoſita, 24 de vi bonor. raptor.
l. 1. de effractor. l. ſi te expilaſſe, 12. C. ex quib. cauſ. infam.
irrog. & DD. in dictis locis, & iuribus, & in rub. ad leg.
Iul. de vi publ. & de vi priuata, plura alia iura, & DD.
allegat Farinac. de furtis quæſt 166. num. 81. & Mart.
Bonac. ad noſtrum propoſitum in relatis locis, & in
quæſt. 8. punct. 1. num. 1. & 3.
92 Illud quidem certum eſt, quòd ex vtraque tam ex
detractione, quàm ex contumelia lethale oritur
peccatum in animæ foro, ex DD. citatis, & Soto de
iuſt. & iure lib. 5. quæſt. 15. art. 1. ad 3. & de detractore
fatentur Petr. Nauarra de reſtitut. lib. 2. cap. 4. à n. 267.
cum ſeqq pluribus Leonard. Leſſius lib. 2. c. 11. dub. 19.
num. 101. dicentes teneri ad reſtitutionem, idem vo-
luit Salon. de iuſt. d. quæſt. 72. art. 2. controuerſ. 20. Mol.
de iuſt. tract. 4. diſp 41. Sayr. Claui reg. lib. 11. cap. 3.
num. 17. Valer. Regin. in praxi fori pœnit. lib. 10. num.
335. & communiter DD. & de infligente contume-
liam paſſim etiam docent omnes ex Valencia tom.
3. diſp. 5. quæſt. 16. punct. 2. Rebell. lib. 4. de reſtitut. q. 1.
num. 8. Reginald. lib. 24. num. 100. cum ſeqq. Bañez &
Salon. ad D. Th. 2. 2. quæſt. 73. art. 2. Leſſio & Azor
adductis à Mart. Bonac. citato loco diſp. 2. quæſt. 5.
punct. 2. num. 1. & ſeqq.

Peccatum autem, & obligatio reſtituendi ſumi 93
debent ex duplici capite, aut ex grauitate, aut enor-
mitate dicti, quo detractio, ſiue contumelia infertur:
† aut ex damno inde ſequuto, nam infamia debet 94
eſſe grauis ex qua lædatur valde exiſtimatio apud
bonos ex Bañez, & Salon. 2. 2. quæſt. 62. art. 2. contro-
uerſ. 12. etiamſi infamia vera exiſtat, dummodò ſe-
cretò maneat, ex Petr. Nauarra de reſtitut. lib. 2. cap. 4.
num. 308 Mol. de iuſt. tract. 4. diſp. 29. num. 7. † Ex leuis 95
ergo delicti manifeſtatione non oritur peccatum le-
thale, nec obligatio reſtituendi, ex eodem Petro Na-
uarra num. 306. & 312. citato loco. Leſſio de iuſt. lib. 2.
cap. 9. dub. 3. Azor. inſt. moral. 3. part lib. 13. cap. 7. n. 4.
& 5. Sayrus Claui reg. lib. 11. cap. 6. num. 2. Arag. 2. 2.
quæſt. 73. art. 3. ad fin. Reginald. d. lib 24. num. 6. † niſi 96
damnum notabile exinde oriatur, cuius ratione in-
terueniet peccatum lethale, & reſtituendi obliga-
tio, quod ex duplici capite oriri poteſt, aut ratione
dignitatis, & officij, nempe Epiſcopi, Iudicis, Sacer-
dotis, aut religioſi, qui magis lædi poſſunt ex defe-
ctu leui, quàm alij ex graui, ex Arag. in d. art. 2. Petr.
Nauarra d. cap. 4. num. 15. verſ. Adde prædictis, & num.
316. Sayr. Claui reg. d. cap. 6. num. 3. Valer. Regin. n. 80.
citato loco. Mart. Bonacina 2. tom de reſtitut. diſp. 2.
quæſt. 4 punct. 2. num 7. verſ. In propoſitione; † aut ra- 97
tione rei amiſſæ, ex leui detractione, quæ ſi magni
fuerit valoris conſtituet peccatum lethale, v. g gene-
raliter loquendo, manifeſtatio defectus naturalis
animi, vel corporis per ſe peccatum graue non con-
ſtituit, vt ſi detegatur proximi ignorantia, paruum
iudicium, impertinentia, imprudentia, temeritas, ma-
gnus naſus, ſiue quod ſit gibboſus, cocles, claudus, &
ſic diſſimilibus. vt tenent communiter DD. & ex
Batt. de Medina docet Petr. Nauarra citato loco
num. 306. & ſeqq. Reginald. num. 79. Sayr. num 4. locis
citatis Filliuc. tract. 40. num. 98. † Sed ſi exinde ſe- 98
quatur priuatio alicuius beneficij, ſiue alterius ma-
gnæ rei, aut ſi dictum ſit conuicium in præſentia cum
maxima proximi verecundia, contriſtatione, aut cor-
dis dolore conſtituet peccatum lethale ratione dam-
ni, vt demonſtrant Arrag. 2. 2. quæſt 73. art. 2. dub. 4.
Petr. Nauarr. num. 306. paulò ante fin. & benè conſi-
derauit Mart. Bonacina num. 11. citatis in locis, qua
ſpecie verum puto in foro exteriori competere ex
ſimili conuitio actionem iniuriarum, alias ſecus, at-
que ita intelligo Grammat. deciſ. 14. num. 19. & alios
apud Farin. d quæſt. 105. num. 14. & 124. † Et ex ea- 99
dem ratione idem erit dicendum, dum quis detra-
hit proximo in abſentia, dicendo ortum ducere a Iu-
dæis, Sarracenis, ſeu hæreticis, ex quo poterit priuari
à conſequutione officij, & honoris magnæ æſti-
mationis, & valoris, de quo etiam alibi
diximus, quibus manet ſatis no-
ſtra quæſtio explicata, quoad
vtrumque forum, & noſter
textus perfectè intel-
lectus, & expli-
catus.

QVÆSTIO IV.

De re iudicata, ſeu de tribus ſententiis in cauſis puritatis & nobilitatis latis; quatenus proſint deſcendentibus, vniuerſo generi, & familiæ. Ad interpretationem §. Ytem porque auiendo en todas las materias limite, *huius Pragmaticæ.*

HVius § quatuor ſunt diuerſæ partes Prima, in qua agitur de ratione decidendi ſequentis diſpoſitionis, & de auctoritate rei iudicatæ, à principio vſque ad verba illa, *A penas hallaron entrada las leyes.* Secunda à verbis ſequentibus, *Ordenamos, y mandamos, que en quarto o quartos*, vbi agitur de auctoritate rei iudicatæ trium ſententiarum, quæ latæ fuerint circa puritatem, & nobilitatem, & de tranſitu in rem iudicatam. Tertia in verſ. *Y porque auiendo de obrar los tres actos*, vbi referuntur tribunalia, in quibus ſententiæ, ſeu actus poſitiui obtineri debent, vt rem efficere valeant iudicatam. Quarto in verſic. *Y porque conforme a derecho.* vbi agitur de non retractandis tribus ſententiis, quæ iam ſunt tranſactæ in rem iudicatam per inſtrumenta falſa, ſeu de nouo reperta, aliáſve cauſas, & rationes, quibus de iure inflecti res ſolet iudicata, de quibus ſingulis, vt res melius maneat expedita, per ſingulos articulos agendum erit, atque ita res plenè explicata manebit.

ARTICVLVS I.

De auctoritate rei iudicatæ & ratione decidendi noſtræ conſtitutionis, quæ continetur à principio huius § *vſque ad verba*, A penas hallaron entrada las leyes.

TEXTVS VERBA.

YTem porque auiendo en todas las materias limite y termino, que las caliſique por ciertas, para que de alli adelante ſe tengan portales, deſde que eſtan paſadas en coſa juzgada, ſe conſidera por poco inconuiniente, que las de eſta calidad no lo tengan, ſino antes diſpoſicion perpetua, y que tras de muchos actos poſitiuos de nobleça, y limpieça obtenidos caual y juſtamente por los medios ordinarios, y iuridicos, no ſe executorien, para que los deſcendientes por linea recta adquieran derecho, ſino que queden ſugetos, a que los efetos de odio, y malicia, que cada dia ſe experimentan ſean mas podoroſos, que la auctoridad de la coſa juzgada, y que la vehemente preſumption de verdad, que induce, contra la qual à penas hallaron entrada las leyes.

SVMMARIVM.

1 *Lites finiri publicè intereſt.*

2 *Iudicum præcipuum munus eſt finire lites..*

Nemo ius ſuum conſequeretur, ni litibus finis imponeretur, ibid.

Reſpublica perpetuò iurgiis conquaſſaretur, ſi lites finem non acciperent, ibid. *Quo malo nullum maius*, num. 3.

4 *Res iudicata iure fuit adinuenta ad finiendum lites. Et dicitur ſententia à qua non eſt prouocatum, ſeu à qua prouocare non licet. Propriè dicitur cum appellatione, nec alia ex cauſa impediri ſuſpendi reſcindi nequit. In quo à ſententia differt, à qua licet prouocare* num. 5.

Et in aliis de quibus in num. ſeqq.

Finem controuerſiis imponit, num. 9. & ſeq.

Eius auctoritas à fine litium procedit, quæ tanta eſt, vt ſeruari publicè interſit, num. 11.

Nulla ex iuſta cauſa reſcindi poteſt, num. 12.

Eius reſpectu nulla iuſta eſt, nihil amplius quæritur, ni an iudicatum, nec contra eam allegans audiendus eſt, num. 13. & 24.

Cauſam permanentem habet, num. 14. *Veritate ſemper niti præſumitur*, num. 15. *Iuſtitiæ præſumptionem habet*, num. 16. & 17.

Rem certam, & euidentem conſtituit, notorium & manifeſtum facit, num. 18.

Eſtque natura altera, nouum ius, & originem creans, facit ens de non ente, de vero falſum, de falſo verum, de indebito debitum, & econtra, num. 19.

Purgat quodcumque rei, & litis vitium, num. 20.

Adquirit parti ius irreuocabile, num. 21. *Præſumptionem iuris, & de iure conſtituit*, num. 22.

Quaſi ius inter omnes ſtatuit, num. 23. *De eius veritate inquiri non amplius permittitur*, num. 24.

Non de illa, ſed ſecundùm illam iudicandum, num. 25.

Iuſtitia

Iuſtitia non attenditur, ſed ſententia, n.26.
Per eam lis finita dicitur, num.27. *Vlterius lis conteſtari, nec noua inſtitui non poteſt*, num.28.
Ratio tanta auctoritatis eſt publica vtilitas, num.29.
In cauſis nobilitatis, & puritatis locum vſque adhuc non obtinuit, num.30.
Ex quo pericula, & ingentia damna oriebantur, num.31.& 32.
Ob quæ vitanda de nouo ſtatuitur in noſtro textu, quòd tres ſententiæ in cauſis puritatis, & nobilitatis obtineant auctoritatem rei iudicatæ, num.33.
5 *Sententia à re iudicata differt in eo, quia ab illa prouocare licet, non ab altera. Pro veritate, ſicuti res iudicata, non habetur*, n.6.
Lites non finit, num.7. *Diffinitiua dicitur à fine, quia finem litibus imponit*, num.10.
7 *Lis finitur per rem iudicatam non per ſententiam*, & num.9. & num.27.
8 *Condemnatus non dicitur appellatione pendente.*
13 *Cauſa nulla iuſta eſt ad reſcindendum rem iudicatam.*
36 *Iuſtitia non attenditur, ſed ſententia tranſacta in rem iudicatam.*
28 *Partes vlterius non audiuntur poſt rem iudicatam.*
32 *Damna ingentiora ſunt, quanto de maiori re agitur.*
Macula generis acerbiſſima nota, ibid.

1 FINIS litium, & controuerſiarum, à quo pax,
& tranquillitas publica, publicè intereſt, *text.
eſt in l non diſtinguemus*, 32. §.*quæſitum*.16. *de recept.
arbitr.& in l fin.pro ſocio, l.ſeruo inuito*, 16. §.*cum Prætor, ad SC. Trebellian. & in l. fratres*. 10. *C. de tranſact. l. properandum*.13.*C.de iudiciis. l terminato*.3. *C.de
fruct.& lit.expenſ.conſonat.l.9. tit.6.part.6.* vbi *gloſſ.3.
& 4.& in l.7.tit.1. lib.2.recop.*vbi Acebed. *in l.1. tit.4.
lib 4.eiuſdem recop.* Emm.Barboſa *remiſſ.ad ord.Luſit.
lib.3.tit.86.num.1.pag.*458.Hieron.Zaball.*comm.contra comm.quæſt* 830.*num* 8.Peregr.*de fideicom. art.*53.
2 *ſub num.*56. *in fin.* † Et iudicum præcipuum eſt munus finiendi lites, *l.quidam.22.in fin.de reb.cred.* Summa *tit.22. part.* 3. tum quia nemo vnquam ad ius
ſuum conſequendum perueniret, tum quia reſpublica iurgiis, & magnis concitationibus conquaſſare-
3 tur, † quo malo nihil eſt paci, & concordiæ ciuium magis contrarium, vt in textu *in l. ſingulis.6.
de exceptione rei indic.* & elegantiſſimè conſiderauit
Hugo Donel.*lib.27.comm.cap.1.in princip.*Peregrinus
4 citato in loco, † ad quæ damna vitanda, iurgiáque
ſedanda iure fuit res iudicata adinuenta, quæ dicitur ſententia, vt *in l. qua de re*, 74. iuncta *l.iudex*, 55.
l cum quærebatur, 62. *de re iudic.* Oſuald. illiger. ad
Don.*d lib.27.comment.cap.2.lit.F.* à qua non eſt prouocatum, ſeu à qua prouocare non licet, *text.in l.ad
ſolutionem*, 5.*C.de re iud. cap. quoad conſultationem*. 15.
extra de re ind. tenent contra Ferdin. Vazquez *controuerſ.vſu freq.quæſt.*35.*num.*2. Corraſ. *ad l.ingenuum
25.num.2.de ſtatu hom.* Petr.Fab.*in l.res iudicata*,207.
*pag.*90.vbi etiam Cagnol. *num.6. de reg.iur.* Gœde.*in
dem.tit. num.*790. *de ſequeſtr.*. Coler.*de proceſſib.*3.
*part.cap.*12.*num.*86. Oſuald. Illiger. *ad eundem Don.
d.cap.2.lit.G.*vbi ait, † quòd propriè res iudicata di- 5
citur, cum appellatione, aliáve de cauſa pronunciatum impediri, ſuſpendi, reſcindi nequit, ſententia
verò etiam cum ab ea prouocatum eſt, vel prouocari
poteſt, quod liquidò probatur *in l.elegamer.*25.§.1.*de
condict. indeb.* & in aliis iuribus à Gœdeo adductis,
† neque legimus ſententiam pro veritate haberi, vti 6
res iudicata. Corraſ. citato loco, quo faciunt, & hæc
confirmant, quæ latè tradit Lancelotus *de attentat.
2.part.cap.4.in præfat.à num.*213. *cum ſeqq.* † quia lis 7
non aliter finita dicitur, niſi per rem iudicatam, &
ſententia per remedium aliquod ſuſpenſa, aſſeritur
adhuc cauſam durare, ac litem pendere Daniel Mollerus *lib.2.ſemeſtrium c.1. num.2.* † nec appellatione 8
pẽdente condemnatus quis dicitur, *ex text.in l. ſciendum* 15.§.*ſi fundum.6.Qui ſatiſd.cog.*Andr.Gayl.*lib.1.
obſeruat.*147. *n.*10.*& ſeq.* † & ideò à Modeſtino *in* 9
*l.1.de re iud.*Iudicata res dicitur, quæ finem controuerſiarum pronunciatione iudicis accepit, quia
finem ita ſumit, vt nihil amplius deſiderari valeat,
text.in l.qui Romæ,122.§. *duo fratres* 6. *de verbor. & in
l.ad peremptorias* 2. *C.ſent. reſcindi non poſ.* Iac. Put.
deciſ 376.*num.*2.*& 7.lib.*1.Zephal.*conſ.* 186. *num.* 47.
Phil. Corn.*conſ.*228.*num.*1.Iac.Menoch. *lib.* 1. *de arbit. quæſt.* 52, *num.* 2. † Ideóque diffinitiua ſententia 10
dicitur à fine, quia finem liti imponit, vt egregiè ex
Salic.*in l.1. C.quando prouoc. non eſt neceſſe.* tenet Valençuela *conſil.*72.*num.*31. vbi *num.ſeq.* refert verba
Caſſiodori *lib.1.var epiſt.*5.in hunc modum loquentis, *in immenſum trahi non debet finita litigia, quæ enim
dabitur diſcordantibus pax, ſi nec legitimis ſententiis acquieſcitur: vnus enim inter procellas humanas portus
inſtructus eſt, ſi homines feruida voluntate prætereunt vndoſis iurgiis errabunt.* Pet.Greg.*ſintagm.iur.lib.3.cap.*1.
*n.*26.vbi & alios refert, † atque inde etiam pendet 11
rei iudicatæ auctoritas, de qua *in l.non minorem* 2. *C.
de tranſact.l.pen.C. de re iud.*quæ tanta eſt, vt ſeruari,
nõ inflecti publicè interſit, *ex text.in l.ſeruo* 65.§.*cum
Prætor* 2 *ad S.C.Treb* † & ideò nulla ex cauſa reſcio- 12
di, quantumuis per ſe iuſta ſit, & legitima, deciſum
habemus, *in l imperatores* 35.*de re iud. l.ſub ſpecie* 4.*C.
eod.& in l.ſub prætextu* 19.*C.de tranſact.* † quia nulla 13
iuſta viſa eſt reſpectu rei iudicatæ, quæ eam reſcindere valeat, & ideò nec amplius quærendum, ni an
iudicatum? *l.poſt rem iudicatam* 66. *de re iud.l.*15. vbi
Gregor.*tit.*11.*p.*3.nec contra eam allegans audiendus
eſt *l ſingulis* 6.*de except.rei.*Bal.*in l. Arrianus, n.2.C.de
liber.cauſa* Alex.*conſ.*147.*n.*8 *lib.* 6. Rota *deciſ.* 1434.
p.3.lib.3.ſacri Palacij; † quia cauſam habet perma- 14
nentem ex eodem Baldo *in l.1.n.1.verſ.quarto, & n.3.
verſ ex his apparet, C.quando prouoc.non eſt neceſſe*, Valençuela *d. conſ.* 72. *num.* 24. ſicut & veritas, quæ 15
etiam immutabilis eſt, *l. aſſumptio* 6.*in fin.principij.
ad municip.* & de incolis, qua niti res iudicata
ſemper præſumitur, *leg. res iudicata*, 107. *de reg.
iur. cap. cum inter*, 13. *in fin. cap.quoad conſultationem.
13.de ſent. & re ind.* Aug. Barboſa *axioma* 200. *n.*1.
*pag.*124. Menoch.*lib.1.præſumpt.*67.*num.*48. & probatur in hoc noſtro texto ibi, *Y que la vehemente preſumption de verdad que induce.* † quia ſemper pro ſe 16
iuſtitiæ præſumptionem habet, *cap cum ſuper*, 17. *de
ſent.& re iud.* Th. Gramm. *deciſ.*24. *num.*6. Afflictis
*deciſ.*13.*num.*28. † (quod & quando pro ſententiæ 17
ſolemnibus, & iuſtitia ſit iuris præſumptio, videndum eſt penes Crauetam *de antiquit.temp.2.part.ſect.
1.*Ferd. Vazquez *illuſtr.controuerſ.lib.1.controuerſ.*39.
Alex.Trentacioq.*lib.2.pract.reſolut.tit. de ſententia reſol.4.*) † rémque euidentem, & certam conſtituit, 18
cap.veſtra.7 de cohabit.cleric.& mul. Zephal. *conſ.*57.
num. 34. *tom.* 1. *& conſ.*180.*num.*1. Maſdel. *conſ.*90.
*num.*5.

num. 5. Valençuela *conſ.* 68. *num.* 28. notorium &
manifeſtum facit, text. *in l. emptorem.* 22. *in princ. de
act. empt. d. cap. veſtra*, *cap. fin. de cohabit. cler. & mul.*
Bar. & Imol. *in l.* 1. *de noui oper. nunciat.* plures con-
geſti ab Aug. Barbuſa *axioma* 100. *num.* 5. *pag.* 124.
& à Proſper. Farinac. 1. *tom. de delict. & pœnis*, *q.* 21.
num. 35. *& ſeq.* Zephalo *d. conſ.* 180. *num.* 2. *& conſil.*
265. *num.* 8. *tom.* 1. *& conſ.* 614 *num.* 34. Oſaſcho *deciſ.*
19 *Pedam.* 34. *num.* 4. † Eſtque natura altera nouum ius,
& originem creans. *l.* 2. *§ fin. cum l. ſeq. de liber agnoſc.*
Natta *conſ.* 524. *num.* 5. Currio *conſ.* 177. *num.* 12. *&*
13. *lib.* 2. Gracian. *diſcept. forenſ. tom.* 3. *cap.* 417. *n.* 35.
vbi quod facit ens de non ente, de vero falſum, &
de falſo verum, & de indebito debitum, & è contra
& conueniunt tradita per Auguſt. Barboſam *axiom.*
200. *ex num.* 1. *pag.* 124. & per nos infrà *art.* 4. *n.* 27.
20 *& ſeq.* † & purgat, quodcunque rei, & litis vitium, ex
traditis per Lancellotum de attentatis *in d.* 2. *parte*
21 *in præfatione num.* 214. cum aliis, † & adquirit parti
ius irreuocabile. *l. huiuſmodi.* 84. *§. Stichum de leg.* 1. *l.
ſtatu liberum.* 11. *in fin. de leg.* 2. *l. apud Aufidium*, 20. *de
optiona leg.* Card. Tuſch. *pract. concl.* 267. *num.* 85. *litt.
K. tom.* 6. Auguſt. Barboſ. *axioma* 200. *n.* 4. *pag.* 124.
Valençuela qui alia iura adducit *conſ.* 72. *num.* 40.
22 † præſumptionem iuris & de iure conſtituit ſecun-
dum Cuman. *in l. qui Romæ*, 122. *§. duo fratres*, *num.* 7.
de verb. & Zephalo *conſ.* 458. *num.* 16. *lib.* 4. Afflictis
deciſ. Neapolit. 13. *num.* 28. Aym. Craueta *conſ.* 103.
num. 2. Iac. Menoch. & ab eo allegati *lib.* 1. *præſumpt.*
61. *num.* 4. Gracian. *diſcept. forenſ. tom.* 3. *cap.* 403. *n.* 6.
23 *&* 7. † quia & quaſi ius inter omnes ſtatuit, vt no-
tatur *in l.* 1. *de re iud.* & tenet Hieron. Grat. *reſp.* 9.
num. 9 *& reſp.* 117. *num.* 8. *& reſp.* 139. *num.* 1. *vol.* 1.
Deciſ. Genuæ 134. *num.* 7. & deciſum in cauſis purita-
tis in Rota Romana tradit Farin. *deciſ.* 204. *num.* 4. *&
deciſ.* 494. *num.* 5. *&* 9. *part.* 1. *& deciſ.* 335. *num.* 3. *p.* 2.
24 *recent.* † nec magis iure quæritur, ni an iudicatum, id-
que ſeruari iubetur, nec de veritate inquiri amplius
permittitur. *l.* 1. *C. de condict. indeb.* Bald. *in cap. nihil.
de elect.* Valençuela *conſil.* 40. *num.* 51. Hier. Zaballos
25 *commun. contra comm. quæſt.* 840. *num.* 2. † Et ideò di-
citur non de illa, ſed ſecundùm illam iudicandum, vt
in cap. in lit. 4. *diſp. & in l. qualem*, 19. *in princ. de recept.
arbitr. & in l. ſi Prætor.* 75 *de iudiciis*, *l. cum putarem*. 36.
famil. hereiſc. Probus ad Io. Monach. *in cap. Romana*,
26 *num.* 7. *de appellat.* † nec attendi debet iuſtitiæ, ſed
ſententiæ, Baldus *conſ.* 405 *ante finem*, 1. *part.* Vldaric.
Zaſius *conſil.* 2. *num.* 3. *lib.* 1. & cæteri communiter,
27 † quare lis iure dicitur finita per rem iudicatam, vt
dixi ſuperiùs, & probat text. *in cap.* 1. *de litis conteſt.*
in 6. Petr. Surd. *de aliment. tit.* 6. *quæſt.* 8 *num.* 3. Puteus
28 *deciſ. Rotæ*, 311 *num* 2. *&* 3. *lib.* 2. † & vlterius partes
audiri non valent, nec litem conteſtando, vt *in l. fin.
C. ſent. reſcindi non poſſe*, *d. cap.* 1. *de litis conteſt. & in l.
eleganter.* 23. *§ ſi quis poſt tranſactionem*, 3 *de condict. in-
deb. l. poſtquam lite*, 4. *C. de pact. cap. ſicut*, 16. vbi Felin.
de ſent. & re iud. Auiles *in cap.* 11. *prætor. gloſſ. verb.
iuzgada*, *num* 5. Alc. *reſp.* 394. *num.* 1. nec aliter ſecun-
dam litem ſtatuendo. Alex. *conſ.* 94. *lib.* 1. *& conſil.* 42.
lib. 4. Marc. Ant. Natta *conſ.* 153. *num* 8. additio ad
Mohedan. *deciſ. Rotæ* 4 *tit. de tranſact.* Freder. de Senis
conſ. 128.

29 At rei iudicatæ tantæ auctoritatis, & firmitatis
cauſa, qualis ? quam diximus, vtilitas videlicet pu-
blica in litibus finiendis, iurgiis ſedandis, & con en-
tionibus vitandis, quibus tranquillitas & pax, ſta-
túſque reipublicæ incolumis ſeruatur, quæ omnia
per ſententiarum, & iudicatarum rerum firmitatem
nanciſcuntur, & expedit lites certum finem, & ter-
minum habere, vt in omnibus ferè cauſis generali-
ter locum vſque adhuc obtinuit, & fuit obſeruatum,
† præter in cauſis nobilitatis, & puritatis, quarum 30
ſententiæ in iudiciis latæ ſummariis numquam in
rem tranſibant iudicatam etiamſi pluries circa vnius
generis qualitates receptæ fuerint informationes,
& ipſum genus purum, & nobile per ſententias de-
claratum, nam poſtea in omnibus prætenſionibus
inceptis à quocumque eiuſdem generis de nouo ſu-
mebantur informationes, & iterum, ac iterum iudi-
cabantur, ac ſi numquam eadem res probata, nec iu-
dicata eſſet, quia horum iudiciorum ſententiæ in
rem perpetuò non tranſibant iudicatam, vt probaui
ſuprà 1. part. quæſt. 17. §. 1. num. 53. † quod maximè 31
communi bono periculoſum quotidie experientia
docuit, & quaſi digito ſignauit ob maxima dam-
na, quæ vniuerſo regno, & nobilibus oriebantur
familiis ex malitiis, & calumniis inimicorum, &
proborum hominum, boni communis, & quietis
perturbatorum, quibus perpetuò occaſio manebat ſe
vlciſcendi, & cordium vlcera, & venena diſſeminan-
di aduersùs bonos & puros viros, quorum honores,
& ſublimatio inuidia malos carpunt, & deteriores
reddunt.

Et cùm in hiſce iudiciis de magis arduis, & gra- 32
uioribus agatur cauſis, vt conſiderauit Rota apud
Farinac. *deciſ.* 267. *ſub num.* 13. vbi maculam acerbiſ-
ſimam notam vocat, tanto ingentiora ſunt, quæ pro-
ueniunt damna & pericula ex perpetua anſa, & nul-
lo ſecuro portu maculandi claras, & candidas fami-
lias, quarum denigratio in totius regni vertitur per-
niciem, inhumanum & parum æquum viſum fuit,
quod in tanta re commune iuris deficiat auxilium,
& finis litium, qui in cæteris omnibus cauſis iure
conſtitutus eſt, & quod poſt plures ſententias iuſtè,
ac legitimè obtentas circa generis qualitates, † & 33
poſt manutentionem, & condecorationem plurium
officiorum, & honorum, qui nobilibus, & puris tan-
tùm tribuuntur, obtineat nihilominus locum mali-
tia, & odium, præponderétque auctoritate rei iudi-
catæ, quæ aliàs reſcindi nec inflecti non poteſt, &
vix caſus datur, quo iure euerti res valeat iudicata,
vt elegantiſſimè in noſtro textu ratione traditur, &
tantis damnis opportunum adhibetur remedium,
quo finis, & auctoritas iudicatæ rei tribus puritatis,
& nobilitatis tribuitur ſententiis, & hominum ma-
chinationibus, & malitiis via præcluditur, & dein-
ceps bono communi, & honori nobilium familia-
rum rectè conſulitur, vt ex ſequentibus apparebit
articulis.

ARTICVLVS II.

De tribus ſententiis latis circa puritatem, & nobilitatem eiuſdem ſtirpis, & familiæ; quatenus, & quibus caſibus efficere valeant rem iudicatam ius qua generi adquirant reale: ad interpretationem huius §. in verſ. Ordenamos, y mandamos, que en quarto o quartos.

TEXTVS VERBA.

ORdenamos, y mandamos, que en quarto, o quartos en que huuiere tres actos poſitiuos de limpieça, y nobleça (cada vno en el acto que ſe requiere)

requiere) ſe tenga por paſada en coſa juzgada, y executoriada, y que en ſu virtud ſe adquiera derecho real a los deſcendientes por linea recta para quedar calificados por nobles, y limpios para todos los actos, que ſe ofrecieren por aquella parte, y baſte probarſe la deſcendencia de las perſonas, que obtuuieron los dichos tres actos al modo, que ſe protiqua en las hidalguias, y que eſto entienda, aunque los dichos tres actos ſe ayan ganado en diferentes conſexos, tribunales, communidades, o colegios, o en vno meſmo, o reſpecto de vn quarto, o de dos, o de tres, o do todos ſegun los comprehendieren los actos; pero ſi los tres no fueren cumplidos, y ſolamente huuiere vno, o dos, declaramos, que no ſeo de dar por paſada en coſa juzgada la nobleça, y limpieça, ni los deſcendientes tendran adquirido derecho alguno, y que ſe les aya de haçer nueuas pruebas de ſu calidad en la forma ordinaria, y en llegando a tres, ſe cauſara el dicho derecho real, y los comprehendera.

SVMMARIVM.

1 *Tres ſententiæ, ſeu actus poſitiui obtenti in tribunalibus nominatis in noſtro textu efficiunt rem iudicatam, & ius reale adquirunt vniuerſo generi, & probationem non admittunt in contrarium*, num.4. & 6. *Etiam inter diuerſas perſonas*, num.12. & 13.

Tres ſententiæ conformes de Iure tranſeunt in rem Iudicatam, ibid.

Et pariunt ſuſpicionem calumniæ aduersùs aſſerentem contrarium, num.7. & 8.

2 *Actus poſitiui puritatis excludunt maculæ ſuſpicionem; & conſtituunt familiam in quaſi poſſeſſione puritatis, eneruant teſtes aſſerentes maculam de auditu & fama*, num.3.

4 *Quaſi poſſeſſio in cauſis ſtatus transfert onus probandi contrarium in aduerſarium.*

5 *Actus poſitiui nobilitatis extraiudicialiter adquiſiti faciunt probationem vberiorem cæteris circa ipſam nobilitatem.*

8 *Malitiis occurrendum eſt.*

9 *Specialia duo in præſenti ſtatuuntur circa probationem puritatis & nobilitatis, & inductam ratione vſus & ſtyli tribunalium vſque adhuc ſeruatum notabile eſt*, num.15.

10 *Res iudicata vt exemptionem pariat circa eamdem rem, cauſas, & perſonas ferri debet, & qualibet harum deficiente deficit vis rei iudicatæ*, num.11.

13 *Omnes de familia quaſi vno interpretatiuè ſoltim iudicantur.*

14 *Sententia circa ius pluribus tangens omnibus parit exceptionem rei iudicatæ.*

16 *Sententia aduersùs puritatem & nobilitatem ſufficit ad obſtaculum conſtituendum omnibus eiuſdem familiæ. Circa ſtatutum lata faciliùs prodeſt quàm nocet, & ius inter omnes conſtituit*, num.17.

18 *Contrariorum eadem eſt diſciplina, niſi tendant ad diuerſum finem, & rationem*, num. 19. & 22. *vel ſint diuerſæ potentiæ*, num.20.

21 *Separata diuerſo cenſentur iure.*

23 *Actus poſitiui, vt proſint de iure communi integri, & legitimè obtenti eſſe debent, ex falſa deſcendentia, aut inſtrumentis obtenti non proſunt*, n.25.

Sententia ex falſa cauſa lata quando ſit ipſo iure nulla, quando verò non, remiſſiuè, ibid.

Nulla eſt ipſo iure falſitate in ea expreſſa, aut in actis, ſecus aliter, n.24.

Lata ex vna cauſa non prodeſt in alia, n.26. & 62.

In vna linea, non prodeſt in diuerſa, n.27. & 61. & ſeqq.

Et in vno tribunali, non prodeſt in alio, num.28.

Omnia tamen hæc limitantur ex noſtra pragmatica, num.29.

30 *Nullitas notoria non comprehenditur in diſpoſitione nullitatem generaliter excludente: dicitur, quæ in ſententia, vel in actis apertè continetur*, ibid.

Et quæ ex publico conſtat inſtrumento, num.31.

Numquam reiecta cenſetur, num. 22. *Non prohibetur prohibita appellatione*, num. 33. & 59.

Etiam à tribus ſententiis conformibus, num.34. & 60.

Nec notorium grauamen, ibid. ſub num.34.

Ex actis apparens impedit viam executiuam, num.35.

Et ſi ex actis non appareat impedit executionem obligationis cameralis, num.36.

37 *Sententia ipſo iure nulla nullius eſt effectus, & impune reſiſti poteſt*, num.38.

Secus ſi non ſit nulla ipſo iure, ſed annullanda veniat, num.39.

Nulla ipſo iure nihil eſt, num.40. *Nomen, nec effectus ſententiæ non habet*, num.41.

Quæ annullanda venit prodeſt, donec infirmetur, num.42.

43 *Actus poſitiuus in quo apparet expreſſa falſa cauſa, an prodeſſe valeat, caſus ex facto proponitur, & quod non proſit probatur*, num.22. & 44. & ſeqq.

45 *Sententia lata expreſſa cauſa ea deficiente redditur inefficax, & ceſſante cauſa deficit ſententia. Circa dominium vnius rei, non extenditur ad aliud*, num.46.

Vis eius à futura non pendet probatione, num.47.

47 *Cauſa expreſſa in ſententia cenſetur finalis,*

quæ

qua deficiente deficit ſententia.

48 *Abſurdum ſequeretur, ſi vnus frater purus, alter maculatus iudicaretur.*

Ius indiuiſum alter hîc, alter ibi eſſe non poteſt, ibid.

49 *Sententia in dubio cenſetur lata ex cauſa ex qua ferri debebat, & probat omne, quod ex neceſſitate infertur*, num. 50.

Lata alio non edocto, ſeu ſtantibus actis prout ſtant interloquutoria eſt, vim diffinitiua habens, num. 51. & 58.

Nulla redditur ex probationibus contrariis poſtea habitis, num. 52.

Iniuſta eſt ſi ſe referat ad acta ex quibus patet iniuſtitia, num. 53.

Prohibita appellatione ex tribus ſententiis habet locum prohibitio, etiamſi aliqua earum ſit abſolutoria ab obſeruatione iudicij, ſeu alio non edocto, ſiue ſtantibus actis prout ſtant, num. 54. & 58.

55 *Argumentum à contrario ſenſu locum habet in ſententiis.*

56 *Quæ ex ſenſu contrario colliguntur dicuntur venire ex mente legis, aut ſententia.*

57 *Diſpoſitio ſpecialis ſpecialiter debet derogari.*

60 *Sententia nulla non habetur in conſideratione.*

63 *Comprehenſio debet regulari ex aſcendentia probata ex actis cum ea ex qua prouenit nouus prætenſor, qui ſe iuuari vult ex actu poſitiuo.*

64 *Sententia ex actis interpretatur.*

65 *Actus poſitiuus, in quo nulla fit mentio aſcendentiæ, nec cognominum noui prætenſoris an ei prodeſſe valeat. Quod non probatur*, num. 66. & 67.

Contrarium verius de iure ſtatuto, non verò ex declaratione facta per noſtrum Regem Philippum IV. num. 68.

66 *Res iudicata locum non habet in qualitate circa quam ſpecialiter lata non fuit, nec quæ ex actis non conſtat.*

67 *Cognomina familiæ plurimùm deſeruiunt ad eius qualitates probandas.*

68 *Sententia circa qualitates fertur de ſtirpe, & origine, & omnes ab ea prouenientes comprehendit. Et quæ in eius verbis, & ex natura rei virtualiter comprehenduntur.*

Lex interpretanda venit ab eo, qui eam tulit, ibid.

Princeps viua lex eſt, ibid.

69 *Actus poſitiui deſcendentium an proſint aſcendentibus. Negatiua proponitur ex* num. 70. cum ſeqq.

Contraria affirmatiua refertur, ex num. 75. cum ſeqq.

Vera ex iure ſtricto, non verò prout declaratum agnoſcimus à noſtro Rege Philippo IV. vt animaduertimus, ſub num. 82.

70 *Diſpoſitio ad diuerſas non extenditur perſonas etiam ex identitate rationis.*

71 *Differentia eſt inter aſcendentes & deſcendentes.*

72 *Qualitates ſanguinis ab aſcendentibus in deſcendentes veniunt, non econtra.*

Priuilegium deſcendentium ad aſcendentes non pertinet, ibid.

Pater non ſuccedit in maioratu filij, ibid.

73 *Actus poſitiui ſuccedunt hodie loco informatorij.*

74 *Subrogatum habere debet omnes qualitates illius in cuius locum ſubrogatur, & tranſit cum eiſdem oneribus, & grauaminibus, niſi fiat ad rem diuerſæ naturæ*, num. 82.

75 *Informationes puritatis non de vno tantùm fiunt, ſed de omnibus, qui ſunt de genere.*

76 *Effectus potentiores ſunt in cauſa, quam in cauſato.*

77 *Cauſa agnoſcitur ex effectibus.*

78 *Qualitates extremorum ſignant qualitates medij.*

79 *Extenſio fit ad alias perſonas ex identitate rationis, & ex eadem æquitate*, num. 80.

81 *Diſpoſitio fauorabilis facilius extenditur.*

82 *Aui nomen comprehendit proauum, non verò in materia ſtricta interpretationis.*

Interpretatio noſtri textus ſtrictè fieri debet, ibid.

83 *Ignominia filij dedecus eſt patris, & conſanguineorum.*

35 *Honor & dignitas filij eſt honor, & dignitas patris.*

85 *Parentes Inquiſitorum gaudent priuilegio fori ſancti Officij.*

86 *Actus poſitiui proſunt collateralibus ſicut deſcendentibus. Contrarium verius attenta declaratione noſtri Regis Philippi IV.* ſub num. 93.

87 *Collaterales de eadem dicuntur agnatione, & conſanguinei vocantur*, num. 88.

De familia ſunt, proſapia, & genere, num. 90.

Deſcendentes ſunt è prima radice, num. 92.

89 *Diſpoſitio circa iura ſanguinis comprehendit omnes, quibus ſanguis ille communis eſt.*

91 *Puritas & nobilitas generis ſemel probata primam radicem, puram & nobilem reddit.*

92 *Qualitates radicis demonſtrant ſingulorum qualitates.*

93 *Conſanguinitas remota comprehenditur in diſpoſitione noſtri textus. Contrarium verius ex noua declaratione, vt hîc animaduertimus, vbi ſpecialiter probari requiritur, per diſtinctos gradus probari oportet*, num. 102.

94 *Gradus ad deducendum comprehenſionem actuum poſitiuorum quomodo computandi. Sufficere videtur probare deſcendentiam in*

in genere per auditum & famam & num.
ſeqq. *Contrarium, quod ſpecificè gradus*
numerari & computari debeant verius, ex
num. 97.

95 *Propter quod vnumquodque tale, & illud*
magis.

96 *Puritas & macula probantur ſine præfinitio-*
ne graduum.

97 *Gradus certi ſpecificè ſunt probandi, dum*
agitur de re ad quam certi requiruntur,
& num. 102. *&* 114.

98 *Probatio generica non prodeſt vbi ſpecifica*
requiritur, incerta nocti æquiparatur, num.
99. & 101. *Debet de neceſſitate conclu-*
dere, etiam in cauſa fauorabili, num. 100.
maximè dum plus & minus adeſſe poteſt,
num. 101.

102 *Nobilitatis generica probatio non ſufficit*
vbi ſpecialis requiritur.

103 *Diſpoſitio interpretatur ex ſubiecta materia,*
& ſecundùm rem de qua agitur, num. 104.

105 *Comprehenſio ex duobus diiudicari debet &*
eſſe debet certa, num. 114.

106 *Iudicium certum deduci non poteſt, ni co-*
gnitis omnibus, quæ interuenire eſt neceſſe.

107 *Idem eſt non eſſe, & non apparere, & ap-*
parere confusè eſt idem, ac non apparere.

108 *Idem eſt non probare, ac probare confusè.*

109 *Diuerſorum diuerſa ratio.*

110 *Agnatio conſtat ex diuerſis gradibus propin-*
quioribus, & remotioribus.
Familia habet diuerſas deriuationes & deſ-
cendentias. ibid.

111 *Conſanguinitas quæ ad certum gradum re-*
quiritur probari certos expoſcit gradus,
alias nihil fit. num. 112.

113 *Differentia eſt inter probationem qualita-*
tum per actus poſitiuos, & inter eam quæ
fit per famam & communem reputatio-
nem, & per auditum.

115 *Nobilitas per comprehenſionem in executo-*
riam probatur per certos gradus.

116 *Probatio graduum poteſt fieri in noſtra ſpecie*
per famam & communem reputationem,
& per auditum.

1 TRES ſententiæ, ſeu actus poſitiui obtenti in
tribunalibus, quæ ſtricta puritatis & nobili-
tatis obtinent ſtatuta, (& omnes recenſemus infrà
art. 3.) circa eamdem ſtirpem, & lineam efficiunt
rem iudicatam & ius adquirunt reale vniuerſo ge-
neri, & ſingulis deſcendentibus ab eadem ſtirpe,
& linea: vt deſcendentia tantumdem probata, qua-
lificati omnes maneant, & poſſint obtinere quoſ-
cunque nobilitatis, & puritatis honores in omni-
bus regni tribunalibus & communitatibus indiſtin-
ctè ad exemplum trium ſententiarum, quæ in cæ-
teris negociis, & cauſis rem conſtituunt iudicatam
ex clem. 1. *de re iud. & l.* 25. *verſ. ca tenemos*, vbi
gloſſ. 2. *tit.* 23. *part.* 3. *l.* 3. vbi Aceb. *num.* 2. *l.* 5.
tit. 17. *l.* 2. vbi etiam idem Aceb. *tit.* 19. *lib.* 4. *recop.*
l. 1. *tit.* 14. vbi *gloſſ.* 3. *lib.* 2. *fori*, Couarr. *in practic.*
cap. 15. *num.* 9. *& cap.* 25. *à num.* 1. Paz *in praxi* 5.

part. tom. 1. *cap.* 2. *num.* 9. & adducti per Cened. *in*
collect. ad clement. collectan. 19. Hieronym. Zaballos
commun. contra commun. quæſt. 808. *num.* 98. *&* 104.
& quæſt. 830. *num.* 52. & deinceps & inferiùs ad-
ducendi.

Ex quibus etiam ante noſtræ Pragmaticæ ſan- 2
ctionem fuit deciſum in Rota Romana *deciſ.* 176.
per totam 1. *part. in nouiſſimis* 24. Ianuar. anno 1578.
in quodam. Ouetenſi canonicatu, quod actus poſi-
tiui puritatis excludunt quamcumque contrariam
maculæ ſuſpicionem, & conſtituunt familiam, &
vniuerſam agnationem in quaſi poſſeſſione purita-
tis, & nobilitatis, text. eſt *in l. liberis* 7. *§. ſi quis ex*
ſeruitute. 5. *de liber. cauſa, & alguno, tit.* 14 *de probat.*
conſonat text. *in l.* 5. *verſ. e decimos que quando algu-*
no, tit. 14. *part* 3. Bald. *in l. non ignoratur, n.* 10. *C. de his*
qui accuſ. non poſſ. & conſ. 351. *n.* 2. *vol.* 1. Fulgoſ. *in l.*
1. *ante num.* 1. *de probat.* conuenit etiam eadem Rota
apud Ioan. Bapt. Cocein. *dec.* 68. *num.* 12. *& duob. ſeqq.*
& apud Farin. *dec.* 335. *num* 4. vbi pluries ita fuiſſe
deciſum commemorat, *& deciſ.* 494. *num.* 7. 1. *part.*
& deciſ. 104. *n.* 4. 2. *part. recent.* Seraph *deciſ.* 29. *n.* 4
Cæſar de Graſſis *deciſ.* 2. *num.* 1. *verſ. quarto. Qui filij*
ſint. leg. Alex. Ludouiſ. *deciſ.* 498. *num.* 10. vbi an-
notatio plures refert. & loquens de officio familia-
ri ſancti Officij docet eadem Rota apud eumdem
Farin. *deciſ.* 71. *num.* 3. 1. *part. in poſthumis.* Aug Barb.
de canonicis cap. 13. *n.* 39. & faciunt tradita per Ioan.
Garc. *de nobilit. gl.* 11. *num.* 69. *& §.* 1. *ibid. num.* 11.
† & actus poſitiui tollunt fidem teſtibus aſſerenti- 3
bus maculam ex auditu, & per famam, quia illa
quaſi poſſeſſio, quæ ex eis oritur, potentior eſt au-
ditus probatione, vt apertè conſtituit Rota *in d. dec.*
176. & ex multis reſoluit Ioan. Garcia gloſſ. 18. *à*
n. 10. *ad idem conducunt deciſ.* 315. *inter conſ. crimin.*
Farin. *& dec.* 182. *n.* 8. *part.* 1. *nouiſſ.* apud eumdem,
Et quòd puritas & nobilitas rectè probentur per
gradus, honores, & magiſtratus, qui niſi puris & no-
bilibus dari non conſueuerunt, eadem decernit Ro-
ta apud eumdem Farin. *dec.* 71. *n.* 4. *p.* 1. *& dec.* 551.
num. 3. *& dec.* 575. *n.* 1. *&* 4. *p.* 2. *in poſthum.* † quæ 4
quæ poſſeſſio hodie ex diſpoſitione noſtri textus
non tantùm transfert onus contrarium probandi in
aduerſarium, vt in ſtatus quaſi poſſeſſione de iure
olim erat receptum *ex d. l. liberis.* 7. *§. fin. & l. cui ne-*
ceſſitas. 39 *in princ. de liber. cauſa. l. ordinata.* 24. *in princ.*
eod tit. & in l. ſi is qui. 15. *§. ſi ſeruus de vſucap. & in l.*
eam quæ, 21. *C. de liber. cauſa, & in cap. ſi iudex laicus*
12. *verſ. ſicut, de ſent. excommunic. in* 6. *gl. verb. ſi aliis,*
in l. ſi ſolemnibus 7. *C. de fide inſtrum.* Bald. *in l. ex per-*
ſona, num. 2. *C. de probat. & in d. l. non ignorat. n.* 10. *verſ.*
in contrarium, C. de his, qui accuſ. non poſſ. Fulgoſ. *in*
d. l. 1. *ante num.* 1. *verſ. ſed venio ad expoſitionem, de*
probat. Th. Grammat. *deciſ.* 67. *n.* 4. Challan. *conſ.* 54.
per totum. Maſch. *de probat. concl.* 1196. *per totam:*
ſed etiam vberiùs puritati, & nobilitati conſulitur,
& ſtatuitur, quòd tres actus poſitiui non tantùm
vniuerſo generi quaſi poſſeſſionem dictarum quali-
tatum adquirant; ſed etiam ius reale perpetuum, &
irreuocabile tribuant, & quamcumque in contra-
rium tollant probationem, & prohibetur quod dein-
ceps nihil ſit ita potens, vt præiudicium iuri ita quæ-
ſito afferre valeat.

Pro qua deciſione facit, quòd ſi actus poſi- 5
tiui nobilitatis extraiudicialiter adquiſiti tanti iu-
re ſunt ad ipſam probandam nobilitatem, vt an-
tecellant cæteris probationum ſpeciebus, & ſint
aliis omnibus potentiores ad probandum, vt ex
Barthol. *in l.* 1. *num.* 100. *C. de dignit. lib.* 12. tenent
communiter Doctores ex Couarr. *libr.* 1. *variar.*
cap. 16. *num.* 10. *circa fin.* Ioan. Garcia *de nobilitat.*

gloſſ. 7. numero 12. & gloſſ. 11. in principio, & poſtea Guido Papa *deciſion. 88. verſ. & à populo nobiles, & deciſione 387. numero 2.* & poſt omnes Ioann. Gutierrez *libr. 3. practic. queſtion. 14. num. 13. cum ſequentib. per text. in l. capitalium 28. §. ſolent quidam 13. de pœnis, & in l. ſi conſtet. 12. de appellat.* multo magis præferri debent actus poſitiui puritatis & nobilitatis obtenti ex iudiciali ſententia, & legitima cognitione cauſæ & rei probatione,
6 † & ita prædictas probare qualitates, vt omne contrarium euellant, & rem ita certò demonſtrent, quod certum ius perpetuum, & indelebile adquirant, & ita conſtat, quod huius textus deciſio non tam iuris nititur ratione, ſed etiam æquitate vniuerſo regno propitia, & vtili.

7 Prætetea facit iuris ratio, qua tres ſenteotiæ efficiunt rem iudicatam, quia cùm ſint conformes pariunt maximam calumniæ ſuſpicionem aduerſus contrarium aſſerentem, & probantem, & volentem earum impedire executionem, vt conſiderauit Summus Pontifex *in d. clement.* 1. & Couarr. *in*
8 *d. cap. 25. num. 1.* † quia maximè decens viſum fuit malitiis hominum occurrere, *l. ſi pretor. 75. de iudic. l. in fundo, 38. de rei vendic.* & Imperator Iuſtinian. *in l. properandum 13. §. ſin autem vtraque, 8. C. de indic. cap. calumniam. 4. de pœnis. cap. penultim. de cenſib. in 6. Extrauag. maliciis hominum. de auctorit. & vſu pallij, inter communes*, & conſonat. text. *in l. 8. titul. 3. & in l. 7. tit. 22. part. 3.* Hieronym. Zaballos *d. queſt. 830. num. 53.* Auguſtin. Barboſa *axioma 143. num. 1. & 2. pag. 93.* & alia iura ſuprà adducta & conſiderauit noſtra Pragmatica, vt diximus, & exornauimus ſuprà quæſt. 1. in gloſſa 1.

9 In quo circa puritatis informatoria duo ſpecialia ſtatui videntur in hoc noſtro textu, vnum reſpectu iuris communis de quo ſuperiùs: alterum reſpectu vſus, & ſtyli horum tribunalium, & communitatum, quæ puritatis & nobilitatis ſtricta habent
10 ſtatuta, † quia in primo, vt ſententiæ ius reale conſtituant, & rei iudicatæ exceptionem pariant, neceſſe eſt, ferri circa eamdem rem, in eadem agendi cauſa, & inter eaſdem perſonas, vt apertè probatur *ex l. cum queritur. 12. cum duabus legibus ſeqq. l. cum de hoc 27. de except. rei iud.* Caputaq. *deciſ. 93. part 3.* Ioan. Baptiſt. Coccin. *deciſ 301. n. 3.* & latiùs probaui ſuprà 1. part. quæſt. 13. §. 2. n. 48.
11 & quæſt. 17. in §. 1. num. 9. † & ita requiruntur omnia ſimul, vt deficienti vno vis rei ceſſat iudicatæ, *ex l. iam eadem, 14. illo tit. de except. rei iud.* & voluerunt Cujac. ad edictum Pauli *ad d. l. 14.* Hotom. *ad l. 2. C. de indic.* Petr. Fabian. *lib. 1. ſemeſtr. cap. 21.* Zangin. *3. part. cap. 17. num. 1.* Paul. Æmil. *deciſ. Rota. 93. part. 3.* Hugo. Donel. *lib. 22. comment.*
12 *cap. 5.* vbi Oſuald. *litt. E.* † Et textus noſter expreſſe oſtendit, quòd licèt inter diuerſas perſonas tres fuerint latæ ſententiæ ſeu tres actus poſitiui obtenti, dummodò in eadem ſiſtant familia, & genere, nihilominus rem efficiant iudicatam, & ius præſtent reale, non ſolùm illiſmet, qui eos aſſequuti fuerint, ſed etiam ſuis deſcendentibus, & forſitan collateralibus, vt infrà dicemus ex n. 86. cum ſeqq. qui inter ſe diuerſi ſunt, & colligitur hoc ſpeciale ex illis huius §. verbis. *y que en ſu virtud ſe adquiera derecho real a los deſcendientes por linea recta para quedar calificados por nobles y limpios para todos los actos que ſe ofrecieren por aquella parte.*

13 At poteſt tentari reſpectu iuris communis non eſſe hoc huic rei ſpeciale ex ea ratione, quæ decidendi videtur eſſe huius textus, quia in his, & ſimilibus cauſis, agitur de eadem re, cùm generis qualitates eædem ſint in omnibus, & ſingulis ex eo ortis abſque diſcrimine vllo, & declaratio facta circa qualitates vnius ſit de omnibus, & de vniuerſo genere, quod, & eius ſtirps pura, & nobilis declaratur, & ex eadem cauſa agendi, quam quilibet velut de populo habet ad officia & honores appetendos, qui cuilibet habenti requiſitas qualitates, & eorum gratia ſit, parati ſunt: & inter eaſdem perſonas, cum omnes de familia, ſtirpe, ſeu genere velut vna cenſeantur perſona interpretatione ſaltim, quoad ea, quæ ab ipſo genere, & ſtirpe proueniunt, & ſunt velut hæredes primi auctores, & radicis omnium, vt ſingula latiùs probaui ſuprà 1. part. quæſt. 13. §. 2. ex num. 48. cum ſeqq. & d. q. 17. num. 9.

Quare eodem iure communi conſtitutum eſt, 14
quòd ſententia lata circa ius plures tangens pariat exceptionem rei iudicatæ omnibus ex *text. in l. Papinianus. 8. §. ſi ex cauſa. 16. de inoffic. teſtam.* DD. *in l. ex contractu, de reg. iur.* maximè ſi indiuiduum ſit, vt *in l. qui in aliena, 32.* alias. *l. liberto. 31. §. fin. de negot. geſt. l. 2. §. ex his, 2. de verbor. l. via 17. de ſeruitut.* & ideò res iudicata pro vnius nobilitate prodeſt omnibus deſcendentibus, & fratribus *ex l. ad probationem 22. C. de probat.* tenet Pelaez *de maiorat. 2. part. queſt. 4. illat. 2. num. 3.* & pluries à Rota deciſum tradit Farin. *deciſ. 204. n. 4. part. 1. & dec. 335. num. 3. part. 2. recent.* & Ioan. Bapt. Coccin. *deciſ. 68. num. 14.* & faciunt tradita per Couar. *in pract. c. 13. num. 15.* Alex. *in l. ſæpè. num. 51. de re indic.* Fab. de Anna *conſ. 99. num. 3. & ſeqq. 1. part. & conſ. 89. per totum lib. 2.* Craueta *conſ. 206. num. 1.* cum adductis ſuprà præced. art. num. 23. de quo egi latiùs ſuprà in d. q. 13. §. 2. & in d. q. 17. vbi ad ſaturitatē de hoc actum relinquo, ex quibus defendi poteſt, quòd deciſio huius text. non deuiat à iuris communis conſtitutionibus, ſed potiùs eis valde conuenit.

Alterum verùm ſpeciale inductum per noſtrum 15
textum reſpectu ſtyli, & vſus omnium tribunalium, & communitatum circa iudicandum cauſas puritatis, & nobilitatis, vbi ſeruari vſque adhuc fuit ſolitum conficere informatorium de omnibus, de quorum admiſſione agitur, etiamſi millies in eadem agnatione, & linea antea fuerit receptum, & approbatum ad ſimiles obtinendos honores, vllo modo negari, nec excuſari poteſt, & quidem magnum, ſingulare, & notabile eſt: cùm non ſemel viderim non admitti ad officium ſanctæ Inquiſitionis, nec ad inſignia militaria, nec ad collegia, nec ad alias communitates qui in ſuo genere, & familia erat condecoratus tribus, & aliis pluribus actibus poſitiuis, quia poſtea ex nouis informationibus comperta fuit deſcendentia à Iudæis, ſeu Mauris, ſiue à relaxatis, & reconciliatis per ſanctum Inquiſitionis officiū, quod nūc ex hac noſtra Pragmatica tollitur, & omnino euertitur, vt in art. 4. ampliùs videbimus.

Sed huic deciſioni valde obſtare videtur, quod
ſup. 1. p. in d. q. 13. §. 2. n. 38. & 53. & ſeqq. & in d. q. 16
17. §. 1. n. 11. cum ſeqq. & magis ad propoſitū. §. 2. ex n. 1. præcipuè n. 3. diximus circa vnicam ſententiam aduerſus puritatem, & nobilitatem latam, quæ ſola per ſe ſufficit ad obſtaculum conſtituendum omnibus & ſingulis eiuſdem generis vt nemo eorum ſimilem poſſit obtinere honorem: & videbatur dicendum, quòd vnica ſententia pro puritate & nobilitate lata ſufficiat ſimiliter ad admiſſionem aliorum eiuſdem generis, & quidē maiori ex ratione, quia ſimiles ſententiæ faciliùs proſunt, quàm nocent, ex textu *in l. ſi hæres vnus 7. famil. erciſcund. & in l. denunciaſſe, 17. §. queritur. 6. ad leg. Iuliam de adulter.* gloſſ. *in l. 2. Codic.* Aym. Craueta *conſil.*

206.

206. numer. 2. plora cumulat Valençuela conſil.
91. à numer. 65. cum ſequentibus, & nos ſuprà 2.
17 part. d. quæſt. 12. §. 1. ex num. 18. † maximè in
cauſis, quæ ad ſtatum perſonarum concetount,
quarum vnica ſententia ius quoad omnes con-
ſtituit, ſecundùm text. in l. ingenuum 25. cum ibi
à Doctorib. notatis, de ſtatu hominum, & in l. 10.
titul. 22. part. 3. Vincenc. de Franch. deciſion. 523.
numer. 13. & ſequentib. 3. part. Fab. de Anna con-
ſil. 18. numer. 21. & 26. libr. 1. cum relatis ſuprà
18 numer. 14. † & cum contrariorum eadem ſit di-
ſciplina, & quod ſufficit ad repellendum, eius
contrarium proportionatè ſufficere debebat ad
admittendum, videbatur, quòd iure non plus ad
hoc expoſcatur, quàm ad illud, argument. text. in
l. 1. de his, qui ſunt ſui, l. ſi quis 32. de negot. geſtis.
l. tria prædia. 32. de ſeruitut. ruſtic. l. & ſi 35. de
vulgar. & pup l. in fundo. 38. de rei vendicat. Roland.
à Valle conſil. 60. à num. 6. lib. 1. Zephalo conſ. 74.
num. 12. & conſ. 111. num. 24. & conſ. 136. num. 13.
volum. 1. cum pluribus congeſtis per Auguſtin.
Barboſa axioma 50. n. 11. pag. 38.

19 At hoc eſt ad diuerſos effectus non eiuſdem
virtutis, quia tres actus poſitiui conſtans ius ad-
quirunt, & indelebile, quod ex contrariis pro-
bationibus, quamtumuis plenis & legitimis nec
ſubuerti, nec tolli poteſt; vnica verò ſententia
circa generis maculam impedimento non eſt, niſi
tantùm vſque ad aliud non probetur, vt dixi in
d. quæſt. 17. num. 33. ita vt tres ſententiæ proba-
tionem in contrarium non admittant, cum iuris
& de iure efficiant præſumptionem, vt ex Menoch.
lib. 1. præſumpt. quæſt. 61. num. 4. & ex aliis dixi in
præcedent artic. num. 22. ſententia quidem pro
macula iuris præſumptionem tantum conſtituit,
vſque ad contrarium probetur ex Peruzio de Lara
de anniuerſar. & capellan. lib. 2. cap. 4. numero 91.
20 † & ideò cùm non ſint contrariæ eiuſdem poten-
tiæ, nec mirum ſi in virtute, & operatione di-
uerſæ ſint, & plus operetur vna, quam altera ſpe-
cies, argument. l. inter me & te, 25. in fin. de except.
21 rei iudicatæ, † ſunt enim propriè inter ſe ſepa-
ratæ, & non mirum ſi diuerſo ceoſeatur iure,
l. inter ſtipulantem. 83. §. ſacrament. 5. de verborum.
Nicolaus Euerardus. loco, a matrimonio carnali
ad ſpiritnale, num. 9. Alexand. conſil. 46. numero 6.
volum. 1. Roland. à Valle conſil. 25. num. 32. vol. 4.
Cæſar de Graſſis deciſione 2. numero 24. de donation.
† & ideò nec inferri poteſt de vna ad aliam, textus
eſt in l. Papinianus, 10. de minor. l. fin. de calumniat.
l. ſi ſeruum. 71. §. Prætor. 3. verſ. non dixit prætor.
de adquirend. hæredit. l. naturaliter. 12. §. nihil com-
mune, de adquirend. poſ. l. ſi maritus 10. C. de donat.
inter, l. illam. 19. C. de collat. Ioan. Zephal. conſ.
205. num. 56. & conſ. 124. num 61. & conſ. 244.
num. 28. tom. 2. Burg. de Paz conſil. 8. num. 1. Hie-
ronym. Grat. reſponſ. 44. num. 27. & reſponſ. 66.
22 numer. 28. volum. 2. † Et hoc eſt, quod dicitur,
contrariorum eandem eſſe diſciplinam, niſi militet
diuerſa ratio, Alexand. conſ. 111. videretur, num. 13.
verſic. Quod contrariorum. lib. 7. Fuſat. de ſubſti-
tution. q. 245. num. 9. adducti per Auguſtin. Barboſ.
axioma 58. ſub n. 11. pag. mihi 38.

23 Vt igitur prædictæ tres ſententiæ, ſeu actus po-
ſitiui prodeſſe valeant opus eſt de iure communi,
quòd integri ſint, non ſolùm ex parte tribuna-
lium, in quibus fuerint obtenti, vt infrà in ſe-
quenti artic. dicam, ſed etiam legitimi in ſe ex le-
gitimis cauſis, & modis obtenti, quaſi ex falſa
oriantur cauſa, illo iure prodeſſe non valeant;
nam & ſi inter Doctores non parua diſſenſio ſit,

Secunda Pars.

an ſententia ex cauſa falſa data ipſo iure nulla ſit,
vt patet ex traditis (quia ex profeſſo de hoc hîc
agere non curaui) à Matth. Matheſil. ad titul. C. ſi
ex falſis inſtrumentis. vel teſt. iudic. fuerit, & ſing. 18.
per totum, maximè num. 3. Cald. Pereira in l. ſi cu-
ratorem habens. verbo, læſis, à num 164. cum pluri-
bus ſequentib Contardo in l. vnic. quæſt. 1. num. 15.
C. ſi momentan. poſſeſſ. fuer. appellat. ex Philipp.
Dec. in cap. ad noſtram, numer. 11. de appellation.
Sforcia Oddo de reſtitut. in integr. quæſtion. 67. cum
ſeqq Andr. Fachin. libr. 10. controuerſiar. cap. 83.
vbi quæſtionem diſputat, pro vtraque parte, Fer-
dinand. Vazquez controuerſ. vſufrequent. quæſt. 36.
Antoo. Gamma. deciſione Luſitaniæ 110. numero 42.
vbi ſuus additionator Flores de Mena, Alexandr.
Trentacinq. lib. 2. practic. reſolut. titul. de ſentent.
reſolut. 3. Vancio de nullit. ſentent. ex defectu proceſſus,
num. 132. & ſequentib. Hieronym. Zaballos com-
muni. contra commun. quæſt. 840. per totam, ma-
ximè à num. 27. & 40. † Ex quibus illud verum 24
coniicio, quod ſi falſa cauſa ſit in ſententia ex-
preſſa, aut ex actis conſtet, ipſo iure nulla ſit, ſi
non expreſſa habeatur, nec ex actis conſtet mero
iure teneat, ſed reſcinditur per reſtitutionem in
integrum, vt expreſsè aſſerunt Fachin. Flores de
Mena ad Ant. Gamu. num. 42. & Hier. Zaball. citatis
locis cum aliis relatis.

Quare de iure communi nihil eſt dubium, quòd 25
ſi ex falſa allegatione ipſius prætenſoris, qui fal-
ſos parentes, & deſcendentiam allegauit, ſeu falſa
produxit inſtrumenta, fuerit ſententia lata, ipſe
prætenſor admiſſus ad honorem, & falſitas induci
ex actis poſſit, ſeu cauſa falſa fuerit in ſententia
expreſſa, non proderit, nec debet attendi ad
iudicandum alios actus poſitiuos, & ad efficien-
dum rem iudicatam, nec ius reale generi adqui-
rendum, quod maximè ſuadetur, dum aliena
fuit ſubtracta deſcendentia, † quia ſententia 26
lata ex vna cauſa non poteſt ex alia prodeſſe, ar-
gument. l. 1. §. hoc interdicto, de itiner. actúque pri-
uato, l. 1. & 2. Cod. de negot. geſt. l. fin. Cod. ne
vxor pro marito, Barthol. in l. Titium, & Mæuium,
§. altero, numer. 6. de adminiſtrat. & peric. tutor.
Gregor. in l. 7. gloſſ. 2. titul. 10. part. 5. Dec. conſil.
651. Primò quæritur, num. 2. volum. 2. Octau. de-
ciſion. Pedam. 99. num. 16. † & cum ſententia la- 27
ta circa vnam lineam, & deſcendentiam nobilem,
& puram prodeſſe tantùm valeat eis, qui ab ea pro-
ueniunt, non verò aliis, ex ſupra relatis, non po-
terit in propoſita ſpecie actus poſitiuus prodeſſe
veris conſanguineis prætenſoris, qui proueniunt
à diuerſa linea, de qua fuit ſententia lata, & re-
ceptæ informationes, qua in ſpecie nullum di-
ſcrimen eſt inter ius commune, & nouum noſtræ
Pragmaticæ ex dicendis infrà ex num. 61. & artic. 4.
† Et maiori cum ratione videtur, quòd actus po- 28
ſitiuus obtentus ex falſa cauſa in vno tribunali
prodeſſe non poſſit cæteris conſanguineis reſpectu
alterius communitatis, quæ ex alieno facto prægra-
uari non debet, ex iuribus vulgatis.

Sed hac noſtra conſtitutione ſtante plurimum 29
ex iure communi immutatum habemus, cùm aper-
te reiiciat quamcumque falſam cauſam, & inſtru-
menta, ex quibus iudicatum reſcindi valet ex
iure communi, vt dicam latè infrà articul. 4. nihi-
lominus tamen diſtinguendum puto, quòd ſi ip-
ſo iure ſententia ſit nulla per cauſam apparen-
tem in ea, ſiue in actu, attendi non debeat, nec
prodeſſe ad efficiendam rem iudicatam, quia hæc
notoria nullitas excluſa non cenſetur per noſtram
Pragmaticam, etiamſi nullitatis generalem ef-

Ll a ficeret

Digitized by Google

30 ficeret mentionem, & eam excluderet, † ſub
qua non comprehenderetur notoria nullitas,
quam ſententia, & acta iudicij demouſtrant,
ſecundùm Menoch. *lib. 2. de arbitr. ca n 9. num. 2.*
& conſil. 110. *numer.* 72. *lib.* 2. Marcum Anton.
Nattam *conſil.* 182. *numer.* 5. *lib.* 1. Burſat. *conſ.* 288.
numer. 8. *lib.* 3. Paul. Pariſ. *conſil.* 93. *numer.* 22.
& 23. *libr.* 1. Carol. Ruyn. *conſil.* 144. *numer.* 5.
libr. 4. Franciſc. Becciuin *conſ.* 234. *num.* 13. & de-
ciſum pluries fuit, vt conſtat ex allegatis ab Oſaſc.
deciſion. Pedam. 143. *numer.* 33. Rota *deciſion.* 666.
num. 3. *part.* 1. *diuerſ.* Farinac. *deciſ.* 365. *numer.* 8.
part. 1. *recent.* Acebed. *in l.* 2. *à num.* 30. *cum ſe-
quentib. tit.* 17. *lib.* 4. *recopil.* vbi ait, quòd deciſio
illius legis non habet locum, cùm nullitas ex
31 actis conſtat, & in *numer.* 32. † hoc etiam intel-
ligit, dum nullitas ex publica apparet ſcriptura,
quia nec tunc excluſa cenſetur, (quod reſpectu
noſtri textus difficulter admittendum eſt, ex di-
cendis infrà articul. 4. maximè cùm ſententia in
illo inſtrumento non fundatur, ſed de nouo
32 producitur ad eius reſciſſionem) † quia illa di-
citur nullitas euidens, quæ numquam reiecta
cenſetur ex Hieronym. Gabr. *conſ.* 49. *numer.* 8.
libr. 1. Alexand. *conſil.* 59. *numer.* 18. *libr.* 4. Fran-
33 ciſc. Milan. *Sicilia deciſion.* 1. *num.* 149. *libr.* 2. † &
prohibita appellatione, non prohibetur nullitas
euidens, *ex text. in l. ſi domus.* 21. *de ſeruitut. vrban.*
l. ſi expreſſum. 19. *de appellation. cap. conuerſationi,*
8. vbi Philipp. Franc. & alij *de appellation. in* 6.
& ex aliis iuribus & Doctoribus oſtendit Vancius
de nullitat. titul. quis poſſit dicere *de nullitat. num.*
33. *& ſequentibus,* Cardinal. Tuſch. *litt. A. concluſ.*
400. *num.* 12. ex Lapo *allegat.* 123. *num.* 3. *in fin.*
& num. 18. *&* 19. Auguſtin. Barboſa *clauſula.* 9.
34 *num.* 27. *&* 28. *pag.* 13. † quare licet promota
ſit appellatio à tribus conformibus ſententiis, quæ
efficiunt rem iudicatam, & ius adquirunt reale
ex adductis ſuprà, nullitas tamen excluſa non
cenſetur à quacunque earum, ſecundùm Me-
noch. *d. caſu.* 9. *numer.* 2. Anton. Gabr. *de except.*
concluſion. 4. Afflict. *deciſion.* 183. vbi additiona-
tores, Ludouicus Gomez *in compend. ſignatur.*
numer. 84. *verſicul. confirmatur iſta opinio*, Cache-
rano *deciſion. Pedam.* 142. *num.* 24. quam commu-
nem, & receptam vocat opinionem Acebed. *in l.* 4.
ante num. 1. *tit.* 17. *lib.* 4. *recopil.* ſicut nec notorium
grauamen, quo extante locum non habet prohi-
bitio appellationis ex adductis à Gonçales *ad
regul.* 8. *cancellar. gloſſ.* 9. §. 1. *numer.* 245. Lancellot.
de attentatis part. 2. *cap.* 12. *limitat.* 8. *numer.* 28.
cum ſequentib. Stephan. Gracian. *diſceptation. forenſ.*
tom. 1. *cap.* 41. *numer.* 17. *& tom.* 3. *cap.* 494 *num.* 2.
Seraphin. *de priuileg. iurament.* 74 *numer.* 46. Mar-
queſan. *de commiſſion.* 1. *part. numer.* 79. *in* 2. *im-
preſſion. pagin.* 302. Cenedo *in practic. & canonic.*
quæſtion. 45. *numer.* 44. *libr.* 1. Scaccia *de appellat.*
quæſtion. 16. *limitat.* 1. *numer.* 84. Cardinal. Tuſch.
litt. A. concluſion. 400. *à num* 5. Marta 1. *part. clau-
35 ſula* 11. *num.* 7. *&* 8. † Immò quod & plus eſt,
ſi ex actis appareat nullitas, impedit viam exe-
cutiuam, quæ per appellationem non impeditur,
ſecundùm Alexand. *conſil.* 77. *num.* 11. *lib.* 2. Tiber.
Dec. *conſil.* 45. *num.* 1. *volum.* 1. Gigas *de penſio-
nibus quæſt. vltim num.* 9. Caſſadoro *deciſion.* 10 *de*
36 *reſcript.* † & licèt nullitas ex actis non perfectè
appareat, ſed altiorem requirat indaginem, ad-
mitti poteſt ad impediendum executionem obli-
gationis cameralis ex Rota, Caſſadoro. Tiraquel.
& aliis tenet Nicolaus Garcia *de benefic.* 1. *part. cap.*
5. *à numer.* 489. & principalis opinio noſtra ſua-
detur ex illis huius §. verbis, *y que en ſu virtud
ſe adquiera derecho real alos, deſcendientes por linea
recta*, † ſententia quidem nulla ipſo iure vim non 37
habet nec ius adquirit, nec vllum operatur effe-
ctum, nec meretur exequutionem prout in ſi-
mili probat Auend. *reſponſ.* 26. *num.* 8. *circa me-
dium*, ſicut de mandato dixit Nauarr. *in cap. cum
contingat. cauſa.* 1. *& cauſa.* 8. *num.* 4. *de reſcriptis,*
& tenet Valençuela *conſ.* 48. *num.* 44. † & ſic li- 38
citè & impune reſiſti poteſt, etiamſi per appel-
lationem præiudicium reiici ſit permiſſum, ex
Dec. *in cap. ſi quando num.* 4. *& ſeqq. de offic. delegat.*
Barbac. *in cap. ex litteris*, per illum *text.* iuncta
gloſſa num. 14. *de officio delegat.* Lancelloto *de atten-
tatis cap.* 1. *num.* 51. Proſp. Farinac. *in praxi crimin.*
de carceribus & carcerat. quæſt. 32. *n.* 100. *&* 116. de
quo ampliùs infra art. 4. §. 2. ex n. 32. cum pluribus
ſeqq. præcipuè ex num. 66.

Sed dum cauſa non eſt expreſſa in ſententia, nec 39
ex actis apparet, ſed ex nouis probationibus, &
cauſis allegatis, ſeu quia lata ſit ex falſis teſti-
bus, ſeu inſtrumentis prodetit, nec cauſæ poſtea
repertæ, quamuis iuſta ſit, attendi debet, nec
infringere ſententiam poteſt, nec eius vim minuie-
re ex noua noſtri textus conſtitutione præcipuè
infrà in §. *y porque conforme a derecho.*

Ratio diſcriminis inter hos duos caſus illa eſt, 40
quia ſententia, quæ ipſo iure nulla eſt, velut nihil
iure conſideratur, Vldaric. Zaſius *in l. cum quæ-
rebatur num.* 3. *de re iudic.* Valençuela *conſ.* 32. *n.* 39.
nec ſententia dici valet, ex Auendaño *reſponſ.* 26.
num. 6. † cùm nec nomen, nec effectus habeat 41
ſententiæ, ſecundùm *text. in l. ſi ſe non obtulit.* 4. §.
condemnatum. 6. *de re iudic. & in l. prolatum* 4. *C. de
ſentent. & interloq. omni. iudic.* Menoch. *de arbitr.
cent.* 6. *caſu.* 542. *num.* 16. Nauarr. *in cap. cùm contin-
gat, remed.* 3. *num.* 1. *&* 2. *de reſcript.* de quo latiùs
infrà art. 4. nec vtilem ſortitur effectum, *ex cap. non
præſtat,* 52. *de regul. iur. in* 6. Aceb. *in l.* 1. *num.* 48.
tit. 1. *lib.* 5. *recopil.* Andr. Fachin. *lib.* 8. *controuerſ.*
cap. 44. *in fin.* † Sententia verò quæ à ſuo initio
nulla non eſt, ſed venit à iudice annullanda, valida 42
eſt, & ſuum ſortitur effectum, quare à noſtra Pra-
gmatica retractari poſtea prohibetur, quia poten-
tior eſt nullitas à principio apparens, & conſtans
ad impediendum, quàm ea, quæ ex poſtfacto venit
ad reſoluendum *argument. l. patre furioſo.* 8. *de his,
qui ſunt ſui, l. ſi filius, qui in poteſtate.* 7. *deliber. & poſth.*
l. poſthumus. 12. *in princ. de iniuſto rupto. l. vn. C. de
vſucap. transform.* Valençuela *d. conſ.* 22. *num.* 36.
& hanc eſſe mentem huius textus nullum dubium
eſt.

Ex quibus ſequitur etiam ſtante hac noſtra Prag-
matica, caſus (quem iam de facto vidi) deciſio, quo 43
opponebatur cuidam prætenſori, quòd originem
trahebat à quibuſdam relaxatis, ſeu reconciliatis per
ſanctum Officium, illa expreſſa ratione, quia ex eiſ-
dem proueniebat quidam nomine R. cuius fratrem
vtrinque coniunctum fuiſſe auum, ſeu proauum
prætenſoris aſſerebatur, & in eo manere eamdem
maculam, velut eiuſdem originis, tandem prædictus
prætenſor admiſſus fuit ob defectum probationis
illius fraternitatis ad familiaturam ſancti Officij,
& in ſententia approbationis informatorij appoſi-
ta fuerunt hæc verba, *por quanto no conſta que L.
fueſſe hermano de R.* & poſtea horum fraternitas
in alia cauſa alterius deſcendentis dicti L. plenè
fuit probata per inſtrumenta, & adminicula alia,
quæ defecerunt in prima prætenſione, Dubitaui an
prædictus actus poſitiuus ſimul cum duobus aliis
poſſit ad rem proficere iudicatam.

Et

44 Et ex prædictis partem negatiuam amplexus fui;
quia negari non poteſt ex falſa cauſa latam fuiſſe
ſententiam,& nullam extitiſſe ex prædictis verbis in
ea expreſſis, quæ falſa apparuerunt ex nouis proba-
45 tionibus, † cum iure ſententia lata cauſa expreſſa
ea deficienti maneat inefficax, & nulla, *ex l. 3.* vbi
notat Bald & Ioan.Siebardus, *num 3. ad exhib.* Ant.
Fab. *lib.12. conieſt.13.*& etiam ſi ex actis falſa appa-
teat cauſa, *l.ſi rem meam, 17. de except rei iud.* Ioan.
Zanget. 3.*part.c.17.n.53.* Oſuald. Illiget. ad Donel.
*lib.22. comm.cap.5. lit.V. pag.mihi.*917. & quòd ceſ-
ſante cauſa ſententia ceſſet,etiam ſi tranſacta in tem
fuerit iudicatam,probant *ex text.in l.ſi mater, 11. §.
eandem 4. & in l.ſi is qui heres, 25. in princ. de except.
rei iud. & in l.ſi Fullo. 2.* vbi notat Bald.*de condict ſi-
ne cauſa*, adducti plures ab Anton.Tiraq.*lib.1. de re-
tract.§.8.gloſſ.7. n.4.* Alc. *de præſumpt.reg.4.præſumpt.
16.n.5.& 6.* Robert Marantain *ſpeculo aureo. 2. part.
verſ. expedita, n.148.* Meſſia *in l.Toleti part.vlt.concl.
num.14.* Sarmiento *lib.2. ſelect.interpret. cap.12.n.3.*
Bart.Socin.*conſ.80. col.fin.lib.1.* Burg.de Paz *conſ.59.
num. 18.* & poſt omnes Pelaez *de maior.4. part.9.1.
limit.1.num.74.* Card.Tuſch *lit. S. concl.146. tom.7.*
46 Et ſi videatur, quòd prædicta iura & DD. lo-
quuntur in diuerſa ſpecie, dum cauſa dominij ex
poſtfacto mutatur, ex qua etiam mutatum domi-
nium cenſetur, circa quod fuit ſententia lata, quæ
extendi non poteſt ad dominium ex alia adquiſi-
tum cauſa ſecundùm *d.l ſi mater, §. eandem, & l.&
an eadem, 14. de except. rei iud.* & nos loquimur de
cauſa comperta ex ſuperuenienti probatione, non
47 mutata,quæ per ſententiam videtur excluſa, † cùm
eius vis à futura non pendeat probatione, nec ex ea
poſſit mutari *per text. in l. eleganter 23. §. ſi quis poſt
3. de condict.indeb. l.fin. C. ſent.reſcindi non poſſe.* cum
ſimilibus adductis ſuprà in præced. art. tamen cùm
prædicta cauſa ſit in ipſa adſcripta ſententia cenſe-
tur eſſe finalis,& omnimodum fundamentum illius,
Menoch. *lib.6.præſumpt.2.a princip.* Alexand.*conſ.55.
Quoniam, in princ.lib.5.* qua falſa exiſtente, nullum
eſt dubium, ni quod ipſa corruat ſententia, velut
nolla ratione & fundamento nitens, quæ eſt ratio
DD. quos retuli ſuprà num.23. & ſeq. maximè
in rebus ex ſua natura indiuiduis, quæ aliter hic ſe
habere, aliter ibi nequeunt ceſſante maximo ab-
48 ſurdo, † quod ſequeretur, ſi duo fratres vtrinque
coniuncti diuerſarum ſanguinis qualitatum iudi-
carentur, & vnus eorum impurus ex deſcendentia
à relaxatis, & reconciliatis per ſanctum officium,
& alter quaſi eamdem non traheret originem, pu-
rus per ſententiam maneret, quod ex rei natura
eſſe non poteſt,ſecundùm, *l.loci.4.§.ſi fundus.3.& l.ſi
de communi, 19.* per argumentum à contrario ſenſu,
*ſi ſeruitus vindic. l.via.17. de ſeruit.l.quid aliud 86. de
verbor. ſignific.* Ioan. Garcia *gloſſ. 6. num.* 48. quod
dubium ceſſaret, ſi in prædicta ſententia illa non
fuiſſent adſcripta verba, quæ indiſtinctè omnibus
49 eiuſdem generis prodeſſet, cùm in dubio cenſeatur
lata ex cauſa, qua proferri debebat, ſecundum
ius, & rei naturam, ex notatis *in l. ſi quis ad exhiben-
dum, 18. de except. rei indic.* Paul. Caſtrenſ. *conſ.136.
colum.fin.lib.1.* Aym.Craueta *conſ. 23. num.2. & conſ.
34. num. 9. & conſ. 188. num. 8. lib. 1. & conſil.202.
num.18.* Rota Rom.*deciſ.112. num.2.part.2. diuerſor.*
Hondedeo *conſ.21. num.45.tom. 2.* plures apud Aug.
Barboſ.*axioma.200. n.2.pag.124.*

Præterea quia verba illa, *Por quanto no conſta que
R. fueſſe hermano de L.* illud ſignificant, quia fra-
ternitas L. & R. non extabat probata, & licèt con-
ſtaret, quòd R. infectus eſſet,& deſcendebat à rela-
xatis & reconciliatis non tamen apparebat, quòd
L. fuiſſet illius frater, nec ab illa origine maculata
ortum duceret, ex quo R. & ſua proſapia maculati
declarantur, & omnes qui ex ea procedunt, & cùm
poſtea conſtet, quod L. ex eadem fuit, virtualiter
ſaltim impurus per eamdem dicitur ſententiam,
† quæ probat omne quod ex neceſſitate ex ſuo in- 50
fertur diſpoſitio. *l. ſi iudex. 10. de his qui ſunt ſui, l.2.
C. de ordin. cognit. l. 1. C. de ordin. Iudic.* Alexand.
conſ. 49. n.1. lib.7. Dec. *conſ. 45. Pro tenui n. 9.* & ſi
eumdem L. ſententia purum dicat ex defectu pro-
bationis fraternitatis hoc effecit, quæ ſi extaret,
non efficeret: vt ipſa demonſtrant verba, † quod 51
idem eſt, ac ſi diceret *alio non edocto*, ſeu, *ſtantibus
actis prout ſtant.* quæ & diffinitiua à Doctoribus
dicatur, ſeu interlocutoria vim diffinitiuæ habent,
ex traditis per Felinum, *in Rub. de re iudic. column.
antepenult.* & per Couart. 1. *variar. cap. 1. num. 8.*
† & per Rotam apud Ludouicum Gomez *deciſ.* 84. 52
impreſſa cum deciſion. Coccini, ex contrariis po-
ſtea habitis probationibus inutilis redditur ſaltim
adbibita iudicis declaratione ſecundùm Alciat.
in l. calumniator. de verbor. ſignific. & alia tradita per
Anton. Theſaur. *deciſ.* 81. & per Cardinal. Tuſch.
lit.S. concl. 168. cum duabus ſeqq. tom 7. & ſententiæ
verba hoc apertè conuincunt,quæ ſi ita feratur,quia
hoc non conſtat, aut illud non apparet, conſtando
illo, aut alio apparente ceſſare debet ſententiæ vis,
& diſpoſitio,ex præcitatis,& dicendis.

Pro quo etiam facit, quòd licèt ſententia ex 53
eiſdem actis iniuſta, notoriè iniuſta non dicatur,
ac propterea nulla non ſit, tamen aliud eſt. Dum
ipſa ſententia ad acta ſe refert, quia tunc noto-
riè iniuſta & nulla eſt, ex Rota apud Puteum
deciſ. 401. & apud Ioan. Baptiſt. Coccin. *deciſ. 78.
num.5.* & apud Farinac. *deciſ.170. ſub num.1. part.2.
recent.* & cum prædicta ſententia ſe referat ad acta
per dicta verba, *por quanto no conſta*, nempe ex
actis, *que R. fueſſe hermano de L.* ex quibus, & ſi-
mul ex nouis probationibus conſtat de eorum
fraternitate, dicendum eſt, eſſe notoriè iniu-
ſtam, & nullam, ac ideò ad nullum proficere
effectum.

At huic rationi grauiter duo obſtare viden-
tur. Primùm hæc noſtra Pragmatica *in d. §. y
porque conforme a derecho*, vbi deciditur, quòd
tres actus poſitiui nullis nouis probationibus
ſubuerti poſſint, & ſimul reſolutio quam poſui ſu-
prà ex n.39 circa ſententiam,quæ nulla non eſt ipſo
iure, licèt retractanda veniat, & prodeſt ex noſtra
Pragmatica ad actus poſitiuos, & ad efficiendum
rem iudicatam, nec poſtea ſubuerti poteſt, qui-
buſcumque aliis ſuperuenientibus probationibus.
† Secundum deciſio Antonij Theſauri. 122. 54
num. 9. & 13. quæ probat, quòd ſtante ſimili
ſtatuto, vt à tribus ſententiis non poſſit appella-
ri, habet locum prohibitio appellationis, etiam
ſi aliqua earum ſit abſolutoria ab obſeruatione
iudicij, ſeu alio non edocto, ſiue ſtantibus actis
prout ſtant, quod plurimùm aduerſus nos pugnare
videtur.

Sed ad primum reſpondetur,quòd in illis ſenten- 55
tiæ verbis, *por quanto no conſta que L. fueſſe hermano de
R.* ſpecificè includitur contrarium, nempe, quod
conſtando ſer hermano, non ita cauſa decidere-
tur, quia cùm argumentum à contrario ſenſu
locum habeat in ſententiis ex *text. in l. Pompo-
nius, 40. §. ſed is qui 2. in fin. de procurat. l. ſi inter
me & te. 15. de except. rei indic.* Nicol. Euerard.
in locis legalibus loco, à contrario ſenſu numer. 34.
Franciſc. Mantica *de tacitis & ambiguit. libr.2 tit. 14.
numer. 4. & 14.* cum adductis a Cardin. Tuſch.

in practic. litt. A. concluſ. 498. *num.*61. *&* 62. *tom.*1.
56 Auguſtin. Barboſa *in locis commun. argument. loco* 27.
*num.*28. *pag.* 313. † & quæ ex ſenſu contrario col-
liguntur, venire dicantur ex mente ſpecifica, &
apertiſſima legis aut ſententiæ, vt *ex l. ſi locuples.* 11.
in fin. de manumiſſ. teſtament. docent gloſſ. & DD.
in l. qui teſtamento. 70. §. *mulier.* 6. *Qui teſtament.*
fac. poſſeſſ. Nicol. Euetard. Mantica, & Auguſtin.
Barboſ. *ſub num* 1. citatis in locis, Valençuela *conſ.*
23. *num.* 46. admittitur probatio in contrarium ex
mente ipſius ſententiæ, quæ ſpecialiter ex dictis
57 verbis admittere eã ſinit, † nec circa hoc poteſt de-
rogati ex generali diſpoſitione noſtræ Pragmaticæ,
ex l. doli clauſula, 119. *de verbor. l. ſed & ſi per præ-*
*torem,*26. §. *hac clauſula, ex quibus cauſ. maior.* & aliis
adductis per Valençuelam *conſil.* 83. *num.* 340. *&*
conſ. 8. *num.* 32. vbi ait, quòd ſpecialis prouiſio de-
bet ſpecialiter derogari, aliàs firma manebit, bene
Auguſtin. Barboſ. *axioma* 73. *num.*9. *pag.*46. aliter
enim huic dubio ſatis ire poterit ex traditis ſuprà
*ex numer.*19. *cum ſeq. & ex num.* 39. *cum ſeq.*
58 Secundum verò ex Antonij Theſauri *deciſion.*
122. *num.* 9. *&* 23. ſimiliter nihil facit, nec nobis
obſtat, quia loquitur dum appellatio à tribus
ſententais ſtatuto prohibetur, vt prohibitio locum
habeat, etiam ſi vltima fuerit lata ab obſeruatio-
ne iudicij, vel alio non edocto, vel ſtantibus
actis prout ſtant, quæ cùm diſfinitiua ſit, ſeu vim
habeat diffinitiuæ ſtatuto comprehenditur, ex
Couarr. *in d. cap.* 55. *num.* 5. *verſ. quinto.* Gracian.
2. *diſcept.* 348. *ex num.* 14. *cum ſeqq.* Magon. *deciſ.* 32.
59 *num.* 55. † At nos non loquimur de remedio or-
dinario appellationis, ſe de nullitate notoria ſen-
tentiæ, quæ nunquam excluſa cenſetur, *ex l. ſi ex-*
*preſſim.*19. *de appell.* & Vancio. *in d. tit. Quis poſſit*
dicere de nullit. num. 33. *& ſeqq.* Did. Perez *in l.* 6.
tit. 16. *lib.* 3. *ordin. fol. mihi.* 1295. Aceb. *in l.* 7. *num.*
95. *tit.* 18. *lib.* 4. *recopil. & in addition. ad curiam Pi-*
60 *ſanam lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 100. † nec ſententia nul-
la in conſideratione habetur, Auendano *d. reſp.*
76. *num.* 7. vbi antea *num.* 6. *verſic. ſi verò iſti*
iudices, dixerat, quòd lex de ſententia loquens in-
telligi debet de valida, quare nullitas habet
locum etiam contra tres ſententias conformes
ex Ludouic. Gomez *in compend. ſignat. numer.* 84.
verſicul. confirmatur iſta opinio, Anton. Gabr. *de*
except. concluſ. 5. Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. caſu.* 9.
num. 2. Cacheran. *deciſ. Pedam.* 142. *numer.* 34.
Afflictis, *deciſ.* 83. Auguſtin. Barboſ. *axiom.* 500.
*num.*6. *pag.* 124. Rota apud Ioan. Baptiſt. Coccin.
deciſion. 78. *num.* 3. *& deciſ.* 254. *num.*7. *& deciſion.*
491. *num.* 2. & apud Farinac. *deciſion.* 574. *num.* 1.
part. 1. *& deciſion.* 307. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* Gracian.
diſcept. forenſ. tom. 1. *cap.* 118. *n.* 47.
61 Ex quibus etiam infertur, quòd ſi negata vera
deſcendentia, quaſi ex alia qualitates prætenſo-
ris probentur, & ad honorem admittator, &
poſtea alter ex prima deſcendentia, quæ fuit re-
iecta, plenis & legitimis oſtendat probationibus
gradus conſanguinitatis cum illo, qui hoc ne-
gando obtinuit, non proderit ei actus ille po-
ſitiuus, qui non fuit obtentus ex linea, à qua
vltimus oritur prætenſor, ſed ex alia diuerſa, nec
admiſſus ille fuit, velut conſanguineus alterius,
& ſic prodeſſe non poterit actus poſitiuus ex vna
linea obtentus deſcendentibus ex alia, *argument. l.*
ſi cum argentum, 51. §. *ſi fundum, de except. rei indic.*
62 cum ſimilibus ſuperiùs allegaris, † nec ſententia
ex vna cauſa lata operari poteſt, velut lata ex alia
argum. text. in l. Papinianus, 50. *de minorib. l. neque na-*
*tales,*10. *C. de probat. l. ſi maritus.*10. *C. de donat. inter,*
cum adductis ſuprà num. 56.
Et probari apertè videtur in hoc noſtro textu 63
ibi, *ſegun los comprehendieren los actos*, quæ ap-
prehenſio ex informatorio regulari debet, & ex
aſcendentia, & origine in eo probata, regulata
poſtea cum probatione alterius, *argument. text.*
in l. ait Prætor, 5 §. *ſi index, de re indicata.* Zephal.
conſil. 77. *num.* 34. Hieronym. Grat. *reſp.* 40.
*num.*45. *lib.* 2. Rota ſacri Palatij *deciſ.* 369. *num.* 11.
part. 1. † Et ſententia ex actis interpretationem 64
accipit, & prout in eis probatum manet, in-
telligi debet, *ex gloſſ. in l. ſi quis ad exhibendum,*
vbi Bart. *de except. rei ind. & in l. pen. C. de ſent.*
quæ ſine certa quantit. Iaſ. *in l. ſub prætextu. la* 2.
*num.*6. *C. de tranſact.* vbi etiam Padilla *num.* 6. Fe-
lin. *in cap. licet hely, num.* 18. *&* 19. *de ſimonia.* Rol.
à Valle *conſ.* 41. *num.* 25. *cum ſeq. vol.* 3. Matth. Ma-
theſil. *ſing.* 141. Petr. Barboſa *in rubr.* 3. *part. num.* 47.
ſoluto matrim. Et ſi linea, de qua principaliter
actom eſt in informatorio, & quam ſententia fuit
ſequuta, differat ab ea, quam ſecundus prætenſor
affert, non poterit ad eam extendi, ex iuribus ad-
ductis ſuprà ex num. 53. cum quinqne ſeqq. quod in-
dubitatum eſt.
Sed dubium maius verſatur circa alium caſum, 65
quem iam etiam habui de facto, dum io rece-
ptis informationibus ad actum poſitiuum ex quo
alter ſe iuuare intendit, non eſt facta mentio aſcen-
dentiæ, nec lineæ, nec cognominum, in quibus
aliqua adeſt maculæ ſuſpicio, & ſe comprehende-
re aſſerit nouus prætenſor, & probat deſcendere
ab eadem radice, & origine, an iuuare ſe poſ-
ſit ex illo actu poſitiuo? Et videtur quòd non,
† cùm res iudicata locum non habeat in qualita- 66
te, circa quam ſententia ſpecialiter lata non fuit,
aut quæ ex actis non conſtar, cuius identitas ſpe-
cificè probari debet, *ex text. in l. cum quæritur,* 12.
cum ll. ſeqq. de except. rei ind. Bart. *in auth. qui ſemel,*
num. 30. *C. de probat.* Rebuff. *in tract. de except. num.*
105. *& ſeqq.* Valençuela *conſ.* 79. *num.* 126. Donel.
lib. 22. *comm. cap.* 5. quæ certificari debet ex ipſa
ſententia, aut declarationem accipere ex informa-
tionibus receptis, ex adductis ſuperiùs num. 64.
& ab Oſualdo Illigero ad Donel. *lib.* 27. *comm. cap.*
6. *lit. M.* † & cùm cognomina familiæ plurimùm 67
deſeruiant ad eius qualitates probandas ex adductis
à Pelaez *de maiorat.* 1. *part. quæſt.* 51. *num.* 283. & ex
aliis probaui ſuprà 1. *part. quæſt.* 6. §. 3. *num.* 42. dum
deficiunt, non videtur eſſe completam qualitatum
informatiooem, & cùm vtrumque deficiat in pro-
poſita ſpecie, deficere debet effectus iudicatæ rei, &
eius vtilitas, ex citatis iuribus.
At contrarium magis ſuadetur in rigore iuris, 68
quia in puritatis cauſis, & ſententiis non tantùm qua-
lificantur, puri & nobiles declarantur aſcendentes
ſpecialiter in articulis nominati, & de quibus teſtes
interrogati nominatim fuerunt, ſed cæteri omnes
abſque diſtinctione etiam in longiſſimo gradu, à
quibus alij deriuantur, & proueniunt, & informato-
rium ſumitur, & teſtes interrogantur generaliter de
omnibus, & ſententia fertur circa primam ſtirpem,
& originem, & illis omnibus etiam indiſtinctè vti-
litas prouenire debet, *ex textu in l. emancipatum.* 7. §.
fin. de Senatorib. l. 3. *de interd. & releg. l.* 5. *tit.* 2. *part.* 3.
Ioan. Garcia *de nobilit. gloſſ.* 6. *num.* 48. Io. Gutierr. *lib.*
3. *pract. quæſt.* 13. *num.* 92. *&* 94. de quo plura dixi ſu-
prà 1. part. quæſt. 4. §. 2. & quæſt. 13. §. 2. nec enim no-
num eſt ex mente ſententiæ, & natura rei, de qua là-
ta eſt, comprehendi, quod ex eius verbis expreſsè
non colligitur, ex notatis per DD. *in l. miles* 6. §. 1. *&*
in l. vlt. vbi Franc. Duar. & Hugo Donel. *de re iudic.*

At

At hoc verum ex iure ſtricto, & inſpecta natura
rei de qua agimus, ſed cùm lex interpretari debeat ab
eo, qui eam tulit l. 1. l. cum de nouo 11. l. fin. verſ. ſi enim
C. de legib. Morla in emporio tit. 1. de legib q. 11. n. 22.
And. Fachin. controuerſ. iuris lib. 1. cap. 3. verſ. tertia eſt
concluſio. Alphonſ. Modic. dubitat. iuris 1. p. §. lex eſt,
dubit. 15. n. 1. & Princeps vina lex nuncupetur, l. 1. de
conſtitut. princip. §. ſed & quod. Principi, inſt. de iure na-
tur. & noſter Rex Philipus IV. conſultus circa quæ-
dam dubia in materia noſtri textos, dixerit, non fuiſ-
ſe ſuam mentem qoòd deciſio noſtri textus com-
prehendat, niſi tantùm eos, quorum mentio facta
fuerit in informatorio, cuius virtute fuerunt obtenti
actus poſitiui, nec extendatur ad alias lineas, nec pa-
rentelas præter ibidem expreſſas, vt etiam dicam in-
feriùs ſub num. 82. & 93. verius videtur, quòd linea,
& cognomina, quæ non fuerint dedocta in infor-
matorio ſpecialiter non maneant qualificata, nec
deſeruiant ad adquirendum ius reale, & indelebile,
quo plura dubia orta circa intellectum noſtri textus
ceſſant, & verè intelliguntur.

69 Ex quibus etiam dimanat alterius quæſtionis ſo-
lutio, nempe an deſcendentium actus poſitiui ita
proficiant aſcendentibus, ſicut è noſtro textu actus,
qui à maioribus fuerint obtenti, ſuis proſunt deſ-
cendentibus, v. g. pater habet tres filios inſigniis
militaribus condecoratos, ſeu in collegiis maiori-
bus, in ſanctæ Inquiſitionis Officio, Eccleſiáve To-
letana, & vult cooptari in aliqua ex his communita-
tibus, non habet alios actus poſitiuos, ni tres, ex toti-
dem filiis, aut quod idem eſt, vnum, aut duos ex fi-
liis, & cæteros ex aliis coniunctis: quæritur an actus
poſitiui filiorum proficiant, vt ex eis cooptari pater
valeat in prædictis communitatibus?

Et videtur quòd non, primò, quia in
70 noſtra pragmatica ſpecialiter ſtatutum habemus,
quod aſcendentium actus poſitiui deſcendenti-
bus tantùm proſint, vt patet ibi, *adquiera derecho real
a los deſcendientes por linea recta*, & iterum ibi, *Y baſte
probar ſe la deſcendencia de las perſonas, que obtuuieren
los dichos tres actos*, & videtur, quòd extendi nõ poſſit
ad alias præter expreſſas perſonas, ex adductis per
Cæpolam conſil. 7. num. 16. Alc. reſp. 326. n. 1. Roman.
conſ. 92. n. 3. Roland. à Valle conſ. 24. n. 9. lib. 3. Zephal.
conſ. 59. n. 26. tom. 1. Marc. Ant. Eugen. conſ. 18. n. 52. &
conſ. 45. n. 34. & conſ. 85. n. 9. lib. 1. cùm extenſio ad di-
uerſas perſonas, etiã ex identitate rationis nõ proce-
dat, ex tex. in l. ex pluribus, 42. de adm. tut. l. nõ ſolum 67.
§ ſi puellæ 5. de ritu nupt. & in l. cerdonem. 41. de oper.
liber. Bal. in l. 1. in princ. C. de legib. Phil. Dec. in l in om-
nibus, n. 6. de reg. iur. Ant. de Butrio in c. ſanè, de priuil.
71 Pet. Surd. de alim. tit. 2. q. 15. n. 94. † maximè quia inter
deſcendentes, & aſcendentes maxima eſt differentia
in eis, quæ à natura proueniunt, vt in textu in l. nam
& ſi parentibus, 15. in princ. de inoffic. teſtamen. cum ſimi-
libus.

Secundò quia ſicut qualitas ſanguinis ab aſcen-
72 dentibus in deſcendentes deriuatur, ſecundùm text.
in l. vnum ex familia 67. §. 1. de leg. 2. l. 3. de interd.
& releg. Bart. & alij plures apud Afflictis in con-
ſtit. Siciliæ lib. 7. rub. 9. num. 30. Io. Guriert. lib. 3. pract.
q. 13. n. 92. & 94. Pelaez de maiorat. 1. p. q. 51. n. 7. in fin.
non econtra à deſcendentibus in aſcendentes ordi-
ne retrogado, quod implicat, ex adductis ab Andr.
Tiraq. de nobilit. c. 19. n. 2. & à Flores de Mena. in ad-
dit. ad deciſ. 112. Antonij Gammæ, Io. Garcia de nobil.
gloſſ. 12. n. 47. & ſeq. ita ſimiliter actus poſitiui, per
quos ipſa ſanguinis qualitas conſeruatur, in deſcen-
dentes deriuari, rationi & naturæ magis eſt conſo-
num, non verò econtra à filiis aſcendere ad parentes
debeut, cùm naturalis præuerteretur ordo, & naturæ
opponeretur; atque ideò deſcendentium priuilegia
ad aſcendentes non pertinent, ſecundùm l. 1. de ſenat.
ſicut & pater in maioratu filij, & in his, quæ defe-
runtur iure ſanguinis non ſuccedit Greg. Lop. in l. 7.
gloſſ. 1. tit. 26. p. 4. per text. ibi Mantic. de tac. & amb. 2.
tom lib. 26. tit. 8. n. 19. & ſic vidimus, quòd ſententia
lata pro nobilitate filij non prodeſt patri, vt probat
Ioſephus de Seſſe Arrag. deciſ. 4. & refert Emman.
Barboſ. in remiſſ. ad lib. 4. ord. Regni Luſit. tit. 92. n. 8. in
princ. pag. 194. & eius filius Auguſt. Barboſ. de off.
epiſc. 2. p. alleg. 1. n. 21.

Tertiò, quia actus poſitiui ſuccedunt hodie in lo- 73
co informatorij, quod confici debebat ad obtinen-
dum ex puritatis ſtatutis, in quo debet conſtare de
origine & qualitatibos parentum, & auorum ſaltim
admittendi, vt dixi ſupra 1. p. q. 6. §. 3. ex num. 14. &
in informatoriis filiorum reſpectu patris non quæ-
ritur niſi de parentibus tantùm, qui aui filiorum
ſunt, nec regulariter ſolet in eis fieri mentio auorũ
parentis, qui proaui filiorum ſunt, † & cùm in ſub- 74
rogato debeant adeſſe omnes qualitates eius, in cu-
ius locum ſubrogatur ex text. in l. ſi eum 10. §. qui iniu-
riarum, ſi quis cautionib. vbi gloſſ. & DD. in l. parabola-
ni, 18. vbi Bal. C. de epiſcop. & cleric. & in cap. Eccleſia,
vbi canoniſtæ, vt lite pendente, cum ſimilibus. Hieron.
Zaball. comm. contra comm. q. 828. n. 86. plura cumulat
Aug. Barboſa axioma. 213. n. 1. pag. 129. & tranſire de-
bet ſubrogatum cum oneribus & grauaminibus il-
lius ex l. 1. §. hæc actio locum 10. ſi quis teſtam. lib. eſſe
iuſſus, Matienço in l. 1. gloſſ. 8. num. 1. tit. 4. lib. 5. recop.
Aluar. Valaſc. conſult. 132. n. 26. Stephan. Gracian.
deciſ. 155. n. 10. Hier. Gratus reſp. 5. n. 52. vol. 2. Iacob
Mandel. conſ. 107. n. 2. dicendum videbatur quòd deſ-
cendentium actus poſitiui prodeſſe non valeant ſuis
aſcendentibus.

At contrarium magis ſuadetur ex ratione de qua 75
ſuperiùs, quia etſi in informationibus puritatis ſpe-
cialiter tantùm quæratur de parentibus, & auis præ-
tenſoris, tamẽ quæritur generaliter de vniuerſis aſcẽ-
dentibus, & omnes cum ſua ſtirpe & progenie puri,
aut nobiles per ſententiam declarantur, & cùm om-
nes deſcendentes ſanguinis qualitates à ſuis conſe-
quantur maioribus, ſententia circa puritatem & no-
bilitatem filiorum declarat eaſdem qualitates adeſſe
in parentibus, & cæteris aſcendentibus, & vniuer-
ſam aſcendentiam qualificat, & amplius probatur, † 76
tum quia effectus potentiores ſunt in cauſa quàm in
cauſato, vt ſæpiùs probaui ex l. dotem. 6. de collat. bon.
Pelaez de maiorat. 1. p. q. 51. n. 51. & vim capiunt à ſua
cauſa, ſecondùm Ariſt. lib. 1. poſter. Iaſ. in l. in ſuis, n. 34.
& in l. & ſi pepercerit, § pure, n. 1. de lib. & poſth. Ang.
in l. qui Romæ, §. duo fratres, q. 1. de verbor. † & ex natu- 77
ra & potentia effectus deuenitur in notitiam poten-
tiæ, & naturæ cauſæ text. in l. cuius effectus, 148. de reg.
iur. l. 3. C. de ſum. Trin. l. rem non nouam 14. circa fin. de
iudic. proœm. inſt §. quorum vtramque viam, vbi Ang.
cap. quatuor 27. vbi gloſ. 1. 12. q. 2. Bart. in repet. l. ſi is
qui pro emptore in 6. queſtion. princip. num 67. de vſucap.
Valençuela conſ. 25. n. 19. per neceſſariam conſequen-
tiam declarata puritate, & nobilitate filij, quæ eſt
effectus proueniens à prima radice, deuenitur in co-
gnitionem puritatis & nobilitatis ipſius radicis, &
omniũ maiorũ & aſcendentiom, † tum etiã quia pro- 78
batis qualitatibus extremorum deuenitur in noti-
tiam medij, & qualitatum ipſius, ex l. 3. ſi minor. de
minor. l. 1. ſi quis ius dicenti, cum adductis à Maſch.
de probat. concl. 730. n. 1. & à Pelaez de maiorat. 4. p. q. 5.
n. 11. & 12. Nicol. Euerard. loco ab extremis, n. 1. Me-
noch. lib. 6. præſump. 36. per totam. Auguſt. Barboſ.
axiom. 145. n. 1. pag. 94. † tum denique quia non eſt 79
nouum, quod ex identitate rationis, & æquitatis diſ-

poſitio legis extendatur ad alias perſonas præter no-
minatas,& comprehendat omnes, qui militant ſub
eius ratione, ex adductis à Ioan. Garcia de nobilit. in
diuiſione n.48.& à nobis ſuprà 1.p.q.9.§.4. ex n.43.
80 cum ſeqq.† & vbi eadem interuenit æquitas, locum
debet diſpoſitio habere,ex Bal.in l.ſi quis n.3.C.de in-
terd.matrim.Io. And.Georg.alleg.18.n.4.& 5. Valen-
çuela conſ.75.n.21.Ant.Monach. Lucenſi deciſ.55.n.
34.& Bononienſi deciſ.62.ſub n.4.& Florent. deciſ.18.
n.19.& deciſ.70.n.45.per text.in l.fin.C.ad leg.falc.cap.
cum dilecta,4.de confirmat. vtil. maximè dum fauora-
bilis eſt,vt hæc, de qua agimus, & probaui ſuprà in
hac 2.part q.1. gloſſ.2.& paſſim per totam quæſtio-
81 nem,† quæ faciliùs ad alios extenditur caſus,& per-
ſonas,ſecundùm Bart.in l. ſi conſtante in 9. q. 1. partis
principalis,ſolut.matrim.& in l.ſi quis in graui,§.vtrum
ad S.C.Sylan. Paul. Caſtrenſ. in l. bona fide, depoſiti,
82 Alc.lib.5.paradox cap. 9. † & quamuis ſubrogentur
actus poſitiui in loco informatorij,quod confici de-
bebat ad admiſſionem,eſt ad diuerſum finem,nempe
ad efficiendum rem iudicatam, & conferendum ius
certum,& perpetuum generi,quod non tribuebat in-
formatorium,nec eſſe poteſt diuerſum inter eos, qui
ſunt eiuſdem generis,tam deſcendentes, quàm aſ-
cendentes, & collaterales, & tunc non eſt neceſſe,
quòd ſubrogatum ſapiat naturam illius in cuius lo-
cum ſubrogatur, cùm fiat ad rem diuerſæ naturæ,
text.in l.cum in fundo 78. § ſi fundus 4.de iure dotium.
Pet.Surd.de aliment.tit.5.q.1.n.34. Franc. à Souſſa in
repet.l.fœmine 1.p.n.229.de reg.iur.Card.Tuſch.lit.S.
conc.757.n.57.Rimin.Iun.conſ.113.n.129. Menoch.
conſ.427.n.8.quæ opinio de iure attenta generalitate
noſtri textus,& natura rei de qua agimus, veriſſima
eſt,ni contrariam haberemus declarationem noſtri
Regis Philippi IV.ad noſtrum text.ſicut accepi à do-
ctiſſimis viris ſuis conſiliariis fidedignis, qui mihi
certum fecerunt,quòd conſultus circa quædam du-
bia huic ſimilia reſpondit, non fuiſſe ſuam mentem,
quòd actus poſitiui extenderētur vltra nominatos in
informatione principali, quæ tantùm ſumi ſolet de
patribus,& auis,& ſic cæteros non qualificat,& cum
in informationibus filiorum non quæratur, niſi de
eorum patribus & auis ſpecialiter tantùm, qui ſunt
tantùm patres parentum ſuorum, his proficere non
poterunt actus poſitiui à ſuis filiis obtenti, cùm de-
ficiat ſpecialis informatio ſuorum auorum, qui ſunt
proaui filiorum, & de nouo ſumi debet, & ſic per
hanc declarationem habemus, quòd circa interpre-
tationem huius deciſionis ſtrictè eſt procedendum,
cùm alias nomine aui proauus contineatur, ex Pet.
Surdo de aliment.tit.1.q.13.n.10. Fuſar. de ſubſtit.q.
313.n.3. Aug.Barboſ.appellat.30.n.3.pag.156. niſi ſi-
mus in materia odioſa,& ſtricta,quia tunc non com-
prehendi dixit Bart.conſ.56.Quia factum num.3.lib.2.
Card.Tuſch.tom.3.concl.656.n.15.Aug. Barboſa cita-
to loco,qui hos ita citat.

83 Aliàs vidimus, quòd ignominia filij dedecus eſt
patris,& conſanguineorum,in textu in l.3. §.ſi eman-
cipatus 5.de bon.poſſ.contra tab.Rebuff. in l. iuſta inter-
pretatione,201.de verbor.ſign.Pelaez de maior.1.part.q.
84 51.n.7.† & econtra filiorum dignitatibus, & hono-
ribus parentes etiam fruuntur,non ſolùm ex eis,quæ
obueniunt ex ſanguinis qualitatibus,circa quas nul-
lum videtur eſſe dubium, ſed etiam ex exterioribus,
vbi maior aderat. dubitatio ex adductis ab Andr.
Tiraq.de nobil.c.16.n.5. & 6. & relatis à me ſuprà 1.
p.q.1.§.3. ex n. 25. cum ſeqq. & fuerunt tradita per
Ant.Gamm.1.p deciſ.Luſitan.112.& per Io.Aloyſium
Riccium in praxi fori eccleſiaſtici 545.per totam.Farin.
in praxi q.141.n.60.Aug.Barboſ.in additam.ad remiſ.
ord.Luſit.lib.4.tit.92.n.290. ex quibus & aliis id pro-
bat Alphonſ.Narbona in l.20.gloſſ.1.n.51.& ſeq.tit.1.
lib.4.recop.pag.370.† vbi addit,quòd parentes inqui- 85
ſitorum gaudent priuilegio fori, vt conueniantur &
iudicentur ſicut ipſi inquiſitores in tribunali Sancti
Officij,& non coram aliis iudicibus, quæ extentio
maiori ex ratione locum habere videbatur in noſtra
ſpecie.

Ex eadémque ratione deducitur, quòd vtilitas 86
actuum poſitiuorum non ſolùm poſſet tranſire ad
deſcendentes,& aſcendentes,ſed etiam ad quoſcum-
que tranſuerſales, qui eiuſdem lineæ fuerint ſecun-
dùm ſanguinis comprehenſionem, qua eiuſdem ge-
neris & ſtirpis ſunt, & inueniuntur coniuncti cum
obtinentibus actus poſitiuos, † tum quia omnes de 87
eadem agnatione dicuntur ex text.in l.pen. vnde legi-
timi,& princip.inſt.de leg. agnat. tut. & de legit. agnat.
ſucceſ.Menoch.conſ.424.n.2.& 4.lib.5.& in aliis locis
apud Aug.Barboſ.appellat.135.n.7. pag. 242. Peregr.
de fideicom.art.22.n.21.† tum etiam quia collaterales 88
conſanguinei vocantur, cum eodem ſint ſanguine
coniuncti,& qualitas ſanguinis pluribus communi-
cata eos quaſi coniungit,l.1.vbi gloſſ.1.tit.6.p.4.Card.
Zabarela in Clem. 1. q. 11. n. 9. de conſang. & affinit.
Auiles in cap.prætor.c.4.verbo parientes,n.2. verſ.con-
ſanguinei,Ant.Pereg.n.25.citato loco,† tum quia diſ- 89
poſitio loquens de ſanguinis iuribus comprehendit
indiſtinctè omnes, quibus idem ſanguis communis
eſt,vel ſint legitimi, ſeu illegitimi,natura enim ipſa
ſanguine eos coniungit, Abb.in cap.in litteris,n.1.de
teſt.Ioan.And.in arbore conſanguinitatis parte princi-
pali,Auiles citato loco,Nauarr.conſ.4.n.2.de iurepatr.
& ideò ſanguine coniunguntur, quia ab eadem ſtir-
pe & origine proueniunt ex citatis, † atque tranſ- 90
uerſales de familia,proſapia,& genere eſſe dicuntur,
in l.pronunciatio.195. §. familia, verſ.communi iure,de
verbor.ſign.& in cap.progeniem.16. 35. q. 3. Menoch.
lib.4.præſ.8.n.2.Franc.Mantica de coniectur.lib.8.n.12.
& ex auctoritate Rotæ Romanæ probat Nic. Garc.
de benef.7.p.c.15.ſub n.18.Peregr.d.art.22. n. 16. latè
Aug.Barboſa appellat.94.ex n.1.pag.191.† quare pro- 91
bata puritate,ſeu nobilitate vnius ſtirpis,ſeu originis
à qua tranſuerſalis etiam prouenit, manet radix ipſa
indiſtinctè omnibus qualificata, quia ab ea oriuntur
dempto,Roman.in l.1. ad Sillaniam. Phil. Corn.conſ.
234 n.2.in 4.& probari videtur ex hoc noſtro textu
ibi.Y reſpeto de vn quarto o de dos o de ſodos ſegun los
comprehendieren los actos,† & probatis qualitatibus ra- 92
dicis comprehenduntur omnes,qui ab ea deriuantur,
& licèt ſint colleterales illius, qui actum obtinuit;
ſunt tamen deſcendentes à prima origine, de qua
principaliter agitur, & cuius qualitates directè in-
quiruntur,vnde contra nō videntur facere illa verba
noſtris textu,ſe adquiera derecho real a los deſcendientes
por linea recta, † quæ verificantur in quolibet con- 93
ſanguineo,qui deſcendat ab ſtirpe qualificata, ratio-
ne cuius deſcendens dicitur, licet reſpectu obtinen-
tis actum poſitiuum ſit collateralis, & ideò compre-
hendi videbatur in noſtra ſanctione in ſolùm con-
ſanguinitas proxima,ſed etiam remota,vt conſtat ibi.
Y reſpeto de vn quarto,&c. quæ verba etiam de colle-
teralibus videbatur eſſe intelligenda, ſicut de iure
probant Io.Garcia de nobilit.gloſ.6.n.48 & gloſ. 25. n.
8.& gloſ.41.n.3.Io.Gut.lib.3.pract. q.14.n. 142. Pere-
zius de Lara lib.2.de anniuerſ. & capellan. cap. 4. num.
18. Latè Ioſeph. de Seſſe Arag.deciſ.4.n.6.

Quod certè de ſtricto rigore attenta generalita-
te noſtri bene procedit,non verò attenta declaratio-
ne noſtri Philipi IV.de qua ſuprà ſub n.82. quia di-
xit,ſuam mentem non fuiſſe, quòd lineæ non com-
prehenſæ in probationibus receptis manerent qua-
lificatæ,etſi eiuſdem ſint generis,& familiæ, ſed tan-
tùm

tùm quæ ſpeciatim ſint expreſſæ in informatorio,in
quo non poſſunt comprehendi collaterales , cùm
non dicantur de linea,ſecundùm Ant.Peregr.*de fidei-
com.art.22 n.24.*Menoch.*lib.4.præſ.*88.*n.*11. Fuſar. *de
ſubſtit.q.*345.*n.*1.plures penes Aug. Barboſam *appell.*
135.*n.2. pag.* 242. bene tamen eſt , quòd actus poſi-
tiuus fratris proderit cæteris fratribus,& eis,quibus
aui expreſſi in informationibus communes ſunt ,
cæteris verò nullo modo,quod expreſsè colligitur ex
dicta declaratione noſtri potentiſſimi Regis,in quá-
rum ait,quòd non manent qualificati niſi aſcenden-
tes expreſſi,de quibus ſpecialiter teſtes interrogan-
tur,qui ſunt patris & aui,& ſic prodeſſe tantùm de-
bet omnibus filiis & nepotibus, & cæteris per hanc
viam & lineam,non per alias,ita vt ad tranſuerſales
non extendatur vtilitas actuum poſitiuorum niſi ad
patrueles tantùm,quibus aui comprehenſi in infor-
matorio facto communes ſunt,non ad alios , vt col-
ligitur ex prædicta declaratione.

96 At quomodo probabitur horum actuum poſiti-
uorum comprehenſio,vt intelligantur verba illa no-
ſtri textu.*Y baſte probarſe la deſcendencia de las perſo-
nas , que obtuuieren los dichos tres actos , al modo que ſe
platica en las hidalguias,*& videtur dicendum , quòd
ſufficiat , ſi deſcendentia probetur per communem
reputationem , & famam abſque vlla graduum di-
ſtinctione ex traditis ſuprà 1.part.q.9 §. 3. & 4. & à
Perezio de Lara *de capellan.2.p.c.4.n.*12.*&* 13.Nicol.
Garcia *de benefic.7 p.c.*15.*à n.*28. Aug Barboſa *de offic.
Epiſcopi,1.p.tit.2.gloſſ.*17.*n.*37.ex quibus oſtendimus,
quod ad probandum maculam, aut puritatem gene-
ris in materia,de qua agimus , non eſt opus probare
deſcendentiam per diſtinctos gradus , nec cum aliis
requiſitis,de quibus *in cap.licet ex quadam , de teſtib.*
vt etiam probat Ant.Peregr.*de fideicom.art.*43.*n.* 65.
& cum hîc principaliter agatur de probanda purita-
te,& nobilitate per actus poſitiuos, videtur ſufficere
ſi eo modo probentur,quo prædictæ probantur qua-
litates,ob quas probatio per actus poſitiuos fuit,*arg.
auth.multo magis,C.de ſacroſ.Eccleſ.l.fin.C. de inſtit. &
ſubſtit.*Bal.*in l.petens,num.*31.*C. de pactis* , Valençuela
*conſ.*33.*n.*161. præcipuè cum in ſimilibus cauſis ſuf-
ficiat probare qualitatem ſtirpis abſque vlla gra-
duum diſtinctione , quo ſatisfactum it ſtatutorum
diſpoſitioni , vt ià Rota iudicatum fuiſſe oſtendit
Barboſa *in d.gloſſ.*17.*n.*37. idem debere ſeruari vide-
tur in ſpecie noſtra.

97 Contrarium verò verius coniicio , nempe quòd
debeat probari deſcendētia,& comprehenſio actuum
per ſpecificam graduum diſtinctionem , nam agitur
de re,ad cuius completam cognitionem certa,& de-
terminata requiritur probatio,& quæritur , an actus
poſitiui amplectantur omnes lineas prætenſoris,qui
de nouo cooptari appetit,in quo poteſt plus , & mi-
nus adeſſe, & comprehendi agnatio & cognatio ſi-
mul , & omnes lineæ aſcendentium , aut earum ali-
quæ,alias plures,alias pauciores , & dimidia tantùm
aui,ſeu auiæ,velut ſi proaui , vel proauiæ deſcenden-
tiam includant actus poſitiui,qui octauam aſcenden-
tiæ partem amplectuntur , & ſi ſuperiùs aſcendamus
minorem inueniemus cōprehenſionem. Vnde neceſ-
ſariò apparere eſt neceſſe,quam lineā,ſeu partem ſpe-
cificam apprehendant actus,vt ſcire poſſimus lineas,
quæ in actibus comprehenduntur,& manent quali-
ficatæ,an omnes,ſeu earum plures,aut pauciores , &
98 quales ſint,† quia ſi tantum modò probetur deſcen-
dentia,ſeu parentela in genere abſque graduum di-
ſtinctione,ſed confusè,& obſcurè,erit ſimiliter pro-
batio obſcura,& confuſa,quæ non prodeſt, vbi ſpe-
cifica requiritur,*arg.l.4.tit.2.p.*2.Auend. *in dictionar.
verb.coſtumbre.verſ.item aliud,*Phil.Dec.*conſ.*134.*n.*6.
Ludou.Morocius *reſp.*90.*num.*8. † Ex qua nihil certi 99
colligi poteſt , vt dixit pluries Rota , apud Farinac.
*decis.*127.*n.*7.*& deciſ.*176.*n.*8.*& deciſ.*232. *num.*9.*&
deciſ.*311.*n.*2.*& deciſ.*511.*n.*2.*& deciſ.*561.*n.*8.*p.*1.*&
deciſ.*318.*n.*4.*p.*2.& Io.Bapt.Coccin. *deciſ.*68.*n.*24.*&
deciſ.*104.*n.*15.*& deciſ.*203.*n.*16.*& deciſ.*289. *n.* 2. *&*
5.*& deciſ.*289.*n.* 2 *&* 5.*& deciſ.*379.*n.* 9. & Fulu. Pa-
cianus,*de probat.lib.*1.*c.*3.*n.*19 *in fin.* vbi nocti,in qua
nihil inſpicitur,eam æquiparat, quæ nihil in propo-
ſito probat,*l.certum,*6.*de confeſſis,l.ſi fuerit* , 10.*de reb.
dub.l.neque natales,*10.*l.non nudis* 14.*l.non epiſtolis* 13.
l.ad probationem 21.*C.de probat. c.in præſentia* 8. *extra
eod.*Craueta *conſ.*276.*n.*4.*& conſ.*725.*n.*5.*& conſ.*898.
*n.*22.Phil.Corn.*conſ.*254.*n.* 6. *lib.* 4. † quia debet de 100
neceſſitate concludere ex dictis iuribus , & *ex l. non
hoc* 4. *vnde legit.* Fulu.Pacian.*de probat.lib.* 1.*c.*46.*n.*
27.Maſch.*eod. tract.concl.*473.*n.*9.plures,quos allegat
Valençuela *conſ.*92.*n.*216.quod procedit in quacum-
que cauſa etiam fauorabili ex Hondedeo *conſ.* 31. *n.*
33.*& conſ.*39.*n.*19.*tom.*2.Natta *conſ.* 675. *n.* 20. Ste-
phan.Gracian.*deciſ.*4. *n.* 55. Valençuela citato loco,
*n.*218.† & indubium eſt, quòd vbicumque probatio 101
ſpecifica requiritur aut ex lege,aut ex natura rei, ge-
nerica non ſufficit , *ex text. in l. interpoſitas* 13. *C. de
tranſact.*Alex.*conſ.*133.*n.* 23. *vol.* 7. maximè quando
ſub genere comprehenduntur ſpecies diuerſæ ope-
rationis & effectus,ſecundùm Andr.Tiraq.*de retract.
lignag.*§.1.*gloſ.*16.*n.*4. Honded. *conſ.* 39. *vol.* 2. vt in
ſpecie de qua loquimur,ſunt diuerſi gradus,& lineæ
pluris,& minoris operationis,quæ maiora & minora
comprehendere poteſt,vt ex dictis , & ex rei natura
indubiè patet.

Et dum requiritur ſpecialis conſanguinitatis pro- 102
batio,neceſſe eſt,quòd quilibet gradus ſigillatim, &
diſtinctè oſtendatur ex adductis per Maſchard. *de
probat.concl.*410.*à n.*8.*&* 18.Fulu. Paciano *eod. tract.
c.*12.*à n.*44.Nicol.Garc.*de benef.*7.*p.c.*15.*n.* 28. Hier.
Zaballos 3.*tom.comm.contra comm.q.*779.*n.*48. *&* 50.
Alc.*reg.*1.*præſ.*8.*n.*8.Peregr.*de fideicom.art.* 43. *n.* 63.
Ancharr.*conſ.*52.*n.*7.*&* 8.Alex.*conſ.* 52. *lib.* 1. Natta
conſ. 388. *lib.* 2. incipiendo à communi ſtirpe,& pa-
rente,à quo cæteri gradatim deſcendunt , vt conſtat
*ex c.licèt ex quadam,*ibi,*ſingulos gradus clara computa-
tione diſtinguant,de teſt.*tenent Abb. *in cap.sua nos,de
conſang.& affinit* & alij apud Maſch *d. concl* 410. *a n.
cum ſeqq.*&apud Pereg.*d.n.* 63. & quamuis regulari-
ter loquendo ſufficiat nobilitatis generica probatio
ex Bart *in l.*2.*n.*87.*&* 98.*C. de dignit. lib.*12. tamen ſi
ſpecifica requiratur nobilitas , non ſufficiet eius ge-
nerica probatio,Rebuff. *de maior. q.* 12. *n.* 42. *in fin.
verſ.ſi tamen requireretur,*& Pui *deciſ.*289.*n.* 1. *lib.*1.*in
nouiſſima impreſſ.*Farin.*deciſ.*535.*n.*1.*p.* 2. & vt ex no-
ſtro verſic.conſtat ibi, *reſpeto de vn quarto , o de dos,o
de todos ſegun los comprehendieren los actos* , ſpecialiter
requiritur, quòd probetur , an omnes comprehen-
dantur lineæ in actibus poſitiuis, an verò quædam
tantùm,quod niſi ex graduum ſpecifica diſtinctione
conſtare non poteſt,ita vt licèt non ita ſpecificè de-
cideretur in noſtro textu,† ex neceſſaria conſequen- 103
tia idem ſequeretur ex ſubiecta materia , & ex natu-
ra rei,de qua agitur,in qua non poſſet deciſio locum
habere,niſi ita intellecta,& practicata,*l.ſi ex conducto.*
15.§.*Papinianus* 4.vbi DD.locati,*gloſ.fin.in cap.dudum*
31.*de decimis,* Cepola *de ſeruit.tit.de aqua ductu n.* 14.
*per text.in l.*3. *de fundo inſtruct.* † & quælibet diſpoſi- 104
tio intelligitur ſecundùm naturam rei de qua agitur
ex text.in l.Gaius 45.vbi Bart. *n.*7.*ſol.matr. & in l.poſt
dotem.*40. ſecundùm tertiam lecturā gloſſæ,vbi idem
Bart.*n.*4.*illo tit.& in l.ſi pactum* 9.*de probat.*Bal. *in leg.
liberti libertaque* 10 *n.*31.*C.de oper. libert.* Mol. *lib.* 1.
*de primog.c.*3.*n.*3. & cum conſanguinitas tanto pro-
pinquius

Digitized by Google

pinquior reputetur,& plures contineat lineas,quanto paucioribus gradibus diſtat, non poterit diſcerni propinquitas,nec lineatũ coniunctio,niſi per diſcre-
505 tos,† & diſtinctos , gradus , nã ad iudicandum circa comprehenſionem,neceſſe eſt, duo concurrant , & res,de cuius comprehenſione agitur,& quæ eam apprehendere debet,vt ex omnium combinatione , & collatione rectè deiudicatio fiat,*arg.text.in l.cum hi, 8.§.ſi Prætor.17.de tranſact.l.1.§. præterea de tutel. & ration.diſtrah.l.Fulcinius 7.§. cum hoc dictum 2. Quib. ex cauſ.in poſſ.eatur.l.ſi heredi plures 5.de condit. inſtit. l.ſi is qui ducenta,13.§ verum 3.de reb dub.c. inter cæteras,de reſcript.*& notarut *in l. non aliter , 18. de adopt.* Socin.*in l.Gallus §.nunc.de lege Velleja , n. 2. de lib. & poſth.*Matienço *in l.8.gloſ.1.n.4.tit.1.lib.5.recop.*Marc. Ant.Eugen.*conſ.22.n.24.lib.1.*Zephal.*conſ. 132.n.1. vol.1.*Euerard.*in loco, Ab effectu eorum , quæ ſimul re-*
506 *quir.adeſſe n.1.* † alias certum proferri iudicium non poterit,*arg l.Titio vſuſfructus , 6. in princip. de condit. & dem l.Iulianus 4.de diuorc.& repud.cap.ad diſſoluendum 14.de ſponſat.impuber.*Couarr.*in c. alma mater. 1. relect.parte,§.12. num. 1. ad medium de ſent.excommun.* Menoch.*lib.3.præſ.83.n.12.& de recuper.remed. 13. n.*
507 53.†cùm idem ſit,non eſſe,& non apparere, *l. in lege 77.de contrah.emptione,l.locus certus 26. §. incerta , de adquir.poſſ.*& apparere confusè, idem eſt , ac non apparere *l.duo ſunt Titij 70.de teſtam tut.l.3.§. incertum, d.l.locus certus,l ſi ſur.32.§.fin. de vſucap. cum ſimilibus,*
508 † Et idẽ eſt nõ probare ac probare confusè,ex Decio *conſ.440.in fin.4.p.*Hierõ. Zaball.*comm.contra comm. q.828.n.138.*Aug.Barboſa *axioma 174. n. 24. & ſeq.* & deſcendentia, aut conſanguinitate probata in genere non poteſt certò apparere , quod principaliter quæritur , & quæ lineæ comprehenſæ maneant in actibus poſitiuis, pro qua ſententia faciunt conſilia Philippi Cornei 317. *n.* 3. *lib.* 3. & Socini Iunioris *97.n 68.lib.2.*

509 Facit etiam quod ad veritatem coniiciendam , an actus poſitiui comprehendant prætenſorem *reſpeto de vn quarto,o de dos,o de tres, o de todos* , quæ diiunctiua,& diuerſa ſunt,quorum ſeparata eſt ratio *l.fin. de calumniat.*cum adductis à Barboſa *axioma 74.n. 6. pag* 48.& à Valençuela *conſ.5.n.26.& conſ 67. n.32.*& ex generica probatione non poteſt colligi maioritas,
510 nec maioritas ſubiectorũ,† maximè,cùm ſint in vna agnatione plures in diuerſis gradibus , alij propinquiores & remotiores alij, vt *in tex.in §.noſtra inſt.de ſucceſ.ab inteſt.*Pelaez *de maiorat.2.p.q.7 n.38.* & vna, ac eadem familia habet diuerſas deriuationes & deſcendentias ex Matienço *in l.7.gloſſ.5.n.6.tit.11. lib.5. recop.*Paul.Caſtrenſ.*conſ.56.n.4.lib.1.*Pariſ. 51.*n.* 10.
511 *lib.2.*† & dum lex facit mentionem probandæ conſanguinitatis ad certum actum,intelligenda venit de conſanguinitate per certos gradus probata , ex Alc. *de præſumpt.reg.1.præſ.28.*Couarr.*lib.2.var.c.6.n.verſ. tertio ab eadem radice.*Cald.Pereira *de renouat. emphit. q.17.n 35.*Ant.Peregr.*de iure fiſci lib 4 tit. 5.n. 2.* Ma-
512 tienço *in d.l.7.gloſſ.5.n.5.tit.11.lib.5. recop.* † quæ nominatim & ſpecificè probari debet,aliàs nihil erit ex ratione *gloſſa verb.ſpecialiter,in Clem. 1. de iudic.& in Clem.conſtitutionem, de elect.c.paſtoralis , de exception.* cum adductis à Rebuffo *in praxi benef. tit. de forma vicariatus,n.56.pag.6* quod verè in noſtra ſpecie nullum continet dubium.

513 Nec obſtant in contrarium adducta circa probationem puritatis,& maculæ per famam , & communem reputationem , ſine aliqua graduum præfinitione,probando qualitates primæ radicis , & ſtirpis,quia magna differentia vertitur inter illam , & hanc ſpeciem , cùm in illa qualitates prædictæ non proueniant à certo gradu,nec interſit , quòd ſit proximior ſtipiti, aut remotior ; quocumque igitur diſtet gradu,locum fert omnes qualitates in ſanguine, quæ a prima proueniunt radice , vt latiùs dixi ſuprà 5.p.q.4.§.2.n.57.& q.9.§.4.n.22,& alibi ſæpius. † In 514
hac verò ſpecie actuum poſitiuorum comprehenſio debet eſſe certa , & ex incerta probatione ſciri non poteſt,qua linea,quóve latere , an ex omnibus,ſeu ex parte , actus poſitiui prætenſorem comprehendant, quod vt certè demonſtretur , numerari debet deſcendentia,& conſanguinitas,quod aliter niſi per certos gradus fieri non valet,qui quidẽ certi,& noti debent eſſe,textus eſt *in l.fin.in princ.de gradib.& affinib. & in princ inſt.de grad. cognat.* Vveſembek & DD. *in Rub.illius tit.*Th.Sancius *de matrim.lib. 7.diſp. 70.* Io. Gutierr.*eod.tract.c. 98.* Mart. Bonac. etiam in ſimili *tract.q.3.punct.5.§.5.n.4.*Aug.Barboſ. *de offic. Epiſc. 3. p.alleg.51.num. 157.* & apertè probatur in hoc noſtro textu in illis verbis, *Y baſte probarſe la deſcendencia de las perſonas,que obtuuieren los dichos tres actos al modo, que ſe platica en las hidalguias,* † in quibus eſt neceſſe 515
probari gradus omnes diſtinctè ab obtinente rem iudicatam,vulgò,*executoria*,quia cùm nobilitatis prærogatiuæ tantùm pertineant ad has , qui per maſculinam lineam deriuantur , opus eſt , quòd per gradus certos deſcendentia conſtet , & an linea fuerit intercluſa cum ſexu fœminino,& ſic certè appareat, quod quæritur,vt habetur *in l. Cordubenſi 8. tit. 15. lib.2.recop.*Otalora *de nobil.3.p c.1 à n.1.*Io. Garc.*eod. tract.gloſ.12.cum ſeqq.& gloſſ.18.§.1.n. 14.* Aceb. *in d. l.8.tit.11.lib.2.recop.*vbi adducit Auend.& Couarr.Io. Gutierr.*lib.3.pract.q.13.n.27.& q.15.n.2.&13.*Ioſeph de Seſſe *Regni Aragoniæ deciſ.3.à n.1. cum ſeqq. & dec. 4.à n.31.*vt quotidie in practica ſeruatur.

Ad quod animaduertam, quòd in hac ſpecie , & 516
ſimilibus,poterit fieri certorum graduum probatio per teſtes de auditu, communem famam , & per inſtrumenta,& per alia , de quibus in re antiqua probanda iure vtimur,& latè egimus ſuprà 1.p.q.9. §. 4. & q.10.§.2.& q.15 per totã, quod & probatur *in d.l. 8.recop.*ibi,*O ſino ay memoria de auer conocido a ſu padre,o a ſu abuelo de pongande oidas* , & probant Ioann. Garcia *d.gl.18.§.1.*Pelaez *de maiorat.2.p. q. 7. n. 89.* Peregr.*de fideicom.art.43.n.80.82.& ſeqq.& 87.*& dixi ſuprà 1.p.q 9.§.4 n.20.quod cùm latè ſuprà in relatis locis explicitum maneat , hîc non amplius immorabimur.

ARTICVLVS III.

De tribunalibus & communitatibus,ex quibus actus poſitiui oriri debent , vt efficere valeant rem iudicatam, iúſque reale generi adquirant:ad intellectum §.Y porque auiendo de obrar los tres actos.

TEXTVS VERBA.

Y Porque auiendo de obrar los tres actos preſumcion de verdad executorian doſe por ellos para los deſcendientes , es iuſto que ſean de tribunales graues,y entores dõde con deuido conocimiento de cauſa ſe aya tratado,y determinado la materia:ordenamos, y mandamos , que los dichos tres actos,para obrar el efecto referido , an de ſer

del

del de la Inquiſicion,en que entran familiaturas, y del Conſexo de las orden·s, y de la religion de Sant Iuan,o de la Santa Igleſia de Toledo,o de los quatro colegios mayores de Salamanca,y de los dos mayores de Alcala,y Valladolid,y no otro tribunal, colegio y comunidad alguna.

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentes ex Iudæis,Mauris, & hæreticis in omnibus repelluntur communitatibus, & tribunalibus in certo gradu, in aliis verò,quæ ſtrictum ſtatutum habent in infinitum*,n.2.

2 *Tribunalia & communitates in quibus eſt ſtrictum ſtatutum puritatis, & nobilitatis, quorum ſententiæ poſſunt efficere rem iudicatam, & generi adquirunt ius perpetuum, enumerantur, & cætera omnia præter enumerata excluduntur*, numero 3. & 24.

4 *Taxatiua omnia excludit etiam vbi adeſt eadem ratio*.n.10.& 17.

5 *Diſpoſitio ſpecialis in certis rebus, & perſonis ad alias non extenditur.*

6 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*

7 *Taxatiua diſsimilia excludit, admittit tamen ſimilia.*

8 *Lex limitatoria caſus comprehendit ſimiles ex identitate rationis.Et ſimiliter qualibet alia diſpoſitio*,n.9.

Intelligitur de dictionibus taxatiuis ſimplicibus,n.10.

Non de his quæ præciſam habent naturam, num.11.

9 *Diſpoſitio circa certas perſonas in æquitate conſiſtens non excludit alias, in quibus adeſt eadem æquitas.*

12 *Tantum modò*
13 *Dumtaxat*
14 *Penitùs*
15 *Omnino*
16 *Prorſus*
20 *Y no otro.*
} *Taxatiua ſunt,præciſam naturam habent,& omnia excludunt*,num.17.

17 *Taxatiua quæ præciſam habent naturam excludunt omnia quæ aliàs admitti poſſent.*

Ex propria natura vniuerſaliter diſponunt,num.18.

Et abſque vlla operantur exceptione, numero 19.

21 *Verbum alius eſt ſimilium repetitiuum*

22 *Particula* non,*omnia excludit & negat, & eſt fortior ad negandum quàm affirmatiua ad affirmandum*,n.23.

1 ET ſi in omnibus ferè Eccleſiis, collegiis & communnitatibus repellantur deſcendentes ex Iudæis,Mauris, hæreticiſve vſque ad certum ſaltim & terminatum graduum, immò iure communi ſtabilitum manet, quòd deſcendentes a Iudæis, apoſtatis,& hæreticis vſque ad ſecundam generationem per lineam maſculinam, & per fœmininam ad primam vſque tantum, non admittantur ad honores, nec officia publica, vt habetur *in cap.2.§. hæretici autem credentes.& in cap.vt commiſſi, 12. verſ. priuandi præterea,cap ſtatutum 15. de hæret. in 6.* & explicant plures congeſti à P.Th.Sancio *in decalog. lib. 2. à cap. 26.cũ ſeqq.* Proſp.Farin.*de hæreſ.q.91.§.1.à n.23.* & in hac ſpecie ſtatuta puritatis probat Aug. Barboſa *de offic.Epiſc.1.part.tit.2.gloſ.17.n. 22.* quia intra prædictos gradus poſſunt eſſe rationabilia, vel propter odium parentum,vel propter ſuſpicionem, quæ haberi poteſt,ne parentum crimina imitentur filij (velut ſi non fuiſſent iuſta & rationabilia etiam extra
prædictos gradus, vt ſuo loco dixi) † tamen hoc plus 2
augetur in aliquibus communitatibus,in quibus ſtatutaria habetur prohibitio admittendi deſcendentes à Iudæis,Mauris,& hæreticis in infinitum vſque, nulla adhibita graduum præfinitione, & confirmata extat à ſummis Pontificibus, & Regibus potentiſſimis Hiſpaniæ.Et in primis, vt alibi dixi,ſeruatur in ſanctæ Inquiſitionis officio, in quo præcipuè à ſua primæua inſtitutione hæc ſancta,iuſta,atque reipublicæ vtiliſſima obſeruatio obtinuit, & intrepidè perpetuò ſeruata extitit. Et poſtea in ſupremo Ordinum ſenatu ad obtinendum inſignias Diui Iacobi, Calatranæ,& Alcantaræ, ex quorum conſtitutionibus id probaui ſuprà 1.part.quæſt.2. à num. 6. & in ordine D Ioannis: & in ſancta Eccleſia Toletana, & in collegiis maioribus D.Bartholomæi. Diui Iacobi Zebedæi,vulgò Conconhenſis,& D.Saluatoris,vulgò Ouetenſis,& Diui Iacobi minoris, vulgò Archiepiſcopi,quæ valde condecorant Muſarum omnium doctricem,atque inſignem per orbem Salmanticenſem Academiam, in collegioque maiori ſanctæ Crucis Vallis Olletenſis,& D. Ildephonſi Complutenſis:atque in maiori inſigni collegio ſanctæ Mariæ de IESV, vulgò,de Maeſe Rodrigo,vniuerſitate Hiſpalenſi(in quo habitum licèt indignus geſſi) per ſpecialem declarationem ac indultum noſtri Philippi IV.latum Matriti 19.menſis Septembris, anno Domini 1623.de quibus etiam dixi in d.quæſt.2.In quibus communitatibus,tam in ſtrictis ſtatutis omnem reiicientibus maculam, quamuimuis de longinquo proueniat, & in ordine procedendi circa prætenſorum qualitates inſcrutandas,cũ interrogationibus,& articulis ſtrictis,quã in ſigillo ſeruando,& teſtes fidedignos,& qualificatos eligẽdo,in eorúmque veridico examine,& copioſo numero,in inquirenda, & ſcrutanda macula etiam remotiſſima in quocumque gradu,lineáve, in commiſſarij periti & ſagacis electione,in cunctis rimandis, atque penſandis, in informationibus factis diiudicandis,& in cæteris aliis proceditur maxima cum deliberatione, & rectitudine,vt notum eſt,& probatur in hoc noſtro textu ibi, *es iuſto que ſean de tribunales graues, y enteros donde con debido conocimiento de cauſa ſe aya tratado y determinado la materia*,ita vt ſummo iure ſententiæ in eis latæ pro ſe habeant iuris,& veritatis præſumptionem, & iuſtè inter cæteras omnes eligantur, vt ſi tres fuerint,efficiant rem iudicatam, & generi tribuant ius reale,& perpetuum indelebile,& quod nullis factis informationibus,ſed deſcendentia,aut filiatione tantummodò probata ab eoſdem obtinentibus actus poſitiuos cooptari vbique valeant omnes eiuſdem generis,& lineæ ad vniuerſos honores, & officia pu-
ritatis & nobilitatis. † Secluſis omnibus aliis acti- 3
bus poſitiuis in aliis tribunalibus & communitatibus obtentis,quamtumuis ſimilia ſtricta prædictarũ qualitatum habeant ſtatuta, & procedant ſtrictè in conficiendis & diiudicandis informationibus, vt

pater

patet ex illis verbis. *Y no de otro tribunal, Ygleſia, Colle-*
4 *gio, y comunidad alguna*, † quæ verba taxatiua ſunt &
omnia cætera excludunt tribunalia, & cómunitates,
etiam in quibus eadem adſit ratio, text. *in l. cum in*
teſtamento, 102. de verbor ſignific. & in l. contractus, 23.
de reg. iur. l. 1 C. de patrib. qui filios diſtrax. l. ob æſ 12. C.
de prædiis, & aliis reb. num. cap. cum eccleſia Sutrina, 3.
5 *de cauſa poſſ. & prop. cap. contingit. 3. de fide inſtrum.* †
Quia diſpoſitio facta in rebus, ſeu perſonis, ſeu com-
munitatibus certis, extendi non poteſt ad alias præ-
ter expreſſas, & habetur pro diſpoſitione perſonali,
vt dixi ſupra art. præced. ex num. 70. & præter ibi ad-
ductos exornant And. Tiraq. *de retractu lignag. 26.*
gloſſ. 1. num. 58. Matth Vveſembek *conſ. 45. de regalib.*
6 *num 33. vol. 1.* Ant. *Theſaur. q. for. 5. n. 2. & q. 90. n. 4.* †
Et incluſio certorum eſt excluſio aliorum, videndi
Pelaez *1. p. q. 1. n. 34* Valençuela *conſ. 5. n. 19. & conſ.*
23. n. 6. conſ. 33. n. 160. conſ. 97. n 149. plura apud Aug.
Barboſ. *axioma 120. ex n. 1. pag. 76.*

7 Sed obſtare videtur, quòd natura dictionis taxa-
tiuæ eſt, ita diſſimiles caſus excludere, vt ſimiles
eiuſdem includat rationis, *ex textu in l. rationes 6. C.*
de probat. Clem. exiui, §. cum autem, de verbor. ſign. Re-
buffus qui plura adducit *in l. pratum. 31. verb. dum*
taxat, verſ. Quarto limita, de verbor. ſign. pag. mihi 170.
Franc. Mantica *de coniectur. lib. 5. tit. 14. n. 24.* P. Th.
Sancius *de matr. lib. 7. diſp. 31. n. 6.* Aug. Barboſa *de of-*
fic. epiſcopi 3 p. alleg. 102. n. 19. Menoch *lib. 4. præſ. 49.*
n. 4. cum adductis a Pelaez *de maiorat. 1. p. q. 22. n. 18.*
8 *& 22.* † quare receptum, quòd limitaria lex ex iden-
titate rationis extendatur, ſeu potiùs comprehendat
caſus ſimiles *per text. in l. his ſolis 7. C. de reuocand don.*
Bart *in l. ſi conſtanti 1. p. q. 9. n. 3. ſoluto matrim.* Alciat.
de verbor. ſignif. lib. 2 pag. 46. Caſſad. *deciſ. 6. de iure pa-*
9 *tronat. n. 11.* † quod & locum habet in qualibet diſ-
poſitione limitaria ex Iaſ. *in d. l. ſi conſtante, n. 73.* Me-
noch *de adipiſc. remed. 4. n. 54.* & vtrumque probat
Pelaez loco citato *n. 17. & ſeq. & n. 21.* præcipuè in
materia fauorabili, quia tunc lex ad certas perſonas
limitata non excludit cæteras, in quibus eadem
æquitas verſatur, ex Alex. Randen. *de analog. cap. 15. n.*
84. & Octauian. Vulpell. *de præpoſit. & aduerb. ſub dict.*
tantum verſ. & quod, refert Aug. Barboſ. *dict. 401. ſub*
n. 9. in fin. pag. 571. igitur textus noſter comprehendit
quaſcumque alias ſimiles communitates, quæ eadem
rectitudine, & iuſtificatione procedant in ſanguinis
qualitatibus probandis, & diiudicandis.

10 Sed hæc intelligenda ſunt de taxatiuis ſimplici-
bus, vt tantùm, ſolùm, &c. ex P. Th. Sancio, & Barboſa
in locis citatis, licet etiam in dictis, & ſimilibus di-
ctionibus contrarium voluerit Rebuffus *in d. l. pra-*
tum 31. per l. Iulianus 30. de petit. hered. & in l. 3. §. in-
terdum, de negoc. geſtis, l. inde Neratius 23. §. 1. ad leg.
Aquil. Dec. *conſ. 328. n. 5. & conſ. 476 n. 2.* Oſaſco *deciſ.*
Pedem. 167. n. 14. in quibus licèt contrarij maneant
11 prædicti Doctores, † omnes tamen conueniunt
quod taxatiuæ dictiones, quæ præciſam habent na-
turam, ita reſtringunt diſpoſitionem, vt nihil præter
expreſſa in oratione admittant, quamtumuis ſimilia
12 ſint, & eiuſdem rationis, vt eſt dictio † *Tantummodo, ex*
textu in l. ſerui nomine 16. de vſucap. l. 1. vbi Bar. *ſi quis*
ius dicenti, l. inter illam, 217 de verb. ſign l. his ſolis 7. C.
de reuoc. donat Cortaſ. *in l. hereditatem, n. 17. C. de im-*
puber. & aliis ſubſtit. Franc. Mantica *de tacitis & ambig.*
conuent. to. 1 lib 4 tit. 33. à n. 11 cum ſeqq. pluribus, Me-
noch. *de retin. poſſ. rem. 5. n. 73.* Per Rebuf. *in l. pecunia,*
178. verſ. poſtremo, pag. mihi 812. de verb ſign. vbi plura
iura adducit, Aug. Barboſ. *d. 403. n. 1. pag. 373.* Veteio
13 *conſ. 178. n 68. li. 1.* Florian. *conſ. 15. n. 7.* & dictio † *dum-*
taxat, vt in l. 5 cum Titio, de adim leg. l. 2. C. de legib. cap.
cum in partibus 17. de verb ſign. c. ſtatutum 11. §. in nul-
lo, vbi Archid. *de reſcript. in 6. cap. 1. de iureiur. eod. lib.*
Maſch. *de probat. concl 1395. num. 37.* Octau. Vulpell.
de præpoſit. & aduerb. ſub hac dict. pag. 18 Card Tuſch.
in practi. concl. 388. n. 2. lit. D. tom. 2. Auguſt. Barboſ.
dict. 97. num. 3. & 4. vbi plures *pag. 230.* † Idem eſt 14
in dictione *Penitus*, ex Alex. *in l. qui vſumfructum, de*
verb. oblig. Hieron. Zaballos *in d. queſt. 828. num. 22.*
Octau. Vulpell. citato loco ſub hac dictione, *pag. 72.*
Aug. Barboſ. *dict. 249.* plures alios adducit Matth.
Matheſil. *ſingul. 111. n. 5. & omnino, ex textu in l. non*
omnes, 19. in fin. de reb. cred. & in l. ſi quis ab alio 15. de re
iudic. † & aliis iuribus adductis ab eodem Rebuffo ci- 15
tato loco, *verſ. primũ igitur, pag. 811.* Matth. Mathe-
ſilan. citato loco, *num. 2.* Auguſt. Barboſa pluribus cu-
mulatis *dict. 240. num. 12. cum duobus ſeqq. pag. 290. &*
in tract. de offic. Epiſcopi, 3. part. allegat. 95. num. 6. Ze-
phal. *conſ. 253. num. 33. tom. 2.* Hieron. Gratus *reſp. 1.*
num. 23. & reſp. 9. num. 91. vol. 1. † ſimilis eſt dictio. 16
Prorſus, cap. ſtatutum 11. §. inſuper. verſ. prouiſuri, de
reſcript. in 6. cap. præſentium 2. §. præterea de teſtib.
eod. lib. capit. ad aures 6. de præſcript. Rebuff. cita-
to, Octau. Vulpell. *de præpoſit. & aduerb. dict.* prorſus,
pag. 83 Auguſt. Barboſa *dict. 294. n. 1. & 2. pag. 316.*
† quæ ita præciſam naturam habent, vt nec modifi- 17
cationem, nec extenſionem admittant, *ex text. in l.*
grauè, 8. § illud 7. de fideiuſ. Menoch. *de recuper. rem. 14.*
num 5. & ſingula omnia, quæ aliàs admitti poſſent,
excludant, *l. pen. Pro ſocio, l. vir. ab eo 49. de iure dotium,*
l. cum filio fam. 11. de leg. 1. & cætera quæ excogitari
poſſunt, *cap. ſtatutum 11 de reſcript. in 6.* Decio *conſil.*
113. Hieron. Grat. *reſp. 65. num. 23. & reſp. 86. num. 3.*
lib. 2. † quia ex propria vi, & natura vniuerſaliter 18
diſponunt, *ex l. fin.* vbi DD. *C. qui teſtam. fac. poſ.* gloſſa
in clem. 2. de ætate, & qualitate, Iaſ. *in l. pecuniariis n.*
26. de feriis, † immò vniuerſaliter negatiuè, & abſque 19
perſonarum exceptione operantur, *ex gloſ. in l. nemo*
poteſt. verb. obligari, de reg iur. in 6. And. Tiraq. *in l. ſi*
vnquam verb. reuertetur num. 245. C. de reuocand. donat.
Ignacius del Villar *in ſua ſylua reſponſ. 5. num. 4. lib 2.*
cuius etiam naturæ eſt dictio, *Y no otro*, † quæ omni- 20
modam præciſionem habet & ſimilia eiuſdem ratio-
nis excludit; † quia verbum, *otro*, eſt ſimilium repe- 21
titiuum, *text. in l ſi fugitiui, 3 iuncta gloſ. verb. alia pœna;*
vbi etiam Dec. *num. 54. C. de ſeruis fugit.* Socin. *in l qui-*
dam relegatus num. 2. de rebus dub. And. Tiraq. *in l. 16.*
connubili, gloſſ. 1. n. 28 & 48. Rebuff. *in concord. rub. de*
collat. §. præfatique ordinary. gloſ. *verb. diſpenſationem.*
Iac. Menoch. *de recuper rem. 9. n. 256.* Mattienço *in l. 3.*
gloſ 2. num. 2. vbi plura adducit *tit. 8. lib. 5. recop.* Ace-
hedo *in l. 2. n 74. tit. 10. lib. 8. recop.* quaſi infinitos cu-
mulat Auguſt. Barboſa *dict. 26. a num. 1. cum ſeqq pag.*
201. † cui adiecta particula *no*, quæ cætera omnia 22
excludit, & negat, *ex text. in l. Seio 10. §. 1. de annuis*
l. Crau. *conſ. 3 8. n. 6.* Zephalo *conſ. 58 n. 76. lib. 1.* Aug.
Barb. *d. 219. n. 1. pag. 283.* & facit regulã in contrariũ
in omnibus non expreſſis Lancelot. *de attentatis lite*
pend. in præfat. num 347. pag. 60. † & fortior eſt ad ne- 23
gandum quàm affirmatiua ad affirmandum *ſecund. l.*
filius fam. 7. §. pari 4. de donat. gloſſ. *in l. hoc genus de*
cond. & dem. Rebuff. *in l. boues, 89. §. hoc ſermone, de*
verb. ſign Menoch. *de recuper rem. 14. num 4.* & faciunt
tradita per eumdem *de arbitr. caſu 498. num. 41.* plu-
ra apud Auguſt. Barboſ. *axiom. 158. num. 3 pag. 101.* † 24
expreſsè excluduntur, & negantur ſimilia, & eiuſdem
rationis, vt in ſimili tenent Viuius *tom. 2 comm. opin.*
lib. 9 tit. 34. num. 6. Benedict. Ægidius *in repetit. l. ex*
hoc iure 1. part. cap. 11. num. 39. de iuſt. & iure, ita vt
actus poſitiui ex aliis tribunalibus, Eccleſiis, colle-
giis, & communitatibus, etiamſi idem habeant ſta-
tutum ſtrictum, & procedatur in probandis ſangui-
nis qualitatibus, & in iudicandis informationibus

cum

Digitized by Google

cum eiſdem ſolemnitatibus, & circunſtantiis, & cum eadem iuſtificatione, quæ ſeruantur in communitatibus & tribunalibus expreſſis, nullo modo proderant ad efficiendam rem iudicatam, & ius reale generi adquirendum, quod nullum dubium continet, & ad litteram in noſtro habetur textu.

ARTICVLVS IV.

De non retractandis tribus ſententiis, ſeu actibus poſitiuis per inſtrumenta de nouo reperta, nec annullandis per falſa: ad interpretationem §. Y porque conforme a derecho.

VERBA TEXTVS.

Y *Porque conforme a derecho algunas veçes ſe rebuelue ſobre la coſa juzgada o por inſtrumentos nueuos, o por auer conſtado, que los preſentados eran falſos, o por otras cauſas eſtatuidas en derecho; toda via en eſta materia. Ordenamos, y mandamos, que los tres actos en la forma dicha de tal manera hagan coſa juzgada, y cauſen derecho a los deſcendientes, que aunque deſpues de ellos ſe deſcubrieſe alguna coſa, o raçon, qua pudiera ſer impeditiua, ſi ſe huuiera ſabido antes de alguno dellos, ſe conſeruen, y duren en ſu fuerça y vigor la auctoridad, y effectos de la coſa juzgada, y del derecho adquirido en ſu virtud, pues es mas credito de la meſma nobleça y limpieça ſuſtentar tres caliſicatianes, conque eſta probada, que deſcubrir (aunque ſea por accidente, cuya noticia ſobreuino) que ſe dio, y ſean goçado perſonas, a quien no ſeles debia.*

SVMMARIVM.

1 *Actus poſitiui, ſi tres ſunt retractari non poſſunt ex qualibet cauſa, etiamſi iure fuerit aliàs admiſſa*, n. 6.

2 *Res iudicata efficit præſumptionem iuris & de iure, ex quibuſdam cauſis iure infringitur*, num. 5.

3 *Præſumptio iuris & de iure qualis? nullam admittit probationem in contrarium*, numero 4.

POSTQVAM in præcedentibus §§. deciſum nobis traditum eſt, quatenus & quibus in caſibus tres ſententiæ, ſeu actus poſitiui rem efficiant iudicatam, & ius reale generi adquirant, quibus verò non, quod explicatum relinquimus in præcedentibus articulis, in præſenti proponuntur eo-
1 rum magni effectus, magnáque vis & conſtantia, †
nempe quòd nulla ex cauſa quamtumuis legitima, à iuréque approbata annullari, ſubuertique poſſint tres actus poſitiui, etiamſi ex ea iure fuerit permiſſum in aliis negotiis telis aduerſus rem iudicatam pugnare, ita vt maior ſit præſtita fides, ac vis per noſtram pragmaticam his actibus poſitiuis, quàm de iure communi rebus tribuitur iudicatis,
† quæ licèt conſtituant præſumptionem iuris & 2
de iure, cuius magna eſt vis, veluti rei compertæ, & veritatis notæ, *ex text. in cap. is qui fidem*, 31. & quæ ibi notantur, *de ſponſal.* & pluribus congeſtis penes Maſch. *de probation. in princip. quæſtion.* 10. *numero* 48. & penes adductos ſuprà *quæſtion.* 8. §. 1. *ex numero* 9. & à Fulu. Paciano *de probation.*
lib. 1. *cap.* 51. *numero* 1. † vbi ait, quòd præſum- 3
ptio iuris dicitur, quia à iure introducta, & de iure appellatur, quia tranſit in vim legis, ſeu quia inducit firmum ius, vt ex Bald. *in leg. ſine poſſidetis, numero* 6. *Cod. de probation.* refert Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 3. *numero* 18. vbi à *numero* 15. *cum ſeqq.* plures deſcriptiones refert Mantica *de coniectur. vlt. vol. lib.* 1. *titul.* 2. *numero* 5. Proſp. Farinac. 1. *tom. quæſtion.* 36. *numero* 100. *cum ſeqq.*
† quæ nullam admittit probationem in contrarium, 4
ex l. à Diuo Pio, 15. §. *ſi pignora*, 3. *de re iud. leg. antiqua* 23. *Cod. ad S. C. Velleian. leg. fin. Cod. ad Macedon.* Maſchard. *dict. quæſt.* 10. *numero* 49. Mantica citato loco, Fulu. Pacian. *lib.* 1. *cap.* 4. *numero* 30. *& in dict. cap.* 11. *numero* 3. Menoch. *dict. quæſtion.* 3. *numero* 19. *& lib.* 4. *præſumpt.* 89. *numero* 16. &
alij relati à Valençuela *conſil.* 8. *numero* 14. † tamen 5
cauſæ quædam ſpeciales ſunt, ex quibus hæc præſumptio iuris & de iure orta ex re iudicata tolli, & infringi poteſt, vt ſunt inſtrumenta de nouo reperta, aut ſi ſententia lata fuerit ex teſtibus, ſeu inſtrumentis falſis, quæ infringunt, & eneruant rem iudicatam, quod per noſtram pragmaticam in pu-
ritatis cauſis tollitur & diſponitur, † quod actus 6
poſitiui, & res iudicata ex eis orta, & ius reale ſemel adquiſitum non infringantur, tollantur, nec minuantur ex prædictis cauſis, nec ex aliis quibuſcumque, ſi quæ ſunt, quibus poteſt ſubuerti res iudicata, & præſumptio iuris & de iure, quæ ex ea oritur quia ſicut ius veritatem ex re iudicata præſumit, niſi contrarium ex aliqua prædictarum cauſarum probetur; ita noſtra pragmatica veritatem trium poſitiuorum præſumit etiam extantibus prædictis cauſis, aut qualibet alia, quæ vt plenè explicem, hunc diuidere articulum in duas partes decreui.

1 De veritate circa rem iudicatam infringendam per inſtrumenta de nouo reperta, per falſa, & per alias cauſas.

2 An etiam generalitate noſtri textus ſtante dari poſſit cauſa, qua ſubuertantur tres actus poſitiui, vt nec deſcendentibus, nec generi proſint.

§. I.

An iure communi dentur cauſæ, ex quibus res iudicata infringi valeat & quæ ſint.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata an retractetur prætextu inſtrumenti de nouo reperti. Affirmatiua communiter defenditur à DD. cuius fundamenta proponuntur,* ex num. 2. cum ſeqq. *Eius ſequaces referuntur,* num. 8. *Contraria velut verior proponitur, probatur, & aduerſus communem defenditur,* ex num. 11. vſque ad 19.

Eius DD. referuntur, n. 20. *Contrariis ſatis it,* ex n. 21.

2 *Reſtitutio in integrum etiam maioribus ex iuſta indulgetur cauſa.*

Ignorantia probabilis iuſta eſt reſtitutionis cauſa, ibidem. *Contrarium verius,* n. 21. & ſeqq.

3 *Veritas ex accidentibus mutari non debet.*

4 *Actio in id quod intereſt competit aduerſus eum, qui rationes, & inſtrumenta abſcondidit, & non edidit,* & num. 29. & ſeqq.

Reſtitutio in integrum conceditur aduerſus eum, qui inſtrumenta abſcondidit ſi ſoluendo non ſit, ibid.

5 *L. ſi mater 11. in princ. de except. rei iudic. explicatur* & n. 31. vſque ad 36.

6 *Æquitas ſequenda, & rigori præferenda eſt.*

7 *Textus noſter expenditur pro hac affirmatiua opinione.*

9 *Res iudicata reſcinditur per teſtes de nouo repertis, contrarium,* n. 10.

11 *Auctoritas rei iudicatæ per reſtitutionem reſcindi non debet.*

12 *Minores non reſtituuntur ex læſione caſuali.*

Defectus notitiæ inſtrumenti eſſe poteſt penes maiores, ſicut penes minores, ibid.

13 *Res iudicata reſtaurari per inſtrumenta de nouo reperta graue eſt.*

Reperire idem, quod inuenire de nouo, ibidem.

14 *Verbum reſtauro eſt idem quod reſtituo & redintegro.*

15 *Res iudicata & tranſactio eodem paſſu ambulant,* & n. 46.

16 *L. Imperatores 25. de re indic. expenditur.*

17 *Auctoritatibus non ſtandum, ſed rationi.*

18 *Doctorum turba opinionem ſequitur abſque delectu rationis.*

Ratio vnius potius inſpicienda, non plurium auctoritas, ibid.

19 *Doctor vnus velut greges & aues alterius ſequitur veſtigia.*

21 *Reſtitutio ratione ignorantiæ iure non admittitur,* & num. ſeqq.

23 *Clauſula generalis intelligi debet ſecundùm ſpecialia expreſſa, & caſus præcedentes,* num. 24.

26 *Res iudicata eſt veritas, & ex falſo verum reddit. Et de indebito debitum, & de debito non debitum, & de non ente ens, & de ente non ens,* num. 27.

Aliud non verum, ni quod eſt iudicatum, num. 28.

29 *Dolus cauſa eſt reſtitutionis, & actionis in id quod intereſt,* n. 30.

31 *Res iudicata propter vnam cauſam reſcinditur propter aliam: licèt propriùs loquendo diuerſum inchoetur iudicium,* n. 32.

33 *Res iudicata ex vna cauſa, quando noceat in alia.*

Rei vendicatio includit omnes cauſas inducentes dominium, ibid. *Et qui ex ea petit omnes inducit in iudicio,* n. 34.

35 *Actiones in perſonam differunt à rei vendicatione.*

36 *Mulieres ex ſua facilitate reſtituuntur.*

37 *Æquitas, quæ adeſt in ſubſtinendo rem iudicatam præfertur contrariæ. Scripta in iure omnino alteri præfertur,* num. 38.

Cerebrina ex proprio capite, non æquitas ſed iniquitas dicitur, ſub n. 40.

39 *Lex quamtumuis dura ſeruanda eſt, dum eius verba clara ſunt.*

40 *Rigor ſcriptus præfertur æquitati non ſcriptæ.*

41 *Enunciatio nihil ponit in eſſe deciſionis.*

42 *Reſtrictio non poteſt inducere approbationem.*

43 *Res iudicata an reſtituatur prætextu teſtamenti nouiter reperti. Affirmatiua proponitur, & probatur hîc,* & num. ſeqq. *Contraria negatiua magis probatur* ex n. 49.

Contrariis ſatis it, ex n. 52. cum ſeqq.

44 *Iuramentum & ſententia æquiparantur.*

Iuramentum reſcinditur per inſtrumentum de nouo repertum, ibid.

45 *Sententia ex teſtamento melius conſiderato reſcinditur.*

46 *Sententia & tranſactio vim eamdem habent.*

Tranſactio reſcinditur per teſtamentum nouiter repertum, ibid.

47 *Sententia contra teſtamentum dicitur lata contra ius gentium. Lata contra ius, conſuetudinem, vel ſtatutum nulla eſt,* & n. 63.

Ferri non debet ni lecto teſtamento, n. 48.

48 *Tranſactio fieri non debet niſi prius legatur ipſum teſtamentum,* & n. 64.

50 *Cōdictio indebiti nihil cōtra ſentētiā operatur.*

51 *Sententia & teſtamentum eamdē vim habēt.*

Argumentum de teſtamento ad ſententiā & econtra validum, ibid.

Par

Par imparem vim non habet, ibid.

52 *Iudicium nouum oritur ex petitione noua rei*, & num. 53.

54 *Sententia comprehendit omnia iura partium.*

55 *Tranſactio non extenditur extra cogitata, eſt ſtricti iuris*, num. 56. *Æquiparatur rei iudicatæ*, n. 57. *Non extenditur ad augmẽtum rei circa quam facta fuit*, num. 58. *Extenditur ad legatum eiuſdem rei factum in alio teſtamento*, num. 59. *Facta circa contenta in teſtamento, & in ſcriptura idem operatur*, num. 60.

61 *Inſtrumentum circa aliam rem diuerſum cenſetur.*

62 *Diuerſa rei diuerſa ratio.*

65 *Tranſactiones captioſa nulla ſunt ipſo iure.*

66 *Valuntates defunctorum non impediri publicè intereſt.*

67 *Ius quærendum facilè propter minimum ſtatum recipiendum renunciatur.*

68 *Sententia lata ex priuilegiariis probationibus retractatur ex nouis inſtrumentis, & non tranſit in rem iudicatam*, n. 69. *Fertur ex cauſa imperfecta*, n. 70. *Et ob inopiam probationum*, n. 71.

70 *Faciliùs tolluntur, quæ iure ſpeciali proueniunt, quàm quæ ex iure communi.*

71 *Sententia lata ex iureiurando ob inopiam probationum infirmatur earum copia ſuperueniente.*

72 *Vtens inſtrumentis aduerſus ſententiam ex priuilegiariis probationibus iurare prius debet antea eorum non habuiſſe notitiam.*

73 *Reſtitutio in integrum an ſit neceſſaria ad infringendum ſententiam latam ex priuilegiariis probationibus, affirmatiuè ab aliquibus reſpondetur ex rationibus de quibus in præſenti, & in* num. ſeqq.

Contrarium verius & receptius, ex num. 76.

74 *Reſtitutio eſt in integrum amiſſæ cauſæ redintegratio. Requiritur vbi ius permittit retractari ſententiam*. n. 75.

Contrarium verius, num. 76. & 82. *Explicatur*, num. 84.

77 *Permiſſum ex Principis conſtitutione non eget reſtitutionis auxilio, & ſi ex æquitate procedat ius ordinarium dicitur*, numero 78.

79 *Æquitas iuri ſcripto opponitur, ita vt poſtquam ſemel ſcripta eſt, non æquitas, ſed ius nuncupatur*, n. 81.

80 *Ius æquitate plenum eſt.*

83 *Verba*, ex integro cauſam agere, *non important reſtitutionem in integrum.*

85 *Reſtitutio fiſco competit in nobilitatis cauſis, reiicitur per noſtram pragmaticam*, n. 86. & 87.

87 *Extraordinarium auxilium non eſt neceſſarium, vbi ordinario agi poteſt*, & numero 88.

89 *Sententia, & res iudicata ex falſis inſtrumentis, & teſtibus lata retractatur. Et numquam tranſit in rem iudicatam*, n. 90.

Maximè cum falſitas ex actis, aut ex ipſa ſententia conſtat, n. 91.

Reiicitur etiam hoc per noſtram pragmaticam, n. 92.

ETſi firmitas, & auctoritas rei iudicatæ tanti iure ſint, vt ſuprà oſtendi in art. 1. huius quæſtionis, non deſunt cauſæ, ex quibus inflecti, & reſcindi poſſint, de quibus, & quot iure ſint, & de earum veritate nunc agere decreui, & ad quatuor dubia omnia deducuntur. Primum, circa inſtrumenta de nouo reperta. Secundum, circa teſtamentum recenter adiouentum. Tertium, de ſententia lata ex priuilegiariis probationibus retractanda per noua inſtrumenta, & an opus ſit in integrum reſtitutione.

Quartum, de inſtrumentis & teſtibus falſis, de quibus ſingulis agamus, vt plenam noſtri textus intelligentiam ſinamus.

Circa primum, an res iudicata retractari poſſit 1
prætextu inſtrumenti nouiter reperti, varij extant DD. aliis ſic, aliis aliter ſentientibus, quod igitur ex eo retractari poſſit ſententia per auxilium reſtitutionis in integrum ex clauſula generali, *ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur*, vt *in l. 1. §. ex fin.* ex quibus cauſis maiores, communior, & praxi receptior opinio eſt, & probatur ex ſequentibus.

Primò, quia iuſta quælibet cauſa ex æquitate de- 2
ducta ſufficiens eſt ad reſtitutionem etiam in cauſis maiorum, *ex d. l. 1. §. fin. & ex l. ſed & ſi 26. §. fin.* ex quibus cauſis maiores, & obſeruant communiter DD. ſed ignorantia probabilis eſt iuſta & legitima reſtitutionis cauſa, ſecundùm textum *in l. 1. §. ſi quis autem* 18. de intinere actúque priuato, cum ſimilibus. Igitur in noſtra ſpecie ex ignorantia inſtrumenti largiri debet reſtitutio aduerſus rem iudicatam.

Secundò veritas mutari ex accidentibus non de- 3
bet, *l. aſſumptio 6. ad municipal.* nec imagine naturæ obumbrari, *l. filio, quem pater, 23. de lib. & poſth.* cuius obumbrationem detegi publicè intereſt, ex notatis *in l. illicitas, 6. §. veritas 1. de officio præſid. l. cum falſa 6. C. de iuris & facti ignor. leg. 1. § ſimilique modo 10. C. de latin. libert. toll.* at hîc agimus de veritate detegenda per nouas & legitimas probationes. Igitur admitti reſtitutio in integrum non ſolùm debet, ſed & publicè ita fieri expedit.

Tertiò, aduerſus eum, qui rationes, ſeu inſtrumen- 4
ta abſcondit, & non edit, in id quod intereſt, competit, ſecundùm *text. in l. argentarius, 10. §. fin. de edendo*: at quoties actio in id intereſt indulgetur, ſi reus non eſt ſoluendo, reſtitutio aduerſus prius iudicatum impartitur, *ex textu in l. fin. §. 1. de eo per quem factum erit.* Igitur ſi is, qui abſcondit inſtrumentum, non eſt ſoluendo, reſtitutio competere debet aduerſus principalem, ne propter alienum dolum iſte lucrum faciat, ille verò damno afficiatur, ſecundùm *d. §. 1.* & ſic ſententia lata, etiam tranſacta in rem iudicatam, reſcindi debet, argumentum hoc procedit ex Sforcia Oddo *de reſt. in integ. q. 72. art. 3.*

Quartò, pro hac ſententia videtur textus expreſ- 5
ſus *in l. ſi mater 11. in princ.* ibi, *ſi peteret rurſus hereditatem obſtaturam exceptionem rei iudicatæ, Neratius ait, ego exceptionem obeſſe ei rei iudicatæ non dubito, ſed ex cauſa ſuccurrendũ erit ei, quæ vnam tantùm cauſam egit rupti teſtamenti, de except. rei iudic.*

6 Quintò, ex æquitate, quæ pro hac opinione, & ante omnia ſequi oportet, etiamſi rigidum ius aliud ſuadeat, & iudex probus ante oculos eam debet ſemper habere *text. in l. quod ſi Epheſi, 4. de eo, quod certo loco, l. in omnibus* 90. vbi latè Pet. Fab. *de reg. iur. & in l. placuit* 8. *C. de iudic.* Roman. *conſ.* 469. *num.* 3. Anehart. *conſil.* 289. *num.* 3. *& conſil.* 401. *num.* 6. Marian. Socin. *conſil.* 1. *num.* 19. *lib.* 1. qui maximè ad hanc opinionem ſubſtinendam moti fuerunt, Hieron. Zaballos, *commun. contra comm. queſt.* 542. *n.* 6. Io. Garcia *de nobilit. gloſſ.* §. 2. *n.* 10. Boërio quem prædicti allegant, *deciſ.* 307.

7 Denique probatam hanc opinionem habemos in hoc noſtro textu, ibi. *Y porque conforme a derecho algunas veges ſe rebuelue ſobre la coſa juzgada por inſtrumentos nueuos, o por auer conſtado que los preſentados eran falſos*, &c. ita vt hodie videatur, quòd hæc opinio procedat abſque aliqua difficultate, & indubia ſit.

8 Ex quibus communiter ab omnibus ferè amplexa eſt hæc affirmatiua ſententia, vt videre licet apud Immol. Ioann. Andr. & Abb. *in cap. vltra tertiam de teſtib.* Alexand. Angel. Paul. Caſtrenſ. & Iaſ. *num.* 11. & eumdem Immol. *in l. Imperatores, de re iudic.* & apud alios adductos ab Anton. Gabr. *lib.* 2. *commun. concluſ. tit. de reſtitut. in integ. concluſ.* 2. Sforciam Oddum *eod. tract. queſtion.* 72. *art.* 3. Gregor. Lopez *in l.* 19. *gloſ.* 9. *titul.* 22. *part.* 3. Padilla *in leg. ſub prætextu, num.* 17. *C. de tranſact.* Ioann. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 6. §. 2. *à num.* 5. cum aliis ibi, Ioann. Gutierr. *de iuram. confirm.* 2. *part. cap.* 7. *num.* 8. vbi ex Padilla refert, quòd ita regij auditores pronunciarunt, & poſt omnes Hieron. Zaballos citato loco *queſt.* 48. *num.* 10. *& dict. queſt.* 542. *per totam*, maximè *à verſic. ſed his non obſtantibus, & queſt.* 840. *n.* 25. qui alios allegat pro hac ſententia,

9 At prædictam opinionem non tantùm locum habere in inſtrumentis, ſed etiam in teſtibus de nouo repertis, quibus res iudicata ſubuerti poteſt voluit Ioann. Garcia *in dict.* §. 2. *num* 10. quem laudat diceos hanc ſententiam non eſſe contemnendam Zaballos *in d. queſt* 547. *num.* 6. *per l. in exercendis litibus* 15. *C. de fide inſtrum.* cui ego addo meliorem textum ad propoſitum *in l. argentarius* 10. §. *fin.* ibi, *aliis inſtrumentis & teſtibus, de edendo*, vbi in ſimili caſus ſpecie æquiparantur teſtes, & inſtrumenta, prout etiam adæquantur generaliter in omnibus litibus & cauſis *in dict. leg. in exercendis*, & docent omnes communiter, & explicat elegantiſſimè Donelus *in leg. iuriſiurandi* 9. *num.* 19. *C. de teſtib.* & Oſualdus ad eumdem Donel. *lib.* 25. *comment. cap.*
10 15. *lit. K. & L* † Licèt huic ſententiæ contrarij exiſtant Ioann. Gutierr. *ſuprà num.* 5. & idem Oſualdus *lib.* 27. *commun. cap.* 7. *lit. A.* quibus & ego accedo, hanc ſententiam & opinionem tantùm admittens in ſententiis, quæ non efficiunt rem iudicatam vt ſunt, quæ feruntur in ſummariis iudiciis, & in puritatis informationibus, & in cauſis matrimonialibus, & ſimilibus, in quibus indubiè procedit, in cæteris verò, quæ tranſitum faciunt in rem iudicatam, nullibi admitterem, nec practicarem, cùm ea admiſſa res iudicata effectum non ſortiretur, & reſpublica magnis iurgiis, & litibus conquaſſaretur, quod nec ſubſtinendum, nec fatendum eſt.

11 Sed contrariam principalem ſententiam non ſolùm in teſtibus, ſed etiam in inſtrumentis probant alij ex iuri magis conſonis rationibus, & fundamentis. Primò, quia auctoritas rei iudicatæ per in integrum reſtitutionem eluderetur aduerſus ea, quæ adduximus ſuprà h. quæſt. art. 1. ex textu *in leg. ſeruo*, 65. §. *cum Prætor*, 2. *ad S. C. Trebel. cum ſimilibus.*

Secundò, reſtitutio in integrum minoribus etiam 12
non competit, ſi fortuito fuerunt caſu læſi; ſecundùm text. *in l. verum*, 11. §. *ſi locupleti* 5. *cum aliis, de minorib.* & adducta per Rebuf. *de reſtitut. gloſſ.* 2. *num.* 8. Cald. *in l. ſi curatorem verb. vel aduerſary dolo, num.* 12. *cum ſeqq.* Hug. Donel. *lib.* 21. *comm. cap.* 10. *circa princip.* at non producere inſtrumentum ex defectu notitiæ, ſeu propter ignorantiam caſui fortuito potius tribui deber, cùm quilibet induſtrius, & diligens eodem morbo laborare poſſet Igitur reſtitutio ex nouis inſtrumentis nec habebit locum in cauſa maioris, verùm nec in lite minoris 25. annis, *ex d.* §. *ſi locupleti.*

Tertiò, ſub prætextu nouorum inſtrumẽtorum po- 13
ſtea repertorũ iudicatas reſtaurari res exẽplo graue eſſe iure aperto conſtitutum eſt *in d. l. ſub ſpecie* 4. *C. de re iudic. & in cap. inter monaſterium* 20. *& cap. Suborta* 21. *in fin. de ſent. & re iudic.* at hoc intelligi oportet, vbi ex ignorantia non fuerunt producta inſtrumenta, hoc enim volunt verba illa, *nouorum inſtrumentorum poſtea repertorum*, reperire enim de nouo inuenire, quod antea latebat, ſignificat, vt ex probatis patet auctoribus, Feſtus *lib.* 16. Franc. Conan. *lib.* 3 *comm. cap.* 3. *num.* 4. refert Oſuald. Illiger. ad Donel. *lib.* 4. *comm. cap.* 10. *lit. B. pag. mihi* 194. quia ſi ſcientiam litigator eorum habuit, & noluit producere, nulla manet dubitatio, vt fatetur idem Zaballos, *d. q.* 840. *n.* 25. *verſ. ſed omiſſa.* Igitur indubitatum eſt, quòd reſtitutio locum in propoſita ſpecie habere non poterit.

Confirmatur prædictum fundamentum, nam ver- 14
bum *reſtauro* non ſolùm comprehendit Ius ordinariom appellationis, ſed & propriùs extraordinarium reſtitutionis, quia nihil aliod *reſtaurare* ſignificat, quàm reſtituere, & redintegrare, vt ex Amb. Calep. in dictione, reſtauro, patet, & iure etiam ſæpius reſtaurare pro reſtituere, & econtra ſumitur, vt probat Rebuff. *in l. reſtituere* 75. *verſ. Quinto, de verbor. ſignif.* ita vt promiſcua hæc ſint verba. Igitur reſtitutio ex nouis inſtrumentis aduerſus iudicatam rem apertè extat prohibita *in d. l. ſub ſpecie.*

Quartò probatur expreſſiùs *ex text. in l. ſub prætex-* 15
tu 19. *C. de tranſact.* vbi rem ita deciſam habes, *ſub prætextu inſtrumenti poſt reperti tranſactionem bona fide finitam reſcindi iura non patiuntur*, & tranſactionis & rei iudicatæ vis, & effectus iidem ſunt, & abſque differentia, vt patet *ex l. ſeq. Non minorem* 20. *C. illo tit.* Igitur habemus in iure deciſam expreſsè hanc opinionem, à qua reſilire non licebit, nec poſſumus, quia ius repugnat apertum.

Quintò eſt etiam textus expreſſus idem in ſpecie 16
decernens *in dict. leg. Imperatores* 25. ibi. *Quamquam ſub obtentu nouorum inſtrumentorum reſtitui negocia minimè oporteat de re iudic.* ex qua & *ex leg. ſub ſpecie fuit deducta l.* 19. *in verſ. Otro ſi decimos que non ſe puede*, vbi *gloſ.* 8. *& 9. animaduertis tit.* 22. *part.* 3. vbi ad litteram deciſum hoc dubium habemus, vt opinionibus locus non relinquatur.

Ex quibus facilè colligi poteſt, quantum hæc ſen- 17
tentia veritate nitatur, iure, ac ratione, licèt non tanta auctoritate, ſicut præcedens contraria ſit fulcita, & ideò praxi receptam aſſerunt eius ſequaces. Ego verò nudis DD. auctoritatibus, ſi ratione non fuerunt munitæ, adhærere non ſoleo, ratio me ad ſe trahit, non nuda dicta, & aſſertiones, vt docuit cæteris elegantiùs Iuſtinianus Imp. *in l.* 1. §. *ſed neque ex multitudine*, 6. *C. de vetere iure enucl. ſed neque* (inquit) *ex multitudine auctorum, quod melius, & iuſtius eſt, iudicatore, cùm poſſit vnus forſan, & deterioris ſententiæ, & multos, & maiores aliqua ex parte ſuperare*, & generaliter hoc idem placuit Curtio Iuniori,

conſ.

conſ. 63. num. 3. & conſil. 160. num. 12. de quo
plura videnda penes Oſuald. Illiget. ad Donel. lib.
26. commun. cap. 2.lit. A.pag. mihi 1397. & ſeqq. &
18 penes adductos à Maſch. concluſ. 1143. num. 6. †
Solet enim turba Doctorum opinionem ſequi, abſ-
que tamen delectu rationis, nec legis, quare non
ſequentium pluralitas, ſed vnius tatio vrgentior,
ac fortior inſpicienda & ſequenda eſt, ex Menoch.
lib.2.præſumpt. 71. num 39. verſic. cum vero, Alciat.
ab eo adducto eod. tract. reg. 1. præſumpt. 51.num. 2.
& probat D. Ioann. Sancius Abulenſis in ſuis ſelect.
& pract.diſputat.14.num. 8. & diſputat. 19. num.7.&
diſputat. 44. num. 67. & 68. & diſputat. 48. num. 43.
Marc. Anton. Genuenſ.practic. Eccleſiaſt. quæſt. 94.
19 num.4.& quæſt. 583. nn. 3. † quia fortè doctrinæ
contrariæ tationes ex propoſito non diſcuſſere, ſed
vnus ſequitur alterius veſtigia, tamquam greges,
ſeu aues, quatum vna alteram ſequitur, vt aiunt
Nauarr.in man cap. 27. num. 289. Emman.Saa verb.
Dubium. ſub fine, Azor. inſtitut. moral. tom. 1. lib.
2.cap.17.quæſito. 6. Valer. Reginald. praxi fori pœnit.
lib.13. num. 92. & 105. P. Thom. Sancius de ma-
trimon. lib. 3. diſputat. 44. num. 2. & iterum in deca-
log. lib. 1. cap. 9. n.9.& eo relato D. Ioann. Sancius
Abulenſ. in dict. diſputat. 44.num.63. verſ nec oberit.
in fin. & Marr. Bonacina 2. tom. de diſtinct. ſpecifica
& numerica peccat. diſputat. 2. quæſt. 4. punct. 9. num.
20 12. † Quare huic neganti adhæreo ſententiæ, ſicut
& fecerunt Cumanus in dict.leg. imperatores, & Ful-
goſ.in leg. arbitro, §. dolo, de dolo malo, & conſil.
181. quibus relatis aſſentitur Andr. Fachin. lib. 2.
controuerſ.c.51.pertotum. Marc. Ant.Genuenſ.practic.
eccleſ.q.600.

21 Nec vim vllam contrariæ tationes habent: non
prima, nam & ſi aliqui ex noſtris pluries reſtitutio-
nem admittant tatione ignotantiæ ex prædicta ge-
nerali clauſula ſi aliqua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur,
vt conſtat ex allegatis à Mauritio de reſtitut. in integr.
cap. 387. Sforc. Oddo. 1. part. quæſtion. 8. & 9.
Chopin. de priuileg, ruſtic. lib. 1. part. 2. cap. 1. & 5.
loquuntur tamen, aut dum ignorantia prouenit ex
naturali perſonæ conditione, defectu aut ſexu, vt
in minore, ruſtico, muliere, &c. & tunc erit hoc
verum, ſi ignorantia talis fuerit, vt in alio indu-
ſtrio, & diligenti moraliter non inueniatur: ſecus
verò ſi in alio quolibet maiori, & perito cadere
poſſet, quia tunc omnibus negabitur teſtitutio, rag.
l.verum 11. §. item non reſtituetur 4. cum l. ſeq. de
minor. cum adductis ſuprà in 2. ratione pro hac
22 ſententia; † Aut prædicti loquuntur alio in ſenſu, &
tunc vera non exiſtet eorum ſententia, cùm ca-
ſualis ignotantia per ſe non poſſit eſſe iuſta reſtitu-
23 rionis ratio ex ſuperiùs dictis. † Et quia illa clauſu-
la genetalis debet intelligi in terminis ſpecialium
edicti Prætoris, & in ſimilibus expreſſis ex text. in
l.fin.§.cum dulcia, de tritico, vino, & oleo leg. & in
cap. ſedes 25. vbi communiter DD. de reſcriptis Pe-
laez de maiorat. 2.part.quæſt.12 num.26. Auguſt. Bar-
24 boſa clauſula 62.ex num.1.pag. 71. † quia dum gene-
talis clauſula apponitur poſt ſpecialem reſtringitur
ſecundùm caſum præcedentem, ex Ang.in l. obliga-
gatione generali, de pignor. Decio conſ. 379. num. 12.
Marta de clauſul.4.part.clauſula 1.num.5.Card.Tuſch.
lit.C.concluſ.309.num.6.tom. 1. Auguſt. Barboſa num.
4.Pelaez 62 locis citatis, & cum cauſæ expreſſæ in
edicto Prætoris diſſimiles ſint multúmque vrgen-
tiores, & grauiores, vt ſunt reipublicæ cauſa abſen-
tia, vinculorum obſtrictio, & hoſtium poteſtas, vt
in d.l.1.& per totum t.ex quib.cauſ maiores, quibus ada-
ptari nullo modo poterit caſualis ignorantia inſtru-
25 mentorum & teſtium. † Quare ea in ſpecie edictum

reſtitutorium Prætoris locum habere non poterit;
vt explicant communiter ferè omnes in dictis iuri-
bus, & Hugo Donel. lib. 21. comment. cap. 5. fol.
mihi, 1194. quibus concinit Andr. Fachin. in d.cap.
51.in reſponſ. ad 1. & aſſentitur Matth. Vveſembek.
in paratitl. ad tit. ex quibus cauſis maiores, num. 10.
circa medium, quatenus negat ex facto ignotantiæ
teſtitutionis auxilium competere, & contrarium
improbabile appellat, quã per plures rationes cõpro-
bat Menchaca lib.2. controuerſ. illuſt.c.75. magis iuri-
dicam & verum vocat Hieron. Zaballos commun.
contra commun. quæſt. 48. ſub num. 11. & ex num. 5.
plures pro hac adducit Doctores Oſuald. Illiger. ad
Donel.lib.21.comm.cap. 5.lit.D. & Ar. Pin. in Auth.
niſi triceñale.ex num. 58. C. de bon. mater. Laudatos à
Sarmiento lib. 1. ſelect.cap.10.num.1.verſ.Præterea, &
verſ.ſi eſſet, & fuſiſſimè ac nouiſſimè Fontanel.de pact.
nupt.clauſ.4.gloſ.12.ex num.40. vbi vtramque opinio-
nem refert, & adſtruit, & ex n. 85. diſtinguit prout
nos.

Ad ſecundum reſpondetur, quòd dum adeſt res 26
iudicata, adeſt etiam veritas, nec plus de ea inquiri
oportet, in hoc enim cõſiſtit rei iudicatæ auctoritas,
vt verum efficiat id, de quo loquitur, vt pluribus
dixi hac eadem quæſt. art. 1. & probat.§. præcedens
noſtræ pragmaticæ in princip. & ideò cùm ſatis ex
ipſa re iudicata appareat iuridica veritas, fas non
erit, ſed omnino ſuperfluum, & iure vetitum am-
pliùs de ea quæri ex inſtrumentis, & teſtibus, de
nouo repertis, † quia iudicata res etiam ex falſo verũ 27
reddit ex l. 1.de re iudic.l.res iudicata, 207.de reg.iur.&
de indebito debitum, & de debito indebitum, Ang.
Aretin.conſil. 40. capio primam, num.39. & ſeqq.verſ.
cum ſententia, & de non ente ens, & de ente non
ens, Iaſ.in l.Iulianus, colum. 2. num. 2. de condict. indeb.
Curt.Iun. conſ. 26. num 6. lib. 1. & poſtquam eſt iu-
dicatum dubitari non licet an verum id ſit, l. 1. C. de
condict.indeb.Bald. in cap.nihil, de elect. Card. Tuſch.
lit.R.concluſ.267.num.54.& ſeq.tom. 6. Zaballos com-
mun.contra commun.quæſt.840.num. 1. de quibus plura
ſupra art. 1.† quia ex eo veritas conſtans apparet, 28
nec aliud eſt verum, quod eſt iudicatum de quo po-
ſtea inquiri ſuperfluum, & vetitum eſt, l.fin.C.ſent.reſ-
cindi non poſſe, cap. 1. de litis conteſtat. cum ſimilibus
alibi adductis, quare dicendum, quòd res iudicata
omnibus præponderat inſtrumentis, & teſtibus po-
ſtea repertis, nec per eos de illius veritate, & iuſtitia
quæri, nec dubitari licebit.

Ad tertiùm dico, quod licèt reſtitutio conceda- 29
tur in ſpecie d. leg. argentarius 10. §. fin. de edendo,
& dict. leg. fin. 1. de eo per quem actum erit, non tan-
tùm eſt ob non redditas rationes, ſeu inſtrumenta,
ſed ob dolum argentariorum, ſeu eius, qui in iu-
dicio ſiſtẽdi impedimẽto fuit, † vt igitur actio in id, 30
quod intereſt, competat in ſpecie dictorum iurium,
dolum interuenire neceſſe eſt, vt in l. 1. eiuſdem
tit.de eo per quem factum erit, & in l.vbi exigitur, 8. in
princ. de edendo, quo deficiente deficit actio, & reſti-
tutio, d.l.1.§.ſi reus 3.d.l.vbi exigitur; & ſi doloſus ſol-
uendo eſt, aduerſus eum de dolo actio competit; ſin
verò ſoluendo non eſt, ne ex dolo eius quis lucrum
faciat, reſtitutio largitur, non quidem, vt dixi, ex non
redditis rationibus, ſeu inſtrumentis, ſed ex commiſ-
ſo dolo, ex quo reſtitutio iure competit, ex toto tit.ff.
& C. de dolo.

Ad quartum reſpondeo, præſupponendo quod in d. 31
l.ſi mater, 11. in princ. de except. rei iudic. non videtur
agi de nouis inſtrumentis, ſeu teſtibus producendis
aduerſus rẽ iudicatam, ſed de reſcindẽdo iudicatũ ex
vna cauſa propter aliam, quod iure permiſſum
extat, tam in dict. leg. ſi mater, §.ſi quis autem, 2.

Mm 3 cum

cum ſeqq. quàm *in l. etiam eadem* 14. *l. ſi rem* 17. *leg. ſi*
quis, 18. cum aliis ibi, *de except. rei iudic.* Corraſ. *in l.*
actionibus 5. *num.* 10. *de in litem iurando*, Sigiſmundo
Scaccia *de iudic. lib.* 1. *cap.* 50. *num.* 14. Pet. Gilken. *ad*
L. 3. *num.* 63. *C. de edendo*, Hugo Donel. *lib.* 22. *com-*
mun. cap. 5. *verſic. non eſt ſatis*, plures adducti à Pelaez
de maiorat. 4. *part. quaſt.* 1. *limit.* 1. *num.* 74. & patet
ex ipſomet contextu, *dict. leg. ſi mater*, ibi, *ſed ex cau-*
ſa ſuccurrendum erit ei, qua vnam tantum cauſam egit
rupti teſtamenti, † Immò hac in ſpecie non infrin-
32 gitur ſententia, & res iudicata ex prima cauſa per ſe-
cundam in iudicio allatam, ſed aliud diuerſum
conſtituitur iudicium ex nouæ cauſæ interuentu,
iudicia enim ex cauſis diſtinguuntur, vt in prædictis
iuribus probatur, quod plurimum ab ſpecie de qua
loquimur differt.

Sed illud difficilè reddit Vlpiani reſponſum
33 *in dict. leg. ſi mater*. & à nobis ſuperiùs aſſignatum,
quod in illo textu fatetur I. C. rem iudicatam ex
vna cauſa nocere, ſi ex alia poſtea agatur, cùm in
cæteris citatis iuribus, non nocere appareat. Sed
verè magna eſt differentia inter prædicta iura, &
textum *in dict. leg. ſi mater*, nam cùm apertè loqua-
tur de rei vendicatione ex cauſa rupti teſtamenti in
qua mater ſuccubuit, velut non domina, quia
teſtamentum ruptum non apparuit, poſtea agenti
eadem vendicatione, licèt ex cauſa alia, obſtat
exceptio rei iudicatæ; declarata enim non domi-
na ex vna cauſa, declaratur etiam ex omnibus, †
34 nam qualemcumque dominum adquiſitum habuit,
in primo vendicationis iudicio deduxit, ſecundùm
text. in §. itaque adquiſitum 5. eiuſdem legis, quare
ni cauſa noua orta fuerit poſt primum iudicium
obſtabit rei iudicatæ exceptio, niſi æquitatis ſuc-
curſu ſubueniatur, vt *in dict. leg. ſi mater*, † cæ-
35 tera verò iura ſuprà adducta loquuntur de actioni-
bus in perſonam, quæ à rei vendicatione differunt
in hoc, vt apertè explicat I. C. *in leg. & an eamdem*,
14. *§. actiones* 2. *de except. rei iudic.* cui conſonat
leg. 25. *verſ. Pero ſi el demandador*, *tit.* 2. *part.* 3. ex-
plicat Hug. Donel. *in dict. cap* 22. *verſ. non eſt ſatis*,
Corraſ. *in dict. leg. in actionibus* 10. *de in litem iu-*
rando.

Ex quibus prouenit vera ſolutio huius argu-
36 menti, & rationis contrariæ, nam cùm mulier illa
ſexus imbecillitate inducta ante aperturam tabu-
larum iudicium rei vendicationis quaſi ex rupto
teſtamento intempeſtiuè inchoauerit, & ex cau-
ſa rupti falſa exiſtente victa fuerit, poſteáque
apertis pupillaribus tabulis, cum impuberi filio
defuncto ſubſtitutus non eſſet, & mero iure ad
ipſam filij hæreditas pertineret, valde rigidum,
& parum æquum viſum fuit, quod ex muliebri fa-
cilitate decepta agens ex falſa cauſa, & omittens
veram ex præcipitato iudicio ante aperturam teſta-
menti hæreditatem iure ſuam, iúſque rationabile
amitteret propter ineptum muliebre factum, qua
ſpecie, & ſimilibus leges ex æquitate mulieribus
ſubueniunt *text. in leg.* 2. *§. verba* 1. *melior textus in*
leg. ſi mulier. 23. *ad S. C. Veleian. leg. ſi ſine S. C. eod.*
cum ſimilibus, vt ex I. C. fecit in ſpecie *dict. leg. ſi*
mater, cuius, vt vides, eſt diuerſa ratio, quæ
huic veræ ſententiæ non extat aduerſa.

Ad alterum ex æquitate conſiderata à Ioann.
Garcia, Zahallos, & Boërio dupliciter reſpon-
37 detur. Primò, quòd in propoſita ſpecie concur-
rit fauor, & æquitas publica, qua publicè intereſt
res iudicatas ſubſtineri, ex aliqua verò cauſa
non ſubuerti, niſi expreſsè iure approbata fue-
rit, quæ omnino præferri debet vtilitati priua-
tæ ſecundùm textum *in l. vn. §. fin. C. de cad. toll. &*
in leg. vtilitas 3. *Cod. de primipilo. lib.* 12. *& in*
cap. 3. *de poſtulat. prælat. cap. ſcias* 35. 7. *quaſtion.* 1.
leg. 8. *verſic. canon ſeria*, *titul.* 28. *part.* 3. Auen-
daño *in capit.* 12. *prætor. numero* 18. 1. *p.* Marc. Man-
tua *ſing.* 573. *n.* 1.

Secundò, quòd opinio noſtra probatur ex iuri- 38
bus apertis, & expreſsè ita decidentibus, vt
ſunt *text. in dict. leg. ſub ſpecie* 4. *C. de re indic. &*
leg. ſub prætextu. 19. *Cod. de tranſact. & dict. leg.*
imperatores 35. *de re iudic. & dict. leg.* 19. *titul.* 22.
part. 3. quæ & aperta nituntur vtilitate publica,
atque ideò ſubuerti prætextu priuatæ æquitatis,
nec iure licet, nec erit expediens, † quoties enim 39
verba legis clara, non ambigua extant, & ita
caſum decidunt, vt æquitatis rationi prorſus
aduerſentur, nec poſſit æquitas teneri, quin lex
offendatur, omninò lex quamtumuis dura ſer-
uanda eſt, ſecundùm *reg. text. in leg. proſpexit*, 12. §. 1.
Qui & à quibus, *l.* 1. *C. de vera legib.* Ariſtot. *lib.*
1. *rethor. capit.* 3. D. Auguſt. *in lib. de relig. cap.*
31. & refertur *in capit.* 3. *diſt.* 4. Corraſ. *lib.* 2.
miſcell. cap. 18. Franc. Duaren. *ad rub. de iudiciis*
fol. 159. *& ſeqq.* Ioann. Garcia *de expenſis cap.* 1.
num. 28. *& ſeq.* Andr. Tiraquel. *de retract. lignag.*
§. 35. *gloſſ.* 1. *& in leg. ſi vmquam* 8. *verb. libertis*,
num. 69. *C. de renocand. donat.* Anton. Fab. *lib.* 1.
iuriſprudentiæ, *princip.* 2. *illat.* 3. Andr. Facbin. qui
plura breuiter adducit *lib.* 1. *controuerſ. capit.* 3.
plures apud Auguſt. Barboſ. *axioma* 136. *num.* 20.
pag. 87. Oſuald. Illiger. ad Donel. *lib.* 1. *commun.*
capit. 13. *lit. F.* Salomon *in comment. de bono &*
æquo, *in leg.* 1. *§.* 1. *de iuſt. & iure*, confert Soto *de*
iure lib. 1. *quaſtion.* 6. *art.* 7. *& quaſt.* 7. *art.* 3. *& lib.* 3.
quaſtion. 4. *art.* 5. & cùm hæc opinio probetur ex
prædictis expreſſis iuribus, nitatúrque æquitate
fauori publico concernenti, omnino præferenda
eſt contrariæ ſententiæ ſaltim in veritate & ratio-
ne, quamtumuis communior altera ſit, quod ve-
ritati obeſſe non poteſt. † At hoc eſt, quod dicitur, 40
rigorem iure ſcriptum præferendum æquitati non
ſcriptæ, Iaſ. *in leg. quod Epheſi*, *§. interdum*, *in fin.*
de eo quod certo loco, cum aliis adductis per Cardin.
Tuſch. *in pract. concl.* 312. *num.* 16. *&* 17. *tom.* 3. *&*
concl. 36. *num.* 28. *lit. G. & concluſ.* 330. *lit. I. tom.* 4. &
per Auguſt. Barboſ. *axioma* 15. *quaſi per totam*, &
licitum non eſt cerebrinam æquitatem ex proprio
capite inducere ad conſtituendam nouas opinio-
nes ex Bald. *conſ.* 97. *ſuper primo quæſito*, *n.* 2. *verſ. ſi lice-*
ret lib. 4. *& conſ.* 338. *ſecundùm ea*, *verſ. quia erubeſci-*
mus, *lib.* 3. Fulgoſ. *conſ.* 158. *Domina Gracolina num.* 3.
Anton. Menoch. *deciſ. Florent.* 70. *num.* 31. Cardin.
lit. F. concluſ. 312. *num.* 16. *tom.* 3. Auguſt. Tuſch.
Barboſ. *axioma.* 83. *num.* 2. *pag.* 32. Oſuald. Illiger. ad
Donel. *lib.* 26. *comm. cap.* 2 *lit. F. pag.* 1402. quæ non
æquitas, ſed iniquitas nuncupatur. Iaſ. *in d. leg. quod*
ſi Epheſi, *§. interdum*, *in fine*, *de eo quod certo loco*
Cardinal. Tuſch. *num.* 17. citato loco, Tiber. Dec.
conſ. 38. *num.* 41. *& ſeq. lib.* 1. Grac. *diſcept. for. tom.* 4 *cap.*
640. *num.* 25. *& ſeqq* Mantic. *de tacit. & amb. lib.* 1 *tit.*
17. *n.* 17.

Ad aliud denique vltimum adductum ex noſtri 41
textus verbis, quibus approbari videtur contraria
ſententia, dicendum eſt, quòd non loquitur diſpoſi-
tiuè, ſed enunciatiuè, & relatiuè ad id, quod ex iure
ab aliquibus receptum eſt, & aliquando praxi ſerua-
tum, quod quidem vere negari non poteſt, nec dicta
verba aliquid decernunt, nec adiiciunt nec minuunt
prædictas opiniones nec iuris veritatem, † quod 42
proprium eſt enunciationis ex textu *in cap. ſi Pa-*
pa 10. *in princip. de priuileg. in* 6. gloſſ. *in leg. vnic. Cod.*
Quando non petent. part. DD. *in l. ex his verbis* 7. *C. de*
teſtam.

teſtamen. militar. præcipuè cùm verificentur in
prædicta contraria opinione aliquando praxi re-
cepta, quam excludit noſter textus ab actibus
poſitiuis puritatis & nobilitatis tranſactis in rem iu-
dicatam, qui ſubuerti nullo modo poſſunt per in-
ſtrumenta de nouo reperta, & cum prædicta verba
noſtri textus coarctent prædictam opinionem cõtra-
riã vt non habeat locũ in actibus poſitiuis puritatis,
non poteſt dici, quod eam approbent, *argum.text.in
l.legata inutiliter*, 14. *in fine principij*, *de adim. leg.* &
quæ tradunt Menoch. *lib.4. præſumpt.* 139. *num.*35.
Pelaez *de maiorat.* 2. *partis initio*, *num.* 187. Ruyn.
*conſ.*24. *num.*8. *lib.*5. Cæſar.de Graſſis *dec.*2. *num.* 11.
de donat. Rota *deciſ.*416. *num.*1. *part.* 1. *ſacri Palatij*,
præcipuè cùm relatiua ſint prædicta verba, quæ re-
ſtringuntur ſecundum ea ad quæ ſe referunt, Deci.
*conſ.*63. *ſub num.*6. *verſ.nec obſtat*, Rimin.*conſ.*34.*n.*6.
Caral.Bardel *conſ.*61. *n* 42. Ioſeph. de Seſſe Aragon.
*dec.*125. *n.*41. *& dec.*187. *n.*110.

43 Huic autem quæſtioni affinis eſt altera, an res iu-
dicata reſtitui poſſit prætextu teſtamenti de nouo
reperti? In quã affirmatiuè, ſunt qui reſpondeant.
Primò per *d.l.ſi mater*, 11. *de except. rei iudic.* vbi ma-
ter ex nouo teſtamento reſtituitur aduerſus iam iu-
dicatum, & deciſum.

44 Secundò, quia iuramentũ, & ſententia æquiparan-
tur in text. *in l.nam & poſteaquam.*9.*§.ſi is*, 3. *de iureiu-
rando*, immò maiorem, quàm res iudicata auctori-
tatem habet, *ex l.*2. *illotit.de iureiur.* Hugol. Donel.
*lib.*24. *commun. cap.*16. *verſ.actio*, Ant.Fab. *de error.
Pragmat lib.*19. *error.* 5. *in initio*, *in* Oſualdo Illiger.
ad eumdem Donel. qui multis comprobat *d.lib.* 24.
*cap.*17. *lit. X.* at iuſiurandum per teſtamentum po-
ſtea repertum reſcinditur, & retractatur *ſecundum
l.fin. C. de reb. cred.* Igitur & ſententia maiori ex ra-
tione, ſecundùm præcitatos.

45 Tertiò probari videtur hæc eadem ſententia in
textu *in l.ſi ex teſtamento.*20. *cum l.ſeq in princ. de ex-
cept.rei iud.* vbi ſententia ex teſtamento lata mutari
poteſt, ſi poſtea melius ipſum inſpiciatur teſtamen-
tum, quæ videtur noſtri dubij expreſſa deciſio.

46 Quartò ſententia, & tranſactio vim eamdem ha-
bent, text. eſt *in l.non minorem*, 20. *C. de tranſact.* ſed
tranſactio retractari poteſt prætextu teſtamenti no-
uiter reperti, ſecundùm text. *in l Imperatores*, *§. cum
tranſactio*, *& in l. non eſt ferendus.* 12. *de tranſaction.*
Igitur & ſententia.

47 Quintò ſententia lata contra teſtamentum dici-
tur lata contra ius gentium, ſecundùm Theophil.
Bart. *in l. interdum*, *num.*17. *de condict. indebit.* & ita
conſuluit Menoch. *conſ.*501. *lib.* 6. & Valençuela
*conſ.*69. *num.*220. at ſententia lata contra ius, con-
ſuetudinem, aut ſtylum nulla eſt ipſo iure, *l. cum
prolatis.* 32. *de re iudic. l.prolatam* 4. *de ſent. & inter-
loquut. omn.iud. cap. inter cæteras.* 9. *extra de re iudic.*
Cyn. *in l.* 2. *C. Quando prouoc. non eſt neceſſe*, Guido
Papa *in proœm. dec.circa fin.* Igitur & ſententia lata
contra teſtamentum.

48 Sextò ſententia ferri de his, quæ in teſtamento
continentur, non inſpectis, & cognitis verbis ipſius te-
ſtamenti iure non poteſt, *& l.*1. *§. ratio*, 1. *Quemad-
mod.teſtam.aper.* plures apud Peregr. *de fideicomm. art.*
53. *num.*38. ſicut nec tranſigi valet, *l.de his*, 6. *de tran-
ſact.* Igitur ſententia lata non cognitis, nec lectis te-
ſtamenti verbis non ſolùm reſcindi poterit ex eo-
dem teſtamento, verùm & nulla extabit. Argumen-
tum procedit ex Sforcia Oddo *de reſtit. in integr.* 2.
part. quæſt. 73. *num.*7. & ex aliis quos allegat. Hier.
Zaballos *comm.contra commun.q.*838. *à n.*8. *cum ſeqq.*
qui hanc tuentur ſententiam.

49 At contrarium probant alij relati ab eodem Za-
ballos *ibid.num* 5. & Andr. Fachin. *lib.* 1. *controuerſ.
cap.*52. *verſ.contrarium* per iura ſuprà in præcedenti
dubio adducta, & alia quæ affert idem Fachin. ibi;
verſ. Quorum, & Zaballos *à num.* 1. quibus probatur,
quòd res iudicata per inſtrumentum poſtea reper-
tum non poteſt retractari, vt ſupra à num. 13. cum
ſeqq.

Deinde ſi aliquo modo ex teſtamento retractari 50
poteſt, quod iudicatum eſt ideò erit, quia ex eo in-
debitum apparet, quod debitum ſententia dixit, aut
è contra: at hoc in caſu auctoritas iudicati omni
probationi præfertur, aduerſùs quam indebiti con-
dictio nihil operatur *ex text.in l.ſi fideiuſſor.* 29. *§. in
omnibus*, 5. *Mandati*, *l.* 1. *C.de condict. indeb.* Igitur
& præferri omnino iudicatum teſtamento debet.

Denique ſententia & teſtamentum eamdem vim 51
habent, *text. in l.non eſt mirum*, 16. *de pignor. act. l.
hac conſultiſſima*, 8. *verſ. at cum humana*, *C. Qui te-
ſtam. fac.poſſ.* vbi teſtamentum ſententia appellatur,
& quod valeat argumentum de ſententia ad teſta-
mentum, & econtra tenent Euerard. *in topicis le-
gal. loco* 21. Cardin.Tuſch. *litt. A. concl.*507. *num.*1.
*tom.*1. Auguſt.Barboſ. *loco*, 99. *num.* 2. *pag.*332. *&
loco.* 111. *num.*2. *pag.* 335. at quod eſt par in parem
vim non habet, text eſt *in l. nam magiſtratus*, 4. *de
recept.arbitr. l. illic à quo*, 13. *§. tempeſtiuum. ad S. C.
Trebell. l.præcipimus.* 32. *C.de appellat.* Pelaez *de ma-
iorat.*3. *part.quæſt.* 14. *num.* 11. Igitur teſtamentum
aduerſus ſententiam vim vllam habere non poteſt,
Quare Hieronym.Zaballos *in d.q.*838. *num.*9. hanc
opinionem de iure fatetur veriorem, & contrariam
æquitati magis conſonam eſſe, cui rationi ſatis re-
ſponſum manet ſupra ex num.57. cum ſeqq.

Nec huic veræ ſententiæ contraria nocent fun-
damenta, non primum cui ſuprà ex n.31. cum ſeqq.
ſatisfactum manet. Nec ſecundum de quo inferiùs
in num.68. & ſeqq. late agam, † Nec tertium, quia 52
*d.l.ex teſtamento.*2. *& l.ſeq.de except. rei iud.* loquun-
tur, cùm in ſecundo iudicio alia res optima diuerſa
petitur, vt patet ibi, *quod non ſit petitum*, *quod nec
actor petere putaſſet, nec iudex in iudicio ſenſiſſet*, & ite-
rum ibi, *non eſt deducta in ſuperius iudicium veteris
cauſa*, † tunc enim & noua petitio, nouúmque iudi- 53
cium inchoatur, & ideo non mirum, ſi denuo agi
poſſit ex teſtamento poſtea reperto, vt explicuit Hu-
go. Donel. *lib.*2. *comm. c.* 5. *verſ. quod ſi conſtabit. fol.
mihi*, 145. And.Fachin. vbi proxime, *vt ſic. ego au-
tem*, Paul.Æmil. *deciſ.Rotæ* 148. *num.*5. 3. *part.* Cæſar
de Graſſis *deciſ.* 12. *num.* 7. *& ſeq. de appellat.* cum
aliis adductis à Valençuela *conſ.* 86. *n.*53. *& ſeq.* &
alij communiter.

Nec quartum quidquam facit, nam diuerſa ratio 54
in ſententia verſatur, in qua omnia partium iura
comprehenſa cenſentur, & lata ex natura cauſa, quia
proferri potuit, & debebat, ſecundum notata per
DD. *in l.ſi quis ad exhibendum*, 18. *de except.rei iudic.*
& per Paul. Caſtr. *conſ.* 136. *col. fin. lib.* 1. Ayml.
Craueta *conſ.*23. *num.*1. *& conſ.*74. *n.*9. *& conſ.* 108.
*num.*8. *lib.*1. Honded. *conſ.*21. *num.* 45. *tom.* 2. Rota
deciſ. 112. *num.* 2. *part.* 2. *diuerſ.* † in tranſactione 55
verò tranſigentes tantum cogitaſſe cenſentur, quæ
in ſcriptura, quam nouerant, continebantur, non
vero alia, vt expreſsè deciditur *in d.l.non eſt ferendus*,
12. *de tranſact.* explicat And. Fachin *in d. cap.* 52.
verſ.ad primum, † Atque hinc dictum tranſactio- 56
nem omnino ſtricti eſſe iuris, ex textu *in l.cum mota.*
6. *& in l.ſiue apud* 28, vbi Iaſ. *num.* 8. *&* 25. *C. de
tranſact.* idem Iaſon. *in rub num.* 6. *&* 7. *de pactis*,
& alij communiter, † nam & ſi tranſactio æquipa- 57
retur rei iudicatæ, vt dixi in argumento, & probat
text. *in l.*2. *de iureiur.l.vnic. C.de errore calculi*, Flo-

tiano de ſancto Petro *in l. cum putarem num. 5. famil.*
erciſcund. intelligendum eſt de rebus, cauſis & pro-
bationibus, de quibus ſpecialiter ſenſerunt contra-
hentes, ſecus quoad extenſionem ad alia, vnde ſi
poſtea appareat teſtamentũ, ſeu ſcriptura alia, de qua
non cogitarunt tẽpore contractus, reſcindit cõtractũ
58 ex iuribus & rationibus allatis ſuprà. † In quo inter-
uenire videtur differentia, dum certa quantitas in te-
ſtamento continetur, & poſtea in Codicillis, aut
in alio teſtamento, quod tempore tranſactionis non
apparuit, mutata in plus vel minus inuenitur, nam
tunc cùm ſit diuerſa res ex text. *in §. præterea. 6. de*
inutilib. ſtipulat. cum ſimilib. tranſactio facta in vna
nocere non debet in alia, ni conſtet de contraria
teſtatoris voluntate, nec quidem facta in ſimplici le-
gato nocere debet in augmento eiuſdem legati re-
licto in alio teſtamento, ſeu codicillo, de quo tem-
pore tranſactionis non conſtitit, vt apertè deciditur,
in d. l. Imperatores. 3. §. cum tranſactio. & in d. l. non eſt
59 *ferendus. 12. de tranſact.* † ſed dum idemmet legatum
non mutatur in alio teſtamento, ſed iterum legatur,
aut in totum adimitur eadem quantitas, aut ſpecies,
videtur quod ſuſtineri debeat tranſactio, nec muta-
ri poſſit, cùm non appareat res diuerſa, ſed eadem
legata, & confirmatum legatum primi teſtamenti
in ſecundo poſtea reperto, & ſic tranſactio plenum
debet operari effectum, niſi aliud appareat expreſsè,
aut ex coniecturis, ex dictis ſuprà 1. *p. q.* 16. §. 1. *ex*
n. 13. cum quatuor ſeqq. & ex præcitatis iuribus, &
60 rationibus. † Ex quo etiam patet nullam eſſe diffe-
rentiam inter inſtrumenta, & teſtamenta, quæ colli-
gi videbatur ex dictis iuribus, *& ex d. l. ſub prætextu.*
19. *C. de tranſact.* in qua conſtitutum habemus, quòd
tranſactio per inſtrumenta de nouo reperta non re-
ſcindatur, quod ſi intelligatur de inſtrumento, quod
eamdem rem in qualitate, & quantitate contineat,
nullum orietur dubium, ſi verò inſtrumentum di-
uerſam referat ſpeciem, aut quantitatem, qualita-
témve, aliud dicendum, & quòd in ſimili ſpecie
non loquatur text. *in d. l. ſub prætextu*, ſed decidi lis
debet per dicta iura *in d. §. cum tranſactio, & d. l. non*
61 *eſt ferendus*. † quia ſimile inſtrumentum velut di-
uerſum, & de diuerſa loquens re debet ſuum ope-
rari effectum, nec impediri per factam tranſactio-
nem circa aliud, quod ſi admittatur in ſententia,
quæ etiam ad rem diuerſam non extenditur ex text.
in l. & an eamdem, 14. *l. ſi cum teſtamento*, 21. *in princ.*
l. ſi in iudicio 23. *de except. rei iudic.* nullum abſonum
62 iure intellectum inuenies † quia diuerſæ rei ſepa-
rata eſt ratio. *l. de ſeruo fin. de calumniat. l. cum* 18. *de*
neg. geſtis, l. ſi maritus. 10. *C. de donat. inter.* de quo ali-
quid dixi, & plures DD. retuli ſuprà. 1. part. q. 16.
§. 1. ex num, 21. vſque ad 27. quæ vltima diſcri-
minis ratio a me nouiter conſiderata puto quòd ſit
firmior, verior, & efficacior, quam prima ex Fachi-
neo citato loco ſumpta.

63 Nec quintum obſtat, nam loquitur in diuerſa
ſpecie, cùm ſententia lata contra teſtamentum
certum, & in iudicio deductum nulla ſit, quia aper-
ta nititur iniuſtitia, non verò agimus, cum ſenten-
tia fuit lata ignoto, & non deducto in iudicio teſta-
mento, ex quo reſcindi, iura non patiuntur, velut
ritè, & legitimè a principio lata, vt late ſuprà pro-
bauimus.

64 Nec denique ſextum quidquam facit, quia licèt
verum ſit, quòd iudici non liceat, ſententiam pro-
ferre ni cognitis, & viſis teſtamenti verbis, ſi tamen
vno lecto, & inſpecta in eo teſtatoris voluntate pro-
nunciauerit, retractari iudicatum non poterit per
aliud non viſum teſtamentum, quæ inter ſe ſpecies
ſunt diuerſæ, & diuerſam continent rationem: præ-
terquam quòd ſpecialis eſt iuris conſtitutio in vlti-
mis voluntatibus, & alimentis, qua de eis non po-
teſt ferri ſententia non viſo teſtamento, aut ante-
quam alimenta debeantur, tranſigere; † tum quia 65
captioſæ plerumque eſſe ſolent ſimiles ſententiæ, &
tranſactiones, *l. cum Aquiliana.* 5. *de tranſact.* tum
quia ſi de contentis in teſtamento ferenda eſt ſen-
tentia, aut eſt tranſigendum, inſpici prius oportet,
quæ illa ſint. *d. l.* 1. §. *ratio. teſtam. quemadm. aper.* nam
aliter nec deciſio iudicis, nec partium conuentio
fieri poterit, ni cognita re, & cauſa, de qua agitur, *l.* 1.
vbi Ang. *de inſt.* Euerard. *in topicis legalib. loco ab*
effectu in fin. † tum quia hæc media eſſe poſſent mu- 66
tandi, aut aduerſandi vltimas voluntates, & earum
exitum, quem non impedire publicè intereſt, *l.* 3.
de teſtam quemadmod. aper. l. 1. *C. de ſacroſanct. eccleſ.*
toto tit. ſi quis aliquem teſtare prohibitum. † denique 67
quia multi modico præſenti contenti, magna re-
licta, vtpote alieno labore parta, & inexpectato
obuenientia, facilè repudiant, *l. cum hi.* 8. *de tranſact.*
in princ. videndi Cujac. *in l.* 2. *in fin. de tranſact. &*
lib. 3. *obſeruat. cap.* 37. Hugo. Donel. *in rub.* 9. *fin. n.* 4.
& in l. de alimentis. 7. *num.* 3. *C. illo tit. de tranſact.*
quæ omnes rationes omnino ceſſant, dum viſo te-
ſtamento fertur ſententia, licèt aliud diuerſum poſt-
ſtea appareat, & peculiares ita ſunt, vt nobis non
obſtent.

Circa tertium caſum principalem in principio 68
propoſitum de ſententia lata ex priuilegiariis pro-
bationibus, v. g. ex iureiurando, indubiè aſſeren-
dum eſt, quòd retractari poteſt ex nouis inſtrumen-
tis, cùm ita iure deciſum habeamus in textu *in l. ad-*
monendi, 31. *de iureiur. l.* 15. vbi *gloſſ.* 8. *&* 9. *l.* 25. vbi
gl. 1. *tit.* 11. *part.* 3. DD. communiter *in d. l. admonendi*
Andr. Fachin. *lib.* 10. *controuerſ. cap.* 27. Seraph. *de*
priuileg. iuram. priuileg. 38. Menoch. *de arbitr. caſu*
241. Anton. Fab. *de error. Pragmat. errore.* 5. Cujac.
lib. 18. *obſeruat.* 35. Sforcia Oddo *de reſtitut. in integ.*
2. *part. quæſt.* 74. *& ſeqq.* Guido Papa *deciſ.* 201.
num. 1. *& deciſ.* 243. *num.* 3. Hugo. Donel. *lib.* 24. *com-*
ment. cap. 19. *verſ. iam de vi.* Hieronym. Zaball. *com-*
mun. contra commun. quæſt. 840. † quia ſententia 69
ex ſimili priuilegiatia probatione non tranſit in rem
iudicatam, vt communiter DD & Padilla *in l. error.*
C. de iuris & facti ignor. idem Zaballos citato loco
num. 16. Fului. Paciano *de probat. lib.* 1. *cap.* 47. *n.* 86.
† tum quia cùm ſententia oriatur ex cauſa imperfe- 70
cta, & ex iure ſpeciali, vt eſt probatio ex iuramento
faciliùs tollitur, quàm ea quæ proueniunt ex iuris
communis diſpoſitione, *l. eius militia*, 34. §. *militia miſ-*
ſus, 1. *de teſtam. milit.* † tum etiam, quia delatum 71
iuſiurandum eſt, & ex eo lata ſententia ob inopiam
probationum, & copia earum emergens illam in-
firmare debet, vt ex Euerardo Bronchorſt, docet
Oſualdus Illiger. ad Donel. *lib* 24. *cap.* 19. *lit. Dd.*
pag. 1286. † & ideò inſtrumentis nouis vti volens 72
aduerſus iudicatum ex iureiurando iurare neceſſe
habet, eorum notitiam antea non habuiſſe, ex Cor-
taſ. *in d. l. admonendi.* 2. *part. a n.* 37. Guido Papa, Ant.
Fab. Menoch. Seraph. ſuprà adductis.

Sed eſt dubium, an reſtitutio in integrum hoc ſit 73
caſu neceſſaria? an verò ordinario iure agi poſſit?
& reſtitutionis auxilium omnino requiri multis
probat Sforcia Oddo *de reſtitut. in integr. quæſt.* 74.
art. .. & refert Zaballos *in d. quæſt.* 840. *n.* 4. Quod
probant primò *ex d. l. admonendi*, per illa verba, *ex*
integro cauſam agere, quæ reſtitutionem ſonuere
videntur, † quæ eſt in integrum amiſſæ cauſæ 74
redintegratio, *l.* 2. *C. in quibus cauſis reſtitutio in integr.*
neceſſar. non eſt, Hugo. Donel. *lib.* 21 *comment. cap.* 4. *in*
princ. Sforcia Oddo *tract. de reſtit.* 1. *part. quæſt.* 1. *art.* 4.
Mauric.

Digitized by Google

Mauric.eod.tract. cap.1. num. 1. aliter Rebuff. tom. 3.
tractat. de reſtitut. in præfat. num. 3. cum ſeqq. Franc.
Cald. in l.ſi curatorem,verb.implorare, n.4. C.de in in-
tegr. reſtit.

75 Secundò,quia non ſemel iure receptum eſt, quòd
in ſimilibus retractandis ſententiis opus eſt vti be-
neficio reſtitutionis ex text. in l.ſeruo,65.§.cum Præ-
tor.2. ibi. etiam publicè intereſt reſtitui propter rerum
iudicatarum auctoritatem, vbi gloſſ. ad S C.Trebell. l.
Diuus. 32. ibi. in integrum cauſam reſtituendam, l.
Imperatores.35.ibi. reſtitui negotia minimè oporteat,de
re iudic. l. duci. 27. ibi. cùm non haberet probationum
inſtrumenta, quæ poſtea repererit, huiuſcis verbis. vel in
integrum reſtitutio conceſſa, de pœnis. l. 2. ibi. ex in-
tegro de cauſa audiuntur, C. ſi ex falſis inſtrum. Igitur
idem omnino ſeruare debemus in ſpecie d. l. admo-
nendi.

76 At contrariam ſententiam multis defendunt Za-
ballos in d. q. 840. n.3. & a n. 18. verſ.ſed opinionem
contrariam,& in num ſeqq. And.Fachin.lib.11.contro-
uerſ.cap.27. moti ex eo, quòd ex Principum conſti-
tionibus aliquid permittitur extraordinario iuris
auxilio permittitur in propoſita ſpecie ex inte-
gro cauſam agere, vt in d.l admonendi, in principio.
77 demonſtratur. † Et cùm ex Principum conſtitu-
tionibus aliquid permittitur extraordinario iuris
auxilio non eget, text. in l.in cauſa, 16 in princip.de
minor. l.cum interdicta 6.l.arbitr.tut. l.vn.C.de theſaur.
lib. 10. ſequitur in propoſita ſpecie neceſſariam non
eſſe reſtitutionem.

78 Confirmatur, nam etſi diſpoſitio d.l. admonendi,
ortum duceret ex Principis beneficio, & æquitate,
& quaſi ex priuilegio,non ideò minus ciuile, & or-
dinarium eſſet ius ex notatis in l. in omnibus. 90. de
79 reg.iur. † Et iudicis eſt iuris æquitatem ſequi, l.
placuit. 8. C. de iudic. nam etſi æquitas iuri ſtricto
opponatur, l. 1.C.de legib.cum ſimilibus, ita vt pleri-
que aſſerant,æquitatem ſcriptam non eſſe,vt conſtat
ex Ariſtot.lib.5. Ethic. cap.10. Franciſc. Duar. lib.2.
diſput. cap 18. Franc. Conan. lib.1. comment. cap.11.
num.5. Hug.Donel lib.1. comment. c.13. Mattheacio
lib.1.de via iuris, n.17. & ſeq Turamino lib. ſing. de
legib.3.part.cap.3.num 23. & ſeq. Per.Fab.in d.l in om-
nibus.de reg.iur. And. Fachin. lib. 1. controuerſ. cap.3.
80 Ant.Auguſt. lib. 4. emendat. cap 8. † non ideò eſt,
quia iuri ſtricto æquitas deficiat, immò illud æqui-
tate plenum inuenies, vt in l.1. de pactis, cum infini-
tis propè ſimilibus, nec quia poſtquam æquitas re-
ducitur ad ios ſcriptum, & commune, ſuos amittat
effectus, & naturam, cum potiùs exinde eos po-
81 tentiores ſumat, † ſed quia poſtquam ſcripta, non
magis æquitas, ſed ius dicitur ſcriptum, ita vt no-
men, non effectus amittat, nec naturam, vt ani-
maduertunt præcitati, ferè omnes, quare & ſi præ-
dicta Principum conſtitutio ſola nitatur æquitate,
non ideò eget reſtitutionis auxilio, ſed via ordina-
ria eſt agendum,ſicut in alia qualibet cauſa, quæ re-
ſtitutione non indigeat,vt explicat Andr.Fachin. in
d.c.27. verſ.nec tollitur.

82 Deinde etiam hoc probatur,quia priuilegiarium
ius non eget reſtitutionis auxilio ad retractanda iu-
dicata ex nouis probationibus, vt patet ex l. videa-
mus, 4. §. item videndum, de in litem iurando, l. quis
adultery. 34. C. ad l. Iul.de adulter. auth.nouo iure, C.
de pœna iudicis qui malè iudic. Igitur ſimiliter neceſ-
ſaria non erit reſtitutio in integrum in ſpecie d.l.ad-
monendi, de qua nos loquimur, pro qua ſententia
alias rationes adducit Zaballos in citato loco, quas
hîc tranſcribere non curaui.

83 Atque ideò hæc ſententia verior iudicatur, nec
obſtant rationes ſuperiùs ex oppoſito adductæ.Non
primum, quia verba illa, ex integro cauſam agere,
non important reſtitutionem in integrum, vt
nec in l.ſi diuerſa, 14. C. de tranſact. & paſſim in aliis
iuribus.

Nec ſecundum, quia iura in eo adducta loquun- 84
tur in ſpecialibus, & de ſententia ex ordinariis
probationibus lata, quæ ſi retractari ex aliquo in-
dulto,ratioue ve ſpeciali poteſt, erit reſtitutio in in-
tegrum neceſſaria,vt in principio huius. §.conſtitui:
& nos loquimur de retractanda ſententia ex priui-
legiariis probationibus, quæ faciliùs reſcinduntur,
vt ſuperiùs dixi num. 70. & dixit Andr. Fachin. in
d.cap. 27. verſ. ſed fundamentum hoc eſt debile.

In nobilitatis autem cauſis nullum dubium eſt, 85
niſi quòd iure minoris reſtitutio fiſcò cõpetat ad-
uerſus rem iudicatam ex omiſſis probationibus, ſeu
inſtrumentis de nouo repertis, vt ex Angel. & aliis
probat And.Tiraq. de nobilitat. cap.37. num. 96. qui
loquitur etiam abſque reſtitutionis auxilio, Ioann.
Garcia de nobilitate,gloſſ.6. à num.2. cum ſequentibus,
vbi latè, † ex noſtra verò Pragmatica in cauſis 86
puritatis & nobilitatis in tribunalibus & commu-
nitatibus, in quibus ſunt ſtricta qualitatum ſtatuta,
de quibus & nos loquimur, hoc etiam reſtitutionis
auxilium interdicitur,cùm tres ſententiæ,ſiue actus
interueniunt poſitiui, vt ex illis verbis conſtat,
O por inſtrumentos nueuos, & paulo inferius, Y cauſen
derecho a los deſcendientes, que aunque deſpues dellos ſe
deſcubrieſo alguna cauſa o raçon, que pudiera ſer impe-
ditiua, ſi ſe huuiera ſabido antes de alguno dellos ſe con-
ſeruen, y duren en ſu fuerça y vigor la auctoridad y
effectos de la coſa iuzgada, ex quibus colligitur, quòd
in hoc. §. excluditur retractatio trium ſententia-
rum, & actuum poſitiuorum per reſtitutionem in
integrum virtute inſtrumentorum poſtea reperto-
rum, † & quòd ſi tertia ſententia, aut actus poſi- 87
tiuus deficiat, ſimiliter aliquo auxilio vti neceſſe
non eſt, quia tunc nullum ius generi quæſitum eſt,
& iure ordinario agi poteſt, vt patet ex §. 2. huius
Pragmaticæ,de quo ſuprà art.2. ibi, Pero ſi los tres no
fueren complidos, y ſolamente huuiere vno o dos, decla-
ramos que no ſea de dar por paſada en coſa iuzgada la
nobleça, y limpieça, ni los deſcendientes tendran adqui-
rido derecho alguno, † nec extraordinario beneficio 88
vti neceſſe eſt,cùm iure ordinario agi poſſit,ex text.
in l.in cauſa,16.de minor. cum ſimilibus,ita vt neutro
in caſu aliquid reſtitutio valeat operari.

Circa quartum caſum in principio huius §. pro- 89
poſitum de inſtrumentis, & teſtibus falſis, cer-
tum etiam habemus ius conſtitutum, quo ſen-
tentia, & res iudicata eorum virtute lata retra-
ctari iubetur, vt in textu in l. qui agnatis 11. de
exception. in l. Diuus, 33. de re iudic. in l. ſi ex fal-
ſis 22. C. de tranſact. l. ſi veteris 2. Cod. de fide inſtrum.
toto titul. Cod. ſi ex falſis inſtrument. & in cap. licèt
cauſam.9. de probation. & in l. 11. vbi gloſſ. 5. tit 22.
& tit.26. per totum. part.3. Doctores in l. Diuus. Ca-
noniſtæ in dict. cap. licet cauſam, Padilla in d. l. ex
falſis, a num.2. vbi num.4. plures refert,Cald.Pereira
in l.ſi curatorem,verb.læſis, à num.164. cum ſequentib.
Sebaſtian. Bancius de nullitat. ex defectu proceſſus, à
numero. 132. cum ſequentib. Donel. in d.l. Diuus, 35.
Oſuald. Illiget. ad eumdem Donel. libro 27. com-
mentar.cap.7. poſt lit. I. & adducti ſuprà articul. 2.
num. 23. Garcia Maſtrillo deciſion. 97. numero 5.
vbi ait, † quòd ſententia lata ex falſis teſtibus 90
numquam tranſit in rem iudicatam,quæ retractatio,
ſi falſitas non conſtat ex actis, fieri erit neceſſe
per reſtitutionem in integrum, vt directè ha-
bemus ſcriptum in dict. leg. Diuus, & animaduer-
tunt Caldas,& alij præcitati,† ſi verò ex actis,ſeu ex 91
ſententia

ſententia falſitas colligatur, ſeu ex teſtibus, aut ex inſtrumentis ipſo iure ſententia eſt nulla, nec reſtitutione in integrum eget ex diſtinctione, de qua ſuprà in d. art. 2. & num. 23. & 24. de quo etiam inferiùs in ſeq. §. ex num. 32. cum ſeqq. vbi latiùs de
92 hoc. † Quod auxilium reſtitutionis ex falſis inſtrumentis, & teſtibus etiam reiicitur per noſtrum textum, & Pragmaticam in tribus ſententiis latis pro puritate & nobilitate alicuius familiæ in prædictis communitatibus & tribunalibus, vt nec prætextu falſorum teſtium; & inſtrumentorum vllo poſſint modo retractari, vt clarè deciditur in illis verbis, *o por aver conſtado que los preſentados eran falſos*, quod quomodo intelligi oporteat in ſeq. §. oſtendam, quia de his hæc pro nunc ſufficiant.

---

§. II.

An iure aßignari poſſint cauſæ, ex quibus etiam ſtante deciſione generali huius Pragmaticæ tres actus poſitiui ſubuerti, vímque admittere valeant.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio generalis generaliter intelligenda etiam in eis, quæ tempore deciſionis potuerunt incognita eſſe*, num. 2. *Maximè vbi non eſt ex quo reſtringenda veniat ſalua ratione recti ſermonis*, num. 3. *etiamſi maior ſit ratio in vna ſpecie quàm in alia*, num. 4. *etiamſi materia ſit odioſa*, n. 5. *ex ratione reſtringitur*, num. 6. *Et ſecundùm ius interpretatur*, num. 7. *Et ex veriſimilitudine, & quod diſponens veriſimiliter comprehenderet*, num. 8. *Et excluduntur, quæ non admiſiſſet*, num. 9. *Et quod ex ſe captioſum eſt*, num. 10. *Nec quod prudens non admiſiſſet, ſed reprehenſione dignum iudicaret*, num. 11.
12 *Intellectus abſonus vitandus.*
Generalitas quomodo intelligenda. ibid.
13 *Actus poſitiuus obtentus propter dolum, & fraudem obtinentis prodeſſe non poteſt.*
14 *Ius abhorret ſententias latas ex dolo.*
Circũuentio iudicis, prodeſſe non debet, ibid.
15 *Dolum remiſſum per noſtram Pragmaticam non eſt credendum.*
16 *Remiſſio doli valida non eſt.*
17 *Leges abhorrent inuitare ad fraudes, & non valent ſi dolum futurum condonent*, num. 18.
Et cupiunt vitare fraudem & dolum, n. 19.
20 *Actus agentium operantur vltra eorum intentionem, vt fraus vitetur.*
21 *Opinio illa ſequenda ob quam fraudibus obuiatur.*
22 *Nemo ex ſuo dolo commodũ reportare debet.*
23 *Dolus in quolibet excipitur actu.*
Diſpoſitio generalis non comprehendit facta dolo, vel fraude; nec quæ iure ſunt ſpecialiter prohibita; nec quæ inducunt, ad peccatum, ibid.
Abolitio criminum generaliter facta à Principe crimen falſi non comprehendit, ibid.
24 *Nemo alieno dolo prægrauari debet; niſi ex eo ſe iuuari intendat.* num. 25.
25 *Dolus vnius ex genere commiſſus circa ius omnibus commune, omnibus nocet. Auctoris ſucceſſoribus nocet*, num. 26. in fin.
26 *Filij non debẽt reportare lucrũ ex dolo patris.*
Filius dolum patris, nec hæres dolum defuncti, nec ſucceſſor ſui auctoris, allegare non poteſt, ibid.
27 *Ius ſecundariũ regulatur ex iure principali.*
28 *Actus ſine bono initio non gignit productionem in alios.*
29 *Corruptum in radice corruptum eſt in conſequentia.*
30 *Principio ſublato corruunt omnia ab eo prouenientia.*
31 *Conſequentia ex prauo initio praua redditur.*
32 *Actus poſitiuus nullus prodeſſe non debet*, & num. 33.
Sententia ex quibus nulla dicatur, remiſſiuè. ibid.
34 *Nullitas notoria excluſa non cenſetur, etiam dum lex nullitatem expreſsè excluſerit, expreſſa in ſententia, ſeu in actu eam inefficacem reddit.* num. 35.
L. 4. tit. 17. lib. 4. recep. locum non habet in nullitate prouenienti ex defectu ſubſtantialium iudicij. ibid.
Subſtantialia iudicij qualia, ibid.
35 *Error expreſſus ſententiam vitiat.*
36 *Nihil & nullum æquiparantur.*
37 *Effectus non oritur ex actu nullo.*
38 *Ex nihilo nihil fit.*
39 *Non entis nulla ſunt qualitates.*
40 *Non entia nec formam nec materiam habent nec ſubiectum, nec ſubſtantiam in qua diſpoſitio iuris verificatur.*
41 *Actus nullus nomen non meretur.*
42 *Tabula, earum diſpoſitiones*, num. 43.
44 *Executor*,
45 *Permutatio, Obligatio*, ibid.
48 *Inſtrumentum*,
51 *Venio*,
52 *Citatio*,
53 *Proceſſus*,
54 *Collatio*,
55 *Renunciatio*,
56 *Tranſactio*,
57 *Contractus*,
58 *Conditio*,
59 *Optio*,
60 *Captura*,
66 *Sententia*,
} *Nulla nihil ſunt, nec effectum habent, nec ſunt in conſideratione iuris.*

43 *Diſpoſi*

43 *Diſpoſitiones factæ in teſtamento nullo non ſubſtinentur.*

44 *Executor nominatus in teſtamento nullo nihil facere poteſt.*

46 *Fideiuſſio non cadit ſub contractu nullo.*

47 *Pignus nec hypotheca itidem.*

49 *Inſtrumentum nullum tradi executioni non poteſt.*

Nec obſcurum, nec offuſcatum, num. 50.

52 *Iuriſdictio non dicitur præuenta per citationem nullam.*

53 *Præſcriptio non interrumpitur per citationem nulliter factam, nec per proceſſum nullum.*

57 *Crimen ſtellionatus non habet locum in contractu nullo.*

58 *Actus requiſitus non habetur pro completo ſi nulliter fiat.*

Conditio à teſtatore poſita non dicitur adimpleta, ſi nulliter adimpleatur, ibid.

60 *Eximens captum è manibus familiæ excuſatur ſi captura nulliter notoriè fuiſſet decreta à iudice, ſecus aliter*, num. 61.

Captus iniuſtè an licitè fugere poſſit. remiſſiuè, ſub d. num. 61.

62 *Paria ſunt, non eſſe, & nullum eſſe.*

63 *Paria ſunt, non fieri illegitimè.*

64 *Paria ſunt, non eſſe & inhabilem eſſe.*

65 *Mentio facienda non eſt de actu nullo.*

67 *Sententia nulla non tranſit in rem iudicatam, nec parit exceptionem*, & num. 68.

69 *Nullitas ſententiæ notoria attendenda, non verò quæ ex aliis extraneis infertur.*

70 *Sententia executioni tradita ſpreta appellatione nulla eſt, & non proderit ad actus poſitiuos*, num. 75.

71 *Appellatio executionem & iuriſdictionem ſuſpendit, & reddit cauſam ad ſtatum litis conteſtationis in prima inſtantia*, n. 72.

Et tollit præſumptionem, quæ pro ſententia eſt, num. 73.

Et reddit nulla acta poſtea facta, num. 74.

76 *Sententia notoriè iniuſta pro tali non habetur, nec proderit ad actum poſitiuum.*

1 QVAMVIS difficultate nõ careat propoſitũ
dubium propter generalitatem noſtri textus,
qui generaliter intelligendus videtur ex iuribus vulgatis *in l. §. generaliter, de leg. præſtand. & in l. de pretio. 8. de publiciana, & in l. in lege. 29. locati, & in l. non aliter 69. de leg. 3.* Alciat. *reſp.* 108. *num.* 1. *& reſp.* 171. *num.* 4. & alij apud Auguſt. Barboſ. *axioma.* 73. *num.*
2 6. *pag.* 46. *& axioma* 106. *nu.* 3. *pag.* 68. † etiam in eis
quæ tempore deciſionis potuerunt incognita eſſe, vt
eſt text. *in l. cohæredi, 41. §. qui patrem. 5. de vulg. & in
l. doli 119. de verb. & in l. ſanctio legum. 41. de pœnis,*
Alexand. *conſ.* 81. *incipit. viſo ac vt oportet, à num.* 10.
cum ſeqq. lib. 2. Hieron. Grat. *reſp.* 29. *num.* 9. *vol.* 2.
Zephalo *conſ.* 36. *num.* 14. *tom.* 1. licèt contrarium voluerint Roman. *conſ.* 294. *Hæc confeſſio circa fin.* Aug.
Barboſ. *d. axiom.* 73. *num.* 10. *per l. cum Aquiliana, 5.*
3 *de tranſact.* † maximè vbi non eſt quid expreſſum,
ad quod reſtringenda veniat ſalua ratione recti ſermonis, ex optima doctrina Bart. *in l. empt. §. Lucius, de
pactis, & in l. Aurelio. §. Gaius in q. 5. princ. de liber.
leg.* Alex. *conſ.* 117. incipit *viſis ſupra narratis lib.* 1.
Curt. Iun. *conſ.* 191. *num.* 16. *lib.* 3. Afflictis *dec.* 185.
num. 8. Zephal. citato loco *num.* 13. *&* 21. Marc.
Anton. Eugen. *conſ.* 13. *num.* 9. *lib.* 1. † etiamſi ſub 4
ſpeciebus comprehenſis ſub generalitate ſit maior
ratio in vna quàm in alia, *ex d. l.* 1. *§. generaliter, de
leg. præſtand. l.* 1. *§. vxori, de auro & argent. leg. l.* 1. *§. quod
autem, de aleator.* Andr. Tiraq. *de retractu lignag.* §. 2.
gloſſ. 14. *num.* 102. Petr. Surd. *in tract. de aliment. tit.* 1.
quæſt. 124. *num.* 10. Aym. Craueta *conſ.* 92. *num.* 4. *&*
conſ. 133. *num.* 5. Ioan. Gutier. *conſ.* 5. *num.* 5. † vbi 5
ſeq. num. 6. hoc extendit, etiamſi materia ſit odioſa,
& conuenit idem Craueta *conſil.* 118. *num.* 14. *&*
ſeqq. & And. Tiraq. *in l. ſi vnquam in præfat. num.* 119.
C. de reuocand. donat. relatus ab Auguſt. Barboſ. *d.*
axioma 73. *ſub num.* 6.

Sed quia generales diſpoſitiones, & deciſiones 6
per rationem reſtringuntur, ex Pelaez *de maioratibus
1. part. quæſt.* 1. *num.* 198. per Bald. *conſ.* 48. *Quia verba. lib.* 4. Ang. *conſ.* 281. *col.* 1. Aym. Craueta *deciſion.
Pedam.* 122. *num.* 8. Garcia Gironda *de priuileg. ſeu
exempt. ſign. num.* 277. *per l. cum pater.* 77. *§. dulciſſimis*
20. *de leg.* 2. *l. ſi de certa re,* 31. *C. de tranſact.* † & ſe- 7
cundùm ius interpretantur, per notata *in l. hæredes,
mei.* 57. *§. vimita,* vbi Bart. *num.* 4. *ad S.C. Trebellian.*
idem Bart. *in l. vt iuriſiurandi §. ſi liberti, num.* 5. *de
oper. libert.* Gregor. *in l.* 2. *verb. maioria, & in l.* 3. *gloſſ.* 7.
ad fin. tit. 13 *part.* 6. Molin. *lib.* 1. *de primogen. cap.* 13.
num. 2. Socin. Iun. *conſ.* 168. *num.* 63. *volum.* 2. &
faciunt text. *in l. ſi duo,* 38. *de adquirend. hæred. l.* 2. *in
fin. C. de condit. inſert.* † & tantùm includunt ea, quę 8
veriſimilia ſunt & quæ diſponẽs veriſimiliter comprehendiſſet, *argum. text. in l. in obligatione generali,
6. de pignor. l.* 3. *de euict. l. qui peculiũ,* 46. *de pecul. cap.
veniens,* 16. *cap. Quintauallis,* 23. *de iureiur. cap. fin. de
offic. vicary in* 6. Card. Tuſch. *lit. G. concl.* 31. *num.* 2.
tom. 6. Petr. Surd. *conſ.* 73. *num.* 17. Aym. Craueta,
conſ. 160. *num.* 5. † & excludit omnia, quæ non ad- 9
miſiſſet *text. in l. ſi debitor.* 39. *verſ. veriſimile, de contrah. empt. cap. quia veriſimile,* 10. *de præſumpt. cap. licet
cauſam* 9. *de probat.* Andr. Tiraq. *in l. ſi vnquam, in
præfat. num.* 44. *C. de reuocand. don.* Philip. Dec. *conſ.*
226. *verſ. Quarto, & vltimo, lib.* 2. † nec enim cre- 10
dibile eſt comprehendere voluiſſe legiſlatorem,
quod ex ſe captioſum eſt, *ex text. in l. cum Aquiliana.
5. de tranſact. l. tres fratres,* 35. *de pactis,* Alexand. *conſ.*
46. *col* 6. *lib.* 1. Aym. Craueta *conſ.* 70. *num.* 28. † nec 11
quod quilibet prudens non comprehendiſſet, ſed
potiùs reprehenſione dignum iudicaret, *ex l. ex facto.
43. in princ. de vulg. l. Iulianus,* 6. *alias. l. Saluius Aucto,
de leg. præſtand.* Alberic *in l. qui duos,* §. 1. *per illum textum de manum. teſtam.* cum adductis à Pelaez *de maiorat.* 1. *part. quæſt.* 1. *num.* 297. † & in omnibus ab- 12
ſonus intellectus, & comprehenſio vitari debet. *ex
text. in l. ſcire oportet,* 13. *§. aliud,* 2. *de excuſat. tut. &
in l. ſi patronus,* 12. *§. ex teſtamento.* 5. *de bonis libert. &
in l. non ambigua.* 19. *de leg.* 1. *nam abſurdum,* 7. *de oper.
libert.* Valençuela *conſ.* 4. *num.* 65. & ita quælibet
generalitas reſtringenda eſt ſecundùm habilitatem,
actuſque naturam, & ſecundùm ſubiectam materiam
l. vt gradatim. 11. *§. & ſi lege, de muner. & hon. l. quoties
67. de reg. iur.* cùm ſimilibus congeſtis per Caſtillo, 5.
controu. cap. 86. *à num.* 4. *& cap.* 87. *à num.* 7. maximè
12. D. Ioſeph. Vela *in d. cap.* 1. *p.* 1. *num.* 159. *de offic.
ordin.* quare diſpoſitio huius textus, quantumuis
generaliſſima ſit, duas patitur limitationes, quæ excuſari meo videri non poſſunt, de quibus ſigillatim
in ſequentibus agam.

Prima limitatio ſit, quòd diſpoſitio noſtri textus 13
procedat,

Google

procedat,dum de falſitate ita ſimpliciter poſtea ap-
paret, vt per nullam probationem conſtet de dolo,
& fraude prætenſoris,qui actum poſitiuum obtinuit
virtute falſorum teſtium, & inſtrumentorum, tunc
enim eo prætextu retractari non poterit res iudica-
ta ex tribus actibus poſitiuis; ſecus autem erit ſi de
dolo obtinentis ſimul cum falſitate conſtet.aut quia
ipſe per ſe, aut per alium inſtrumentum falſum fa-
bricauerit.quia nemo exinde commodum debet re-
portare, nec actus poſitiuus ita obtentus proficiet
14 ei,nec deſcendentibus eius, † tum quia ius ſenten-
tias ex dolo latas abhorret,text.in l.ſi Prætor.75.verſ.
Marcellus notat.de iudic.l. tranſactione.30.C. de tran-
ſact l.& ſi non cognitio.3.C.ſi contra ius vel vtil. public.
ne circumueniſſe iudicis religionem proſit, ſecun-
dùm,l 1. C.ſi tutor falſ.allegat.excuſ.fuer.l.Præfecti.17.
de minor. Paz de tenuta.1.p.cap.14.num.19.latè Surd.
15 conſ.268.num.15. lib.2. † tum etiam quia nec cre-
dendum eſt, quòd doli clauſula remiſſa maneat à
noſtra Pragmatica,ex textu in l.ſi vnus.27. §. illud.3,
de pactis,l.1.§.illud.7. depoſiti,l.contractus,23. verſ.ex-
cepto eo,de reg.iur.l.5.vbi gl.1.& 2.tit.10.p.5.l.29.vbi
gl.1.& 2.l.20.vbi gl.fi.tit.11.p.3. Hug.Donel.lib.16.
comm cap.6. Anton.Gom. lib.2. var.cap.14.num.24.
verſ.item infertur.Padilla in d.l.tranſactione.30.C.
16 tranſact. † Immò talis remiſſio valida, veluti con-
tra bonos mores,eſſe non poteſt, text.in l.1.§.planè,
de tutel.& ration. diſtrah. Iaſ. in pluribus locis quos
cumulat Pelaez de maiorat.1.part.quæſt.22.num.130.
cùm alias ad doloſas cauillationes & fraudes inui-
17 taret, † quod omnino leges abhorrent, ex d.l.ſi
vnus,§.pacta,de pactis, & in l.illud, 5. de pactis dotal.
cum ſimilibus,Delrio in d.l.contractus cap.20.pag.258.
de regul.iuris. Dueñas reg.94. Molıedano deciſ. 296.
num. 1. Valençuela, conſ.72. num. 20. Gracian. diſt.
18 cept.for.tom.3.c.402.n.21. † quare reſcriptum, & ex
pœnam futuro condonans delicto, ſeu dolum futu-
rum permittens non valet ex Beuſt.in l.3. à num.38.
cum ſeqq. de iureiur.docuit Oſuald.Illiger. ad Donel.
19 lib.16.comment.cap.6. lit.C.in fine, † & fraudes eui-
tare quantum fieri poteſt leges cupiunt, text. in l. in
fundo 38. de rei vendic.l.1.§. ille autem, C. de latina li-
bert.toll. Menoch lib.4. præſumpt.190. n.21. Hieron.
Gratus reſp.53. num. 69. vol.1. Valençuela conſ. 72.
num.21. nec quidem dolus alicui patrocinari debet,
l.1.de dolo.l.apud 4.de dol.except l.ſi ab hoſtibus,10.§.1.
ſolut.matrim. l.itaque.12.in princ.de furtis,l.ita demum
31.de recept.qui arbitr.l.remunerandi. 6. §. Mauricius,
7.Mandati,l.fin.de reb.cred l.ſi creditoribus.5.C.de ſeruo
pign. dato manum. cum adductis à gloſſ. in d. l.tranſ-
20 actione, & in d.l.1. C ſi tut. falſ. alleg. † & ita actus
agentium vltra eorum operantur intentionem ad
excludendum dolum,Alexand. conſ.37. Viſo in princ.
lib.3. relatus à Cardin.Tuſc. lit. A.concl.115.num.12.
& vterque ab Auguſt.Barboſa axioma 32.n.8 pag 13.
21 † & illa opinio ſequenda eſt, per quam fraudibus
obuiatur. Feder. de Senis conſ.7.num.5. verſ.iſta pars
videtur,& conſ.93.num.6.Tib.Decian.conſ.4.num.33.
lib.1. Marian.Antonin. variar. reſol. 50. num. 31. &
reſol.62. num 5. lib.1. Card.Tuſch.lit.F. concluſ.475.
22 per totam tom.4. † nec ex falſitate vllum quis, nec
ſui capere lucrum debent,in l ne ex dolo, 13. de dolo,
Pelaez de maiorat.2.part.quæſt.4.illat.1.num.26.Rom.
conſ.146. num.4. Craueta conſ.100. num.11. Zephal.
conſ.65. num. 5. lib.1. plures apud Auguſtin. Barboſ.
23 axiom.102.num.1.& 2.pag.65. † quare in omni diſ-
poſitione, & actu dolus exceptus eſſe videtur, l.cre-
ditor.60. §.Lucius.4. mandati,cum ſimilibus. Alphonſ.
Narbona. in l.13.gloſſ.4. num. 19. tit.18. lib.5. recop.
Mantic.de tac. & amb. lib. 26. tit.11. num. 37. & in
ſpecie quòd diſpoſitio generalis, comprehendat ea,
quæ dolo, vel fraude fuerint facta, docent Federic.
de Senis conſ.125. num.2. Roman. conſ. 108. in fin.
Philipp.Corn. conſ.269. In hac conſultatione,num.27.
lib.1. Craueta conſ.70. num. 28. nec ſpecialiter pro-
hibita, nec quæ ad peccatum inducunt, Ioann. de
Immola conſ. 82. in princip. Fulgoſ. conſ.146. num.1.
Craueta conſ.158.num.9.& conſ.160. num.5. de qui-
bus videndi Cardin.Tuſch. lit.G. conſ. 32. per totam
tom.4. Auguſtin.Barboſ. axioma 106. ex num.4. cum
ſeqq. pag.68. Sicut nec remiſſio criminum per Prin-
cipem facta falſi crimen remittit ex Bart. in l. Lu-
cius in fin. ad S.C. Turp. Cenedo ad Decretal. collect.
26. num. 2. pag. 143. Farin. de falſitate, quæſt. 160.
num. 10. Menoch. conſil. 302. num. 16. & conſ.306.
num. 11.

Nec tunc oberit, quòd in propoſita ſpecie non 24
tantùm agitur de dolo eius, qui actum poſitiuum
fuit adeptus, ſed etiam de coërcendis ex eo cæteris
ſuis deſcendentibus,& conſanguineis, qui prægra-
uari alieno odio,nec delicto non debent, ſicut nec
poteſt dolus egredi perſonam committentis, text.in
l.Fulcinus. 7. §. quid ſi aduerſus, 7. Quibus ex cauſ.in
poſſ.eatur,gl.1. in l.42. tit.13.part.5.

Quia dupliciter reſpondeo. Primò,quòd deſcen- 25
dentes, & conſanguinei adducunt fraudem ſuorum
maiorum, & ex ea iuuare ſe intendunt,& proprium
dolum allegare intelligitur ex text. in l.ſi creditorib.
5.in fin C.de ſeruo pignori dato manumiſſ.l.filios.4. C.de
reuocand. his,quæ in fraud. cred. Auth. de iureiurand.
à moriente præſtito, in princ.colum.5. animaduertit Pa-
dilla in d.l tranſactione. num. 2. præterea quia cùm in
cuiuſque cauſa & prætenſione circa qualitates ſan-
guinis,quæ à genere proueniunt, non tantùm agatur
de iure illius, ſed etiam totius generis, cuius nomi-
ne recipiuntur informationes, & producuntur in-
ſtrumenta,dolus commiſſus generi & ſingulis ex eo
nocere debet, ex traditis ſuprà 1. part. quæſt. 13.§.
2. num. 18.& 19. & 26.cum aliis ibi, † & quia 26
ex fraude ſeu dolo parentum filios reportare lucrum
non debere, conſtitutum habemus, in l.in hæredem.
26.de dolo.l.quod diximus.16. l. quod autem 19. Quod
metus cauſa.l.in hæredem,5. de calumniat. l.ſicuti,18. de
regul.iur. Pelaez de maiorat.2.part.quæſt.4.illat.1.n.41.
atque ideò ſicut nemo proprium dolum allegare po-
teſt,l.mercalem 5.C.de condict ob turp.cauſ.l. cum pro-
ſitearis 4. C. de reuocand. don. cap. inter dilectos. 8. de
donat. ita nec filius dolum parentis, Paul.Caſtrenſ.
conſ.48. in fin lib.2. Craueta conſ.125. num.6.nec hæ-
res dolum defuncti,nec ſucceſſor ſui auctoris, Cra-
ueta ibidem,& conſ.507. num.9. Bald. conſ.135. Pater
Caſanas circa medium, verſ.quia hæres.lib.1. Signorol.
de Homod. conſ.110. num. 4. & conſ. 122. in fin. &
conſ.257. in fin. & conſ.120. Quidam Placentinus in
fine, referunt Card.Tuſch. lit.T. concl. 404. num.13.
tom.8. & Auguſtin.Barboſ. Axioma. 222.num.2.& 3.
pag.131. & hoc eſt, quia exinde commodum repor-
tare non poſſunt, & quando dolus auctoris noceat
ſucceſſori & quando non videatur tex.expreſſus in l.
apud caſum.4.§.de auctoris.27.& §.auctoris.31.& vtro-
bique gl.de doli except.

Secundò reſpondeo,quòd omnes tam deſcenden- 27
tes illius, qui ex dolo actum poſitiuum obtinuit,
quàm tranſuerſales intendunt ſe iuuare ex facto, &
honore eiuſdem, & omnes regulari debent per ius
illi quæſitum, nec plus iuris aſſequi poſſunt, quàm
eorum auctor habuit, text.eſt, in l.in ratione, 11.§.ſi
filio.6.ad l.falcid.l. tutor.69. de fideiuſſor & in l. qui id
quod 33. in princ. de donat. qui cùm ſe eo actu iuuari
non poſſit propter dolum ſuum,ex redditis rationi-
bus,ita ſimiliter nec cæteri, † & cùm actus à prin- 28
cipio non ſumit bonum initium,gignere non poteſt
productionem

Digitized by Google

productionem in alios, ex textu in l. quæcumque gerimus, 11. de act. & oblig. Pelaez de maiorat. 3. part.
29 quæſt. 1. num. 91. † Et quod corruptum eſt in radice, corruptum eſt in conſequentia, l. qui rem 20.
vbi Bal. Cod. de locato, cum adductis per Zaſium
conſil. 5. numero 95. lib. 1. & conſil. 18. num. 30. eodem
lib. & omnia corrupta, quæ ab ea proueniunt, l. liberorum. 200. de verbor. ſignific. Alexand. conſil. 188.
num. 3. lib. 6. Socino 241. num. 7. lib. 2. & faciunt
text. in l. ſequitur. 4. §. de illo. l. iuſto. 44. & ſi poſſeſſor. de
30 vſucap. l. ancilla 1x. C. de furtis. † quia principio
ſublato corruunt omnia ab eo prouenientia, l. egi, 26.
de except. rei iudic. cum ſimilibus, Zephal. conſil. 17.
num. 12. & conſil. 228. num. 34. Valençuela conſil. 29.
31 numero 28. † Et ex illicito & prauo principio omnis conſequentia ex eo deducta illicita, & praua
redditur, l. 1. §. huius rei. de offic. eius, l. 2. §. mutui datio, vbi gloſſ. & Doctores ſi certum petatur, l. veteres,
4. de itinere actúque priuato, auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. poſt princ. §. cogitatio. 1. verſic. & ſic vno
principio illicito dato, vbi gloſſ. coll. 2. nouell. 8. cap.
principatus. 25. vbi gloſſ. verbo principio. 1. quæſtion. 1.
Euripides in Æolo, de malo principio malus finis
exiit, Stob. ſerm. 4. Ioan. Andr. in reg. mora. num. 22.
de regulis iuris, Bal. in l. 3. numero 1. Codic. comm.
de vſucapion. Paul. Caſtrenſ. conſilio 5. numero 22.
volumin. 3. Aym Craneta conſilio ſiue reſponſo pro
genero, numero 37. plura apud Auguſtin. Barboſa
axioma. 30. numero 2. pag. 21. & axioma. 54. num. 3.
pag. 34. quare nullo ex capite, nulláque ratione
prædictus actus poſitiuus dolo obtentus nec obtinenti, nec aliis prodeſſe poterit.

32 Secunda autem limitatio eſt, dum nullitas notoria in ſententia, ſeu in proceſſu informatoria
inuenitur, veluti ſi nondum completum fuerit, &
deficiat inquiſitio alicuius originis, aut ſi appareat
falſitas notoria, vt etiam dixi in præced. art. 2. ex n.
29. cum ſequentibus ſeu aliæ nullitatis cauſæ, præcipuè prouenientes ex omiſſa forma ſubſtantiali
quas recenſere non curo, quia videri poterunt penes Vancium de nullitate proceſſus & ſententiæ. Lancel. Corrad. de officio Prætor. in cauſis ciuilibus, verb.
ſententia, vbi caſus 163. coniungit, quibus dici ſententia nulla poteſt, Ioan. Gutierrez lib. 1. practic.
quæſt. 76. Menoch. de adipiſcend. remed. 4. à num. 379.
cum ſeqq. Ioachin Minſing. lib. 1. obſeruat. 20. & 27.
& 62. cum duabus ſequentib. & lib. 5. obſeruat. 91. &
ſequentib. & lib. 6. obſeruat. 4. Andr. Gayl. lib. 1. obſeruat. 117. & 135. Anton. Gama decision. 217.
vbi Flores de Mena eius additionator, Curc. Iun.
33 conſ. 65. num. 19. † quia ſi ſententia, ex qua ortus fuit actus poſitiuus, nulla notorie ſit, vt ex
ea, aut ex actis nullitas appareat, prodeſſe non poterit ad efficiendum cum aliis rem iudicatam, nec
ad ius reale generi adquirendum, quod & ſi difficile
videatur reſpectu generalitatis noſtri textus, nihilominus tamen mihi indubie, ita ſequendum ſuadetur,
34 † tum quia & ſi expreſsè nullitas reiiceretur, excluſa non eſſet notoria, de qua loquimur vt probaui in ſuprà citato loco, & præter ibi adducta probant, Socin. Iun. conſil. 37. numero 38. lib. 2. Cardinal. Ruyn. conſil. 114. num. 16. lib. 5. Barbacia
conſilio 1. colum. 2. lib. 2. Menoch. conſil. 110. num. 68.
35 † tum etiam quia conſpicua nullitatis cauſa ſeu
error expreſſus in ſententia, ſeu apparens ex actis
eam inefficacem omnino reddit, & non comprehenditur in generali diſpoſitione ex textu in l. 1. C.
de error. calculi, l. 1. §. 1. C. de ſentent. ſine appellat.
& vtrobique Doctores l. 13. tit. 22. part. 3. vbi gloſſ. 2.
& 3. & in aliis iuribus adductis a Vancio de nullitat.
ex defectu proceſſus num. 129. & 130. Ripa in l. qui

Romæ §. duo fratres, num. 30. in fin. de verbor. Medicis
de caſibus fortuitis 1. part. quæſt. 2. num. 24. Menoch. &
ab eo adducti in d. conſ. 110. num. 66. cum aliis ſequentib. & ita colligi videtur ex 1. part. noſtri textus, de qua ſuprà art. 1. in illis verbis, y que tras
de muchos actos poſitiuos de nobleça y limpieça obtenidos caual, y iuſtamente por los medios ordinarios, y
iuridicos, no ſe executorien, &c. ſententia quidem &, actus poſitiuus in quo conſpicuus
adeſt error, & nullitas, iuſtus nec iuridicus
appellari non poteſt, vt conſtat ex dictis, & conſtabit ex dicendis. Nec huc adduci poteſt text. in l.
4. tit. 17. lib. 4. recopil. cum adductis ad eius explicationem per Aceb. & Gutierrez ibidem. Mexia in l.
Toleti. 1. part. fund. 1. Paz de tenuta 1. part. cap. 14.
ex numero 5. Torreblanca de magia. lib. 3. cap. 30.
ex num. 40. quia continet diuerſam ſpeciem & rationem cum maximè loquamur in nullitate prouenienti ex defectu ſubſtantialium, quæ etiam per d.
l. 4. reiecta non cenſetur, vt bene Gutierrez lib. 3.
pract. quæſt. 17. num. 136. Torreblanc. d. cap. 30. ex
num. 8. ſubſtantialia autem dicuntur iudicij quæ lege, ſtaturóve ſeruari iubentur, cap. cum dilecta, 22.
de reſcript. cap. venerabili. 37. de offic. deleg. Bal. in l. prolatam. C. de iudic. & in l. 1. de lib. & poſth.

Facit etiam, quòd diſpoſitio huius Pragmaticæ 36
locum habere non poteſt in ſententia & actu poſitiuo, velut in nihilo, quia nihil & nullum æquiparantur ex Vldat. Zaſio in l. cum quærebatur num. 3.
de re iudic. & ex eo Valençuela conſ. 32. num. 39 qui
in numeris ſeqq. pluribus hoc probat exemplis,
† & ſicut ex nihilo effectus non oritur, ita ex actu 37
nullo. l. ſicut Patronus, 48. §. ſi autem nuptiæ, de oper.
libert. l. nuda 55. de contrah. empt. cap. non præſtat. 52.
de reg. iuris in 6. gloſſ. & DD. in cap. ex tenore de reſcr.
Nauarr. in cap. cum contingat, rem. 3. num. 2. de reſcript.
Franc. Marc. deciſ. Delphin. 155. n. 1. tom. 2. Chaſſan.
in conſuetud. Burgund. rubr. 3. §. 8. num. 5. Aceb. in
l. 1. numero 48. tit. 1. lib. 5. recop. Andr. Fachin. lib. 8.
controuerſ. cap. 44. in fin. Zephal. conſ. 64. num. 17.
& conſil. 98. numero 47. & conſil. 164. num. 17. Tiber.
Decian. conſ. 8. num. 108. lib. 1. Marc. Anton. de
Amatis. deciſion. Marchia 48. numero 21. Roland.
à Valle conſil. 63. num. 23. & conſ. 76. num. 21. lib. 1.
plures apud Auguſtin. Barboſa axioma 164. num. 1.
pag. 10. † quia ex nihilo nihil fit, l. fin. de conſtitut. 38
pecun. l. Seia. 26. de tut. & curat. datis. l. eius de reb. dub.
Ariſtot. lib. 1. de gener. & corrupt. Cald. Pereira de
empt. & vend. cap. 2. numero 15. Farinac. in praxi
crimin. part. 4. conſ. 60. n. 90. vbi additio, provt eos
refert Auguſtin. Barboſ. axioma 161. pag. 10x. Aceb.
in l. 1. num. 91. tit. 2. lib. 4. recop. Mexia in l. Toleti. 2.
parte fundam. 7. † & non entis nullæ ſunt qualitates, l. 1. comm. præd. l. eius qui in prouincia. 41. ſi certum petatur. l. item eorum. 6. §. ſed ſi ita. Quod cuiuſque 39
vniuerſit. nom. l. quidam referunt. 14. de iure codicil.
l. in actionib. 5. de in litem iur. cap. ad audientiam 3.
de eccleſiaſt. ædific. Ant. Gom. lib. 1. var. cap. 1. num. 9.
Valençuela conſ. 32. num. 38. Auguſtin Barboſa Axioma 162. n. 1. pag. 102. † & non entia, nec materiam, nec 40
formam habent, l. actor. 23. C. de prob. Bal. in l. de quibus
n. 21. de legib. nec ſubiectum, nec ſubſtantiam, in qua
iuris diſpoſitiones verificari, & conſiſtere valeant,
l. non putauit. 8. §. non quæuis. x. de bonor. poſſ. contra tab.
Tiraq. de retract. lign. §. 2. n. 3. Acebedo in l. 10. n. 13.
tit. 11. lib. 5. recop. Laſſarte de gabellis c. 14. n. 2. † quia 41
nullum quod eſt nec actus nomen meretur l. ſicut patronus. 48. §. ſi autē nuptiæ, de oper. libert. l. ſtatutis. 3. C. de
ſent. ex periculo recit. Nauar. ad c. cum contig. rem. 3. n. 2.
de reſcript. Cotta in memorabilibus iuris, verb. actus
nullus, Zephal. conſ. 109. num. 2. † Et ideò tabulæ 42

nullæ dici tabulæ poſſunt, l. 2. §. 1. Quemadmodum
teſtament aper. Riminald. in l. poſthumo, num. 595. C.
43 de bonor. poſſeſſ. contra tab † nec ſubſtinentur diſpo-
ſitiones in eis factæ, l. filio, 17. de iniuſto rupto, princip.
inſt. de hæred. quæ ab inteſt, cum ſimilibus DD. in di-
ctis iuribus, & in rub. de iniuſto rupto, Cald. Pereira
in tract. nominat. emphith. quæſt. 10. num. 29. Flores
de Mena in addit. ad Gamm. deciſ. 126. Aluar. Valaſq.
44 conſultat. 6. † Nec executor in eis nominatus offi-
cium exercere poteſt, ex Rebuffo tom. 1. ad ll. Gallias
45 tit. de ſiutent. prouiſ in præfat. num. 74. † & ſimili-
ter permutatio nulla talis dici non poteſt. Hier. Grat.
reſponſ. 123. num. 16. lib. 2. ſicut & obligatio. l. quo-
tiens. 6. Qui ſatiſdare cogunt. Zephal. conſ. 109. num. 1.
46 & 3. † & ideò fideiuſſio ſub ea non cadit. l. qui
contra, 12. l. cum lex. 47. de fideiuſſor. l. 1. §. debitum,
47 cum qui Epheſi. 5. de conſtitut. pecun. † nec in ea pi-
gnus nec hypotheca conſtitui poteſt. gloſſ. & Bart.
in l. 2. in fin. de condict. indebit. notat Iaſ. in l. ex his,
de condict. indeb. Ant. Fano de pignor. 3. part. memb. 1.
48 num. 8. † Et inſtrumentum nullum dici inſtru-
mentum non valet, Thom. Grammat. voto. 25. n. 12.
& deciſ 27 num. 4. Roman. conſ. 294. num. 3. verſic.
ſtatutum enim. vbi apoſtilla in verbo validi, referunt
Card. Tuſch. lit. V. concluſ. 100. numero 7. tom. 8.
Auguſtin. Barboſ. appellat. 119. num. 7. pag. 235.
49 † Nec executionem meretur etiam ſtante ſtatuto
iubente quod executioni mandetur quodlibet in-
ſtrumentum. Hipol de Marſilis in tract. de fideiuſſorib.
relatus a Valençuela d. conſ 31. num. 80. præter pro-
50 ximè citatos, † nec quidem obſcurum, & offuſca-
tum, Menoch. de recuper rem. 1. num. 215. pag. 238.
Lancelot. de attentat appellat. pendente. limit. 9. n. 7.
Pelaez de maiorat 1. part. quæſt 51. num. 68. & 81. nec
ſimulatum, Rebuff ad l. 99. verſ. ſexto. pag. 420. de
51 verbor. ſign. † Vnio etiam nulla non dicitur vnio,
ex Calderino conſ. 26. tit. de præbend. Decio num. 10.
Felin. 2. in princip. ex tenore de reſcript. idem Dec.
52 conſ. 116. num 4. tom 1 † Et citatio nulla eſt tan-
quam ſi facta non fuiſſet, nec per eam dicitur præ-
uenta iuriſdictio, per text. in cap. propoſuiſti, 19. vbi
Doctores de foro competenti, cum adductis à Tiber.
Decian. in tractat. crimin. tom. 1. cap. 21. num. 4. lib 4.
53 Seraphin. de priuileg. iurament. 73. num. 38. † nec
interrupta præſcriptio, vt in l ſi pater. vbi gloſſ. &
Bal. C. ne de ſtatu defunct. Balb. in tractat. præſcript.
part. 6. quæſt. 4. num. 27. cum aliis relatis a Pelaez
d. 1. part. quæſt. 48. num. 164. Gracian. diſceptation.
forenſ. cap. 2. num. 36. Emman. Barboſa remiſſ. ad
ordin. Luſitan. lib. 1. titul 62. §. 4. lib. 4. titul. 79. §. 1.
numero 2. ſicut nec interrumpitur per proceſſum
nullum, Flamin. Pariſ. de reſignat. lib. 2. quæſtion. 2.
numero 48. Emman. Barboſa num. 3. citato loco.
54 † Collatio etiam beneficij nulliter facta neceſſe
habet, vt iterum confirmetur, alias nihil opera-
bitur Ioan. Lop. in cap. per veſtras, notabil. 4. num.
28. cum ſequentib. Quintil. Mandoſ. regul. 29. Can-
cell. quæſtion. 9. Ioan. Gutierrez lib. 1. practic. cap. 31.
55 num 41. † ſicut & beneficij renunciatio nulliter
facta idem operatur, ac ſi facta non fuiſſet, vt
cenſuit Rota deciſion. 67. titul. de rerum permutat.
& deciſion. 295. incipit. Nota, quod vbi beneficia, eod.
56 tit. in antiquis, † & tranſactio nulla nihil operatur.
l. interpoſitas 12. Cod de tranſaction. vbi Purputat.
num. 48. & 102. & 121. Meſſia in l. Toleti vltim.
57 part. concluſion. à num. 5. † Atque ideò ſtellionatus
crimen locum non habet, vbi contractus extitit
nullus, ex Crauetta conſil. 6. num. 105. plures quos
58 adducit Menoch. conſil. 381. num. 6. 4. part. † nec
conditio impoſita à teſtatore, nec actus requiſitus
pro facto, nec pro adimpleto habetur, ſi nulliter

fiat, l. hæc conditio. 10. de condit & dem. cap. ſi electo.
26. de elect. 6. adducti a Rebuffo in praxi beneſic. tit.
de diſpenſat. ratione ætatis verſ. vel diſſimili. Andreas
Titaquel. in l. boues, §. hoc ſermon. limitat. 1. num. 1.
cum ſequentib. † ſicut & optio nulliter facta ni- 59
hil operatur, nec ius iterum optandi tollit, ſin-
gularis text in l. cùm ita legatur. 9. §. 1. de optione leg.
† Et ideò ſi captura nulliter à iudice decreta fue- 60
rit, excuſatur eximens captum de manibus fami-
liæ, ex text. in l. 1. & 2. cum ſequentib. Ne quis eum,
qui in ius vocatur. Socin. in tractat. de citatione, art.
34. numero 21. limitat. 11. Pelaez de maioratibus 1.
part. quæſt. 48. num. 166. verſic. & eximens, † quos 61
ego intelligo, dum perſona capta exemptionem
notoriam, vt non capiatur habet, ſecus ſi non ita
notoriè captura iniuſta ſit, veluti cùm non exem-
ptus calumnioſè capitur, tunc enim eximens eum
a manibus familiæ perinde tenebitur, ac ſi iuſtè
fuiſſet captus, vt probatur in text. in l. ſed eximendi. §.
item ſi quis eum, Ne quis eum, qui in ius voc. & eſt ita
intelligendus dictus titulus, & dubium celebre an
iniuſtè captus licitè fugere poſſit? de quo Titaquel.
in præfation. retract. lign. num. 69. Nauarr. de regular.
commentar. 4. num. 63. Menchac. illuſtr. cap 10. n. 53.
Couarr. 1 variar. cap. 20. verſic. in ſecundo, & num. 11.
Lara in l ſi quis à liberis. §. ſed vtrum. ex num. 24. de
lib. agnat. Cardoſ. praxi. verbor. carcer. à num. 16.
Perez in l. 1. titul. 4 lib. 3. ordin. pag. 545. Cened.
ad Decretal. Collectan. 43. num 2. Aceh in l. 8. num. 7.
titul. 9. lib. 3. recopil. Maſchard. de probation. concluſ.
820. num. 17. Ioan. Gutierrez de iurament. 1. part.
cap. 57. ex numero 25. Seraphin. de priuileg. iurament.
132. num. 1. cum aliis penes Emman. Barboſ. ad
remiſſ. ordin. Luſitan. lib. 5. tit 48 §. 3. num. 3. pag. 313.
quæ omnia hanc habent rationem, † quia paria 62
ſunt non eſſe, & nullum eſſe, l. 1. §. 1. Quod cu-
iuſque vniuerſ. nomin. l. non putauit 8. §. non quauis. 2.
de contra tab. Afflictis Neapolit. deciſ. 166. num. 10.
Flamin Pariſio de reſignat. lib. 8. quæſtion. 8. num. 34.
cum ſequentib. Cald. Pereira de poteſtat eligendi cap. 5.
numero 8. Farinac. in praxi. 1. part. quæſtion. 15.
numero 45. cum ſequentib. & part. 5. quæſt. 114. n. 128.
Auguſtin. Pal boſ. axiom. 162. numero 5. pagin. 103.
† Et non fieri, & fieri illegitimè idem eſt, d. l. 63
quotiens. Qui ſatyd. cog. l. 2. Cod. de ſucceſſ. edicto.
Iaſon. in authentic. ex cauſa num. 18. Cod. de liber.
præter. plures cumulat Auguſtin. Barboſa axioma
92. num. 9. & ſequentibus. pagin. 17. And. de Iſer. &
Afflict. in cap. 1. §. præterea. Quæ ſit prima cauſa
beneſic. amit. in vſibus feud. † Et eſt idem non 64
eſſe, aut inhabilem eſſe, Andreas Tiraquel. in l. 16.
commb gloſſ. 3. num. 43. fol. 304. Pelaez de maiorat.
3. part. quæſt. 15. numero 158. plura apud Cardin.
Tuſch. lit. P. concluſ. 87. ex num. 1. cum ſequentibus.
& ab Auguſtin. Barboſa axioma 174. ex num. 8.
cum pluribus ſeqq. & eadem ratione receptum eſt, 65
quod de actu nullo, non ſit opus mentionem face-
re, gloſſ. in verb. de facto, in cap. cum noſtris, de conceſſ.
præbenda, & in c. ſi ſubiectum, verbo poſterius, de iure pa-
tron. Felin. in d. c. ex tenore, de reſcriptis.

Similiter ſententia nulla, nec ſententiæ nomen 66
meretur, nec vllum poteſt effectum operari, l. ſi ſe
4. §. condemnatum, vbi Ripa numero 24. de re iudic. l.
prolatam 4. C. de ſentent. & interloq. omn. iud. clem.
paſtoralis, §. vt igitur, de re iudic. Tiraquel. in l. bo-
ues, §. hoc ſermone, lim. 1. n. 9. de verb ſign. Matth. Ma-
theſil. in l. 2. C. de ſent. ex peric. recit. Menoch. lib. 2. de
arb. centurion. 6. caſu. 542. num. 16. Th. Grammat.
Voto 25. n. 12. & deciſ. 17. num. 6. Nauar. citato loco
Afflictis deciſion. 182. num. 4. Franc. Aret. conſ. 56. n. 1.
Roland. à Valle. conſ. 56. num. 13. lib. 1. Marc. Anton.
Eugen.

Eugen. *conſil.*89.*lib.* 1. Decius *conſil.* 475. *num.* 35.
67 *tom.* 2. † & ideò non tranſit in rem iudicatam ex
traditis per Vancium *de nullitat. tit. quoties, & intra
quat tempus, num* 8. Cald. Pereira *quæſt. forenſ.* 37. *à
princip. lib.* 2. Acebed. *in l.* 2. *num.* 23. *tit.*17. *lib.* 4.
recop. Marian. Antonin. *var. reſolut.* 77. *num.* 14. *&
reſolut.* 109. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 1. Amator Rodriguez
in modo videndi proceſſum, cap. vlt. 2. *part. num.* 10.
& 11. Surdus *conſil.* 61. *num.* 3. Magon. Lucenſi
68 *deciſ.* 62. *num.* 15. *& deciſ.* 98. *num.* 5. † nec parit
exceptionem rei iudicatæ, *d. leg.* 4. §. *condemnatum
de re indic.* Rebuff. *ad ll. Gallias, tom.* 1. *tit. de ſentent.
execut. art. vlt. num* 4. *pag. mihi* 256. Andr. Tiraq.
de retract. lignager. §. 1. *gloſſ.* 2. *à num.* 5. Ioann.
Baptiſt. Coccin. *deciſ.* 234. *num.* 7. *& deciſ.* 491.
num. 2. Cardin. Tuſch. *lit. S. concluſio.* 154. *tom.* 7.
quod in tantum eſt, vt ſententia nulla non conſti-
tuat litis pendentiam, ſecundùm Lancellot. *de at-
tentat. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 475. Gracian. *diſcept. fo-
renſ. tom.* 3. *cap.* 581. *num.* 65. Gabr. *conſil.* 52. *num.* 6.
& 7. *lib.* 1. *& conſil.* 31. *num.* 14. *&* 15. *lib.* 2. Oſaſc.
deciſ. 144. *num.* 8. ex quibus conſtat, quòd ſententia
notoriè nulla velut nullius effectus talis nominari
non valet, nec aliquid prodeſt, nec per ſe, nec cum
aliis efficit rem iudicatam, ſecus cùm nullitas non
ita notoria eſt, quia tunc prodeſſe poterit ex diſpoſi-
tione noſtri textus.

69 Vnde ſi ſententia expreſſum habeat, quòd præ-
tenſor puritate, aut nobilitate fruitur, quia à
certa origine, & radice deſcendere conſtat,
quod erroneum ex actis appareat, nec diſſimilis
deſcendentia probata maneat, nulla erit, nec pro-
deſſe poterit; ſi verò ex actis non conſtat contra-
rium, ſed quid exiſtat, cuius ratione verum ſit,
quod ſententia narrat, & ſi poſtea ex aliis probatio-
nibus error, ſiue falſitas detegatur, non erit curan-
dum de ſimili nullitate, cùm notoria non ſit, &
præſumitur, quòd ſententia lata fuit ex cauſa vera
quæ ex actis apparet, ex notatis *in l. ſi quis ad exhi-
bendum* 28. *de except. rei iudic.* Aym. Crauetta *conſ.* 23.
num. 2. *& conſ.* 74. *n.* 9. nec ſubuerti poterit ex poſtha-
bitis probationibus ex dictis in §. præcedenti.

70 Similiter cùm in ſacroſancto Inquiſitionis offi-
cio poteſtas ſit promotori fiſcali appellandi à ſen-
tentia approbatoria tribunalis ad ſupremum In-
quiſitionis Senatum, ſi ſententia ſpreta appella-
tione executioni mandetur, & ei titulus officij tra-
datur, ſimilis actus poſitiuus, quia nullus, non
71 proderit deſcendentibus, nec conſanguineis, † quia
cùm appellatio executionem & iuriſdictionem
ſuſpendat, *l.* 1 *in fin. ad Senatnſc. Conſult. Turp. l. furti.*
6. §. 1. *de his qui not. infam.* Bald. *in l. ita demum, n.* 6.
C. de procurat. Gregor. Lopez *in l.* 5. *gloſſ.* 5. *titul.* 32
Menoch. *de retin. rem. vltim. num.* 60. *& lib.* 1. *de arb.
indic. quæſt.* 90. *num* 59. Couarr. *in practic. cap.* 23.
num. 1. Ioan. Garcia *de nobilit. gloſſ.* 47. *numero* 30.
Hieronym. Gratian. *reſp.* 119. *n.* 9. *lib.* 1. Guido Papa
72 *ſing.* 771. *&* 846. † & reddat cauſam ad ſtatum litis
conteſtationis in prima inſtantia, *d. l. ita demum,*
13. *C. de procurat. l. fin.* §. *illud, C. de tempor. appellat.*
Couarr. *in d. cap.* 23. *num.* 1. *cum duobus ſeqq.* Maranta
de ordine indic. 4. *part. diſt.* 6. *num.* 14. Franchis *deciſ.*
370. *num.* 17. Crauetta *conſ.* 220. *num.* 6. & alij ex
73 ſuprà allegatis, † & tollat præſumptionem, quam
pro ſententia eſſe diximus ſupra *art.* 1. *d. l. furti, circa
princip. de his qui not. infam.* & per *text. in cap. cum ad
ſedem, de reſtitut. ſpoliat.* tenet Innocent. *in cap. bona,
de elect.* Alexand. *conſ.* 17. *num.* 4, *libr.* 7. Villalobos
74 *in ærario commun. opin. lit. A. num.* 189. † reddatque
omnia acta poſt appellationem ex *traditis per* Ma-
rant. vbi ſuprà *diſtinct.* 16. *num.* 4. Rebuff. *ad regias
conſtitut. tractat. de ſentent. & exequut. artic.* 5. *gloſſ.* 3.
tom. 1. Paulo Æmilio *deciſion.* 60. *num.* 4. *part.* 1.
Oſaſc. *deciſion. pedam.* 84. Iacob. Puteum *deciſ.* 370.
lib. 1. † atque ita velut actus, nullus prodeſſe non 75
poterit ad vllum effectum, nec ſimilis caſus dici
poterit excluſus per noſtram Pragmaticam, &
iam non ſemel vidi in Inquiſitione Grana-
tenſi, quòd ſupremus Senatus iuſſit omnia
reponi in priſtinum ſtatum, & auferri titulum fa-
miliaturæ, qui traditus fuit ſpreta appellatione
promotoris Fiſcalis, donec prouocationis virtute
omnia finis terminaret, & idem Senatus omnibus
viſis ſententiam proferret.

Et cùm ſententia notoriè iniuſta pro tali non 76
habeatur ex Mariano Antonin. *variar. reſolut.* 77.
num. 4. *lib.* 2. Petr. Surd. *deciſion.* 260. *num.* 30. *& conſ.*
61. *num.* 24. & æquiparetur ſententiæ nullæ ex
eodem Mariano Antonino *num.* 13. citatò loco,
Cardinal. Tuſch. *in practic. concl.* 267. *num.* 109. *&
ſeq. lit. R. tom.* 6. Auguſtin. Barboſ. *axioma,* 200. *num.*
7. *pag.* 124. erit in noſtro caſu idem dicendum de
ſententia notoriè iniuſta, ac diximus de nulla, quod
dubitatione caret.

Ex quibus omnibus ſatis conſtat, & probatum manet, quòd attentis verbis huius textus tantùm excluditur reuocatio actuum poſitiuorum per inſtrumenta; & per alias probationes de nouo repertas, & per nullitatem, & falſitatem intrinſecam actorum, quæ vim amittunt ex noſtra Pragmatica; niſi dolus prætenſoris interfuerit, ſeu nullitas, aut falſitas ſit notoria, in quibus non habebit locum deciſio huius textus ex rationibus ſuprà redditis, & manet textus hic, & vniuerſa quæſtio ſatis enucleata, atque explicata.

QVÆSTIO V.

De Catalogis, ſeu regiſtris deſcendentium à Iudæis, Mauris, ſeu aliàs maculatis, *libros verdes, o del becerro*, appellatis: ad interpretationem §. *Otro ſi por que muchas perſonas con malicia*, huius Pragmaticæ.

VERBA TEXTVS.

OTro ſi porque muchas perſonas con malicia, y curioſidad natural, mas que por conueniencia, ni otro buen effecto conſeruan en ſu poder libros que llaman verdes, o del becerro, y regiſtros, y Catalogos de deſcendientes, fabricados ſin mas auctoridad ni cauſa, que las que les ofrecio ſu miſma indignacion, de que an reſultado, y reſultan irreparables, y iniuſtos daños, aſſi de la nobleça y limpieça como del gouierno, quietud publica: pues ſolo cō ver ſcritas en eſtos libros y regiſtros algunas familias, ſe califică por notadas, y el deponer vn teſtigo, que las a viſto en ellos, o oido decir que lo eſtauă, baſta para tropieço, y reparo, ſiendo en lo ordinario lo mas cierto, que no tienen ſuſtancia ni ſaben la cauſa, y fundamēto de ſu origen. Ordenamos y mădamos, que ninguna perſona

de qualquier eſtado, calidad, y condicion que ſea, no pueda tener ningun libro en ſu poder, regiſtro, ni catalogo, ni otro papel, en que trate de qualquiera coſa, que pueda ſer de nota en materia de limpieça de familias, o deſcendencias, y que queme los que tuuiere, ſo pena de quinientos ducados aplicados por tercias partes, camara, juez y denunciador, y dos años de deſtierro del lugar donde fuere vezino, y de eſta corte cinco leguas.

SVMMARIVM.

1 *Libri & regiſtri, in quibus priuatim adſcribitur ſeries maculatorum retineri prohibentur, & comburi iubentur. Plura damna ex eis oriuntur*, num. 2. & num. 13. & 14.

Nihil ſunt in fide, magni tamen in effectu & operatione, ſub d. num. 2. & num. 3.

Priuatis ſcriptis nulla iure datur fides, ibid.

Fabuloſa, apocrypha, & iniqua fallacia continent, ſub num. 6. & 7. *veritatem mutant*, num. 13.

Velut inutiles reſecandi, num. 15.

Fiunt ad dehoneſtandum nobiles familias, & ad diffamandum proximos, num. 18.

Prohibiti ſunt, quia magni in damnus, & pernicie reipublica, num. 32.

Qui retinentur in communitatibus, & tribunalibus ob iuſtam cauſam an contineantur in diſpoſitione noſtri textus, ibid. & num. ſeqq.

Et an tunc aliquid probent, ex num. 35. & ſeqq.

3 *Scripturæ priuatæ nec velut inſtrumenta fidem efficiunt.*

4 *Priuatus ſcribens nec velut teſtis fidem capit.*

5 *Fides maior ſcripturæ non adhibetur, quàm daretur ſcribenti.*

6 *Macula & ignobilitas ſubiacere non debent ſcripturæ priuatæ cuiuſuis.*

7 *Adſcriptio & ſi vera aliquando exſtat in libris & catalogis propter publicum exemplum iniqua redditur.*

Exempla praua vitanda, ibid.

8 *Fides nulla adhibenda libris & annotationibus priuatis, vt pariant obligationem, & multominùs in ſanguinis qualitatibus, quæ voluntate non conſtituuntur*, num. 9. & 10.

10 *Iura ſanguinis euelli pactionibus non poſſunt, nec facto alicuius*, n. 11.

12 *Conſanguinitas non ex ſcripturis ſed ex natura prouenit.*

15 *Inutilia reſeranda veniunt.*

16 *Finis iuris, & ſpeciatim noſtra Pragmatica eſt, pœnarum metu, & exemplo ſubditos à delinquendo arcere.*

17 *Regum officium eſt Regni tuitio.*

18 *Nihil reipublica pernicioſius, quàm dehoneſtare nobiles familias.*

19 *Libelli informatorij retineri iure prohibentur, & inuenti lacerari debent*, n. 21.

20 *Retinens libellos infamatorios tenetur demonſtrare auctorem, aliàs ipſe auctor præſumitur, mortaliter peccat*, num. 22.

Punitur tamen iure externo ſicut auctor, num. 24.

Ex curioſitate excuſatur iure animæ, n. 25.

Non tamen poſt promulgationem noſtræ Pragmaticæ, num. 26.

Libros prohibitos retinens ex curioſitate aut bono fine excommunicationem & cæteras incurrit pœnas, ſub d. n. 26.

27 *Dolus requiritur in retinenti libellos infamatorios. Poſt noſtram ſanctionem ex ſola retentione præſumitur*, num. 28.

Dolus præſumptus verus dicitur, num. 36.

29 *Faciens contra legem doloſus præſumitur.*

31 *Libelli infamatorij ſtatim lacerandi, aut comburendi.*

33 *Intereſt publicè, quòd qualitates admittendorum ad publica munera notæ ſint.*

34 *Diſpoſitio ceſſat ex eius ceſſante ratione.*

36 *Scriptura defectuoſa vim capiunt ex archiuo publico*, & num. 37. *modificatur*, num. 41. & ſeqq.

38 *Apo ha inuenta in archiuo publico probat.*

39 *Archiuum dat robur ſcripturis, præcipuè antiquis*, num. 40.

Ad quod plura concurrere opus eſt, num. 41. & 42.

43 *Catalogi in ſecreto ſancti officij hodie adinuenti plurimùm proficere poſſunt, & quare.*

44 *Genealogia & teſtimonia defectiua inuenta cum aliis authenticis in ſancto Officio probant.*

MERITO in hoc §. noſtræ Pragmaticæ, Ca- 1
talogi ſeu regiſtri, in quibus plures notati
& adſcripti ſunt velut deſcendentes ex Iudæia, &
Sarracenis, nequiſſimiſque hæreticis comburi iubentur, & retineri ſub grauiſſimis prohibentur
pœnis; eò quòd malignitas & improbitas aliquorum adeò creuerit, vt ſua tantùm niſi indignatione
contra puras & nobiles familias, eas adſcribant
velut macula notas abſque iuſta cauſa præter adſcribentium nudam voluntatem odio plenam à veróque omnino alienam. † Ex quibus maxima, & in- 2
numerabilia orta fuerunt damna nobilibus, & claro
familiarum ſanguini, quia etſi prædicti libelli, &
catalogi in ſe nihil ſint, & nihil iure probent, nihilque etiam ex nulla eorum ratione, & cauſa, & ex
ingenti malignitate & odio paruipendendi veniant, tamen efficaciſſimi, & grauiſſimi exiſtunt
ex ſuámet operatione falſam in vulgum ſpargendo maculam, quapropter aurium infirmitatem, & hominum procliuitatem in malum
familiæ nobiles labe obcæcantur velut vera, quæ
fallax, & deceptoria maximè inuenitur, &
ſunt

ſunt cauſa falſarum teſtificationum, & animarum
ruinæ, aliorúmque damnorum, quorum plura
retulimus ſuprà h. a. p. quæſtion. 1. per totam, ad
quæ vitanda ex noſtro textu ſimilia regiſtra,
& Catalogi ſub ſtrictis prohibentur pœnis, eorúm-
que fides, ſi aliqua aliquando fuit, omnino tollitur,
& euertitur, quod iure & ratione probatur.
3 Quia, vt diximus, nihil in ſe ſunt, nihil in verita-
te, quia rarò vllam habent, nihil in fide, quia nulla
eis à iure præſtatur, & velut nihil, & nulli in ſui-
met ratione ſemper fuerunt habiti: ſunt igitur à
priuato, & ſua voluntate, & indignatione confe-
cti, & ſimilibus fides nulla à iure præſtatur, nec
quidem velut ex inſtrumento ſufficiens deducitur
fides, quia non adiecta documento credulitas, nec
in teſtium præſentia ſcripta, nec macula verè con-
tracta apparet, ex eleganti textu *in auth. de inſtrum.
caut. & fide, § ſi tamen quiſquam, 4. nouel. 73. cum ſi-*
4 *milibus*: † nec quidem ſcribenti tamquam teſti cre-
ditur, cùm nec viuæ, & ſimplici abſque iureiuran-
do voci ius aſſiſtat ſecundùm *l. iuſiurandi, 9. C. de*
5 *teſtib.* cum concordantibus, † nec quidem plus fi-
dei ſcripturæ, quàm ſcribenti viuæ voci eſt præſtan-
dum vt *in d. auth. de inſtrum. caut. & fide, §. ſi vero tale
aliquid.* 3. And. Fachin. *lib.* 11. *controuerſ. cap.* 34. *in
princ. & verſ. ſed reſponderi.* Aym. Craueta *de antiq.
temp.* 1. *part. ſect. videmus & abundè num.* 21. Tuſ-
chus *in pract. concl. tom.* 7. *lit. S. concl.* 80. *per totam*,
6 † & quidem iniquum maximè eſt, quòd ſub inimici
malignantis, & doloſi propria annotationis manu
quem velit faciat impurum, & ignobilem, *argum.
text. notabilis in l. fin.* ibi *iniquum eſſe perſpeximus, vt
ſub propria annotationis manu, vnuſquiſque ſibi faciat
debitorem, C. de conueniend. fiſci debit. l. exemplo 7.
C. de probat.* Optimus text. *in l. vnic. §. illo procul-
dubio, 6. C de Latina libert. toll.* in illis verbis, *licèt
hoc dixerit, vel ſcripſerit, quod voluerit eum eſſe Lati-
num ſupervacua adiectio latinitatis aboleatur, & ita
fiat ciuis Romanus, ne modi, qui ab antiqua obſeruatio-
ne in ciuitatem Romanam homines perducebant, per
priuatorum voluntates deminuti videantur*, nam etſi
veritas aliquando etiam priuatim adſcribatur, vt
plerumque his catalogis fabuloſa, apocrypha,
7 & iniqua annotantur, † & ſi aliquando adſcri-
ptio vera ſit, propter publicum exemplum ini-
qua redditur ex textu *in l. obſeruandum, 47. de
iudic. leg. 1. in princip. de S. C. Macedon. l. diuus,
33. de re iudic. leg. 3. §. ſed ex Senatus Conſulto, ad
leg. Cornel. de ſiccar. & in leg. ſi quis aliquid, 38 §.
qui abortionis, 5. de pœnis, & in leg. exemplo, 7.*
vbi notat Hugo Donel. *Cod. de probat.* Coſta-
nus *libro primo quæſtion. iuris cap. 16. numero* 3.
Valençuela *conſil.* 18. *numero* 103. & probari
videtur ex hoc noſtro textu in verſ. *ſiendo en lo
ordinario lo mas cierto*, quo demonſtratur, aliquan-
do ſaltim vera eſſe adſcripta in prædictis catalogis,
& libris, ſed quia vt plurimùm fallacia ſunt prohi-
bitio generaliter procedit, quod ratione & iure
conſtat, ex relatis.
8 Et quia generaliter loquendo apud Docto-
res communiter receptum manet quòd nulla eſt
fides adhibenda libris, catalogis, nec annotatio-
nibus priuatis, *ex textu in leg. inſtrumenta, 5. leg.
rationes, 6. leg. exemplo, 7. Cod. de probat.* gloſſ. *in
cap. 2. de in integr. reſtitut. & in clement. 1. §. 1. verb.
rationum, de vſuris.* Couarr. *in pract. cap. 22. nu-
mero* 8. Maſchard. *de probat. concluſione* 978. Me-
nochius *de arbitr. lib. 2. caſu* 91. *in fin. & conſil.* 13.
numer. 15. *& conſil.* 39. *num.* 28. *&* 71. Andr.
Fachin *lib.* 11. *controuerſ. cap.* 34. Valençuela *conſil.*
78. *num.* 64. *deciſ.* Rotæ 375. 1. *part. in nouiſſimis.*

Muñoz de Eſcobar *de ratiocinis cap.* 17. *num.* 9. Aym.
Craueta *de antiq. temp.* 1. *part. ſect. Viſo de verbis n.* 1.
3. *&* 14.
Quod ſi procedit in his, quæ à voluntate, & con- 9
ſenſu hominum producuntur, vt ſunt obligationes,
quæ vires & exitum exinde capiunt. *ex textu in l.* 1.
*§. conuentionis, verſ. adeò, de pactis, l. in quibuſcum-
que, 48. de obligation. & act.* † multo quidem ma- 10
gis locum habebit in ſanguinis qualitatibus, quæ
conſtitui voluntate non poſſunt, & ex natura ita
inhærent, vt nec voluntate euelli nec pactioni-
bus ſubuerti poſſint, nec ſcripto earum neceſſitudo
contineri, *ex text. in l. 1. de liber. cauſa. & in l. non
epiſtolis. 13. C. de probation.* vbi eleganter Donel.
num. 7. & in l. neque profeſſo, 5. C. de teſtament. Bart.
in l. cum falſa, C. de iuris & facti ignor. Alciat. *in l.
non nudis, C. illo tit. de probation.* Tiber. Dec. *conſ.* 20.
num. 81. *lib.* 3. Simon. de Prettis *lib. 2. de interpretat.
defunct. volunt. ſolut. 2. à num.* 59. Otalora *de nobilitat.
2. part. 3. partis principalis, cap. 9. num. 16. verſ. vel ali-
ter*, latè Andr. Tiraq. *lib. 1. de retract. §. 32. gloſſ. vnic.
num.* 34. Ioan. Gutierrez *libr. 3. pract. quæſt. 84. num.* 2.
† Ea igitur, quæ à natalibus perſonæ & ſanguini 11
ſemel cohærent, ex neutrius facto ſubuerti, euelli
nec minui poſſunt, elegans text. *in l. aſſumptio, 6.
l. ordine. 15. §. fin. ad municip.* & ideò *in d. l. non epi-
ſtolis*, 13. apertè conſtitutum habemus, † quòd 12
conſanguinitas, quæ à natura & ſanguine prouenit,
non poteſt epiſtolis coniungi, nec eius qualitas
conſtitui ex cuiuſquam conſenſu niſi conceptionis
tempore inſita à natura fuerit, *text. in l. ius agnatio-
nis, 34. de pactis, l. iura ſanguinis. 8. de regul. iur. §. fin.
in fin. de legit. agnat. tut. optimus text. in l. ſi te, 7. C. de
ingen manumiſſ. & in l. Diui. 27. §. 1. verſ. nec ea res
de liber. cauſa. l. 5. tit. 24. part. 4. l. 34. tit. 34. part 7.*
vbi Gregor. ergo ſequitur, quòd ex prædictis ca-
talogis, ſeu regiſtris nulla vtilitas, nec honeſta
ſcientia, nec neceſſaria probatio poſſint oriri ſe-
cundùm ius & rectam rationem, quia *ſiendo en lo
ordinario lo mas cierto que no tienen ſuſtancia ni ſabe la
cauſa, y fundamento de ſu origen*, nullam vtilem opera-
tionem ſortiri poterunt.
Niſi cauſam eſſe malignitatis & odij propter 13
vltionem, & vindictam alicuius recepti damni,
indignationis, & æmulationis nempe annotan-
do in prædictis catalogis, & libris non ſecundùm
veritatem, ſed ex propria indignatione, odio, & ma-
litia inimicorum, familias, quæ illuſtres & puræ
ſemper extitêre, vt deinceps notatæ, & deni-
gratæ tam graui maneant dedecore, & infa-
mia, omittendo fortaſſis proprias, & coniun-
ctorum impuras deſcendentias, & ſpurciſſimas
maculas, itavt fallaci mutatione loco maculæ, &
infectionis puritatem imponant, & ignobilitatis
loco nobilitatem, & econtra ſubſtituant, in nihilo
veritatis, & iuſtitiæ metam obſeruantes, quibus gra-
uiſſimis damnis, & notiſſimis totius regni iniuriis,
indignationibus, & odiis, quibus plerumque ni-
tuntur prædicti libri & catalogi, in præſenti locus
præcluditur, & medela ſalutaris adhibetur.
Ex quibus non ſolùm deducitur, quantum in 14
ſui ratione & fide nihil ſint, ſed etiam quantum in-
gentes, & magni in tot damnis & reipublicæ ſub-
uerſionibus, & in aliis effectibus prauis, & pluri-
mùm nociuis, qui ex eis oriuntur in vniuerſo regno
cùm ſint in malignantium recurſus, & præbeant
inimicis anſam & ſcopum vlciſcendi iniurias, &
nocumenta nobilibus inferendi, præſtántq; menda-
ciis fundamēta, veritatē fugāt, inter ciues rixas ſemi-
nant, contentionibus, & ſeditionibus rempublicā
affligunt, litibus, & iurgiis incitamenta prſtāt, falſi-

tatibus & periuriis cauſam, nobilibus & puris de-
honeſtationem, diuitijs penuriam, & diuitibus affe-
runt paupertatem, & alia ſimilia & maiora gignunt
damna, vt conſideratur in hoc texto, ibi, *de que an
reſultado, y reſultan irreparables, e iniuſtos daños, aſſi
de la nobleça, y limpieça, como del gouierno, y quietud*
15 *publica*, † Vnde ſi prædicti catalogi omnimodò
ſunt inutiles ad omnem finem bonum reſecandi iu-
re veniunt, *text. in l. an inutilis. 8. de acceptilat. l. ma-
lum 242. de verb. ſignific.* atque ſimiliter, ſi cauſa ſunt
innumerabilium damnorum tam reipublicæ & vni-
uerſo regno, quàm priuatis, & omnium commu-
nem vtilitatem debent omnino tolli, & prohiberi,
vt dixit Cicero *lib. 1. officior.* & paſſim iure probatur.
16 † & hic eſt finis totius iuris, & ſpeciatim huius
*§. pœnarum metu. & exemplo ſubditos à delinquendo
arcere, l. ſi quis fortè 6. §. ſi quos. 1. in fin. l. capitalium. 28.
§. famoſos. 15. de pœnis, cum ſimilibus*, & bene ſignifi-
17 cat Plato in Gorgia. † Et regum officium eſt regni
tuitio ab oppreſſionibus, & iniuriis potentium, ma-
lignorum, & reproborum hominum, tam in cor-
poribus, & rebus, quàm in bonore, ex gloſſa & DD.
in l. addictos, vbi Paul. de Caſtro *num. 6. C. de episcop.
audient.* Benedict. *in cap. Raynuncius, verbor. & vxo-
rem, num. 155. de teſtament.* Auend. *in cap. 6. Prætor.
num. 12.* Auiles *in cap. 1. gloſſ. tierra. à num. 1.* Chaſſan.
in catalogo gloria mundi. 5. part. conſid. 19. Olibano *de
iure fiſci cap. 8. num. 30. & cap. 11. num. 53.* Couarr. *in
pract. cap. 35. num. 3.* Salcedo *in practic. crimin. canon.
cap. 102. lit. A.* Cenedo *in collect. ad decretal. 37. n. 9.*
Ioan. Garcia *de nobilit. gloſſ. 9. n. 31. & 32.* Iul. Clar.
quæſt. 36. num. 14. & Gregor. Lopez *in l. 13. gloſſ. 14.
tit. 13. part. 2.* Ioſeph. de Seſſe *de inhibition. cap. 8. §. 2.
& aliis*, Hieronym. Zaballo *commun. contra commun.
in epiſtola regia. à num. 26. & quæſt. 897. num. 102. cum
pluribus aliis ſequentib. & quæſt 899. num. 141. & ſeqq.*
vnde commodè & iuſtè hac in parte tantis damnis
conſultum eſt per noſtram Pragmaticam.

18 Facit etiam pro ratione prædictorum, quòd ſi-
miles libri & catalogi ideò plerúmque fiunt, vt
familiæ dehoneſtentur, & diffamandi aliquem gra-
tia, quo pernicioſius, & deteſtabiliùs in republica
nihil; quare omni iure ſub grauiſſimis pœnis inter-
dicti ſunt, vt patet ex textu *in l. lex Cornelia. 5. §. ſi
quis librum ad infamiam alicuius pertinentem ſcripſerit,
compoſuerit, ediderit, dolóve malo fecerit, quo quid eorum
fieret, etiamſi alterius nomine ediderit, vel ſine nomine,
de iniuriis*, & conducunt *text. in l. ob carmen. 21. in
princip. de teſtibus, & in l. is cui, 18. §. fin. de teſtament.
l. vnic. C. de famoſ. libell. & in cap. quidam maligni,
5. quæſt. 1. & in l. 16.* vbi *gloſſ. 2. & 3. titul. 1. part. 6.
& in l. 3.* vbi *gloſſ. 1. & 4. tit. 9. part 7.* de cuius crimi-
ne pœna & origine agunt Alexand. ab Alexand.
lib. 6. dierum genial. cap. 10. Couarr. *lib. 1. variar. cap.
2. num. 1.* Plaça *epiſtol. delict. lib. 1. cap. 3. num. 2.* Anton.
Gomez *lib. 3. var. cap. 6. num. 1.* Iul. Clar. *in pract. §.
vlt. quæſt. 68. num. 25. verſ. libelli*, Did. Perez *in rub. tit.
9. in princ.* & deinceps *lib. 8. ordin.* cum aliis pluribus
adductis à Proſp. Farin. *de var. & extraord. crim. q. 105.
num. 466.*

19 Quæ interdictio non tantùm ſcribentibus, &
publico in loco affigentibus, ſeu aliàs libellos pu-
blicantibus eſt iure impoſita, ſed etiam retinentibus
domi, ex Burſato *conſ. 20. num. 55. lib. 1.* Bajard. ad
Iul. Clar. *quæſt. 68. num. 64.* Zephalo *conſ. 341. num. 7.
in fin. lib. 3.* tenet Farinac. *in d. quæſt. 105. numer. 454.*
20 vbi numero ſequenti probat, † quòd retinens ſi-
milem libellum penes ſe, tenetur demonſtrare il-
lius auctorem, aliàs ipſe auctor præſumitur, ex
ibi per eum adductis, *& num. 465. ex textu in ſui ra-
21 tione in l. ciuile eſt. 5. C. de furt. cum ſimilibus*, † maxi-
mè cùm libellus famoſus non ſolùm confici, &
retineri prohibeatur, ſed etiam ſi inuentus fuerit
ſtatim lacerari, & comburi iubeatur, *in l. 1. C. de fa-
moſ. libell. & in l. 3. tit. 9. p. 7.* Anton. Gomez *lib. 3.
var. cap. 6. num. 1.* Plaça *in d. cap. 3. num. 2.* D. Ioan. à
Vela *de pœnis delict. cap. 16. verſ. vltimo.* Farinac. *in
d. quæſt. 105. num. 460. & 464.* vnde quocumque ti-
tulo fuerit adeptus ex ſola retentione pœnas luet,
qui eum poſſederit, vt ex præcitatis patet.

In foro autem interiori nullum dubium eſt, niſi 22
quòd mortaliter peccet ſimilis libelli auctor, ſi de-
lictum occultum publicum fiat cauſa infamandi
proximum, ſecundùm Mol. *de iuſtit. & iure tractat.
4. diſput. 35.* Martin. Bonacina *tom. 2. de reſtitut. diſp. 2.
quæſt. 4. puncto. 9. num. 1.* † Dum verò quis infa- 23
matorium libellum caſu inuenit, ſi ſolus legat, &
ſecretò retineat mortaliter non peccare, nec con-
trahere excommunicationem papalem, quæ ex
libellis infamatoriis incurritur, docent Molin.
citato loco *num. 5.* & Finellus *caſu 12. num. 9.* Graff.
lib. 1. de caſibus reſeruatis cap. 9. concluſ. 6. & eis rela-
tis idem Martinus Bonacina citato loco *numer. 9.
verſ. quarto*, † Licèt fatear, quòd iure externo 24
punitur eadem pœna, qua illius auctor ſi cum li-
bello inueniatur, nec iuſtam probet retentionis
cauſam, ex Farinac. & aliis ſuprà citatis, † Quo 25
ſenſu poſſent in conſcientiæ foro excuſari, qui ex
curioſitate ad familias nobiles, & puras diſcernen-
das ab aliis maculatis, & ignobilibus ſimiles ſecretò
retinent catalogos abſque aliena iniuria, vt tenuit
Finell. *caſu 12. num. 13.* ex quo & aliis ita docuit
Bonacina citato loco *num. 4. in fin.* † de quo ante 26
noſtræ Pragmaticæ publicationem non dubitarem,
ſed poſtea, quia in conſcientia obligat, & retineri
prohibet dictos catalogos ob magna damna obue-
nientia ex eorum retentione, plurimùm dubito,
immò verius credo contrarium, & quòd ſecretò re-
tinens mortaliter peccet, & per confeſſarios mo-
neri debeat vt eos laceret, ſeu comburat, alias re-
luctanti abſolutionem non impartirem, cum aliàs
illuſoria maneret lex noſtra. Sicut etiam retinens
libros prohibitos ſola ex curioſitate etiam ad eos
confutandos, ſuo nomine, aut alieno, in domo pro-
pria ſiue extranea incurrit pœnam excommunica-
tionis, & cæteras ſecundùm Toler. *in ſumm. de Bulla
cœna, excommun. 2. num. 24.* Graffius *1. deciſion. lib. 4.
cap. 18.* Alterius *in Bulla cœna lib. 5. cap. 7. verſ. te-
nentes*, P. Thom. Sancius *in ſumm. lib. 2. cap. 10. num.
40. & ſequentib.* Farinac. *de hæreſi quæſt. 180. num. 39.
& 43.* Anton. Souſſa *in Bulla cœnæ diſput. 15. num. 2.
& in Aphoriſm. Inquiſit. lib. 1. cap. 21. num. 17. & 28.*
Bonacina *de cenſur. in practic. diſputat. 1. quæſtion. 2.
punct. 4. num. 15.* Suarez *de fide tract. 1. diſp. 20. ſect. 2.
num. 21.*

Et licèt ad puniendum retinentem ſimiles cata- 27
logos & libros ab aliquibus requiratur dolus, vt
probari videtur in d. l. lex Cornelia, 5. §. ſi quis li-
brum, ibi, *dolóve malo fecerit*, & ex aliis iuribus
ſuprà adductis, defendit Burſatus conſil. 94. num.
51. verſ. Quinto & vltimo, & per textum in l. ma-
iorem ſeueritatem, 4. C. ad l. Cornell. de falſ. tenet
Zephal. in d. conſ. 341. num. 25. cum ſequentibus,
† tamen poſt huius legis promulgationem contra- 28
rium verius credo, immò ex ſola retentione do-
lum præſumi, cum ſit abſque commodo, & ne-
ceſſitate retinentis, & vtilis tantum ad proximo-
rum iniuſtam infamiam & dehoneſtationem, vt
plerúmque fit, præ maximè, ſi per aliquot dies
continuos retineantur, aut aliquibus tradan-
tur ad perlegendum, nam tunc iuſtam, nec
legitimam excuſationem enormiſſimi criminis pa-
trator

29 trator intendere non poterit: † tum quia aduerſus
legem facit ſecundùm Bald. *conſ.* 35. *num.* 3. *lib.* 3. Cra-
ueta *conſ.* 193. *num.* 3. Maſch. *de probat. concl.* 532. *num.*
47. Menoch. *lib.* 5. *præſumpt.* 3. *num.* 76. *& ſeqq.* tum
etiam quia ſi alter auctor libri fuit, ad quid ipſe
tandiu illum penes ſe retinet? ad quem boneſtum
finem? ad quam permiſſam voluptatem, ſeu ſolatij
cauſa per lectionem? certè nulla ratio iuſta inueni-
ri poterit, qua à dolo ſaltim præſumpto tueri ſe poſ-
30 ſit, † qui etſi præſumptus, verus dolus dicitur, *l.* 1. *§.*
1. *ſi menſor falſ. mod dix. l. quod Nerua*, 32. *depoſiti l.*
dolus eſt, 44. *iuncta l. ſi fideiuſſor.* 29. *mandati*, *l. dolum* 6.
C. de dolo Io. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 17. *num.* 33. Ioann.
Gutierr. *conſ.* 16. *num.* 4. non quidem propriè, ſed
re, & effectu, interpretatione intrinſecus deſumpta
Delrio. *in l. nemo* 123. *cap.* 1. *pag.* 126. *de reg. iur.* vi-
dendus Oſualdus Illiger. ad Donel. *lib.* 16. *comment.*
31 *cap.* 7. *lit. I.* † tenebatur quidem eum ſtatim lacerare,
comburere, & nemini perlegẽdum tradere *ex d. l. vn.*
C. de famoſ. libell. d. l. 3. *part.* & ita refert expreſsè de-
ciſum & iuſſum extare à Summo Pontifice Pio V. in
quadam ſua bulla, ad noſtrum propoſitum, Farin. in
præallegata *quæſt.* 105. *num.* 459. & ſimiliter in hoc
noſtro textu, ibi, *no pueda tener ni tenga ningun libro*
en ſu poder, regiſtro, ni catalogo, ni otro papel, en que trate
de qualquiera coſa, que pueda ſer de nota en materia de
limpieça de familias o deſcendencias, y que queme los que
tuuiere.

32 Catalogi igitur, & prædicti libri à priuatis con-
fecti, retentiue nihil ſunt, quia nihil probant nec
fidem efficiunt: & ſunt prohibiti, quia magni in
damnis, magnique in præiudiciis, & in reipublicæ,
& priuatorum perniciem. Videamus nunc an idem
ſit ſeruandum in aliquibus tribunalibus, & commu-
nitatibus, in quibus ſimiles obſeruantur libelli, &
catalogi infectorum, & deſcendentium à Moſaicis,
& Sarracenis, ſeu pœnitentiatis per ſanctum offi-
cium. Et reſolutiuè dicendum cenſeo, quòd in præ-
dictis communitatibus ceſſat prohibitio, quia defi-
ciunt omnes eius rationes, tum quia clàm & ſecretè
habentur abſque iniuriandi animo, & ſine calumnia,
nec indignatione, ad vtilem & bonum finem ius
ſuum tuendi, vt prætenſorum qualitates pateant, ne
33 abſcondantur, nec obliuioni tradantur; † intereſt
enim quod in prædictis communitatibus admitten-
durum qualitates notæ ſunt, *ex text. in l.* 1. *§. pen de*
ventre inſpic. l. ſuper ſtatu. 9. *C. de quæſt.* ne poſt admiſ-
ſionem maculati alios decipiant, & illa queent, ac
communionis aſſuefactione inficiant ſanos, vt ad
aliud dixit Guilielm. Benedict *in cap. Raynucius*, *in*
princip. num. 57. *de teſtam.* Pelaez *de maiorat.* 1. *part.*
quæſt. 51. *num.* 29. & ſic quòd non admittantur, qui
aliqua nota maculæ laborant; in quo non ſolùm
prædictarum communitatum, ſed etiam totius re-
gni vtilitas verſatur, vt ſuo loco dixi, tum etiam, quia
ſicut ipſis communitatibus hoc plurimùm decet, ita
nec aliis nocumentum trahit, cùm non ad aliquo-
rum iniuriam, ſed ad iuris proprij tuitionem ha-
beantur, *l. nullus* 55 *de reg. iur. cum ſimilibus.* Tum quia
ſicut poſſunt ab inimicis inquirere veritatem ma-
culæ, & deſcendentiæ, & an vlla ſit ſuſpicio in-
fecti ſanguinis, vt probàui ſuprà quæſt. 12. §. 3. 1.
part. ita licitè & honeſtè catalogos ſimiles retinere
valent, vt exinde inquirendi ſaltim facultatem ha-
beant, maximè quia in prædictis communitatibus
tantùm ſeruari ſolent catalogi, quia à fidedignis fue-
runt oblati ex legitima cauſa, ita vt ſiniſtra non la-
borent præſumptione, & omnibus penſatis cauſa,
modo, & fine licitè cuſtodiantur; vnde ceſſant om-
nes rationes noſtri textus cum reſpectu communita-
tum non interueniat indignitas, falſitas; nec iniuria,
malitia, nec vana curioſitas; ſed adeſt magna vtilitas,
bonus finis, & iuſtitia notoria; † quare diſpoſitio 34
ceſſare debet omnino, *ex textu in l. adigere* 6. *§. quam-*
uis 2. *de iure patronat. & in l. quod dictum* 32. *de pactis*
& in cap. cum ceſſante, 60. *de appellat.* Io. Gutierr. *de*
iuram. confirmat. 1. *part. cap.* 51. *num.* 6. Meſſia *in l. To-*
leti 2 *part. fundam.* 1. *num.* 13. Marc. Anton. Eugen.
conſ. 65. *num.* 12. & probari videtur ex hoc noſtro tex-
tu ibi, *porque muchas perſonas con malicia, y curioſidad*
natural, mas que por conueniencia, ni otro buen effecto
conſeruan en ſu poder libros, &c. Igitur ſi non à perſonis
priuatis, nec ex malitia, nec curioſitate, ſed per con-
uenientiam, bonum finem, vtilem effectum cuſto-
diantur, & ratio ceſſabit, & conſtitutio locum non
habebit, ſed contrarium potiùs ex prædictis iuri-
bus, *& textu in l.* 1. *§. huius rei, de officio eius cui mand. eſt*
iuriſd. & in l. qui teſtamento. 20. *§. mulier.* 6. *de teſtam. &*
in l. ſequens quæſt 68. *de leg.* 2. *& in cap. cum apoſtolica*,
7. *in fin. de his quæ fiunt a prælat. ſine conſenſu cap. cum*
virum 12. *de regular.* Franc. Mantica *de coniectur. vlt.*
vol. lib 3 *tit.* 15. *num.* 11. Pet. Surd *de aliment. tit* 5. *quæſt.*
3. *n.* 75. *& q.* 11. *n.* 2. Neuiçacius *in ſylua nuptiali lib.* 1.
Non eſt nubendum, n. 212. Hier. Grat. *reſp* 7. *n* 45. *vol.*
2. Zephal. *conſ.* 51. *n.* 14 *tom.* 1.

Sed maius dubium eſt, an aliquam tunc efficiant 35
fidem? loquimur enim de catalogis deſcendentium
à Moſaïcis, Sarracenis, & hæreticis, ſeu pœnitentia-
tis, & de aliis memorialibus priuatis abſque Nota-
rij ſigillo, & non in forma probanti, quæ authentica
ſint, nec quidem alicuius ſubſcriptione munita. Et
nullam omnino efficere fidem probatur ex adductis
ſuprà, cùm fuerint à priuato confecta, & nullius au-
ctoritate ſuffulta, nihil enim habent, quod ad fidem
etiam minimam nos inducat, nec maiori hæc opinio
eget comprobatione, quàm quæ ſuprà diximus &
congeſſimus.

At quòd ſaltim aliquam efficiant fidem ſuadetur, 36
quia plerumque ſimiles catalogi in archiuo, & ſecre-
to communitatis apponuntur cum aliis authenticis
ſcripturis, & teſtimoniis, & ratione loci fidem eis
præſtandam probat *auth. ad hæc, C. de fide inſtrum. cap.*
ad audientiam 13. vbi latè Felin. *a num.* 1. *de præſcript.*
Clem. 1. *in fin. de iureiur.* & alia plura iura adducta ab
Auiles *in cap.* 19. *prætor. gloſ. eſſen* Maſch. *de probat.*
concl. 711 *num.* 61. Aym. Craueta *de antiq. tem* 1. *part §.*
quarto limitatur, ex num. 1. *& conſ.* 274. *num.* 6. *& conſ.*
758 *num.* 7. Marc. Ant. Natta *conſ.* 672. *num.* 34. *lib.* 4.
Socin *reg.* 294. *verſ. Primò facit* Franc. Purpurat. *conſ.*
120. *num.* 10. *& conſ.* 170 *num.* 18. D. Garcias Maſtril-
lo *deciſ.* 43. *num.* 11. Ioſeph de Seſſe *deciſ regni Aragon.*
21. *à num.* 3. *per totam*, & allegatis ab Emman. Barboſ.
remiſſ. ad ord. Luſitan. lib. 3. *tit.* 61 *in princ. pag.* 409. vbi
plures.

Quod etiam procedit, ſi ſcripturæ plures patian- 37
tur defectus ſine ſubſcriptione, & abſque die & an-
no, aut ſimiles alios ex Bart. *in d. auth. at ſi contractus*
col. 1. *de fide inſtrum.* Roman. *conſ.* 105. tenet Auiles
in d. cap. 19. *nu.* 11. *ante medium*, † & quod plus eſt, & 38
magis facit pro hac ſententia, licèt apocha per ſe
non probet, ſi tamen inueniatur in publico archiuo
ſine ſubſcriptione, & ſine teſtibus probat plenè ex
Bar. ſupra *& in d. auth. ad hæc*, Bald. *in rub. C de fide in-*
ſtrum. & in l. ſi vnus, circa medium, C. de teſtam. Paul. *in*
auth. ſi quis in aliquo C. de edendo, Iaſ. *in l. admonendi*,
num. 97. *de iur.* Abb. *num.* 6. & Felin. 9. *in cap.* 2. *de fide*
inſtrum. & ex aliis, quos in ſpecie refert Maſch. *de*
probat. concl. 111 *num.* 9 *&* 10. vbi reddit rationem, † 39
quia archiuum dat robur ſcripturæ non authenticæ
ex Boërio *deciſ.* 105. *num.* 11. Hieron. Grat *conſil.* 112.
Phil. Corneo *conſil.* 171. *num.* 10. *verſ. & ideò videtur*
vol. 1. cum aliis adductis per eumdem Maſchard.

40 *ibid. in dict. num.*10. † quod minus dubium continet in antiquis, de quibus plerumque agitur in puritatis cauſis, quæ plenè probantur ex qualibet ſcriptura defectuoſa, prout diximus ſupra 1.p.q.15.§.3.ex n. 18.cum pluribus ſeqq.

41 Quod quidem ita generaliter aſſertum, nec verum credo, nec defēdi poteſt; maximè vt plenā ſimiles apochæ, aut catalogi efficiant fidem, etiamſi in archiuia publicis inueniantur, ſimul cum aliis authenticis ſcripturis, cùm ex ſe nullam efficiant fidem & omnes omnino deficiant ſolemnitates, ex quibus aliquam mereri poſſent, nec ratione loci plenè eis creditur, ad quod plura requiruntur, quæ in præſenti deficiunt, vt præcitati animaduertunt, & probant Ioann. Andr. *ad Speculat. titul. de inſtrum. edit. §. nunc videndum.* Tiber. Decian. *conſil.* 14. *num.* 48. *lib.* 1. Verald. *deciſ.* 41. *part.* 1. Oſaſch. *conſil.* 7. Beltrand. *reſolut.* 3. *num.* 2. *lib.* 3. adducti à Maſtrillo *in dict. deciſ.* 43. *num.* 1. quia nec authentici ſunt, nec ex authenticis exemplati, nec res, quas continent, ſcriptis directè probari poſſunt, nec ſcripturæ de eis confici, vt dixi ſupra 1. part. in dict. quæſt. 15. §. 2. nec quidem manu publica, nec teſtibus roborati manent, & denique deficiunt in eis omnia ſubſtantialia, ex quibus fidem mereri poſſent.

42 Quare dicendum puto, quòd parum, aut nihil fidei efficiant ratione loci tantùm, ni alia concurrant, ex quibus mutuam accipiant & roborentur, aut ex longo tempore, ſiue ex littera alicuius probi viri, & fide digni, aut notam aliquam habeant, quæ cauſam, aut certum auctorem demonſtrent, ex quo fidem mereantur, nam tunc ex his, & ratione loci poterunt magnum præſtare adminiculum quo aliæ veſtri valeant proba-

43 tiones. † In ſancto verò inquiſitionis officio plerumque olim exhibebantur inquiſitoribus, qui in inquiſitione generali territorij degebant, nec tunc credendum mendaces recipiendos, nec ſeruandos cum aliis ſcripturis authenticis, ſed quia ex auctoritate offerentium, aut ex aliis fide digni viſi fuerunt, ſiue ex rationibus, & aliis circunſtantiis, ex quibus plurimùm operari ſolent.

44 Denique vnum animaduertam, quòd genealogiæ, ſeu teſtium depoſitiones defectiuæ, quæ cum aliis teſtificationibus, & genealogiis authenticis inueniuntur ex eadem littera, aut forma, qua cæteræ authenticæ, & ſine defectu, efficiunt abſque difficultate eamdem fidem, ac aliæ & etiamſi non ſint eiuſdem litteræ, dum modò annotatæ, aut ſubſcriptæ appareant eadem manu, qua cæteræ eiuſdem libri, quia tunc in eis inueniuntur qualitates requiſitæ à prædictis Doctoribus ſecundùm Rotam apud Farinac. *deciſ.* 418. *num* 4. 2. *part.* in quo nullum dubium inuenio. Quanta autem ſit hodie prædictarum genealogiarum fides, qualitérque noceant deſcendentibus in ſequenti quæſtione deſpiciam, de hac enim dicta ſufficiant.

QVÆSTIO VI.

De confeſſionibus, ſeu genealogiis in Sancto Inquiſitionis officio acceptis, in quibus maculam fatentur aſcendentes: quatenus noceant tam confitentibus ipſis, quàm eorum deſcendentibus, & de adminiculis, quibus oportet eſſe roboratas vt plenè probent: ad interpretationem §. Ytem porque en algunos conſejos y tribunales.

VERBA TEXTVS.

YTem porque en algunos conſejos, y tribunales particularmente en el de la inquiſicion en ſu primera inſtitucion ſe entiende, que algunas perſonas, que fueron llamadas a ellos, preguntados de ſi miſmos y de ſu calidad, confeſſaron algunas coſas, que no fueron ciertas, ni tuuieron cauſa, ni raçon para ello, y eſtas tales confeſſiones an periudicado a ſus deſcendientes, ſiendo aſsi, que conforme o derecho, ſi ſe probaſe lo contrario, de lo que contienen, no pueden periudicar, porque la verdad no ſe muda por ſola la voluntad, Ordenamos, y mandamos, que ſi las dichas confeſsiones no eſtuuieren ayudadas de algun otro adminiculo, o raçon, de que ſe pueda induzir, que no eſta la materia en ſolos terminos de confeſsion, no baſten impedir lo nobleça y limpieça, ſino que ſe proceda a caliſicarla, como ſi no las huuieſſe, y ſegun lo que reſultare ſea la determinacion, regulando eſto conforme a derecho.

SVMMARIVM.

1 *Genealogiæ tripliciter capiuntur in ſancto officio. A reis denunciatis pro hæreſi, ex teſtibus examinandis,* n.3.

Et in generali territorij inquiſitione dum deſcendentes à maculatis genealogiam exhibere cogebantur, num.4.

Hi duo modi ab vſu iam receſſerunt, numero 5.

2 *Qualitates ſanguinis plurimùm conferunt ad faciliorem expeditionem cauſarum fidei.*

5 *Confeſsiones aſcendentium in quibus propriam maculam faſsi fuerunt; an deſcendentibus noceant, vel non ibidem. Et examinatur in §§. ſeqq.*

TRIPLICITER confeſſiones ſeu genealogias accipi conſuetum fuit in Sancto Inquiſitionis officio. Primò à reis denunciatis ob hæreſim, hæreſiſve ſuſpicionem, qui in prima audientia ante omnia interrogantur de parentibus, auis, de vxore, vel vxoribus, aut maritis, de filiis & nepotibus, patruis & cæteris tranſuerſalibus, quorum habent memoriam & notitiam, & ſciſcitantur de eorū omnium, & ſui generis qualitatibus, † quia ex ſanguine, & qualitate generis ſuſpicio ſumi poteſt contra perſonam ad faciliorem delicti probationem, vt iuſſum extat à Dominis ſupremi Senatus ſanctæ Inquiſitionis pluribus in locis præſertim in inſtructione,

ne 14. ex latis Toleti à Domino Ferdinando Valdes generali Inquiſitote, anoo Domini 1561. Quod & olim obſeruatum fuit ex Eymerico *in director 3. part. tit. de modis interrogandi reos, & tit. Obſeruanda ab Inquiſitoribus in examine hereticorum, verſ. Primò dico aduertendum.* Simanç. *de Cathol. inſtit. tit. 44. de ordine procedendi, num. 14. & in Enchirid. violata religionis tit. 27. de interrogat. in princip.* Lud. à Paramo, *de orig. inquiſit. lib. 3. q. 9. n. 54. verſ. at vbi ad interrogationes ventum eſt,* adducti plures à Farin. *de hæreſi q. 185. n. 9.* Valençuela in ſpecie noſtra loquens *conſ. 90. n. 86.* quod & hodie intrepidè, & generaliter in omnibus ſeruatur tribunalibus.

3 Secundò olim dum teſtes in fidei cauſis, ſeu ad reorum defenſam ſiue ad probationem delictorum, ſeu ad alias cauſas producebantur in generali interrogatione de ſui generis rogabantur qualitatibus, an ab antiquis Chriſtianis ortum trahant, an à nouiter conuerſis, an à pœnitentiaris per ſanctum Officium, quarum interrogationum plures in regiſtris, & libris antiqnis extant, ad inueſtigandum fidem quam mereri poſſunt.

4 Tertiò dum ex generali territorij Inquiſitione deſcendentes à Iudæis, Mauris, relaxatis, & reconciliatis cogebantur profette deſcendentiam & genealogiam ſuam, cum expreſſione ſui, & ſuorum ſanguinis qualitatum, & exhibere indulta habilitationis ad ferendas res prohibitas, oe eorum deſcendentia & macula lateret, ſed nota ſemper eſſet in
5 ſanctæ Inquiſitionis Officio: † ſed hi duo vltimi modi iam ab vſu receſſerunt, manent tamen in ſcripturis antiquis multi, qui maculatam deſcendentiam, & ſuorum parentum pœnitentiam libenter fuerint faſſi, in vtriuſque ſpeciei interrogationibus; de quibus profeſſionibus nunc quæritur, nempe quam inducant probationem aduerſus deſcendentes confitentium. Ad cuius veram intelligentiam & clariorem dicendorum expoſitionem in ſex partes vniuerſam diuidam tractationem.

1 Proponam plures iuris rationes, quæ ſuadere videntur, quòd ſimiles confeſſiones plenam contra deſcendentes efficiant fidem.

2 Alias conttatias pro negatiua parte referam rationes.

3 Veram intelligentiam & conciliationem prædictarum rationum, quoad ius commune attinet explicabo.

4 Adiiciam verum intellectum noſtri textus.

5 De adminiculis in genere, de quibus noſter loquitur textus.

6 Referam quædam ſpecialia adminicula ex quibus maiorum confeſſiones veſtiti poſſunt ad plenè prob..dum.

---

§. I.

Proponuntur iuris rationes, quæ partem affirmatiuam propoſitæ quæſtionis ſuadent.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſiones aſcendentium circa maculam propriam nocent eis, & deſcendentibus ſuis certam & indubitatam rem efficiunt, & luce meridiana clariorem, notoriam & manifeſtam, admittuntur aduerſus rem iudicatam, & contra præſumptionem iuris & de iure,* num. 2.

Efficiunt meliorem probationem quàm cætera aliæ, num. 3.

Confitenti nocent, n. 4. *Contra libertatem probant,* n. 5.

3 *Probatio nulla melior quàm propria oris confeſſio.*

7 *Macula & ſanguinis qualitates è maioribus in deſcendentes proueniunt, nec eſſe poſſunt in parentibus, & deeſſe in filiis.*

8 *Pater in filium transferre non poteſt puritatem, quam ſe non habere, faſſus eſt.*

9 *Macula patris concludit impuritatem in filio.*

10 *Filius pars viſcerum patris, & pro vno ambo reputantur,* ſub num. 13.

11 *Quod patri nocet circa ſanguinem, nocet filiis.*

12 *Cauſæ quod ineſt, ineſt ſuo cauſato.*

13 *Confeſſus pro iudicata habetur.*

14 *Pater & filius eodem nexu ſanguinis iunguntur.*

Confeſſio & factum vnius ex coniunctis alteri nocet, ibid.

15 *Confeſſio non ſolùm confitenti nocet, ſed etiam omnibus cauſam ab eo habentibus, maximè circa poſſeſſionem & proprietatem rerum,* n. 16. *Limitatur in* §. ſeq. ſub num. 21.

17 *Pater & filius diuerſo iure eſſe poſſunt circa nobilitatis poſſeſſionem, non verò circa eius proprietatem, nec circa maculam,* num. 18.

Quo ſenſu verum quod ex eadem domo alij poſſunt nobiles reputari, alij non, & quòd probata nobilitate vnius fratris non cenſetur probata nobilitas aliorum; ſecus aliter, ibid.

19 *Confeſſio parentum circa ſtatum filiorum prodeſt, & nocet filiis.*

20 *Profeſſio parentum circa filios, quæ olim fuerit, libera eſt ab omni ſuſpicione,* numero 21.

21 *Nemo ita amens, vt ſuos filios neget, aut negligat.*

22 *Confeſſiones circa maculam à maioribus factæ abſque ſuſpicione ſunt, ſicut & confitentis perſona,* n. 23.

24 *Præſumptio eſt, quòd quis ſuum honorem tueatur, non quòd deſerat.*

Ignorantia qualitatum proprij generis non præſumitur, ibid.

25 *Nemo tam crudelis præſumitur, vt ſuum honorem proſternat, & deſerat.*

26 *Quiſque præſumitur eſſe accerrimus ſui honoris defenſor. Et appetere dignitatem ſua* agnatio

agnationis,num. 27.*Et velle quod melius, & vtilius fuerit*,num.28.

29 *Homines, honoris immodici appetentiores ſunt.*

Sanguinis coniunctio omnem fraudis ſuſpicionem excludit,ibid.

Contra humanitatem & religionem facit, qui eſt contra ſuum conſanguineum,ibid.

30 *Sanguinis dilectio præſumere non ſinit, quod falſo quis ſibi, & ſuis maculam tribuat, ſed veritatis zelo.*

31 *Nemo ſibi falsò crimen imponit: nec præſumitur ſe, nec ſuum ſanguinem, nec conſanguineos odio habere*,n.32.

33 *Infamia maior cæteris pœna eſt.*

34 *Quilibet, ſi poteſt, ſuam aſſerit puritatem & nobilitatem, & ſe honorat obſeruando religionem, quam ſui obſeruarunt parentes*,num.35.

Imponere ſibi falſum crimen ex quo ſibi mors aut filiis damnum ſequatur peccatum gignit mortale,ſub d.n.33.

Peccatum non præſumitur,ſub d.n.33.

36 *Filij procliues ſunt religioni parentum.*

37 *Confeſſiones circa maculam quando ſubuerti poſſint aliis probationibus.*

38 *Probatio magis antiqua in antiquis præfertur*,& ſub n.39.

39 *Nemo præſumitur labi in notoriis.*

Qualitates generis magis nota ſunt conſanguineis quàm cæteris.

Confeſſio ſub nomine inſtrumenti continetur,ſub d.n.39.

§ 1 QVOD aſcendentium confeſſiones ipſis, & eorum deſcendentibus noceant circa generis
qualitates probari videtur ex ſeqq. Primò, quia con-
feſſio ita iure plenam efficit probationem, ſecun-
dum *text. in l. 1. §. ſi quis vltro, de quæſt. l. ſi confeſſus, 5.*
de cuſtodia reorum, & in l. ſi quis in hoc 10. C. de epiſc. &
cler. l. qui ſententiam 16 C. de pœnis, cum aliis conge-
ſtis ab Anton. Gom. *to. 3. var. cap. 12. num. 3.* Menoch.
conſ. 21. num. 14. vol. 1. D. Ioſeph. de Seſſe *deciſ. 125.*
num. 31. vol. 2. vt certum, & indubitatum id, quod fa-
tetur, efficiat, *ex textu in l. generaliter 12. §. & ſi quidem*
C. de reb. cred. & in l. vlt. C. de fideicom. Menoch. *lib. 2.*
præſumpt. 51. num. 39. & luce meridiana clariùs rem,
de qua loquitur, oſtendat, vt *ex l. 12. tit. 14. part. 3.*
tenet cum aliis Gregor. *ibid. gloſſ. 1.* & eam efficit no-
toriam, & manifeſtam, idem Menoch. *de recuper. rem.*
2 *1. num. 222.* † vbi *à num. 217. cum pluribus ſeqq.* plura
cumulat, & præcipuè ait, quòd tanta eſt vis confeſ-
ſionis, vt admittatur aduerſus rem iudicatam, &
contra præſumptionem iuris & de iure, quod &
3 confirmat *in conſil. 180. num. 24. vol. 2.* † quia nulla eſt
probatio melior quàm propria oris confeſſio, *l. vn.*
C. de confeſſis, cum congeſtis à Matanta *de ordine iud.*
tit. de confeſſis, num. 2. Caualcan. *deciſ. 1. num. 98.* Hier.
Grat. *reſp. 15. num. 48. vol. 2.* Marc. Ant. Eugen. *conſ. 30.*
4 *num. 11. & 12. & conſil. 90. num. 18. lib. 1.* † quare con-
fitenti omnino nocere debet, aduerſus quem macula
manebit probata, & eam infringere nequaquam va-
lebit, ſecundum textum *in l. in antiquis, 23. C. ad S. C.*
Velleian Ripa *in l. ſi vnquam quæſt. 16. num. 32. C. de re-*
uocand. donat. † Quod & admiſſum eſt in confeſſio- 5
ne contra libertatem, quæ ſi iudicialiter fuerit exhi-
bita confitenti nocet, vt probatur *in l. iubemus 41. in*
fin. C. de liber. cauſa, & in l. 6. vbi gloſſa 4. tit. 13. part. 3.
† Igitur nocere etiam debet omnibus deſcendenti- 6
bus ipſius confitentis.

Conſequens patet, nam puritas, & macula, ſicut & 7
cæteræ ſanguinis qualitates à parentibus & maio-
tibus in filios & deſcendentes proueniunt, & deri-
uantur *ex l. 3. de interd. & releg. & l. 2. verſ.* porque les
viene *tit. 21. part. 2.* Rota apud Farin. *deciſ. 249. n. 2.*
part. 2. per l. fin. cum ſua materia, de ſenator. vt aliis alibi
ſæpiùs probaui, præcipuè ſupra 1. part quæſt. 4. §. 2.
num. 46. & quæſt. 11. §. 2. ex num. 27. cum pluribus
aliis ibi, & quæſt. 17. num. 31. & qualis in maioribus
fuit ſanguinis qualitas, eamdem in poſteris eſſe, fa-
tendum eſt, ſecundùm Neuizanc. *in ſylua nupt. lib. 4.*
num. 131. Pelaez *de maiorat. 1. part. quæſt. 51. num. 16.*
nec poſſit in patre, auo, & in cæteris puritas deficere,
& in filiis & deſcendentibus inueniri, ſicut nec
quoad illos maculà plenè probatà manere, & in his
deficere probationis copiam, † nec quidem pater 8
poſſit transferre in filium puritatem, quam ipſe ex
ſuo ore, & confeſſione non habebat, *text. in l. nemo*
poteſt 54. de reg. iur. l. obſeruare 4. in fin. de offic. proconſ.
l. traditio 20. in princip. de adq. rer. dom. & in cap. Day-
bertum, 24. 1. quæſt. 7. cap. quod autem 5. in fin. vbi *gloſ.*
vlt. de iure patro. Zephal. *conſ. 164. num. 6. tom. 2.* Aug.
Barboſ. *axioma 160. num. 1. pag. 102.* † Immò veriſſi- 9
mum eſt, & receptum, quòd impuritas patris & ma-
iorum concludit impuritatem in filiis, & in cæteris
deſcendentibus, vt conſtat ex Proſp. Farin. *deciſ. 335.*
num. 2. & 3. part. 2. Perezio de Lara *de anniuerſ. &*
capellan. lib. 2. cap. 4. num. 18. Alex Ludouiſ. *deciſ. 498.*
n. 5. Igitur patris confeſſio nocebit filio, & aliis deſ-
cendentibus, ſicut ipſi patri, & cæteris maiori-
bus.

Confirmatur primò, nam cùm filius ſit pars viſ- 10
cerum patris, *l. cum ſcimus 21. §. fin. C. de agric. & cenſit.*
lib. 11. vnáque & eadem caro, *cap. contradicimus 21.*
§. 1. 35. quæſt. 3. Ariſto *lib. 1. magn. moral. cap. 34. & lib.*
5. Ethic. c. 6. gl. 1. in l. 1. tit. 15. & gl. 11. in l. 1. tit. 20. p. 2.
Meno *lib. 4. præſ. 18. n. 27. & lib. 5. præſumpt. 33. n. 11.*
Aluar. Valaſcus *conſult. 122. n. 25. & conſult. 126. n. 5.*
eadem ſanguinis qualitas in patre exiſtens in filio
etiam erit, † & quidquid circa iura ſanguinis pro- 11
deſt vel nocet patri, nocebit & proderit filio, & cæ-
teris deſcendentibus, *arg. l. ſi quis 7. de except. rei iud.*
Ant. Fab. *in ſuo C. lib. 7. tit. 3. definit. 7. n. 2.* & expreſſiùs
& elegantiſſimè cecinit D. Gregor. Nanziazenus
in carm. ad Nicabolum. tom. 2. fol. 1284. lit. D. in hæc
verba.

Gloria námque patri natorum fama, decúſque:
Vt rurſus natis eſt gloria, fama parentum,
Gratia communis, labes communis vtriſque.

Quia regulare eſt, quòd omne, quod cauſæ, ſiue 12
toti ineſt, ineſſe videtur ſuo cauſato, & parti, ſecun-
dùm Bald. *in l. 1. de ſenator. & in l. nominationes, C. de*
appellat. & de parte quoad totum loquitur *text. in l.*
quæ de tota 76. de rei vendic. & in l. iuris gentium 7. §.
adeò 6. vbi Iaſ & DD. *de pact. & in l. ſi vnus 27. §. ſi*
cum decem. 5. cum ſeqq. illo eod. tit. & in l. ſi cui. 72. in
princ. de leg. 1. Ariſt. *lib. 3. Phyſic. & lib. 1. de cælo.* Bart.
in l. de quibus num. 15. de legib. Aug. Barboſ. *loco legali,*
82. num. 1. pag. 329. & loco 114. num. 2. pag. 336. Igitur
quidquid patri nocet in iure ſanguinis, nocebit filiis,
& cæteris deſcendentibus.

Confirmatur ſecundò, confeſſus in iure pro iudi- 13
cato habetur, *l. 1. de confeſ.* & iudicatum pro veritate,
leg.

leg. res iudicata, 207. *de reg. iur.* at pater & filius iidem in iure ſunt, & pro vno reputantur, maximè in his, quæ à natura & genere proueniunt, *l. fin. C. de impuber. l. 2. tit. 5. part. 6. gloſ. 6. in l. 7. tit. 13. part. 6.* & multis probat And. Tiraq. *in l. ſi vmquam in præfat. num. 15. & 23. C. de reuocand. donat. ad propoſitum* Farin. *deciſ. 335. num. 3. 2. part.* Igitur confeſſio patris, & iudicatum pro macula eius pro veritate accipi debet, etiam reſpectu filij, & deſcendentium.

14 Confirmatur tertiò, pater & filius eodem ſanguinis nexu coniunguntur, *d. l. fin. C. de impuber. l. 2. verſ. ca como quier, tit. 5. part. 6.* plura cumulat Valençuela *conſ. 95. num. 67. & 69.* ſed factum & confeſſio vnius ex ita coniunctis iure nocet alteri etiam abſenti, & inuito, vt apertè probatur *in l. in duobus 28. in princ. de iureiur.* propter vnitatem obligationis Duar. *in 1. tom. ad tit. de iureiur. cap. 19.* Hugo Donel. *lib. 24. comm. cap. 15. ante fin.* vbi Oſuald. Illiger. *lit. G. pag. mihi 1235.* Igitur factum & confeſſio patris in noſtra ſpecie omnino filiis nocere debet propter vnitatem ſanguinis vtriuſque.

15 Confirmatur quartò, confeſſio non ſolùm confitenti nocet, ſed etiam omnibus cauſam ab eo habentibus, *ex textu in l. idémque erit, 16. §. fin. pro ſocio*, & ex traditis per Bart. & DD. *in l. ſi ſuper actus, 3. de pign.* Io. And. *in addit. ad Speculat. tit. de teſtam. §. nunc tractemus*, idem Bart. *in l. ſi à te §. fin. de except. rei iud.* Purpurat. *in l. 2. n. 125. C. de edendo.* Dec. *in cap. at ſi clerici, n. 13. de iudic.* Iacob de Sancto Georgio *in tract. de Homagio col. 5. verſ. probatur*, Abb. *conſ. 38. n. 1. lib. 2.* Roman. *conſ. 184.* Aym. Crauetta *conſ. 29.* Carol. Ruyn. *conſ. 50. num. 13. lib. 1. & conſ. 108. n. 19. lib. 2.* Burſat. *conſ. 46. n. 31.* Afflict. *deciſ. 129.* Bal. *conſ. 389. lib. 4.* Cuman. *conſ. 155.* Farin *deciſ. 129. n. 1. deciſ. 180. n. 4 deciſ. 349. n. 2. & deciſ. 575. n. 4. 2. part.* Gracian. *diſcept. for. tom. 4. c. 662. n. 8. & c. 665. n. 16. & c. 739. n. 20.* & faciunt tradita per Sim. de Prettis *de interpret. vlt. vol. lib. 5. dubit. 4. & vlt. n. 356. fol. 555.* & per Matienz. *in l. 6. gloſſ. 7. n. 11. tit. 8. & in l. 1. gloſ. 2. num. 4.*
16 *tit. 9. lib. 5. recop.* † maximè quoad rerum, & qualitatum dominium, & proprietatem, ſecundùm Bar. *in l. non ſolùm, §. liberationis de liberat. leg.* Franc. Aretin. *in d. conſ. 36.* etiamſi ficta fuerit confeſſio, *per reg. d. l. ſi ſuperatus*, tenent Dec. & Purpurat, in locis citatis, & cùm negari non poſſit, quòd deſcendentes cauſam ſanguinis à ſuis habeant maioribus neceſſariò fatendum eſt, horum confeſſiones illis omnino nocere.

17 Nec obſtit, quod accidere in nobilitate ſolet, nempe poſſe patrem in eius quaſi poſſeſſione ignobilis, & tributarius declarari, & filius nobilis, & exemptus, quod mirabile vocat Io. Garc. *de nobilit. gloſ. 12. num. 48.* qua ſpecie patris confeſſio, filiis non nocebit ex adductis per Pelaez *de maiorat. 4. part. quæſt. 14. n. 55.* & nos dicemus inferiùs in ſeq. §.
18 maximè num. 27. † quia cùm nobilitas habeat actus externos ex quibus eius quaſi poſſeſſio conſtituitur, aut per contrarios amittitur, poſſunt in filio actus ad poſſeſſionẽ ſufficientes adeſſe, qui defuerunt in patre, & ſic potuit iſte ignobilis, ille verò nobilis declarari, quo ſẽſu verũ eſt, quod ex vna domo, & familia poſſunt alij nobiles reputari, alij non, vt dixit Socinus *conſ. 246. num. 3. verſ. quocumque autem dictorum, lib. 2.* & cenſuit Rota apud Farin. *deciſ. 535. num. 5. 2. part.* & quòd probata nobilitate vnius fratris, non probatur nobilitas alterius niſi probata nobilitate aſcendentium, Afflict. *de conſtit. Regni lib. 1. ſub rub. 9. de illicita portat. armor.* incipit. *intentionis n. 48. verſ. ſed quæro de quæſtione*, ſequitur And. Tiraq. *de nobilit. cap. 17. n. 1. & ſeqq.* refert Farin. citato loco, inſpecto tamen ſanguinis & proprietatis iure, de quo nunc agimus, non poteſt alia ſanguinis qualitas in patre inueniri, & alia in filio, quia cùm in vtroque à concepto ſemine vna, & eadem fuerit à natura qualitas infixa, ac immobiliter vnicuique adhæreat, & eadem, quæ fuit in patre, in filium deriuetur, & transferatur, nulla differentia inter eos conſiderari valet, vt ex Oroſcio Luſitano Io. Garcia, And. Tiraq. & aliis probat Io. Gutierr. *lib. 3. pract. q. 13. n. 91. cum duobus ſeqq.* de quo plura alibi dixi, quare probata macula patris per eius confeſſionem ſiue per aliam probationem, erit etiam per neceſſariam conſequentiam filij probata macula.

Secundò principaliter probatur, nam iure conſti- 19
tutum habemus, quòd patris profeſſio circa ſtatum, & ætatem filiorum prodeſt, & nocet filiis vt conſtat *ex textu in l. cum de ætate, 13. l. etiam 16. & in l. Imperatores 29. §. mulier. de probat.* iuncta interpretatione
Doneli *in l. non nudis, 14 n. 2. C. de probat.* † vbi ait, 20
quòd profeſſio, de qua in prædictis iuribus eſt parentum affirmatio, qua apud acta publicè de ſtatu, & ætate filiorum profitentur, quia olim impoſita neceſſitas omnibus erat Romanis apud acta profitendi liberos ſuos, eorum ſtatum, & natiuitatem, vt ibi probat ex Iul. Capitolin. in vita Marci Antonij Philoſophi, & exinde ſtatus & ætas filiorum plenè probata manebat, vt ex dictis iuribus ſubdit idem Donelus *à n. 5. cum ſeqq.* eodem in loco.

Cuius conſtitutionis rationem, quæ plurimùm 21
huic rei, de qua agimus, conducit, reddit idem Donelus *in l. parentes 6. n. 10. C. de teſtib.* & reaſſumit Oſualdus Illiger. ad eumdem *Donel. lib. 15 comm. c. 7. lit. H.* quia videlicet, duæ res has parentum profeſſiones præcipuè aduerſus liberos ab omni vindicant falſi ſuſpicione, tum tempus, quo profeſſio fit, quia in nullum adhuc commodum, nec damnum filiorum vertitur, quod timeri valeat, tum ex perſona profitentis, cùm nemo ita ſit amens, vt agnoſcat liberos non ſuos, nemo ita impius, vt ſuos, qui ſunt, neget, aut negligat.

Ita ſimiliter confeſſiones maculatæ deſcenden- 22
tiæ à parentibus factas, & tempus, & perſonæ confitentium ab omni fraudis ſuſpicione vindicant, tempus, quo ab hæreticæ prauitatis inquiſitoribus interrogantur de ſui generis qualitatibus, vt liberè reſpondeant, & interrogatis ſecundùm veritatem ſatisfaciant ab omni mendacio & fraude liberum eſt, eum tunc liberè potuerint ſuo, & ſuorum proſpicere
honori, † & ſecundùm eum interrogatis ſatisfacere. 23
Perſona ſimiliter parentis nihil ſuſpicionis habet, qui ſemper ſe, genus, & liberos ſuos amore proſequitur, & diligit, aut ſaltim ita præſumitur: nec credendum voluiſſe famam bonam, bonúmque nomen & puritatem ſuam, filiorum, & totius generis ſpernere; nemo enim ita amens vt maculam non ſuam, ſeu à ſe ipſo alienam, velut propriam agnoſcat, nec etiam tam impius, vt ſuam, quæ eſt, & à ſuis poſſidetur, puritatem, & honorem neget, & negligat, ex ratione textus *in l. 1. de bonis eorum, cum ſimilibus*, Maſch. *de*
probat. concl. 71. n. 4. † Immò certius præſumendum 24
eſt, quòd eam tueri maluerit, & liberis eam integram relinquere, ſecundùm Sforciam *tract. de compendioſa 6. part. num. 6.* quod ſi omiſit, ideò ita feciſſe credendum, quia veritatem diligere maluit, quàm mendax periurium committere *arg. text. in cap. litteras, 14. verſ. quamquam veriſimilius de præſumpt.* etſi enim inter illas duas res à Donelo conſideratas medium dari valeat, ignorantia, videlicet, qualitatum ſui generis, tamen nullo modo iure præſumitur, vt *in l. ſi filium 37. C. de liber. cauſa*, ibi, *qui tam proxima neceſſitudine coniunctus, conditionis ignorantiam ſimulare non poteſt*, bene conſiderat Io. Gut. *lib. 3. pract. quæſt. 14. num. 140.*

num.140.in fin.& lib.4.quaeſt.14.num.9.Aot. Fab.in C.
lib.7.tit.4.definit.1.n 1.

25 Confirmatur hoc idem primò, quia tam crudelia
io ſe,& filios nemo præſumi debet, vt ſuum, & ſuo-
rum honorem proſternat,& deſerat , vt ex D. Aug.
refertur in cap.nullo 10.11.queſt 1 Pet.Greg. ſyntagm.
iur.2.part.lib.38.c.1.n. 11. cum ſeqq Bart. Chaſſan. in
Catalogo glor.mundi 1.part.conſid.2.verſ. quidquid,n.6.
Phil.Corneo conſ.162.n.8.vol.1.Tib.Dec.reſp 1.num.
26 136.lib. 3. † Immò acerrimus ſui honoris defenſor
quiſque præſumitur Franc.Burſat conſ.191.num. 13,
vol.2.nec ſe,& ſuos lædere, nec offendere niſi ex ve-
ritate,& iuſta cauſa eſt præſumendum ex adductis à
Menoch. lib. 5.præſumpt. 14. num. 1. & ea illo Iſaiæ
42.8.quod refertur in l.5 ibi, eyendo contra la palabra
que el dixo por Eſaias Propheta,no ena genaras tu onrra,
27 ni la daras a otro,tit.15.part 2. † ſed potiùs appetere
honorem & incrementum dignitatis ſuæ agnatio-
nis,ex Mantica de coniectur vlt.volunt.lib.6.tit.15.n.1.
& 2 Nicol. Boërius deciſ. 204. num. 3. docet Pelaez
28 de maiorat.2.part. quaeſt. 6. num 445. † & quod opti-
mum & vtilius fuerit ſibi,& ſuis præſumitur,vt pro-
bat ex aliis Io.Gutierr.lib.4.pract.quaeſt.8. num. 45. &
29 46.Menoch.lib.3.præſumpt. 83. num. 2. † quia homi-
nes honoris immodici appetentiores ſunt, vt tradit
Ægidius lib.1.de regimine Princip. 5. part. Guillerm.
Benedict.in cap.Raynucius gloſ.1.num. 16. & latiſſimè
And.Tiraq de nobilit.cap.23.num.1.pag.196.Acebedo
in l.1.num.56.tit. 6. lib. 6. recop. & ſic ſanguinis con-
iunctio omnem fraudis ſuſpicionem excludit , l. non
ſolum 67.in princ.de ritu.nupt.l.pen §.1. quod falſo tuto-
re,Menoch lib.5.præſumpt. 4. num. 17. Farinac. deciſ.
451.num. 4. 2 p. in poſthum.& facit bonus text.in l.
ſancimus 22 C.de pœnis l.1.& 2.de liber.cau.a.l.5 .de in-
iuriis,ita vt humanitatem ac religionem offendere
cenſeatur qui aduerſus ſuum conſanguineum inſur-
git,l.humanitatis 23.C.de excuſ.tut gloſ.in l.aut affinita-
te, de procurat. Horat. Lucius inter conſ. crim. Tileti
conſ.161.num.14.to.1 fol.198.Igitur patet ſupra dicta
ratio.

30 Confirmatur ſecundò,quia ſanguinis proprij na-
turalis dilectio non conſtituit veriſimile , quod non
ſolum falſo,verùm nec in dubio, tam graui infamiæ
nota,ſe & ſuos ſponte dehoneſtare fuerit auſus , ſed
quòd ipſa motus veritate,& iureiurando perterritus
ſuam impuritatem , & deſcendentiam à maculatis
profeſſus fuerit,arg text.in l.litteras 14. verſ.quamquã
veriſimilius , de præſumpt. Ioſeph de Seſſe deciſ. Arag.
119.num.62.tom. 2.ibi, credendum eſt ſuæ aſſertoni quia
cùm ſe condemnet de acerrimo crimine, non eſt credibile,
quemquam facturum,ſi non eſſet verum id , quod aſſeue-
rat,& poſtea num.ſeq.ex Abb Immola,Butrio , & Fe-
31 lino in d.cap.litteras. probat , † non eſſe præſumen-
dum,quòd quis falſum ſibi crimen imponat, ea quo
grauis ei irrogetur pœna , quare Hippolit. in pract.
crim.§.expedita, ait , quòd nemo præſumitur ita de-
mens,vt fateatur delictum non commiſſum,propter
quod imponatur magna pœna, & dicere contrarium
32 eſt imago falſitatis,cùm ſit remotum à veriſimili , †
quia ſecundùm Bald.in d.cap.litteras,nemo præſumi-
tur ſe odio habere , nec proprium ſanguinem,& ſic
nec conſanguineos,gloſſ.in l. 1. de in ius vocand. Bo-
lognett.conſ.24.ſub n.3.Farin.d.deciſ.628 n.10.2.part.
in poſthum.& faciunt plura tradita per eumdem Fa-
rinac.de teſtib.q.54.n.79.vbi alios adducit Iaſ. in l.nec
is,prope fin.de adquir.hæred.Fulu.Pacian. de probat. lib.
33 2.cap.15.num. 45. † & cùm nulla maior ſit infamiæ
pœna,ex textu in l.quid ergo , 13. § fin. de his qui not.
infam l 4 tit.13.l 6.tit.21.part.2 Rebuf.in l.vn gloſſ.1.
num.170.C de ſent.quæ pro eo quod intereſt,And.Tiraq.
in tract. de rebus exiguis , verſ. Septuageſimo , pag.74.
Menoch.de arbitr.caſu 493.num.4. Auendaño lib.1 de
exeq mandat.cap.19.num.17. cum aliis traditis à Pe-
laez de maiorat.1.part q.51.n. 9. & ad noſtrum pro-
poſitum per Rotam apud Farin.deciſ.167. num. 13. in
fin.1.part.ex Couarr.in reg peccatum 1 part.n.6.de reg.
iur.in 6.& lib.1.var.cap.11.n.4.& à nobis ſuprà 1. p.
q 1.§.1 ſequitur quòd nec credendum,nec veriſimile
ſit , quemquam falsò ſibi & ſuo generi maculam
tribuere, ſed potiùs hoc feciſſe propter veritatem,
& iuriſiurandi religionem , & cùm ſibi imponere
graue crimen ex quo ſibi mors , aut filiis damnum
ſequatur, mortale gignat peccatum, ſecundùm Na-
uarr.in man cap.18.n.28.Pet.Nauarra de reſtitut. lib.1.
cap.4.num 134.Reginal.lib.24.n.90.verſ. Quarta con-
cluſio, Bonacin.de reſtit.diſp.2.q.4.punct. 10. n. 3. Fil-
liuc.tract.40.ex n.53.cum ſeqq & n. 113. & ſeqq. vbi
num.114.verſ.Quartus,loquitur de eo qui ſibi hæreſis &
proditeris crimen imponit, & peccatum non præſumatur,
Menoch lib 5.præſumpt.3 ex num. 1. Madeta cap. 32.
animaduerſ.num.2.præſumi non poteſt, quòd falsò ſi-
bi ſimile delictum ſiue maculam imponat , & facit
quod licèt natus ex coniugata præſumatur filius ve-
ri mariti,& non amaſij, vt apud omnes paſſim con-
ſtans eſt , tamen contraria confeſſio matris probat
& nocet filio,ex noſtra ratione , quia non eſt veriſi-
mile tantum ſcelus matrem fuiſſe faſſam, niſi ſic ve-
ritas exiſteret , vt expreſsè conſuluerunt Ancharr.
conſ.225.col fin in princ.Gozadino conſ.12.n. 22. Burſ.
conſ.17.n.1.& conſ.88.n. 10.& conſ.98.num. 5. & poſt
eos Ioſephus Ramon.conſ.22.num.5.& 11. qui plures
refert.

Immò ſemper expertus ſum , quòd dum interro- 34
gantur ſuſpecti in ſanguine infecto circa qualitates
ſuorum aſcendentium, ſi poſſunt , ſuum proſpiciunt
honorem , & aſſerunt puros & nobiles ſuos fuiſſe
maiores,etiamſi à conuerſis , & pœnitentiam paſſis
notoriè originem trahant. Qui verò olim macula-
tam à conuerſis,ſeu pœnitentiatis deſcendentiã pro-
fitebantur,aut erat,quia ob notorietatem veritatem
ſubterfugere , non valebant;aut quia de aſcendentia
à Iudæis, & Mauris , plurimùm gratulabantur , & ſe
honorare putabant,† quod nouum non eſt , quia 35
vnuſquiſque ea religione,ſectave eſſe , qua parentes
ſui fuerunt honoratur,arg.l.quiſquis,5.§.filij C. ad leg.
Iul. maieſt. cum aliis adductis à Ludou à Paramo de
orig.inquiſit.lib.3.quaeſt. 9. num. 163. P. Thom. Sancio
in decalog.lib.2.cap.27.num 7.& 10. cum ſeqq. † vbi 36
num 13.& 14.ait,quòd ex parentum imitatione , &
infectione oritur quædam pronitas ad eadem pa-
rentum veſtigia inſequenda , ad quæ eſt naturalis
prodioitas ex ſanguine deriuata , & ad parentum
prauos ſequendos mores, & quòd filij ſint prodiues
ad religionem parentum,quotidie vidimus , & olim
in deſcendentibus Iudæorum , & Maurorum ſæpè
ſæpiùs eueniebat,vt oſtendit Alphonſ. Hojeda de in-
compatibilit.benefic.cap. 23. num. 29. ante fin. dicens,
quòd vtinam ea hac deſcendentia aliquam ſentirent
infamiam,ſeu dedignationem , quod etiam conſide-
rarunt Vincentius de Acoſta diſcurſo contra Iudios
cap.24 Mariana hiſtor.Hiſpan.lib.26.cap.1. in fine. Fil-
liucio de ſtatu cleric.tract.41.c.5.n.6.ſub verſ.notandum
ſecundò.

Tertiò,hoc idem probari videtur , quia ſi aliqua 37
ratione confeſſiones aſcendentium ſubuerti poſſent,
vt non probent ſuam & ſuorum deſcendentium ma-
culam,ideò maximè effici , quia poſtea contrarium
appareat probatum per teſtes , nam per inſtrumenta
etiam antiqua directè puritas probari non poteſt, vt
ſuo loco dixi , † & cùm in probandis generis quali- 38
tatibus agatur de re antiqua , potior fides præſtanda
eſt confeſſioni antiquæ aſcendentis , quàm teſtibus
nouiter

nouiter examinatis, qui de facto tam antiquo habere non poſſunt certam memoriam, nec notitiam, tam plenam ſaltim ſicut aſcendens defunctus, qui pleniorem, & certiorem notitiam circa ſui generis qualitates habuit, ſicut veriſimile eſt, quàm iuniores teſtes: præcipuè cum fuerint prædictæ confeſſiones exhibitæ in prima inquiſitionis erectione, vt demonſtrat textus noſter in illis verbis, *particularmente en el de la inquiſicion, en ſu primera inſtitucion*, quo tempore vniuſcuiuſque qualitates notiſſimæ omnibus erant, maximè quæ ab eorum religione proueniebant, quia vſque tunc quam libuerat quiſque liberè
39 obſeruabat, † atque ideò nec fraudari, nec errore labi præſumi poteſt, *arg. l. regula 9. §. ſed ſi facti, de iuris & facti ignor. cum ſimilibus*, & plenior præſtatur fides Confeſſionibus antiquis aſcendentium, quàm depoſitionibus teſtium denuò examinatorum, *arg. l. cenſus* 10. *l. ſi arbiter*. 18. *de probat.* gloſſ. *verb. teſtium verſ. item conſiderauit Iudex in cap. tertio loco*, 5. *de probat.* Bal. *num.* 3. & Felin. *poſt num.* 5. *in cap. cum cauſam de probat.* idem Bald. *conſ.* 420. *n.* 4. *vol.* 1. *& conſ.* 109. *in princ. lib.* 4. Rol. à Valle *conſ.* 2. *n.* 9. *lib.* 1. Socin. Sen. *conſ.* 187. *n.* 18. *lib.* 2. Crauetta *conſ.* 54. *n.* 15. Decio *conſ.* 146. *n.* 14. Pariſ. *conſ.* 104. *n.* 46. *lib.* 1. Burſat. *conſ.* 225. *n.* 47. Rota apud Farin. *deciſ.* 24. *num.* 3. *&* 4. 1. *part. & deciſ.* 166. *n.* 7. 2. *part.* & apud Seraph. Oliuar. *deciſ.* 339. *n.* 7. *& deciſ.* 553. *n.* 2. qui de inſtrumentis antiquis loquuntur, & eadem ratione locum debet habere in confeſſionibus, quæ appellatione inſtrumenti continentur, ſecundùm Rotam *deciſ.* 389. relatam ab Auguſt. Barboſa *appellat.* 119. *n.* 5. *in fin.* contra Rebuff. ibi allegatum, cum aliis à me adductis ſuprà 1. part. q. 15. §. 1. ſub n. 78.

40 Præterea quia cuilibet de genere, præcipuè ſi fuerit ex antiquioribus, & maioribus, magis notæ ſunt qualitates, & deſcendentiæ ſuæ familiæ, quàm aliis, *ex textu in l. octaui, 9. in fin. Vnde cognati, & in l. ſi filium* 37. *C. de liber. cauſa cap. cum in tua.* 27. *de ſponſal. cap. videtur.* 3. *Qui matrim. accuſ. poſſunt*, Perezius de Lara *de capellan.* 2. *part. c.* 4. *n.* 34. Menoch. *conſ.* 203. *num.* 39. quare non ſolùm videtur, quòd confeſſio aſcendentis circa propriam maculam plenè probet aduerſus omnes, ſed quòd præferri debeat cæteris probationibus de nouo receptis.

---

§. II.

Contrariæ ſententiæ rationes proponuntur.

S V M M A R I V M.

1 *Confeſsiones aſcendentium circa propriam maculam, nec ſibi nec deſcendentibus nocent, probatur*, num. ſeqq.

1 *Confeſsio circa ſtatum confitenti non nocet, ſi poſtea probetur contrarium*, ibid. *Veritatem tollere, nec mutare non poteſt*, num. 2. *Vt noceat debet eſſe circa res, quæ veniant ex hominum voluntate*, num. 4. *Spurium neminem facit*, num. 5. *Errore facta non valet*, num. 10. & 15. *nullum operatur effectum*, n. 12. *Aliter ſe haberi probando, non attenditur*, n. 16. *Exhibita velut à teſte in vno iudicio non nocet in alio*, num. 18. *Facta de crimine quod non apparet non nocet*, num. 19. *Aliis non nocet præter confitentem*, num. 21. *Regula, quòd nocet omnibus cauſam à confitente habentibus, limitatur dupliciter*, ibid. *nocet tantùm in his quæ à confitente proueniunt*, n. 22. *Patris non præiudicat filiis nec deſcendentibus*, num. 24. *Circa ſtatum filiorum non affert nocumentum*, num. 25. *Matris, filio circa legitimitatem non nocet*, num. 26. *Patris circa ſuam ignobilitatem filiis non præiudicat*, n. 27. *Prodeſt non tamen nocet*, num. 28. *Non conſtituit natales*, num. 30. *Nec ſeruitutem*, num. 31.

3 *Veritas errore nec falſa aſſeueratione non tollitur, nec fraudatur facto nec voluntate contrariat*, num. 6. *Semper præferenda*, num. 14.

5 *Natus ex legitimis nuptiis ſua confeſsione ſpurius effici non poteſt.*

7 *Puritas & nobilitas non à patre ſed à genere proueniunt*, & n. 23.

8 *Iura ſanguinis æquè omnibus eiuſdem generis competunt.*

9 *Factum prædeceſſorum ſucceſſoribus non nocet.*

11 *Factum errore nullum eſt.*

13 *Errans fateri non videtur.*

15 *Error & furor annullant actum, non attenduntur probando rem aliter ſe haberi*, num. 16.

17 *Ignorantia qualitatum proprij generis aliquando euenit.*

Nobilis qui ſe ignobilem faſſus fuit probando contrarium incarcerari ob debitum non debet, ibid.

Ignorantia qualitatis ſanguinis cadit circa alienum factum, ibid.

Factum notabile excludit præſumptionem ignorantiæ, ibid.

Error & ignorantia interuenire poſſunt circa incorporalia maiori ex cauſa, ibid.

20 *Sententia lata virtute confeſsionis aliis non præiudicat.*

21 *Factum vnius minus nocet quàm plurium.*

24 *Filij præiudicium accipere non debent ex parentum confeſsionibus*, & num. ſeqq. vſque ad 27.

30 *Natales, non confeſsio, aſsignant qualitates ſanguinis.*

31 *Seruitus, nec libertas non inducuntur per confeſsionem.*

SENTENTIA contraria iure verius probari videtur, nempe quòd aſcendentium profeſſiones filiis, & cæteris deſcendentibus prodeſſe valeant, nocere verò non ita, nec contra eos aliquam efficere fidem. Primò quia confeſſio circa ſtatum facta confitenti non nocet, quin poſtea agere poſſit de ſua libertate, ac ſi aduerſus eam ſponte falſus non fuiſſet, vt apertè probat textus *in l. nec ſi volēs, 6. & in l. liberos* 10. 1

& in l. parentes 22. l. interrogatam 24. l. iubemus 41.
C. de liber. cauſa conſonat *text. in l. 6. tit.* 13. *part.* 3.
vbi Gregor. Igitur multò minus nocebit eius liberis, & deſcendentibus, qui ſaltim per contrariam probationem obnoxij non erunt parentis
confeſſioni.

2 Confirmatur, confeſſio veritatem tollere, nec
mutare non poteſt, dum quis contrarium aliis
legitimis oſtendit probationibus, etiamſi oppoſitum ſcienter, & ſponte fuerit confeſſus, *ex textu in l. cum falſa 6. de iuris & facti ignor.* Paul. *in l.
illud, num. 3. Quando appellandum ſit*, & tantùm
nocet vſque ad contrarium probetur, *vt in d. l. interrogatam, 24. Cod. de liberali cauſa*, vbi *gloſſ. fin.
de confeſ.* vbi etiam *gloſſ. vlt.* & Anton. de Butrio
3 *num. 18. & in capit. ſacro. 48. de ſent. excomm.* † quia
veritatis geſtorum vis tanta eſt, vt nec erroribus,
nec falſa tolli, nec minui valeat aſſeueratione, *ex d.
leg. cum falſa, leg. aſſumptio. 6. ad municip. & in l. illicitas
6. §. veritas, de offic. præſid.* Abb. *in cap. examinata,
num. 20. de indic.* Morocius *reſponſ. 19. num. 34. &
reſponſ. 46. num 33. in fin.* Igitur confeſſiones parentum non ita nocere debent, vt contrario probato
ſubſtineri poſſint.

4 Secundò probatur, ad hoc, vt confeſſio noceat
præſtari debet in rebus quæ incipere, ſeu deficere
poſſunt ex hominum conſenſu, & voluntate, textus
eſt *in l. inde Neracius, 23. § fin. ad l. Aquil. & in l. in
confeſſionibus, 13. de interrog. act.* vnde receptum,
quòd eius rei confeſſio, de qua quis diſponere non
ſit valida, ni quatenus de eius conſtat veritate ex
Auend. *in cap. 29 prætor num. 12. 2. part.* Ioann. à Roxas *de ſucceſſionibus cap. 9. num.* 17. Thom. Grammar.
deciſ. 1. num 6. Achil. *deciſ. 4. de confeſ.* Rota apud
Farin *deci. 80. num. 6. 2. part. & deciſ. 768. num. 7. part. 1.
poſthum.* Gracian. *diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 182. num.* 8.
at puritas, & macula ex natalibus ex ſanguine proueniunt, non verò à priuatorum voluntate; vt ſæpiùs probaui. Igitur nec confeſſio de eis facta nocere, nec prodeſſe debet, ni quatenus veritas ex aliis
appareat probationibus.

5 Confirmatur, nam qui ex legitimis eſt natus nuptiis, non poteſt ſua confeſſione ſpurius effici, quia
neutrum voluntate, & conſenſu, ex textu *in l. filium
6. de his qui ſunt ſui, & in l. ſuſpecta 29. §. 1. de inoffic.
teſtam. & in l. 3. in princ. de liber. agnoſc.* Valonçuela
6 *conſ 90. num.* 90. ex ratione ſuprà explicita; † quia
veritas facto, nec voluntate fraudari non poteſt,
nec debet, vt probatur in præſenti ibi, *Porque la
verdad no ſe muda por ſola la voluntad.* ex ornat Forcatul. *in ſphera legali pag.* 9 Ioann. Corraſ. *lib. 4. miſcellan. cap.* 10. Arias Pinel *in l. 2. 1. par. tcap. 2. num.* 12. *C.
de reſcind. vendit.* Couarr. *lib. 2. var. cap. 1. num. 4.* Igitur
ſimiliter maculæ confeſſio generis qualitates mutare non poterit, nec debet.

7 Tertiò probatur, vnde vtilitas prouenire non
poteſt, nec poterit præiudicium, nec damnum, ex
iuribus vulgatis; at puritatis & nobilitatis vtilitas,
nec à patre, nec aſcendente prouenit, ſed ab vniuerſo genere, *text. in l. 3. in medio, de interd. & releg. l. emancipatum 7. § fin. de ſenator. l. ſi arrogator. 13. § . de adopt.
l. Diui fratres, 17. de iure patron. l. Paulus reſpondit. 47.
§ fin. de bonis libert. & in l. 3 tit. 21. part.* 2. And. Tiraq.
de nobilit. cap. 15. num. 4. & 5. Otalora *eod tract. 2. part.
3. principal. cap. 9. num. 7. & ſeqq.* Io. Aloyſius Riccius
collect. 731. part. 4 & alij adducti ſupra 1. part. quæſt.
13. §. 2. n. 26. Igitur à nemine ex aſcendentibus præiudiciú generi inferri circa eius poterit qualitates.

8 Confirmatur, ius ſanguinis æquè omnibus ſucceſſoribus competit, & conſideratur velut ius quoddam
ſucceſſorium, *ex leg. 2. verſ. la tercera tit. 2. part.* 3.
cum adductis ſuprà 1. part. d. quæſt. 13. §. 2. num. 26.
† at quod eſt ſucceſſorum non poteſt per factum 9
prædeceſſorum auferri, nec minui, *l. id quod noſtrum
11. de reg. iur. l. conſtante 21. C. de donation. l. vxor. patrui, 20. C. de legib.* Pelaez *de maiorat. 4. part. quæſt. 1.
num. 251* cùm ab eis vtilitas non proueniat. Igitur
patet ſuperius fundamentum.

Quartò probatur, quia plerumque ſimiles aſcen- 10
dentium profeſſiones circa ſui generis maculam errore, ſeu falſa nituntur cauſa, vt non ſemel experientia docuit, & conſiderat noſter inuictus Rex in præſenti ibi, *preguntados de ſi meſmos, y de ſu calidad confeſſaren algunas coſas, que no fueren ciertas, ni tuuieren
cauſa ni raçon para ello*, † quod ex ſe nullum *ex text.* 11
*in l. ſi per errorem, 15. de iuriſd. leg. in omnibus 57. de
oblig. & act. l. in totum 76 de reg. iuris.* Seraphin. *de priuileg. iuram. 65. num.* 26. Couarr. *in capit. quamuis pactum 2. part. §. 6. à num. 10. de pactis in 6.*
Ferdin. Vaſquez *controuerſ. vſufruct. cap. 47. num.* 3.
† & confeſſio erronea, ſeu ex falſa cauſa nullum 12
operatur effectum, *text. in leg. non fatetur 2. de confeſſis, leg. de ætate, 11. §. qui iuſſo. 10. de interrog.
act. & in l. inde Neracius, 23. fin. ad l. Aquil. cap.
fin. de confeſſ.* Simanc. *in enchirid. viol. relig. titul. 29.
num. 6.* plures apud Farinac. *de reo confeſſo & conuicto quæſt. 81. num.* 325. † quia errans fateri non 13
videtur, *leg. nihil conſenſui, 116. §. fin. de reg. iur.*
docet Bald. *in leg. 1. num. 2. Cod. ſi minor ſe maior.
dixer.* & faciunt tradita à Petro Surdo *de aliment. tit.
7. quæſt. 6. num. 19. & quæſt. 7. num.* 4. Menoch.
lib. 2. præſumpt. 19. num. 9. Alciat. *reſpon. 97. num.* 3.
Roland. à Valle *conſil. 13. numero 22. & conſil.
31. numero 70. volumin.* 2. Zephallos *conſil. 220.
num. 29. tom.* 2. Rota *deciſ. 1160. num. 2 part. 3. lib.*
3. nec ipſi confitenti nocet, *leg. ſed & ſi me putem,
22. de condict. indeb. leg. error. 7.* vbi DD. *C. de iuris &
facti ignor.* Bart. *in dict. leg. non fatetur, de confeſſ.*
Burg. de Paz *conſil. 43. num.* 42. nec ex erronea quis
obligatur confeſſione, *l. ait lex 21. alias l. inde Neracius 23. § ſi quis 11.* vbi Florian. *num. 3. ad l. Aquil.*
Roland. *conſil. 13. num. 29. vol. 1.* Rota *deciſ. 83. num. 2.
part. 1.* maximè oſtenſo errore *in d. l. cum falſa 6. C.
de iur. & fact. ign.* cum aliis ſuperiùs allegatis,
Paul. Caſtrenſ. *in l. illud. num. 9. Quando appell. ſit*,
allegati à Farinac. citato loco, faciunt adducta à
Pelaez *de maiorat 4. part. quæſtion. 14. num.* 49.
iuncto *num.* 51. plura apud Auguſt. Barboſa *axioma.
49. num. 3. pag.* 13. † quia veritas ſemper præferri 14
debet, *l. confeſſionibus 13. de interrog. act. gloſ. in leg.
vn. C. de confeſ.* Morocius *reſponſ. 29. num. 34. &
reſponſ. 46. num. 33 in fin.* & in puritatis cauſa de
facto conſuluit Valençuela *conſil. 90. à num. 97.
cum pluribus ſeqq. & à num. 139. verſ. aliud oſtendere
errorem*, vbi loquitur de quodam fatuo, & ſtupido, qui ignorantia ductus apud inquiſitores hæreticæ prauitatis propriam fuit faſſus maculam, &
ignobilitatem, aduerſus quam pronunciatum fuit
in regia Granatenſi Cancellaria, vt recenſet idem
Valençuela citato loco *num.* 144. † & rectè quidem 15
ſi conſpicuus apparuit error, & furor, *ex d. l. error. 7.
C. de iuris & facti ignor. l. 5. verſ. otro ſi decimos*, vbi
gloſ. 4. tit. 3 part. 3. Bald. *in l. edita, 1. lectura, verſ. ſæpe
accidit, C. de edendo*, Ant. Gabr. *tit. de confeſſ. concl. 6.
n. 11.* cum aliis adductis ab Aug. Barb. *axiom. 82. n. 3.*
† Immò probando, aliter rem ſe habere confeſſionis 16
oſtenditur error, *ex d. l. non fatetur*, vbi notatur, *de confeſ.* Bart. *in l. error, n. 14. & in l. ſi poſt. n. 2.* vbi etiá Bal. *C.
de iuris & facti ignor.* idem Bald. *in dict. l. de ætate, §.
Celſus, de interrog. act.* Abb. *conſil. 118. num. 5.
part. 2* Roland. à Valle, *conſ. 69. num. 49. lib.* 2. Burg.
de Paz *conſil. 25. numero* 64. Ioſeph. Ludouic.
deciſ.

deciſ. Lucenſi 26. n. 29. & circa alia ex quibus error probatur vel præſumitur videatur Card. Tuſch. lit. C. concl. 650. per totam, tom. 1. Igitur patet hæc ſententia, & noſtri textus ratio.

17 Confirmatur, nam ignorantia qualitatum proprij generis quandoque datur, vt colligi poteſt ex adductis per Ant. Gom. in leg. 79. Tauri, num. 4. & Baeça de inope debitore, cap. 16. num. 96. Acebedo in leg. 4. num. 29. titul. 2. lib. 6. recop. Ameſcua de poteſtate in ſe ipſum lib. 2. cap. 23. num. 15. conſtituentes, quòd nobili aſſerenti ſe ignobilem per ignorantiam proderit probatio poſtea habita ſuæ veræ nobilitatis, vt incarcerari non poſſit, quos nouiſſimè ſequitur, & rem exornat Alphonſus Narbona in leg. 14. gloſſ. 1. à num. 37. cum ſeqq. titul. 2. lib. 6. recop. pag. 810. vbi num. 77. bene ait, quòd hæc ignorantia cadit circa alienum factum, non circa proprium, contra Ioann. Gut. lib. 4. pract. quæſt. 14. num. 9. niſi fortè nobilitas præceſſerit ex facto notabili cuius ignorantia veriſimilis non videatur, ſecundùm text. in cap. cum illorum, de ſent. excomm. Tiraquel. de nobilitat. cap. 37. num. 110. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 23. num. 80. & de arbitr. caſu. 308. num. 7. Maſch. de probat. lib. 2. concluſ. 617. num. 2. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 5. num. 11. & priuileg. 68. num. 8. & quòd error & ignorantia interuenire poſſit in his incorporalibus rebus, ſuaderi videtur ex eis quæ congeſſimus ſuprà 1. part. quæſt. 11. num. 12. & maximè obtinebit locum in puritate & macula, quæ nullos actus exteriores habent per quos detegantur, & oſtendantur, ita vt prædicta ratio noſtri textus ſummo procedat iure.

18 Quintò probatur, quia confeſſio, velut à teſte exhibita in vno iudicio circa proprium delictum, ſeu maculam in alio nec nocet nec prodeſt non ſolùm aliis, verùm nec eidem confitenti, ex Felino in cap. capitulum, de reſcript. limit. 2. Aluar. Valaſc. conſ. 33. num. 1. Mandoſ. conſ. 43. num. 11. Guido deciſ. Delphin. num. 315. relati à Valençuela conſ. 90. num. 133 veriorem vocat Gracian. diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 187. num. 17. & 18. contra allegatos per Farin. 3. tom. de reo confeſſo & conuicto q. 81. n. 102. Igitur multo minus filiis & deſcendentibus.

19 Confirmatur ex illo vulgati, quòd ſola confeſſio acerrimi criminis ſi aliàs de facinore patrato non apparet, attendi non debet, ex l. 1. §. Diuus Seuerus, 17. de quæſt. & d. leg inde Neratius, 21. §. fin. cum leg. ſeq. ad l. Aquil. Felin. in cap. auditus num. 30. de præſcript. Thom. Grammat. deciſ. 2. num. 38. & 39. Surdo deciſ. 114. num. 14. ſed inter delictum & maculam generis nulla videtur congrua diſparitatis ratio. Igitur patet intentum.

20 Sextò probatur, nam etſi ſententia lata contra puritatem noceat omnibus deſcendentibus, vt latè probaui ſuprà 1. part. quæſt. 13. §. 1. & quæſt. 17. tamen non procedit, dum ſententia fertur virtute confeſſionis, quæ ſicut non nocet aliis, ita nec ſententia eius virtute lata, per textum in l. qui teſtamentum 17. de probat. leg. 3. tit. 14. part. 3. Bar. in l. ſæpè, vbi etiam Alex num. 127. de re iud. Immol. in l. facta, §. ſi hæres, de re indic. And. Tiraq de retract. lib. 1. gloſſ. 18. num. 85. cum ſeqq. Arias Pinel. in l. 1. 3. part. num. 50. C. de bonis matern. Anton. Peregr. de fideicom. art. 53. num. 37. & 61. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 73. n. 148. Fuſario eod. tract. q. 622. n. 27. & 29. Menoch. conſ. 500. n. 5. & conſ. 688. n. 35. in fin. Philip. Dec. conſ. 183. in fin & conſ. 172. n. 2. Oldrald. conſ. 64. n. 22. Burſat. conſ. 151. n. 19. lib. 1. & poſt omnes Pelaez de maior. 4. p. q. 14. n. 36. Igitur patet veritas huius ſententiæ.

Confirmatur nam, regula, quòd res inter alios acta aliis non præiudicet, ita locum habet in confeſſione, ſicut in cæteris omnibus rebus ex textu in l. certum 6. § ſed an & ipſos 4 de confeſſ. & in l. Seia 28. in princ. ad S. C. Velleian Abb. & Felin. num. 12. verſ. item intellige, in cap 2. de fide inſtrum. late Alex. in d. l. ſæpe, num. 132. de re iudic. cum adductis à Ioſepho Maſch. de probat. concl. 386. per totam, & à Pelaez citato loco num. 40. Alex. Ludouiſ. deciſ. 455. num. 11. 21
Immò maiori ex ratione hoc in confeſſione procedit, cum ab vnius tantùm voluntate incipiat, & finiatur, & facilè poſſet ius alteri quæſitum auferre, vt conſiderauit Maſch. citato loco n. 2. & in ſpecie puritatis probandæ Farin. deciſ. 167. n. 16. 1. p. recent. cæteri autem actus à plurium factis, ſeu placitis proueniunt, & ideò maiorem debebant vim habere, vt in cap. prudentiam 21. de offic. deleg. l. de re ind. Menoch. lib. 6. præſ. 85. n. 1. & 2.

Et quamuis in præced. §. num. 15. & 16. diximus, confeſſionem omnibus nocere, qui cauſam à confitenti habent, habet tamen duas præcipuas limitationes, vna de qua ſuprà num. 7. nempe quia filius non debet damnum pati ex confeſſione patris circa ſanguinis qualitates, quas ab eo non habuit, ſed à genere. Altera quòd prædicta regula habet locum in ſucceſſoribus voluntariis, non in neceſſariis, vt bene ex aliis dixit Anton. Peregr. de fideicom. art. 52. num. 37. 50. & 61. ſicut quilibet eſt reſpectu ſanguinis, quem neceſſariò accepit non voluntariè.

Septimò probatur, ſi aliqua ratione aſcendentiũ cõ- 22
feſſiones præiudicare poſſent, ea maximè eſſet, quia deſcendentes ab eis qualitates ſanguinis haberent, ſecundùm text. in l. idemque erit, 16. §. fin. pro ſocio, & adducta à Maſch. concl. 778. n. 38. Menoch. lib. 3. præſ. 101. num. 16. Pelaez citato loco n. 42. vbi n. 47. plures congerit; † at prædicta ratio non eſt vera, quia cauſa 23
ſanguinis à confitenti non prouenit ſed ab vniuerſo genere, vt ſæpiùs dixi ex l. 3. de interd. & releg. & facit l. locatio 9. § earum rerum, 6. de public. & vectig. l. 2. tit. 21. p. 2. Otalora de nobilit. 2. p. 3. principal. c. 9. n. 7. Padilla in l. tranſactione, n. 5. C. de tranſact. & quæ ad propoſitum adducit Pelaez citato loco, n. 55. Igitur cauſa ceſſante, debet etiam effectus ceſſare.

Ex quibus rationibus traditum à DD. commu- 24
niter habemus, quòd patris confeſſio non præiudicat filiis, & per conſequens nec cæteris deſcendentibus, ſi eius rei facta fuerit, cuius vtilitas, nec veritas ab eius non oritur aſſenſu, ex Bart. in l. certum § ſi quis abſente num. 3. de confeſſ. Bald. in l. generaliter, num. 16. C. de non numer. pec. Afflictis deciſ. 175. num. 4. Pariſ. conſ. 92. num. 18. Aym. Crauetta conſil. 93. num. 2. Pet. Surd. de alimentis, tit. 8. priuileg. 30. num. 11. Gracian. diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 267. n. 31. & 33.

Similiter etiam iure receptum habemus, quòd 25
parentum confeſſiones circa ſtatum filiorum receptæ vllum eis non afferant nocumentum, ex text. in l. 1. §. Iulianus, de liber. agnoſc. & in l. non epiſtolis 13. l. non nudis 14. C. de probat. l. neque profeſſo. 5. vbi Bart. Iaſ & reliqui, C de teſtam. §. fin. inſt. de adoption. & in leg tranſactione 26. Cod. de tranſact. Menoch. lib. 6. præſumpt. 55. num 20. Gregor. Lopez in leg. 9. gloſſ. 1. & 4. per text. ibi, tit. 14. part. 3. Otalora de nobilit. 2 part. 3. princip. dict. capit. 9. num. 16. Aonæus Robertus lib. 2. rer. iudic. cap. 18. & in nobilitatis cauſis idem multis probat Fab. de Anna conſil. 17. numero 22. & conſil. 80. num. 11. lib. 1. & in noſtra puritatis materia latè comprobat Valençuela in dict. conſil. 90. à numero 86. cum ſeqq. pluribus.

26 Sicut nec matris confeſſio filio in quaſi poſſeſſione legitimationis nocet, etiamſi aſſerat, eum in adulterio concepiſſe, vt communis omnium fert ſententia, cum *in d.l.filium de his qui ſunt ſui*, cum *in cap.per duas* 10.*de probat.* pro qua adduci poteſt *text. in cap.cauſam quaſt.4.in princ. Qui filij ſint legit.* ſecundùm intellectum gloſſæ verbo, ſed eſt ita, vbi Ant. *col.2.& n. 5.in cap.prouenit.illo eod.tit.l.9.tit.14 part.3.* gloſſa & communis *in c ex tranſmiſſa, illo tit. Qui ſint legit.* Tellus *in l.11.Tauri n.3.cumulat.* plures Io. Gut. *lib.1.canon.quaſt.cap.38.n. 30. cum ſeqq.* Menoch.*lib.6. praſ.53.n.6.* Maſcb *de probat.concl.166.per totam* Gracian.*diſcept.for.tom.1.c.207.n.32.* And.Gayl.*lib. 2. obſeruat.97.n.8.* Io.Neuizanis *in ſylua nuptiali, lib. 1. n. 83.* Alc.*de praſumpt.reg.3.praſ.37.* Boërio *deciſ.299.n. 3.& 6.* Phil Corn.*conſ.293.in fin.lib. 4.* Pelaez *de maiorat.3.p.in initio n.22.& q.15.n.119.* vbi *num. ſeq.* id intellegit in proprietate, non verò in poſſeſſione *per l.1.§.ſi cui ventrem, de inſpic.ventre*, & Alc. *in l.Scæuola, n.29.de lib.& poſth.* quod meo iudicio conuincitur ex ratione *text.in l.miles 11.§. quapropter 9. ad l. Iul. de adult.de qua infrà n.29.*

27 Atque inde prouenit, quòd extante patris confeſſione, qua ſe ignobilem, & tributarium appellauit, nihilominus eius filij iudicio poſtea agere poterunt pro ſua nobilitate, vt ſi hanc plenè qualitatem probent, nihil noceat contraria patris confeſſio per *text.in l.interrogatam 34.C.de liber.cauſa & in d.l.tranſactione, 26.de tranſact.* Ant.Padilla *in d.l.cum falſa, n. 6.& in l.error.n.32.C.de iur.& facti ignor.* Briſon.*lib.1. ſelect.c.5.* Io.à Roxas *de ſucceſſionib. c. 2. n. 28.* Guido Papa *deciſ.115.* Chaſſan.*conſ.64.n. 31.* Oldrald. *conſ. 133.n.3.* Pelaez *de maior.d.q.14. num. 55.* Valençuela *conſ. 90. n. 94.* & in cauſa propria ſic obtinuiſſe in Neapolitano ſenatu refert Fab.de Anna *conſ.17.n.22. & conſ.80.n.11.lib.1.* quod in noſtra materia & valde ſingulare, notandum, & memoria tenendum eſt.

28 Ex quibus tandem traditum eſt, quòd patris apertio filiis non noceat, licèt plurimum eis prodeſſe valeat, *ex text.in l.1.§ Iulianus, 2.in fine*, ibi, *grande praiudicium adfert pro filio confeſſio patris, de liber. agnoſc.* vbi gloſ *in verb.pro filio*, plura iura adducit ad probandum quòd licèt plurimùm filiis proſit tamen nocere eis nullo caſu valet, vbi DD. hanc communiter celebrem ſequuntur gloſſam.

29 Ratio autem prædictorum omnium eſt, tum tradita à I.C.Papiniano *in l miles 11.§. quapropter 9. ad l Iul.de adulter*, ibi, cùm *poſſit & illa adultera eſſe, & impubes defunctum patrem habuiſſe*, quæ huc facilè accommodari poteſt, tum etiam, nam quæ pertinent ad conditionem, & ſtatum perſonarum, ad ſanguiniſque qualitates ita natalibus ſine alicuius facto per naturam ineunt, vt poſtea deficere, nec mutari haud valeant, & velut inſitæ natiuitati cuiuſpiam, præferri debent cæteris omnibus attributis ex nudis aſſertio-

30 bus & vocibus prouenientibus; † cùm natales, & non confeſſio aſſignent ſtatum, & qualitates ſanguinis, ſecundum text. *in l.non nudis, 14 de probat.d.l. neq; profeſſio.5.C.de teſtam* cum aliis ſuprà relatis, explicat

31 Franc.Conanus *lib.2.commentarior.c.4.n. 2.* † vbi ait, quòd cùm libertas non ſit voluntatis noſtræ, nec liber eſt qui vult, nec cùm vult deſinit eſſe liber, parentes enim natales non confeſſio aſſignant, concinit Sim.de Prettis *de interpretat.defunctor.volunt.lib.2. ſolut.2. à n.59.* & conueniunt Briſonius, Padilla & alij ſuperiùs relati, cum Tiberio Deciano *conſ. 20. num.85.lib.3.*

§. III.

Conciliantur, & intelliguntur prædictæ contrariæ rationes, ſecundùm ius commune.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio quæ confitenti nocet, nocet etiam cauſam ab eo habentibus. Iudicialis nocet confitenti*, num.3. *Extraiudicialis non ita*, num.4. *Si eam expreſsè reuocauerit, ſecus aliter*, num. 5. *In vtraque ſpecie admittitur probatio in contrarium*, num. 6. *Cum diſcrimine tamen, nam iudicialis requirit probationem erroris: extraiudicialis verò ſimplici reuocatione contraria eſt*, num. 7. & 9 *Vbi quòd etiamſi fuerit deliberata. Iudicialis interim quo contrarium non probatur, nocet*, num.8. *Circa maculam facta antiquitùs præfertur noua probationi per auditum & famam*, num.10.& 19. *Extraiudicialis quando reſoluatur in vnici teſtis aſſertione contra alios*, num. 20. & ſeqq. *Si nocet confitenti circa maculam, ſaltim indirectè nocet ſucceſſoribus eius*, num.23. *Extraiudicialis verbo vel epiſtola facta præſumptionem conſtituit*, num. 24. *Facta in Sancto Officio Inquiſitionis iudicialis eſt, & ita probat*, num. 25.& ſeqq.

10 *Probatio antiquior præfertur circa probationem maculæ, veriſimilior eſt*, n.11.

Aſſertioni antiquorum magis credendum, ſub d.num.11.

12 *Obliuio parit contrarietatem & diſſonantiam in teſtibus circa probationem antiquam. In re antiqua præſumitur*, ibid.

13 *Teſtes ſeniores pauciores iunioribus pluribus præferuntur.*

Probatio contra confeſsionem antiquam debet prouenire ab eodem tempore in quo fuit facta, ibid.

Auditus & famæ admittitur dum deficit certa rei cognitio, aliàs ſecus, n.14.

15 *Confeſſio confitenti nocet, & probat etiam contra tertium.*

16 *Confitens contra ſe plenè creditur*, & num. 17.& 34.

18 *Pater admittitur in teſtem contra filium dum veritas aliter haberi non poteſt.*

Probatio erroris confeſſionis debet eſſe vrgens, apertiſsima clara, liquidiſsima, & manifeſtiſsima in ſuperlatiuo gradu, ſub numero 39.

Confeſſio propria infamiæ præfertur teſtibus etiam pluribus contrarium aſſerentibus, nec ad concordiam reducuntur, ſub numero 18.

21 *Confeſſio circa proprium defectum probat.*

Deſier

Deſcendentibus conuenit quod ſua ſtirpi, ibid.

22 *Macula immutabilis eſt.*

24 *Epiſtola miſsiua non plenè probat.*

27 *Teſtis an probet. & ſibi noceat in praſationibus examinis,*&c n.33.

28 *Interrogationes teſtium circa accidentalia, qua concernunt ad negotij meliorem expeditionem attenduntur, ſicut principale*, & num.31.

29 *Probatio principalis non vitiatur per acceſſoriam.*

30 *Interrogationes facta in ſancto Officio circa qualitates teſtium, & reorum, reſpiciunt ad melius ernendam veritatem, conſiderantur velut principale,*num.31.

32 *Fanorabile faciliùs praſumitur, quàm odioſum.*

*Conſanguineus contra ſuum conſanguineum teſtimonium ferre non tenetur, maximè cùm timentur rixa & diſſenſiones inter conſanguineos,*num.39.

*Et interrogatus contra ſuos conſanguineos, quomodo reſpondere debeat,*n.40.

35 *Nemo tenetur proprios detegere defectus nec turpitudinem,*&c n.36.

Eſt valde iniurioſum & inhumanum, ibidem.

Sicut nec filius turpitudinem patris, nec ſucceſſor defuncti, ſeu auctoris allegare, ibidem.

*Nec teſtimonium ferre cum graui ſui, & ſuorum damno,*n.38.

37 *Diffamans ſe, vt ineptus reddatur ad adminiſtrationem officij publici, ex quo cateri damnum accipiunt, peccat mortaliter.*

40 *Teſtis qui excuſationem à teſtimonio habet interrogatus de facto quomodo reſpondere debeat.*

41 *Nemo eſt dominus ſua fama, ſicut non eſt dominus ſua vita, contrarium,*num. 45.

*Conciliatur,*ſub n.43.

42 *Fama propria voluntate amitti ſicut diuitia poteſt, niſi in aliorum damnum redundet,* num.43.

Vide nouam diſtinctionem, ibi.

44 *Pax & concordia familiarum vtilior reipublica, quàm bonum aliud.*

45 *Damnis propria familia in primis occurendum quàm alienis.*

1 AT vt prædicta contraria plenè intelligantur, & nouiter ac vtiliter concilientur, ego præter omnes plurimùm intereſſe conſtituo, quòd in materia puritatis probandæ, de qua loquimur, confeſſio probet, aut non contra ipſum confitentem, vt noceat, aut proſit deſcendentibus, & cauſam ab eo habentibus, nam ſi confeſſio ei præiudicet, filiis & deſcendentibus eius plurimùm ſimiliter nocebit ex dictis ſupra §. 1. in principio, & poſtea, & cùm illa confeſſio confitentem in-

ficiat, nocere deriuatis ex eo, erit neceſſe, ſecundùm Bald. *in leg. fin. num.* 14. *in fin. de verb. ſign.* Andr. Tiraquel. *de primog. quaſtion.* 12. *num.* 16. Socino *conſ.* 28. *num.* 24. *lib.* 1. Anton. Fab. *in ſuo C. lib.* 7. *titul.* 3. *definit.* 7. *n.* 1. ſi verò aduerſus confitentem fidem non efficiat, multo minus contra filios, & cæteros deſcendentes, *arg. text. in l. Iulianus* 60. *de condict. indeb. & in l. nec ex vera* 9. *C. de adquir. poſſ. leg.* 1. *Cod. de neg. geſt. cum ſimilibus*, † 2
quia fortior eſt prohibitio, & damnum in cauſa prima, quam in cauſatis, *ex text. in l. dotem quam* 6. *de collat. bonor. leg. quia parentis* 16. iuncta *gloſ. ſoluto matrim. leg. fin. de inſtit. & ſubſtitut. gloſſ. verb. profecto, in clement. vn. de relig. & venerat. Sanct.* Aldobrand. *in §. filiusfam. num.* 21. *inſt. Quib. mod. ius patria poteſt. ſolu.* Ludou. Zuntus *in reſponſo pro vxore num.* 163. & in terminis Pelaez *de maiorat.* 1. *part. quaſt.* 51. *num.* 52. cuius veritas, & ratio vt perfectiùs maneant explicatæ, quatuor regulis, ſiue concluſionibus rem oſtendam, quibus nouè & perfectè illucidata manebit.

Sit igitur prima regula, quòd ſi confeſſio iudi- 3
cialis fuerit, & in forma iudicij neceſſarij exhibita noceat, & plenè aduerſus confitentem probet, *ex textu in leg. interrogatam* 24. *Cod. de liber. cauſa*, quam ſic intelligit Salicetus ibi, *& dict. leg. iubemus* 41. *Cod. eod. titul.* & apertè ſignificatur in illis verbis, *verum etiam voce propria eiuſdem Ælij apud aliud iudicium patuerat, quod conditionis ſeruilis videretur, & dict. leg.* 6. *verſ. mas ſi alguno lemandaſe*, vbi etiam ita interpretatur Gregorius *gloſſ.* 4. *titul.* 13. *part.* 5. & text. *in leg. cum precum* 9. vbi Bald. & Salic. *Cod. de liber. cauſa leg. rura, Cod. de omni agro deſerto. lib.* 11. *leg. ne ſatiſdatio.* 21. *rem ratam haberi*, Iaſ. *in leg.* 4. *§. editiones, num.* 13. *de edendo*, Socin. *in cap. fin. num.* 56. *de libelli oblat.* Maſchard. *concluſ.* 347. *num.* 16. Cardin. Tuſch. *lit. C. concl.* 646. *num.* 5. Roman. *conſil.* 23. vbi Mandoſ. *lit. A. num.* 1. Ioann. de Amicis *conſil.* 48. *num.* 11. Rota *deciſ.* 1160. *num.* 7. & 8 *part.* 3. *lib.* 3. *diuerſor.* ſi verò exhibita fuerit in iudicio voluntario, quamuis confitenti noceat, non ita aliis, *text. in l. certum* 6. *§. ſed an & iuſiis* 4. *de confeſſis*, vbi Bart. *num.* 1. & 2. Cuman. *num.* 2. *in fin. & num.* 3. Abb. *in cap. ex parte num.* 10. *de confeſſis*, Phil. Corn. *conſil.* 17. *num.* 20. *lib.* 4. Rota apud Ioann. Bapriſt. Cocein. *deciſ.* 152. *num.* 3. & apud Farinac. *deciſ.* 334. *n.* 5. 1. *part.*

Secunda regula, ſi extraiudiacialis confeſſio fue- 4
rit, etiam ſi apud acta, & in iudicis præſentia exhibita appareat, nec confitenti, nec aliis nocebit, ita loquuntur iura ſuprà in §. 2. adducta; & probat, *dict. l.* 6. *part. verſ. etro ſi decimos que ſi alguno*, Bald. Salic. & DD. *in d. l. quòd ſi volens* 6. *Cod. de liber. cauſa*, intellige igitur hanc regulam de confeſſione coram iudice, non velut iudice, ſed velut priuato, ſeu tamquam teſte prolata, vt declarant Azo. & Fab. *in d. l. interrogatam*, quibus & conueniunt cæteri.

Tertia regula, (quæ eſt declaratoria præcedentis) 5
tunc verum eſt, quod confeſſio coram iudice, ſeu apud acta exhibita, non verò in iudicij diſceptatione nulla eſt, & nihil probat aduerſus confitentem, cum expreſsè eam reuocauerit, quia ſi cum perſeuerantia abſque vlla contrarietate ex parte confitentis maneat, nocet & probat aduerſus ipſum, vti explicatur à *gloſſ. fin. in dict. leg interrogatam*, quam ſequi videtur Salic. ibi, ſed intelligit, dum in figura iudicij facta fuit confeſſio, quod eſt contra mentem expreſſam dictæ gloſſæ, & Greg. Lop. *in gl.* 3. *d. l.* 6. *p.* qui loquitur apertè in confeſſione extraiudiciali coram iudice, non velut iudice, nec in figura iudicij

prolata,& probatur *in dict. leg. interrogatam , verb.*
apud acta , vbi ita animaduertiunt Bald. Salic. Azo.
& Ioann. Fab. quod veriſſimum & tenendum iu-
dico.
6 Quarta regula , vtraque in ſpecie , vel ſit facta
confeſſio in iudicio , vel extra apud acta , vel aliter
extra iudicium , admittit probationem in contra-
rium vt probat , *d. l. Imperatores* 29. §. *ſi mulier,*
in fin. de probat & in d. l. interrogatam , & vtrobi-
que DD. communiter , & *d. l. 6. partita* ex ratione
de qua ſuperiùs , ne ex ſola confeſſione contra na-
turæ influxum , & veritatem natales officiantur , &
7 mutentur , † ſed adeſt magna differentia inter iu-
dicialem confeſſionem , & extraiudicialem apud
acta , ſiue aliter , quia dum confeſſio iudicialis
eſt , vt ſubuerti valeat , ex aliis legitimis , pro-
bationibus error conſtare debet , vt volunt DD.
communiter in dictis locis , & expreſsè decidit
dict. leg. 6. partita , verſ. Pero ſi ante , ibi , *probare*
por cartas valederas , o por buenos teſtigos de como es
libre , & probatur in hoc noſtro textu , ibi , *ſiendo*
aſſi que conforme a derecho ſi ſe probaſe lo contrario de
lo que contienen , no pueden periudicar porque la verdad
8 *no ſe muda por ſola voluntad*, † interim verò dū contra-
riū non probatur omnibus nocet. gloſſ. *in d. l. interro-*
gatam, & in l. 2. verb. ancillam, C. de ingen & manum.
Bald. Dec & Purpurat. *in leg. 2. Cod. de edendo,*
Areſt. *conſil. 36. num. 3.* Ruin *conſil. 128 num 16.*
vol. 2. & conſil. 76. num 14. vol. 5. Menoch. *conſil.*
9 *2. num.* 373. *vol.* 1. † ſi verò confeſſio apud acta
tantum exhibita fuerit , ex ſola confitentis reuo-
catione irrita manet , & etiam quælibet alia ex-
traiudicialis prout intelligunt , & exponunt *gloſſ.*
fin. in dict. leg. interrogatam , & Gregor. *in gloſſ. 3.*
dict. leg. 6. partita etiamſi deliberata fuerit , prout
cum communi tenent Iaſ. Felin. Padilla, Dueñas
Maſchard. Gutierrez & Gregorius apud Zabal-
los *commun. contra commun. queſtion. 668. per to-*
tam.
10 Animaduertam igitur ad pleniorem præceden-
tis regulæ intelligentiam , & ſecuriorem practi-
cam circa probationem maculæ , quod non vi-
detur plena & legitima probatio ſi extante aſ-
cendentis antiqua & iudiciali confeſſione poſt
longum tempus probetur contrarium per teſtes
de auditu , aut per publicam famam , & repu-
tationem quia cùm profitentis perſona , & pro-
feſſionis tempus ab omni ſuſpicione eam vindi-
cent , & omnimodam veritatem in antiqua exi-
ſtere ſuadeant confeſſione , ex adductis ſupra §.
1. num. 38. non poterit vinci per aliam recentio-
rem probationem ex temporis interuallo poſtea
11 prouenientem , † cùm commune præſens iudicium,
& aſſenſus contrarius non poſſit reiicere antiquio-
rem probationem veriſimiliorem capientem ortum
a cauſa rei propinquiori , *arg. text. in leg. ſi chorus*
79. §. 1. de leg. 3. cap. de quibus 20. diſt cum ſimi-
libus alibi adductis , & a Pelaez *de maiorat. 1. part.*
quæſt. 45 num. 8. & 4. part. quæſt 20 num 310. cum ſeqq.
quia aſſertioni antiquorum magis eſt credendum,
quàm iuniorum ex pluribus congeſtis per Andr.
Tiraquel. *de primog. in præfat. num. 148. & 188. &*
ſeqq Ant. Maria, Cottae. *de com. opin. lib. 1. tit. 5 num.*
10 11. & 14. Neuizan. *in ſylua nupt. lib. 5. ex num. 4.*
12 *in fin. & ſub num 5. &* † quia præſumitur , contra-
rietatem poſt longum tempus interuenientem po-
tiùs ortam ex veritatis obliuione, quàm ex alia legiti-
ma cauſa, *ex textu in leg. qui in prouincia 57. §. 1.* vbi
bonus textus , *de ritu nuptiar. leg. peregrè 44. in*
princip. de adquir. poſſ. Auth. *de triente & ſemiſſe , §.*
illud , colum. 3. & in leg. furtum 37. in fin. ibi *gloſſ.*
pen. cum leg. ſeq. de vſucap. Maſch. *de probation. concluſ.*
1123. *num. 3. & 9.* Menoch *lib. 6. præſumpt. 32.*
num. 1. late Pelaez *de maiorat. 4. part. quæſt. 20. num.*
162. *cum duobus ſeqq.* Gregor. Lopez *in leg 10. gloſſ.*
3. quæſt. 4. titul. 26. part. 4. & quod obliuio rei an-
tiquæ præſumatur , docent Maranta *in l. is poteſt,*
num. 227. limit. 3. de leg. 1. Andr. Gail. *lib. 2. obſer-*
uat. 48 num. 20. Sebaſt. Medicis *de caſibus fortuit.*
1. part. quæſt. 3. num. 17. Cardin. Tuſch. *lit. I. con-*
cluſ. 22. num. 15. tom. 4. adducti per Auguſt. Barboſ.
axioma 113. n. 3. pag. 73. quare notiori præferri de-
bet probationi, qualis qualis antiqua probatio, quæ
& ſi defectiua ex antiquitate roboratur , ſuppletur,
& plenè probat , quæ alias non probaret , ex pluri-
bus adductis ſupra 1. part. quæſt. 15. §. 2. part. 2. ex
num. 8. cum ſeqq. † & teſtes ſeniores licèt pauciores 13
præferuntur iunioribus , ex gloſſ. & DD. *in leg.*
cum quid de reb. cred. Farinac. qui plures adducit,
de teſtib. quæſt. 65. num. 175. & per nos alibi , atque
ita videtur , quòd probatio debet prouenire ab eo-
met tempore , quo exhibita fuit confeſſio , & con-
ſtare , quòd tunc rei veritas aliter ſe habebat , vt
exinde appareat concludenter confeſſionis error, &
falſa cauſa, quod efficere non poterit noua probatio
ſumpta ex communi reputatione & auditu quæ
ex temporis & memoriæ mutatione aliter ſentire
poteſt , ac olim fuit veritas , † pro quo expendi 14
poteſt ratio *text in leg. ſi arbiter 28. de probation.*
& in leg. 2. §. idem Labeo , 8. de aqua & aqua pluuiæ
arc. leg. 19. titul. 16. part. 3. vbi in rebus antiquis
probandis , primò quæritur , an quis ſit , qui me-
minerit , & in defectu veræ ſcientiæ & probatio-
tionis admittitur auditus probatio, non verò aliter,
ex quo ſequitur , quod præfertur omnino quælibet
probatio proueniens ab illomet tempore , & rei
veriſimiliori notitia , cuilibet probationi poſtea
emergenti ſumptæ ab extraneis , & forte fallacibus
coniecturis , & quæ ex communi auditu , & fame
ſumuntur , & cùm in ſpecie noſtra ſit aperta con-
feſſio antiqua quæ tam ex tempore , quo fuit pro-
lata , & veritas rei magis nota erat , quàm ex con-
fitentis perſona , qui certam rei ſcientiam habuiſſe
præſumitur , meritò præferri debet alteri de nouo
receptæ , vt etiam dixi ſuprà h. q. §. 1. num. 39. † 15
præcipue , quia aſcendens depoſuit de facto ſuo-
rum maiorum , & de ſui generis macula , quæ eam-
met tangit , & ipſe contra ſe fuit loquutus , plenam
iure efficit probationem , etiamſi ſecundariò ad-
uerſus tertium retorqueatur , vt in ſpecie textus
in l. ſeruus 20 cum l. ſeq. de iur. iur. & in l. quæro , 58. §.
fin. de ædilitio edicto, Bart. explicat *in l. cum filiusfam. in*
princip. colum fin. verſ. tertio contingit , de verbor. oblig.
Carol. Ruyn. *conſ 9. num 6. verſ. vel tertio reſponde-*
tur lib. 5. † & quòd aſſerenti contra ſe aliquid plenè 16
credatur, tenet Aym. Craueta *conſil. 6. num 62* & ſe-
quitur Petrus Surdus *deciſ. Mantuana 107. num. 4.* ex
Socino Iun. *conſ. 61. num. 19. verſ quod etiam vel ex eo,*
lib. 2. † ſicut etiam deponenti contra ſe delictum, 17
ex text. in cap. litteras. 14. §. nos vero, verſ. Quamquam
veriſimilius, de præſumpt. Anton. Gabr. *tit. de teſtib. conc.*
4. num. 88. lib. 1. Maſch. *de probat. concl. 857. n. 17.* Dec.
conſil 163. num. 11. verſ. & ad hoc accedit, Craueta cita-
to loco *& conſ. 210. num. 9.* Bertazol. *conſ 344. num. 5.*
lib 1. † & teſtimonium patris aduerſus filium admitti- 18
tur, & plenè probat, in caſu quo aliter veritas habe-
ri non poteſt, ſecundùm Anton. Gom. *lib. 3. var. cap.*
12. de probat. num. 24. verſ. aduertendum tamen , cum
aliis adductis à Farinac. *de teſtib. quæſt. 54. num. 171.*
atque etiam facit , quòd confeſſio circa propriam
infamiam præferri debet teſtibus etiam pluribus
contrarium deponentibus ex adductis per Barr. *n. 8.* &
per

per Iaſ. *num.11. in l.2. §. creditum, ſi certum petatur,* & per Innoc. & cæteri *in cap. cum contingat, de offic. deleg.* Socin. *conſ. 44. num 2. in fin. lib. 4.* & Craueta *conſ.171. num.11.* Gracian. *tom. 3. diſcept. 543. num. 5.* vbi quod tunc non debent reduci ad concordiam,
19 cùm aliter ſit ſecus. † Vnde confeſſio aſcendentis antiqui circa ſui ſanguinis qualitates meritò præferri debet aliis contrariis probationibus de nouo receptis, niſi falſa, & erronea oſtendatur eſſe per alias ſimiles antiquas probationes, aut talis naturæ ſint, quòd ſuadeant animos iudicum ad contrarium credendum, quæ opinió veriſſima eſt, ſi cum confeſſione aſcendentis concurrant adminicula, vt plenè dicam in ſeq. §. ſi verò deficiant adminicula præferri debet noua contraria probatio ex ſpeciali deciſione noſtri textus, dummodò quidem ſit vrgens, apertiſſima, & clara, fiátque per teſtes omni exceptione maiores: tam quia hoc expoſcit natura confeſſionis, quæ omnibus probationibus maior eſt, Bal. *conſ.192. Proponitur, col.2. ad fin. lib.2.* Craueta *conſ.61. num.3. & conſ.171. num.4.* Menoch. *conſ.372. num.15. lib.4. & conſ.614. num.5. ad med. lib. 7.* tum etiam quia error confeſſionis probandus venit per liquidiſſimas probationes, ex Abb. *in cap. quia veriſimile, not.2. de præſumpt.* Butr. *in cap. ſuper hoc, de renunciat.* Dec. *conſ.105. Pro tenui colum.1. num.4. verſ. cum ergo iſta probatio erroris* Veroi. *conſ.147. num.34. lib.2.* Surd. *conſ. 6. num. 11. poſt princ. verſ. itaut qui contrarium, lib.1. & conſ.192. num.13. ad med. lib. 2.* Craueta *conſ.75. num.34. & conſ. 56. num. 3.* & per manifeſtiſſimas in ſuperlatiuo gradu, *§. item verborum. de inutil. ſtip.* DD. *in l.2. § ſi quis neget,* vbi Bar. *colum. fin. quemadmod. teſtam. aper.* Bal. *in l. in exercendis, C. de fide inſtrum. & conſ.37. ad fin. lib.1.* Alexand. *conſ.41. num.24. lib.4.* Ioan. de Annan. *conſ. 97. n.2.* refert ac probat hæc omnia Gracian. *diſcept. for. tom. 4. cap. 789. num. 5. 6. & 7.* ex quibus magis veritas huius opinionis eluſceſcit.

20 Ex quibus infero primò, declarationem illius opinionis, nempe quòd licet confeſſio parentum apud acta extraiudicialiter facta coram tabellione noceat confitenti, donec reuocauerit, eam tamen aduerſus filios, & deſcendentes reſoluitur in diſpoſitionem vnici teſtis, nec maiorem habet vim, vt ex Bal. & Iacobino *in l.1. num. 3. de probat.* voluit Valençuela *in d. conſ.90. num.12;.* aſſignans exemplum in ſequentibus numeris in depoſitione matris ex mandato iudicis exhibita in aliena lite circa filij ætatem, ſtatum, & conditionem, vt in ſpecie *d. l. etiam 16 de probat l.14. verſ. Pero ſi, tit. 16. part 3.* Bal. *in l qui teſtamento, 20. §. quacumque. ff 4. de teſtam.* & alij adducti ibi per eumdem Valençuelam, & nos
21 ſuprà §.1 ex num.19. † Sed ego inter ſpeciem, de qua loquuntur iura & DD. relati, & inter probationem maculæ inuenio maximum diſcrimen, tum ex ſuperiùs dictis, & quia prædicta confeſſio circa proprias qualitates fuit in propria cauſa, & iudicio exhibita, non in aliena, vt procedunt contraria, & plenè contra profitentem, & ſuum probabit genus, & probare debet contra cæteros deſcendentes, quibus conuenire debet, quod ſuæ ſtirpi conuenit ex ex notatis per Ang. *in l. de quibus, de legibus.* ibi communiter DD. & facit *in l. ſed & ſi quid 25. §. interdum de vſufructu.* cum traditis per Bal. *in l. licet 1. lect. 1. num.3. verſ. in eadem gloſſa, de feriis* & ab And. Tiraq.
22 *in tract. ceſſante cauſa. limit.7.* † tum etiam quia qualitas ex macula prouenien, poſtquam ſemel genus coinquinauit immotabilis eſt, & perpetua, nec ab eo auelli poteſt vllo ex facto ex dicendis infrà in ſeq. §. num. 18. & cùm macula generis per vnius confeſſionem conſtat, & probatur apparere etiam debet, cum omnibus ſuis qualitatibus in omnibus prouenientibus ex eodem genere, † tum denique, 23
quia & ſi fateamur, quòd ſimilis confeſſio directè non præiudicet aliis eiuſdem generis, indirectè tamen aliud erit fatendum, quatenus probando contra confitentem circa rem indiuiduam & communem, neceſſe eſt, quòd præiudicet cæteris eodem ſanguine iunctis, vt ſuo loco latiùs oſtendimus.

Secundò infero, quòd ſi confeſſio extraiudicialis 24
fuerit, non tamen facta coram perſona publica, ſed verbò tantùm, aut in epiſtolis miſſis, vt in ſpecie textus *in l. Imperatores 19. in princ. verſ. ſed epiſtolis, de probat.* licèt non plenam efficiat probationem, aliqualem tamen præſumptionem facit, ex *text. in l. fin. de interrogat. act. & in l. publica. 26. §. fin. depoſiti,* & eſt verior opinio, quam relata per Farinac. 3. tom. de reo conuicto & confeſſo quæſt. 82. n. 23. cum ſeqq. Maſch. de de probat. concl. 346. num. 6. iuncto num. 8. & probatur in d. l. Imperatores, in illis verbis, *ſed epiſtolis, quæ vxoribus miſſæ allegarentur, ſi de fide earum conſtitit nonnullam vicem inſtrumentorum obtinere decretum eſt,* vbi Accurtius hoc notat *gloſſ. 1. & in d. l. neque profeſſio, verb. præiudicat, C. de teſtam* quem cæteri ſunt ſequuti, & eſt bonus textus *in d. l. publica. 16. §. fin. depoſiti,* defendit Peregr. *de fideicom art. 43. num. 72. in fin. & num. 73.* eſtque vera ſententia, iuxta quam venit intelligendus, Az in Craueta *de antiq. temp. 1. p. ſect. vidimus & abunde, num. 38. vſque ad num. 44.* vbi agit de probatione epiſtolarum qui omnino videndus eſt, nam & ſi contra nos exiſtere videatur, loquitur tamen in diſſimili ſpecie.

Tertiò infero, quòd cùm plerumque confeſſiones 25
in ſancto Inquiſitionis officio ab aſcendentibus emiſſæ iudiciales ſint, quia in tribus illis modis, quibus aſcendentiũ confeſſiones extant receptæ in illo venerando tribunali, quos ſuprà retuli in principio huius quæſtionis, accipiuntur coram inquiſitoribus, non velut teſtibus, ſed velut iudicibus, & debent plenè probare iunctis adminiculis aduerſus confitentem ex traditis in dictis quatuor regulis, quod nullum dubium continere videtur in duabus primis ſpeciebus relatis ſuprà in principio huius quæſtionis, cùm fuerint in vero prolatæ iudicio, &
in legitimo examine emiſſæ. † In tertia verò de 26
qua eodem loco *num.4.* maior videtur verſare difficultas, ſed cum iuſſu iudicis ſecundùm vſum olim ſeruatum, & receptum in ſancto officio fuerint genealogiæ, & confeſſiones coram notario receptæ, mihi eamdem vim habent, itavt de iure communi aduerſus confitentes probet, ni aliud veris oſtendatur probationibus.

Sed obſtare videtur, quòd prædictæ omnes con- 27
feſſiones, & genealogiæ ex iudicum officio fuerunt expeditæ in præfationibus examinum tam reorum, quàm teſtium, & in tertia ſpecie producti aſcendentes fuerunt ex officio abſque vlla iudicij diſceptatione vt ſui generis qualiter oſtenderent, quarum nec minimam eſſe rationem habendam docuerunt Bal. *num.15.* Alc. 35. Padilla 21. *in fin. in l ſi ex falſis, C. de tranſact.* & ex aliis ſpecificè in noſtro caſu loquens probat Valençuela *conſ.92. à num. 126. vſque ad 140.* quia teſtium & reorum depoſitiones circa accidentalia, extrinſeca, & aliena à negocio principali attendi non debent ad conſtituendum veram probationem, nec quidem ad falſi crimen puniendum, cùm fuerint extra principale negocium interrogati, vt ſubdit idem Valençuela ibidem *num.29.* cui conueniunt plena manu congeſti per Farin. *de teſtibus q.66. n.24. & q.67. n.136.*

Quod quidem alienum eſt à negocio, & ſpecie, 28

de qua agimus ex multiplici ratione, tum quia in-
terrogationes, quæ in ſancto Inquiſitionis Officio
generis qualitates denunciatorũ, fiunt, ita principa-
li adhærent negocio, vt ad eius meliorem expeditio-
nem concernant, quo caſu attenduntur ſicut prin-
cipale ex Alciat. quem refert, & ſequitur Iacob.
Menoch. *lib. 5. præſumpt. 22. num. 22.* & Farin. *in d.*
29 *quæſt. 67. num. 137.* † tum etiam, quia opinio præ-
dictorum volentium, quod falſitati, nec variationi
circa accidentalia, & extranea non ſit attendendum,
intelligenda venit quoad principalem probatio-
nem, quæ per acceſſoriam vitari non debet aduer-
ſus iuris regulam, vt explicant adducti à Petro Ant.
Petra *de fideicom. quæſt. 12. num. 952. iuncto num. 1352.*
Menoch. *lib. 5. præſumpt. 25. à num. 16.* Maſch. *de pro-
bat. concl. 1361. num. 5.* Cardin. Tuſch. *lit. T. concluſ.
257. num. 9. tom.* 8. non verò quoad probationem,
quæ exinde oriri poteſt, ſi falſitas, nec variatio non
appareant, quia nullibi ſcriptum videbis quòd teſtes
& rei fidem non efficiant in circunſtantiis principa-
lis negocij, aliàs fruſtratoriæ, & nullius eſſent mo-
menti ſimiles interrogationes, quod aſſerendum non
30 eſt, † tum etiam, quia prædictæ interrogationes
fiunt in ſancto Inquiſitionis Officio ex communi &
recepto vſu, & ſtylo in omnibus fidei negociis ad
melius eruendam veritatem, & reorum qualitates
inquirendas, ex quibus non leues ſumi poſſunt præ-
ſumptiones & indicia, vt conſtitutum habemus in
inſtruct. 14. Domini Valdeſij Toleti anno 1561. Si-
manch. *in enchirid. tit 27. de interrogat. num. 1.* Peña
*in director. 3 part. comment. 16. lit. A. verſ. & interro-
31 gatur, pag. mihi* 422 & cæteri communiter, † & non
debent velut acceſſoriæ ſimpliciter conſiderari,
ſed ſimul æquè cum principali, *argum. l. ſi quando. 11.
C. de iniuriis. §. fin. inſt. de ſatiſdat.* Stephan. Gracian.
*deciſ. 137 à num. 18. & tom. 1. diſcept. 100. num. 61.
& tom. 4. diſcept. 45. num. 22. & 25.* ipſo vſu, &
32 ſtylo approbante vt in dictis iuribus, † tum quia
diſſimile eſt, conſiderari acceſſoria ad fidem eis præ-
ſtandam ab eo, vt ex eis crimen inducatur fal-
ſi, cùm illud velut fauorabile facilè admittatur
nec ſit cauſa, ex qua eis denegetur fides; hoc verò
velut graue crimen, & odioſum difficiliùs attendi-
tur, *ex text. in l. merito. 51 pro ſocio, & ſimilibus*, ex
quo quidam voluerunt quòd falſitas commiſſa in
acceſſoriis non ſit punibilis, inter quos ſunt relati
ſuprà pro contraria parte, † tum denique, quia etſi
33 teſtis in præambulis ſuæ depoſitionis, aut in alia
parte examinis aliquid fateatur contra ſeipſum, no-
cet ſibi, & plenè probat in quocumque alio iudicio
ex Bar. *in l. 1. num. 1. de falſ.* Iaſ. *in l. 2. num. 14. C. de
edendo.* Diaz *reg. 121. ampliat. 4.* Cuman. *conſ. 194.
col. 2. ante medium verſ. reſpondetur quod immò*, Pett.
Surd. *conſ. 135. & deciſ. 309. num. 8. & ſeqq.* Farinac.
de reo conuicto & confeſſo in 3. tom quæſt. 81. num. 102.
licèt contrarium defendant adducti à Valençuela
conſ. 90. num. 133. & à nobis in præd. §. 18. ita vt ex
omnibus prædictis verior appareat hæc noſtra opi-
nio de iure communi, quid ſit ex noua noſtræ Prag-
maticæ diſpoſitione in ſeq. §. dicam.

Quartò infero declarationem illorum, quæ tetigi
34 ſupra num. 28. & dixi ſuprà 1. part. quæſt. 11. §. 1. ex
num. 10. cum ſeqq. de eo, qui in iudicio aſſerit pro-
prium delictum, & de patre deponente contrà fi-
lium, & de conſanguineo contra ſuos conſangui-
neos, qui & ſi iuridicè ſub iureiurando interrogen-
tur, non tenentur directè contra ſe, (præter reum
iuridicè circa proprium crimen legitimè interroga-
tum) nec contra ſuos reſpondere in animæ foro,
† cùm nemo iure obſtrictus maneat ad proprios
35 naturæ, vel generis detegendos defectus, nec macu-
lam, vt rectè docet D. Ioan. Sancius Abulenſis *in ſuis
ſelect. & pract. diſp. 46. ſub num. 23.* vbi ait, quòd quid
non debet manifeſtare, ſe ruſticum eſſe, humilis
proſapiæ, aut ex illegitimo matrimonio, vel ex im-
puro ſanguine, & genere ortum, † cùm ſuos ne-
mo proprios defectus, nec turpitudinem manife-
ſtare cogatur, ſecundùm text. *in l. 2. §. Diuus, de iure
fiſci, cap. ſi peccaueris, cap. nullo, 2. q. 1.* & noſtros deteg.
defectus ſit inhumanum valdéque incurioſum, vt ait
*text in l. 2. in princ. verſ. quod enim, C. quando & quibus
quarta pars deb lib. 10.* Rota apud Ioan. Bapt. Coccin.
deciſ. 437. num. 3. nec filius turpitudinem patris, nec
hæres, nec ſucceſſor turpitudinem defuncti, nec au-
ctoris allegare, nec dicere debeat, vt ex multis pro-
bat Auguſtin. Barboſa *axioma. 221. n. 2. & 3. pag. 133.*
& ex ſimili teſtimonio, aut confeſſione ſe, & ſuos à
conſequutione maximi honoris, & vtilis boni pri-
uaret, ad quod non tenetur, vt ſubdit ipſe Sancius
Abulenſ. *num. 23.* & faciunt tradita per Couarr.
lib. 2. var. cap. 2. ſub num 8. † Et quòd diffamans 37
ſe, aut ineptum reddens ad obtinendum, ſeu admini-
ſtrandum officium, ſeu bonum aliud temporale, ob
quod damnificantur proximi, quibus eius opera erat
neceſſaria, committit peccatum lethale contra cha-
ritatem docuerunt Nauarr. *in man. cap. 18. num. 28.*
& Pet. Nauarr. *de reſtitut lib. 3. cap. 4. num. 124.* Lau-
datus à D. Ioan. Sancio Abulenſi citato loco *ſub n.
23. in fin.* Reginald. *lib. 24. num.* 89. Luiſ. Turrian.
diſp. 54. dub. 1. num. 13. Filliuc. *tractat. 40. num. 114.
verſ. tertius.* & faciunt tradita per Martin. Bonacin.
*tract. de reſtitut. diſp. 2. quæſt. 4. punct. 10. num. 1. verſ.
dixi, fol. 77.* † Et quod generaliter loquendo, nemo 38
cum graui ſui, ſuorúmve damno teneatur teſtimo-
nium ferre, ni in damnum publicum vertatur, veriſ-
ſimum, & receptum eſt, ex Nauarro *in man cap. 15.
num. 10.* Azor. *inſtit. moral 3. part. lib. 13. cap. 17. dub.*
6. Leonardo Leſſio *de inſt. lib. 2. cap. 30. dub. 6. n. 50.*
Valer. Reginald. *in praxi fori penit. lib. 24. num. 48.*
† Et dum inter familiares, & conſanguineos rixæ, 39
& diſſenſiones timeri poſſunt, adeſt iuſta, & legitima
excuſationis cauſa ad non teſtificandum, ſecundùm
Sayrum *in claui reg. lib. 12. cap. 20. num. 23. & ſeq.*
Bañez & Salon. *2. 2. quæſt 10. art. 1.* Reginald. citato
loco, Auila *de cenſuris. 2. part. cap. 5. diſputat. 5. dub. 2.*
Lazario *in tract. canonic. quæſt. ſect. 2. quæſt. 14. num. 12.
& de monitor. ſect. 3. quæſt.* 11. Martin. Bonacina
*in nouiſſimo tract. de onere & obligat. denunciandi § 3.
num. 5, in medio*, & in locis infrà adducendis. † Et 40
poterit de facto interrogatus à iudice æquiuocatio-
ne vti, & iuxta reſtrictionem in mente conceptam
interrogatis ſatisfacere, ex Nauar. *in ſumm. cap. 25.
d. num. 50.* Soto *de tegendo ſecreto membro. 2. quæſt. 7.
concl 4.* Azor. *inſt moral. 3. part. lib. 13. cap. 17. dub. 6.*
Leſſio & Reginald. citatis in locis. Martin. Bonacina
*de publico iudicio diſp. 10 q. 3. puncto 3. n. 8. & tract.
de cenſuris diſp. 1. quæſt. 6. puncto. 1. num. 5.* Et ex ea-
dem locum habebit, dum quis de propria macula,
& defectu ſui generis interrogatur, maximè cùm ge-
neraliter loquendo nemo debeat ſeipſum infamare
proprios detegendo defectus, † quia non eſt do- 41
minus ſuæ famæ, ſicut non eſt dominus ſuæ vitæ, ex
Bal. & Fel. *in cap. 1. de teſtib. cog.* tenet Ioan. Lup. *in
tract. de regno* Nauar. *3 p. §. 2. & in repert. rub. de don.
inter vir. & vxor. §. 7. num. 4.* Socin. *in repetit. cap. ad
audientiam, de homicid.* ex Theologis, Caietano
2. 2. quæſt 73. art. 2. & in ſum. verb. detractio. Valencia
tom. 3. diſp. 5. quæſt. 7. punct. 2. † Et licèt alij con- 42
tra malint ex contraria ratione, videlicet quia quili-
bet eſt dominus ſuæ famæ, ſicut eſt dominus ſuarum
facultatum, cùm fama propria adquiratur induſtria,
ſicut adquiruntur diuitiæ, & facultates, & ita pro-
&

Digitized by Google

pria voluntate amittere famam, ſicut diuitias poteſt, ex quibus fuit Nauar. *in man. cap.* 18. *num.* 27. & adducti à Petr. Nauarra *de reſtitut. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 113. *&* 115. *verſ magis ergo*, Bañez 2. 2. *q.* 73. *art.* 2. *diſp.* 2. Rebell. *de oblig. iuſt. q.* 1. *num.* 1. relati Saytum *in claui reg. lib.* 11. *c.* 3. *n.* 31. & à Mol. *de iuſt. & iure,*
43 *tract.* 4. *diſp.* 27. *n.* 3. † tamen dum amiſſio propriæ famæ redundat in filios, ſeu in familiam, & genus non poterit quis eam prodigere abſque lethali peccato, in quo omnes æquè conſentiunt, vt per Leſſio, Rebello Soto, & Molina explicat Martin. Bonacina *d. tract. de reſtit. diſp.* 2. *q.* 4. *punct.* 10. *n.* 1. *verſ. Dixi in ſuo genere*, & Ioan. Sancius Abulenſ. *in ſuis ſelectis & pract. diſput.* 46. *ſub num.* 9. *verſ. quod tamen falſum*, cum aliis in fine huius numeri allegandis, quare prauè agit, qui iureiurando ſuos, ſuorúmque palam facit defectus, vel ſint generis, aut perſonæ ex ſuprà dictis. Vnde ego ad conciliandas, & verè intelligendas prædictas contrarias opiniones circa dominium propriæ famæ, & circa facultatem prodigendi eam diſtinguendum puto, inter famam & honorẽ adquiſitum a maioribus, qui communis eſt omnibus de familia, cuius nemo eorum eſt dominus, itavt eum amittere abſque peccato valeat, propter aliorum immane detrimentum, *argum. text. in l.* 2. *de ſeruit. l. vnius.* 27. *in princ. de pact. l. ſi quis* 6. §. 1. *comm. præd. l. vnus.* 34. *de ſeruit. ruſtic.* Cæpolla *de ſeru. vrb. cap.* 14. Padilla *in l.* 3. *C. de ſeruit.* Cujac. *ad African. in l. fundus* 31. *de ſeru. ruſt.* Don. *lib.* 11. *comm. c.* 9. *ante medium*. Et inter famam ex propria induſtria adquiſitam, quæ ſi filiis iam communicata eſt, amitti iam non poterit ſine peccato, cùm ius quæſitum filiis ab eis auelli non poſſit, *l. fin de pact. cum ſimilibus*. Bal. *in l. ſi conſtante, in fin. C. de donat.* Valençuela *conſ.* 59. *num.* 9; ſio verò aliis communicata non eſt, ſed tantùm manet penes adquirentem, velut dominus eam prodigere, & amittere poterit, dummodo hoc faciat ſine aliorum detrimento, vel ſcandalo, qua ſpecie veram puto Nauarri & ſequacium opinionem. Pro qua diſtinctione faciunt tradita per Reginald *lib.* 24. *n.* 89. & per Molinam *de iuſt. tract.* 4. *diſp.* 37. *ex n.* 11. *cum ſeqq.* & per Fillinc *tract.* 40. *n.* 57. *&* 114. & per Leſſiũ *de iuſt. lib* 2. *c.* 11. *dub.* 6. *n.* 33. & aliis penes Bonacin. 2. *tom. tract. de reſtit. diſput.* 2. *q.* 4. *punct.* 10. *num.* 1. *verſ. Dixi.*

44 † Licèt attenta opinione, quam defendimus ſuprà 1. p q. 3. §. 2. qua oſtendimuss, puritatis ſtamta bonum reſpicere publicum, & quod reipublicæ intereſt defectus familiarum detegere, & probat Pelaez *de maiorat.* 1. *p. q.* 51 *n.* 5. *&* 6. & quod etiam diximus ſupra eadem, 1. p. q 9. §. 1. nempe, quòd interueniente publico bono tenetur quilibet cum propria, & ſuorum iactura veritatem propalare, difficilis videatur prædicta communis ſententia, tamen ab ea recedere non curo, & in caſus contingentia eam conſulerem, & practicarem, quia non eſt minus publicum bonum pax & concordia familiarum, & ciuium, qui ſubuertuntur per ſimiles depoſitiones, & teſtimonia, cui bono conſulere licebit altero omiſſo, pręterea quòd damnum, quod communitatibus prouenit ex omiſſo teſtimonio non ita certum, & minans
45 eſt, vt ſemper ad ſimilia obliget teſtimonia. † Niſi fortè coaptandus ita ſit prauis præditus moribus, rixis & contentionibus deditus quòd magna pericula commonitati, & reipoblicæ oſtendat, & minetur, & tunc licebit magis propriæ familiæ damnis occurrere, quàm alienis, vt ſpecificè docent Roman. *conſ.* 364. *Dum ſecundo, in princ. n.* 2. Anch. *conſ.* 436. *In iis dubiis, in princ.* vbi quòd prius, noſter quàm extraneis ſubuenire debemus, circa quod plures nouiſſimè congerit Auguſt. Barboſa *axioma*, 42. *n.* 4. *pag.* 30. maximè cùm communitas in prædictis damnis aliunde ſibi valeat ſubuenire, & alias ſumere probationes, ad ea quæ comminiſcuntur Valencia 2. 2. *diſput.* 3. *quæſt.* 4. *puncto* 3. Bañes 2. 2. *quæſt.* 36. *articul.* 4. *in final.* Martin. Bonacina 2. *tom. diſputation.* 3. *de charitate. quæſt.* 4. *punct.* 4. *num.* 5. *&* 6. *verſ. Dixi modo.*

---

§. IV.

De vero intellectu, & ratione noſtri textus.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio parentis contra filios, & deſcendentes an afficiat plenam probationem? Quod dubium de iure non erat plenè ſolutum*, num. 2.

Non nocet, ni quatenus aliis eſt munita adminiculis, num. 3.

4 *Filiatio ex nominatione cum adminiculis plenè probatur.*

5 *Confeſſio.* { *Omnis ſuſpecta* num. 5. *Emanata contra ſtatutũ, Moriti, Tutoris, Prælati, Patris, De recepto, Facta in alio iudicio,* } *Cum adminiculis probat. & nocet tertio.*

Teſtimonium. { *Sine fide plena, Extraiudiciales, Inhabilium, In cauſa propria, De alterius cõmiſſione,* }

6 *Sententia virtute confeſſionis præiudicat ſucceſſoribus, ſi aliis ſit munita adminiculis.*

7 *Seruitus velut res grauis ex ſola confeſſione induci non poteſt.*

Seruum fieri ex ſola confeſſione graue eſt, ibid.

Maculam generi conſtitui ex ſola confeſſione grauiſſimum, ibid.

8 *Confeſſio propriæ maculæ an noceat collateralibus, ſi cum adminiculis ſit?* & num. ſeqq.

Vnius alteri non nocet. ibid.

Et

Et hoc in cauſis puritatis loquendo probant DD. relati, num.13.

Contrarium ex num.14.

9 *Confeſſio ex ſententia pari paſſu ambulant.*

Sententia contra nobilitatem fratribus non nocet, ibid.

10 *Confeſſio fraternitatis alteriúſve ſanguinis coniunctionis alteri non nocet, niſi velut eadem perſona conſiderentur*, numero 11.

11 *Fratres diuerſæ ſunt perſonæ.*

12 *Confeſſio non tranſgreditur perſonam confitentis.*

15 *Conſanguinitas per diſtinctos gradus, & per eamdem lineam debet probari, vt confeſſio collateralibus noceat*, & numero 17.

16 *Fraternitas debet probari ex vtroque latere, vt fratres noceat confeſſio, ſecus in fauorabilibus, quia tunc faciliùs præſumitur.*

18 *Confeſſio rei diuiduæ alteri non nocet, ſecus ſi diuidua ſit.*

19 *Confeſſio patris circa ſtatum filij ex qua ei emolumentum prouenire poteſt, non probat.*

20 *Pater cogitur filium agnoſcere ni euidentiſſimis oſtendat probationibus alterius filium eſſe.*

21 *Confeſſio patris circa filij ſeruitutem non nocet.*

22 *Seruitus perſonalis eſt.*

23 *Seruus non eſt ideò quia pater, aut conſanguineus in ſeruitute ſit.*

24 *Seruus eſt qui ex ſerua naſcitur.*

25 *Poſſeſſio ſeruitutis, aut libertatis in primis inſpicienda.*

26 *Tempus conceptionis, quoad ſeruitutem inſpiciendum.*

27 *Confeſſio propria ſeruitutis cum adminiculis nocet confitenti, niſi contrarium plenè probet.* num.28.

Frater vnus in libertate, alter in ſeruitute poteſt eſſe, ſub n.28.

29 *Macula totius generis eſt; non poteſt dari in vno, & deficere in alio eiuſdem generis.*

30 *Vnus mundatus, & ſimul purus eſſe non poteſt.*

SED omnia; quæ diximus in præcedentibus §§. præcipuè loquuntur, & locum obtinent in probatione, quæ ex iure communi oritur ex confeſſione maculatæ aſcendentiæ aduerſus confitentem, tunc videndum eſt de ea, quæ deduci poteſt aduerſus eius deſcendentes, in quo maius verſabatur dubium ex eodem iure communi, vt ex redditis rationibus facilè quiſque colligere valet, & eſt quod principaliter quærimus in hac quæſtione, & in quo conſiſtit præcipua explicatio, & intellectus noſtri textus.

† Et videtur dicendum, quòd ex parentis confeſſione oriatur plena probatio contra filios, & cæteros deſcendentes circa eorum ſanguinis qualitates, 1
ex dictis ſupra in §.1. per totum, quod vſque adhuc ſeruatum vidi in praxi in pluribus cauſis, & negotiis, quorum informationes reprobatæ fuerunt ex vnica aſcendentis confeſſione propriæ maculæ; licèt teſtes omnes nouiter examinati puritatem concludebant, & optimam aſſerebant opinionem, quod & expreſsè fatetur noſter textus illis in verbis. *y eſtas tales confeſſiones an periudicado a ſus deſcendientes.*

Sed negari non poteſt quòd aduerſus deſcendentes non eamdem vim habent, ſicut contra ipſos confitentes, quibus etiam ex peculiaribus cauſis nocere aliquando non poſſent, ex relatis ſupra in §. 2. per totum, & ex dicendis infrà ex n. & cum ſeqq. ſed quanto minor ſit fides confeſſionum reſpectu deſcendentium, iure non habebamus diſpoſitum, nec in praxi verè cognitum, quare huic dubio conſultum, & ſatisfactum eſt per textum noſtrum, in hoc verſ. *Ordenamos y mandamos, que ſi las dichas confeſſiones*, cum ſeqq. verbis. 2

Quibus ſtatutum habemus, quòd confeſſiones aſcendentium deinceps non noceant deſcendentibus, nec plene aduerſus eos probent, ni quatenus aliis ſiot munitæ, & corroboratæ adminiculis, & probationibus, ita vt maculæ probatiu non maneat in terminis nudæ confeſſionis, aliter enim ſperni debent, & cauſa regulari ſecundùm ius per nouas receptas probationes; quæ quidem conſtitutio, nec in iuris ratione noua eſt, nec dici poteſt extra iuris regulas, cùm aliud ſimile conſtitutum habeamus in vnico, & ſingulari textu *in l. cum ſcimus.* 21. *in principio, Cod. de agricol. & cenſ. lib.* 11. vbi ſtatuitur, quòd ſcripturis, nec confeſſionibus, in quibus aliquis ſeruum ſe eſſe adſcribat, non ſit fides præſtanda, nec vllum præiudicium ei, nec ſuis, ex illis generetur circa ſuam conditionem, & ſtatum, ni etiam ex aliis argumentis aliquod acceſſerit incrementum, pro quo etiam faciunt iura ſupra in §.2. in principio adducta. 3

Facit etiam de iure pro deciſione noſtri textus, quòd licèr filiatio per patris nominationem non plene probetur, ſecundùm *text in l. non epiſtolis*, 13. *cum l. ſequenti, Cod. de probation. & in l. neque profeſſio*, 5. *Cod. de teſtamentis*, Dec. *in cap. per tuas, numero* 28. *de probation.* Rebuff. *tractat. de nominat. quæſtio.* 1. *numero* 2. Cardinal. Ruyn. *conſilio* 13. *numero* 7. *& conſilio* 36. *numero* 6. *volumin.* 1. *& conſilio* 53. *numero* 6. *volumin.* 5. Zephal. *conſilio* 48. *numero* 15. Aym. Craneta *conſilio* 249. *numero* 10. quia à natura prouenit, ſola & ex nominatione conſtitui, nec probari non poteſt, *textus in l. Gaius Seius*, 12. *in fin, de iure patronat.* Bald. & Doctores *in d. l. non epiſtolis:* attamen ſi alia adminicula concurrant plenè probatur, ſaltim ad transferendum onus probandi contrarium in aduerſarium, vt ex Decio citato loco intelligit Maſcard. *concluſione* 790. *numero* 10. vbi *in numero* 16. ex pluribus quos adducit, hoc extendit ad omnes ſanguinis qualitates, quarum profeſſio, ſeu quaſi, conſtituitur per nominationem, & alias coniecturas, latè explicat Fulu. Pacian. *de prob lib.* 1. *c.* 12. *ex n.* 7. *cum ſeqq. plurib.* Menoch. *de arbitr. caſu.* 89. *n.* 79 *cum ſeqq.* Gracian. *diſcept. for. to.* 3. *c.* 562. *n.* 24. *&* 25. qui ad hoc multa requiſita expoſcunt, Ruyn. *conſ.* 53. *n.* 6. *&* 7. *lib.* 5. Rota apud Io. Bapt. Coccin. *dec* 64. *n.* 2. *&* 3. *& dec.* 105. vbi plures, & apud Farin. *dec.* 347. *n.* 2. *p.* 1. 4

Et

Omnes confeſſiones ſuſpectæ adminiculis ſupplentur.

Et confirmatur ampliùs, nam omnes confeſſiones de iure ſuſpectæ & veriſimilibus ſupplentur adminiculis, vt tradunt Salic. *in l. mater, C. de contrah. empt.* Alexand. *in l. edita. in fin. C. de edendo, & conſ. 18. num. 2. & 3. lib.* latè And. Tiraq.
5 *in l. ſi vnquam, verb. Donatione largitus*, ex *n. 100. cum ſeqq. C. de reuocand. don.* Craueta *de antiquitat. temp. 1. p. Sect. Propoſitum noſtrum, num. 69.* Farinac. *deciſ. 359. num. 4. part. 1. in poſthum.* Mareſcot. *part. 1. reſolut. 8. num. 9. Gloſſ. fin. in l. 3. tit. 14. p. 3.* Fontanella *de pact. nupt. clauſ. 6. gl. 3. part. 7. n. 21.* & allegandi inferius maximè, *num. 6.*

Vt confeſſio emanata cōtra ſtatuti diſpoſitionē.

Vt in confeſſione emanata contra ſtatuti diſpoſitionem, ſecundùm And. Tiraq. citato loco vſque ad *num. num. 104.* Achill. de Graſſ. *deciſ. 160. alias 1. de confeſſ.* Gracian. *diſcept. forenſ. cap. 493. num. 10. tom. 3. & cap. 677. num. 49. & 50. tom. 4. & c. 878. num. 14. 15. & 57. & cap. 890. num. 25. tom. 5. gloſ. in cap. dudum. & l. 2. verb. de veritate ad medium, de elect.* Pariſ. *in cap. fin. num. 34. verſ. tertia concluſio, de præſcript.*

Mariti.

Et in confeſſione mariti facta de bonis vxoris probat Salic. citato in loco, Mareſcot. citato loco *num. 9.* Maſchard. *concl. 30. num. 8.* & latius *in concl. 362. num. 104.* Matienço *in l. 2. num. 7. & 9. tit. 2. lib. 5. recop.* Pelaez *de maiorat. 1. p. q. 52. ſub num. 52. verſ. multum tamen, & 4. p. 14. num. 53.* vbi plures cumulat Socin. *conſ. 82. & conſ. 122. lib. 3.* Gozadino *conſ. 41.* Decio *conſ. 536. verſ. & ad hoc etiam facit.* Crauet. *conſ. 40.* Gracian. *Marchiæ deciſ. 103. num. 20.* Farin. *deciſ. 96. num. 2. & deciſ. 127. num. 3. & deciſ. 359. num. 2. p. 1. in poſthum. & deciſ. 15. num. 2. & deciſ. 451. num. 1. p. 2. etiam in poſthum.*

Tutoris.

Et in confeſſione tutoris emanata per modum voluntariæ iuriſdictionis, vt per Rot. apud Farin. *dec. 374. per totam. 1. p.* Gracian. *diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 716. num. 25.*

Prælati.

Et in confeſſione Prælati circa res, aut cauſam ſuæ Eccleſiæ, ſiue monaſteriis admittit Aud. Tiraq. *num. 102.* citato loco, & faciunt tradita per eundem *lib. 1. de retractu. §. 1. gloſſ. 28. num. 80. & 87. &* Maſch. *concl. 367. num. 13. & 14.* Marc. Anton. Genuenſ. *practicab. Eccleſ. q. 582. num. 4.* Gracian. *diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 797. n. 55. & tom. 5. cap. 870. num. 3.* Farin *d. deciſ. 374. num. 2.* Aym. Craueta *de antiq. temp. 1. part. ſect. Propoſitum noſtrum, num. 69. & 73.* vbi *num. 70.*

Patris.

ait, quòd licèt confeſſio patris dicentis ſe habuiſſe pecunias à filio, regulariter non probet, ſi tamen concurrant alia adminicula fidem facit, cui conueniunt. Dec. *in l. ſi donatione, col. 6. verſ. vlterius adde duas, C. de donat.* Tiraq. *num. 100.* citato loco, Iaſ. *conſ. 189. circa legitimationem, colum. fin. poſt princip. lib. 2.* Cardin. Ruyn. *conſ. 142. num. 4.* Natta *conſ. 547. ſub num. 24.* Farin. *d. deciſ. 374. num. 3. part. 1.* de quibus omnibus vide Sarmient. *lib. 3. ſelect. cap. 11. num. 10.*

De recepto.

Et ſimiliter confeſſio de recepto niſi adminiculata nihil eſt, Achill. *deciſ. 1. de confeſſ.* Seraphin. *deciſ. 302. n. 2.* idem Farin. *deciſ. 15. num. 3. & deciſ. 585. num. 4. part. 2. poſthum.*

Facta in alio iudicio.

Et facta in vno iudicio non probat in alio, niſi cum adminiculis, ex Surdo *deciſ. 309. num. 5. & in fin.* Capicio *deciſ. 52. in fin.* Farin. *deciſ. 599. num. 7. p. 1. in poſthum.*

Tertio nocet.

Et quamuis regula iuris ſit quòd confeſſio tertio non noceat, tamen adminiculata, & veriſimilis aduerſus omnes probat, *l. ſi quis pro redemptione, 36. §. pen. C. de donat.* Cyn. *in auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſ. Eccl.* Alexand. *in l. edita. in fin* vbi etiam Guillelm. de Cunis, *C. de edendo.* Bal. *conſ. 617. lib. 2.* Surd. *deciſ. 55. num. 55. numero 3. vſque ad 7.* & poſt omnes Gracian. *diſcept. forenſ. tom. 5. c. 955. num. 5.*

Teſtimonium ſine plena fide.

Sicut in teſtium dictis, quæ licèt de iure aliqua ex cauſa non probent cum adminiculis tamen probant.

Extraiudiciali.

Vt de teſtimonio extraiudiciali contrario ei, quod in iudicio fuit receptum, dixerunt Filliuc. *tract. 40. num. 141.* & Farinac. *de teſt. q. 66. num. 216.*

Inhabilium.

Et de teſtimonio teſtium inhabilium, Maſch. *de probat. conſ. 944. num. 14. & concl. 359. num. 11. & ſeq.* idem Farin. *quæſt. 62. num. 335. & ſeqq.* Cæſ. de Graſſ. *deciſ. 173. num. 4. & dec. 174. num. 2. & ſeqq.*

In cauſa propria.

Et quod magis eſt, teſtimonio ipſius partis, propter veriſimilitudinem integra fides præſtatur, vt *in l. non omnes, 5. §. a barbaris, 6. de remiſſ. l. ſi quis pro redempt. 36. §. pen. C. de donat.* Tiraquell. citato loco, *num. 101.* Gulielm. de Cunis, & Alexand. *in l. edita. C. de edendo,* Surd. *conſ. 290. n. 45. vſq. ad 49. vol. 2. & dec. 105. n. 6. & 7.* & deponenti de commiſſione alterius cum adminiculis, creditur, Gracian. *5. diſcept. quæſt. 10. num. 19. & 20.* Bald. *conſ. 73. num. 4. lib. 3.* Socin. *conſ. 89. num. 14. lib. 1.* Rota *deciſ. 558. n. 3. & dec. 768. n. 5. p. 2. recent.*

Et licèt ſententia lata virtute confeſſionis ex- 6
hibitæ à poſſeſſore maioratus in iudicio, non præiudicet ſucceſſoribus, vt probaui ſupra §. 2. num. 20. & 21. tamen ſi concurrant aliæ præſumptiones, ſeu coniecturæ veriſimiles, ex quibus ſimul cum confeſſione fuerit ſententia lata, cæteris ſucceſſoribus nocet, vt ex multis probat Pelaez *de maiorat. 4. p. q. 14. num. 52. & 53.* ex redditis rationibus, & traditis per Alc. *reg. 1. præſumpt. 16. num. 2.* & per Menoch. *de arbitr. iud. caſu 137. & de recuper. rem. 15. num. 353.* Gregor. Lopez *in l. 3. gloſſ. fin. & in l. 9. gloſſ. ſequendo, tit. 14. p. 3.* Auend. *lib. 2. de exequend. mand. c. 29. n. 12.* Parlad. *lib. 2. rerum quotid. c. 14. n. 3.* Ioan. Gutierr. *lib. 3. pract. q. 96. n. 7. & de iuram. confirm. 1. p. cap. 5. num. 5.* Roland. *conſ. 9. num. 9. num. 13. lib. 1.* Craueta *conſ. 258. num. 6. & conſ. 225. n. 9.* Pet. Surd. *deciſ. 315. n. 6.*

Quæ omnia maximè deciſio noſtri text. ſum- 7
mam continent æquitatem, & rationem quæ ex ſupra dictis, & noſtro textu colligitur, ſed Iuſtinianus *in d. l. cum ſcimus. 22. C. de agric. & conſ. lib. 11.* viuam & mirabilem aſſignat rationem. *Melius etenim* (inquit) *eſt in huiuſmodi difficultatibus* (puta quas Imperator ibi, & nos ſupra pro vtraque adduximus parte in §. 1. & 2.) *ex pluribus capitulis conditiones oſtendi, & non ſolùm confeſſionibus, neque ſcripturis homines fortè liberos ad deteriorem detrahi fortunam.* ſic in ſpecie noſtra melius eſt, quod ex pluribus capitulis macula, & ignobilitas generis oſtendantur, quàm ex ſolis confeſſionibus homines fortè nobiles, & puri ad deteriorem trahantur fortunam: graue quidem, & nimis eſt durum, quod ex propria tantùm confeſſione quis ſeruili conditione prægrauetur; Durius tamen, & grauius erit, quod ex vnius aſſertione vniuerſa familia, & agnatio tota à ſua denudetur puritate, & claritate à ſuis adquiſita maioribus; quod igitur ex amentis, & impij confeſſione infinitis propè liberis, & toti proginiei indelebilis, & quaſi oſſibus affixa, & ſanguini immixta adquiratur macula, non ſolùm iniuſtum, ſed inhumanum, atque correctione digniſſimum, viſum eſt, vt noſter textus conſiderauit, & ſtatuit, quod ſolis confeſſionibus ſine aliis adminiculis deinceps fides non præſtetur.

Ad cuius pleniorem explicationem duo videnda reſtant. Primum an hæc deciſio, quatenus fidem aliquam maiorum præſtat confeſſionibus, dum aliud magis ad plenam earum probationem

non

non tequirit, quàm adminicula, habeat etiam locum in tranſuerſalibus, ſicut in deſcendeotibus, vt eis æquè noceant. Secundum, quæ ſint adminicula, & qualia, vt confeſſiooi adiuncta plenè omoibus probent, & noceant, cum quibus vniuerſa quæſtio, & materia plenè explicata manebir.

8 Circa primum, dicendom videtur quòd collateralibus ſimilis confeſſio etiam cum adminiculis non poſſit nocere, tum quia io eis ceſſant rationes omnes, quas citca deſcendentes addoximus ſuprà in §. 1. per totum, & habent à fortiori locum, quas pto contraria tradidimus in §. 2. tuio etiam, quia ſi maiotum coofeſſiones deſcendentibus noceut, ideò eſt, nam ſanguinis caoſam ab illis acceperunt, quod omoino in tranſuerſalibus ceſſat, tum denique, quia vnius confeſſio alteri oocere non valet, vt *in textu in l. qui teſtamentum* 27. *de prob. & in l. cum quis decedens.* 37. §. *Titia.* 6. *de leg.* 3. *& in l. repeti.* 16 §. 1. *de q. & in l. per diuerſas.* 22. *C. mandati l. fin. C. de accuſat. cap. nemini,* 5. 15. *quaſt.* 3. And. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gl.* 18 *num.* 73. Peguera *quaſt. crimin. c.* 5. *num.* 1. *&* 2. Maſch. *de probat. concl.* 386 *per totam* Zaballos *commun. contra commun. tom.* 3. *quaſt.* 4. *n.* 72. *& tom.* 2. *q.* 669. *n.* 3. Aym. Craueta *conſ.* 1. *pro genero n.* 432.

9 Confirmatur primò, confeſſio, & ſententia pari paſſu ambulant, *ex textu in l.* 1. *de confeſſis, cum ſimilibus:* at ſententia lata contta nobilitatem fratribus noo nocet. Igitur nec nocebit confeſſio. Minor tecepta eſt ab omnibus communiter ex Ioan. Garcia *de nobilit. gl* 6. *num.* 48. Otalora *eod. tract.* 2. *part* 3. *princ. cap.* 8. *à num.* 1. *cum ſeqq.* plures adducit Pelaez *de maiorat.* 2. *p. q.* 4. *illat.* 1. *n.* 21. & 32. vbi communem appellat. Fab. de Aona *conſ.* 89. *n.* 4. *&* 5. *lib.* 1.

10 Confirmatur ſecundò, confeſſio fraternitatis, aut alterius ſanguinis coniunctionis confitenti nocet, non tamen aliis præiudicat ex Æmilio *conſ.* 94. *num.* 7. *& ſeq.* voluit Maſch. *de probation. concl.* 790. *ſub num* 17. *&* 20. & faciunt tradita à Bal. *in l.* 1. *notab.* 1. *de probat. & in l. eam quam, n.* 8. *C. de fideicom.* Pariſ. *conſ.* 10. *n.* 70. *vol.* 2. Riminald. *conſ.* 89. *n.* 41. *& ſeq. vol.* 1. Burſat. *conſ.* 98. *col.* 2. Decio *conſ.* 524. *num.* 24.

11 Confirmatut tertiò, fratres inter ſe differuot, & diuerſæ perſonæ, & quaſi extranei iure conſiderantur, vt colligi poteſt ex traditis *in l. iuriſconſultus,* 10. *de gradib. & in princ. inſt. eod.* Agelio *lib.* 13. *noctium Atticar. cap.* 15. Pet. Greg. *lib.* 7. *de republica, cap.* 11. *num.* 16. Et ad hoc, vt confeſſio alteri noceat debet cauſam à confitenti habere, aut intellectu ſaltim iuris identitas inter eos conſiderari, ſecundùm *text. in l. ſi cum vno,* 22. *de except. rei iud. & in l. denunciaſſe.* 12. §. *quaritur.* 6. *ad l. Iul. de adult. l. ſape, pen. de re iud. & in l.* 20. *&* 21 *tit* 22. *p.* 3. quæ inter fratres deficiunt. Igitur & deficere debent eius effectus.

12 Confirmatur quartò, *ex textu in l. in duob. reis,* 28 §. 1. ibi, *ſi modò ideò interpoſitum eſt iuſiurandum, vt de ipſo contractu, & de re non perſona iurantis ageretur, de iureiur.* vbi licèt confeſſio vnius rei debendi alteri noceat in contractu inito, & in re deducta, non tamen iotelligitur, dum foit prolata circa confitentis perſonam, nam eam non tranſgreditur, nec alteri nocet.

13 Quare hanc opinionem loquendo lo quibuſdam puritatis informationibus ad quemdam canonicatum ſanctæ Eccleſiæ Toletanæ tenuiſſe Rotam Romanam tefert Farinac. *deciſ.* 167. *n.* 16. *p.* 1. *per d. l. in duob.* 28. §. 1. vbi Iaſon *de iureiurand.* & And. Tiraq. *de retractu conuention.* §. 4. *gloſſ.* 6. *num* 9. idem Iaſ *conſ.* 106. *numero* 2. *& ſeq. lib.* 1. Afflictis *deciſion.* 245. *numero* 11. Natta *conſ.* 438. *num.* 9.

Sed contrariam veriorem iudico, & receptam in ptaxi aliquando vidi, dummodo confeſſio ita ſit adminiculata, vt confitenti noceat, & eius plenè probet maculam, & macula proueniat ex linea qua ſanguine iunguntur, tum quia probata ſemel generis, & primæ ſtirpis qualitate omnibus oocere, & prodeſſe neceſſe eſt, cùm non tam vnius, quàm omnium ſanguis oſtendatur ex traditis latè ſuprà in 1. part. quæſt. 13. §. 1. & in q. 17. tum quia qualitate cauſæ demonſtrata, oſtenduotur plenè omoes eius effectus, ex vulgaris, tum quia ſicut ſententia ex confeſſione, & adminiculis lata omnibus nocet, vt ſuperiùs dixi, ita & confeſſio maculæ ſufficieoter adminiculata omnibus collateralibus, etiam præiudicabit; tum etiam quia per confeſſionem adminiculata oſtẽditur prima radix infecta labe, & debet omnes ex ea productos amplecti, ex pluribus congeſtis à Pelaez *de maiorat.* 2. *p. quaſt.* 2. *à n.* 84. *cum ſeqq. pluribus,* & faciunt tradita per Ant. Fab. *in C. lib.* 9. *tit.* 29. *defin.* 20. *ſub num.* 12 *in fin.* tum denique quia ſicut quidam ex collateralibus fruuntur vtilitate trium actuom poſitiuorum, quia eiuſdem originis, & ſtirpis ſunt, ſecundùm ea, quæ dixi ſuprà q. 4. art. 2. ex n. 86. vſque ad 93. per totum, ita ex eadem ratione debent ex contrariis probatiooibus damnum pati. 14

Vnum tamen eſt, quod io collateralibus poſſunt aliquando circunſtantiæ concurrere, quæ diuerſam rationem, & ſpeciem conſtituant, ratione maioris difficultatis probandi comprehenſiooem in linea maculata, nam ſicut in deſcendentibus reſpectu ſuorum maiorum oon poteſt diuerſitas conſiderari circa eas qualitates, quæ à ſanguioe proueniunt, quia verè probata deſcendentia, non poſſunt ad eſſe in ſuis genitis diuerſæ qualitates ab illis, quæ in progenitoribus fuerũt, ita ſimiliter debeot in collateralibus probari omnes gradus conſanguinitatis diſtiocte cu eo, qui confeſſionem exhibuit, & quòd macula prouenit ab eadem linea, qua inter ſe coniunguntur, aliàs nulla erit probatio, & nullum eis præiudicium afferre poteſt, in quo ſolet maxima difficultas interuenire, & quale dubium fuerit, deficiet damnum & comprehenſio. 15

Quare ſi confeſſio prolata fuerit ab aſſerto fratre, debet plenè fraternitas probari, & vtrinque fuiſſe coniunctos, aut quòd macula prouenit ab vtriuſque communi parente, & ſi in genere fraternitas tantùm probetur, nihil erit, nec alteri confeſſio nocebit, ſecundùm Angel. *in authent. vt liceat matri & auia,* §. 1. *verſicul. ad hac, in fin.* Alexand. *in l. ſapè, num* 51. *verſic idem etiam ſentit Angelus. de re iudic.* And. Tiraquel. *de nobilitate, cap.* 12. *numero* 3. Cotta *in memorabilibus, verſic. ſententia dicta pro vno ex multis fratribus,* & io materia puritatis probandæ recte conſiderauit Rota apud Farinac. in præallegata *deciſion.* 107. *numero* 9. 1. *part.* quia in alterius damnum fraternitas ex vtroque eſſe latere non præſumitur, quamuis aliàs ſecus ſit ſecundum plures allegagatos per Pelaez *de maiorat.* 1. *p. q.* 7. *n.* 24 *& ſeqq.* 16

† Atque idem ex eadem ratione dicendum eſt in quocunque alio conſanguineo collaterali cuius conſanguinitatis linea certò apparere, & conſtare debet, & ſimul quòd ex ea proueniat 17

macula,

macula, etſi non conſtet ſpecificè, ſed generaliter,
& confusè, nihil erit, cùm non ſequatur, quòd
Petrus ſit maculatus eò quòd habeat conſangui-
neum impurum vt conſiderauit Hojeda *de incom-
patibilitat. beneſic. 1. part. cap. 23. ſub num.* 14. cu-
ius meminimus intrà quæſtio. 9. §. 3. numeto 99.
ni appareat ex qua linea vtrumque proueniat, vt
iure & ratione notum eſt, & in ſimili deciſum ha-
bemus per Rotam apud Ioann. Baptiſtam Coccin.
deciſion. 105. *per totam.* Si verò id certò appareat,
confeſſio adminiculata nocebit omnibus conſan-
guineis per lineam maculatam, vti diximus.

18 Nec contraria obſtant, quia omnia loquuntur
de confeſſione, & re iudicata circa rem diui-
duam, & defectibilem, quæ aliter poteſt penes
vnum eſſe, & aliter penes alium, nec ſequitur, ſic
extare penes illum, quia conſtet, ſic fuiſſe pe-
nes alterum, vt patet ex iuribus, & Doctoribus
allegatis, dum verò res indiuidua eſt, nec poteſt
diuerſimodè ſe habere, vt macula ſemel in genere
habita, quæ inuenitur æquè in omnibus eiuſdem
generis, aliud eſt dicendum ex dictis *in d. q. 13. §. 2.
quaſi per totum.*

19 Maior prouenit difficultas ex eo quod dixi ſuprà
in §. 2. numero 28. circa patris confeſſionem de
conceptione filij, cui licèt proſit, nocere tamen non
poteſt *ex textu in l. 1. §. Iulianus* 12. *iuncta gloſſ.
verbor. pro filio. de agnoſc. & edend. liber.* in quo adeſt
omnino diuerſa ratio, cùm ex ſimili confeſſione
prouenire poſſit patri emolumentum, & nocu-
mentum filio ex denegatione alimenturum, ſuc-
ceſſionis, & aliorum onerum ad patrem perti-
nentium, *l. ſi quis* 5. *cum omnibus ſuis. §. ll. illo titul.
de agnoſcend. liber. l. legatis.* 6. *l. fin. de aliment. legat.
l. verbum victus.* 43. *de verborum ſignificat. l. penult.*
20 *& fin. C. de alend. liber. ac parent.* † Et ideò pater
cogitur filios agnoſcere, niſi euidentiſſimis oſten-
dat rationibus ex ſe procreatos non fuiſſe, *l. filium*
6. *de his qui ſunt ſui*, & ratione huius commodi
patri creditur, dum in fauorem confitetur filio-
rum; ſecus verò ſi contra, quia tunc potiùs præſu-
mitur à prædictis ſe voluiſſe exonerare oneribus,
quàm veritatem dicere, ex notatis per Doctores *in
cap. cum à nobis* 28. *de teſtibus.* & adductis ſuprà 1.
part. quæſtio. 11. §. 1. numero 10. quod deficit in
probatione propriæ maculæ, ex qua confitens nul-
lum capit lucrum, ſed damnum æquè ac cæteri, &
ideò nullam continet cauſam ſuſpicionis. Condu-
cit etiam alia ratio de qua *in l. miles* 11. *ll. quæ prop-
ter. 9. ad l. Iulian. de adulter.* de qua ſuprà h. q. §. 2.
num. 29.

21 Alterum maximum dubium ſequitur ex iuri-
bus adductis ſuprà in eodem §. 2. in princip. cir-
ca confeſſiones parentum de filiorum ſeruitute,
quæ eis nullo modo nocent, vt in dictis iuribus
probatur. Sed magna diſcriminis ratio interue-
nit inter ſeruitutem, & inter generis maculam;
22 † nam illa non tantùm generis eſt, quàm perſo-
næ, atque ideò perſonalis nuncupatur, & vniuer-
ſum genus non comprehendit, vt notant Barth. &
Doctores *in l. 1. de ſeruitut.* vbi Ioan. Corraſ. *num.*
13. & faciunt iura, & Doctores adducti à D. Ant.
23 Pichard. *in §. ſeruitus, inſt. de iure perſon.* † Nec
ſequitur, quòd quis ſit ſeruus eo tantùm, quòd
ſuus pater, frater, aut conſanguineus ſeruus exi-
ſtat, aut econtrà, ex cuius qualitatis natura vtrum-
que accidere poteſt, quæ mutationem recipit, &
alterationem, cùm quotidie videamus, quòd he-
ri ſeruus hodie ſit liber, & patet ex titulis de ſtatu
hominum, de manumiſſionibus, & de liberali

cauſa. † Et licèt bene ſequatur, quòd ſeruus 24
natus ſit, qui ex ancilla fuit ortus *ex text. in l. & ſer-
uorum, 5. §. 1. de ſtatu hominum, §. ſerui autem.* 5.
inſtit. de iure perſon. non tamen bene ſequitur, ſeruus
natus fuit, ergo ſeruus manet, cùm multi ca-
ſus accidere valeant ex quibus ad libertatem potuit
accedere; † nec id quæritur, an ſeruus natus? ſed 35
an ſit in ſeruituris poſſeſſione, aut libertatis, *ex
text. in l. circa eum* 14. *de probation. & in l. liber.
7. §. final. de liber. cauſa, & in l. eam quæ 21. C. eodem
cum pluribus ſimilibus*, † quamuis in dubia poſſeſ- 26
ſione conceptionis tempus inſpici oporteat, *d. l. eam
quæ. 21. verſ. ſed ſi controuerſia, gloſſ. in l. matrem,
verb. conuenit. C. de probat.* Pelaez *de maiorat. 3. part.
in præfat. numero* 17. quare patri, nec alteri aſſeren-
ti filium ſeruum eſſe, non eſt credendum, cùm eo
inſcio cauſa aſſequendi libertatem potuerit acci-
dere, nec ideò filius in poſſeſſione erit ſeruituris,
ſed ex ſtatu & poſſeſſione actuali cauſa dimetienda,
erit, † ſi verò propriæ ſeruitutis confeſſio exhi- 27
bita fuerit aliis concurrentibus adminiculis noce-
bit confitenti, cùm neceſſariò illi nota eſſet quæ-
libet mutatio, ſi vlla fuiſſet, *ex textu in l. iubemus,
41. in fin. de liber. cauſa, l. 6.* vbi *gloſſ. 4. titul.* 13.
part. 3. † Et nihilominus admittit probationem 28
in contrarium oſtenſo errore, aut falſa confeſſio-
nis cauſa, *ex text. in l. Imperatores, 29. §. mulier, 1.
de probation.* elegans text. *in l. nec omiſſa.* 15. *& in
l. interrogatam. 24. C. de liber. cauſa*, ſecundùm diſtin-
ctionem traditam, in §. præcedenti, paulò poſt prin-
cipium regul. 4. nec poterit aliis fratribus nocere,
cùm non repugnet, vnum in libertate, alterum in
ſeruitute exiſtere, bonus & elegans text. *in l. multis,
17. C. illo tit. de liber. cauſa.*

Sed macula totius eſt familiæ, & com- 29
munis omnibus, qui ſub ea degunt nec muta-
tionem, nec alterationem recipit, nec genus
ſemel maculatum purum poſtea effici poteſt,
ſicut nec vnus purus, & cæteri eiuſdem ge-
neris, & lineæ maculati, cùm omnes omnino
eiſdem frui qualitatibus debeant, & conſtito de
generis macula per vnius aſcendentis confeſſio-
nem cum adminiculis aliis, ex diſpoſitione
noſtri textus, neceſſe eſt, quòd omnibus noceat;
quia caſus dari non poteſt, quo idem genus ma-
culatum, & purum exiſtat, nec quidam ex eo pu-
ri, & quidam maculati. *argument. text. in l. eum
qui 23. in principio de vſucap.* cum ſimilibus addu-
ctis per Tiraquel. *in l. ſi vnquam, verbo, donatione
largitus, numero 244 pag. 281. C. de reuocand. do-
nation.* † Nec vnum, & idem corpus purum, & 30
maculatum exiſtere poteſt, *text. in l. ſi pariter, 9.
in fine. l. duobus. 30. de liber. cauſa, l. iudicata, 19.
in principio de exception. rei iudicat. l. vltim.
C. de commun. de manum. l. fin. C. de commun.
ſeruo manum.* ita vt magna ſit differentia
inter ſeruitutem, & maculam,
quoad noſtrum inſtitu-
tum, vt vidi-
mus.

§. V.

De adminiculis, quid ſint, & qualia debeant eſſe, vt alias coadiuuare valeant probationes.

SVMMARIVM.

1 *Adminiculum dupliciter capitur propriè, & impropriè. Et itidem eſt duplex, aliud vehemens, & aliud non vehemens*, numero 2.
Aliquando ſumitur impropriè pro veris, & legitimis probationibus, n. 3.
Caſus non poteſt dari, quo plenè probent, num. 6.
Frequentiùs tamen ſumitur pro indiciis ad induendum alias probationes, numero 7.
Probationes adminicula non dicuntur, numero 8.
Perficiunt ſemiplenam probationem, aut pluſquam ſemiplenam, n. 9. *Adeſſe debet probatio principalis cui accedant.* num. 10. *Idem adminiculum ac indicium, & circunſtantia*, n. 11. *Probari debent per duos ſaltim integros teſtes, & quid in criminibus exceptis*, n. 12. *conteſtes & non ſingulares*, num. 13.
3 *Domeſtica inſtrumenta & probationes nihil probant*, & num. 4. & 5.
7 *Probationes imperfectæ per adminicula ſuffragantur.*
9 *Probatio ſemiplena ſuppleri poteſt ex adminiculis.*
12 *Teſtes circa adminicula integri, & conteſtes eſſe debent*, num. 13.
14 *Confeſſio exhibita à viro bonæ indolis, & fama plus probat quàm à ſuſpecto*, & num. 15.
A vili & abiecto, & non cordato parum probat, num. 16.
15 *Vir bonus plus alio creditur.*
Confeſſio circa proprium delictum plenè probat, ibid.
Mente capti, & indiſcreti nihil probat, ſub num. 16.
Nulla ſi eſt adminiculari non poteſt, numero 17.
18 *Exiſtimatio perſonæ quo ad fidem multùm attendenda.*
19 *Qualitates confitentis inſpiciendæ ſunt ſecundùm tempus confeſſionis.*

1 CIrca ſecundum dubium ex ſuperiùs propoſitis ante numero 8. §. præcedentis, circa adminicula, quorum mentio in noſtro textu fit, ſciendum eſt, quòd adminiculum iure dupliciter accipitur,
propriè videlicet, & impropropriè. Propriè dicitur indicium ex veriſimilibus cauſis deductum per ſe non probatis, ſed imperfectæ adiectum probationi reddit eam plenam, & perfectam, vt deducitur vbi Bal. *C. famil. erciſcund.* idem Bal. *conſilio* 3. *numero* 3. adducti ab Anton. Gabr. *titul. de probat. concluſio* 1. *in principio*, Farinac. *deciſ.* 557. *numero* 3. *part.* 3. aut aliter adminiculum dicitur, quod adducit ad veritatis præſumptionem, vt ex Sociuo *conſil.* 187. *n.* 4. *vol.* 2. tenet Petr. Anton à Petra *de fideic.* q, 13. *num.* 15.

Et eſt duplex, aliud vehemens, quod eſt ſupplerio 2
defectus alterius probationis per ſe ſolum non operans, ſed cum alia probatione cooperans, *ex text. in cap. vltim. de ſucceſſ. ab inteſtat. l. inſtrumenta*, 5. *C. de probation.* Guido Papa *deciſ.* 441. Achil. *deciſion.* 1. *de confeſſ.* Rota *deciſion.* 376. *part.* 1. *recent.* aliud eſt non vehemens, & dicitur aliqualis rei probabili confirmatio *ex text. in l.* 2. §. 1. *de excuſat. tut.* vt definit, ac diſtinguit Bal. *in l. ea quidem.* 7. *poſt numero* 9. *C. de accuſat.* quem cæteri omnes fuerunt ſequuti, Menoch. *lib.* 1. *præſumpt. quæſtion.* 7. *à num.* 57. *cum duobus ſeqq. & quæſt.* 42. *numero* 2. vbi adducit Boër. *deciſion.* 164. *numero quarto* Petr. Anton. à Petra *in d. tractat. fideicommiſſ quæſtio.* 9. *num.* 20. Farinac. *de indic. & tortura quæſtione* 36. *à numero* 213. *cum ſeqq.*

Impropriè aliquando ſumitur adminiculum pro 3
veris, ac legitimis probationibus, vt *in d. l. inſtrumenta.* 5. *C. de probat.* quam licèt Menoch, *in d. quæſtion.* 7. *num* 58. cum aliis intelligat de adminiculis vehementibus, tamen rectiùs Hugo Donel. *in eadem. l. inſtrumenta*, *numero* 18. eam accipit de probationibus legitimis, quod patet, nam ibi agitur de inſtrumentis domeſticis adminiculandis ad plenam efficiendam probationem, & non poſſunt ſufficere adminicula propriè ſumpta, ad plenam fidem inſtrumentis domeſticis præſtandam, quam per ſe non efficiunt, nec ſupplementum præſtare,
cùm deficiat, quod ſuppleri valeat. † Tum quia 4
ita in teſtibus domeſticis conſtitutum eſt, à quibus in nihilo inſtrumenta differunt, vt conſtat ex notis iuribus, *in l. teſtes*, 24. *de teſtibus*, *l.* 1 §. *ad quæſtionem, de quæſtion. & in l. etiam.* 3. *C. de teſtibus*, *cap. in litteris.* 24. vbi communiter Doctores *illo titul. de teſtibus*, *cap. ſi teſtes*. 3. §. *teſtes*, 4. *quæſtion.* 3. *cap. ſuper prudentia.* 1, 14. *quæſtion.* 2. & ex aliis, quæ congerit Speculator. *in titul. de teſtibus*, §. 1. *numero* 11. *verſ. item excipitur, quod eſt domeſticus*, Maſchard. *de probat. concluſ.* 533. *numero* 1. *& concluſione* 1357.
numero 46. † tum quia domeſtica inſtrumenta ſi- 5
militer nihil ſunt, nec quid probant, vt *ex auth. de iureiurando à moriente præſtito*, §. *ſed hæc quidem, collat.* 5. *tit.* 3. *nouell.* 48. dixit idem Donelus *ibidem*,
à num 1. *cum ſequentibus, & numero fin.* † Tum etiam 6
quia ſi ibi loqueretur Imperator de adminiculis vehementibus abſurdum magnum in iure ſequeretur, quia daretur caſus, in quo ſemiplenæ probationi, aut quidem minori plena præſtaretur fides, quod credendum eſt ex ſupradictis, quia ſi inſtrumenta domeſtica nihil ſunt nec probāt, vt diximus deficit principalis probatio, cui adminicula accedant, & manent nuda ab alia probatione, & per ſe plenè non probant, quare ſi eis plena præſtaretur fides abſurdum ſequeretur, quæ ex imperfectis probationibus deduci non poteſt, & adminicula abſque principali probatione, cui adhæreant, plenum ſortirentur effectum, contra omne ius, & adducta ſupra in princ. huius. §. & dicenda inferiùs, ex num. 10.

Quare ex ſubiecta materia aliquando adminicula

cula ſumuntur pro veris ac legitimis probationibus: frequentius tamen pro indiciis, quibus aliæ ſuffragantur probationes, vt *patet ex textu in capite final.* ibi, *non tanquam ſufficienter probantes, ſed tanquam vehementer adminiculantes aſſertionem Abbatis, de ſucceſſionibus ab inteſt. & in cap. præterea. 27.* ibi, *ac alia legitima adminicula ſuffragentur, de teſtibus & in c. per tuas, 32.* ibi, *an alia etiam adminicula ſuffragentur,* & paulò inferiùs. *aliis adminiculis ſuffragantibus, de Simonia,* gloſſ. & canoniſtæ *in cap. cum cauſam, 13. de probat.* & probant præcitati, & Maſch. *de prob. concl. 55. n. 1. & ſeqq.* Auguſt. Barboſa, *appellat. 115. n. 2. pag. 233.*

8 Ac ideò adminicula per ſe probationes non dicuntur, ſed probationum auxilia ſeu coadiutricia, vt voluerunt Bal. *num. 10.* & Anton. de Butri. *in d. cap. cum cauſam,* Abb. *in cap. præterea, de teſtibus, per l. ſi duo patroni 13. de iureiur.* Farinac. *2. part. deciſio. 18. n. 3.*

9 † Et dum eſt ſemiplena probatio perfici poteſt per adminiculum vehemens, quod efficit aliam ſemiplenam ſecundùm veriorem opinionem, ſi verò pluſquam ſemiplena ſit principalis probatio, & fuerint adminicula non vehementia, ſimiliter perfici poterit ex adductis a Maſchard. vbi proximè, quem & alios ſequitur Farin. *in d. quæſt. 36. num. 216.* vbi *in numero ſeq.* ait, quòd adminicula non vehementia non in totum ſupplere poſſunt imperfectam probationem, ſed aliqualiter. Quod ego intelligo de probatione ſemiplena tantùm, cui ſi accedant adminicula non vehementia quæ non ſemiplenam, ſed qualem qualem conſtituunt probationem, non poterunt eam perficere, quia ſemiplenam, quæ deficit, per ſe non conſtituunt, ſed ſi probatio pluſquam ſemiplena fuerit, poterit ſuppleri per adminicula non vehementia, ad quod certa regula conſtitui non poteſt, ſed arbitrio iudicum relinquitur ex Ioſepho Ludou. *deciſ. Lucenſi. 62. num. 5. & ſeqq.* animaduerto tamen, quòd licet aliqui conſtituant differentiam inter adminiculum, & præſumptionem, in noſtra ſpecie nulla conſtituenda eſt, nec nos eam conſtituimus in dictis, & dicendis.

10 Ex quibus infertur primò, quòd ſi deficiat probatio principalis, cui accedant adminicula, vt in ſpecie noſtri textus eſt aſcendentis confeſſio, non poterunt per ſe tantùm efficere plenam probationem, ex ſupra traditis, & probat Anton. Gabr. *de probat. concluſ. 1. in principio,* Hypolitus Marſil. *ſing. 205. n. 3.* cum aliis allegatis à Farinac. *deciſ. 768. num. 5. part. 1.*

11 Infertur ſecundò, quòd adminiculum, indicium, & circunſtantia idem ſunt, & paſſim iure confunduntur vnum pro alio ſumendo, vt *in l. fin. C. famil. erciſcund.* vbi Bald. *num. 7.* Petr. Anton. à Petra *de fideicommiſſ. quæſt. 9. num. 120. in fin. & num. 138.* Farinac. *d. quæſt. 36. num. 268.* vbi *num. 275.* ait, quòd coniectura adminiculum dici poteſt ſecundùm Mantic. *de coniect. vlt. volum. lib. 1. tit. 1. rub. coniectura vnde dicatur, & quid ſit,* & Maſch. *de probat. lib. 1. q. 14. num. 9.*

12 Ad quod primò animaduertam, quòd ſingula adminicula, ſeu indicia quantum leuia, ſeu remota ſint, debent plenè probari per duos ſaltim integros teſtes, vt conſtat ex Maſchard. *de probat. concl. 894. numero 2.* Menoch. *de arbitr. iudic. caſu. 270. n. 23. & tract. de præſumpt. lib. 1. quæſtio. 91. numero 2.* Iul. Clar. *in praxi quæſtio. 21. in princip.* Oſaſco *deciſion. Pedam. 79. ante num. 31.* Boſſio *de indiciis num. 18. & ſeqq.* qui *in num. 15.* dixit quòd teſtes debent eſſe omni exceptione maiores, cum non poſſint adminicula probari cum duobus inhabilibus teſtibus, cuius opinionis fuit Anton. Gomez *3. tom. var. cap. 13. numero 18. verſ. item etiam,* quem ſequitur Menoch. *in d. quæſt. 91. numero 5.* Oſaſco citato loco *numero decimoquarto & decimoquinto,* Maſchard. alios adducens *de probation. concluſion. 894. numero 3.* licèt in criminibus exceptis quidam malunt, quòd indicia ſubſtantialia probari poſſint per teſtes inhabiles, vt refert & exemplis exornat Farinac. *tractat. de teſtibus quæſtio. 56. num. 77. & 78* † ſed 13 in eo principali quod diximus, nempe debere eſſe duos ſaltim teſtes, vt adminiculum probent, nemo diſſentitur, immò fatentur omnes, quòd debent eſſe conteſtes, & non ſingulares etiam in exceptis criminibus, ſecundùm Bart. *in l. in quæſtionibus, ad l. Iul. maieſtat.* quem cæteri ſunt ſequuti, ex Campeg. *de teſt. reg. 30. verſic. ſexto quia,* & Cortad. *de offic. Prætor. in cauſis ciuilib. titul. de teſt. in ſect. Perſonas teſtium aggrediendo verſic. ſecundo in crimine læſæ maieſtatis,* & alij quos plena manu congerit idem Farinac. *1. tom. quæſt. 37. num. 32. & quæſt. 56. num. 72. & 77. & in quæſt. 62. num. 31. & 387. in tract. de teſtibus.*

Secundò animaduertam, quòd plurimum conduci- 14 cit huic rei qualitas confitentis, quia ſi fuerit vir bonæ indolis, & famæ, & honoris non immemor extiterit, plus fidei meretur, ex traditis per Marſil. *in pract. §. diligenter num. 118.* quem refert Claudius *in addit. ad Bertazol. conſil. 225. lit. A.* quibus, etſi contrarij exiſtant Anton. Gom. *tom. 3. var. cap. 13. num. 16. verſ. Quod extenditur.* Maſchard. *de probat. concluſ. 1129. num. 12.* & alij quos allegat Farin. *1. tom. quæſt. 46. num. 48.* eorum ratio non habet locum in ſpecie de qua loquimur, † cùm confeſſio 15 propriæ maculæ non ſit ad commodum confitentis: ſed potiùs ad damnum, & famoſam notam, quare faciliùs ei credendum eſt, *argum. lig. vnic. C. de confeſſ.* & quæ ſuprà diximus §. 1. ex num. 22. cum ſeqq. & in 1. part. quæſt. 11. §. 1. ex num. 27. cum ſeqq. & teſtes plene creduntur in eis, quæ contra ſe deponunt, & confeſſio circa proprium delictum plenè probat licèt aliis non noceat, ex adductis per Crauet. *n. 62.* in loco quem referunt & ſequuntur Ioan. Monticell. *in repertor. teſtium verb. aſſerenti teſtem eſſe in dignitate, pag. mihi, 87. colum. prima verſic. final.* Ludouicus Zuntus *in ſuo conſilio pro vxore, numero 105.* Anton. Gab. *tit. de teſtib. concl. 4. num. 88. lib. 1.* Bertazol. *conſ. 334. num. 5. lib. 1.* cum aliis pluribus.

Quia ſi vilis, & abiectus, ſeu parum cordatus, 16 nec ſano intellectu extiterit non tantam efficiet fidem aduerſus deſcendentes, vt de vili probatur *in text in l. 3. in princip.* ibi, *an plebeius ſit, de teſtib. auth. de teſtib. §. ſancimus,* ibi, *& non quoſdam artifices ignobiles, neque viliſſimos, neque nimis obſcuros ad teſtimonium procedere, coll. 7. tit. 2. nouel. 90.* quorum ſaltim aſſertio valde fide minuitur ex receptiori Bart. opinione *in leg. ex libero, in fin. de quæſt.* quem ſequuntur Hipolytus de Marſil. *ibidem,* Crotus *de teſtib. 3. part. numero 24. verſic. ſed contra iſtam opinionem,* Boſius *de tortura teſtium num. num. 8.* Cortad. *de offic. Prætor. in cauſis ciuilibus, §. 1. tit. de teſtibus rub. Perſonas teſtium aggrediendo, verb. viles num. 83.* cum adductis a Maſch. *de probat. concl. 1362. n. 36.* Et in mente captis, & indiſcretis, & ſimilibus, quorum recordantur gloſſ. & DD. *in l nec codicillos, C. de codicill. & in l. ſi cum dotem §. ſi maritus in fin. ſolut. matrim.* probant Placa *de delictis lib. 1. cap. 29. num. 6.* Stracca *in tractat. de mercatura part. 3. à num. 28. cum ſeqq.* & quòd nullam omnino efficiant fidem malunt Speculat. *de teſte §. 1. numero 88. verſ. item quod eſt furioſus.*

Iacob. Egidius *in ſuo tract. de teſt. num. 7.* Campeg.
de teſt. reg. 114. ampliat. 1. & ſeq. Maſchard. *de pro-
bat. concl. 828. per totam. & concl. 1364. num. 23.* &
in facti contingentia in noſtra materia puritatis, &
in ſpecie de qua loquimur latè probat Valençuela
17 *conſ. 90. à n. 140. cum ſeqq.* † Et cùm confeſſio nul-
la eſt, adminiculari non poteſt, nec aliquid probat,
quantumuis fortiſſimis, & vehementiſſimis ſit ad-
miniculis munita, quia cùm nihil ſit, non eſt, cui ac-
cedere adminicula poſſint, *ex l. fin. de conſtit. pecun.*,
cum ſimilibus alibi adductis, & faciunt tradita ſu-
prà ex *n* 10. & quæ aliquot patiuntur defectus, &
non poſſunt probare velut legitimæ confeſſiones
18 fortioribus indigebunt adminiculis. † Et quòd
exiſtimatio perſonæ quoad fidem multùm ſit atten-
denda conſtat *ex d. l. 1. in princ. de teſtib. & ex text. in
l. ſi is qui, 17. § fin. de vſucap. cap. cum ad monaſte-
rium, 6. de ſtatu monach. & in cap. non cogantur. 3. 41.
diſt. & cap. Epiſcopus. 7. 10. quæſt. 2.* & maximè in
honeſtate, & integritate, quia improbi, & vulgares
non tantæ fidei ſunt, *ex l. legitimos, 5. §. 1. de legitim.*
19 *tut.* Menoch. *de arbitr. iudic. caſu 190. num. 12.* † quæ
qualitates inſpiciendæ ſunt ſecundùm tempus con-
feſſionis, non ex poſtfacto euenientes, *argum. text.
in l. 1. Qui potiores in princ. hab. & in l. 17. titul. 13.
part. 5.* Roder. Suarez *in l. poſt. rem indicatam, in decla-
rat. regni limit. 7.* quæ omnia debent probi iudices
attendere, & inueſtigare, quia cùm agatur de ardua,
& graui cauſa, debet cum magna deliberatione, &
prudentia terminari, ex Barbacia *conſ. 54. lib. 1.* Ze-
phal. *conſ. 76. num. 34. lib. 1.* & faciunt tradita per Me-
noch. *conſ. 96. n. 15. lib. 1.* & Burſat. *conſ. 191. num. 17.
tom. 3.*

---

§. VI.

De aliquibus adminiculis in ſpecie, quæ in præſenti adduci & conſiderari poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Geminatio confeſſionis magnum conſtituit adminiculum, libertati præiudicium affert,* num. 2. *Obligationem ſeruitutis inducit,* num. 3. *Plurimùm operatur,* num. 4. *Fortius ius tribuit actus celebrato,* num. 8. *Tollit defectus incertitudinis, erroris, & falſæ cauſa,* num. 9. & 10. *Erroris prætextu non poteſt reuocari,* num. 11. *Confeſſiones inualidas validas reddit,* num. 15. *Filiationem probat,* num. 16. *Et deſcendentiam ex aliqua ſtirpe,* num. 17. *Ex interuallo non incontinenti facta debet eſſe,* ſub n. 17. *vbi optimè diſtinguitur.*

2 *Confeſſio geminata probat contra libertatem, & obligationem ſeruitutis inducit,* num. 3. *Extraiudicialis, plenè probat,* num. 6. *etiam in præiudicialibus & grauibus,* num. 7. *Erroris prætextu non poteſt reuocari,* num. 11. *etiamſi vis illata fuerit,* num. 12. *Contrarium,* num. 13. & 14. *Filiationem probat,* num. 16.

5 *Verba repetita præſupponunt id, quod eſt ſatis validum, ſatiſque firmum. Maximam deliberationem, & enixam voluntatem demonſtrant.*

8 *Multiplicatio fortius ius tribuit actui celebrato.*

16 *Nominatio geminata filiationem probat.*

17 *Conſanguinitas, & deſcendentia per verba probantur geminata.*

18 *Verba*, en ſolos terminos de confeſſion *noſtri textus explicantur.*

19 *Adſcriptio publici cenſus quid ſit? adminiculum conſtituit.*

20 *Confeſſio vna adminiculat aliam.*

21 *Teſtis vnius de macula adminiculat confeſſionem.*

22 *Teſtes duo, vel plures de auditu, aut de fama adminiculum conſtituunt,* & num. 28.

24 *Inſtrumenta defectuoſa, aut non legitimè authenticata conſtituunt adminiculum.*

Teſtes non legitimè examinati faciunt adminiculum, ibid.

25 *Notæ priuatæ adminiculum faciunt.*

26 *Similitudo nominis maculati adminiculum conſtituere poteſt.*

27 *Coniectura & circunſtantia veriſimiles adminiculant.*

AT hæc de adminiculis in genere diximus, 1
nunc de aliis quæ cõfeſſioni aſcẽdentis adiun-
cta ſufficiãt, magis ſpecificè videamus. Et ſit primum
geminatio confeſſionis, vt clarè probatur, *in d. l. cum
ſcimus, 22. C. de agricol. & cenſit. lib. 11.* vbi poſtquam
fuit conſtitutum, quòd non plenè ſit credendum
confeſſioni contra libertatem, ni cum aliis argu-
mentis adiuuetur ſubiungitur limitatio hæc, niſi
poſt ſcripturam confeſſionis alia ſit depoſitio, *quia
tunc ex vtroque genere obligationes idest tam ſcriptura
quàm confeſſionis, vel depoſitionis talem eum eſſe cre-
dendum, qualem ſe & ſcripſit, & apud acta depoſuit,* 2
† per quod notat ibi Bart. *n. 6.* quòd confeſſio ge-
minata ita plenè probat, vt libertati præiudicium
afferat, quem ſequitur Nicol. Euerard *in topicis le-
gali. loco aut geminationis, n. 2.* & ita per Senatum iu-
dicatum refert Ant. Fab. *in C. lib. 7. tit. 3. definit. 4. per
totam.* & Ioan. de Platea *in d. l. cum ſcimus, n. 2. verſ.
ſin autem*, ait, † quòd geminata confeſſio non ſo- 3
lùm probat, ſed etiam obligationem ſeruitutis in-
ducit, quia per reiterationem actus, vel per alia ar-
argumenta ſit præiudicium cauſæ ſtatus, & li-
bertatis pro quia eſſet in dubio interpretatio facien-
da, vt *in l. quoties dubia, 20. de reg. iur.* cui conuenit
Iaſ. *in §. perſonam. n. 48. inſt. de act.* & Ant. Gom. *lib. 2.
var. c. 11. n. 6.* eſtque ad idem bonus textus *in l. fin.
C. de plus petit.* ibi, *tranſactionibus ſcilicet, & ſecundis
confeſſionibus, ſiue inſinuata ſint, ſiue non, etiam in hoc
caſu ſuam obtinebunt firmitatem, talibus etenim cautio-
nibus hoc obiicere non oportet*, vbi ſecundis confeſſio-
nibus nihil eſt, quod obiici poſſit.

Et ampliùs probatur, nam geminatio plurimùm 4
operatur, *l. Balliſta 32. ad Trebel. l. 4. iuncta gl. vlt. de
pignorib. act. & ex notatis in cap. ſi cautio de fide inſtr.*
And. Tiraq. *in l. ſi vnquã verb. reuert. n. 49. C. de reuoc.
don.* Gig. *de penſion. q. 100. n. 5.* Emm. Coſta *in l. ſi ex
cautione, fallent. 14. C. de non num pec.* Pinel. *in l. 2.
part. 2.*

part.2.cap.2.à num.4. & cap.4. num.31.C.de reſcind.
& in rub. part. n.14. verſ. inde etiam, & n. 43. C. de
bonis matern. Menoch. de arbitr. caſu. 213. num. 37.
& conſ.10. num.1. Mantica de tacitis,lib.19.tit 2.n.6.
Stephan.Gracian.diſcept forenſ.395. num. 35. Mar.
Antonin. var.reſolut.61. num.6.& reſol. 110. num.1.
lib.1. & reſol.1. num 3. lib.3. Cardinal.Tuſch. lit. G.
concl.28. Ioſeph.de Seſſe deciſ. 230. num. 4. & alios
penes Auguſt. Barboſ. axioma 12. num. 14. pag.13.
& axioma 105.num.1. pag.66. Hieron.Zaball.comm.
contra commun.quaſt.818. num.21. & 43. Ioan. Gut-
tierr. lib.3.practi.quaſt.17. & 18. num.128. qui plures
refert, & plura etiam cumulat circa effectus gemi-
nationis,Pelaez de maiorat.1.part.quaſt.22.à num.96.
5 cum ſeqq. vſque ad num.119. † quia repetita verba
præſupponūt id, quod eſt ſatis validum ſatiſque fir-
mum, vt dixit Imperator Iuſtinianus in l vn.verſic.
cum nemini.C.de emendat.Cod. Zaballos citato loco.
num.73. maximam deliberationem, & enixam vo-
luntatem demonſtrant, d. l. Balliſta. 32. ad Trebell.
cap. & ſi Chriſtus,26. de iureiurando, tenent præalle-
gati DD. & adducti ab Auguſtin.Barboſa d. axioma,
105. num 1.pag.66. Fontanella de pact. nupt. clauſ.7.
6 gloſſ.2. p.2. num.56. † Et in confeſſione receptum
eſt,quòd etſi extraiudicialis confeſſio niſi ſemiplenè
non probet ex textu in l. quaro.58. §.fi. de adilitio edi-
cto,l 7 tit.13.part. 3. at geminata plenè probat, &
velut iudicialis efficitur, ſecundùm Felin. in cap.ſi
cautio,num.14. & 40. cum ſequentibus, de fide inſtrum.
Decian.conſil.596.num.6.Math.de Afflict. deciſ.377.
num.5. & plures relati ab Auguſtin.Barboſa d. axio-
ma 105. num.2. & ab Aoton.Gab. tit. de confeſſ. con-
7 cluſ.3. per totam. † vbi ex aliis numero 3. hoc am-
pliat ad caſus præiudiciales,& graues, vt in malefi-
ciis,& atrocibus delictis,ex eodem Felin. in d.cap.de
hoc, de ſimon. idem volunt plures allegati a Ioſ.Maſ-
chard,concl 350.num.24. & concl.498. num.16 quem
& alios refert Farinac.3.tom.quaſt.81. num.13. licèt
num.ſeq. de hoc dubitet cum eodem Maſchard. &
aliis, ſed mihi verior videtur prima ſententia per
text.in d.l.cum ſtimus,21. C.de agricol. & cenſit.lib.11.
qui loquitur in ſtatus cauſis quæ grauiſſimæ ſunt,
8 & criminalibus comparantur, † & multiplicatio
fortius ius tribuit actui celebrato, aut confeſſo, vt
ex Peralt.in l. Menius.§.cum qui,num.6. deleg. 2. pro-
bat Pelaez de maiorat. 1 part. quaſt. 22. num. 96. &
confirmat Pariſ. conſ.19. numero 122. lib. 2.Cardinal.
Tuſch. in d.concluſ. 28. num. 32. Auguſtin. Barboſa
n.4. citato loco.

9 Et in terminis noſtri textus, & quæſtionis pro-
batur, nam per geminationem tolluntur, & ſop-
plentur defectus incertitudinis, erroris, & fal-
ſæ cauſæ, quæ fuerunt illius decidendi rationes,
vt patet ibi, confeſſuron coſas, que no fueron ciertas,
ni tunieron coſas, ni raçon para ello, & confeſſio
per eam legitima, & integra redditur, ac omnino
roboratur, vt patet ex ſequentibus. Primò, quia
geminatio omnem tollit incertitudinem, & ſuſpi-
cionem falſæ cauſæ, ex Bar. in l. 1.colum.3. d. quaſt.
Alexand. in l. penultim.eodem, Ancharan. in clement.
vnic.de homicid. Minſinger. auctor damnatus decade
1. conſilio 8. numero 8, aſſignans rationem, quia
ex interuallo reiterata confeſſio maximam de-
liberationem, & omnimodam veritatem demon-
ſtrat ex textu. in cap. ſi quis iratus. 2. queſtion. 3.
Pelaez in d. queſtion.12. numero 109. Ioann. Gutierr.
libr. 3. practic. queſtion. 18. numero 129. Zephal.
conſilio 603. numero 57. volumin. 4. Menoch. conſilio
215. numero 54. lib. 3. & facit text. in cap. & ſi
Chriſtus, 26. de iureiurand. Barbac. conſil. 43. volum.
2. Dec. conſilio 1. numero 3. & conſilio 504. colum.
fin. Oſaſch. deciſion. 38. numero 16. Roland. conſ. 61.
numero 39. & 40. volumin. 2. Octau. Glorit. reſp. 1.
num.59. part.2. Barboſa ſub numero 1. ſupra.Gracian.
diſceptat. forenſ. tomo 4. cap. 631. num. 6. & cap. 737.
num.4.& 5.

Secundò, quia geminatio tollit omnem errorem, 10
deceptionem & falſam cauſam, vt ex Tiber. De-
cian. conſilio 39. & conſil. 46. numero 50. volum. 2.
Roland.a Valle conſilio 28. numero 43. & conſilio 44.
à numero 1. volumin. 4. ſcripſit Maſchard. de probat.
concluſion. 1470. num. 5. Ioan. Gutierez in d. quaſt.
17. numero 130. Cardinal. Tuſch. numero 75. Au-
guſtin. Barboſa 16. citatis in locis. Cat. Chaſſan. in
Catalogo glor. mund.4. part. conſid.6. verſ. Quarto præ-
dicta ſententia fuit iniqua vbi agit de confeſſione Pi-
lati geminata, cùm ſæpiùs dicat, ſe nullam inueniſſe
in Chriſto Domino cauſam, eum ad mortem dam-
nandi, ex quo iniuſtitiam ſententiæ deducit.

Quare confeſſio geminata erroris prætextu non 11
poteſt reuocari ex gloſſ. verb. iterare, in d. cap ſi quis
iratus, 2. quaſt. 3. & in cap. fin. verb. iuſtu, de iure-
iurand. & in cap. ex litteris, verb. admonita, de di-
uortio, quam ſingularem appellat Bal. in l.vnic. C. de
confeſſ. & in l.ſi quidem, C.de except. tenent Iaſ. in l.
errorem, C. de errore calculi Menoch. conſilio 178.
num. 12. volumin. 2. Ioachim. Minſinger. decad. 1.
conſilio 1. numero 18. vbi numero 17. † dixerat, 12
quòd confeſſio vi illata geminata errore reuocari
non poteſt, ex gloſſ. in l. 26. de cuſtod. reor. & ibi
Angel. in l. vnic. C. de confeſſ. licèt contrarium vo-
luerit Gregor. in l. 5. gloſſ.4. titul.13. part.3. † vbi 13
ait, quod & ſi cum ſimili confeſſione alia concur-
rant indicia extra geminationem, nihilominus poſ-
ſit reuocari. Thom. Grammat. voto 10. numero 34. &
ſeq. Tiber. Decian. reſp.33. num.61. lib. 1. Socin. iun.
conſ. 180. à numero 8. lib. 2. Riminald. Sen. conſil.
372 per totum, argument. text. in l. de ætate, 12. §. ex
cauſa, de interrogat. act. l.1. C. de errore calculi, † quia 14
nullo caſu error veritati eſt præferendus, cui in
omni euentu locus eſſe debet, & æquitas ita ſer-
uandum ſuadet, pro quo videndi ſunt plures penes
Farinac. in d. quaſtione 81. numero 224. cum duobus
ſeqq.

Tertiò, quia geminatio confeſſiones, quæ nullæ 15
extant, validas, & legitimas reddit, & eis præſtat
vim plenæ probationis ex Felin. in cap. ſi cautio,
num.39. de fide inſtrument. Hieronym. Gratian. conſ.
81. numero 47. & conſil.150. num.12. & ex aliis Lau-
rent. Syluan conſ.57. num.16. & ita confeſſio ex ira-
cundia facta, licet nulla, per geminationem vali-
datur ex gloſſ. notabili in d. cap. ſi quis iratus. quam
dicit ſingularem Tindarus in tract. de teſt. cap. 6.
numero 18. Igitur ex maioritate rationis confeſſio-
nes, de quibus agimus plene adminiculatæ per ge-
minationem valebunt.

Quartò probatur, nam licèt confeſſio, ſeu no- 16
minatio per ſe filiationem non probet ex notis iu-
ribus adductis ſupra in §. 4. numero 4. aliud ta-
men eſt dicendum, ſi geminata fuerit, ſecundùm
Paul. Caſtrenſ. in l. non epiſtolis, Cod de probation.
Paleot. in tractatu de nothis, & ſpuriis, capit. 23.
numero 1. Idem Caſtrenſ. conſilio 191. Viſo pun-
cto in facto Francica, ſub numero 5. volumin. 2.
Paul. Æmil. conſil. 94. numero 9. & his relatis Maſ-
chard. de probat. concl.790. num.46. & faciunt tradita
per Menoch. conſ. 215. numero 54. lib. 3. & conſilio
328. numero 16. lib. 4. & licet Maſchard. in citato
loco numero quadrageſimo ſeptimo contrariam ſequa-
tur ſententiam, loquitur cum nominatio extra-
iudicialiter fit, & enunciatiuè, & non aſſertiuè,
nos verò loquimur de confeſſione iudiciali,

& aſſertiuè facta,cuius maiorem vim,nemo eſt, qui neſciat.

17 Quare Alexand. *in conſ.135. num 9. lib. 7.* tradit, quòd geminatio etiam enunciatiuè facta circa deſcendentiam ab aliqua ſtirpe, & progenie, conſtituit magnam probationem, & eſt idem, ac ſi diſpoſitiuè prulata fuiſſet, quod dictum laudat, & extollit Pelaez *de maiorat.1. part. quaſt. 22. num. 117. & 118.* vbi *à numero 82. cum pluribus ſequentibus*, de actibus geminatis agit, & de eorum magna vi, circa quam plura congerit, qui omnino ad rem videndus eſt. Sed intelligenda ſunt prædicta omnia dummodo geminata confeſſio ex interuallo fiat, ſecus ſi incontinenti, quia tunc vna & eadem tantùm eſſe videtur vt bene declarat Anton. Fab. *in C. lib. 7. titul. 3. definit 4. numero 1. & ſequentib. & conueniunt gloſſ. in l. ſi conuenerit. de pignor. act. & in cap. ab eo verb. inſtanti, de appellat. in 6.* Pariſ. *conſil. 71. numero 20. verſ. nec obſtabit. lib. 3.* Roman *conſ. 427. num. 3.* Tiber. Dec. *conſil. 37. num 92. lib. 2.* Cephal. *conſil. 94. inf lib. 1.* Mantic. *de tacit. & ambig. tom. 2. lib. 19. tit. 2. num. 6. verſ. ſed hoc ſane* vbi ait, quòd hoc intelligitur in actibus hominum, ſecus in verbis, quorum multiplicatio in eodem filo orationis magis exuberantem oſtendit veritatem, *d l. Balliſta*, vbi notat Gloſſ. & Bart. *ad Trebellian.* cum adductis à Tiraq. *in l ſi vnquam. verb. reuertatur, num. 43. & 44. C. de reuocand.* Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 7. gloſſ. 7. p. 2. n. 57. 58. & ſeqq.*

18 Nec obſtant verba illa noſtri textus, *O raçon, de que ſe pueda inducir que no eſta la materia en ſolos terminos de confeſſion*, vbi requiri videtur, quòd adminicula ſint extra confeſſionis naturam, ne probatio maneat in terminis ſolius confeſſionis, nam illa verba, *en ſolos terminos de confeſſion*, intelliguntur de vnica, & ſola confeſſiooe, non verò excludunt duas geminatas confeſſiones, quarum vna adminiculatur, & adiuuatur per alteram, quod valde diſſimile eſt, & noo manet probatio in terminis vnius confeſſionis, quod etiam apertè procedit *in d. l. cum ſcimus*, vbi & ſi vnica confeſſio ſeu [illegible] inualida reputetur, tamen geminata adn[illegible], inter quam & noſtram ſpeciem nullum pote[illegible] conſtitui diſcrimen.

19 Secundum adminiculum ſit publici cenſus adſcriptio de quo ſpecialiter *in d. l. cum ſcimus*, ibi, *quatenus*, vel *ex publici cenſus adſcriptione*, dicitur quidem cenſus tabula de ciuium cenſu, & bonorum æſtimatione coram cenſoribus à Populu Romano ſignata; vt referunt Liuius *lib. 1. & 4.* Cicer. *lib. 3 de legibus*, Alc. ad Cornel. Tacit. *lib. 1. verſicul. germanicus*, Hugo Donel. *in l in exercendis, 1c num. 2. verſ. Item cenſus. de fide inſtrument.* Oſuald. Illiger. ad eumdem Donel. *lib. 25. commentar. cap 8. de fide inſtrument. lit. L.* & è noſtris Rodriguez *de redditibus.* & Felician. & Auend. *de cenſibus cap. 1.* vbi plures alias acceptiones, & ſignificationes huius verbi, *cenſus*, referunt, Aluar. Valaſc. *de iure emphyt. quaſt. 32 num. 1. cum ſeqq.* Couat. *lib. 1. variar. cap. 7. num. 2.* Otalora *de nobilitate, 1. part. cap. 2. per totum.* Mol. Theolog. *2. part. de iuſtit. diſput. 380. & 381. in principio colum. 826. & in 3. part de tributis, diſputat 661. numero 1.* Ioan Zañes Parlad. *lib. 3. differ. quotid. 74. num. 1.* Ioan. Gutierr. *de gabellis, q. 1. num. 1.* Cardinal. Tuſch. *in practic. tom. 1. lit. C. verb. cenſitores, concluſ. 88.* Martin. Bonacina *de reſtitut. diſp. 3. quaſt. 4. de cenſib. punct vn. num. 2.* qui non tantùm adminicula dici poſſunt, ſed potiùs plenæ, ac legitimæ probationes, vt *in l. cenſus. 10. de probat.* ſed intelligitur reſpectu ciuis, cuius bona & familia recenſentur, vt iuxta eius facultates tributa populo Romano penderentur, quia eiuſdem profeſſione, & proteſtatione facta fuit adſcriptio, reſpectu vero aliorum quorum nomina per illius declarationem adſcribuntur, vt ſunt filij, ſerui, & ſimiles, & reſpectu eorum deſcendentium non plenè cenſus probabunt libri, ſed ſaltim magnum efficient adminiculum, quod confeſſioni iunctum plenè probabit, *in d. l. cum ſcimus*, patet, quod nunc accommodari poteſt antiquis monumentis, in quibus adſcripti extant deſcendentes à Iudæis, à Mauris, qui tributum vulgò, *la farda*, ſoluebant, quorum aliqua vidi inter ſcripturas quorumdam tribunalium, & communitatum, & etiam deſcriptioni tributorum ignobilium, & plebeiorum vulgò *padron del pecho*, quæ plurimum conducere ſolent ad ſimiles qualitates, & deſcendentias probandas, atque ita intelligo, Farinacij *deciſ. 551. num. 6. p. 2. poſthum.*

Tertium adminiculum erit, ſi fortè ſit aliqua alia genealogia, ſeu cōfeſſio alterius cōſanguinei eiuſdē deſcendentiæ, nempe fratris, ſeu aliorum, qui ex eadem linea maculam eamdem ſignauerit, quæ ſimul cum altera conſtituet plenam probationem, & per ſe magnum adminiculum, tum quia ſunt duæ confeſſiones eiuſdem rei, quæ inter ſe geminatæ dici poſſunt, & licet à diuerſis prolatæ, eiuſdem tamen ſunt familiæ, tum quia ſunt cooteſtes, & velut conſanguinei meliùs ſciunt ſui generis qualitates, & deſcendentias, & plenam conſtituunt probationem, tum etiam quia efficaciùs per eos manebit probata, quam per geminatas confeſſiones ab eodem ortas, *arg. text. in cap. licet 23. de teſtib. cum ſimilib.* & faciunt tradita ſuprà 1. p. quæſt. 15. §. 3. num. 56. ſicut etiam confeſſio ab extraneo orta, quamuis alteri non noceat, conſtituit tamen coniecturam, & adminiculum ſecuodùm Pet. Surd. *deciſ. 325. num. 11.* relatum a Farin. *deciſ. 334 num. 6. 1 part.* 20

Quartum adminiculum cooſtituet teſtis, qui deponat de obſeruatione alicuius ſectæ hæreticalis, aut prauorum rituum contra aliquem ex aſcendentibus, ex his, quæ dixi ſuprà 1. part. q. 9. §. 1. cum teſtis de viſu ſimiles obſeruationes pluſquam indicium conſtituat, & mouere poteſt iudices ad credendum, ex adductis per Menoch. *de arbitr. iudic. caſu. 474. n. 64.* Maſchard. *de probat. concl. 158. nu. 5. & concluſ. 1311. num. 45.* Tib. Dec. *conſ. 18. num. 68. volum. 1.* etiamſi de propria credulitate firmiter tantùm deponat, nam etiam facit magnum adminiculum, vt ex Angel. *conſ. 1. n. 2.* & ex Rota *deciſion. 9. num 12. part. 2. diuerſor.* docet Farin. *deciſ. 102. n. 11. p. 1.* 21

Quintum adminiculum efficient duo teſtes, aut tres de auditu, quia cùm probent in puritatis iudicijs, ſi numero plures ſint, & ſecundùm requiſita congeſta ſup. 1. p. q. 9. §. 4. ſi pauci fuerint, conſtituunt adminiculum magnum ad plenè corroborandum aſcendentis confeſſionem ex pluribus adductis per Menoch *conſ. 475. num. 5.* Rol à Valle *conſil. 82. num. 56. vol. 2.* Zephal. *conſ. 140. num. 29. lib. 1.* Bal. *conſ. 114. col. 2. lib. 4.* Aym. Crauetta *conſ. 277. col. 3. & in tract. de antiq. temp. 1. part. ſect. vlt. num. 4. circa fin.* immò quòd etiam vnicus teſtis de auditu adminiculum conſtituat cenſuit Rota apud Seraphin. *deciſ. 291. n. 2.* ſed in cauſis grauibus ſtatus, de quibus loquimur, & in criminalibus leue adminiculum conſtituere verius iudico. 22

Sextum adminiculum poteſt conſtitui, ſi præter aſcendentis confeſſionē fuerint aliqui teſtes de fama & communi reputatione, licèt per ſe, nec per eorum numerum non ſufficiant ad plenè probandum, iuncti tamen confeſſioni plenam efficient fidem, & probationem, cum ſaltim magnū conſtituant adminiculū, & præſumptionem, vt colligitur ex allegatis ſup. & 23

ex

ex Tib. Dec. *in d. conſ.* 18. *n.* 68. Th. Gramm. *conſ.* 21. *n.* 7. Carter. *in pract. crim. in* 2. *tract. de indiciis & tortura*, §. *octauum indicium n.* 14. *in fin.*

24 Septimum indicium ſeu adminiculum erit, ſi dubitatio fortè verſetur circa deſcendentiam ab aliqua impura ſtirpe, & aſcendens aliquis fateatur quòd deſcendit ab illa infecta radice, ſeu à relaxato, ſeu reconcialiato per ſanctum Inquiſitionis Officium, quæ confeſſio poterit coadiuuari ex inſtrumentis non legitimè authenticatis, aut defectuoſis, aut aliis teſtibus nulliter examinatis, qui licèt non plenè probent, conſtituunt tamen ſufficiens adminiculum ex adductis à Farin. ex Rotæ placitis *deciſ.* 18. *n.* 3. *part.* 2. Verall. *deciſ.* 106. *n.* 6. *p.* 2. Io. Bapt. Coccin. *deciſ. Rotæ* 68. *n.* 15. *& deciſ.* 31. *num.* 9. *& deciſ.* 173. *num.* 4. & per Gracian. *diſcept. forenſ.* 2. *tom. cap.* 269. *num.* 50. *&* 51. *&c.* 365. *n.* 39. & multum magis coadiuuabit vnicum inſtrumentum legitimè authenticatum, ex adductis ſuprà 1. p. q. 15. §. 2. per totum.

25 Octauum adminiculum ſumi poteſt ex regiſtris, & libris Sancti Officij alteriúſve tribunalis, aut communitatis, ex quibus appareat cognatio illa prætenſori, de cuius agitur qualitatibus, ſuſpecta de aliqua macula ex notis, quæ per ſe non poſſint plenam efficere fidem nec probationem, vt paſſim inueniuntur in ſecreto Sanctæ Inquiſitioois, de quibus dixi ſuprà quæſt. 5. præced. circa fin. pro quo faciunt tradita per Anton Peregrin. *de fideicom. art.* 43. *num.* 86. ex Baldo *in l. neque natales, col.* 1. *C. de probat.* Salicet. *in l. etiam, ff. illo tit.* Pariſ. *conſ.* 10. *num.* 58. *vol.* 2. Alban. *conſ.* 83. *n.* 13.

26 Nonum adminieulum aſſignari poteſt, ſi in originis loco fuerit aliquo modo notatum cognomen confitentis, & prætenſoris, & ſi non plenè conſtet identitas cognominum, nec quòd prætenſor ſimile ferat cognomen ex eadem linea, nec quòd macula certa laboret, dubia re manente ex noniter receptis informationibus, quia ſi adiiciatur confeſſio aſcendentis manebit ſufficienter admioiculata, & omne ſimul plenè probabit, quia ex cognominis ſimilitudine oritur adminiculum magnum & præſumptio identitatis familiæ, vt latè probaui ſupra 1. part. quæſt 16. §. 2. per totum, & quòd ex nota, ſeu infamia non perfectè probata oriatur ſufficiens adminiculum conſtat ex Decio, Corneo, & Crauera allegatis infra quæſtion. fin. §. 3. num. 87. & ex aliis allegatis numero 88. ibidem.

27 Decimum & vltimum adminiculum conſtitui poterit ex coniecturis veriſimilibus, & circunſtantiis deductis ex ipſomet negocio, & ex informationibus, & demonſtrationibus actorum, ex quibus probi, & periti iudices diiudicabunt an confeſſio aſcedentis plenè, ac legitimè ſit adminiculata, quibus huius rei inueſtigatio pro ſuo arbitrio maiori ex parte iure commiſſa eſt, quia nulla certa regula, & infallibilis, nec omnium caſuum, & ſpecierum comprehenſiua poteſt aſſignari, ſed ex cuiuſque negocij circunſtantiis, & qualitatibus ſumenda à iudicibus eſt, *text. in l.* 3. §. *eiuſdem quoque, de teſtib.* & conuenit *text. in l. de minore,* 10. §. *plurimum, de quæſt.* & ita tenent DD. cómuniter, vt conſtat ex adductis ab Ant. Gom. 3. *to. var. c.* 13. *n.* 13. *verſ. finaliter & reſolutiue dico,* Menoch. *de arbitr. iud. centur.* 3. *caſu* 270. *à n.* 2. *cum ſeqq.* & Maſch. *de probat. lib.* 1. *q.* 15. *n.* 15. *& concl.* 859. *n.* 7. & qoos plena mano congerit Farin. *de indic. & tortura q.* 37. *n.* 192. vbi *in n. ſeqq.* docet, quo modo iudex probus ſuum debeat regulare arbitrium, ex quibus ſatis explicata, & enucleata manet noſtra hæc 6. quæſtio, & huius textus deciſio exornata.

QVÆSTIO VII.

De obligatione, & effectu huius pragmaticæ quatenus obliget omnia tribunalia, communitates, & collegia ad eius obſeruationem: ad explicationem §. Ytem porque en algunos de los tribunales, *&c.*

VERBA TEXTVS.

YTem porque en algunos de los tribunales, y cõmunidades, que requieren actos de nobleça y limpieça aprietan mas que otras, las calidades de la probança, y calification: y particularmente los colegios no contentandoſe con la affirmatiua, de que ſean limpios ſino que requieren, que no ſe aya oido decir, ni dudar lo contrario: de la qual calidad, y ſu aueriguacion ſe a dado ocaſion, a que muchas familias queden notadas iniuſtamente por la malicia, y odio con que muchos caminan en eſta materia, y ſi aora corrieſe en la meſma forma, demas de los inconuenientes referidos, ſe haria perjuicio a las demas comunidades, y tribunales en laſquales ſe requiere nobleça, y limpieça. Ordenamos y mandamos, que todo lo diſpueſto, y contenido en eſta ley ſe guarde, cumpla, y execute vniforme, e ygualmente en todos los tribunales, communidades y colegios ſin excepcion, ni differentia alguna.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus hominum diuerſi ſunt.*
Natura hominum prona eſt ad diſſentiendum, ibid.
2 *Æqualitatem eſſe in communitatibus quaſi impoſſibile iudicatur.*
3 *Communitates quadam magis ſtrictè iudidicant puritatis cauſas, quàm alia.*
4 *Iudices tenentur ſequi veritatem.*
5 *Audire falſos detractores lethale eſt peccatum.*
6 *Statutum nullum, aut ſaltim iniuſtum eſt, ſi excludat illum, contra cuius puritatem falſus eſt rumor.*
Collegium Conchenſe ſimile ſtatutum non habet, ibid.
7 *Finis noſtra pragmatica ſicut recta legis eſt damnis ſalutarem adhibere medelam.*
8 *Legis natura eſt pro communitate ferri,* & num. 9.
Et communitati non ſingulis imponi, numero 10.

Obligatio ſimiliter communis , & omnes ligat, ibid.

Contrarium,n.11.& ſeqq.

11 *L.1.§.planè de conſtituit.Princip.*

§.ſed & quod Principi,inſt. de iure natur.explicatur,& n.14.

12 *Leges plures in vtilitatem priuatorum fuerunt latæ.*

13 *Ius publicum & priuatum differunt.*

13 *Ius publicum renunciari non poteſt,priuatum verò ſic*,ibid. & num.24.

14 *Conſtitutiones Principum diuerſimodè feruntur,ſi generales,leges nuncupantur , ſi ad certum territorium , ius municipale ,ſi ad certam perſonam , priuilegia dicuntur.*

15 *Regnum ex diuerſis conſtituitur , quæ ſingula illud componunt.*

16 *Leges quæ ad ſingulos diriguntur totius Regni vtilitatem reſpiciunt.*

17 *Totum ſeruatur ſingulis eius partibus ſeruatis.*

18 *Conſtitutiones perſonales non ita publicam reſpiciunt vtilitatem.*

19 *Communitas dupliciter accipitur , pro communitate vniuerſali omnium , & pro collectione plurium alicui muneri inſeruientium. Quibus leges apprimè accomodantur,* num.21.

20 *Ius ciuitatis municipale vocatur.*

22 *Lex communis eſt , & ſi eius tenor de certa ſit perſona. Etſi particulariter conceſſa ſit, tamen redacta ad ius commune communis efficitur*,num.23.

24 *Ius reſpiciens bonum commune tam in prima quàm in ſecunda intentione non eſt renunciabile,ſecus tamen,ſi in executione priuatam reſpiciat vtilitatem.*

26 *Lex vtilis eſſe debet , aliàs talis dici non poterit. Interpretatur itavt ſit vtilis , non damnoſa,nec fraudulenta*,ibid.

27 *Tribunalia omnia , & communitates ſub noſtrâ lege comprehenduntur*, & ex n. 32. cum ſeqq.

28 *Clauſula generalis intelligitur ſecundùm expreſſa, & eis ſimilia. Et ſi generaliter intelligi debeat tamen reſtringitur ſecundùm ſpecialia expreſſa*,n.29.

In fine poſita refertur tantùm ad præcedentia, num.30.

Etiam in inſtrumento , & lege , num.31.

Niſi poſita fuerit ad diuerſum finem , numero 32.

33 *Poſita ad vnum finem aliud operare non poſſunt. Nec ad qualificandum vnum capitulum , qualificant aliud* , num.34.

35 *Verbum*,omne,*totum includit.*

36 *Verba*,ſin excepcion, ni differencia , *vniuerſalia ſunt,& omnia includunt. Habent vim clauſulæ*,omnia & ſingula , *quæ omnia comprehendit , ac ſi ſingula manerent comprehenſa. Non admittit limitationem nec aliquid prætermittunt , ſunt verba geminata , & enixam voluntatem demonſtrant*,num.37.

28 *Argumentum de maiori ad minorem,& econtra de minori ad maiorem quando procedat*,& num.29.

CVM hominum aſſenſus non ſemper æquales 1
omnino exiſtant, vt colligitur ex textu *in leg.*
item ſi vnus 17.§.principaliter 6. de recept. arb. & in c.
litteris 39.de reſcript cap. quia diuerſitatem 5.de conceſ.
*preb.c.ſicut.151.verſ.ſi poſſent,de conſecrat.diſt.*4.Mantica
de tac.& amb.lib.6.tit.18.n.1 Marc.Ant. Colum.
in tract.de eccleſ.reddit origo.3.p.c.34.n.2. quia natura
hominum prona eſt ad diſſentiendum,vt *in l.1. §.fin.*
de adq.poſſ vbi gloſſ.alia iura adducit, Perez de Lara
in compend.vita hom.c.1. ſub n. 60. bonus etiam text.
in l.4.circa fin.ad S. C. Treb. & in l. 2. §. Deinde quia
*difficile,9.de orig.iur.c.fin.*vbi *gloſſ.1.diſt.63.*Vnde illud
vulgare,Tot capita,quot ſenſus.
Et Perſius.

Velle cuique ſuum eſt, nec voto viuimus vno.
Et Ouid.*lib.1.de arte amandi.*
Pectoribus mores tot ſunt,quot in orbe figuræ.

Ita ſimilitèr & communitates , quæ ex homini-
bus conſtituuntur,non ſemper eadem ſentiunt , nec
eadem obſeruant† : immò æqualitatem in eis adeſſe, 2
quaſi impoſſibile iudicatur, vt ſignificatur,*in d.c.quia*
diuerſitatem,& colligi poteſt ex Plinio *lib.2. epiſt.22.*
Nauarr.*in man.c.27.n.299.*Arias Pin.*in l.2. 1.p. c. 4.*
*n.39.C.de reſcind.*Zaball. *comm. contra comm. q.1.n.4.*
refert Valençuela *conſ.90.n.13.*Hermoſilla *ad prolog.*
5.p.gl.1. n. 1. † quod in iudicando cauſas puritatis 3
aperte demonſtratur , quia in quibuſdam communi-
tatibus, in quibus ſunt puritatis ſtatota,magis ſtricta
ſit qualitatum diiudicatio , quàm in aliis in his po-
tius veritas inſpicitur, quàm excogitata à maleuolis
macula,& magis vera puritatis exiſtentia attenditur,
quàm falsò aſſerta , & quantumcumque publicè
ſparſa macula:In illis verò non tam veritas ſequitur,
quæ exiſtit,quàm falſa labes, quæ abeſt dictum cre-
ditur, & verum reiicitur , calumnia amplectitur , &
veritas negligitur , mendacium velut bonum ſe-
quitur,& veritas velut praua relinquitur,& hoc om-
ne vnica ex ratione , quia falſa macula ſemel ab ini-
micis prolata ab aliis audita fuit,licèt claritas gene-
tis verè appareat,itavt fortior ſit vox nuda , & falſa
quàm euidens exiſtentia facti , & nulla fides illius
huius veram probationem vincat , & illi vis præſte-
tur,quæ non eſt,& ab hac tollatur robur,& ſoliditas,
quam iure,facto; & ratione habet , & ex prauo ali-
quarum communitatum aſſenſu vana vox populi fi-
dem,quam non habet,capiat , cum proximorum in-
iuria,Dei offenſa, & animarum iactura , cum tot re-
gni damnis, & incommodis,quod ſuprà in 1. quæſt.
huius 2.partis propoſui, & de his iterum dixi ſuprà
1.part quæſt 12.§.3.ex num.46.& aliis locis de qui-
bus infra num.5.in fine† , & cùm iudices teneantur 4
ſequi veritatem , vt probauimus infra in quæſt 9.
pluribus in locis,& probant Martin.Bonacin.2. *tom.*
de iudicio publico diſp.2.q.10.punct. 2. à n. 1. cum ſeqq.
Aug.Barboſa plures referens *axiom. 224.n.2.3.& 5.*
pag. 139.† & audire falſos detractores lethali animas 5
afficiat culpa,ſecundùm Nauarr.*in man.cap.18. num.*
37.& Pet.Nauarra *de reſtitut.lib.2 cap.4. à num.* 335.
cum

cum ſeqq Soto de iuſt lib. 5. q. 10. art. 4. Aragon. 2. 2. q.
72. art. 2. Salon ibidem q. 73. art. 4. concl. 2. Azor. inſtit.
moral. 3. p. lib. 13. cap. 7. dub. 10. P. Molin. de iuſt. & iure
tract. 4. diſp. 4. Leſſio eod. tract. lib. 2. cap. 11. dub. 4.
Rebell. de obligat. iuſt. 1. p. lib. 4 q. 6. n. 2. Valer. Regin.
in praxi fori pœnit. lib. 24. num. 95. Sayr. claui reg. lib. 11.
cap. 9. n. 58. cum aliis pluribus ſequitur, quantum ſit
iuſtitiæ, & charitati contraria prædicta diiudicatio
per falſos rumores, & iniuſtas detractiones, & quan-
rum conſcientia lædatur, de quo dixi ſuprà 1. part.
quæſt. 1. §. 6. per totum, maximè num. 10. & quæſt. 3.
§. 3. illat. 5. num. 46. & alibi, & vereor, quòd multi
6 hac ex cauſa in gehenna crucientur, † cùm videam,
nullum ſtatutum decidere, quòd non admittantur,
qui falſum rumorem maculæ contrarium habeant,
licèt aliud innuere videatur D. Franciſcus de Amaya
obſer. iur. lib. 2. c. 6. n. 52. dicens ita conſtitutum in ſuo
Conchenſi Salmãticenſi Collegio, vt macula verè,
aut falsò audita impedimento ſit ad ingreſſum
collegij, quod certè à fundatore non fuit conſtitu-
tum, vt in originali ſtatutorum illius collegij con-
ſtat, ſed tantùm, vt expellantur deſcendentes Hebræ-
orum, & Agarenorum etiam in longiſſimo gradu,
cui poſtea per eoſdem collegiales additus fuit audi-
tus verus, ſiue falſus, iniquè tamen, & iniuſtè aduer-
ſus fundatoris mentem, & ipſorum conſcientiam, &
quidem eorum, qui poſt eos ita obſeruant, quorum
animarum ruinam timeo, & neſcio qua via, aut ra-
tione hoc defendere valeant, quod & mihi fuit faſ-
ſus, ſecretò tamen, Doctus & Chriſtianus vir eiuſ-
dem collegij, aſſeuerando, quòd in originali ſtatuto-
rum rigor hic non continetur, ſed additus poſtea per
collegiales, quod mihi nullo iure fieri potuit, cùm
iniquum ſit, & reprobum, & abhorreat viris æquis,
& prudentibus, & iuſtè per hanc noſtram tollatur
pragmaticam.

7 Cuius finis eſt, his, & aliis occurrere dãnis, & aſſi-
gnare ſalutarem, & vtilem formam procedendi in
cauſis puritatis, & nobilitatis, & maxime decet, quòd
intrepidè, & vnanimiter ab omnibus obſeruetur, &
ita nunc ſtatuit, quòd omnes eius ordinationes, quas
recenſuimus in præcedentibus quæſtionibus obſer-
uentur, & indiſtinctè cuſtodiantur in omnibus com-
munitatibus, tribunalibus & collegiis abſq; differẽ-
tia, nec diſtinctione, quod maioris declarationis gra-
tia, & vt aptiùs, & ſine difficultate cuſtodiãtur, addi-
tũ, & expreſſũ fuit in præſenti conſtitutione, quia &
8 idem de iure communi ſtabilitum habemus, † & na-
tura & virtus legum eſt, pro communitate ferri, &
ad obſeruationem omnes obligare, non priuatorum
commodis tantùm proſpicere, nec quibuſdam impo-
ni, alióſque non ligare, ob bonum omnium commu-
ne leges feruntur, non ſingulorum, niſi conſequen-
ter, & omnes omnino tenentur, & legi ſubiacent,
quia cùm ciues, & communitates ſint æqualiter re-
gni totius, & ciuitatum participes, lex etiam com-
munis eſſe debet eis omnibus, non in paucorum
9 odium, ſeu gratiam proferri, † ſed ſicut medicus im-
peritè faceret, ſi partem corporis tueatur, & reliquas
deſerat; ita legiſlator totam curare rempublicam, &
cuique debet parti prouidere, vt docuit Franc. Co-
nan. lib. 1. comm. cap. 8. num. 6. fol mihi 53. ex quo tran-
ſcripſit Aug. Morla in emporio iur. 1. p. tit. 1. in princ. n.
16. quibus adde Ant. Perelium de exterior. Principis
munere lib. 5. cap. 18 fol. mihi 358. Simanc. de republica
10 lib. 4. cap. 6. per totum, maximè num. 8. † Quare com-
muniter receptum eſt, quòd de natura legis extat
communitati, non ſingulis imponi, omnibúſque
communem eſſe neceſſe, non tantùm priuatis latam
ex l. 1. & 2. l. iura 8. de legib. l. 1. leges 5. l. leges ſacratiſſi-
mæ 9. C. eod. c. 1. de conſtit. c. licet 18. de regular. c. priuile-
gia, 3. diſt. 3. cap. erit autem lex 2. diſt. 4. l. 1. tit 4. lib. or-
din. vbi Did. Perez & l. 1. tit. 1. lib. 2. recop. vbi Aceb.
gloſ. 2. in l. 2. tit. 1. part. 1. & gloſ. 4. l. 2. tit. 1. part. 2. cum
aliis traditis à Morla d. n. 16. Burg. de Paz in proœm.
leg. Tauri num. 441. & Ant. Gom. in l. 1. Tauri, ſub n. 5.
Nicol. Vigel lib. 1. digeſt. cap. 4. q. 3. reg. 1. Couarr. 1. var.
c. 13. n. 8. Gutierr. 3. pract. q. 65. n. 4. & 19. Menoch.
1. præſumpt. q. 46. n. 31. Caſtillo 5. controuerſ. 89. n. 163.
& ſeq. qui plures refert, non tamen omnes fideliter
ſecundùm D. Ioſeph. Vela. in c. 1. p. 1. ſub n. 158. de offic.
ordin. Nauarr. in cap. inter verba 11. q. 3. concl. 5. à n. 45.
Medina, & Vaſquez in 1. 2. D Th. q. 90. art. 2. Salas
de legib. tract. 14. diſp. 2. ſect. 7. n. 43. P. Suar. eod. tract.
lib. 1. c. 6. à n. 2. cum ſeqq. & earum obligatio omnium
communis eſt, & vniuerſos ligat, d. l. 2. l. leges 9. C. de
legib. l. conſtitutiones 12. C. de iur. & fac. ign. l. 15. tit. 1.
part. 1. Hug Don. lib. 1. comm. cap. 17. Franc Duar. ad tit.
de legib. c. 5 quare leges in abſtracto fieri, abſque vlla
perſonarum acceptione, nec reſpectu, niſi tantùm
ratione publici boni, & vtilitatis, dixit Valençuela
conſ. 90. n. 23.

Aduerſus quam ſententiam communiter opponi 11
ſolet text. in l. 1. §. planè, ibi, ex his quædam ſunt perſo-
nales, de conſtit. Princip. §. ſed & quod Principi, verſ. Pla-
nè, inſt. de iure natur. gent. & ciuili, vbi proponitur
quaſdam leges perſonales appellari, quæ & ſi cum
perſona extinguantur, vt in l. in omnibus, 68. de reg. iur.
tamen leges, & conſtitutiones nominantur in dictis
iuribus.

Secundò opponuntur plura iura, quæ ad priuato- 12
rũ vtilitatẽ lata fuerunt, vt ex tit. de ſenat. & de offic.
Cõſul. de offic. Præfecti Prætor. cũ ſeqq. tit. vſq; ad fi. lib. pri-
mi Digeſtorũ: aliáque plura introducta ſunt ad vtilita-
tem minorum, & mulierum, quibus & eorum priua-
tæ vtilitati proſpicitur, parentibus ſpecialibus auxi-
liis prouidetur, & etiam filiis fam. ſeruis, ingenuis,
libertinis, aliiſque perſonarum generibus ſpeciali le-
gum prouiſione fauetur, vt ex pluribus iuribus pa-
tet, & eſt notum, quæ nunc colligere non curaui,
quia ad inſtitutum principale parum attingit, ſed ad
quæſtionis noſtræ explicationem, hæc ita tantùm
ſufficiant. Quod etiam inuenitur in hac noſtra prag-
matica, quæ nominatim loquitur de certis tribuna-
libus, communitatibus, & collegiis, vt ſupra in q. 4.
art. 3. dixi. Igitur non eſt de legis eſſentia, vt pro com-
munitate feratur.

Tertiò obſtat diſtinctio iuris publici, & priuato- 13
rum, de qua paſſim mentio fit, & docemur, quòd iuri
publico priuati renunciare non poſſunt ex text. in l.
ius publicũ 38 de pactis c. ſi diligenti 12. vbi cõmuniter
DD. de foro cõpet. priuato verò apprimè in licèt, vt l.
pactum 46. de pactis, l. quod fauore 6. C. de legib. & in l. ſi
quis in conſcribendo 20. C. de pactis, cap. quod ob gra-
tiam, 61. de reg. iur. in 6. Igitur ſunt iura communitati
impoſita, & alia, quæ priuatorum commodis tantùm
inſeruiunt, vnde ſequitur, quòd non eſt de eſſentia
legis, quod pro communitate feratur, & velle ita vi-
dentur gloſ. in d. l. 1. de legib & in d. l. iura 8. & in d. c. 1.
de conſt. Paul. in d. l. 1. per text. in l. amiſſione 5. in fin. de
c. diminut. & expreſſiùs in l. 2. C. de legib. & in l. neque
Dorotheum 61. & in l. Doctitij, 63. C. de decurion. lib. 10.
cum aliis pluribus conſultò omiſſis.

At verior & receptior eſt prima opinio, à qua 14
non eſt recedendum ex præcitatis iuribus, & DD.
Nec ei obſtant in contrarium adducta, non primum
quia iura in eo relata loquuntur de conſtitutionibus
Principum, quæ diuerſimodè feruntur ad diuerſos
effectus, quia quandoque generales ſunt, & verè &
propriè leges nuncupantur ex dictis iuribus: quan-
dóque verò ad certum territorium, & ius efficiunt
municipale: atque etiam ad certam diriguntur per-
ſonam,

ſonam,& priuilegia dicuntur, *d.l. in omnibus 68. leg. priuilegia, 156. de reg. iur.* & extinguuntur cum ipſa perſona, vt in arg. dixi, & probant *text. in l. quia tale 23. ſol matrim.& in l. cum patronus, 28. in fin. de leg. 2.* nec ad exemplum trahuntur *d. §. ſed & quod Principi, verſ. planè, inſt. de iure natur.* de quibus accipi debent,& loquuntur iura in ratione dubitandi adducta ex Minſigerio, & Pichardo *in d. §. ſed & quod Principi.*

15 Ad ſecundum triſariè reſpondetur. Primò quòd regnum vniuerſum, & reſpublicæ conſtituuntur ex pluribus perſonarum conditionibus, ſtatu, ſexu, ætate, dignitatibus,& officiis, quæ omnia ſimul conducunt,& perficiunt præcipuam communitatem vniuerſi regni,& cùm inter ſe diuerſæ ſint, diuerſámque contineant rationem, non poſſunt eiſdem gubernari legibus, ſed cuique conſulendum eſt ex neceſſitudine, ratione,& ſtatu peculiari, quem habet, & ideò ſunt quædam conſtitutæ leges ad iudicum munus, aliæ ad minores viginti quinque annis, ad minores etiam aliæ, & quædam ſexum reſpiciunt fœmineum, & ſeruilem conditionem, & ſic cæteræ ad diuerſa hominum officia,& operas, quæ omnia, & alia plura vniuerſam conſtituunt rempublicam,
16 & regnum. † Et licèt ſingulæ leges ſingulis accómodentur,& dirigantur ſpeciebus, tamen ob totius communitatis conſeruationem, & publicam vtilitatem feruntur, quia cùm regni communitas, & vtilitas ex pluribus rebus, tam generibus, quàm ſpeciebus conſtituantur, dum cuiuslibet generis, ſeu ſpeciei conſeruationi conſulitur, reſpicit directè, & æquè
17 ipſam communitatem vniuerſam, † nam ſeruatis partibus, ex quibus tota communitas conſtruitur, & componitur, totum ſeruari, erit etiam neceſſe, *arg. text. in §. ſed hoc tempore 3. verſ. expedit enim, inſt. de his qui ſunt ſui,* explicant Valencia *2. part. tom. 2. diſp. 7. q. 1. punct. 2. § 4.* Suarez *lib. 1. de legib. cap. 6. n. 8.* Salas *eodem tract. diſp. 1 ſect. 8. n. 47. & 48.* Vaſquez *2. part. diſp. 19. cap. 2.* & his & aliis relatis Mart. Bonacina *tom. 2. tract. de legibus, diſp. punct. 1. ſub n. 1. in fin. verſ. dicitur ad bonum,* & faciunt *text. in l. 3. §. præſens, de muner.& honor. cap. 1. de offic. deleg. in 6. cap. 1. de reſtitut. ſpoliat. l. 2. tit. 10. p. 2.* atque ita accipi debet hæc noſtra pragmatica, quatenus de certis loquitur tribunalibus,& communitatibus, quæ hoc ſenſu capaces ſunt,& quia eius diſpoſitio ob bonum publicum lata fuit, vt probauimus ſuprà 1. part. q. 3. §. 2. per totum.

18 Nec obſtat, quòd conſtitutiones perſonales ex eadem ratione ad publicam etiam vtilitatem reſpicere poſſunt, quia hoc remotè euenit, cùm vnica perſona non ita reſpiciat vniuerſam vtilitatem, ſicut collectio plurium eiuſdem muneris,& officij, ſexus, ſeu dignitatis abſque hac enim reſpublica conſeruari non poſſet aut difficulter, ſicut poteſt vnica remota perſona, nec ideò quia Principis beneficium vnius vtilitatẽ reſpiciat, reſpicit publicam. Prærerea attendi id debet, quod principaliter agitur, & Princeps ex priuilegio perſonali non publicam intendit vtilitatem, ſed perſonæ, cui largitio fit, nec ideò lex nuncupari poteſt.

19 Secundò reſpondetur, quòd communitas poteſt dupliciter accipi. Primò pro communitate vniuerſali omnium, quæ humanum genus nuncupatur, quo naturâ omnes homines ſociati ſumus, de qua circa legem condendam, & noſtrum inſtitutum non dubitatur. Secundò ſumitur pro vniuerſitate, ſeu collectione hominum in ciuili ſocietate viuentium, ſeu commorantium, vt docent communiter DD. *in rub. Quod cuiuſque vniuerſit. nom. & in §. vniuerſitatis, inſt.*
20 *de rer. diuiſ.* † Hæc autẽ dupliciter conſiderari poteſt, aut quatenus ciuitatem, ſeu oppidum conſtituit, cuius conſtitutiones ius municipale nuncupantur, aut pro quodam hominum genere alicui muneri deſeruientium non tantùm in ſingulis oppidis, & ciuitatibus, ſed in vniuerſo regno, vt piſtorum, nauiculariorum, vt *in l. 1 Quod cuiuſque vniuerſit. nom.* agricolarum, ſcribarum, collegiorum, tribunalium, aliarúmque communitatum, de quibus in hac noſtra ſanctione,& aliarum ſimilium, quatenus non ſolùm reipublicæ, ſed vniuerſo deſeruiunt regno, in quibus leges apprimè conſtitui poſſunt, quæ non tantùm priuatorum commodis, ſed totius regni, cuius præcipua pars ſingulæ ſunt, & vtilitati communi conſulunt, & deſeruiunt, ex Iac. Cujac. *lib. 5. obſeruat. 8.* Baro. *in l. 1. de conſtitut. Princip.* & hac in ſpecie intelligi debet ratio dubitandi ſecunda, de qua ſuperiùs numero 12.

Tertiò & vltimò reſpondetur, quòd & ſi leges 22
quandóque pro certis perſonis ferantur, (vt in exemplis poſitis in ratione dubitandi) cum verbis peculiaribus eiſdem directis perſonis, hoc quoad formam eſt ipſarum legum, & præcipuus earum finis dirigitur ad totius regni, & communitatis conſeruationem, qui propinquus dicitur,& ſi in executione poſterior ſit, fuit tamen prior in legiſlatoris mente, vt bene explicuit Aug. Morla *in emporio d. tit. 1. in princ. num. 18.* quia, vt dixi, opus eſt ad totum tuendum ſingulas eius partes proſpicere & conſeruare.

Ex quo infertur ſolutio ad *text. in l. 2. C. de legib. l. neque Dorotheum, & l. Doctiſſ,* & ad ſimilia ſuprà pro 23
contraria adducta, quæ loquuntur in perſonis indiuiduis, & certis,& tamen vere leges ſunt, quod & frequentiſſimè accidit in iure Pontificio, cuius plures canones inter certas loquuntur perſonas, quia vt inquit Salas *de legib. diſp. 1. ſect. 2. ſub n. 44.* & ſi formaliter ad ſingularem perſonam dirigantur, tamen virtute, & effectu multos obligant, quod deficit in priuilegiis, quatenus priuilegia ſunt, & priuatis ſingulis conceduntur, quæ non poſſunt leges nuncupari, & ſi enim omnes teneantur ad illud non impugnandum, tamen in vnius tantum vtilitatem vertuntur, quod eſt contra legum naturam, & non ita conſiderauit Salas citato in loco, vbi fatetr videtur, quòd priuilegia leges nuncupari poſſint, quod non ſolùm verum non eſt, immò abſurdum magnum: tunc verò nomen, & virtutem legum vere conſequuntur, cùm ex priuato commodo ad publicum,& commune fuerint tranſlata per in corpore iuris inſertionem, quæ publicationis locum obtinet, & ex tunc non priuilegium, ſed lex omnium communis, & publica nuncupari debet, loquitur enim in vnius perſona,& apprehendit communiter omnes, & ex particulari iam generalis facta eſt lex, & velut talis redacta in corpore iuris, quare in vtilitate, & obligatione omnes apprehendit vt docent Vveſembek *in paratitlis ad rub. de legib. n. 4. in fin.* Greg. Lop. *in l. 2. gloſſ. 2. titul. 18. part. 3.* Menoch *lib. 6. præſumpt. 40. num. 15.*

Ad tertium verò principale dubium reſpondetur, 24
quòd non ideò, quòd ſint leges, quæ renunciationem patiuntur, dici poteſt, quòd latæ non fuerunt ad communitatem, nec ad bonum publicum, quia tam eæ, quæ renunciationem excludunt, quàm quæ eam admittunt, ob communitatem, & eius bonum latæ fuerunt, cum hac tamen diſtinctione, quòd ſi lex tam in primæua intentione, quàm in ſecundaria executione publicum reſpiciat bonum,& vtilitatem, vt ſunt leges punitiuæ delictorum, ante crimen patratum, ex *text. in l. ſi vnus 28. § pacta quæ turpem, de pactis, cum ſimilibus,* renunciationem omnino reiiciunt, *ex d. l. ius publicum, d. cap. ſi diligenti, 12. l. iuris*

gentium

gentium 7.§.ſi poſcar. 14.illo tit.de pact.ſi verò in pri-
mæua intentione publicam inſpexerint vtilitatem,
prout omnes reſpiciunt, in executione verò priua-
tam,provt ſunt ferè omnes leges ad contractus per-
tinentes renunciationem non ſpernunt, quoad exe-
cutiooem,quæ omnino priuata eſt, & renunciabilis,
ex d.l.pactum,46.l.quod fauore 6.l.ſi quis in conſcriben-
do 29. & aliis ſupra adductis, provt eas intelligit
Couarr.ex Nauarro,& aliis in cap. quamuis pactum,in
initio,1.partis,num. 6. de pactis, in 6. & ex eo tenent
omnes tam iuriſperiti adducti à Morla citato in
loco num.19.Mariengo in l.2.gloſ.3.num 18.tit. 2. lib.
5.recop.Ferd.Menchaca de ſucceſ.creat.lib.3.§.28.num.
24.& per plures apud Aug.Barboſ.axioma 135. n.13.
& 14.pag.85. vbi bene rem explicat quam Theologi
congeſti per Suarex tom.2.de religione tract.de iuram.
lib.2.cap.26.n.2.Rebell.de oblig.iuſt.2.lib.1.q.9.num.9.
P.Th.Sanc.in decalog.lib.3.cap. 9. num. 31. & adducti
à Marr.Bonacina 2.tom. de legib.diſp.1.q. 1.punct. 1.
25 num.1.verſ.dicitur ad bonum,† conſtituentes, quòd
omnes leges ad communitatis vtilitatem in prima
ſaltim intentione latæ fuerunt, & hoc eſt de earum
eſſentia & ſubſtātia,vt ferantur abſque perſonarum
intuitu,& acceptione, & obligent omnes indiſtin-
ctè,& abſque exceptione vlla ad obſeruationem, vt
expreſsè etiam deciſum habemus in hoc noſtro tex-
tu, ibi, *Que todo lo diſpueſto,y contenido en eſta ley,ſe
guarde y cumpla,y execute uniforme,y igualmente en to-
dos los tribunales,communidades,y collegios ſin excepcion,
ni differencia alguna*, quæ deciſio, & eius ratio ſatis
iure comprobatur ex iuribus & Doctoribus ſuprà
relatis.

26 Ex quibus etiam deducitur,quòd non tantùm re-
quiritur ad legis validitatem, & eſſentiam, vt pro
communitate feratur, ſed etiam, quòd ſit propitia
vtilitati,& commodo ipſius communitatis, & ſin-
gulorum,vt probatur ex iuribus relatis,& explicant
communiter DD.& adducti ſuperiùs,& ab Anguia-
no in ſuo nouiſſimo tract. de legib. controuerſ. 1. per
totam,& Ariſt lib.4.Politic.cap.2.& D. Iſidorus lib. 5.
etymolog.Sarmiento lib.1.ſelectar.c.11.n.6.Salas tract.
de legib.in d. diſp. 1. ſect. 8. per totam,P. Suarez eod.
tract.lib.1.c.7.per totum,cum adductis à Marr. Bonac.
2.to.eod.tract.diſp.1.q.1.n.1.verſ. Dicitur ad bonum, &
n.2.Valençuela conſ.62.n.22.pag.443.vbi ait, pluri-
mùm ad legum interpretationem prodeſſe hoc re-
quiſitum, cùm ſemper leges intelligi debeant, vt
omnino communi proſpiciant vtilitati,fraudémque
& dolum excludant,ſicut & facit hæc noſtra ſanctio,
quæ ob bonum omnium commune, & publicam
vtilitatem fuit conſtituta,& adinuenta,vt conſtat ex
verbis relatis, & dictis in eorum explicationem ſu-
prà in quæſt.1. & eius gloſſis, & faciunt tradita ſu-
prà 1.p.q.3.2. per totum, vnde ſumenda erunt, quæ
hîc deficiunt.

27 Sed nunc pro coronide huius quæſtionis, & ex-
plicationis noſtri textus dubitari poterit de intelle-
ctu illorum verborum, *en todos los tribunales,communi-
dades,y collegios*, an accipi debeant de illis tantùm,
quæ expreſſa fuerunt in §. *Y porque auiendo de obrar*,
de quo egi ſuprà quæſt. 4. art. 3. an verò de cæteris
omnibus,quæ in noſtra ſunt Hiſpania præter ibi aſ-
28 ſignata,& deſcripta, † & dicendum videtur, quòd
non debent extendi ad alia præter ibi expreſſa, quia
clauſula illa generalis debet intelligi ſecundùm ſpe-
cialia expreſſa,non de diuerſis ex text.in l.de certa,31.
vbi Iaſ.num.2.plura iura adducit,C.de tranſact.Card.
Tuſch lit.C.concl.109.num.6.tom. 1. Celſ. Vgon. de
clauſul.pag.474.col.2.Marta eod.tract. part. 4. clauſ. 3.
num 5.Aug.Barboſ.clauſula 62. num. 4. & 6. ſed tan-
tùm de ſimilibus expreſſis loqui eſt intelligenda,ſe-
cundùm text.in l.fin.§. cui dulcia, de vino, tritico &
oleo leg.cap.ſedes 15.de reſcriptis. Pelaez de maiorat. 2.
par.quæſt.12.num.26.& 27.Gracian.reg.412. Cardin.
Tuſch.num.1.Barboſa 5.& 6. citatis locis, cum alle-
gatis ſuprà 1 part quæſt.9.§.4.num.51.in fin. † & li- 29
cèt clauſula generalis ſimpliciter appoſita generali-
ter provt loquitur,intelligi debeat,ex tex.in l.emptor.
47.§.Lucius de pactis,tamen ſi poſt aliquas ſpeciales
ſequatur,intelligi ſecundùm eas debet,vt ex Angelo
in l.obligatione generali,de pign.& ex aliis tenet Pelaez
in d.quæſt.12.num.62.Tuſch. & Barboſa & alij citati,
† & clauſula in fine poſita,ſicut hæc,de qua agimus, 30
refertur tantùm ad præcedentia expreſſa,non ad di-
uerſa,text.in l.talis ſcriptura,30.de leg. 1. l. Seia 20. §.
Caio, de fundo inſtruct.l.1. vbi DD C. de liber. præte-
rit.cap.inquiſitioni 71.cap. ſecundo requiris 41. de ap-
pellat.Auiles in cap. 1.prætor. gloſ. loſcuto dicho, n. 1.
Ioann.Gutierr.lib.3.pract.quæſt.29.num. 21. Hieron.
Zaballos comm.contra comm.quæſt.828.num.131. † & 31
clauſula in fine legis, ſeu inſtrumenti refertur ad
expreſſa,& contenta in eodem inſtrumento, & lege,
non ad alia,ex adductis à Morla in emporio 1.p.tit.6.
in princip.num.94. Igitur ſimiliter clauſula hæc ge-
neralis in fine huius pragmaticæ appoſita, debet
tantùm intelligi de tribunalibus & communitatibus
in ea expreſſis,non verò de aliis diuerſis, & ſi loqui
de aliis voluiſſet, ea omnia expreſſiſſet.

Sed contrarium verius coniicio, nempe quòd in 32
prædictis verbis licèt generalibus,& poſitis poſt ſpe-
cialia comprehendantur omnia tribunalia,collegia,
& communitates Hiſpaniæ,etiam præter expreſſa in
d.§.*Y porque auiendo de obrar*, quia illa ſpecialia ex-
preſſa fuerunt ad certum & terminatum finem, vi-
delicet,vt actus poſitiui in eis obtenti,ſi tres fuerint,
rem conſtituant iudicatam, vt manent dictum in d.
quæſt.4.art.2.ait clauſula hæc generalis, de qua in
noſtro textu ad alium & diſtinctum finem appoſita
fuit,circa obſeruantiam vniuerſalem huius pragma-
ticæ in omnibus regni tribunalibus,& communita-
tibus nulla dempta,† & non poteſt redigi ad termi- 33
nos illorum,quæ diuerſæ ſunt,nec ſecundùm eas in-
telligi,cùm aliud operaretur, quàm id, ad quod fuit
appoſita contra legis,& diſponentium mentem, ſe-
cundùm text.in l.legata inutiliter,14.de adim.leg. facit
text.in c.ad noſtram 3.de appellat.Card. in Clem.1.§.ad
hæc oppoſit.3.de præbend. Rebuff. reſp. 57. verſ.nec me
mouet.Aym.Craueta conſ.231.n 10.plura apud. Aug.
Barboſ.axioma.80.n.19.p.51.& axioma. 99. n. 4. pag.
73.†nec quidem ad qualificandū vnū capitulum,ſeu 34
caſum referuntur ad alia ex text.in l.filiumfam. 27. in
princ.Quando dies leg.cedat. Bart. in l. fin. de reb. dub.
Alex conſ.158.n.7.lib.6.Rebuf.reſp.9.verſ.item quando
Paul.Æmilius deciſ.329.n.3.p.3.Rota deciſ.698.n.15.
p.1.diuerſor.ſacri Palatij,Stephan. Gracian.diſcept.for.
c.796.n. 18. & cum diuerſa contineant inſerti non
poteſt de vno ad aliud,l.Papinianus,exuli,20. de min.
l.fin.de calumniat.cum ſimilibus.

Præterea verbum illud *todos* appoſitum in hoc 35
textu ita generale eſt,vt nihil excludat,text in l.Iulia-
nus 68.aliàs incipit,l.teſtatorem,de leg.3.l.à procuratore
13.C.mandati,c.ſoluta 6.de maiorit.& obed.l.1.de penu
leg.l.moſchis 47.in fine,principij,vbi Bar. & DD. com-
muniter de iure fiſci,l.à procuratore,13.C. mandati l.2.
de hæred.inſtit.plura apud Aug. Barboſ. axioma. 168.
n.1.pag.105.& dict.241.n.16.pag. 292. † & ſimiliter 36
verba,*ſin excepcion ni differencia*, vniuerſalia ſunt, &
omnia includunt,ex textu in l creditores. 10.de verb.
ſign.itavt nullum tribunal,collegium,nec communi-
tatem excludant,text.in l.lege locationis,19.locati l.non
aliter.69.de leg.3.Alc.reſp.103.n.1.& reſp.271. num. 4.
tam tribunalia & communitates expreſſas in d.§.

Y porque

Digitized by Google

Y porque aviendo de obrar, quàm cæteras omnes totius regni abſque diſtinctione vlla, *Thaus 41. §. Stichus ſeruus, 14. de fideicom. liber.* Minſing. *centur. 2. obſer. 10. n. 3.*
37 Carol. de Graſſis *de except. except. 1. cum ſeqq.* † habent enim hæc verba vim clauſulæ omnia & ſingula, quæ omnia comprehendunt, gloſ. *in c. vt cura, de iure patr. in 6.* Marta *de clauſul. 1. p. clauſ. 83. alias 87 in vlt. impreſ.* Cenedo *poſt lib. canon. q. ſing. 72.* Card. Tuſch. *lit. C. concl. 296.* ac ſi comprehenſa ſingulariter eſſent, Card Tuſch *ibid. n. 1. & 2.* Fuſar. *de ſubſtit. q. 296. n. 39.* Marta citato loco *n. 3.* Socin. *conſ. 3. num. 17. vol. 3.* Oldrald. *conſ. 300. Factum tale,* Tib. Dec. *conſ. 64. n. 39. lib. 2.* Rol. *conſ. 1. n. 73. lib. 3.* quia non admittunt limitationem, gloſ. *verb. omnia, in c. vt circa, de elect. in 6.* Martius Alterius *de cenſur. tom. 1. diſp. 15. lib. 5. c. 1. lit. C. & diſp. 5. c. 2. lit. D.* nec aliquid prætermittunt Iaſ. *in l. 1. n. 24. de leg. 1. & in l. Titia §. fin. n. 3. de verb. oblig.* Cenedo *d. ſing. 72. n. 1.* Mandoſ. *reg. 31. Cancell. q. 2. n. 2. vol. 2. pag. 95. tom. 1.* Rebuff. *in concord. tit. de forma litter. execut. mand. apoſt. verb. omnia & ſingula, pag. 633.* Cardin. Tuſch. citato loco *n. 8. & 19.* Oſaſc. *deciſ. 90. n. 6.* & ſunt verba ita geminata vt enixam voluntatem importent, vt ad noſtrum propoſitum dixit Alex. *conſ. 216. Nec arguēdi, n. 27. verſ. Septimo lib. 2.* Card. Tuſch. *lit. D. concl. 311. n. 1. to. 2.* & quòd clauſula generalis geminata importat, vt nulla diſtinctio, nulla reſtrictio, aut nulla limitatio fieri poſſit, dixerunt Marta *d. 4. p. clauſula 3. ex n. 1.* Aug. Barboſ. *clauſula 62. n. 16.* Crauetta *conſ. 115. n. 5. & conſ. 294. & conſ. 308.*

38 Denique hoc etiam probatur, quia nullum dubium eſt, quòd huic legi ſubiiciantur communitates expreſſæ in d. §. *Y porque aviendo de obrar*, quæ velut maiores, & cæteris principaliores ſpeciatim ibi nominatæ fuerunt, vt patet ibi, *es iuſto que ſean de tribunales graues, y enteros*, in quibus maiori cum rectitudine, & cum cauſæ cognitione generis iudicantur qualitates, vt diximus ſuprà q. 4. art. 3. & neceſſe eſt, quòd hic comprehendantur cætera omnia, quæ velut minora ommittuntur in illa diſpoſitione, ſecundùm rationem *l. pen. verſ. eadem & fortius ſi quis pignoris, 36. verſ. longè minus, de adq. poſſ. l. 1. C. de condict. indeb. l. ſi non ſinguli §. C. ſi certum petatur l. ſi quando 19. verſ. multo magis C. de teſtib. l. 1. in princip. verſ. & multo magis, & §. & vt lenius, 1. verſ. & nemo poteſt, C. de rei vxor. act. Auth. vt terminatus ſit n. cleric. c. 2.* incipit, *illud quoque verſ. multo magis, c. quēadmodum, 25. poſt princ. de iureiur. c. inter corporalia 2 in princ.* vbi Butr. *de trāſlat. Epiſc.* adducta plura Valençuela *conſ. 33. n. 265.* & plures apud Aug. Barboſa *loco 73. per totum,*
39 *pag. 326.* † quod non econtra procedit, dum eliguntur communitates, & tribunalia velut maiora, & præeminentiora, maioris rectitudinis & auctoritatis, vt actus poſitiui in eis obtenti proſint ad rem iudicatam efficiendam, & ius reale generi adquirendum, quod non comprehendit cætera tribunalia & communitates minores, quæ velut tales omiſſæ fuerunt, cùm inter eas non procedat argumentatio de maioribus ad minora, niſi negatiuè, & deſtructiuè, ſecundùm *text. in l. 2. C. in quib. cauſ. reſtit. in integ. neces non eſt.* cum aliis adductis ſuprà, & à Iac. Menoch. *de arbit. iudic. lib. 1. q. 54. n. 57.* & ab Aug. Barboſa *loco 67. a n. 1. cum ſeqq.* vbi plura *pag. 324.* & ex vtroque quidem magnum ſequeretur abſurdum, ſi minora tribunalia, & communitates maioribus circa id æqualia fierent, & differrent, ſi non eſſent comprehenſa in hæc vltima declaratione, & diſpoſitione noſtri textus, nec obſtricta manerent ad obſeruationem noſtræ pragmaticæ, ſub cuius diſpoſitione maiora & excelſa tribunalia, & communitates comprehenſas habemus, quæ omnia apertè deciſa extant in eiuſdem pragmaticæ conſtitutione, & in verbis expreſſis noſtri textus quem & cæteros §§. & conſtitutiones huius pragmaticæ completè explicatas relinquimus.

QVÆSTIO VIII.

De officio Promotoris fiſcalis in his puritatis informationibus.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcalis officium in puritatis informationibus quale,* num. 3. & 16.
Dicitur velut Chryſolus ſpurcitiæ metallorum à puro & liquido ſegregantur, numero 2.
Quando electus & ad quid ex n. 11. *à Principe eligitur*, num. 12. *Duo eligi ſolent,* num. 13.
4 *Fiſci verbum variè ſumitur. Eſt genus ciſtæ in quam vuæ & oliuæ immittuntur,* num. 5.
Sumitur pro pecunia publica, ſeu Principis patrimonio, n. 7.
6 *Fiſcela vas eſt vimineum ſeu iunceum quo lac coagulatur dum caſeus exprimitur, aut quo os boum inuolui ſolet, ne dum arant germina virentia percepant.*
8 *Confiſcare eſt damnatorum bona in fiſcum deferre.*
9 *Bona publica quæ olim erant, & in quo differant à fiſco.*
10 *Ærarium Populi Romani quale, olim.*
11 *Publica perſona eligi fuit conſuetum ad defenſam fiſci.*
Aduocatus fiſci quis, ibid.
14 *Officium fiſcalis honorificum, ſuccedit loco officij iudicis,* num. 15.
16 *Pecuniam publicam defendit fiſcalis.*
Pecunia neruus regnorum, ibid.
17 *Fiſcalis electus in Sancto Officio contra hæreticos & ad defenſam rerum fiſcalium.*
18 *Defenſio bonorum poſtea in Sancto Officio addicta fuit aduocato fiſcali.*
19 *Fiſcalis in Sancto officio eligitur à Domino Inquiſitore Generali, & perinde eſt ac ſi à ſummo Pontifice eligeretur.*
21 *Fiſcalis Deum præ oculis habeat, eſt medium inter Tribunal, ſeu communitatem, & inter prætenſorem, & ad quid. Præditus eſſe oportet prudentia, fide, induſtria, & iuriſprudentia,* n. 22. & 28.
Deficiente ſcientia munus exercere non poterit, tuta omnia, n. 23.
Et ad omittendum officium tenetur, num. 24.
Tenetur ex imperitia & culpa, num. 25. *Et ad ea præſtanda, quæ quilibet eiuſdem conditionis*

ditionis præſtare ſolet, num. 26.
Prætenſorum, & inimicorum calumnias arcere debet, num. 28. & 33. Loco officij iudicis eſt, & poteſt facere quod iudex, n. 32.
Veritatem ſequatur, etiam in fauorem prætenſoris, n. 33. & 34.
Quia fiſcalis eſt, non prohibetur verum agnoſcere, n. 35. Diligens eſſe debet, num. 37.
Ad augendum auctoritatem ſui tribunalis, num. 38. De minimis non curet, num. 39.
Nec ea omittat, & quo modo hoc intelligatur, n. 40. & 41.

27 Priuatus quilibet ſe peritum dicens cu am præſtat maximè recepta mercede.
28 Scientia & prudentia ad quid deſeruiant.
29 Calumniantium fomenta reſtringenda.
30 Iudex ex officio calumnias repellit, & non debet attendere exceptionem calumnioſam, num. 31.
36 Delatores non ſemper attendendi, nec reiiciendi.
39 Minima non curanda, niſi dum timeri poteſt detrimentum notabile, num. 40. & ſeq.
42 Temeritas vicium magnum. Et plus ipſi temerario nocet, quàm alteri, num. 43.
44 Calliditas inconſiderata commodum numquam trahit.
45 Calumnia in fiſci cauſis arceri debent.
46 Fiſcalis ſicut Iudex numquam malè agere debet. Iura partium directè non alleget, num. 47.
Allegationes, & defenſiones fiſci oſtendat, non tamen impugnet, num. 48. Suſpicionem fugiat allegando in fauorem prætenſoris, num. 49.
Calumnioſas ne inſtituat oppoſitiones, numero 50.
Nec iniuſtam maculam, num. 51. Nec propter odium, nec vindictam aliquid faciat, num. 52.
Aliàs in foro animæ tenebitur, etiam de leui culpa ſecundùm quoſdam, num. 53. Conſtando de iure prætenſoris acquieſcat in oppoſitionibus, num. 54.
In exteriori foro etiam tenebitur ad damna, num. 55. & 58. Non tenetur de præſumpta calumnia, de vera ſicut Iudex tenebitur, num. 56. Ex non probata macula non tenetur, num. 57. Subterfugia prætenſorum ſubuertat, n. 58. Et cauillationes cauillationibus comprimat, dùmmodo abſint mendacia & fraudes, n. 59. Niſi prætenſor iuſtam habeat cauſam, num. 63. In dubia cauſa dubius exiſtat, extraordinariis cautelis ne vtatur, n. 64.

48 Defenſor qui eſt impug are non debet.
49 Suſpicio oritur ex allegatione in fauorem illius, contra quem munus dirigitur.
50 Calumnioſæ oppoſitiones non inſtruendæ.
59 Cauillationes cauillationibus comprimendæ ſine fraudibus, & mendaciis.
60 Victoriam in bello iuſto inſidiis aſſequi iuſtum eſt.
Malitia per malitiam rectè occurritur, ibid.
Calumnia non vtitur, ſed prudentia, qui alium fallit, ne fallatur, ibid.
D. Paul. 2. Corinth. 12. 16. intelligitur.
61 Prudentia eſt iniquitati occurrere.
Fraudis excluſio doloſa non iudicatur, ibidem.
62 Doli boni ſpecies eſt per diſſimulationem ſuo tueri.
63 Cautelis vtendum non eſt in iuſta cauſa.
65 Fiſcalis quam formam debet ſeruare in videndis informationibus puritatis, & n. 66.
66 Breuitati ſemper ſtudendum.
Loquacitas nimia ſolet ſtomachare legentes, & animis tædium inferre, ibid.
Melius eſt pauca & idonea verba effundere, quàm multis inutilibus legentes pragrauare, ibid.
67 Allegationes veritatem continere debent.
68 Fiſcalis non ſolùm inferat, quæ contra prætenſorem faciunt, ſed etiam quæ in eius fauorem, appellare poteſt à ſententia inquiſitorum, n. 69.
An in controuerſa cauſa appellare teneatur, num 70. & ſeqq.
Vbi quòd à ſententia iniuſta debet appellare, ſecus à iuſta, num. 77. & ſeq. In dubia cauſa ſi vult poteſt omittere appellationem, num. 84. 85. & ſeqq.
Et vnde dubium debeat dimentiri, num. 92. & ſeqq. Caueat à friuola appellatione, numero 95.
70 Fiſcalis ſimilatur procuratori Cæſaris, ſcire tenetur quando ſit appellandum, vel non, n. 83.
71 Procurator tenetur prouocare à ſententia contra dominum lata, aliàs ad intereſſe tenetur actione mandati, n. 76. Si ſententia iniuſtitia nitatur, aliàs ſecus; n. 77. & 78.
72 Negligentia præſumitur in eo, qui non vtitur remediis ad negotium opportunis.
73 Dolum committit, qui cùm potuit non appellauit.
74 Paria ſunt non defendere, & non legitimè defendere.
75 Deſertio appellationis dicitur quædam tranſlatio, ſeu alienatio.
77 Procurator non tenetur appellare à ſententia iuſta, & num. 78. & 79. Sed tantùm ad denunciandum Domino ſententiam intra appellationis tempus, n. 80. Et an ſit appellandum vel non, ex conſilio aduocati ſumere debet, num. 81.

82 *Conſilium periti excuſationem præſtat.*
84 *Appellatio in dubio interponenda, contrarium,* ex num. 85.
85 *Præſumptio eſt pro ſententia,* & n. 89.
86 *In dubio fauendum eſt honori & famæ proximi.*
87 *Cauſa puritatis plus habet pietatis pro parte prætenſoris, quàm pro parte tribunalis.*
88 *Præſumptio iuris conſtituit in quaſi poſſeſſione qualitatis, & fundat agentis intentionem.*
89 *Iudicandum in dubio pro poſſidente, & pro eo, qui ex contrario magnum acciperet nocumentum,* n. 90.
91 *Probatio plena requiritur ad priuandum poſſeſſorem à ſua poſſeſſione.*
92 *Dubium vt fiſcalis omittere poſſit appellationem vnde ſumendum, non quodlibet ſufficit, ſed illud quod verè dubium eſt,* num. 93.
94 *Fiſcalis relationem contentorum in actis debet cum eis mittere ad conſilium ſupremum inquiſitionis.*
95 *Appellatio friuola non interponenda.*

1 POSTQVAM completæ, & perfectæ ſunt
puritatis informationes, de quarum ſingulis
partibus vſque adhuc latè egimus, ſolent tradi in
aliquibus tribunalibus promotori fiſcali, vt eas
perlegat, annotet, defectus probationis ſuppleri
curet, oppoſitiones inſtituat, & maculatum a bo-
2 no & puro ſegreget, † ex quo ab aliquibus Fiſcalis
nominatur Chryſolus, quo ſpurcitiæ, ſiue metal-
lorum ſcoriæ purgantur, & ſeparantur à puro &
3 liquido metallo, vt dixit Plinius *lib.* 33. *&* 34. †
quia præcipuum eius munus circa has informatio-
nes eſt, ita diſiungere defectus omnes à cæteris,
quæ in informationibus continentur, vt facile ſit
videre, quid probatum maneat, an puritas, ſiue
macula, & vtrum informatorium dignum appa-
reat approbatione, reprobationéve, quod quo
iure & forma fieri oporteat, hac in quæſtione
oſtendam, & in primis breuiter videndum eſt,
quis fiſcalis, quidque ſit fiſcus, à quo nomen ſu-
mit, & cui inſeruit.

4 Fiſci verbum variè ſumitur ex congeſtis à Pe-
regrin. *de iure fiſci lib.* 1. *cap.* 1. Roſio *lib.* 1. *memorabil.*
cap. 12. Valençuela *in rub. à num.* 18. *C. de iure fiſ-*
ci, Rebardo *lib.* 4. *var. cap.* 4. Barboſa *in l.* 1. 7. *part. à*
num. 7. *fol. matrim.* Sebaſt. Couart. *in ſuo Theſauro*
linguæ Hiſpanæ verb. fiſco, ex quorum veriori ſen-
5 tentia, † Fiſcus eſt, genus ciſtæ vimineæ, vel ſpar-
teæ, in quam vuæ, ſeu oliuæ immittuntur, vt
ſubiectæ prelo exprimantur, vt quidquid humoris
habeant, per ſciſſuras exſudent abſque fæce, & ſine
ſordibus, *text. in l. ſed addes* 19. *§. illud nobis* 2. *verſ. fiſ-*
6 *cos autem. Locati,* † vnde fiſcella pro vaſe vimineo,
ſeu iunceo, quo lac coagulatur, dum caſeus expri-
mitur, item & pro capiſtro, quo boum os inuolui
ſolet, ne dum arant, germina virentia percerpant, ex
Plinio *lib.* 18. *cap.* 9. Caton. *de re ruſtica cap.* 54. tenet
Ambroſ. Calepin. *verb. fiſcella*, & è noſtris probant
Otomannus, Berruſius, & Briſonius *de verbor. ſign. in*
verb. fiſcus, quibus ciſtis ſparteis ad maioris ſummæ
pecunias capiendas, & exportandas veteres vte-
bantur, vt refert Aſcanius. † Vnde quia maior eſt 7
publicæ pecuniæ, quàm priuatæ ſumma, factū eſt, vt
fiſcus pro pecunia publica ſeu Principis ſumatur
patrimonio, per metonymicam figuram ſumendo
id, quod continet, pro eo quod continetur, vt *in l.*
1. *de iuſt. & iure*, & paſſim in iure euenit, obſeruant
Barboſa, *num.* 7. Peregr. 2. *&* 31. citatis in locis, Gre-
gor. *in l.* 33. *gloſſ.* 1 *tit.* 13. *part.* 5. & communiter &
paſſim DD. † & confiſcare dicitur damnatorum 8
bona in fiſcum deferre, nam res fiſcales propriæ, &
priuatæ Principis dicebantur, *text. in l.* 2. *§. hoc inter-*
dictum, 4. *ne quid in loco,* † ad differentiam earum, quæ 9
in Populi Romani patrimonio erant, & ob id dice-
bantur publica, quæ differentia notatur *in l. pacta*
72. *in fine, de contrah. empt.* † Aliud namque Populi 10
Romani ærarium fuit, quòd in æde Saturni ædifi-
catum erat, aliud Principis quod fiſcus dicebatur,
ad illud enim per publicationem, ad hunc confiſca-
tionum bona deferebantur, licèt hi termini con-
fundantur in textu *in l. ſi mandauero*, 22. *§. is enim,*
Mandati, & publicatio propriè ad Populum Ro-
manum pertineat, vt eſt textus *in l. in honoribus* 8. *§.*
non alias, 1. *de vacat. & excuſat. muner.*

Huius autem fiſci, ſeu regalis patrimonij defen- 11
ſionis cauſa publica perſona eligi conſuetum fuit
ab Adriani temporibus, vt ex Ælio Spartiano in
ipſius Adriani vita refert Prateius *de verbis iuris,*
verb. Patronus fiſci, Ioann. Garcia *de nobilit. gloſſ.* 3.
num. 17. Simanch *de cathol inſtit tit.* 53. *in fine,* plures
apud Maſtrill. 5. *de magiſt. cap* 9. *num.* 64. qui aduoca-
tus fiſci dictus fuit, vt patet, *ex rub. & tit.* 6. *de aduoc.*
fiſci, Hug. Donel. *lib.* 18. *comment. cap.* 5. & alij ex re-
latis ſuprà. Nunc autem vulgò fiſcalis à re cui inſer-
uit, dicitur, † qui eligi ſolet à Principe, *l.* 1. *de officio* 12
Proconſ. Cæſaris, l. 1. *&* 2. *tit* 13. *lib.* 2. *recop.* Maſtrill. *ſu-*
pra n 65. Peregr. *de iure fiſci* 7. *part. tit.* 2. *n.* 5. Afflictis
deciſ. 366. *num* 3. † & duo eligi ſolent *ex l. binos* 10. *l.* 13
poſt duos 15. *C. de aduoc. diuerſ. iudic. d. l.* 1 *tit.* 13. *lib.* 2.
recop. vbi Acebedo, Peregr *in d. cap.* 1. *num.* 2. vnus ad
ſeruiendum ciuilibus, & criminalibus cauſis alter,
vt colligitur *ex d. l.* 1. *recop.* & vſus comprobat maxi-
mè in cancellariis regiis, vbi ſemper duo ſunt fiſca-
les, Maſtrill. *ſuprà n.* 66.

Quorum officium valdè honorificum eſt, & 14
magnis eo condecorati honoribus proſequi de-
bent, *ex d. l. binos*, vbi gloſſ. ait, fulciendos eſſe hono-
ribus, & Bal. *ibidem notab.* 2. dixit, quòd dignitatem
annexam habent, & merentur ſpecialia priuilegia,
quare olim ex equeſtri dignitate eligi ſolitum erat,
vt ex Cornelio Tacito refert Ale. *in l. ſi quis in con-*
ſcribendo, C. de pactis, Maſtrill. *ſuprà num.* 70 *& ſeqq.*
quod & comprobatur duplici ex ratione. † Prima, 15
nam cùm fiſcalis ſuccedat loco officij iudicis nobi-
lis, ex Iulio Claro qui alios refert *lib.* 5. *receptar.*
ſent. §. fin. quæſt. 5. *num.* 6. Bern Diaz *in practica crimin.*
can. cap. 5. Aceb. *in l.* 1. *ſub num.* 3. *tit.* 13 *lib.* 2. *recop* de-
bet & eius officium nobile & honorificum reputa-
ri. † Secundò, quia cùm pecuniæ publicæ inſeruiant 16
eámque ab inuaſoribus defendant, quæ dicitur re-
gnorum neruus, ex Vlp I. C *in l.* 1. *§. in cauſa tributo-*
rum, 20. *de q.* Marc. Tullius *in orat pro L. Mannilia,*
Leſio Zechio *lib.* 2. *de principe c.* 3. *n.* 1 Franc. Patri-
cius *lib.* 7. *de regno, tit.* 6. Quintilian. *declamat.* 14.
Hier. Fracheta *lib.* 1. *de principe c.* 14. *in fin.* faciunt
tradita per Bobadilla *lib.* 5 *Politicæ c.* 4. *in princ.* refert
plures alios Valençuela *conſ.* 99. *n.* 2. qui tantæ rei in-
cumbit valde honorari debet, & ab vniuerſo regno
tueri, in cuius vtilitatem ſuum dirigit manus.

Ad cuius igitur exemplar in vltima ſancti Officij 17
erectione in ſupremo Senatu Sanctæ Inquiſitionis,
& in cæteris totius regni Tribunalibus Promotor
Fiſcalis

Fiſcalis fuit electus, qui ſimiliter omnibns cauſis, tã
ciuilibus, in fiſci rerum, & cauſarum defenſione,
quàm criminalibus in hæreticorum, & fautorum
accuſatione addictus erat, vt refert Simanc. *de Ca-
thol. inſtitut. tit.* 53. *num.* 3. *&* 4. *iuncto num.* 11. Peña
in Director. 5. *part. commun.* 14. *verſic. ſed cum hodie,*
18 *pag. mihi*, 415. † licèt poſtea in aliquibus tribuna-
libus defenſio cauſarum ciuilium aduocato fiſcali
adhibita fuit, ne promotor his intentus muneri ac-
cuſandi, & puniendi hæreticos, quod præcipuum
eſt, deficeret, vt refert idem Simanc. *in dict. num.*
11. itavt peculiare munus promotoris fiſcalis in
Sancto Inquiſitionis officio reorum accuſatio ſit ex
Ludou. à Paramo *de orig. Sanctæ Inquiſitionis lib.* 3.
quæſt. 9. *num.* 15. Simanc. citato loco, Peña *in dict.
comm* 14.

19 Qui eligi ſolet à Domino Inquiſitore generali
ex ſummi Pontificis ad eligendum ampla commiſ-
ſione, & delegatione; quæ electio perinde eſt, ac
ſi ab ipſo ſummo Pontifice fuiſſet facta, *arg. text.
in leg. pater.* 22. ibi, *ſolam enim electionem filio con-
ceſſit, de manum. vindicta, & in leg. item eorum* 6.
§. *ſi decuriones*, ibi, *is videtur ab ordine electus. Quod
cuiuſque vniuerſit. nom. cap. is cui* 19. *de præbend.
lib.* 6. & aliorum iurium, apud Ludou. à Param. *de
orig. inquiſit lib.* 5. *quæſt.* 2. *num.* 38. *vſque ad* 50. *&
in defenſione iuriſdict. Sanctæ Inquiſit. regni Siciliæ, c.* 1.
num. 11. P. Mol. *de iuſt. & iure tract.* 5. *diſp.* 18. de quo
latiùs dixi ſuprà 1. parte quæſt. 6. §. 2. n. 24. & 25.

20 Cui etiam accedit, & pertinet, (vt accedamus
paulatim inſtituto noſtro puritatis) perlectio in-
formationum puritatis, & annotatio, & oppoſi-
tio defectuum, quæ poteſt eſſe ad duplicem effe-
ctum. Primò, vt ſuppleatur quod in eis deficiat,
circa probandum originem, & filiationem, & in-
quirendum qualitates in vera maiorum origine, quæ
vulgò *ſegundas diligencias*, nuncupantur, vt omni-
bus cum ſuis circunſtantiis plenè ac perfectè proba-
tis, melius circa contenta, & requiſitas qualita-
tes à iudicibus diiudicatio fiat. Secundò, poſtquam
omnia completa exiſtunt, ad annotandum, & op-
ponendum obiectiones, & impedimenta tam con-
tra puritatem, & nobilitatem generis, (vbi nobi-
litas requiritur) quàm aduerſus vitam, & mores
prætenſoris, & contra cognitionem, notitiam, &
originem maiorum, & ad plenè allegandum de
facto, & iure probationum & ita iudices omnibus
viſis, & conſideratis ſecundùm vtriuſque partis iura
& iuſtitiam, ſuum calculum, & ſententiam pro-
ferant, & cauſæ tractatio, & diiudicatio cum parte
legitima fiat, *ex capit. vn. de litis conteſt. cum ſimilibus.*

21 Vtrumque autem vt plenè, ac iuſtè adimpleat
Promotor Fiſcalis ante omnia Deum & conſcien-
tiam præ oculis habere debet, & animaduertere,
quòd inter duo contraria medium tenet, nempe
inter auctoritatem tribunalis, ſeu conſilij cui in-
ſeruit, & inter obſeruantiam inuiolabilem ſtatu-
torum, & conſtitutionum, vt neminem non puri
ſanguinis, ſeu ignobilis illuc introire ſinat, ad
quorum implementum omnino tenetur *ex cap.* 1.
de conſtitut. cap. fin. eod. tit. in 6. *cap. qui reſtit.* 11. *quæſt.* 3.
Rebuffo *reſp.* 12. *verſ. item*, cum aliis adductis ab
Henrico de Rotis *in tract. de ſynodo epiſc.* 3. *part. art.* 1.
num. 255. vbi ait, quòd in animæ iudicio lethali-
ter peccat: & inter prætenſoris & ſui generis hono-
rem, & bonum nomen non prætermittendum, ſe-
cundùm Otaloram *de nobilit.* 3. *part. cap.* 10. *n.* 6. Va-
lençuel. *conſ.* 92. *num.* 257. ſed mitiſſimè eius cauſam
tractandum *ex l.* 1. *C. de ſecund nupt.* Alc. *reſp.* 306. *n.* 4.
in antiqua impreſſione, Cepola *conſ. crim.* 25. *num.* 12.
maximè in his arcanis iudiciis, in quibus inſcius eſt
prætenſor omnium quæ in informatorio probata
extant, tam contra ſe, quàm in ſui fauorem, &
eorum, quæ allegari oportet ad ius ſuum tuen-
dum, cuius cauſa à iudicibus faueri debet, & non
ſperni à Promotore fiſcali, ne ex defectu defenſio-
nis ius ſuum pereat, quod quia ex parte fiſcalis ſum-
ma cum cautela, & ſagaci mente fieri conuenit, for-
mã ſtatim tradã qua vtrũque rectè adimplere valeat.

Ad quod vti debet prudentia, fide, & induſtria, 22
quibus præditus eſſe oportet, *ex text. in l.* 1. *circa fin.
C. de aduoc. diuerſ. iudic. & in l. non noua* 14. *patroni au-
tem cauſarum, C. de iudic.* Simanc. *de Cathol. inſt. tit.*
53. *num.* 1. *& in enchirid. violata religion. tit.* 20. *num.* 2.
Lud. à Param. *de orig. inquiſit. lib.* 3. *quæſt.* 9. *num.* 41.
atque etiam iuriſprudentia, vt *in toto tit. C. de aduoc.
fiſci*, Hugo Donel. *lib.* 8. *comm. cap.* 5. *fol. mihi*
1022. & non inſcius experientia negociorum *ex l.*
2. *C. de poſtul. & in l. petitiones* 5. §. *nec de cætero* 4.
C. de aduoc. diuerſ. iudic. Simanc. & Param *num.* 37.
in locis citatis, Peregr. *de iure fiſci lib.* 7. *cap.* 2.
num. 6. cum quibus munitus optimè ſuum peragere
poterit munus, vt *in textu in l. ſciendum* 4. §. 1. *&*
§. *ordine* 5. *de legation. & in l. nemini* 11. *C. de aduocat.
diuerſ. iudic.* † quia ſi ſcientia, & induſtria media 23
ſaltim, aut omnino deficiat, non tuta poterit ani-
ma tale peragere munus, *l.* 2. *C. ſi ſeruus aut liber. ad
Decurion. aſpir. lib.* 10. Suarez & Auend. adducti
ab Aceb. *in l.* 2. *num.* 4. *tit.* 16. *lib.* 2. *recop.* Soto & Na-
uarro, vt recenſet Paz *in praxi annot.* 5. *num.* 10.
plures congerit Farinac. *tom.* 3. *praxis crim. quæſt.* 111.
art. 16. *per totum à num.* 455. *cum pluribus ſeqq.* † & 24
quòd non ſolùm in foro animæ peccet, ſed & tenea-
tur ad renunciandum officium ſine quo aut ſine
propoſito renunciandi abſolui non poſſit, tenent
communiter Theologi ad D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 76.
art. 2. Caietano *in ſuma verb iudicis peccata*, Nauarr.
in man. cap. 25 *num.* 12. Sayr. *Claui reg. lib.* 12. *cap.* 13.
num. 2. Valer. Reginald. *lib.* 25. *praxis fori pœnit. num.*
657. Mart. Bonacina 2. *tom. de indic. publico, diſp.* 10.
quæſt. 2. *punct.* 3. *num.* 1. † & ſi alicui enormis læſio ex 25
eius imperitia, & facto obueniat non dubito, niſi
quòd ad reſtitutionem teneatur eo modo, quo ne-
gocij qualitas permittat *ex l.* 13. *tit.* 6. *part.* 3. *l.* 12. *tit.*
19. *lib.* 2. *ordin. l.* 6. *tit.* 18. *lib.* 2. *recop.* vbi Acebedo ma-
ximè *num.* 3. & ex D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 71. *art.* 3.
concl. 1. tenent communiter DD. Theologi & Sum-
miſtæ ex Soto *de iuſt. lib.* 5. *q.* 8. *art.* 3. *concl.* 1. & alij re-
lati ab Aug. Morla *in emporio* 1. *p. tit.* 2. *q.* 9. *num.* 9. *fin.*
Maſtrill. *ſuprà n.* 87. † & ex officio ſemel ſuſcepto te- 26
netur ſcire, & præſtare ea, quæ quilibet eiuſdem con-
ditionis, & officij præſtat, ex Nauarr. *ſuprà c.* 4. *n.* 10.
Mol. *to.* 2. *de iuſt. diſp.* 750. *n.* 2. Sayr. *Claui reg. lib.* 10. *tit.*
2. *c.* 8. *n.* 9. Azor. *inſtit. moral. lib.* 4. 3. *p. c.* 11. *quæſito* 6.
Mart Bonac. *to.* 2. *tract. de reſtit. diſp.* 1. *q.* 2. *punct.* 7. *n.* 19.
& 20. *cum ſeqq.* † & quilibet priuatus in propoſita 27
ſpecie, dum ſe peritum dicit, tenetur ad reſtitutionẽ
dãnorum, ex Syluestro *verb. conſilium q.* 7. Nauarr. *in d.
c.* 25. *n.* 27. & multo quidem magis interueniente of-
ficio, & mercede pro eius exercitio ex adductis à
Mart. Bonac. *d. punct.* 7. *n.* 20. *verſ. reſpondeo ſecundo, &
verſ. Dixi niſi fortè.*

Scientia igitur requiritur in cognoſcendo nego- 28
cij qualitates, probationes, & cætera, quæ in iure cõ-
ſiſtunt, de quibus latè egimus in hoc tractatu quaſi
per totũ, vnde ſumenda erit. Experientia & pruden-
tia verſantur in obuiandis prætenſorum aſtutiis, &
tergiuerſationibus, quibus aliquando veritatẽ falſis
allegationibus, & teſtibus obũbrare ſolẽt, & tribuna-
liũ auctoritatẽ cõmouere, & ſubuertere intendunt,
elegans text. *in l. fiſci* 5. *de aduoc. fiſci*, aliquando etiã &
non minori ex ratione in perſcrutãdis, & maculoſis

29 impoſitionibus in familiis puris & nobilibus, †
quia omnibus modis calumniantium fomenta re-
ſtringenda ſunt, ex textu *in l. celebrandis*, 19. vbi
notat Bald. *Cod. de nuptiis*, faciunt tradita ſuprà
quæſt. 4. art. 2. num. 7. & 8. & per Auguſt. Bar-
30 boſ. *axioma*. 143. *num*. 1. *&* 2. *pag*. 93. † maximè
quia cùm Iudex ex officio calumnias repellere de-
beat *ex gloſſ. notabili verb. calumnioſam*, *in leg. qui
cùm maior, §. ſi patris, de bonis libert. & in leg. vbi pa-
ctum, verb. pœnæ*, vbi notat Iaſ. *num*. 11. *Cod. de
31 tranſact.* † nec exceptionem calumnioſam attendere
expediat, ſed eam iudex ipſe ex officio repellere
debeat, *ex textu in l. mercalem* 5. vbi Bald. &
Salic. *Cod. de condict. ob turp. cauſ.* & latè explicat
Ioann. Redin. *de maieſt. Princip. verb. ſed etiam per
legitimos tramites, à num.* 130. *cum pluribus ſeqq.* &
ex copioſè traditis à Ioann. Baptiſta Aſſinio *de
execut.* §. 3. *cap*. 19 *& ſeqq.* notat Oſuald. Illiger.
32 ad Donel. *lib*. 22. *commun. cap*. 2. *lit*. *A. in fin.* †
& cùm promotor fiſcalis officij iudicis loco exiſtat,
vt ſuperiùs dixi; immò in nihilo à iudice differat,
quidquid iudex ex officio facere poteſt, poſſit &
fiſcalis ſecundùm Bern. Diaz *in dict. cap*. 5. Felin.
& alij ab eo adducti *in cap. cum clamor*. 53. *num*. 4.
de teſtib. Præpoſit. *in c. de accuſatione*, 2. *quæſt*. 8.
Mileo *in pract. fol*. 3. *num*. 31. Iul. Claro *in pract*. §.
fin. quæſt. 3. *num*. 6. *circa medium*, *& quæſt*. 10. *num*.
33 6. † poterit & fiſcalis, cùm aliquando debeat ca-
lumnioſis occurere delationibus, quia non tantùm
eius officium præcipuè in Sancto Inquiſitionis of-
ficio verſatur in maculis, & infectionibus præten-
ſorum veris opponendis, & omnibus modis pro-
bandis, ſed etiamſi aliqua facie mendaces & ſup-
poſititiæ appareant, falſitatem aperiendo, & veri-
tatem in omnibus ſequendo, vel ſit contra, vel in
prætenſoris fauorem, ſemper enim amplectenda
34 eſt † *ex text. in l. pen. de probation cap. quæritur*, 36.
2. *quæſt*. 7. Dec. *in cap quoniam contra*, *notab*. 4. *de
probat. & in cap. ſi duobus*, *num*. 9. *de appellat.* Ioan.
Neuizanis *in ſua ſylua nuptiali lib*. 5. *Quomodo ſit iu-
dicandum*, *num*. 112. Menoch. *lib*. 1. *præſumpt.
quæſtion*. 31. *num*. 4. *atque diligenda*, *l. cum ita lega-
tum*, 63. *circa fin. de cond. & dem. cap. fraternitatis*
6. *de frigid & malefic. cap. veritate* 4. 8. *diſt.* Per.
Gregor. *lib*. 17. *de repub. cap*. 3. *num*. 6. Roland. à
Valle *conſil*. 11. *num*. 3. *& conſ*. 88. *num*. 1. *vol*. 3.
35 † nec enim ideò quia fiſcalis eſt prohibetur verum
agnoſcere, ex textu eleganti *in leg. quotiens*, 9. §. *nec
vtique* 6. *in fin. de adm. tut. & in leg. ſi fideiuſſor*.
29. §. *quædam*. 4. *mandati*, vbi *gloſſ. verb. de apici-
bus*, *& in leg. & ſi non cognitio* 4. *Cod. ſi contra ius
vel vtilit. publ.* quare Sancti Officij promotor fiſca-
lis hæreſis & mendacij accuſator dicitur, & verita-
tis vbicumque adſit protector & inſequutor.

36 Ad quòd conſequendum animaduerti oportet,
quod non ſemper attendi, nec admitti debent ca-
lumniæ delatorum, nec quidem omninò ſpernen-
dæ, maximè cùm ex aliis probationibus veræ ap-
parent, aut veriſimiles continent cauſas, aliàs reij-
ci debent ex Ioan. Garcia *de nobilitate gloſſ*. 3. *num*.
22. *cum ſeqq.* Maſtrillis *de magiſtr. cap*. 7. *num*. 4. per-
plurimùm quidem mendaces ſunt, licèt aliquando
ad veritatem aperiendam & inſequendam pluri-
mùm prodeſſe ſoleant, vt de inimicis dixi ſuprà
part. 1. quæſt. 12. §. 3. ſaltim enim ad inquiren-
dam ſufficere ſolent, quod & quando procedat,
& admitti noua inquiſitio valeat latè explicui
ſupra hac 2. part. quæſt. 2. vbi hoc videndum eſt.

37 Quia etſi diligens eſſe oporteat, *leg. diligenter* 5.
leg. rogatus 33. *mandati*, §. *is qui exequitur* 4. *inſt. eod.
l. generaliter* 19. *l. à tutoribus* 33. *de admi niſtr. tutor.*
l. conſilio 7. *de curat. furioſi*, ne ſui, aut prætenſoris
vitio tribunal, ſiue communitas, cui inſeruit, &
cuius gerit negocia, aliquod patiatur detrimen-
tum, *ex dict. leg*. 3. *Cod. de aduocat. fiſci*, *leg. fin. in fin.
Cod. de bon. vacant. lib*. 10. *l. omnes* 3. *alias* 4. *Cod. de
annonis & tribut. eod. lib.* † & ita in omnibus age- 38
re, vt honor & auctoritas ſui tribunalis, aut com-
munitatis augeatur, potius quàm diminuatur, *ex
text. in l. non intelligitur* 3. §. *Diui fratres* 5. §. *ſiunt
enim, de iure fiſci*, † tamen non tenetur, nec de- 39
bet de apicibus, id eſt de minimis, & rebus leuibus
& contemnendis, de quibus contendere hominis
eſt peruicacis, plurimùm curare, *d. l. ſi fideiuſſor*. §.
quædam, *mandati*, iuncta vera Hug. Donelli inter-
pretatione *lib*. 13. *commun cap*. 13. *verſ. ſed & quaſ-
dam, exceptiones, pag. mihi* 650. vbi exornat Oſuald.
Illiger. *lit*. *G*. faciunt plura tradita per Auguſt.
Barboſ. *axiom*. 150. *ex num*. 1. *pag*. 96. *& axioma*.
151. *num*. 2. *& ſeqq.* † nec quidem dico, vt ita 40
minutiſſima deferar, vt nullam omnino earum agat
memoriam in ſua oppoſitione, cùm potiùs ea om-
nia inſerere conſulam, nullo prætermiſſo, ne
viam ſe calumniandi relinquat, & ſuſpicandi, ea
prætermiſiſſe propter amorem, ſeu pretium, quod
non ſemel à prauis quorumdam iudiciis expertus
ſum, † ſed tantùm aſſero, quòd non ita vilia acci- 41
piat, nec opponat, ſicut magna, & excelſi pon-
deris, & omnibus ſuum debitum præſtet locum,
ne ex omiſſione damnum ſibi obueniat, ſeu mali
ſuſpicionis cauſa oriatur, nec ex oppoſitione rigo-
re plena temerarius appareat, nec prætenſori, nec
ſuæ familiæ detrimentum, ſeu expenſæ indebitè
proueniant, ita vt vtrique damno prudenter pro-
ſpiciat, & ſibi à calumnia præſumpta, & ſimul præ-
tenſorem ab iniuſta tueatur vexatione.

Cùm temerarium eſſe vitium magnum gignat, vt 42
in l. eum quem temerè 79. *de iudic.* Platea *in l. hi qui*,
num. 3. *C. de conuen fiſci debit.* Thom. Grammat. *deciſ.*
83. *num*. 1. & iure ſeuerè punitur, vt *in text. in l. ſene-
riter* 14. *C. de accuſat. tut.* idem Th. Grammat. *deciſ*. 39.
n num. 8. facit *text. in l. famoſi* 7. §. 1. *verſ. quamquam, ad
l. Iul. maieſt. & in l. ſi quis obrepſerit*. 29. *ad l. Corn. de
falſ. c*. 1. *de maledic. cap*. 1. §. *ſi quis*, *de ſentent. excomm.
cap*. 2. *ne cler. vel monachi in* 6. de quo plura cumulat
Proſp. Farin. 3. *tom. praxis crim. quæſt*. 90. *à num*. 56.
vſque ad 62. Franc. Valençuela *in l. vn. num*, 8. *C. de
ſuper exactor. lib*. 10. † & temeritas plus nocet ipſi 43
temerario, quàm alteri, *ex text. in l*. 2. *C de pœna iud.
qui malè iud.* & ex D. Auguſt. refertur *in cap. teme-
rarium*, 49. 11. *quæſt*. 3. *cap. in tantum* 9. *diſt*. 21. *cap. ſacro*
48. *de ſentent. excommun.* † & licèt magnum afferre 44
ſoleat damnum, calliditas tamen inconſiderata com-
modum numquam trahit, vt *in text. in l. ſed & ſi
hereditas*, 11. §. 1. *verſ. interdum tamen*, *ad exibend.
l. ſi duo* 5. *in princip. ſi quis caut. in iudic. ſiſtendi, l. verum
eſt* 63. §. *hoc quoque, facere. Pro ſocio*, † & ideò calum- 45
nias in fiſci cauſis arceri, & concremari iuſta ex cau-
ſa conſtitutum habemus *in l. iuſtas* 6. *C. de iure fiſci*, † 46
& ſicut Iudex numquam agere malè debet, ita & qui
officio iudicis, vtitur vt Promotor eſt fiſcalis, ſe-
cundùm Pariſ. de Poteo *de ſyndic. verbo euidentialia*, *c*. 2.
qui alios adducit, Aceb. *in l*. 2. *n*. 3. *tit*. 7. *lib*. 3. *recop.*

Vt autem fiſcalis veritatem agnoſcat, & faueat 47
prætenſori, qui iuſtam habeat cauſam, & cætera, quæ
vſque huc diximus meliùs intelligantur, & promo-
tori nullum calumniæ obueniat damnũ, animaduer-
tere oportet, quòd non debet iura patrium directè al-
legare, velut ſi patronus exſteret cauſæ, vt
aliquando vidi, ſed ita quòd ſuo officio vtens,
& fiſcalis apparens ſuum contradictoris munus
dirigat cum diſſimulatione, & prudentia adimpleat,

&

& contraria opponat, vt ſimul veritatem, & iuſti-
tiam prætenſoris oſtendat, ne eum valdè oneret,
nec expenſas augeat, nec damna ſciſcitetur, nec
cauſæ dilationes, quod quidem vtrumque per
diſcretionem rectè coniungere, & dirigere poteſt,
& ſuo officio vti, & iuſtitiam prætenſoris non
exturbare, cùm non debeat apparere partis aduer-
ſæ aduocotus, eriam in notoria puritatis probatio-
ne, cùm ſemper munus fiſcale exercere, & oſten-
48 dere debeat, † hoc eſt defenſiones fiſci oſtendere,
& allegationes in eius fauorem inſtruere contra
prætenſores, & eius cauſam defendere, & eam
non impugnare oportet *ex cap. 1. de natis ex libero
ventre*, Roman. *conſil.* 251. *num.* 1. & Valençuela
49 *conſil.* 95. *num.* 76. † & ex allegatiooe in prætcn-
ſoris fauore ſuſpectum ſe efficeret, qood maximè
fugere debet, vt Imperator fecit *in leg. apertiſſimi,*
16. *Cod. de iudic.* nec etiam ſuas oppoſitiones ita
dirigat, vt nimis fiſcalis, & contradictor videatur,
& iura alterius deturbentur, ſed omnia pro & con-
tra complectatur, & ſingula diſtinctim annotet vt
ſuum munus adimplendo veritatem, & iuſtitiam
cauſam agnoſcere oſtendat, in quo præcipuum lo-
cum obtinet prudeotia, qua inter hæc duo licèt
contraria videantur, medium ſtatuere poterit ſa-
lutiferum, & expediens valde, quia regula
circa hoc tradi certa non poteſt, ſed ſumenda
erit ex cuiuſqoe negocij qualitatibus, & circun-
ſtantiis.

50 Caueat igitur omnino, ne calumniioſas inſtituat
oppoſitiones, vt docet elegans textus *in leg. non eſt
ignotum 6. Cod. de adm. tut. leg. meminerint 6. in fine,
Cod. vnde vi leg. 2. Cod. de his quib. vt indign. leg.
quotiens 9. §. ſicut 5. verſ. idcircóque de adm. tut.* Per.
Barboſa *in l. eum qui temerè num.* 204. *de indic.*
51 Maſtrill. *ſuprà nu.* 85. † nec ininſtam puro, & no-
bili maculam imponat, *dict. leg. quotiens 9. §. nec
vtique 6. leg. ſi bonam* 11. *Cod. eod.* & animaduertit
Peregrin. *de iure fiſci lib. 7. cap. 2. num. 7.* qui alios
adducit Lodouic. à Paramo *de orig. inquiſit. lib. 3.*
52 *queſtion. 9. nu.* 45. † nec quidem propter odium, &
vindictam, aliáſve cauſas ſeu vel alienum commo-
dum tangentes inquiſitiones, nec oppoſitiones
contra puritatem, & nobilitatem prætenſoris in-
tendat, ex textu celebri *in dict. leg. non eſt ignotum 6.*
53 *verſ. ne ſub pratextn, Cod. de admin. tut.* † quia ſal-
tim in animæ iudicio ad reſtitutionem tam hono-
ris adempti, ſeo deminuti, qoàm expenſarum te-
nebitur, ex adductis à Parlad. *rer. quotid. lib. 1. cap.
2. num.* 1. & deinceps, Guidó Papa *ſing.* 821. Oſ-
ualdo Illigero ad Donel. *lib. 18. comment. cap. 3.
lit. XX. circa medium, verſ. aſt ſi ſciens*, Peregrin.
citato loco, immò de leui culpa quemlibet aduo-
catum teneri tenent plures apud Dianam *reſolut.
moral. 2. part. tractat. 1. miſcell. reſol.* 59. vbi alios
54 pro contraria refert & ſequitur, † & quandocum-
que conſtiterit de prætenſoris iure & de ſoa purita-
te, & nobilitate acquieſcat in oppoſitionibus, &
exquiſitas omittat inquiſitiones, ne ſint impedi-
mento, vt prætenſori ius ſuum citò tribuatur, quia
dilationes in cauſis honoris plus nocere ſolent,
quàm in cæteris aliis, etſi grauiſſimis, & capitali-
bus, faciunt tradita à Menoch. *de arbitr. indic. caſu*
494. Parlad. *in dict. cap. 2. num.* 25. Oſuald. citato
55 loco *in princip.* † & non ſolùm in animæ iudicio
tenebitur, ſed & in exteriori foro ad omnia, quæ
accuſatorem calumniantem obſtringunt, ex Ludou.
à Paramo *de orig. inquiſit. lib. 3. quæſt. 9. num.* 39.
latè Ioann. Gutierr. *in pract. lib. 5 quæſt. 21. per totam,*
56 maximè *à num. 11. cum ſeqq.* † quia & ſi non teneatur
de præſumpta calumnia, *ex leg. fin. Cod. de fruct. &
litium expenſ.* quia non pro libito procedit, ſed ex
officij neceſſitate, *leg. 1. Cod. de delator. lib.* 12.
Acebedo *in leg. 5. num. 2. titul. 13. lib. 2. recop.* Peña
de director. 3. part. commun. 14 *verſ. ſed cum hodie*
Ioann. Gutierr. *in d. quæſt. 21. num. 5. & 7. ſeq.* ta-
men ex calumnia euidenti, & apertè probata tene-
bitur, ſicut Iudex, *arg. leg. 2. in fin. Cod. de his qui
accuſ. non poſſ.* Acebedo citato loco, *num. 5. & 6.*
Ioann. Fab. *in leg. non eſt, Cod. de adm. tut.* Rebuff.
in tract. de expenſ. art. 1. gloſſ. 2. num. 19. & 20.
Iul. Claro *d. lib. 5. §. fin quæſt.* 10. Capella Tholoſa-
na *queſt.* 6. Boët. *deciſ.* 324. *num.* 1. Anton. Theſau-
ro *quæſt. forenſ. lib. ſingul. quæſtion. 45. num. 1. & 5.*
Thom. Grammat. *deciſ.* 50. *num.* 21. *per l. ſuccurri,
de excuſat. tut.* Segura Daualos *in director. indic. ec-
cleſiaſt. 2. part. cap. 11. num. 2. 6. & ſeq.* bene expli-
cat Gutierr. *in d. quæſtion. 21. num.* 16. vbi ita iudi-
catum fuiſſe in Conſilio regali refert *& in numero*
18. *&* 19. amplius de eodem agit, † non tamen 57
ideò quòd fiſcalis non probat oppoſitionem, ſeu
maculam, quam aſſeruit, & probare intendit, tene-
bitur, *ex leg. 1. Cod. de aduocat. diuerſor. indic.* ſed
tantùm dum euidens, & certa apparet calumnia,
prout *in d. l. 2. Cod. de his, qui accuſare non poſſunt,*
& explicant DD. ſuperiùs adducti. In animæ verò
foro indiſtinctè tam ex præſumpta, ſi verè adſit,
qoàm ex euidenti tenebitur calumnia, ex ſuperiùs
adductis, communi, & indubitabili omnium ſen-
tentia.

Illud tamen ego conſulo, quòd ſi de macula præ- 58
tenſoris abſqoe dubio conſtiterit ſibi, & vt plerúque
eſt fieri ſolitum, prætenſor ob ſuam poteſtatem,
ſeu diuitias peruertere conetur veritatem falſas ad-
ducẽdo tergiuerſationes & ſentẽtias, ſiue teſtes corrũ-
pẽdo aut alia impedimẽta probationi veritatis appo-
nendo, ex quibus ſit timor tegendi, & ſuffocandi
veritatem & cooperiendi maculam veram, & de-
monſtrandi puritatem, quæ omnino abeſt, vt non
ſemel vidi. Promotor fiſcalis curet hæc ſubterfugia
ſubuertere, † & caoillationes cauillationibus com- 59
primere, text. aureus *in cap. cupientes, 16. in princip.*
vbi gloſ. *verb. malignantium*, & Anchart. & commu-
niter DD. *de electione in 6.* Ripa *in leg. 1. §. quia au-
tem, num. 15. Quorum legat.* Ioann. Redin. *de maieſt.
Principis, verb. Sed etiam per legitimos tramites, num.*
147. Couarr. *lib. 1. var. cap. 2. num.* 1. Alciat. *reg. 5.
præſumpt. 27. num.* 2. Ioann. Neuizanc. *lib. 5. Sylua
nupt. num.* 54. Menoch. *lib. 5. præſumpt. 3. ex num.* 38.
Bertazol. *conſil.* 478. *num. 10. &* 11. Oſuald. Illiger ad
Hug. Donel. *lib. 18. commun. cap. 5. lit. Vu.* dummodò
abſint mendacia & fraudes, ex *d. gloſ. verb. malignan-
tium*, Couarr. citato loco, Ioann. Gutierr. *lib. 1.
pract. quæſt. 60. num* 4 Parlad. *in d. cap. 2. num. 17.* † quia 60
vt inquit D. Auguſt. & refertur *in c. Dominus 2. 23.
quæſt. 2. cùm iuſtum bellum ſuſceperis aperta pugna,
an inſidiis vincas, nihil ad iuſtitiam intereſt.* & ma-
litiæ per malitiam occurritur iuſtè, nec calumnia
vtitur, ſed prudentia, qui alium fallit, ne falla-
tur, vt dixit Albericus Gentilis *lib. 2. de armis
Roman. cap. 2. pag.* 113. Gayllius *de arreſtis imperij
capit. 11. numero* 34. atque ita intelligere volo
Paul. 2. Corinth. 12. 16. *ego vos non grauaui, ſed
cùm eſſem aſtutus, dolo vos cepi*, nempe ad eos eri-
piendum à peccato, quod licet, ſicut medico, vt
infirmum à morbo eripiat † Cùm iniquitati oc- 62
currere prudentia, nec doloſa iudicetur frau-
dis excluſio, elegans textus *in l. cùm pater, 77.
§. Titio, 31. ibi, ſed iniquitati occurrere, prudentiùs autem
fecerit, ſi ex teſtamento fratris hereditatem repudiauerit,*

& inteſtati poſſeſſionem acceperit, nec videtur dolo fe-
ciſſe, cum fraudem excluſerit deleg. 2. exornat Me-
62 ooch. *lib.* 5. *præſumpt.* 3. *num.* 37. *& ſeqq.* † quia
doli boni ſpecies eſt, ſi quis per diſſimularionem
ſua tueatur *leg.* 1. §. 5. *de dolo*, exornat Oſuald. Illi-
ger. ad Donel. *lib.* 15. *commun. cap.* 40. *lit. C. &*
63 *dicto lib.* 18. *cap.* 3. *lit. Vu.* † ſi verò dubia cauſa ex-
tet, aut prætenſor debitis ſit præditus qualitati-
bus, non debet Promotor his vti cautelis, nec
eximiis cauillationibus, cùm poſſint cauſa eſſe
comprimendi, & operiendi veritatem, niſi fortè
in cauſa dubia opus eis ſit, vt contrariæ calum-
niæ, & fallaciæ vitentur, & tunc ſobriè eis vti
debet, ad hoc tantùm inquiſitio veritatis in re-
ctum dirigatur, non verò, vt in maculam & in
alios defectus cautelæ flectantur, & præponde-
rent bonis fortè qualitatibus, vt poteſt euenire
in cauſa merè dubia, & prætenſorem perpluri-
mùm grauare in modo probandi ſuas qualitates,
qua in ſpecie, niſi fraudes contrariæ aliud ſuaderent
64 ad eas euitandas. † Ego etiam ſicut ipſa cauſa du-
bius exiſterem, & in neutram verterer partem, niſi
ad id, quod ex perfectis, & finitis informationibus
veriſimilius, mitiùs, & æquiùs appareat, illud tan-
tùm curarem, vt ſemper diligens, & induſtrios,
atque integer commiſſatius eligatur, ex quo ma-
gis expectetur veritas, qui ſolet eſſe præcipua clauis
aperiendæ veritatis.

65 Forma igitur, quam ſeruare Promotor fiſcalis
poterit in informationibus perlegendis, atque
notandis hæc commoda, facilis, & vtilis viſa
mihi ſemper fuit, vt in duas principales partes in-
formatorium, & eius viſionem diuidat. In primis
perlegat teſtium depoſitiones circa originem præ-
tenſoris, ſuorum parentum, & auorum, &
an teſtes examinati eos cognouerint, aut eorum
notitiam habuerint per articula interrogatorij,
quæ *del conocimiento, y naturaleças*, volgò appellan-
tur, nempe an probatum maneat, quòd teſtes co-
gnouiſſent auos ſaltim prætenſoris, aut ſufficien-
tem habuerint eorum notitiam, ac omnium ori-
ginem plena ratione ſignauerint, vt inde inueſti-
gari poſſit fides, quam circa principales qualitates
generis, quas formauerint, teſtes merentur: nec
non, vt exinde deducat, an plenæ, & perfectæ
maneant informationes circa omnia ſubſtantialia
requiſita, an verò defectu aliquo laborent, & vt
conſtet, an aliunde originem trahat pater, aut
auus, alius auus ſupernus aſcendens prætenſoris,
ſecundùm communitatis aut tribunalis vſum, &
ſtylum, ex his, quæ dicta fuère ſuprà 1. part.
quæſt. 6. §. 3. ex num. 14. cum ſeqq. quia ſi eo-
rum noua aperiatur origo, petere omnino debet,
vt illuc informationes ſumantur circa inquiſiti qua-
litates, quæ ſemper inquiri oportet in originis loco,
circa quod offerri ſolent aliæ ſpeciales inueſtigatio-
nes, ac inquiſitiones, quæ deducuntur ex negocij
qualitatibus, & circunſtantiis, quas volgò, *nue-*
uas diligencias, appellamus, & nunc de eis nihil cer-
tè conſtituere poſſumus, quia nihil conſtans ha-
bent, ſed ex cuiuſque negocij natura, & qualita-
tibus, & ex teſtium depoſitionibus, & contentis
in productis inſtrumentis probus fiſcalis coniectu-
rare, & ſumere debet, ac petere quidquid ex eis
ad cauſæ iuſtam, & meliorem expeditionem, & ple-
niorem veritatis probationem expedire viſum fue-
rit.

66 Ac his probè penſatis, & diligenter perpenſis
accidere debet ad ſecundam partem, quæ eſt de vi-
ta & moribus prætenſoris, & de eiuſdem, &
ſuorum maiorum puritate, & nobilitate (in tri-
bunalibus, in quibus requiritur) quæ cùm ſint
principaliores qualitates, propter quas adinuenta
fuerunt puritatis ſtatuta, debet cum maiori caute-
la, & expeditione per articulos, qui de eiſdem lo-
quuntur qualitatibus, teſtium depoſitiones perle-
gere, & eorum dicta paulatim meditari, & rationes
diſcutere, & cum contrariis conferre, & cauſas
cum cauſis dimetiri, & lineas aſſertæ maculæ ali-
qua ſeorſim nota adſcribere cum eius cauſa, ſeu
origine & ſingulis lineis adiicere teſtes, rationes,
& inſtrumenta; & cætera, quæ eis ſpeciatim ac-
commodari, & accingi poſſunt, & conducunt ad
earum probationem; vt ſimul omnibus conſtitutis,
& ſuo loco cum diſtinctione accomodatis, & aliis
diuiſis, & ſeiunctis, clariùs appareat, & faciliùs
iudicetur vera probatio qualitatum prætenſoris, &
ſi conſtet ſcripturas publicas, ſiue acta iudicialia
aliarum litium ad pleniorem probationem illic con-
ferre, eſſe neceſſe, ſeu conſentaneum ita fieri, ac-
cumulare faciat, & tranſcribere copiam ex libris
& regiſtris Sancti Officij, ſi quid ſit proprium, &
accommodatum aſcendentiæ prætenſoris, & om-
nia ſimul in vnum colligere, etſi omnibus ita con-
ſtitutis & probè penſatis, dubia adhuc pro vtraque
parte res maneat, excogitare debet, qua via &
forma poſſit veritas aperiri, quod ab ipſiſmet
actis, & informationibus petere debet, ita vt in
omnibus veritas expedita, & comperta eluceſcat, tã
in actis informatoriis, quàm in oppoſitionibus ip-
ſius promotoris, in quibus debet omnia in vnum
colligere dubia, cum expeditione, & diſtinctione
ſigillatim cum probationibus cuique accommoda-
tis, & breuiter relatis inſerere, *leg. ampliorem* 39.
§. *in refutatoriis*, 1. *Cod. de appellat. gloſſ. in leg.* 1.
Quod metus cauſa, Ioann. Andr. *in proœmio decretal.*
verb. Gregorius, *in princip.* quia breuitati ſemper
ſtudendum eſt, Franc. Aretin. *conſil.* 1. *decreueram*
tamdiu, *in princip.* & nimia loquacitas ſolet ſtoma-
chari legentes. Paul. Caſtrenſ. *conſil.* 191. *in princip.*
lib. 2. & Roland. *conſil.* 39. *num.* 2. *lib.* 2. *& conſil.*
61. *in princip. lib.* 3. & tædium inferre ſecundùm
Bald. *conſil.* 155. *Loquacitate omiſſa*, *lib.* 2. Curt. Iun.
conſil. 329. *in princip.* Cardinal. Tuſch. *lit. B. concl.*
127. *tom.* 1. *& lit. S. concluſ.* 895. *num.* 31. *tom.* 6.
relatus ab Auguſt. Barboſa *axioma* 38. *num.* 1. *&*
2. *pag.* 25. & melius eſt pauca & idonea effundere
verba, quàm multis inutilibus legentes prægrauare,
vt *in textu in leg. tanta* 2. §. *ſed & ſi quid* 17. *C. de*
vetere iure enucleando, Barboſa *axioma* 146. *num.* 5.
pag. 94. ita vt facti vera ſpecies cum omnibus du-
biis & probationibus ex ſuiſmet facilè ſit colligere
ſcriptis, & allegationibus, in quibus oportet ad-
uertenter, & veris rationibus niti, nihilque falsò
ſubtrahere, ſecundùm *text. in l.* 1. §. *quæſitum*, ibi,
vel falsò, vel non ita ſe habere, quæ ſcripta ſunt, de
appellation. l. 2. *l. ſed etſi legibus* 5. *C. ſi contra ius vel*
vtilit. publ. leg. fin. Cod. de his, qui à non domin. ma-
num. cap. ſuper litteris 20. *de reſcriptis*, & alia ſerua-
re, quæ diximus ſuprà 1. part. quæſtion. 6. §.
fin. alias maximè in cauſa ſuſpectus fiet.

Et non tantùm decet vera conſcribere, & om- 68
nia prætenſori aduerſa allegare, & opponere,
ſed & quod æquum eſt, & maximè rationi
conſonum iudico, & ſemper ſeruari conſului,
vt etiam omne illud quod prætenſori prodeſt,
quóque ſua aperitur puritas, & nobilitas,
præcipuè ſi ex eo appareat aſſerta macula ſup-
poſititia eſſe, & falſa, probus fiſcalis inſerat;
ita vt ſemper videatur veris proſpicere, &
velle veritatem vincere, quia, vt ſuperiùs
dixi, veritatem in omnibus ſequi, & diligere
debet,

Digitized by Google

debet, & prætenſor ignarus eſt eorum, quæ
ei aduerſa extant in infotmarorio, nec diloere po-
teſt dubia, nec allegare, quod ſua iotereſt, & poſſit,
qui puritate, & nobilitate eſt prædictus, ab illis qua-
litatibus indebitè denudari ex defectu probatio-
num, & iotelligen iæ rei, quibus damnis poterit
Fiſcalis occurrere, ſi bona meote, & animo ſit præ-
ditos, abſque ſui muneris, & iotegritatis læſione
ſi eam formam obſeruet, quam ſuprà ſignauimus ex
oum. 47.

69 Poſtquam verò inquiſitores in ſancti officij tri-
bunalibus ſententiam tulerint, quia informatiooes
approbauerint, liberum eſt Fiſcali ius appellandi
ad ſupremum, & regium Inquiſitionis Senatum, ex
Ludouic. à Paramo *de origin. Inquiſit. lib. 2. tit. 2.
cap. 4. num.* 14. & comprobarur ex vſu, & ſtylo om-
nium tribunalium; nec tuoc poterunt Inquiſitorea
procedere ad vlteriora, nec ſuam ſententiam exe-
cutioni tradere, aliàs cootra factum nullum erit, vt
dixi ſuprà hac 2. part. quæſt. 4. art. 4. §. 2. ex n. 70.
70 † Sed eſt dubium, an omnino prouocare teneatur
dum controuerſia puritatis cauſa eſt, & dicendum
videtur, quòd ſic, nam ita iure conſtitutum eſt in
quolibet procuratore, & cũ Fiſcalis aſſimiletur pro-
curatori Cæſaris ſecundùm Alciat. *in l. præſes, n.* 12.
71 *C. de tranſact.* † videtur, quòd teneatur omnino
prouocare, vt in quulibet procuratore conſtitu-
tum eſt, *in l. liberto.* 31. *§. litem, 2. in fin.* ibi, *poterit
ei imputari, ſi cùm poſſet, non appellaſſet, de neg. geſt.
l. ſi procuratorem,* 8. *§. quod & ad actionem,* 8. ibi, *ſi
ſcierunt, incumbebat eis neceſſitas prouocandi. Mandati.
l. ſi pro ea.* 10. ibi, *& appellatione contra bonam fidem
minimè vſum, C. eod. l. minoribus, 6. C. de his, quibus
vt indign. l. inuitus,* 17. *nec eamdem vltra niſi prouoca-
tionis cauſa extendere,* vbi gloſſ. & communiter DD.
de procurat. l. 23. ibi. *Pero quando el iuycio dieſſen con-
tra el, o contra aquel cuyo perſonero fueſſe deueſe alçar,*
vbi *gloſſ.* 7. *tit.* 5. *l.* 3. ibi, *ſi dieſſen la ſentencia contra
el ſobre aquel pleito, en que es dado por perſonero debeſe
alçar della.* vbi *gloſſ.* 1. *&* 2. *tit.* 23. *part.* 3. *l.* 13. *ſtyli,*
vbi Paz *in principio & deinceps & in l.* 157. *à num.* 2.
72 † aliàs negligentia præſumitur in eo, qui non
vtitur remedijs ad negocium opportunis, *ex text.
in cap. licèt Epiſcopus,* 28. *de præbend. in* 6. §. Barth.
Socin. *conſ.* 263. *col.* 4. *lib* 2. Crauetta *conſ.* 132. *num* 4.
& alij apud Pelaez *de maioratib.* 4. *part. quæſt.* 40.
73 *num.* 55. † immò dolum committit, qui cùm po-
tuit noo appellauit, *d. l. procuratorem.* 8. *§. quod &
actionem.* 8. ibi, *cæterùm dolo verſati ſunt, ſi non pro-
uocauerunt. Mandati. l. dolus eſt.* 44. *illo eod. tit. l.* 21.
verſ. Fueras ende ſi aquellos, tit. 22. *part.* 3. Rebuff.
tom. 3. *ad ll. Gallicas tit. de appellat. art.* 3. *gloſſ.* 2. *n.* 14.
Baeça *de decima tutor. cap.* 2. *num.* 174. Seraphin. *de
priuileg. iurament. priuileg.* 31. *num.* 53. Menoch.
74 *conſ.* 175. *num.* 17. † quia paria ſunt non defen-
dere, quod qoilibet tenetur, & defendere minùs
legitimè, & cum omiſſione, ſecundùm *text. in l.
qui repudiantis,* 17. *§. fin. de inoffic. teſtament. l. ſi ideò.* 55.
de euict. l. præſes 5. *C. de pignor. l. fin. §. illud. in verb.
ſumma, C. de tempor. appellat.* Bar. *in l. cum filius, in
princ. de verb. oblig.* Alexand. *conſ.* 84. *num.* 4. *lib.* 3.
& faciunt tradita per Aym. Crauettam *conſ.* 21. *n.* 10.
75 † & deſertio appellationis dicitur quædam tranſ-
latio ſeu alienatio, *text. in l. in ſumma* 65. *de condict.
indeb.* quare hanc opinionem communiter defen-
dunt DD. ſecundùm Paz *in praxi annot.* 4. *de procu-
rat. num.* 4. Villadiego *in ſua politica cap.* 1. *de la in-
ſtrucion, ſub num.* 3. Aceb. *in l.* 14. *num.* 1. *tit.* 18. *lib.* 4.
recop. vbi adducit Menchac. *controuerſ. vſufrequent.
cap.* 19. *num.* 1. qui de communi teſtantur tam de
iure ciuili, quàm pontificio. Ioan. de Montealegre
in ſua praxi ciuili lib. 1. *cap.* 6. *à num.* 75. *cum ſeqq.*
Hugol. Donel. *lib.* 18. *comment. cap.* 16. *verſ. quæritur
ampliùs, fol. mihi.* 3065. vbi Oſuald. *lit. C. & ſeqq.*
cum allegatis ab Hieron. Zaballos *commun. contra
commun. quæſt.* 597. in quo nullum inuenio dubium, 76
† immo procurator tenebitur ad iotereſſe partis
actione mandati, *ex d. l. ſi procuratorem.* 8. *§. quod
& ad actionem, Mandati, d. l. liberto.* 31. *§. litem, de
negot. geſtis, d. gloſſ. verb. appellare, in d. cap. penultim.* 77
de procurat. Montealegre *in d. cap.* 6. *n.* 75. † Quod
intelligendum eſt, dum ſententia iniuſta fuerit nam
ſi apertè iuſtitia nitatur, appellatio friuola, & iniu-
ſta fuerit oam ſi apertè iuſtitia nitator, appellatio
friuola, & iniuſta erit, & ad eam obligare præcisè
ſimiliter iniuſtum erit, nec tunc ad appellandum
teneri velle videtur *text. in d. l. ſi procuratorem.* 8. *§.
quod & ad actionem.* 8. ibi. *ſi hi, qui pro ſe fideiuſſe-
rant in maiorem quantitatem damnati, quam debiti
ratio exigebat, ſcientes auxilium appellationis omiſe-
runt, mandati, d. l. ſi pro ea.* 10. ibi. *& iniuria iudicis
damnatum, C. illo eod. tit. d. cap penult.* ibi, *ſi iuſta cauſa
excuſabat. de procurat.* † Ex quibus iuribus expreſsè 78
requiritur ad hoc, vt procurator appellare, & ex
omiſſione teneatur, quod iniuria, & iniuſtitia ſen-
tentia nitatur, vt intelligit Greg Lopez *in l.* 10. *gloſ.*
10. *in fin. tit.* 5. *part.* 3. Io. Zañez Parlador, *lib.* 2. *rer.
quotid. § fin.* explicat Montealegre *in d. cap.* 6. *num.*
78. intelligens illa verba *d. l.* 23. *partita* ibi, *Pero
quando el iuycio dieſſen cõtra el, & d. l.* 3. ibi, *ſi dieren la
ſentencia contra el*, vt loquantur de ſententia lata
non ſolùm contra intentionem, & petitionem, ſed
etiam aduerſus iuſtitiam partis, † & indubium vi- 79
detur, quòd in hac ſpecie procurator nec appellare
teneatur, nec ex omiſſione conueniri poſſit actione
mandati, cum re vera nihil amiſerit, nec damnum
domino ex ſuo prouenit facto, nec quid contra
bonam fidem fecerit, † ſed tantùm tenebitur ad 80
denunciandum domino ſententiam intra appella-
tionis tempus, *ex d. l.* 3. *part.* ibi, *como quier que ſe de-
be alçar, o facerlo ſaber a ſu dueño del pleito*, vti docet
Montealegre *in d. cap.* 6. *num.* 76. licèt verè *d. l. partita
aliud ſuadere videatur.*

Et an ſit à ſententia appellandum, vel non, pro- 81
curator ex ſui aduocati conſilio ſumere debet, qui
iuſtitiam, aut iniuriam ex actis & iure inueſtigare,
& ſcire melius poterit, vt communiter explicant
DD. *in d. l. inuitus, C. de procurat.* Montealegre *d. n.* 79.
qui ſi conſulat omittere appellationem, procurator
ad nihilum tenebitur, † quia conſilium periti fuit 82
ſequutus, *ex l. Pollà* 2. cum ibi notatis, *C. de his, quibus
vt indignis,* Bald. *in cap.* 1. *poſt princip. Qui feud. dare
poſſ.* refert Euerardus *in topicis legal. loco, à communi-
ter accidentibus ſub nu* 4. cum adductis per Menoch.
de recuper. rem 11. *num* 16. Gracian. *diſcept. forenſ. tom.
2. c.* 215. *ex n.* 30. *cum ſeqq.* vbi plura Fulu. Paciano
de probat. lib. 2 *q.* 41 *n.* 156. Rebuf. *in auth. habita verb.
examinat.* Guido Papa *deciſ.* 277. Matth. Vveſembek
conſ. 43. *num.* 165. Oſuald. Illiget. ad Donel. *lib.* 28.
comment. cap. 2. *lit. B. & lib.* 26. *cap.* 3. *ſub lit. H. pag.*
1405. † promotor autem fiſcalis cùm iuriſperitus 83
eſſe debeat, vt dixi ſuprà ſub num. 22. & ſeqq. faci-
liùs ſibi ſua ſcientia & opera conſulere poterit, nec
adire alium debet, nec poterit ex hac cauſa excuſari,
verecundum enim eſſet, conſilium deſiderare, & ex
eo excuſationem intendere in cauſa, quam ex offi-
cio inueſtigare & ſcire teoetur, vt *in l.* 2. *§. Seruius,*
43. *de orig. iuris,* & turpe erit, aliorum manibus quæ-
rere, quod apud ſe inuenire debet, vt dixit Inoocent.
in cap cum in cunctis, num. 1. *de elect.* refert Benedictus
Ægidius Luſitanus *in directorio aduocator. cap.* 2. *ſub
n.* 2. *verſ. quod aduocato,* vbi alios refert, maximè in

Digitized by Google

puritatis cauſis, quæ cùm arcanæ, & ſecretæ ſint,
aliis propalate, nec ad hunc finem, rarò licitum
erit.

84 Sed quid dicendum dum cauſa dubia tam facto,
quàm iure exiſtit, & magis ſuaderi videtur, quòd
appellandi neceſſitas incumbat, quia in dubiis tu-
tior pars eligi debet, & cùm appellatio Domino
nocere non valeat,& omiſſio in appellando magnum
afferat damnum,& irreparabile,ex traditis à DD. *in l.
vn. §. ſi procurator, ſi quis ius dicenti non obtemp. facit
l. ſi procurator.* 10. *verſ. quod ſi plenam C. de procurat.*
Io.Bapt.Coſta *de facti ſcientia & ignor. inſpect.* 52.
And.Fachin.*lib.*10.*controuerſ.cap.*97. vbi pluribus re-
latis diſtinctione rem explicat, Carrocius *deciſ.* 60.
atque ita hanc affirmatiuam ſententiam defendit
Montealegre *in d.cap.*6.*n.*79 *in fin.*quam generaliter
in cauſis ciuilibus, & criminalibus loquendo verio-
rem,& ſecuriorem iudico.

85 Aſt promotor fiſcalis Sancti Officij licèt à ſen-
tentia pro puritate iniuſta appellare omnino tenea-
tur,in dubia tamen cauſa, quæ probationes æquales
pro & contra habet,& res poteſt aliter, atque aliter
ſe habere,nec plus eſt, ex quo ad vnam, quàm ad
alteram partem flecti debeat, poterit tuta conſcien-
tia appellationem omittere, tum quia in pari cauſa
pro ſententia eſt præſumendum,vt dixi ſuprà hac 1.
86 p.q.1.in princ.& conſiderat Montealegre *in d.n.*79.†
tum etiam, quia in dubiis potiùs honori, & bonæ
proximi famæ inhærendum eſt,quàm in contrariam
partem iudicium ferre,*ex texta in l.hæ enim cauſæ* 4.§.
quid ergo,vbi *gloſ.verb.& eſt verum,de ſuſpect. tutor.* &
Iaſ.*in l.huiuſmodi,§.legatum,n.*19.*de leg.*1.*& conſ.* 120.
*lib.*4.Bal.*conſ.*183.incipit,*ſtatuto ciuitatis Veronæ, n.* 1.
*lib.*2.Io.Vinc.de Anna *ſing.*627.Alc. *in l. Neracius n.*
4.*de verb.ſign.& reſp.*30.incipit,*verbis ſtatuti,à n.* 14.
*& reſp.*42.*per totum lib.*2.& in terminis puritatis pro-
bandæ tenet Alphonſus Hojeda *de incompatibil.benef.*
1.*p.c.*23.*n.*141.*& ſeq.*& cum Io. Baptiſta Valencuela
*conſ.*92.*n* 25.dixi ſuprà 1.part q.6.§.1.n.28.& alibi
ſæpiùs,ſed accipiendũ dubium eſt in noſtra materia,
87 provt dicã infrà ſeq q.§.3.n.96.† & cauſa pietatis eſt
potius reſpectus prætẽſoris,& vniuerſæ ſuæ familiæ,
& generis, quorum cauſa grauior reputari debet,
quam tribunalis, ſeu communitatis, quæ non tam
ex admiſſione eius, qui dubiam poſſidet maculam,
amittit, nec damnum capit,ſicut prætenſor & con-
ſanguinei eius,qui ex repulſa,& reprobatione infor-
matorij magnam infamiæ notam accipiunt,& ſuum
honorem & reputationem amittunt,& eorum cauſa
plus fauenda eſt,vt pluries dixi,quod & magis dubio
caret,nam aut de iure præſumptio eſt pro Hiſpano-
rum puritate, vt diximos ex aliquorum opiniona
88 ſuprà 1.p.q.6.§ 2. † quæ conſtituit in quaſi poſſeſ-
ſione illius qualitatis,vt ex Soto *de iuſt.lib.*7.*q.*3.*art.*
2.*col.*3.*verſ.hic vero*,quem ſequuntur Aragon 2. 2. *q.*
88.*art.*9.*paulo poſt princ notab.*1.tenet P. Th. Sancius
*in Decalog.lib.*1.*c.*10.*n.*13.Mart Bonac.1.*to.diſp.* 2. *de
diſtinctione ſpecifica & numerica peccat.q.*4.*pun.* 7.*n.*14.
& fundat agentis intentionem, ſecundùm Couart.
*lib.*2.*var.c.*6.*in princ.*Menoch.*de recuper.remed.*8.*n.*6.
89 cum pluribus congeſtis à Valençuela *conſ.*15.*n.*12.†
& in dubio iudicari debet pro prætenſore poſſiden-
te, & ſententia in eius fauorem iuſta,& ex iuris diſ-
poſitione lata cenſetur,ex iuribus notis *in l.fin.C. de
rei vendic.l.*2.*C.de probat.cum ſimilibus*, Pelaez *de ma-
ior.*4.*p.q.*15.*n* 110.Nic.Garcia *de benef.*2. *to.*7.*p.c.*1.*à
n.* 13.*cum ſeqq.*P.Th.Sancius *in Decalog.lib.*1.*c.*10.*à n.*
9.*cum ſeqq.*Io.Sancius Abulenſ.*in ſuis ſelectis & pract.
diſp.*42.*per totam* maximè *à n.*5.Martin.Bonac.*in d.q.*
4.*pun* 7.*n.*15.*verſ.inſta etiã* Aut nulla eſt præſumptio
puritatis,nec quaſi poſſeſſio eius ratione,vt defendi-
mus ſuprà citato loco,† tamen ex alio capite idẽ in- 90
teruenit effectus,ratione videlicet vitãdi in proximo
magnum nocumentum in ſuo honore, ſicut in caſo
dubio tenemur vitam proximi proſpicere, quod no-
cumentum quemlibet conſtituit in quaſi poſſeſſione
qualitatis fauorabilis,vt rectè probat D. Io. Sancius
Abulenſ *in ſuis ſelectis diſp.*51.*n.* 9. *per totum*, † & ad 91
eum priuandum à prædicto poſſeſſionis iure plena
requiritur probatio, aliàs ei nocumentum inferri
non poterit,vt ſubdit idem Sancius *in d. n.* 9. & fa-
ciunt iura ſuprà adducta,& probat *l.abſentem*. 5. *de
pœnis*,& DD.citati,& Salon.2.2.*q.*63.*a.*4.*controuerſ.*2.
*concl.*1.Salas 1.2.*q.*21.*tit.*8.*diſp.vn.ſect.*12.*n.*115. Pet.
Ledeſma,2.*tom.ſummæ tit.*8.*c.*22.*poſt concl.*11. *diffic.*1.
Sayr.*Claus reg.lib.* 1.*c.* 11. *à n.* 4. atque ita ſententia
pro puritate ex dubiis lata probationibus ex vtroque
capite tam iure externo, quàm interno iuſta exiſtit
quam promotor fiſcalis ſequi tuta anima poterit,
omittendo appellationem,vt ex dictis patet.

Nec quidem ex hac opinione fiſcalis anſam & 92
ſcopum ſumat, ad non appellandum in cauſis, ex
quibus qualis qualia dubitatio deduci poteſt, quia
raro inuenietur cauſa, in qua aliquod non vertatur
dubium, ſed tantùm vt loquutus fui, dum omnibus
ritè,ac accuratè penſatis manet mens verè dubia in
neutram inhærens partem, *text. in l,in ambiguo* 3. *&
paſſim per totum tit.de reb.dub.*Mart.Bonac.*de diſtinct.
ſpecif.peccat.*2.*to.diſp.*1.*q.*4.*pun.*6.*n.*5.*&* 7.*n.*1.& dũ res
incerta manet, tam pro, quàm contra prætenſorem,
accipiendo etiam cauſam dubiam provt ad propoſi-
tum infrà explicabo in ſeq.q.§.3.n.96. & §. 4. ex n.
16 cum ſeqq.† itavt non ſit in poteſtate promotoris 93
fiſcalis ex quolibet dubio appellationem deſerere,
ſed dum cauſa merè dubia manet ſecundùm naturam
& qualitatem rei,de qua agitur, non ex æquali tan-
tùm numero teſtium, ſed principaliter ex eorum
dictis,& rationibus, quia quandoque minor nume-
rus ſufficit ad reprobandum informationes, vt infrà
in ſeq.q.§.3.dicam, & ex maiori ratione ad rem me-
rè dubiam efficiendam, & ad cauſam iuſtam appellã-
di conſtituendam ſecundùm circunſtantias,& rerum
qualitates, vnde dimetiendum erit hoc iudicium, &
cauſa appellandi,aut omittendi appellationem, ad
quam aliquando tenebitur in animæ foro ſub lethali
peccato,veluti ſi ex admiſſione aliquod oriri ſperetur
ſcandalum,aut dedecus prouenire tribunali, ſeu cõ-
munitati,quod per appellationem mederi poſſit.

Dum denique in caſu licito appellationem in ter- 94
poſuerit,debet de cauſa,& iure ſuo ex legibus,& ra-
tionibus allegare in ſupremo ſanctæ Inquiſitionis
Senatu, & ſimul mittere cum actis informatoriis
breuem & compendioſam narrationem negocij, &
eius facti,vt iuſſum extat in epiſtola generali ad om-
nes inquiſitiones latæ Marriti die 9. Maij anno Do-
mini 1622.obſeruando ea, quæ tradidimus ſuprà 1.
p.q.6.§.fin.vbi docuimus formam conficiendi rela-
tionem,† caueat quidem ne iniuſtam, aut friuolam 95
interponat appellationem, tum ob propriam con-
ſcientiam,quia tenebitur ad expẽſas, & damna exin-
de prouenientia,*ex textu in l.non* 6.§.*ne temerè, l.à pro-
conſulibus*,19.*C.de appellat.l.*5 *in fin. C.Quorum appell.
non recip.c.reprehenſibilis*,26.*extra eod c.*1.*de elect.in* 6.
Abb.*in c.inter cætera,de appellat.* tum etiam ob pro-
prium honorem, & reputationem coram ſuperiori-
bus, qui plurimùm dedignantur ex ſimilibus appel-
lationibus,& ob alia damna exinde pululantia qui-
bus & peritus fiſcalis adiiciet alia, provt expoſcant
circunſtantiæ,qualitates, & natura negocij, quo de
agitur,quia nihil plus huic quæſtioni addere libuit,
nec eſt opus.

QVÆSTIO.

QVÆSTIO IX.

De iudicum officio in puritatis informatoriis, & de forma quam ſeruare debent in eorum diiudicatione.

POſtquam latè egimus de modo conficiendi informationes puritatis,& nobilitatis, & de ſingulis probationum ſpeciebus, & de fide, quam ex eis deducere poſſunt iudices, & de explicatione noſtræ pragmaticæ, & de Promotoris fiſcalis officio cum quibus totum concludimus tractatum operæ pretium eſſe duxi, nunc pro coronide agere,de modo diiudicandi has informationes, & de praxi iudicij huius & quomodo iudices ſuum officium, arbitrium,& calculum dirigere debeant,vt munus ſuum ritè perficiant, & præſertim de numero teſtium, an minori circa generis maculam maior ſit fides præſtanda ad intelligentiam oppoſitarum opinionum, & maximæ controuerſiæ inter duos conciues Toletanos, Alphonſum Perezium de Lara, & Hieronymum de Zaballos, qui inter ſe plurimùm circa hoc dubium propugnant,& diſtant ſaltim ex eorum mente,da quorum omnium explicationem vniuerſam quæſtionem in quatuor partes diuiſam tradá,in quibus agam.

1 De arbitrio iudicum in puritatis informationibus dirigendo,& ex quibus regulando.

2 De his, quæ ſeruare iudices debent in ferenda ſententia in puritatis cauſis.

3 De teſtium numero,an minor de macula præferri debeat maiori circa puritatem:ad verum intellectum opinionum Laræ & Zaballos.

4 Proſequuntur regulæ ad inſtructionem iudicum circa iudicandas puritatis informationes.

§. I.

De arbitrio iudicum in puritatis informationibus dirigendo, & ex quibus regulando.

SVMMARIVM.

1 *Statuta puritatis non tradunt certum modum probandi ſanguinis qualitates.*

2 *Qualitates ſanguinis in facto & communi reputatione conſiſtunt. Quæ ſint arbitrio iudicum relinquuntur*,n.5. & 6.

3 *Arbitrio iudicum non determinata relinquuntur.Et generaliter omnes probationes*, num.4.

Et quis dicatur Chriſtianus antiquus, numero 5.

Et quis conuerſus,nobilis,aut purus, n. 6. *Relinquuntur omnia, quæ iure certo ſtatuî non poſſunt*,n.8.

7 *Arbitrium non regulandum ex placito, nec ex libera voluntate, ſed ex iure & ratione,& ex negocij natura & æquitate*,num. 10.& 17.

Ex regulis boni viri,num. 14.*Ceſſat,vbi certa iuris conſtitutio eſt*, num.9.

Boni viri eſt certa, perpetua & ſtabilis lex, num.15.

In cauſis puritatis dirigi poteſt ex auditu, & fama contra nonnullos,num.19.

9 *Ius omnia ſpeciatim comprehendere non poteſt.*

11 *Poteſtas libera, & abſoluta procedendi regulanda venit ex iure,ordine, & forma ab eo introducta.*

12 *Iudices omni euentu iure & ratione niti debent.*

13 *Iudex bono viro ſimilatur.*

Vir bonus non ex libito,ſed ex iure, & ratione procedit,ibid.*Quis talis dicatur*, n. 15. & 16

16 *Iudex non dicitur,qui ſenſu, & cupiditate ducitur ad ſic iudicandum,ſed ex æquitate & ratione*,n.17.

Et ſicut in ſuamet vellet cauſa, num. 18. *In cauſis puritatis dirigere ſuum poteſt arbitrium ex auditu & fama*; num. 19. & ſeqq.

20 *Maculam probam per quamcumque iudicis ſuſpicionem, quomodo intelligendum*, & num.ſeqq.

De vehementi non tamen de leni ſuſpicione accipiendum,num.21.

Doctoris dictum intelligendum venit ſecundùm leges & auctores,quos allegat, ſub d. num.21.

22 *Qua*

22 *Quæ ſunt difficilis probationis ex vehementi probantur ſuſpicione.*

Præſumptiones, & coniecturæ vehementes etiam in materia obiectiua plenè probant, ibid.

23 *Præſumptio vehemens qualis, ſufficiens eſt ad plenè probandum in antiquis,* n.24.

25 *Iudex ex actis deducere poteſt indicia, & præſumptiones ad plenè probandum maculam.*

26 *Poteſtate tributa iudicandi ex arbitrio, facultas videtur conceſſa aliquid relaxandi ex iuris rigore, & quòd relicto extremo rigoroſo ſeruetur æquitas, & tunc iudex ſequi poteſt probationes perſuaſiuas,* num. 27.

27 *Probationes quæ non ſufficiunt coram iudice propter iuris ſubtilitatem, ſufficiunt coram arbitratore.*

28 *Ferdinandus Menchaca lib. 1. de ſucceſſionum creat. §.4.* num.45. *explicatur.*

Macula plenè probatur per auditum, & famam veram, non verò per auditum vanum, & ſine ratione, ibid.

29 *Iudex debet ſecundùm acta iudicare; niſi in impartiendis honoribus, & officiis publicis, & in arbitrariis,* num. 30. *Explicatur,* num.35.

Et in arduis, & grauibus cauſis, in quibus aut ſcientia priuata ſequenda eſt, aut acta mittenda ſuperiori cum relatione propriæ ſcientiæ, num.31.

Et quid in cauſis puritatis, ex n.33. vſque ad num.36.

Cui committitur iudicare ſecundùm conſcientiam, & prudentiam ſuam, debet ſequi publicam, & communem ſcientiam, & omittere propriam, ſub n.36.

Electores poſſunt vti ſcientia habita in confeſſione ad eligendum, ſub n.30.

32 *Conſiliarij regij poſſunt ex propria ſcientia iudicium ferre.*

33 *Macula occulta exiſtente iudices ſecundùm probata ſententiam ferant, ſecus ſi non ita arcana, quia tunc noua ſumenda ſunt informationes,* num.34.

Iudex poteſt in cauſis honoris examinare, ex officio teſtes in calculo ferendæ ſententiæ ad coadiuuandum alias probationes, & ad eruendam veritatem, ſub dict. numero 34.

Informationes debent accipi circa qualitates ſanguinis omni cura, & maxima diligentia.

38 *Veritatis locus ſemper præſtandus maximè in arbitrariis in quibus ex æquitate iudicandum eſt,* num.39.

40 *Æquitas ſcopus eſt iuris ciuilis.*

Iudicia eſſe debent cum plena æquitate & paterna pietate, ibid.

41 *Cauſæ puritatis ex magis arduis ſunt, & debent agi maxima cum delibera tione & æquitate,* num.42.

43 *Cautiùs agendum vbi maius periculum verſatur.*

44 *Cauſa, quæ plures tangit, grauior eſt, quàm ſi vnum tantùm.*

CVm in ſtatutis puritatis non tradatur, nec aſ- 1
ſignetur modus, quo puritas, & nobilitas
ſpecialiter probentur, nec forma diiudicandarum
informationum, hoc totum iuris diſpoſitioni relinqui
videtur, de qua vſque nunc egimus, & arbitrio
iudicum, de quo in præſenti agere deſtinauimus,
quod in propoſita ſpecie præcipuam ſibi indicat
partem,† tum quia prædictæ qualitates magis
in facto, & communi reputatione conſiſtunt, quam 2
in iure ſecundùm *in l.1. ad S. C. Turpillian.* & dicta
ſuprà 1.part. quæſt. 10. in princ. & in hac 2. part.
quæſt.3.num.22. & 23. & tunc præcipuum locum
obtinet arbitrium iudicis, † tum etiam quia non 3
determinata iudicum arbitrio relinquuntur, *ex text.*
in l.1. vbi Baldus *de iure deliber.* & ex aliis iuribus
adductis à Valençuela *conſ.90. num.* 21. & à Ioann.
Garcia *de nobilitat. gloſſ.7. num.fin. in fine.* Corr. a *lib.*
4. miſtellan. 12. *num.* 5. Neuizanis *in ſylua nuptiali*
lib.5. num.74. Menoch *de arbitr. lib.1. in proœm.n.5.*
& quæſt.14. num.3. cum ſeqq. Moneta *de diſtribut. quotid.*
part.3. quæſt. 10. *ex num.* 4. relatis ab Auguſtin.
Barboſa *axioma* 32. *num.1. pag.* 21. vbi *num.* 5. declarat,
quando & quibus verbis deducatur liberum,
ſeu regulatum arbitrium, & plures ad hoc adducit,
† & generaliter omnes probationes, & earu fides à 4
iudicum arbitrio pendent, vt *in l.3. verſ. tu magis,*
de teſt. vbi communiter DD. & Auend. *reſp* 31. *n.5.*
in fine. Couar. *lib. 1. var. cap. 1. ſub num.* 2. Anton.
Gom. *tom.3. var. cap.12. num.2. & cap.13. num.12.*
& 14. poſt princip. Arias Pinel. *in l. 2. 3. part. cap.4.*
num.44 C. de reſcind. vend. Aceb. *conſ.* 28. *num.* 76.
† Et ideò bene dixit Pelaez *de maiorat. 1. part. q.51.* 5
num.307. quod arbitrio iudicum relinquitur, quis
dicatur Chriſtianus antiquus, ex Aceb. *in l.22. n.4.*
tit.7. lib.1. recop. & in l.1. num. 62. tit.2. lib.6. eiuſdem
recop. & Alphonſ. de Caſtro *in lib.1. de iuſta hæret.*
punit. lib.1. cap.7. fol.44. Auendaño *in dictionario*
verbo deſcendientes, fol.192. col.2. Ioan. Gutier. *lib.3.*
pract. quæſt.1. num.17. quibus adde Ignac. del Villar
in ſylua reſp.12. num.39. † dicentem, quòd iudicis 6
arbitrio relinquitur, quis conuerſus dicatur, & D.
Chriſtophor. de Paz *tract. de tenuta 1. part. cap. 32.*
num.76. vbi ait, quòd in probatione puritatis, &
nobilitatis plurimùm prodeſt iudicis arbitrium, ex
Ioan. Garc. *de nobilit. gloſſ.12. num.24.* † quod non 7
eſt intelligendum, vt ita arbitrio iudicum probationes
relinquantur, quòd placito & liberæ eius
commendentur voluntati, ſed debet regulari ex iure,
& rationibus vt explicuit Ioan. Corraſ. *in l. admonendi.*
1. part. num.96. de iureiur. & Menoch. *de arbit.*
lib.1. q.77. Marc. Ant. Eugen. *conſ.27. n.67.* Roman.
conſ.376. col. penult. & conſ.451. per totum Aceb. *conſil.*
28. num.77. Ioſ. Ludouic. *deciſ. Lucenſi.3. num.16.*
& 17. atque ita conſtitutum ab Imperator Iuſtin.
in pluribus autheuticorum locis, eos referendo
commemorat Oſuald. Illiget. ad Donel. *lib.26. comment.*
cap.2. lit. A & idem in nobilitatis cauſis probat
Ioan. Garcia *d. gloſſ.7. ſub num.28. verſ. tum etiam*
pro iudicibus noto. Simanch. *de cathol. inſtit. cap.* 34.
num.12.

Google

num. 12. *& lib.* 4. *de repub. cap.* 16. *num.* 7. *&* 14. &
multis etiam probat Chriſtoph. de Paz *in tractat. de
tenuta cap.* 32. *num.* 54. *&* 56. *in fine*, & ita pluries à
Rota fuiſſe iudicatom commemorat Aug. Barboſa
clauſula 10. *n.* 2. *pag.* 14.
8 Ratio quorum eſt, nam cùm qoid relinquitur iu-
dicum arbitrio fit neceſſitate ita ſuadente, dum om-
nes euentus, facta, & circumſtantias rerum velut in-
finitas prope ius non poteſt amplecti, vt ſignificat,
text. in l. ſi in lege, 24. *locati*, *l. in venditionem*, 8. §. *de
tempore* 3. *de bon. authorit. iudic poſſid. cap. de cauſis* 4.
§. 1. *de offic. delegat. cum ſimilibus*, probant Menoch.
& alij allegati ſuprà *num.* 3. Mantic. *de tac. & amb.*
9 *lib.* 1. *tit.* 15. *num.* 20. † & ideò tantum habet lo-
cú in caoſis & ſpeciebus, de quibus à lege ſpeciatim
prouiſum non eſt, nam vbi conſtitutio legis inne-
nitur arbitrium iudicis ceſſat, *ex d. l. in lege*, *d. l.* 1. *de
iure deliber.* & iuribus proximè adductis, Doctores
in cap. ex litteris, 11. *de conſtitut. cap. in his*, 5. *diſt.* 4.
idem Menoch. *de præſumpt lib.* 1. *quæſt.* 44. *num.* 2.
10 Gabriel. *conſ.* 27 *num.* 6. † & iu quibus eſt com-
miſſs poteſtas iudicandi non ex mera iudicis vo-
luntste, ſed ex negotij natura, provt ius æquum
fuerit neceſſariò iudicare adſtringuntur *argument.
l. qui reſtituere*. 68. *de rei vindic. l. nummus*. 3 *de in litem*
11 *iurando.* † Immò etiam ſi eſſet conceſſa libera, &
abſoluta procedendi poteſtas, procedere debent ex
arbitrio regulato iure, & ſeruatis eius ordine &
forma *ex text. in l. quando*, 35. *de inoffic. teſtamento*,
& ex aliis probat Menoch. *eod. tract. de arbitr. indic.
lib.* 1. *quæſt.* 7. *num.* 38 *& quæſt.* 13. *num.* 13. & in pu-
ritatis materia loquendo probant Chriſtophot. de
Paz *in d. cap.* 32. *num.* 57. & Vslençuela *d. conſ.* 90.
num. 27. *& conſ.* 92. *num.* 104. Plura nouiſſimè D.
Ioſephus Vela *in prelect. cap.* 1. *p.* 1. *ex num.* 138. *de*
12 *offic. Ordin.* † quia generaliter, & omni euentu iu-
dices iure & ratione niti debent, & ſecundùm eam
procedere, *ex text. in l. ſi vero*, 64. *ſolut. matrimon. l. in-
terpretatione*, 42. *de pœnis*, *l. certa ratione*. 5. *C. quando
pronoc. non eſt neceſ. l.* 1. *C. de modo multar l.* 1. *Tauri.
vbi ſcribentes omnes.* Oldrald. *conſil.* 15. *n* 3. Andreas
Fachin. *lib.* 10. *controuerſ. cap.* 32. *verſ. tertia eſt ſen-*
13 *tentia in fin.* † Sicut bono viro, cui iudex ſimila-
tur, Menoch. *in d. proœm. de arbitr. num.* 6. *&* 9. per
plura iure committuntur, non vt pro libito, ſed ex
iure, & rstione iudicet, ſecundùm rationem textus
in l. ſi ſocietate. 6. *Pro ſocio*, *d. l. ſi in lege*. 24. *locati*, *l. hac
venditio*. 7. *in princip. de contrahen. empt. & in l. ſi ſic*
14 *legatum*. 75. *de leg.* 1. *l.* 1. *de leg.* 2. † Et ſemper cùm
quid srbitrio relinquitur alicuius, intelligitur ſe-
cundùm boni viri regulas, vt *in l. in perſonam*. 22. §.
generaliter, *de regul. iuris*, rectè Oſuald. Illiget. ad
Donel. *lib.* 26. *comment. cap.* 11. *ſub lit. I pag.* 1437.
15 † Bonus enim vir dicitur, qui legibus & rationi
conſentanea conſtituit, Menoch. citato loco *n.* 8.
Hugo Donel. *lib.* 18. *comment. cap.* 13. *verſ. Ac de-
fenſione*, vbi Oſuald. Illiger. *lit. M. pag. mihi* 392.
ait, Bonum virum dici æquitatis æſtimatorem, hic
enim bonus vir, non iudex, non iuriſconſultus, non
orator, ſed æquitatis ſacerdos, & arbiter, qui in-
tellectu ſolo comprehenditur, cuius arbitrij certa,
perpetua, & ſtabilis lex eſt, Iac. Cujac. *tractat.* 6. *ad
African. in initio*, & conueniunt tradita à Petro
Gregor. *ſyntagm. iuris* 3. *part. lib.* 47. *cap.* 39. *num.* 3.
16 & per Valençuel. *conſ.* 92. *num.* 102. † *& num. ſeq.*
ait, quòd vir bonus, nec probus iudex non dicitur,
qui ſenſu & cupiditste ducitur ad ſic iudicandum,
ſed ſecundùm *text. in l. continuus*. 137. §. *cum ita*. 2. *de
verb. oblig.* quia ea quæ viro bono, & legibos con-
17 ſentanea ſunt, ageret. † Vnde iudex cuius arbi-
trio iudicium relinqoitur, debet ex æquitate, & ra-
tione iudicare ex ſupradictis, & aliis congeſtis à
Valençuela *in d. conſ.* 92. *nu.* 113. *& ſeqq. & conſ.* 90.
num. 25. *& ſeq.* vbi *num.* 29. Iudices hatum cauſa-
rum monet, quod ex iutis regulis & pietatis intui-
tu ſuom dimetiantur arbitrium circa honorem, &
reputationem familiarum nobilium, † & quòd 18
fsciant ſic, ſicut in ſuamet vellent eſuſs, Decian. *in
l. perſonam*, §. *generaliter*, vbi Cagnolus *de regulis
iuris*, & Marta *tract. de clauſulis.* 3. *part. clauſula.* 2.
num 4. *in fine.* Auguſtin. Barboſa *clauſula*. 11. *num.* 2.
pag. 15. præter allegatos ab eodem Valençuela
d. num. 29.

Ex quibus eodem loco *num.* 30. *& ſeqq.* improbat
opinionem Acebedi *in l.* 22. *num.* 3. *tit.* 7. *lib.* 1. *recop.*
vbi docet maculam generis probari per famam, per
auditum, & per indicia, de quibus egimus late ſu-
prà 1. part. quæſt. 8. §. 1. in prioc. & quæſt. 9. §. 4.
& quæſt. 10. § 2. † vbi probauimus, quòd prædi- 19
cta Acebedi opinio procedit, tam ex iure communi,
regio & canonico, quàm ex praxi omnium tribu-
naliom, & aſſenſu Doctorum, & quòd iudices diri-
gendo, & ſoum regulando arbitrium per commu-
nem famam, & auditum maiorum, & per veriſi-
milia indicia rectè efficient ſecundùm ius, & æqui-
tatem; nec Valençuela contrarium iure aſſerere
poſſet, niſi maiori ex parte deſtruendo probationes
puritatis, quæ, ſicut prædicta qualitas, in fama &
communi reputaione conſiſtunt, & cùm agator de
re difficilis probationis habent locum indicis, &
præſumptiones & probant generis maculã, quæ in-
uiſibilis eſt, & in nulla certa reſidens parte corpo-
ris, vt ſuo loco latè probauimus. † Quod reiicere 20
Valençuela magis apertè videtur, illud eſt, quod eo-
dem loco sſſerit idem Acebedus, nempe quamlibet
iudicis ſoſpicionem ſufficere ad probandum generis
maculam, ex Bart. & DD. *in l. in illa ſtipulatione*, 8.
de verborum. & quidem quatenus intelligi poteſt
hæc generalis doctrina de qualibet leui ſuſpi-
cione, iuſtè, & rectè reiicitur, & damnstur à Valen-
çoela; † ſed non ita generaliter intelligendus 21
Acebedus venit, vt id admittat etiam in minima, &
leoi ſuſpicione, cum apertè loquatur de vehementi
ſaltim, provt loquontur, Barth. *in fin.* & Iaſ. *n.* 18.
in d. l. in illa ſtipulatione, 8. *de verbor.* quos ipſe alle-
gat, (& ſecundùm quos intelligi debet ex Barth.
doctrina *in l. non ſolum*, §. *liberationis verba*, *num.* 10.
de liberat. leg. Abb. *in cap. inſuper*, 6. *num*, 4. *de teſtib.*
Ioan. Gutier. *lib.* 1. *practic. quæſt.* 2. *num* 22. & aliis
apud Oſuald. Illiger. ad Don. *lib.* 26. *commentar. c.* 2.
lit. A. pag. 1399. *poſt medium*, & apud Valençuelam
ipſom *conſ.* 55. *num.* 14.) † Qui aſſerunt, quòd ea, 22
quæ difficilis ſunt probationis, & quæ liquidò pro-
bari noo poſſunt, poterunt ex vehementi ſuſpicio-
ne, ex *l. non omnes*, 5. §. *à Barbaris*, 6. *de re milit.* quod
paſſim, & communiter Doctoribus eſt receptum, vt
conſtat ex pluribus allegatis per Maſchard. *de pro-
bat. concl.* 676. *num.* 6. *& concl* 830. *num.* 4 Pet. Ant.
à Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 13. *n* 29. idem Acebed.
conſ 28. *num.* 69. † & generaliter quod in materia 23
obiectius etiam præſumptiones & coniecturæ ve-
hementes plenam efficiant probationem, tenent
Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *q.* 96. Craucta *conſil.* 73.
num. 19. & pluries à Rota iudicatum teſtatur Farin.
deciſ. 425. *ſub num.* 4. *part.* 1. *in poſthum.* & faciunt
tradita per Ioan, Baptiſt Coccin. *dec* 297 *n.* 7. *& dec.*
473. *num.* 3. Eſt igitur vehemens opinio, ſiue præ-
ſumptio ea, quæ ita adhæret animo iudicantis, vt
contrarium ei perſuaderi difficile ſit ex Franc. Man-
tica *de coniectur. lib.* 1. *cap.* 4. *num* 7. refert Farin. *de
indiciis & tortura.* 1. *tom. q.* 36. *num.* 166. ſiue eſt ap-
plicatio animi boni viri ad valde veroſimile ex
Menoch.

Menoch. *de præſumpt. lib.1.q.5. num. 12. & q. 8. ſub*
num.1. per text. in cap.fin. de ſucceſſion. ab inteſt. idem
24 Farin. citato loco *num.*112. † Et vtroque modo
ſumpta vehemens ſuſpicio eſt magna, & ſufficiens
ad plenè probandum in antiquis, & in his, quæ
difficilis ſunt probationis, in qua ſpecie loquitur
Acebed. ex optimo iure, & ſine cauſa & ratione re-
25 prehēſus extat à Valençuel.† Ex actis igitur poterit
iudex deducere præſumptiones & indicia, ita vrgē-
tia, vt maculam probatam boni viri arbitratu poſſit
iudicare, quod dici non poteſt aduerſus ius, nec ini-
quum dici poteſt, vt voluit Valençuela & ex præci-
26 tis liquidò conſtat, † & dum aliquid relinquitur
alicuius arbitrio tribuitur ei facultas aliquid rela-
xandi de iuris rigore, vt pluries cenſuit Rota apud
Farin. *deciſ.*85. *num.*4. *& deciſ.* 179. *num.*2. *part.* 1.
*& deciſ.*284. *num.*5. *& deciſ.*440.*num.*8. *& dec.*587.
*num.*1. *part.* 2. *recent.* Seraphin. *deciſ.* 1154. *num.*1.
Marqueſ. *de commiſſ.part.*1. *pag.* 331. *numero* 156.*&*
*pag.*401. *num.*36. *& part.* 3. *pag.* 3. *in vltim. impreſſ.*
27 † Et operatur quòd relicto extremo rigoroſo ſer-
uetur æquitas, Rota *deciſ.*462. *num.*3. *part.*1.*& dec.*
506. *num.*3. *part.*2. *recent.* refert Auguſtin. Barboſ.
clauſula 10. *num.*4.*&* 5. *pag.*14. Quod intelligen-
dum eſt in cauſis puritatis non ſolùm de fauore
prætenſorum, ſed etiam communitatum, vt intactæ
ab omni labe ſeruentur, quod publicè intereſt, &
vt admittantur probationes ob difficultatem rei,
quæ alias non admitterentur, vt pluries dixi, atque
probaui, & ſic poteſt iudex ſequi probationes per-
ſuaſiuas, Aym. Crauetta *de antiq.temp.* 1.*p.ſect.Octaua*
datur, *num.*9. Gracian *diſcept.forenſ. tom.* 4. *c.* 706.
*n.*20. *& Marchia dec.*68 *n.*3. quia probationes quæ
non ſufficiunt coram iudice propter iuris ſubtilita-
tem, ſufficient coram arbitratore, ex Bal. *in l.ſolam.*
in fine C.de teſtib. tenet Gracian. *tom.*2.*cap.*136.*n.*48.
28 Vnde etiam intelligendus venit Ferdin. Vaſquez
à Minchaca qui *lib.*1. *de ſucceſſ.creat. & progreſſu*, §.
4. *num.*45. inſurgere videtur aduerſus puritatis ſta-
tuta, & contra modum inductum circa eius proba-
tionem præcipuè in collegiis, de quibus loquitur,
quem valde commendat & laudat idem Valençuela
*in d.conſ.*90. *num.* 19. vt loquatur non de probanda
puritate per famam, & communem reputationem
nec per teſtes de auditu, & per alios legitimos
modos, quos late recenſuimus ſuprà in 1. parte hu-
jus tractatus; ſed de ſtricto, & valde rigido pro-
bandæ puritatis modo introducto in quibuſdam
communitatibus, maximè in collegiis, in quibus
requiritur, quòd nec macula verè exiſtat, nec ſit di-
cta, nec audita etiam ſi falſa conſtiterit, & cum
mendacio à maleuolis excogitata, vt de collegio
Conchenſi recenſet Franch. Amaya *obſeruat.iuris*
*lib.*2. *cap.*6. *num.* 53. & dixi in præced. quæſt. 3. &
quæſt. 4. art. 3. & quæſt.7. & num. 3. cum ſeqq. &
probaui ſuprà 1. part. quæſt. 12. §. 3. ex num. 34.
cum ſeqq. quod & reiicitur in hac noſtra Pragma-
tica, §. *Yten porque en algunos de los tribunales*, ibi,
y particularmente en los collegios, no contentandoſe con
la affirmatiua de que ſean limpios, ſino que requieren, que
no ſeaya oido decir, ni dudar lo contrario, quod maximè
inhumanum eſt, & iure & ratione reprobatum, nec
quidem ferendum; quia ſecundùm veritatem iu-
dices debent iudicare, non ſecundùm dicta, & falsò
aſſerta, qua in ſpecie intellectus Menchaca, prout
apertè loqui videtur, & ratione loquitur, nec ab-
ſurdum continet, nec nobis contrariatur, nec in
minimo facit pro Valençuelæ opinione.
29 Dixi, *ſecundùm veritatem.* Nam etſi communis
omnium tam iuris, quàm ſacræ paginæ DD. ſit ſen-
tentia, quòd iudex debet ſecundùm acta, & proba-
tiones iudicare, non ſecundùm propriam conſcien-
tiam, & ſi contrarium ſibi euidens fuerit ex vulga-
ri textu *in l.illicitas*, 6. §. *veritas, de offic.præſid. cap.pa-*
ſtoralis. 28. §. *quia vero. de offic.delegat.* & traditis à
Ioan. Corraſio *lib.*4. *miſcellan.cap.*4. Ferdinand. Vaz-
quez Menchaca *illuſtr. controuerſ.*14. Iacob. Cujac.
*lib.*12. *obſeruat.* 19. Couar. *lib.*1.*var. cap.* 1. Ioan.
Gutier. *canon. quæſt. lib.*2. *cap.*29. Aug.Morla *in em-*
porio iuris. 1. *part.tit* 2. *quæſt.* 1. & alij plures adducti
ab Oſualdo Illigero ad Donel. *lib.* 26. *comment. c.*3.
lit.B. & ab Auguſt. Barboſ. *axioma.* 131. *numero* 2.
pag. 82. *& clauſula* 24. *num.* 6. *pag.* 26. quibus &
Theologi aſſentiuntur, vt patet ex D. Thom. 2.2.
*quæſt.*67. *art.*2. vbi ferè omnes interpretes Valencia
tom. 3. *diſp.* 5. *quæſt.* 11. *punct.* 2. Reginald. *in praxi*
*fori pœnitent. lib.*21. *num.*3. Sayr. *Claui regia lib.* 12.
*cap.*8. *num.* 13. Filliuc. *tract.* 40. *ex num.* 168. qui-
buſdam tamen reclamantibus inter quos Pet. Na-
uarra *de reſtitut.lib.*2. *cap.* 3. *n.*161. Leonard. Leſſio
*lib.*2. *de iuſt. & iure cap.*29. *dubio.* 10. Emman. Saa.
verb. Iudex. quos referendo ſequitur Martin. Bona-
cina 2. *tomo, diſp.* 10. *de iudicio publico quæſt.*2. *punct.*2.
num 2. † attamen in officiis & honoribus publi- 30
cis impartiendis poterit iudex ſuam priuatam ſciē-
tiam ſequi, quia merita cuiuſpiam ex eo ipſo, non
ex aliorum dictis ſumenda ſunt, ſecundum Sylue-
ſtrum *in ſumma verb.iudex* 2. *quæſt.*5. Salon *de iuſtit.*
& iure in 2. 2. *quæſtion.* 67. *articul.* 2. Sayr. *Claui*
regia, *lib.* 12. *cap.* 8. *numero* 18. & ex aliis docet
idem Bonacina citato loco *num.* 7. In tantum vt
poſſint electores vti ſcientia habita in confeſſione
ad non eligendum indignum, qui aliàs dignus
habebatur, vt docent Nauarr. *conſ.*3. *num.*4. *de ſta-*
*tu monach. & in cap.ſacerdos, num.*146. *de pœnit.diſt.*6.
Ioan. Gutier. *de matrim. cap.* 61. *num.* 10. & plures
alij apud Barboſ. *de iure eccleſ.* 1. *cap.* 19. *num.*143.
modò non prodatur confeſſio directè, nec indire-
ctè, vt bene Nauar. & alij adducti per Barboſ. *ibi.*
Et in his, quæ ſunt iudici arbitraria propriam
ſcientiam ſequi poteſt, ſecundum Bald. *conſ.* 310.
Aut mulier, *num.* 2. *lib.*1. relatum ab Aug. Barboſa
d.axioma 131. *ſub num.* 3. † & in cauſis capitali- 31
bus, & arduis, aut iudex debet ſequi veritatem
certe & priuatim ſibi notam, ſi in actis aliquid ſit,
cui ipſe, & ſcientia ſua adhærere poſſint, aut cum
ampla veritatis relatione ſuperioribus cauſam mit-
tere ex textu, & eius ratione *in l.* 1. *in finalib. verbis*,
de quæſt. & ex mutuis conſulit Ioan. Gutierr. *in d.*
*cap.*29. *num.*10. *&* 11. Ferdin. Vazquez Minchaca
d.controuerſ. 14. *num.* 5. Oſuald. Illiger. ad Hug. Do-
nel. *lib.*26. *comment. cap.*1. *lit. K.* & conuenit Petr.
Nauarra citato loco *ſub num.* 153. *& ſeqq.* vbi *num.*
156. docet, quid faciendum, dum non eſt aditus
ad ſuperiorem, & nouiſſimè Narbona *in l.* 35. *gl* 5.
*num.*42. *tit.* 3. *lib.*1. *recop.pag.mihi* 38. quod in cau-
ſis puritatis in ſancto Inquiſitionis officio indubiè
ſeruatem, remittendo ad ſupremum Conſilium
informationes cum veritatis narratione, † vbi, & 32
in regio ordinum Senatu poterunt Domini Conſi-
liarij ex propria ſcientia iudicare aduerſus acta, &
probationes, ex Barth. Chaſſaneo *in catalogo gloriæ*
mundi. 7. *part.conſid.*3. *effectu* 8. Menoch. *lib.*1. *de arb.*
*iudic. q.*8. *num.*21. *& caſu* 98. *num.* 12. *&* 13. Lancel.
Corrad. *in templo iudic. lib.* 1. *cap.*1. §. 3. *verb.iudica-*
re ſecundum conſcientiam, Guido Papa *deciſ.*29. & alij
allegati ab Oſualdo Illigero *d. lit. B.* licet contra-
rium maluerit Ioan. Gutier *d. cap.* 29. *in fin.* non
verò ferre poſſem, ex probationibus dicere macula-
tum eum, qui purus certò mihi conſtitiſſet.
At quid ſi puritas ex informatorio appareat, & 33
iudici certò conſtet, prætenſorem maculatum
exiſtere?

Digitized by Google

exiſtere? Et ego arbitror, quòd ſi macula communi-
ter in obſcuro ſit, poſſe ſecundùm probata ſenten-
tiam ferre, vt colligi poteſt ex Aragon. 2. 2. *queſt.*
62. *art.* 2. Leonard. Leſſio *de iuſtit. & iure lib.* 2. *cap.*
29. *dub.* 11. Petr. Nauarra *de reſtitut. lib.* 2. *cap.* 3.
numero 281. *& ſeq.* Sayt. *Claui regia. lib.* 12. *cap.* 8.
num. 21. Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 1. *numero* 7. *verſic. ter-*
tium etiam, & in practic. cap. 16. *num.* 6. Anton. Gom.
34 *in l.* 76 *Tauri num.* 9. † Sed ſi non ita arcana exter
macula, & poſſit probari, debet iudex iterum infor-
matorium conficere, & integrus examinare teſtes, à
quibus ſperetur veritas, vt receptum eſt iure, quòd
in cauſis honoris & ſtatus poſſit iudex ex officio
examinare teſtes in calculo ferendæ ſententiæ ad
coadiuuandum probationem receptam ex Bald.
in authent. ampliorem. C. de appellat. Dec. *in cap.* 1. *no-*
tab. 2. *de except* Gracian. *diſceptat. forenſ.* 3. *tom. cap.*
468. *num.* 43. Rom. *conſ.* 479. *in fin. numero* 4. vbi
Mandoſ. *verb. concluſionem.* Crauet. *conſ.* 134. *num.* 1.
Marchia deciſ. 198. *num.* 22. apud eumdem Gracian.
præcipuè cùm in his cauſis agatur de iudicum ani-
mis informandis, qui faciliùs poterunt rem ad ve-
ritatis viam dirigere, nam ex actis ſic extraotibus,
& ſimul ex priuata ſcientia, veriùs puto, non
poſſe iudices prætenſorem repellere, ſed debere fa-
ctas ſequi probationes, aut veritatem, quam priua-
tim ſciunt, inquirere, & probare.

35 Licet obſtare videatur, quod paulò ante dixi ex
communi Doctorum ſententia nempe poſſe iudi-
ces in publicis officiis impartiendis propriam ſe-
qui ſcientiam, omiſſa publica, & aliis legitimis
probationibus. Sed intelligi debet, dum iudices ex
propria inquiſitione ſine ſcriptis, & pro ſua volun-
tate, & motu conferunt officia & honores, nec ad
hoc ſumunt informationes meritorum iudicialiter,
nam tunc poterunt ſcientiam priuatam ſequi, omiſ-
ſa publica, & contrariis probationibus: ſed dum
neceſſe eſt iudicialiter procedere ad meritorum
probationem deponi debet ſcientia priuata, & ſe-
qui probationes receptas circa prætenſoris quali-
36 tates, † quia cùm informationes ſumantur provt
ius dictat iudicari debent, provt iuſtitia expoſtulat,
quæ ex actis deducenda eſt, non ex ſcientia priuata
iudicis, vt dixit Yuo Carnotenſis *epiſt* 140 *Iudicibus*
non alia eſſe credenda (licèt vera eſſent) niſi quæ iudicia-
rio ordine comprobantur, & manifeſtis teſtimoniis, facit
text. in cap. quoniam contra 11. *de probat. cap quam-*
uis, 73. 11. *queſt.* 3. Et ſic vidimus eſſe receptum,
quòd licèt cauſa iudici ſit commiſſa; vt procedat ſe-
cundùm conſcientiam, & prudentiam ſuam, cui ſi-
milatur arbitrium boni viri, non poterit iudicare
ex ſcientia priuata, ſed ex communi, & publica, ſe-
cundùm Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *queſt.* 8. *numero* 44.
Moneta *de commutat. vltim. volunt cap.* 7. *num.* 146.
Marcheſan. *de commiſſ. p.* 1. *pag.* 202. *n.* 77. *in vltima*
impreſſ.

37 Quod vt meliùs iudices aſſequi valeant, & iu-
dicium ſuum dirigant, curare debent, vt informa-
tiones circa qualitates ita peragantur, vt totius rei
veritatem ad lucem deducant, & eam ſequentes
iuſtitiam cum æquitate tueantur, & ſecurè ſuæ
conſulant conſcientiæ. *l. Imperatores*, 19. *in fin. de*
probat. l. 2. *C de edendo, cap. iudicantem.* 11. 30. *q.* 5.
cap. iudices, 4. 3. *queſt.* 7. *l.* 3. *tit.* 22. *l* 11. *tit.* 4. *part.* 3.
38 vbi *gloſſ.* 1. Cicer. *lib.* 1. *offic.* † cui debitum ſemper
locum præſtare debent, *l.* 3. §. *penultim. de iureiur.*
l non eſt nouum, 5. *C. de edendo*, & iura alia adducta
per Zephal. *conſ.* 546. *num.* 16 *& conſ.* 569. *num.* 5.
& ſimul æquitatem in omnibus præferre. *l. in omni-*
bus. 90. *de reg. iuris. l. placuit.* 8. *C. de iudic.* Hugo.
Donel. *lib.* 1. *comment. cap.* 13. *verſ. Deprehenditur*,

plures apud Auguſtin. Barboſa *axioma* 15. *numero* 1.
pag. 16. † maximè in arbitrariis, in quibus iudi- 39
cium ex æquitate metiendum eſt, vt in *text. l. vir*
bonus, 18. *indicatum ſolui*, *cap. nunc autem.* 7. vbi
Præpoſitus 21. *diſt.* Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 1. *q.* 13.
num. 15. Auiles *in cap. Prætor.* 2. *gloſſ. parcialidad*
num. 8. Aym. Craueta *conſilio* 190. *num.* 5. *& conſil.*
517. *num.* 7. *verſic. in arbitrio*, & iudicatum plures
à Rota tradit Auguſtin. Barboſa *clauſ.* 0. *n.* 5. *&* 6.
† quia æquitas eſt ſcopus iuris ciuilis, & ſimiliter 40
debet eſſe iuſti iudicis, ex Mattheacio *lib.* 1. *de via*
iuris cap. 1. *n.* 5. quare iudicia eſſe debent plena
æquitate, & paterna pietate, *cap. Diaconi.* 21. §.
Hinc propter. 93. *diſt. cap. ſerpens.* 47. *de pænit. diſt.* 1.
Valençuela *conſ.* 91. *n.* 233. *& n. ſeqq.* plura alia cu-
mulat, quod maximè in puritatis iudiciis ob eorum
pondus, & rei grauitatem obſeruandum eſt ab om-
nibus iudicibus.

Quia cùm cauſæ puritatis, & nobilitatis ita ar- 41
duæ & grauiſſimæ ſint, vt pondere, & grauitate
cæteras omnes præcellant, *ex tex. in l. ſi inimicitia.* 9.
§ *ſi autem ſtatus*, *de his quibus*, *vt indign.* Barth.
Chaſſan. *in catalogo gloriæ mundi, lib.* 1. *conſiderat.* 2.
num. 2. & ſuprà. 1. part. quæſtion. 1. §. 1. latè proba-
ui, & alibi ſæpiùs, quare capitales appellantur, *in l.*
licet, 103. *de verbor. ſignific.* † arbitrium hoc præ- 42
ſtari à iudicibus debet maxima cum deliberatione,
& æquitate ex Barbacia *conſ.* 54. *lib.* 1. & Zephal.
conſ. 76. *num.* 41. *lib.* 1. † tum quia vbi maius peri- 43
culum vertitur attentiùs, & cautiùs eſt agendum,
vt ſuprà. 1. part. quæſtion. 12. §. 2. numero 8. & 9.
& in terminis probat Pereſius de Lara *de anniuerſ.*
& cappellan. 2. *part. cap.* 4. *numero* 122. *in fine*, &
probat *l.* 4. *tit.* 17. *part.* 3. vbi *gloſſ.* 2. *& gloſſ.* 4. *queſt.*
2. *in l* 1. *tit.* 11. *part.* 6. & tradit Abb. *in cap. ſeries.*
26. *num.* 5. *de teſtibus.* † tum etiam quia agitur de 44
cauſa non vnum tantùm, ſed plures tangenti, ex
quo grauior eſt, & attentiùs debet iudicari ex tra-
ditis per Alciat. *reſponſ.* 306. *num.* 4. aliàs *conſilio* 2.
numero quinto lib. ſeptimo Viguer. *inſtit. Theolog. cap.*
20. *num.* 9.

§. II.

De his, quæ ſeruare iudices debent in ferenda ſententia in puritatis cauſis.

SVMMARIVM.

1 *Iudices Deum & conſcientiam præ oculis habeant, & in Dei ſint timore, Prudentia, & fortitudine præditi, & ad quid*, num. 2.

In loco occulto & ſecreto informationes puritatis iudicent, & perlegant, num. 3.

Eorum prudentia elucet in diſcernendo quibus probationibus ſit magis credendum, num. 4.

5 *Rationes teſtium in primis inſpiciendæ ſecundùm eas amplianda ſeu reſtringenda eorum teſtimonia. Plus attendendæ, quàm dictum*, num. 6.

Secundùm eas interpretantur teſtium dicta, num. 7.

8 *Probationes ponderoſiores præferendæ.*

9 *Veriſimile magis ſequendum, quod non eſt imaginem habet falſitatis*, num. 11.
Eſt quod maiori ratione fulcitur, numero 12.
Teſtes aſſerentes non veriſimile de falſo ſuſpecti ſunt, nec credi debent, ſub numero 11.
10 *Verba ex veriſimili reſtringuntur.*
13 *Teſtes digniores cæteris præferuntur.*
Nobiles in cauſis nobilitatis præferuntur, ibid.
14 *Chriſtiani veterani præferuntur aliis in cauſis puritatis, quæ qualitas probanda eſt*, num. 15.
16 *Teſtibus ſeniaribus & antiquioribus magis creditur, & melius informatis*, num. 17.
Et originariis, num. 18.
19 *Fama non eſt neceſſe, quòd ſit vniformis in cauſis puritatis.*
20 *Nemo eſt, qui maiori teſtium numero ſuam non probet puritatem.*
21 *Contrarietas teſtium ex quibus proueniat in cauſis puritatis.*
22 *Iudices poſſunt ſequi teſtes numero pauciores circa maculam deponentes.*
23 *Fama poſterior tollit priorem regulariter loquendo, ſecus in cauſis puritatis.*
24 *Inſtrumenta pleniorem in antiquis efficiunt fidem.*
25 *Obliuio ex temporis diuturnitate præſumitur.*
26 *Conſanguinei, & affines circa puritatem nullam efficiunt fidem, tamen conſanguinitatem probant, niſi in ea pariter intereſſati exiſtant.*
27 *Teſtibus diſtinguentibus parentelam & coniunctiones præſtantiam adhibetur fides.*
Opinio Doctorum diſtinguentium præferenda, ibid.
28 *Deſcendentia, & deriuationes diuerſæ in eodem genere ſunt.*
29 *Teſtes numero plures maiorem efficiunt fidem, & circa famam bonam, quàm qui circa malam, & ſic præferuntur qui circa puritatem ſunt*, & num. 31.
32 *Præſumptia iuris eſt pro bona fama.*
33 *Teſtibus affirmantibus plus creditur quàm negantibus.*

1 IN primis iudices in ferendis ſentẽtiis Deum & conſcientiam præ oculis habeant, quod eſt initium, & origo iuſtitiæ, & inueniendæ veritatis, vt *in l. rem non nouam*, 14. *Cod. de Iudaiis*, *& in cap. 1. de re iudic. & gloſſ.* ibi, *verb. Deum*, & Doctores communiter. *l. fin. tit. 17. part.* 3. Anton. Gomez *tom. 3. var. cap. 13. n. 30. in fine.* Matienço *in Dialogo relatorum 3. part. cap. 24. num* 4 cum adductis per Aceb. *in l. 3. in princ. tit. 4. lib. 8 recop.* artẽderéque plura alia, de quibus *in l. obſeruandũ* 19. *de offic. Præſid. & in l. nec quidquam. 9. §. obſeruare. 4. de officio Proconſulis, & leg. & in l. 13. tit. 4. part. 3. l. 18. tit. 9. p. 1. l. 2. & 8. tit. 7. lib. 1. l. 2. lib. 2. 2. fori*, & vtrobique Montàluus, *l. 3. tit. 4. l. 6. tit. 15. lib. 2. l. 1. tit. 12. lib. 8. ordin.* vbi Didac. Perez, *& in l. 5. tit. 19. eod. lib. 8.* Anton. Gomez *lib. 3. var. cap. 6. n. 7. verſ. ex quibus reſultat conſilium ſummè neceſſarium*, & alia, de quibus DD paſſim, & nos in diſcurſu, ſed illud præcipuum eſt, quod ſemper ſint in Dei timore, quo nunquam quis à recta aberrauit via, vt dictum manet Paralipomenon. 1. *cap.* 19. ibi, *non enim hominis exercebitis iudicium, ſed Domini, & quodcumque diiudicaueritis in vos redundabit, ſit timor Domini vobiſcum*, † ad quod vti neceſſe erit & pru- 2
dẽtia & fortitudine, ex Platone *de legib. Dialog.* 2. prudentia vt cuncta ſcienter, & pondere ruminet, & plenæ conſideratione maturóque iudicio præponderet; fortitudine, vt nullus humanus timor formidóve ad ferendum cogat iniquum iudicium, vt Plato ibidem eleganter vtrumque animaduertit.

Deinde iudices in loco tuto, occulto & ſecre- 3
to congregati, vt ex Marco Antonio Cucho *lib. 4. inſtitut. maior. titul. 8. num.* 81. notat Perezius de Lara *de anniuerſ. & capellan. 2. part. cap. 4. num.* 122. merita cuncta cauſæ rimari, & ordine rerum plena inquiſitione diſcutere, ac vigilanter debent, teſtes cum teſtibus, inſtrumenta cum inſtrumentis, rationes cum rationibus, & veriſimilibus conferre, & prudenter rationabilitérque iudicare, quibus debeat plenior fides dari, vt diſerte docemur, *in cap. iudicantem. 11. 30. quæſt. 5. & in l. 11. titul. 14. part. 3. l. 3. titul. 22. eiuſdem partita*, & vtrobique Gregor. cum aliis iuribus adductis à Paz *in praxi tom. 1. temp. 11. à num. 1. cum ſequentibus*, Nauarro 1. *tom. in cap. humana aures, quæſtion. 2. numero 8. & tom. 2. in cap. nouit. 1. notab. num. 14. extra de iudiciis.* Vancio *de nullitate. tit. Qualiter proceſſus, & ſententia qui dicuntur nulli, reparari poſſint, à num. 2.* Matienço *in Dialogo. 3. p. c. 39.* † quia iudicum 4
prudentia elucet in diſcernendo quibus probationibus ſit magis credendum, vt optimè ex Cicero, in orat. pro Marco Fonteio docet Valençuela *conſ. 92. numero* 85. quod vt faciliùs reddatur, & rectiùs prædicta collatio, & diiudicatio fiat, quantum ex iure deduci poteſt, certas, & vtiles proponam regulas ad iudices in ſemitam iuſtitiæ, & veritatis dirigendos, cætera ex circunſtantiis negocij, & ex propria induſtria, & prudentia ſumenda ſunt.

Prima ſit regula, quòd vtrorumque teſtium ra- 5
tiones reſpiciant, vt præferantur, qui maiori, & fortiori nitantur ratione, quæ eſt dictorum & teſtimoniorum regula, qua dimetiuntur, *l. cum ratio. 7. de bonis damnat. l. cum pater. 77. §. dulciſſimis. 20. de leg. 2. l. fideicommiſſa 11. § hæc verba, 9. de leg. 3.* vel extendendo dictum ad limites ipſius rationis, *ex l. hac ratio. 4. de calumniator. l. 2. §. ſi mater 23. ad Senat. Conſult. Tertulian.* ſeu reſtringendo intellectum verborum prout ſubiecta patitur ratio, *ex d. §. dulciſſimis. l. diligere. 6. §. quamuis. 2.* vbi Bart. *de iure patronat. l. ſi is qui animo. 27.* vbi Paul. Caſtrenſ. & Doctores *de adquirend. poſſeſſ. l. milites agrum. 13. in princip. de re militari*, & relati per Auguſtin. Barboſ. *axioma* 197. *numero* 11. & in puritatis cauſis probat & aduertit Hojeda *in d. cap. 23. numero* 146. † quia ratio teſtium plus attendi de- 6
beri, quàm dictum, ex Socino *conſilio 42. num. 27. lib. 1.* Pariſ. *conſilio 88. num. 58. & 60. lib.* 3. Seraph. *deciſ. 469. num.* 3. Bruni. à Sole *in locis communibus verbo ratio.* 2. relatus ab Auguſtin. Barboſa *numero* 10. loco citato, *per d. §. dulciſſimis*, † atque 7
ita ex ratione teſtium depoſitiones interpretari debere tradidit Bald. *in l. presbyteri ſub numero 14. verſ.*

verſ. item teſtes contrary, C. de Epiſcop. & cleric. Felin.
in cap. in noſtra num. 10. de teſtib. num. 161. Curcius
eod. tractat. concl. 19. num. 40. & concl. 26. num. 55.
Hector. Æmilius verb. teſtis affirmans, num. 21. Maſch.
ſumitur ex iuſta cauſa proceſſiſſe, *ex d. l. cum de in rem
verſo, cap. illud. 12. diſt.* tenet idem Bald. *in l. de quibus
verſ. ex prædictis apparet, de legib.* Gracian. 1. *tom. diſ-
cept. forenſ. cap. 184. num.* 22.
Amplius quidem principalis inſtitutio, de qua 43
agimus, conſtat ex eodem Lara *in num.* 83. vbi per
rationes æquales teſtium tam affirmantium macu-
lam, quàm eam negantium, plus fidei negantibus
tribuit, dum eorum ratio, licèt negatiua, cadit in
ſenſum corporeum, *ex l. qui teſtamento 20. verſ. Non
tamen intelligentiam, in fine, de teſtam.* Farinac. qui plu-
res adducit, *quæſt. 68. num. 63. & quæſt. 70. num.* 127.
v. g. teſtes circa maculam rationem illam reddunt,
quia prætenſor originem trahit à conuerſo, ſeu ma-
culato, quem agnouerunt, & alij dicunt puritatem
einſdem, quia non ab illo conuerſo, nec maculato
deſcendit, ſed alio puro & nobili, à quo & vxore
procreatum acceperunt, & pro tali habuerunt; quæ
in ſpecie ratio teſtiũ affirmantiũ in ſe ſufficiens eſt,
reſpectu verò rationis aliorũ teſtiũ inſufficiens iu-
dicatur, cùm ſẽſu corporeo etiã percipiatur, & ideò
propter rationes æquales teſtes plures pro puritate
aliis ſunt præferendi paucioribus, vt aſſerit Lara,
quod non ita faſſus eſſet, ſi eius ſententiæ fuiſſet,
quam ſuus conciuis Zaballos ei tribuit.
Ex quibus infertur primò, quòd ſi Lara eius opi- 44
nionis fuiſſet, vt doceret teſtes pauciores de macula,
quomodocumque loquantur, præferendos etiam
pluribus contrariis extantibus iuſtè & cum ratione
carperetur ab Hieronymo Zaballos, & poſſet mo-
neri, vt maturiùs rem conſiderando, non pœniteat
conſilium mutare, ex illo D. Hieronymi *in præfat. ad
Iſaiam, Melius eſt ſe ipſum corrigere, quam ab aliis cor-
rigi,* ad exemplum D. Auguſtini qui librum retra-
ctationum fecit, & ita docemur à Iuſtiniano *in auth.
de nuptiis in princip. verſ. Maioris autem, collat. 4.* No-
uella 12. ibi, *Non enim erubeſcimus, ſi quid melius etiam
horum, quæ ipſi prius diximus adinueniamus, hoc ſanci-
re, & competentem prioribus imponere correctionem, nec
ab aliis expectare corrigi legem, auth. vt fratrum filij,
coll. 9. l. Diui fratres, 17. de inrepatron. l. nonnumquam
6. de collat. bonor. cap. ſi quando, 5. de reſcript.* Rebuff.
in tract. nominat. quæſt. 17. num. 4. Sigiſm. Scaccia *de
appellation. quæſtion. 17. lim. 47. mem. 1. numero* 33.
And.

Audt.Fachin.12.*controuerſ.* 73. *in principio* Cardin.
Tuſch.*lit. V.concl* 435.*tom.*5.cum aliis adductis ab
Auguſt. Barboſa *axioma* 55.*num.* 3. *pag.* 35. intelle-
ctus verò prout nos intelligimus, & oſtendunt re-
latæ rationes ab omni iuſta caret reprehenſione
maximè quia poſt hæc noſtra ſcripta idem Perezius
de Lara ſic ſe expoſuit *in compendio vitæ hominis nu-
per impreſſo cap.*1.*ſub num.*48.*verſ.quia nonnulli*, illis
in verbis, *& reddunt*, (nempe teſtes pauciores circa
maculam) *ſufficientem rationem non volui me reſtrin-
gere ad purum dictum, ſed ad ſufficientem rationem à
a teſtibus traditam, in qua adeſſe debet cauſa ſufficiēs de-
fectus oppoſiti, iudices æſtimabunt, ſit ne ſufficiens ratio
defectus vt dictis teſtium fides adhibeatur, regulando
eam ſecundum ius*, quamuis hæc aliquantulum pu-
gnare videantur, cum eis, quæ ipſe auctor dixerat
eodem loco *num.* 11. vbi ad maculæ probationem
admittit teſtes de auditu puro aliqua ſine ratione,
quem in hoc repellimus ſuprà parte, 1.q.9.§.4.n.15.
& 30. cum aliis ſeqq.

45 Infertur ſecundò, quàm abs re prorſus ſit ratio
de qua Chriſtophorus de Paz *in ſuo tract. de tenuta
1.part.cap.*32.*à num.*76. *vſque ad* 79. dicens, quod
ideò in ſpecie propoſita minori teſtium numero
præſtantior adhibetur fides, quia probationes ſunt
iudicibus arbitrariæ ex Bar.*in l.Lucius,num.*3. *de his,
qui not.infam.*præcipue in cauſis puritatis & nobi-
litatis per plurimùm prodeſt iudicum arbitrium, ex
Ioann.Garcia *gloſ.*12.*num.* 24. *&* 38. Valençuela *in
puritatis cauſa loquendo conſil.* 90.*à num.*21. *& conſil.
92.à num.*94. *circa medium*, cum traditis ſupra hac
quæſt.§. 1. num. 5. & 6. quia ſimiles probationes,
licèt debeant eſſe liquidæ, & ex vtraque parte con-
ſtare, non tamen iuris ſubtilitas in eis attenditur,
cùm ſolùm fiant ad inſtructionem animi iudicum,
qui propendere ſanè poterunt aduerſus prætenſo-
rem dum ſunt teſtes, & ſi pauciores, qui de eius te-
ſtantur macula, quamuis per maiorem numerum
contrarium probetur, animus enim ex qualicum-
que inſtruitur probatione, ex traditis ſuprà num.
46 40.& infra num.61. † Et dictio qualiſcumque om-
nem imperfectam probationem, & caſus compre-
hendit improprios ex Rebuffo *in l. creditores col.* 4.
de verbor. ſign. & ex aliis quos idem Chriſtophorus
citat, Valençuela *conſ.* 63. *num.* 58. *& ſeqq.* Flamin.
Parit.*de reſignat.beneſic lib.*3.*quæſt.*6. *num.* 43. *& ſeq.*
dicens, quòd prædicta dictio eſt vniuerſalis, & in-
cludit ea, quæ impropria ſunt, Phil. Dec.*conſil* 559.
*num.*2 & quæ alias non comprehenderentur, Carol.
Ruin. *conſ.* 8.*num.* 19.*lib.* 2. Burg. de Paz *quæſt.* 11.
*num.*34. Auguſt. Barboſa *dictione* 299. *num.* 1. *pag.*
319.

47 Quæ ratio abs re, inquam, prorſus eſt, quia nec
conuincit, nec iuri, nec quidem, vt pace tanti viri
loquar, iuriſperito conuenit, tum quia in re tam
ardua, & graui præſtare fidem impropriæ & imper-
fectæ probationi relicta propria & perfectiſſima
incongruum maximè eſt, omnique iuri & rationi
contrarium, & abhorret à fide bona, & inſpectione
veritatis, qua quilibet probus viri iudex debet, vt
48 ſuperiùs in § 1. dixi, † tum quia eſſet in poteſtate
iudicis ſuum adhibere animum cuicumque imper-
fectæ probationi, & pro libito quemlibet infectum
& maculatum efficere contra ius & rationem, de
qua *in text in l.vn* 9. *illud procul. dubio* 6. *C. de latina
49 libert.toll.l.exemplo* 7.*C.de probat.cum ſimilibus*, † tum
etiam, quia & ſi hoc ita ſtatuto comprehenſum ma-
neret, velut iniurioſum & captioſum ſeruari non
oporteret, ſecundùm *gloſſ. in l. cùm à matre*, vbi
Bald.*num.*11.*C.de rei vendic.& in l fin*§. *in computa-
tione ſub num.* 19. vbi *additio lit. C.de iure deliber.*
Andr.Gaylio *lib.*2.*obſeruat.*33.*num.*7. † tum etiam, 50
quia etſi ſtatutum iubeat, quòd vnico teſti fides
plena præſtetur, inualidum nec ſeruandum docuit
idem Pax citato loco *num.*63. quia imperfecta dici-
tur probatio; nec lege, nec conſuetudine hoc ſta-
tui poteſt, ſecundùm adductos per Ant.Gab *de teſtib.
concluſ.*1. *num.* 5. *&* 6. *&* 11. Pet. Anton. à Petra *de
fideicomm quæſt.*12.*num.* 561. Maſchard *de probation.
lib.*1.*quæſt.*11.*num.*10.Farinac.*de teſtib.quæſt.*63. *num.*
8.vbi in quatuor numeris ſeqq. rem ſatis amplè, &
aptè explicat, quod fortiùs ſeruandum eſt, dum mi-
nor teſtium numerus eliditur, & reprobatur per ma-
iorem numerum, vt ex Baldo *in l.*2.§.*filius verſ.Idem
ſtatutū.Qui ſatiſd. cogant.* & ex aliis docet idem Paz
ibid. num. 61. † quia dum contrariæ probationes 51
æquales extant, inuicem oppugnantur, & eliduntur,
ac ſi nihil maneret probatum, *arg.l. nihil* 112. *de reg.
iur.l.aliud eſt* 71.*de verbor.ſign.l ſi pro patre*, 10.§. *ver-
ſum.de in rem verſo.l.*1.*de furtis*, & ita ex veriori ſen-
tentia egregiè docent Franc. Duar. *diſput. anniuerſ.
lib.*12.*diſputat.*33.*& in comment.ad tit. de iureiur.cap.*
30.& in poſteriori parte, *cap.* 7. *verſ. alterum eſt ab-
ſurdum, & ad tit.de arbitr.ad finem principij, verſ. di-
ximus iuſiurandum deferri, fol.mihi* 162.Hugo Donel.
*lib.*24.*comment cap.*19.*num.* 5. Anton. Fab. *de error.*
1.quibus adſtipulatur Corraſ. *in l. admonendi num.*
92.*de iureiur* Igitur multo magis minor teſtium
numerus eliſus per maiorem manebit, vt iudices
nihil habeant, cui poſſint ſuum adhibere iudicium,
& prædicta ratio Chriſtophori de Pax communis
eſt ad omnes probationes cuiuſque negocij & cau-
ſæ, quæ arbitrariæ ſunt, *l.*3.§.1 *de teſt.* & poſſent iu-
dices ſemper pro arbitrio minori teſtium numero
fidem præſtare potiorem, quod abſurdum eſt. † 52
Quare generaliter conſtituendum eſt, quod iudi-
cum arbitrium in omnibus probationum generi-
bus, & cauſis & iure & ratione venit regulandum,
vt fatetur idem Paz, & ſimul pro cuiuſque negocij
qualitatibus & circunſtantiis, ex adductis ab Aym.
Crauera *conſ.* 75. *n.*21.*& conſil.* 174. *n.* 37. Ioſeph.
Ludouicus *deciſ.Lucenſ.*3.*num.*14.*& ſeq.*& ſicut idem
Paz in eodem loco *à n.*57. *vſque ad* 64.docet, quòd
iudex ex libero arbitrio procedens non poteſt vti
probationibus reprobatis per ius, per ſententiam,
aut per alias probationes potentiores, fateri idem
debet in cauſis puritatis, in quibus nullum eſt præ-
cipuum ius, ex quo contrarium ſeruari poſſit, niſi
eſſet intrinſeca ratio in macula generis, ex qua, &
ex modo narrandi teſtium oriatur ſufficiens cauſa
admittendi, & ſequendi pauciores teſtes pluribus
omiſſis, vt manet dictum. † Et licèt Paz ibi loqua- 53
tur de probationibus per ſententiam reprobatis,
idem eſt, ſi reprobentur per alias potentiores pro-
bationes, inter quas, & ſententiam idem interuenit
ius, & ratio, parique ambulant paſſu, *ex text. in l. ſed
ſi poſſeſſori*, 1.§.*fin.& l.leg.& in l.duobus* 28.§.*colonus,
de iureiur. l fundum* 16. *de except. l. lege Iunia* 24. *de
manum.*Iaſ.Alexand & Dec.*num.*62.*in l.*1.*C de eden-
do*, Valencuela *conſil.*92.*num.* 20. Menoch. *de arbitr.
caſu* 111.*n.*3.cum aliis adductis ſuprà 1.p.q 13.§.1.
præmiſſo.4.

Sicque vera Laræ opinionis ratio, quòd ideò mi- 54
nor teſtium numerus circa generis maculam efficit
pleniorem fidem, quàm plures circa puritatem, quia
maiori ratione, ſeu vt Zaballos loquitur veriſimili-
tudine muniti ſunt, cùm teſtentur rem à facto ma-
gis ſpeciali prouenientem, & adhærentem memo-
riæ hominum, quæ melius ſciri, & noſci potuit,
quàm puritatis qualitas, quæ à mera prouenit lon-
giori,

Digitized by Google

gioti,& imperceptibili, & à defectu memotiæ ali-
cuius maculæ, quæ cedere debet ſcientiæ aliorum
teſtium,etiam numero paucorum,vt iure probatum
relinquimus,& ſimul quòd nihil ſit ſpeciale quoad
hoc in puritatis cauſis, ſed ita ſeruatur ex natura
harum qualitatum, & diſpoſitione iuris, quam ſu-
prà adduximus,& eam non fuit aſſequutus Paz, ſi-
cut nec alij cæteri, & ideò eius ratio nec conuin-
cit,nec ad rem facit.

55 Infertur tertiò intelligentia cuiuſdam doctrinæ
Iacobi Menochij lib.1.de arbitr.iudic.quæſt.24.num.
4.dicentis,quòd dũ iudex poteſt procedere ſola facti
veritate inſpecta, poterit ſequi leuiores probatio-
nes,& ſecundùm eas iudicare, vt videlicet intelli-
gatur,ſi facti veritas ex leuibus appareat probatio-
nibus,& ex aliis ſimul aliunde habitis, quod ſumi
debet ex ratione, & veriſimilitudine, quæ ſit cum
dictis probationibus, quia non poterit iudex ſuum
accommodare arbitrium leuibus probationibus
ſine ratione,nec veriſimilitudine, aut ſine aliquo
adiuncto,& cauſa,ex qua veritas facti deducatur,&
omittere pinguiores probationes, cum aliter
56 non ſit procedere facti veritate inſpecta,† quæ non
deducitur ex leuibus indiciis,& probationibus, ſed
ex ponderoſioribus & ex eo, quod rationabi-
lius, & veriſimilius apparet,ex Montaluo in l.2.
gloſſ.3.probo in exor.tit.8. lib.2.fori, Maranta de ord.
iudic.4.part.tit.& an iudex ſit competens,num.39. di-
centi,debere intelligi de illa veritate,cui ius patro-
cinatur,refert Barboſa clauſula 173.num.8.pag.170.
57 † & quidem iniquum & iniuſtum eſſet arbitrium
ſumptum ex leuibus, omiſſis pinguioribus proba-
tionibus,quod magis eſſet iudicis leuitas, quam re-
ctum arbitrium,vt deducitur ex l.continuus, 137. §.
cum ita 2. de verbor.oblig. l.ſocietatem 76.§.arbitrorum,
cum l.ſeq.pro ſocio, Velluga in ſpeculo Princip.rub.31.
num.3.Aym. Crauetta conſil. 612. num. 12. & conſil.
657.verſ viri planè boni arbitrium, Hondedeo conſ.
58 64.num.14.tom.2.† & eſſet arbitrium cum iniqui-
tate,contra l.vir bonus 18.iudic.ſolui, cap.nunc autem
7.vbi DD.maximè Propoſitus, 21. diſt. Alexand in
l.conuenerit. num. 14. de iuriſd. omn. iudic. Menoch.
lib.1.de arbitr.quæſt.13.num.15. Auiles in cap. prætor.
58 2.gloſſ.parcialidad,num.8. † quod velut iniquum va-
lorem rei præſtare non poteſt, ex Aym. Crauetta
conſil. 190. num.5.Auiles citato loco, faciunt plura
tradita à Tiraquel. de retractu lignag. §. 35.gloſſ. 1.
num.31.Cardin.Tuſch lit.I.concluſ.330.num.17.tom.
4.Auguſt.Barboſa axioma 15.num 4.pag.16.vbi alios
refert,& Oſuald Illiger. ad Donel. lib. 26.comment.
60 cap.3.lit.F.pag. mihi 1401. † intelliguntur enim le-
ues probationes in dicta Menochij opinione reſ-
pectu numeri, & inhabilitatis teſtium, non verò
reſpectu leuis rationis,& veriſimilitudinis teſtimo-
niorum,aliàs enim res ipſa pugnaret cum iure, ra-
61 tione,& officio & nomine iudicis, † & ſi quidem
poſſit iudex virtute huius clauſulæ admittere pro-
bationes non concludentes & perſuaſiuas ex Ste-
phano Graciano Marchia deciſ.68.num.3. Neuizan.
ſylua nupt.lib.5.ſub num.123. & probationes leuiores
vt ex Menochio citato loco dixit Marta 1.p.clauſula
368.num.8.Roland.conſ.7.num.36 hoc tamen intel-
ligitur,dum veritas aliunde appatet ex Aym. Cra-
ueta de antiq.tempor. in 9. partic. 1.partis principalis
num.6 & ſeqq. Quæ incipit octauo datur, vti hos re-
fert Auguſt. Barboſa dict.clauſula 173.num. 15.pag.
62 171.† & ſimiliter accipi poteſt de probationibus
factis omiſſis iuris ſolemnitatibus, ex quibus & ex
earum rationibus, & veriſimilibus cauſis ſumi po-
teſt veritas, quæ non in ſolemnibus, ſed in re
ipſa conſiſtit,& percipitur ex teſtium depoſitioni-
bus, fide, & ratione etiam iuramento omiſſo ex
Bart.in l.ſiliuſfam.num.5. de donat. quem ſequuntur
Iaſ.in 2.lect.num.225.& Roman.num. 99. in fin. in l.
admonendi,de iureiur.idem Roman.in rub. num.34.de
arbitr.& conſ. 20. num. 3. & ſeq. vbi Mandoſ. lit. C.
Alexand.in l.milites,num.78.C.de teſtam. milit. Cor-
rad.in pract.rub.de teſt.num.11.verſ.Quando ſtatutum,
Socin.reg.424.fallent.3. Tiber. Dec.conſil. 51. num.
107.in fin.lib.2. licèt contrarium voluerint adducti 63
à Maſch.de probat.concl.1368.nu. 5.& 6.†& etiam-
ſi fuerint ſine citatione recepti ex Bart.in l. 2. C. de
naufrag.li.10.ad hoc allegato per additionatorē Ab-
batis in cap.2. lit. A. verſ. Item adde quod vbicumque,
vbi etiam Aret.num.11.de teſtibus, Hypolit. in l. de
vnoquoque num.88.de re iud Anton.Gabr.tit. de citat.
concluſ. 1. num.341. faciunt tradita per Maſchard.
concl.683.num 42.& 44. & per Farinac. de teſtibus, 64
quæſt.72.à num.78.cum tribus ſeqq.† atque ita iudi-
cium reducitur ad terminos iuris naturalis,& gen-
tium,quo ſolemnitates iuris ciuilis omittuntur, ex
Valaſco de iure emphyt. quæſt. 6. num. 12. & conſult.
145.num.10.Brunior à Sole in locis commun. verb.
clauſula 46.Menoch.conſil.180 num. 7. in fin. Aloyſ. 65
Ricc.in collect.deciſ.part. 3. collect. 699.effect. 1.† &
quòd per ſimilem clauſulam remittantur iuris ci-
uilis ſolemnitates,dixit Aldrete de relig.diſcip. tuen-
da lib.1.cap.8. num. 14. Craueta de antiquit. . . part.
sect.octauo datur,num.9.non tamen ea, quæ tendunt
ad reperiendam veritatem. Rota Bononi. diuerſor. 66
deciſ.30.num.28.& deciſ.65.num.140. † & ſic intel-
ligitur de illa veritate,cui ratio, & ius patrociuan-
tur ex Maranta de ordine iudic.4.part.tit. & an iudex
ſit competens,num.39. Auguſt. Barboſa num. 8. citato 67
loco,† quod eſt procedere ſola rei veritate inſpe-
cta,non verò pro libito partem, quam maluerint,
arbitrari,& contrariam omittere,eſto ſit veritas pe-
nes maiorem numerum teſtium, ſiue apud mino-
rem,quorum fides, ratio, & veriſimilitudo inſpici 68
debent, † & iudices ſemper omni euentu, & toto
tenentur ponderoſiores probationes ſequi ad iudi-
candum, vt docet P. Thom. Sancius in Decalogum
lib.1.cap.9.num.44.& Ioann.Sancius Abulenſ in no-
uiſſimis ſuis ſelectis & pract.diſput. 44.num. 51. verſ.
in ſecundo ſtatu,fol 412. Martin. Bonacina de iudicio
publico diſp.10.quæſt.2. punct. 2. à num. 1. in 2 tomo.

Opinione itaque Laræ intellecta, atque vt vides
explicata contra aſſenſum Hieronymi de Zabal-
los, conſtat probatum, quod non tantùm hiſce in
cauſis, attendi debet numerus teſtium, quàm eo-
rum rationes & veriſimilitudo, quas ſequi omnino
iudices oportet,& debent,vel a pluribus,ſiue à pau-
cioribus adducantur teſtibus. † Difficultas enim 69
verſatur,dum ſimul cum rationibus, & veriſimili-
tudinibus æqualibus circa puritatem, & maculam
impares extant teſtes, quibus maior fides ſit adhi-
benda;& ſi maior numerus pro macula eſt, dubio
res caret,cùm eis ſit potior præſtanda fides, & ſe-
cundùm eos iudices declarare debent, quia dum
maior teſtium numerus eſt cum æquali ratione
præferendus,& ſequendus eſt, ex traditis ſuperiùs
in præced.§.reg.10.

Maius enim dubium eſt cùm exceſſus teſtium eſt 70
pro puritate, paucioribus maculam aſſerentibus,
quibus eorum præſtantior ſit adhibenda fides,dum
vtrorumque rationes eamdē habent vim;& videtur,
quòd pluribus tam ratione maioris numeri, quàm
ex bona fama,quam aſſerunt, ſecundùm tradita ſu-
prà reg.10.& 11.

At in propoſita ſpecie loqui videtur Perezius de 71

lara

Lara citato loco *num.6 1. verſ. ſed nihilominus* , vbi de praxi indubirara aſſerit , quæ ſeruatur apud omnia tribunalia , & communitates , vbi ſunt puritatis ſtatuta nempe adhibendi maiorem fidem minori teſtium numero , quia licèt ſuprà ex num. 16.intelligendum Laram dixerim , dum ratio paucorum teſtium fortior , ac credibilior eſt , quàm contraria à pluribus aſſerta , vt ex eodem Lara probaui in ſuperioribus ; tamen quia videtur in prædicto loco aliquid ſpeciale tribuere prædictis communitatibus , & tribunalibus præter ius commune , non poteſt ſpecialis alter caſus adduci , qui ratione non careat , niſi cum pauciores teſtes ex pari ratione generis teſtantur maculam , contra alios plures , qui puritatem eiuſdem familiæ aſſerunt , quod quidem ſpeciale ex ſuperiùs dictis valde notabile eſt.

72 Cuius veritas , & ratio , vt pleniùs intelligantur , reſque omni dubio careat , præter omnes, quos viderim , animaduertam , quod dum minor teſtium numerus teſtatur maculam ex publica fama , & auditu maiorum , & tam paruus exiſtit vt plenè per ſe non probent famam , vt ſi minus ſeptem fuerint, ſecundùm opinionem Abbatis *conſ. 72.num.5.* Burſat. *conſil.* 87. *num.* 46. *lib.* 1. & Dec. *in cap.* 1. *num.* 47. *de appellat.* Pet. Anton. à Perra *de fideicomm.quæſt.* 13. *num.* 128. Maſch. *de probation. concluſ.*749 *num.* 21. Farinc. 1. *tom. praxis* , *quæſt.* 47.*num.*271. *in fin.* aut ſi loquantur teſtes de maiorum ſuorum auditu , non verò cum requiſitis , de quibus ſuprà diximus 1. part. quæſt. 9. §. 4. & ita plenè auditum non probent , nec plenam mereantur fidem , non poterunt præferri pluribus contrariis teſtibus cum ſimili ratione loquentibus, ſed iudices debent ſecundùm plures iudicare , cùm integri maneant , nec debilitentur per pauciores, quod certè nullum dubium continere videtur.

73 At ſi teſtes pauciores viderint , & cognouerint aſcendentes prætenſoris hæreticos , ſeu conuerſos, aut pœnitentiaros per Sanctum Officium , & conteſtes fuerint , aut ſingulares eo modo , quem propoſui ſuprà 1. parte quæſt. 9.§.3. aut aliter maculam aſſerant , non ex fama publica , nec auditu maiorum , præferendi ſunt pluribus puritatem firmantibus ex reputatione communi , & auditu,cùm teſtes de ſpeciali infamia præferantur pluribus loquentibus de bona fama , vt ſuprà dixi num. 35.& deponentes ex proprio viſu & cognitu præferri aliis omnino debeant : vt iure conſtitutum habemus , & probaui ſuprà in dict. quæſt. 9. §. 2. ſi verò plures teſtes in propoſita ſpecie æquali loquantur ratione præferri debent paucioribus , vt ex Lara ſuperiùs probaui n.43.

74 Si verò omnes teſtes tam plures , quàm pauciores loquantur de fama & communi reputatione, ſeu auditu maiorum , & pauciores per ſe plenè & cum debitis requiſitis famam ſiue auditum probent reddendo ſufficientem rationem cæteris non inferiorem , ſed ſaltim æqualem præferri pluribus debent , tum quia macula per eos ſufficienter probata manet ad excludendum prætenſorem ex mente ſtatutorum puritatis , & communi praxi omnium tribunalium , quam ſequi oportet , vt ſtatim ſpecialiter probabo , tum etiam quia aſſertio plurium non conuincit , quod pauciores non audierint maculam , & ſuo tempore viderint de ea eſſe communem reputationem , nec quod poſitiuè , & verè genus prætenſoris maculatum non maneat, cum extante macula , & veritate à paucioribus aſſerta , poſſit eſſe , quod aliquando cæteri contrarium audierint , quorum dicta non tollunt veritatem aliorum , quæ ab illis ignorari potuit , tum etiam , quia ex paucorum teſtium numero ſaltim ſeptem genus prætenſoris maculatum apparet in parte oppidi conſiderabili , quod ſufficit , vt ſtatutorum prohibitioni locus ſit , vt ſtatim latiùs oſtendam ex num. 86. tum denique , quia pauciores teſtes , qui maculam aſſerunt , ſpecialiùs loquuntur , quàm puritatem firmantes , & debent præferri ex dictis ſuperiùs ex num. 1. cum. ſeqq. & ex n. 32.

Quæ omnia eo maximè confirmantur , quia 75
ſtatuta puritatis duo copulatiuè expreſsè requirunt circa illam qualitarem probandam : primum , quòd prætenſor non deſcendat à Iudæis, Mauris , hæreticis , nec pœnitentiatis per Sanctum Officium. Secundum , quòd non ſit in ciuitate, ſeu oppido ſuæ originis pro tali habitus vt demonſtrant verba illa , *o an oido decir* , ita quòd non ſolùm vera deſcendentia maculata excludatur , ſed etiam putatiua, non quia ex hac illa vera præſumitur ex dictis ſuprà num. 41. tum etiam , quia idem eſt eſſe talem , ac communiter haberi pro tali , & reputari vt probant Perezius de Lara *in dict. cap.* 4. *num.* 100. Valençuela *conſil.* 90. *num.* 193. Tiber. Dec. *conſil.* 5. *num.* 32. *lib.* 1. Cardin. Tuſch. *lit. P. concluſ.* 84. *num.* 22. *tom.* 6. Auguſt. Barboſa *axioma.* 97. *num.* 2. *pag.* 61. *&* *axioma*
174. *num.* 12. *pag.* 108. † tum quia , cùm prædi- 76
cta duo in ſtatutis æquiparentur , idem ius in vno, ac in alio eſt ſeruandum , *ex text. in l. iam hoc iure,* 4. *de vulg.& in l.quamuis* 4. *Cod. de impuber.* Roman. *conſil.* 308.*num.* 4. Valençuela *conſil.* 83. *num.* 138.
† & idem iudicium eſt habendum , *ex text. in leg.* 77
gallus 29. §. *& quid ſi tantum* 6.*de lib.& poſthum.* Hieron. Grat. *reſponſ.* 91. *num.* 19. *lib.* 1. Zephal. *conſil.* 138. *num.* 25. Flamin. Pariſ. *de confident. benefic. quæſt.* 27. *à num.* 74. *& quæſt.* 28. *num.* 82.
relati à Valençuela citato loco *n.* 139. † & ſi qui- 78
dem diſiunctiuè ponantur , ac ideò videantur diuerſa ex Gonçalez *ad reg.*8. *Cancellar. gloſſ.* 48. *num.* 17. tamen habent inter ſe ſimilitudinem,& conformitatem ex Seraphino *deciſ.* 393. *num.* 8. Auguſt.
Barboſa *Dictione* , 363. *num.* 3. *pag.* 357. † & cùm 79
quælibet macula, etſi minima , in aſcendentia impedimento ſit ex puritatis ſtatutis , vt dixi ſuprà 1. part.quæſt.4.§.2. ex num. 39. cum ſeqq ex Perezio de Lara *in dict. cap.*4. *num.*73. & Valençuela *conſ.* 90.*num* 43. ita ſimiliter quælibet maculata reputatio in populo , ſeu in parte eius conſiderabili , vt eſt in ſeptem, vel octo teſtibus nocere debet , maximè ſi iuncta fuerit cum ſufficienti ratione , etiamſi maior populi pars bene fuerit informata circa prætenſoris qualitates, & appareat ex maiori numero teſtium, nam pars malè informata , & apud quam prætenſor pro maculato habetur , quæ ex minori teſtium numero probatur , erit attendenda ſecundùm noſtra ſtatuta , & praxim omnium tribuna-
lium, † quæ hac in ſpecie hoc diſcernere potuerunt, 80
& iudices ad ita ſeruandum tenentur , ex adductis ab Oſuald. Illigero ad Donel. *lib.* 26. *comment. cap.* 2. *lit. F. pag.* 1401. & quia illa fama magis attendenda eſt , quæ excluditur per ſtatutum , quàm quæ admittitur ex notabili doctrina Bald. *in leg. qui accuſare* , *num.* 4. *Cod. de edendo* , & conſiderauit Rota apud Ioann. Baptiſt. Coccin. *deciſ.* 115. *num.*6. & quia hoc caſu concurrunt duæ cauſæ , vna permiſſiua , altera probibitiua , & hæc alteri præferenda eſt , *leg. ſi Ruffinus* , 4. vbi Iaſ. *numerò* 1. *&* 2. *C. de teſtam.milit.* Pet. Barboſ. *in l. cum*

Prator.12.§.fin. num. 201. *de iudic.* ſicut ex duabus cauſis, quæ nocei præferenda venit, *l.* 3. §. *fin. cum l.leg. ad Silan. l. Fulcinius* 7. §. *quid ergo*, 6. *Quibus,ex cauſ.in poſſ.*Barr.*in l.cum vir.in fin. de vſucap.*adductus per Barboſ. *ſup. num.* 206. plura apud Tiraquel. *de retractu lign.* §. 30. *gloſſ. vn. num.* 29. Mantic. *de tacit. & amb.* 2. *tom. lib.* 14. *titul.* 13. *num.* 25. Gracian. *diſcept. forenſ.* 2. *tom. cap.* 355. *num.* 19. Auguſt. Barboſ. *axioma.* 40. *num.* 35. maximè quia macula generis, & eripere ab ea tribunalia, & communitates, primò in mente ſtatutorum fuit, quare etiam in primis ad excluſionem eſt conſideranda, dum pro ſe ſufficientem habet cauſam, *arg. per contrarium leg.* 3. §. 1. *de iure fiſci*, & quæ ex hoc textu colligunt Viuio *commun. verb. cauſa* 14. Immol. *conſil.*35. *In caſu præmiſſo. verſicul. ad tertium, colum.* 4. adductus per Tiraquel. *num.* 31.*in fin.* & ab Auguſt. Barboſ. citatis in locis, & vide adductos à me ſuprà 1. part. quæſtion. 8. §. 3. ſub num. 70. licèt in cæteris cauſis, iudices ſequi debeant pinguiores probationes ex traditis à P. Thom. Sancio *in decalog.lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 44 & à D.Ioann.Sancio Abulenſi *in* [illegible]*.diſput.*44. *num.* 51. *verſ.in ſecunda, fol.* 412. aliàs raro macula per plures teſtes probaretur, vt dicam inferiùs.

81 Et quamuis non in omnibus ſtatutis expreſſa habeatur opinio, reputatio, & fama communis, tamen adeſt in practica omnium tribunalium & communitatum, in quorum articulis interrogationum velut præcipua apponitur clauſula famæ & reputationis prætenſoris, & eius aſcendentium, quæ ita debet ſeruari, & ſecundùm ea interpretari ſtatuta, vt *in leg. ſi de interpretatione*, 7. *cum aliis, de legib. l.* 4. *Pro legato, l.* 1. *C. de dedit. libert.toll.*docent Abb. *in cap. cùm dilectus, num.* 7. vbi melius Anton. de Butr. *num.* 50. *de conſuetud.* Aldruuandin. *in* §. *ex non ſcripto, inſt. de iure natur.* Deciſ. Rotæ 256.*num.* 5. & 6. *lib.* 2. *diuerſ.* Tiber. Decian. *conſil.* 44. *num.*5. & 17. *lib.* 2. Viuius *deciſ.* 66. *num.* 3. Aym. Crauetta *conſ.*766.*numero* 7. & 8. *vol.*2.

82 Quæ quidem reſolutio magnas in iura continet difficultates, quæ prima facie indiſſolubiles videntur, Primùm, quod dum vnum determinabile fauorabilius eſt altero, non determinatur pariformiter ab eadem diſpoſitione, vt expreſſe deciſum habemus *in l ſi ita ſcriptum* 16. *de manum. teſtam. & in ſi ſeruus liber.* 19. *de ſtatu liberi*, Pelaez *de maiorat.* 1.*part. quæſt.* 22. *num.* 226. & ideò neceſſe eſt, quòd ſint eiuſdem potentiæ, & rationis, ex Iaſ.*in l miles* §.*decem num.* 4. *de re iudic.* Dec. *in leg. in teſtamento, num.* 8. *c. de teſtam. milit.* Immol. & Alexand. *in l. Gaius ſoluto matrim.* cum adductis à Pelaez citato loco, *num.* 220. & cùm vera generis macula potentior, & certior ſit, quàm eius fama, & communis reputatio, vt per ſe patet, non debent in mente ſtatutorum pari paſſu ambulare, nec pariformiter determinari, ex quo deſtrui omnino videtur ratio ſuperiùs numero 76. poſita.

83 Secundò obſtat, quod diximus ſuperiùs num. 73. circa teſtes, qui cognouerunt maiores diuertiſſe à fida catholica, ſeu pœnitentiam paſſos fuiſſe in Sancto Officio, qui, etſi pauciores, ſunt præferendi pluribus puritatem firmantibus ex fama & communi reputatione, non verò ſi omnes æquè loquantur de eadem cognitione, & tractatu maiorum, quorum puritatem, qui numero plures ſunt, aſſeruerint, quia tunc præferendi ſunt paucioribus contrarium firmantibus. Igitur idem fateri debemus in teſtibus de fama, ſeu auditu maiorum, & quod plures eorum paucioribus ſint præferendi.

Tertiò obſtat, quod fama in maiori populi parte 84 conſiſtit, ex dictis ſuprà 1.part.quæſt. 10.§. 4. n. 19. & §.6.num.7.eiuſdem quæſt.& in ſuprà poſita ſpecie fama perfecta extat pro puritate, quam maior teſtium pars aſſerit, & quæ ex iuris regulis debet vincere contrariam famam à paucioribus aſſertam, ex Ioann.Gotierr.*lib.* 3.*pract.quæſt.* 14. *num.* 8. & ex Perezio de Lara *in d.cap.*4.*num.*74. Chaſſaneo *conſ.* 64.*num.*11.qui loquuntur in nobilitatis probatione. Igitur idem erit dicendum in puritate probanda.

Quartò obſtat, quod pluries dixi, nempe in du- 85 bio debere iudices declarare pro puritate prætenſoris, cuius honor fauendus eſt, ex quo non tantum damnum prouenit communitati, ſicut prætenſori & ſuæ familiæ ex repulſa, & reprobatione informationum, & in ſpecie propoſita clarior & euidentior probatio eſt pro puritate, quàm pro macula. Igitur ſequenda eſt pars maioris numeri teſtium ex vrgentiori ratione.

Fateor quidem, quòd ex prædictis redditur difficillima prædicta mea reſolutio, & quòd generaliter loquendo de iure eam non admitterem, ſed in puritatis cauſis, de quibus ſpecialiter loquor, tam ex verbis, & mente ſtatutorum, quàm ex praxi recepta in quaſi omnibus tribunalibus, in quibus puritas ſtrictè requiritur de qua teſtatur Perezius de Lara in præcitato loco, ab ea recedere non curo, ſed in occurrentibus caſibus in praxi eam ſeruabo, nec prædictæ difficultates in minimo obuiæ ſunt, nec mentem opprimunt. † Non prima, 86 quia etſi magna differentia poſſit conſiderari inter maculam generis, & eius famam, tamen quoad puritatis ſtatuta pro eiſdem conſiderantur, quatenus volunt, quòd macula poſitiuè non ſit in admittendo, nec ſit habitus pro maculato, quod verificatur in parte conſiderabili ciuitatis, quæ ex probabili ducatur ratione ad eum maculatum cenſendum, qui purus dici non poteſt, cùm maculam habeat, plures, vt ſunt ſeptem, vel octo teſtes, qui de aliis idem ſentientibus teſtantur, † aut ſaltim eſt maxi- 87 ma contra eum ſuſpicio, & contra ſuam puritatem, qua extante admitti non oportet, pro quo faciunt tradita per Dec. *conſ.* 163. *col.* 2. *in fin.* & per Corn.*conſil.*101.*col.*2.& *conſ.*198.*col.* 4. *lib.* 2. adductos & Crauetta *conſ.*621 *num.*12.*vol.* 4 vbi ait *illud planè admittam adminiculum aut ſuſpicionem ex fama induci, cuius probatio perfecta non ſit.* Sicut non ſolùm homines malæ famæ, ſed & ſuſpectæ eiici poſſunt è Repub.à Præſidibus ob eius pacem & quietem, ex Bald.*in l ex facto proponebatur, in fin. de hæred.inſt. & in cap.*1.§ *ſi dominus de noua forma fidelit.* Auend. 2.*part.cap.*6.*num* 14. plures apud Maſtrill. 3. *de magiſtr cap.*4.*num.*227.Natt. *conſ.* 625. *vol.* 3. † & præ- 88 dictis teſtibus circa maculam extantibus non dici poteſt, genus prætenſoris ſine macula eſſe, Ro. *conſ.* 3.*n.*48.*vol.*1.P.Surd.*conſ.*151.*n.* 78. & 79. *verſ. Tertiò multis teſtibus, vol.*2.& *conſ.*311.*n.*77.& 78.*vol.*3. vbi adducit Brunum *conſ.*127. *in* 6. *conſiderat.*qui & alios refert, & etiam idem dixit & bene conſiderauit idẽ Perezius de Lara *in d.c.*4. *n.* 72. & iterum refert *in cõpendio vitæ hominis c.*1.*ſub n.*48.*verſ.& quia nonnulli pag.*15.*col.*1. † Ex cuius quidẽ admiſſione plu- 89 rimùm grauantur, & dehoneſtãtur cõmunitates, in quibus cooptatur ita notatus, cui malo iuſtè ac ritè occurritur per dicta ſtatuta, quorum depoſitiones ſequi debent iudices, non tantùm apertè conſtitutas, ſed quas inueterata praxis ſeruandas demõſtrat,

ex

Digitized by Google

ex textu in l. ſi de interpretatione 37.*de legib.*P.Thom.
Sanchez *in Decalog. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 9. *in medio*
90 *verſ. tandem*, † a qua non eſt recedendum, *l. certi*
iuris, 17. *C. de iudiciis, l. minime*, 23. *de legib.* Bart. *in l.*
diuturna, illo tit. Natta *conſ.* 406. *num.* 28. Zephal.
conſ. 271. *num.* 144. Craneta *in reſponſo pro genero num.*
91 317. † etiamſi praxis fuerit contra verum intelle-
ctum ſtatuti. Immola & Butrio *in cap. cùm dilectus,*
de conſuetud. late Tiber. Decian. *conſil.* 44. *vol.* 2. Per.
Surdo *conſ.* 297. *num.* 8. & ſi recta & iuridica non ſit,
Craneta *conſil.* 492. *num.* 15. *vol.* 5. *& conſil.* 701. *num.*
54. *vol.* 4. *& conſil.* 752. *num.* 15. *vol.* 5. idem Surd.
conſ. 335. *num.* 26. *&* 27. *vol.* 3. Andr. Fachin. *lib.* 4.
controuerſ. cap. 1. Nicol. Garcia *de benefic.* 1. *part. cap.* 1.
num. 28. *&* 29. Lazar. *de blaſphem. quæſt.* 5. *num.* 21. &
ſic incongrua, Abb. *in cap. cum ad ſedem num.* 26. *de*
reſtitut. ſpol. & in dict. cap. cum dilectus, num. 7. *de*
conſuetud. allegati per Manticam *de tacit. & amb. lib.*
1. *titul.* 17. *num.* 22. & impropria. Roman. *in leg.* 3.
§. hoc autem, num. 3. *ad Syllan.* plures apud eumdem
Manticam, *tom.* 1. *lib.* 4. *titul.* 28. *num.* 1. *in fin.* cer-
tum enim eſt quòd conſuetudo facere poteſt legi-
timam probationem illam, quæ alias legitima non
eſt, *cap. cum dilectus*, 9. vbi DD. *de fide inſtrum.* Felin.
in cap. 2. *colum.* 3. *de probat.* Ioann. Oroſcius *in leg. ta-*
bularum n. 4. *de edendo.*

92 Minus obſtat ſecunda, quia magna interuenit
diſparitatis ratio inter aſſertiones maculæ per
certam originem, & cauſam, & per aſſignatio-
nem perſonæ certæ, a qua prouenit, & inter fa-
mam, & reputationem impuritatis, nam in prima
ſpecie teſtes inter ſe pugnantes directè exiſtunt,
& ſe ipſos elidunt, & euertunt, cùm teſtentur
de vnico, & certo actu in eiſdem perſonis, qui
non poteſt diuerſimodè ſe habere, nec conſide-
rari ratione ſui ipſius, nec reſpectu aliorum, &
debet ſemper vnus, & certus eſſe quare præferri
debent plures, qui cum ſufficienti ratione de eo
deponant, & deſtruunt omnino pauciores con-
trarium aſſerentes, quorum dicta non poſſunt ſi-
mul ſubſtineri per diuerſos intellectus, & fines,
quia verſantur circa indiuiduum actum, maximè
ſi diuerſam deſcendentiam aſſignent, ex quo plu-
res deſtruunt omnino contrarios teſtes, & præ-
93 ferendi ſunt ex omni iure & ratione. † In ſe-
cunda verò ſpecie, cùm omnes teſtes aſſerunt fa-
mam, communem reputationem, ſiue auditum
maculæ, poteſt verum eſſe vtrorumque teſtimo-
nium, & plures maculam a paucis per auditum
aut per reputationem aſſertam ignoraſſe, & paucio-
res veritatem dixiſſe, quibus nota fuit macula,
quam cæteri plures ignorarunt, & eam tacuerunt
ex obliuione, aut ex defectu notitiæ, & ideò fir-
marunt poſitiuam puritatem, vt communiter fit,
quoties ignoratur macula & ſic meritò pauciores
præferendos diximus, ſi tamen concurrant requi-
ſita, de quibus inferiùs *num.* 98. Et confirmatur
ex eo, quod vidimus quotidie, dum macula gene-
ris in fama, & auditu tantùm conſiſtit, quæ præ-
maximè de longinquo venit: & ideò conſtans apud
omnes non eſt, ſed à pluribus ignoratur propter
temporis tranſcurſum, & defectum memoriæ, &
94 ſi vera in ſe ſit, † & quamuis indiuiduum factum
antiquùm ignorari ſimiliter poſſit, tamen cùm ex
ſua natura vnum fuerit, & conſtans, non admittit
variationem, & inconſtantiam in teſtibus, quorum
minor pars vincit maiorem, quod aliter eſt in au-
ditu, & fama, quæ varia, & incõſtans ſolet eſſe, & ſic
non requiritur vniformitas teſtium in eius proba-
tione, vt ſuo loco dixit, & cum poſſit eſſe verum,

quod pauciores maculam à ſuis audierint maiori-
bus, & cæteri ignorarint, creditur illis quoad audi-
tum, & obſtat prætenſori ex ſtatutorum mente, &
diſpoſitione.

Nec quidem tertia difficultas ad rem facit, quia 95
vt iam dixi, licèt fama in rigore ſumpta conſiſtat in
maiori populi parte, ſufficit tamen quoad puritatis
ſtatuta, ſi macula probetur eo teſtium numero, qui
de iure ſufficit ad famæ probationem, etiamſi con-
trarij extent alij plures teſtes, qui attendi non de-
bent, cùm eis non obſtantibus inueniatur præten-
ſor maculatus apud partem populi conſiderabilem,
& malè reputatus circa ſuas qualitates, in quo ve-
rificatur auditus expreſſus in ſtatutis, & in forma
probandæ puritatis recepta in omnibus tribunali-
bus, & communitatibus; nec quærenda eſt omnino
famæ ſtabilitas circa ſanguinis qualitates, vt ſuo
loco dixi, quia cùm ab antiquo proueniant, non
mirũ ſi ab aliquibus ignorentur, nec omnes poſſint
vniformem earum notitiam habere, nec de eis
pariformiter ſentire, & in antiquis labilis memoria
citò decidit, & prouenit obliuio, & cùm commiſſa-
rius pro libito teſtes examinandos eligat, quos plu-
ries nequaquam noſcit, ſolet vocare amicos, & affe-
ctos prætenſoris, qui etſi maculam ſciant, propa-
lare nolunt, & libenter firmant puritatem, quæ
non eſt, vt pluries expertus ſum, & differentia, quæ
adeſt inter probationem puritatis, & nobilitatis, de
qua loquuntur DD. adducti in obiectione, manet
explicita ſuprà 1.p.q 10. ex n. 34. & ſeqq.

Denique quarta nihil contra affert, nam, etſi 96
pluries dixerim in dubio prætenſorem fauendum,
hoc eſt, dum ex cauſis, rationibus, & veriſimili-
bus dubius iudex pro vtraque manet parte, in ex-
quirendo, an macula vera exiſtat, aut ſufficiens ſit
eius diffamatio. Dum verò ſeptem, aut plures te-
ſtes probi, & fidedigni cum ratione, & aliis re-
quiſitis paulò inferiùs referendis maculam aſſe-
runt, non eſt dubium ſaltim in hoc, quod præten-
ſor apud illos graues, & probos viros, & apud cæ-
teros, quos nominant, maculatus exiſtit, qui effi-
ciunt magnam populi partem ſufficientem, vt in
ea verificetur, & locũ habeat ſtatutorũ prohibitio.

Idem quidem maiori cum ratione dicendum eſt, 97
dum manet pro vtraque parte par teſtium nume-
rus, & ratio, quia ſi teſtes maculam firmantes per
ſe famam probent, & probabunt maculam ſine du-
bio, vt ex præcedentibus patet, nec maiori indiget
probatione.

Quæ omnia velim intelligas ſex requiſitis con- 98
currentibus, aliàs nullo modo. Primò, ſi plures nu-
mero, ſeptem ſaltim, ſint, vt iam dixi, licèt maior
numerus contrarius exiſtat: aut ſint præſumptiones
& indicia, ſiue probationes aliæ, ex quibus poſſit
numerus ſuppleri, iudicum arbitrio, quibus hoc ma-
gis committitur, quàm numero certo teſtiũ, in quo
certa ſtatui regula nõ poteſt, vt dixi ſæpiùs. Secũdò
quòd depoſuerint in originis loco, in quo originarij
fuerũt maiores de quorũ agitur deſcẽdentia, & pu-
ritate, qui omnino præferri debẽt. Tertiò, quòd te-
ſtes pauciores, qui maculã aſſerũt, fidedigni, integri,
& omni ſint exceptione maiores, & in nihilo ſuſpe-
cti. Quartò, quòd loquantur de fama, ſeu auditu an-
tiquorum, a quibus ſine hæſitatione, nec dubio
ſcientiam maculæ acceperunt, & quod in illorum
tempore acceptum pro vero fuit; non enim debent
loqui de nouo auditu, nec fama recenti, quia tunc
preferendi non ſunt. Quintò, quòd afferant ratio-
nes, & cauſas veriſimiles, & ſufficientes ad mouen-
dum animos iudicum ad ſic credendum.

Sextò, quòd rationes contrariorum teſtium non ſint talis naturæ, vt euellant, & omnino deſtruant rationes illorum, qui maculam aſſerunt, quorum exempla ſuperiùs appoſui, & ſingula ſuis locis probauis, quibus concurrentibus puto veriſſimam, & æquam exiſtere hanc meam reſolutionem.

99 Ex quibus colligitur, non omnino admittendam Alphonſi de Hojeda opinionem *in dict. tract. de incompatibilitate benefic.* 1. *part. cap.* 23. *num.* 14. vbi conſtituit, quòd teſtes aſſerentes deſcendentiam à Chriſtianis veteranis ſunt præferendi affirmantibus infectam radicem, quia magis in ſpecie deponunt, & ſunt magis credendi, quàm cæteri in genere de maculata ſtirpe teſtantes. Quia licèt prædicta ratio in ſe vera ſit, quoad teſtes magis ſpecificè loquentes, ex adductis ab Anton. Gabr. *lib.* 1. *de teſtib. concluſ.* 4. *num.* 70. *&* 72. & à à Farinac. *tract. de teſtib. quæſt.* 65. *num.* 170. de quo etiam ſuperiùs dixi, quoad cætera verò inanis, & nullius momenti eſt, nam quæſo, vnde colligit Hojeda, quòd teſtes puritatem firmantes loquantur in ſpecie, & qui maculam aſſerunt genericè? quia ait vidiſſe plures, qui conſanguineos maculatos habentes per ſe puri exiſtebant, & nobiles ex vtraque linea, quæ ratio euidenter nulla eſt, & nihil conuincit, cùm è contrario ſit alia ſimilis æquè potens, nam pluries vidimus, quòd habens conſanguineos puros, & nobiles, impurus & ignobilis per ſe maneat, quod & colligitur ex eademmet Hojedæ ratione contrario ſenſu ſumpta. Nec ex hoc dici poteſt, teſtes circa maculam magis ſpecificè loqui, cùm in vtraque eadem ſit vis, & iidem effectus abſque diſcrimine vllo, ex iuribus notis, & cumulatis per Auguſt. Barboſ. *axioma.* 58. *num.* 11. *pag.* 38. licèt ex alia ratione hoc optimè ſequatur, ex facto nempe, & origine maculæ, quæ propinquior eſt memoriæ hominum, & ſciri meliùs poteſt, quàm cauſa & initium puritatis, quæ à longiſſima meta prouenit, nec ſenſibus ita ſubiacet eius origo, ſicut maculæ, quæ etſi ab aliquibus ignoretur, non tam eſt, quia deficit, ſed quia ad eorum memoriam non acceſſit, quod euenire poteſt, vera macula extante, & veris depoſitionibus paucorum teſtium, quæ meritò cæteris pluribus præferri debent, cùm ſoleant, dum deficit memoria maculæ, poſitiuam puritatem firmare, quod maculam, nec eius teſtimonia non excludit, maximè quia ad certiorandum puritatem non eſt hominibus opus aliqua ſpecie puritatis, niſi quòd eis macula non innoteſcat, ad maculam igitur requiritur certum maiorum factum contra fidem, aut quòd ſit auditus, ſiue opinio probabilis, & veriſimilis deſcendentiæ maculatæ, itavt qui maculam aſſerit, magis ſpecificè loquatur, quàm puritatem firmans, quare ille huic præferendus venit, ex iuridica & conſtanti ratione, & ex experientia, optima rerum magiſtra, & iudice, quam quotidie in his cauſis vidimus, etſi aliquando contrarium eueniat, rarò tamen, nec in conſequentiam trahendum.

100 † Vnde prædicta opinio Alphonſi de Hojeda vel intelligenda venit, dum qualitatum certum initium aſſignatur per teſtes, vt in ſpecie, de qua ſuprà num 41. aut ſequenda non eſt, quia generaliter intellecta, nemo eſſet, qui ſui generis puritatem non probaret, non ſolùm per æqualem numerum teſtium, ſed etiam per maiorem, & ſic fruſtrata manerent puritatis ſtatuta, tribunalia, & communitates, vt iam dixi cum Chriſtophoro de Paz *dict. tractatu de tenuta* 1. *part. cap.* 32. *num.* 89. ex quibus hoc magnum dubium perfectiùs explicatum manet quam vſque adhuc extitit, & eius ratio euidentiùs eſt demonſtrata, & defenſa à quorumdam oppugnationibus, quare ad proſequutionem regularum reuertamur.

---

§. IV.

Proſequuntur regulæ ad inſtructionem iudicum circa puritatis cauſas diiudicandas.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes qui pro ſe habent fortiores præſumptiones, & adminicula potiorem efficiunt fidem.*

2 *Inſtrumenta legitima potiorem in antiquis præſtant fidem, quàm teſtes.*

3 *Confeſſiones circa propriam maculam cum adminiculis, magis quàm teſtes credenda ſunt.*

4 *Iuſiurandum non deferendum prætenſori circa dubia occurrentia in informatorio niſi ex magna cauſa, & cautela.*

5 *Peccata multa ex delato iureiurando oriri poſſunt in cauſis puritatis.*

6 *Iuſiurandum veriſimiliter peieraturo non deferendum, niſi ex iuſta cauſa,* numero 8.

Illud deferens ſine cauſa pluſquam homicida eſt, num. 7.

9 *Inſtrumenta à prætenſore non exquirantur niſi ex cauſa, & cum cautela.*

10 *Identitas probanda eorum, qui in ſacellis benedictis, ſcripturis, & genealogiis antiquis continentur.*

11 *Sententia lata circa maculam generis à iudicibus omnino ſequenda eſt.*

12 *Iudices in dubia puritatis cauſa, quid facere debeant,* & num. ſeqq.

13 *Dubia cum doctis viris conſulenda.*

14 *Filiatio dubia per diuerſas præſumptiones conſulenda cum iuris doctis.*

Conſilia plurium tutiora, ibid.

Vbi multa conſilia, multa ſalus, ibid.

15 *Teſtes non iurati ſufficiunt ad inſtructionem iudicum.*

16 *Iudices cogitent potius de honore prætenſoris dubia cauſa manente, quàm contra eum.*

17 *Sententia benignior in dubiis præferenda & æquior,* num. 18.

Et tutior, num. 24.

19 *Benignius & æquius eſt iudicare pro honore, & bona fama proximi.*

20 *In dubio pro poſſidente iudicandum.*

21 *Poſſeſſor manutenendus eſt.*

22 Præ

22 *Præſumptio eſt pro bona exiſtimatione perſonarum, & ſecundùm eam iudicandum.*

23 *Satius eſt errare bene opinando, quàm errare malè iudicando.*

25 *Poſſeſſor in dubio ſe tueri poteſt in ſua poſſeſſione, non ſolùm loquendo in terminis iuſtitiæ, ſed etiam aliarum virtutum,* num. 27.

26 *Cauſa certa per dubiam ſecurè non debet.*

28 *Opinionem probabilem ſequi ſequere poſſumus.*

28 *Dubium ab opinione differt; contrarium verius,* ibid.

Opinio in dubiis, non in certis locum habet.

Sequi eam debemus, quæ eſt rationabilior, æquior, tutior, & benignior.

A communi non recedendum.

Et quid in foro animæ.

Pro amico non datur nec eſt.

Probabilem ſequi poſſumus omiſſa probabiliori in foro animæ, & quid in foro exteriori, ibid.

29 *Iudices medium iuſtitiæ teneant, extrema fugiant,* num. 32.

Iuſtitia in medio, iniuſtitia in extremis conſiſtit, d. num. 29. & 31.

30 *Veritas ex quibus ſumenda in cauſis puritatis.*

33 *Iudices, quæ in iudicando animaduertere debeant.*

1 DECIMA-TERTIA regula eſt, quòd teſtibus meliùs adminicularis & munitis fortioribus indiciis, & præſumptionibus plenior ſit adhibenda fides, *argum. text.* vbi communiter omnes *in l. ob carmen.* 21. §. *fin* in illis verbis, *confirmauitque iudex motum animi ſui ex argumentis, de teſtibus.* vbi Bald. *in num.* 1. *notab.* 2. Iul. Claro *in pract. q.* 53. *verſ. Quartus eſt caſus*, Anton. Gabr. *de teſtibus lib.* 1. *concl.* 4. *num.* 89. Pet. Ant. à Petra *de fideicomm q.* 12. *num.* 1190. Maſchard. *de probat. concl.* 1219. *num.* 7. Roland. *conſ.* 24. *n.* 56. *lib.* 1.

2 Decimaquarta regula ſit, circa deſcendentiam, filiationem & parentelam antiquam plus fidei eſt præſtandum inſtrumentis, & monumentis antiquis, quam teſtibus, dummodò authentica, & legitima ſint, & non ſuſpecta, quia paſſim ad puritatem probandam falsò fabricata producuntur inſtrumenta à prætenſoribus, aut ſaltim ſuſpicionibus plena, ex quibus nullam merentur fidem, ad cuius regulæ intelligentiam, & confirmationem videnda ſunt poſita ſupra 1. part. quæſtion. 15. & in hac 2. part. quæſtion. 6. §. 1. numero 39. & faciunt tradita eadem quæſtione, §. 3. ex num. 10. cum pluribus ſeqq.

3 Decimaquinta regula conſtitui poteſt circa genealogias, & teſtium depoſitiones inuentas in ſancto Inquiſitionis officio, quæ ſi duæ ad minus ſint, ſeu vna confeſſio cum aliis demonſtrationibus, & adminiculis plenè probant, ex adductis ſupra q. 6. § 4. teſtes verò plures requiruntur, vt dixi ſup. 1. p. qu. 9 §. 2. quibus potior adhibenda eſt fides, vt ex dictis in locis citatis plenè conſtat, etiam ſi è contrario ſint alij teſtes de auditu, quibus præferri debent confeſſiones maiorum, & teſtes de viſu, quia melius rem de qua agitur, ſcire potuerunt, vt diximus in dictis locis.

Decimaſexta regula animaduertit, quod etſi à quibuſdam iudicibus practicari viderim ad iudicandas puritatis informationes, expetere à prætenſoribus, ſiue ab eius conſanguineis aſcendentiam, filiationes, parentelam & conſanguinitatis gradus, circa quos dubia verſabantur, vt exinde plenius appareant ſanguinis qualitates, adhibita ad hoc interrogatione cum iuramento, quod ſemper tutum non iudico, nec vt fiat, conſulo, niſi rarò, & cum maxima deliberatione, & cautela, & deficientibus aliis modis ad illud dubium probandum, cùm magna ſit ſuſpicio contra prædictos tegendi quod nociuum eſt, & aperiendi fauorabile quamuis falſum ſit, & commentitium, & non teneantur in conſcientiæ foro proprium dedecus, nec conſanguineorum detegere, nec viam aperire per quam in eius deueniatur cognitionem, etiam cum iureiurando, vt dixi ſuprà quæſtion. 6. §. 3. illat. 4. Et ex ſimilibus teſtimoniis peccata grauia oriri poſſunt. 4

Tum ex intentione non recta iurandi, & reſpondendi, prout diximus in præcitato loco, tum ex inſerta falſitate, cuius maximum vertitur periculum in ſimilibus interrogationibus, & ſequatur parua vtilitas, cùm fidem non efficiant in fauorabilibus, quæ plerúmque proferunt, & contraria tegunt, ni veritas ex aliis legitimis appareat probationibus, quare prudenter cogitandum eſt, an periculum, aut peierandi veriſimilitudo vertatur in exquirendis ſimilibus interrogationibus, ánque neceſſitas eas inquirendi magna ſit, aliter enim non licere pluries expertus ſum. 5

Nec ſemper promotor fiſcalis tuta anima poterit deferre ſimile iuſiurandum ſecundùm Petr. Gregor. *lib.* 5. *ſyntagm.* 6. *num.* 6. & plures adductos per Menoch. *de arbitr. iudic. lib.* 2. *caſu.* 192. *num.* 3. Anto. Fab. *in ſuo Cod. ad tit. de iureiurand. definit.* 44. *numero* 5. & Leonardum Leſſium *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 43. *dub.* 10. Suarez *de iurament. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 6. Valencia 2. 2. *diſputat.* 5. *quaſtion.* 21. *part.* 4. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 18. *numero* 76. Mol. *de iuſtit. tom.* 1. *diſp.* 135. & P. Thom. Sancium *in Decalog. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 7. Martin. Bonacin. 2. *tom. tractat. de iurament. diſput.* 4. *quaſt.* 1. *punct.* 11. *num.* 2. *verſ. tertio, & num* 3. quo facit 6

Quòd deferens iuſiurandum veriſimiliter peieraturo pluſquàm homicida dicitur *in cap. ille, qui hominem,* 5. 22. *q* 5. & ex Soto, & Fuluio Paciano tradit Oſuald. Illiger. ad Donel *lib.* 24. *comment. cap.* 11. *lit. I. pag. mihi* 1225. ſed intelligendum eſt, dum ſine cauſa iuſta defertur, ſecundùm præcitatos omnes. 7

Et iudex ex officio procedens, & non ad petitionem partis, exigere poteſt ex iuſta cauſa, aut ex certa lege iuſiurandum ab eo, à quo periurium ſperatur, ſecus iuſta cauſa, & neceſſitate ceſſante, *ex textu in cap. clericos.* 1. *de cohabitat. cleric. & mulier.* & Valer. Reginald. *d. lib.* 18. *num.* 77. & P. Thom. Sancio *d. cap.* 8. *num.* 3. Martin. Bonacina citato loco, quare ſecurius iudico abſtineri à ſimilibus interrogationibus prætenſorum, & ſuorum conſanguineorum, ni ex iuſta cauſa, & ſuadente neceſſitate, vt prædixi. 8

Decimaſeptima regula ſimilis præcedenti ſuadet, quòd non inquirantur à prætenſore, nec eius conſanguineis teſtamenta, nec alia inſtrumenta ad 9

diſſoluendum dubium circa parentelam, deſcendentiam, & filiationem, nec ad certos conſanguinitatis gradus inueſtigandos, nec ad lineas aſcendentiæ aperiendas, nec probandas. cum ex eo facilè deuenire poſſint in cognitionem dubiorum, quæ in informatorio adſunt, quod maximè eſt periculoſum in huſce cauſis, & præſtat cauſam, & incitamentum conficiendi falſidicas ſcripturas ad proprium ſubueniendum honorem, vt paſſim abſque ſimili impulſu ſolet euenire. Experi tamen poterunt prædictæ ſcripturæ, dum certò conſtat de aliqua authentica, & legitima, velut ſi habeatur notitia executoriæ teſtamenti, aut ſimilis, ex qua ſperetur nodi difficultatis ſolutio, & veritas, quia tunc ceſſant contrariæ rationes, & pericula, itavt in genere, & indeterminatè non liceat experere ſcripturas, in ſpecie verò certas licet & aliquando expedit.

